M.T. CICERONIS

EPISTOLÆ

CUM COMMENTARIO

E.M.C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

1543

prius ſenatus decreuiſſet,in uulgus enunciare , Cato ueritus ne ſibyllæ ſors occultaretur , ſacerdotes coegit, priuſquam reſponſum à ſenatu acciperent,oraculum ſibyllæ aperire . Poſt hæc uero cum ſententiæ in ſenatu dicerentur,cenſerentq; quidam reditum regis Lentulo Spintheri,ſed ſine exercitu,alii uero rem deferrent Pom.ut eum cum duobus lictoribus reduceret:Pto.cognita ſibyllæ ſententia rogauit,ut per Pompe. reduceretur:Plu.uero Canidium tradit rogationem ad tribunos plebis tuliſſe,ut Pompe.ſine exercitu cum gemino lictore ad Ptolo.cum Alexandrinis conciliandum, deſtinaretur,cui rei non grauiter hæſiſſe uiſus eſt Pompe. ſed ſenatus id omiſit cauſa honeſte reddita , ꝙ uiro timeret:ſimul etiam ꝙ eo ad rem frumẽtariam uti uellet, q̃q̃ ut iidem hiſtorici hoc eſt Dion & Plutarchus tradunt. Lentul⁹ Spinther etiam conſul maxime laboraſſe, ut præfectura annonæ Pompe.mandaretur, tradita illi omni poteſtate terrarum & maris,quę Ro.Po.parerẽt: hoc autem fecit Spinther ut ad maiorem magiſtratum Pom.promoto ipſe ad regem Ptolomeum auxilio mitteretur:Aulus Plancus in collegio tribunorum recitauit literas,quibus notabatur Pto.orare ut pro Spinthere Pom.mitteretur.Cum uarias autem & diffidentes ſenatorũ ſententias Ptolo. cognouiſſet, deſperato reditu Epheſum conceſsit apud eam. Poſtea uero quamquam Romani auxilium abnegaſſent , & grauiter eius largitiones ferrent,reductus eſt & regnum recuperauit. Hoc autem fecerunt Pomp.& Gabi. tantum enim potentia & pecunia tunc ualuerunt, ut præter populi uoluntatem, & Senatus decreta Pomp.Gabi. ſcripſerit,quem Syriæ tum exercitu præfecerat , ut regem reduceret : nihil enim curarunt alter muneribus , alter uero gratia de Sibyllinis uerſibus . Reus deinde Gabi. factus eſt , ſed conuinci non potuit tum Pompeii , tum pecuniarum gratia. Sed cum legamus Catonẽ Rhodi cum eſſet atque reſponſum Ptolo. Ciprii expectarent altero Ptolomæo ciuibus tunc pulſo, & relicta Alexandria Ro. nauiganti ea ſpe, ut Pompeii & Cæſa.armis in regnũ reduceretur , conſilium optimum dediſſe ut domum rediret , & cum ſuis ciuibus pacaretur . Dubitabit aliquis cur Dion tradat Alexandrinos ægre tuliſſe Ptolomæum pati Cyprum accupari à Romanis,cum ipſe ui ueret, & inſulam in poteſtate haberet : illud addidimus quantũ tempora ſupputare potuimus,cum Alexandrini de rege eiiciendo conſilia inirent , tunc Pomp. Claudium Pulchrum , qui author fuit tollendi Ptolomæi,in piratas incidiſſe , regémque rogaſſe ut ſe redimeret : ſed precium perexiguum rex miſit , adeo ut piratæ id excipere erubeſcerent . Remiſſa igitur regi pecunia, & remiſſo Clau.ſine precio:tribunus deinde plebis creatus Clau. euicit:ut M. C. Cyprum mitteretur, eam ab rege ablaturus . Sed Ptolo. re intellecta priuſquam ille aduentaſſet , ſeipſum interemit : Ca. inſulam accepit , & regis opes uenundedit , pecunia omnis in publicum ærarium relata : quod Luca. ſignificat cum dicit . Quod Ca. longinquam uexit ſuper æquora Cypro.Ergo cum iuſſu populi mitteretur Ca. ad pecuniam accipiendam, ſatis Cyprus Roma. imperio parebat, cum in dignitate regni Aegyptiorum iuréque Alexandrini in quo animo ferebant , iam inſulam , cui per multos ánnos Ptolomæus imperauerat , in Romanorum iura cedere . Sueto. quoque ſignificat poſt initam cum Po. Ro.ſocietatem, Ptolo. Alexandria pulſum. Nam Ca.laborabat ut ſibi Aegyptus prouincia plebiſcito daretur , nactus extraordinarii imperii occaſionem , quòd Alexandrini regem ſuum ſocium atque amicum à ſenatu appellatum, expulerent . Igitur ut ſocius atque amicus Ro. Po. Ptolo. à ſenatu reduci poſtulabat,nec ſine cauſa atq; iuſte ſenatus de eo reducendo tractauit: quã rem primũ à me Sanute quæſiuiſti, quæ autem foret uerſuum ſibillinorum ſententia , ſatis ſupra demonſtrauimus. Reſtat ut exponamus atque comprobemus creditores legendum eſſe non competitores . Sed hæc ſubiecta Cice. uerba ad Qu.fratrem confirmabunt . Creditores uero regis aperte pecunias ſuppeditant contra Lentulum: ſine dubio res à Lentu.remota uidetur eſſe tum magno meo dolore, quanquam multa feci,ſed ualde miror cur domi.exponens illud Iuuena . Ipſi magna ſonant , ſed tunc cum creditor audit Præcipue . Inquit eniñ creditor qui pecuniam credit debitori. Creditor item cuius pecunia aliquid aliud agit: hoc loco, & apud Cice.res agitur per eoſdem creditores:nugatoris plane hominis uerba,quæ nec coarguenda ſunt . Nam quid aliud aliquid creditorum pecunia aduerſus Lentu.ageret, non intelligo, ſed qui pecuniam regi crediderint, quod & tu querendum exiſtimaſti, nihil equidem , quod ex hiſtoria habebatur , inueni , præterquam ea quæ de Rabirio Poſthumo Cice. ſcribit: is enim grandem pecuniam regibus Alexandrinis crediderat : pulſus interea regno Ptolo.doloſis conſiliis,ut dixit Sibylla:poſtquam ſenſit Poſthumus Romam uenit,huic egenti & roganti hic felix pecuniam credidit, nec tamen primum, nam regnanti crediderat abſens, nec temere ſe credendum putabat,quod erat nemini dubium, quin is in regnum reſtitueretur à ſenatu,populóque Ro. In dando autem & credendo proceſſit longius, nec ſuam ſolum pecuniam credidit, ſed etiam amicorum:ſtulte quis negat?aut quis nõ admonet? quòd male cecidit,bene conſultum putares?id eſt difficile,quòd cum ſpem magnam ſit ingreſſus,id non exequi uſque ad extremum: ſupplex erat rex,multa rogabat,omnia pollicebatur: ut iam metuere Poſthumus cogeretur,ne quod crediderat,perderet,ſi credere conſtituiſſet modum:nihil autem erat rege illo blãdius, nihil hoc benignius,ut magis pœniteret cœpiſſe, quæ deſiſtere liceret.Per hæc Cice. uerba conſtat Rabiriũ ſuam & amicorum pecuniam regi,& in Aegypto, & poſtquam pulſus regno fuit , credidiſſe , quod conuenit cum eo quod Dion ſcribit,regem dum regnaret,Romanis quibuſdam pecunias ſtabiliendi regni gratia mutuo acceptas impendiſſe. Quod autem largitione regia multi corrupti fuiſſent,& ſupra ex Dione demonſtrauimus, & Cice.idem ſignificat hæc ſubiungens,hinc primum exoritur crimen illud, ſenatum corruptum eſſe dicunt:docetque Cice.ad ſumptum itineris,ad magnificentiam apparatus, comitatúmque regium ſuppeditatam pecuniam à Poſthumo fuiſſe: ergo auſim ego affirmare creditores regios,qui Lentulum pecunia oppugnarent, nõ alios fuiſſe quàm Rabirium & eius amicos,qui pecunias regi crediderant. Hinc ſuboritur alia dubitatio:ſi rex Ro.uenerat,cur ſcribit Cice.Amonium regis legatum aperte Lentuli partes pecunia oppugnare? reſpondem⁹ regem,ut ſupra demonſtratum eſt,in conſulatu Lentuli Spintheris,& Qu.Metelli nepotis Romam ueniſſe,illique non inimico Po.Ro. ſenatum datum: poſt uero cum uaria decernerentur , Epheſum conceſsiſſe , & aut Romæ legatum Amonium reliquiſſe,aut ex Aſia miſiſſe ad procurandam in regnum reſtitutionem:ſcribit in eadem oratione idem Cice.Rabirium poſteaquam rex à Gabinio reductus fuit,in Aegypto manſiſſe,ut pecuniam exigeret,etiam infra dignitatem Ro. nominis:Lentu.uero conſulatu defunctus in prouinciam Ciliciam quæ ei mandata fuerat,conceſsit,ex qua facilis erat in Aegyptum trãſitus,& commode potuiſſet, ſiue cum exercitu , ſiue ſine exercitu regem deducere . Quare in rege per ſe reducendo multum per amicos laborabat , & de creditoribus quidam regiis abunde,ut arbitror, dictum eſt . Ad cætera iam tranſeamus de uerbis Liuii:Li-

Aulus Plancus

Pompeius Gabinus

P.Claudi⁹ Pulcher

Creditor Indomitũ

Rabirius poſthum⁹ Creditores regii

 uianum

uianum illud in quo maxime continetur consuetudo ferendorum suffragiorum ad creandos præcipue magistratus, satis cognosci non poterit, nec explicari, nisi Dionysii Alicar. libros, qui de antiquitate Romana inscribuntur, audiuerimus, tum quæ is de ordine & diuisione graduum in ferendis suffragiis tradat, subtilius pensitãtes, cum uerbis Liuii contulerimus. Magni momenti res hæc quando frequẽter apud historicos & oratores de centuriatis curiatisque comitiis mentio fiat. Ignoscendum autem est Blondo foroliuiensi, qui in sua Roma triumphanti de comitiis tractans, præter ea fere nihil dixit, quę apud Gellium & Pompeium Festum leguntur: qui duo scriptores uelut per transitum, in quo hæc duo comitiorum genera differrent delibarunt. Ea duntaxat uir nõ indoctus, quæ suis temporibus cognosci poterant, aperire uoluit: quanquam ex quibusdam Cic. uerbis, ut infra dicemus, nescio quid, quod à ueritate non multum abest, de centuriatis comitiis tradiderit, non uero iam explicatius discrimine atque ordine ferendorum suffragiorum differemus, si illud præmonuerimus sub regibus quinq;, hoc est, à Romulo ad Seruium Tullium, belli pacisq; munia uiritim facta idem & suffragia in comitiis data, quod proprium fuit curiatorum comitiorum. Posteaquam uero census descriptus fuit, distributęq; centuriæ ad centum numerum, oneribus inclinatis à pauperibus in dites, hoc est, ut diuites pro copia opum & facultatum onera publica ferrent, qui plus conferebant in reip. usum, in plures partiti centurias, plura suffragia ferebant: de ordine autem gradu, ac numero centuriarum magis distincte loquí non possumus quàm uerba Liuii, quæ omnia subnotauimus: De Tullio sic scribit. Aggreditúrque inde pacis longe maximum opus, ut quemadmodum Numa diuini author iuris fuisset, ita Seruium conditorem omnis in ciuitate discriminis, ordinúmque, quibus inter gradus dignitatis fortunæque aliquid interlucet, posteri fama ferrent: censum enim instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio, ex quo belli pacisque munia non uiritim, ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent: tunc classes centuriasque, & hunc ordinem ex censu descripsit, uel pace deorum, uel bello. Ex his qui centum milium æris, aut maiorem censum haberẽt, lxxx. confecit centurias, quadragenas seniorum ac iuniorum: primæ classis omnes appellati seniores ad urbis custodiam ut præsto essent, iuuenes ut foris bella gererent. Arma his imperata, galea, clipeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære, hæc ut tegumenta corporis essent: tela in hostem hastaque & gladius additæ huic classi duæ fabrum centuriæ: quæ sine armis stipendia facerent, datum munus ut machinas in bello ferrent. Secunda classis intra centũ usq; ad quinque & septuaginta milium censum instituta, & ex his senioribus iunioribusq; uiginti conscriptæ centuriæ. Arma imperata scutum pro clipeo, & præter loricam, omnia eadem tertiæ classis in quinquaginta milium censum esse uoluit, totidem centuriæ: & eæ eodem discrimine ætatum factæ nec de armis quicquam mutatum Ocreæ tantum ademptæ. In quarta classe census & quinq; uiginti milium totidem centuriæ factę arma mutata nihil præter hastam & uerutum datum. Quinta classis aucta centuriæ triginta factæ, fundas lapidésque missiles hi secum gerebant. In his accensis cornices tibicinesque in tres centurias distributi. Vndecim milibus hæc classis censebatur, hic minor census reliquam multitudinem habuit: inde una centuria facta est immunis militia: ita pedestri exercitu ornato distributoq; equitũ ex primoribus ciuitatis. xii. scripsit cẽturias sex. Item alias centurias tribus ab Romulo institutis sub iisdem quibus inauguratæ erant nominibus fecit. Ad equos emendos dena milia æris ex publico data, & quibus equos alerẽt uiduæ attributæ, quę bina milia æris in annos singulos penderent. Hæc omnia in dites à pauperibus inclinata opera: deinde est honos additus: non enim ut ab Romulo traditum cæteri seruauerant Reges, uiritim suffragium eadem ui eodémq; iure promiscue omnibus datum est. Sed gradus facti ut neq; excluſus quisquam suffragio uideretur, & uis omnis penes primores ciuitatis esset: equites enim uocabantur primi. lxxx. inde primę classis cẽturię peditum uocabãtur: ibi si uariaret, quod raro incidebat, ut secundæ classis uocarentur, nec fere unquam infra ita descenderent, ut ad infimos peruenirent. Nec mirari oportet hunc ordinem, qui nunc est post expletas quinq; & triginta tribus, duplicato eorum numero centuriis iuniorum seniorúmq; ad institutam à Ser. Tullio summam non cõuenire. Hæc fere eadem à Dionysio traduntur in libro. Vii. ubi narrat quo pacto damnatus fuit Martius Coriolanus: rem tamẽ ipsam apertius declarat, docetq; qua ratione nullus suffragio excluſus uideretur, & uis omnis penes primores ciuitatis esset. Nam quotiens populꝰ, permittente Senatu, in centuriatã à consule uocabatur, præfectus sacris quibusdam ex lege, campum Martium, qui ante urbem erat, multitudo conueniebat sub centurionibus & signis posita, ut in bello, ferebántque calculos, non tamen omnes accipientes, sed per ordines quique singulos, qui ordines centum nonaginta erant, in sex diuisi classes: ut supra ex Liuio demonstrauimus. quanquam numerus centuriarum siue ordinum non contingat hunc numerum: Sunt enim centuriæ. c. xc. annotatæ. Sed ad præsens negocium hæc numerum discrepantia parum facit, nisi forte præter decem & octo centurias equitũ, tres etiam à Romulo institutas annumerauimus. Igitur quotiens nonaginta tres cẽturiæ idem sensissent, tunc in ea re, de qua agebatur, ferendorum suffragiorum finis aderat, neq; amplius dabant reliquis centuriis sex & nonaginta ferendos calculos: quod si narrassent inter se primæ classis centuriæ quæ numero erant nonaginta octo, connumeratis in eis decem & octo centuriis equitum, tunc secunda classis, quæ erat duarum & uiginti centuriarum, uocabãtur, & tertia classis ac deinceps reliquæ, donec idem septem & nonaginta centuriæ sentirent. Sed persæpe certamina dignitatũ & magistratuũ finem per eas centurias, quæ primæ uocatæ erãt accipiebant: ita ut non esset opus amplius in aliquo ultimis. Raro autem ita res uariabatur, ut ad ultimum usq; suffragium procederetur. Liquido de his Dionysii uerbis patet quomodo nullus excluderetur suffragio, cum omnes centuriæ in campum Martium prodirent, & ius omnium foret ad ferenda suffragia, uis autem ipsa penes primores maneret, hoc est quotiens non uariassent, quorum tamen suffragia nunquam adeo uariabantur, ut necesse esset admittere infimæ sortis homines. Hic fortasse quæres cur tantum septẽ & nonaginta centuriæ certamina campi deciderent, ad quod dicimus hunc morem habuisse Romanos, & etiã ab Athenienſibus, ut Augustinus scribit, seruatus est, ut in iudiciis quotiens pares essent sententię iudicum reus absolueretur. In creandis uero magistratibus, & in certaminibus campi, quia paria non poterant esse suffragia, quæ omnia numero erant. cxciii. ubi primũ ultra dimidium uentũ erat, statim finis imponebatur. Ergo nonaginta septem finẽ statuebant, cum transcenderent dimidiũ. & hæc erant centuriata comitia in quibus suffragia ferebantur: ex sensu & ætate, quia centuriæ erant diuisæ bifariam seniorũ ad urbis custodiã, & iuniorum, qui foris bella gererẽt. Et quia Romanus populus his comitiis non multũ aberat ab instructo exercitu, pro militari munere diuisus erat ideo dixit Aulus Gellius centuriata comitia intra pomeriũ fieri nefas esse, quia exercitũ extra urbẽ imperari oporteat.

Dionysius Alicarnasseus

Blondus

Comitia centuriata

Liuius

Classes Centuriæ

Prima classis

Secunda classis

Tertia classis

Quarta classis

Quinta classis

Aulus Gellius

oporteat. Intra urbẽ imperari ius nõ sit, propterea cẽturiata in cãpo Martio haberi exercitũq; imperari præsidii causa solitũ, quoniam populus esset in ferẽdis suffragiis occupatus. Præterea idẽ author tradit maiores magistratus comitiis centuriatis fieri. Cice. quoq;, quod & Blondus notat, Luciũ Murenã defendens ambitus petitione consulatus accusatum inter alia argumenta hoc uno potissimum usus est. Murenam forma omnium grauiore delectum fuisse illo die, quo auspicato comitiis centuriatis Lucium Murenam consulem renunciauit. Erat enim grauissima forma comitiorum, quorum uis omnis penes potentes esset. Curiata uero comitia, quę per lictorem curiatim calabantur, id est uocabantur, ex promiscuo suffragiorum genere constabant. Hæc enim ab Romulo & reliquis regibus instituta fuere, omnisque Ro. Po. ad curiatam concionem uocatus in forum conueniebat, funibusque quibusdam loca fori concludebant: in quibus singulæ curiæ separatim tanquàm in septis sistebantur, uiritim suffragia laturæ, & fere plebiscita & leges curiatis comitiis rogatione trinundinum facta ferebantur. In uestra autem Aristocratia ferendorum suffragiorum hic ordo non habetur. In designandis autem magistratibus quotiens uniuersa concio in atrium amplissimum coit, per sub sellia partiti patricii ad sortẽ electionis prout sors exierit, citantur: quæ diuisio subselliorũ habet quidpiã simile uocationi tribuũ per septa discretarum. Est quotiẽs dux creatur, quia magistratus ille summus est, & perpetuus. Vnus & xl. uiri miro ordine, & quod uix fieri posse uidetur, sorte & consilio delecti, statutum modũ suffragiorũ habent: nam qui prior quinque & uiginti suffragiorum puncta tulerit, is statim dux salutatur, difficiliúsque est ad hunc numerũ peruenire, quam in generali concione, ut dicitis, mille suffragia tulisse: quod .s. grauiore iudicio, & maturiore consilio res tanta geratur. Differunt etiam suffragiorum qualitates: Nam in quem plura puncta è duobus aut quatuor competitoribus collata fuerint, is magistratui designatur: quæ lex in Curiatis comitiis Roma. seruabatur. Ast in duce creando contentio suffragiorum non admittitur, hoc est quis plura tulerit:: quod in centuriatis comitiis seruabatur. Nam cum candidatus quispiam siue is consulatũ, siue præturam aut quæsturam peteret. VII. &. XC. de quibꝰ supra diximus, suffragia accepissẽt, illico designatus habebat. Patauii, si licet maximis minima componere, in creando eo magistratu: qui ius inter scolasticos dicat uestigia quædam curiatorũ & centuriatorũ comitiorũ apparent. Nam sacrarũ legum studiosi per nationes quasi centuriatim diuiduntur, tamen unaquæq; nationum delegit, cui potestas pro omni gente ferendi suffragii datur: qui uerò liberalibus artibus atq; philosophiæ incumbũt, uiritim latis suffragiis rectorẽ, sic enim is appellatur, creant. Et quia de comitiorũ ratione multa differuimus, prætereundo non uidetur quid esset prærogatiua suffragiorum, & quę prerogatiuę tribus atq; centuriæ dicerentur. Pedianus ait prærogatiuas tribus esse, quę primę suffragiũ ferunt ante iure uocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina domo de iisdem candidatis comitia fieri: quorũ tribus primę prærogatiuæ dicebant, quos uellẽt consules fieri: secũdæ iure uocatę, ꝙ in his sequente populi, ut sępe cõtigit, prærogatiuarũ uoluntate iura omnia complerentur: hęc elegantissimi & nobilissimi interpretis uerba, ut plenius & melius intelligantur aliquid à nobis addendũ uidetur: quantũ ex Li. & reliquis historicis, ubi prærogatiuæ mentio fit, conijcere possumus: iure uocatæ tribus & centuriæ dicebantur: quæ iussu consulis aut tribunorum in concionẽ ueniebant. hæ ad ferenda suffragia uocabantur: ut supra diximus. Sed antequam ad suffragia citarentur, nonnunquam sermo in populo habebatur de dignis indignisue ut fierent. Cæteri diligentiores ad suffragia de his ferenda, & plerunque is candidatus dignitatem consequebatur, in quem sermo populi inclinasset: diligentius quandoque mecum cogitaui, an in uestra republica præpotenti & recte instituta aliquid geratur, quòd aliquam prærogatiuæ similitudinem referat: tandem deprehendi eos magistratus qui per scrutiniũ designantur, quodammodo prærogatiuæ more designari. Nam sunt præfecturæ quædam in urbe quæ scrutinio patrũ designatæ, mox uniuerso patritiorum ordine consentiente conferuntur, & fere, quod patribus placuit, hoc uniuersa concio sequitur atque confirmat, siue leges ferantur, siue magistratus demandentur. Est tamen aliquando ut diuersa à patribus & à senatu concio statuat: hinc existimamus quod Ro. in democratia prærogatiuam dixerunt, id nostris temporibus Venetos in sua Aristocratia scrutinium appellare: &, ut semel dicam quod sentio, quicquid suffragiis uniuersalis concionis confirmandum atque ratificandum est: quauis rogati patres id decreuerint, prærogatiua senatus factum dici potest. Ad nostram sententiam tum confirmandam, tum apertius declarandam, quę Liui. XXI. lib. scribat ubi de Hannibale loquitur subnotauimꝰ. Quin prę rogatiuam militarem qua extẽplo iuuenis Hãnibal intra prætoriũ delatus, imperatórq; ingenti omniũ clamore atq; assensu appellatꝰ erat: fauor etiam plebis sequebatur. Prerogatiuã militarem intelligimus ingentẽ omniũ clamorẽ atq; assensum militum, cũ Hannibal appellatus est imperator, quẽ mox plebs sequeretur: quę & suo studio, suisq; suffragiis illũ imperatorẽ exercitus factura erat. Tertulianus itẽ in Apologetico: Liberius ergo, cuius tempore nomẽ Christianũ in sæculũ introiuit, annunciatũ sibi ex Syria palestinæ, quæ illic ueritatẽ illius diuinitatis reuelauerat, detulit ad senatũ cũ prerogatiua suffragii sui: Senatꝰ, quia ipse nõ probauerat re spuit: qd enim fuit prærogatiua suffragii Tiberii, nẽpe quia prius ille decreuerat Christũ nostrũ Deũ haberi. Locus hic poscere uidetur ut de ꝓmulgatione legũ pauca disseramus. Nã leges ipsæ trinũdino ferri solitæ erãt nec alio mõ rite à iure latę dicebãtur, nisi trino ꝓmulgatę nundino: ergo qd esset trinũdinũ prius dicendũ uidetur. Prisci Ro. ut Varro & Dionysius authores sunt, annũ ita diuiserũt, ut nonis modo diebus q in agro uersarentur in aliquo opere faciendo urbanas res usurparẽt, reliquis septem ut rura colerent: de quo die intellexisse mihi uidetur Ouid. in fastis cũ ait, Est quoq; q nono semp ab orbe redit. Ergo nũdinis rustici tribus in urbẽ ueniẽtes permutationes faciebãt rerũ uenaliũ, litesq; cõponebant, & de publicis, quorũ erant ex lege Domitii, & quæ permitteret ipsis senatus suffragia ferẽtes ea sanciebant: tunc Tribuni maxime plebis legem Promulgabant, diẽq; statuebant tertii fori siue trinundini. Nam primo foro legebatur lex: Itidem secundo foro: ast tertio foro cum turba ex agris uenisset, rogatio fiebat, & præco, subũciente scriba, uerba legis populo recitabat, tuncque populus sanciebat: ergo primo & secundo foro, uelut binundino, lex promulgabatur: hoc est, ut exponit Pom. Festus, in uulgus edebatur. Est enim promulgare, quasi prouulgare: & ut dilucidius rem ostẽdamus, tempore promulgationis licebat intercedere: cũ uero lata esset nequaquam: quam rem significat Cicero in prima Antonianarum hæc dicens aduersus leges duas quas Antonius post Cæsaris mortem promulgaue rat: hoc est de tertia decuria iudicum. Et ut de ui & de maiestate damnati ad populum prouocarent si uellent: ait enim ac de his tamen legibus quæ promulgatæ sunt, saltem quæri possumus, de his quæ iam

Comitia curiata

Aristocratia Venetorum

Ducis Veneti creatio

Rector Patauini studii.

Prærogatiua

Scrutiniũ

Prærogatiua militaris

Tertullianus

Trinundinum

Universidad de Deusto Biblioteca

latæ dicuntur, ne illud quidem licuit. Illę enim multa propagatione latæ sunt antequam scriptæ: quid est ergo quod dixit nulla promulgatione latæ sunt: nempe quòd triundino populo recitatæ non fuerunt, nec licuit illis obsistere, aut contradicere: uel ut magis proprie intercedere. Vnde paulo post ait: loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum uobis, demonstro uitia, tollite: denuntio uim, arma remouete: hanc ferendarum legum consuetudinem maiores quoq; uestri Sanute optime in Aristocratia instituerũt. Nam quotiens grauior quædam res tractanda inciderit, de ea prius in curia sanctissima patres rogãtur aliquo dierum deliberatione permissa. Postea uero sanatusdecretum super ea re fit, prout censerint prudentissimi uiri: mox uero quæ senatus decreuit, ad concionem uniuersalem delata sciuntur siue sanciuntur: si tamen illud diuulgari licet: quod superiore anno factum uidimus: ubi lex sumptuaria lata fuit de moderando præcipue mulierum ornatu. Ea enim lex primum ad patres per principes senatus relata fuit: quam hi mox cum prærogatiua suorum suffragiorum concionari demandarunt, quæ patrum decreata magno studio sciuit.

EX ANGELI POLITIANI MISCELLANEIS.

❧ Quam multa in epistolis familiaribus quæ nunc habentur Ciceronis præpostera: tum quem in ordinem restituenda. Cap. XV.

NACTVS sum Ciceronis epistolarum familiarium uolumen antiquissimum, de quo etiam supra dixi, tum ex eoipso alterum descriptum, sicuti quidam putant Francisci Petrarchæ manu. Descriptum autem ex ipso liquet multis argumentis, quæ nunc omiserim. Sed hic posterior, quem dixi codex, ita est, ab indiligẽte bibliopola conglutinatus, uti una transposita paginarum decuria, contra quam nota sit numeris deprahendatur. Est autem liber in publica gentis Medicæ bibliotheca. De hoc itaque uno quantum coniiciam cuncti plane quotquot extant adhuc epistolarum earundem codices, ceu de fonte capiteq; manarunt: inque omnibus præposterus & peruersus lectionis ordo: qui mihi nunc loco restituendus quasique instaurandus. Quare adhibe quæso animum quicũque liberalis has literas amplecteris. Igitur in libro octauo. Cęlii epistola ad Ciceronem sic incipit: Certe inquam absolutus est, me repræsentante pronunciatum est: & quidem omnibus ordinibus: sed & singulis in unoquoque genere sententiis. Vide modo, inquis, hucusq; ordo nondum interpellatus. Quæ autem statim sequuntur uerba. Literis ostenderis, & cætera: diuersa prorsus à superioribus atq; alterius epistolæ inuenias: Perge porro: ab ea ipsa epistola deinceps numerare sequentis ad eam quæ sit quarta & uigesima, cuius ita principium: Non me Hercules. Nihil unquàm enim quæ cum superiore continuatur. Vt legas ita, Certe inquam absolutus est me representante, pronunciatum est & quidem omnibus ordinibus: sed & singulis in unoquoque genere sententiis. Vide modo, inquis. Non me Hercules: nihil unquam enim: atque ita reliqua subtexe: donec ipsa, quam diximus alterius esse epistolæ perueneris ad sequentem decimam: cuius hoc initium: Si tu inquis Hircium: quam eousque lege dum in uerba hæc incidas. Si ullam spem: quæ simul offenderis. Totum hoc delebis, aut in recto uitii cætera mihi probabuntur. Totum hoc inquam delebis aut induces, quoniam aliena plane huic loco. Mox denuo recurres ad ea quæ posita perperam sunt in illa Cæli de qua primitus dictum, atq; ita continuabis lectionem. Si ullam spem literis ostenderis ita tractim legens ad epistolam peruenies tertiam ab hac & uigesimam sic uidelicet incipientem. Duabus eius epistolis respondebo: clausamque hac fini. Si enim nihil est in parietibus aut tecto uitii, cætera mihi probabuntur. Post eamque statim consequi debet epistola quæ nunc ab illa undecima: sic ordinans. Delectauerunt me tuæ literæ. Comprobat hunc ordinem quem posuimus non solum codex uterque, uel ille antiquus, uel hic ex eo statim natus à quo cæteros quoque omnis bibliopolæ uitio deprauatos liquet. Sed intellectus etiam sensusq; ipse luce clarior sic ut acutius inspicienti quicquid usquam prorsus obscuri est ambiguiq; tollatur.

❧ Verba in Ciceronis epistolas ex Ennii Medea de Græca Euripidi. Cap. XXVI.

CICERO in epistola ad Trebatium. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignouerunt Medeæ, Quæ Corinthũ arcẽ altam habebant: matronę opulentæ optimatesę: quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi uitio illę uerterẽt quod abesset à patria. Nã multi suam rem bene gessere & publicam patriam procul. Multi qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati. Nemo ex his quorum edita sit sententia suspicatus est adhuc non esse ista plane Ciceronis uerba, sed poetæ alicuius magis: cui liceret uti uocibus, illiusmodi figuris, ceu sunt illa Quæ Corinthum arcem altam habebant, Et matronæ opulentæ optimates: neque saltem hoc uiderunt. iambos adhuc in his uersibus extare integros duos, aliorùmque quasi discerpta membra uelut i uocitari. Nos hæc ex Enni Medea uerba esse colligamus, non quidem suo prorsus ordine: sed quo commodissimum Ciceroni fuit allegata. Nam cum de græca Euripidi uersam ab Ennio Medeam in latinum cognouissemus, sententiam protinus horum uerborum de ipsa nimirum Euripidi tragœdia, quando illius Ennianę iacturam fecimus, libuit aucupari. Sic igitur in ea fabula cum matronis corinthiis loquens inducitur Medea, uti persuadeat non sibi uerti uitio oportere quod absit à patria. Quando multi, inquit, honesti etiam procul à patria, multi contra domi fuerunt inglorii. Mam male audiebant peregrinæ fœminæ, unde illud comicum. Adeon est demens, ex peregrina. Similiter taceri posse ait parmeno, Samiam fuisse Thaidis matrem tunc Athenis uictitantis. Versiculos autem Euripidis ipsos ex Medeæ persona ne quis fortasse desideret, hic ascribemus. κορινθίαι γυναῖκες ἐξῆλθον δόμων; μή μοί τι μέμψησθ', οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας; τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο, τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν. Quod autem diximus poetam Ennium de græco uertisse tragœdiam Euripidis Medeam, partim d euerbis ciceronis coniectamus, qui sic ait in primo de bonorum malorùmque finibus: quis enim tam inimicus pene nomini Romano est, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuuii spernat, aut reiiciat. qui se iisdem Euripidis fabulis delectari dicat, latinas literas oderit: partim etiam quòd Ennianæ tragœdię principium multis locis, ut à Quintiliano uolumine quinto, ut à Cicerone in libro de fato, ut item ab aliis authoribus identidem citatur: sed nusquam tamen longiore tractu quàm in rhetoricorum secundo eiusdem Ciceronis ad Herenniũ Quod si ex codicibus uariis emendatum subscribimus, ut illustretur obscuritas locis aliquot in lingua latina aboriens: quotiens unus aut alter de eius tragœdiæ principio uersus allegatur, suppręsso authoris nomine, simulq; intellectu suspenso. ❧ Locus ipse apud Ciceronem sic est: Ne Ennium, inquit, & ceteros poetas imitemur: quibus

mur: quibus hoc modo loqui concessum est. Vtinam ne in nemore pelio securibus Cæsa, cecidisset abiegna ad terram trabes. Ne ue inde nauis inchoandæ exordium cœpisset, quæ nunc nominatur nomine Argo: qua argiui uecti delecti uiri petebant illam pellem inauratam arietis Colebis imperio regis peliæ per dolum. Nã nunquam ęgra errans mea domo efferret pedem Medea animo ęgro, amore leuo saucia. Est autem trabes in uersiculo secundo singularis numeri quemadmodum & Priscianus legit libro septimo. Vetustissimi enim ut ipse inquit, etiam trabes pro trabs proferebant. Euripidis uero tragœdię principium si cum Ennianę cõferas, feceris arbitror operepretium quod & subnectam: Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας, μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας ἀνδρῶν ἀριστέων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρος Πελίᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος. Trabes pro trabs

❧ Pannici terrores qui uocentur, coque locupletissimi citati testes. Gap. XXVIII.

IN Ciceronis epistola ad Tironem, quæ posita in extremo familiarium uolumine: sic scriptum est. Et Atticus noster qui quondam me commoueri πανικοῖς intellexit idem semper putat, nec uidet, quibus præsidiis philosophiæ septus sim. Hercle quod timidus ipse est θορυβοποιεῖ. Panica uocantur, ut arbitror, à græcis repentini quidam terrores, & consternationes, quales utique lymphatici metus usque adeo irreuocabiles, ut non ratione modo sed mente etiam careant. Quo item uerbo Cicero idem utitur in epistola ad Atticum libro quinto. Scis enim inquit quædam πανικὰ dici. Facit item Hyginius de panico terrore mentionem quo loco de Capricorno, his uerbis. Hic enim dicitur cum Iuppiter titanas oppugnaret, primus obiecisse hostibus terrorẽ qui panicos dicitur: ut ait Aratostenes. Quã fabulam & Germanicus innuit in Arateo cõmentario. Euripides in Medea sic ait. καί τις γεραιὰ προσπόλων δόξασά που ἢ Πανὸς ὀργὰς ἤ τινος θεῶν μολεῖν ἀνωλόλυξε. Panos autem uocat iras Euripides, sicuti est apud antiquissimum ipsius interpretem τὰ πανικὰ δείματα. i. panicos terrores: ὅτι τὴν τῶν αἰφνιδίων φόβων καὶ ταραχῶν αἰτίαν τὸν Πᾶνα τιθέασιν. Quoniam inquit repentinorum terrorum, & consternationum causam deo pani tribuunt. Et apud Synesium in libro de prouidentia sic inuenio ferme: καὶ πανὶ θορύβοι μεθ' ἡμέραν τὸ στράτευμα κατελάμβανον. Et panici tumult⁹ interdiu exercitum occupabant. Quo loco ampliter etiam cuiusmodi essent hi denique terrores explicãtur. Quin interpres etiã nescio quis ita uerba hęc ipsa Synęsii enarrat: ut panicos appellari terrores dicat, cum repente in exercitu uiri equique perturbantur nulla comparente causa. Solent enim inquit fœminæ ui numinis instinctæ panos orgia clamoribus concelebrare: quibus ut pote repentinis, metu audientes afficiuntur. Sed & Nicetes Chomiates non aspernabilis omnino inter gręcos author, panicorum meminit phantasmatum in oratione quapiam sua. Theon quoque Arati poetæ interpres. Militasse ait pana deum aduersus Titanas, primumque eum uideri concham illam tortilem & turbinatam qua pro tuba utuntur inuenisse: quæ græce Colchos appellatur: factumque ipsius opera uti se armandi sociis interim fieret copia dum sonitu quocunque illo qui panicos uocatur, in fugam Titanes agebantur. Sed & Nonnus poeta Dionysiacon decimo furẽtem describens Athamanta tunc insano panos flagello furiatum ait. Nunc intra ipsius aures bombum illum insonuisse panici saturni flagelli uerba ita sunt. οἰστρηθεὶς Ἀθάμας μανιώδεϊ Πανὸς ἱμάσθλῃ. Et item αἰεὶ δ' οἱ ἔνδον ἀκοῆς παμιάδος κρομίης ἐπεβόμβει δοῦπος ἱμάσθλης Quo autem nunc piaculo Valerii Flacci pulcherrimos poetę uersus taceam super hoc ipso positos in libro argonauticon tertio. Dant, inquit, ęthere longe Signa tubæ, uox & mediis emissa tenebris. Hostis habet portus, soliti rediere pelasgi. Rupta quies deus ancipitem lymphauerat urbem Migdoniæ, Pan iussa ferens sęuissima matris. Pan nemorum bellique potens, quem lucis ab oris Antra tenent, patet ad medias per deuia noctes Setigerum latus: & toruæ coma & sibila frontis. Vox omnes super una tubas qua cornus & enses. Qua trepidis auriga rotis nocturnaque muris Claustra cadunt, talisque metus non martia classis, Eumenidũque non tristis ab æthere Gorgo, Sparserit aut tantis aciem raptauerit umbris. Ludus & ille deo pauidum præsepibus aufert: Cum pecus & profugi sternunt dumeta iuuenci. Quint. libro etiam sexto apud eundem barbarus quispiam ad terrorem incutiẽdum simulacra panos prætulit. Hispidus inque dei latuit terrore lycæi. Sed & Sozimus historiæ græcus author in libro tertio monstroso aspectu quempiam apparuisse Pellitum dicit, Albanis Romanisque prælium commissuris. Etenim deum pana belligerum fuisse uel ex argumẽto Nonni cognoscimus uel ex Theocriti fistula nam in ea sunt ista quoque uerba de Pana deo.

Eundemque fuisse Atheniensibus auxilio contra Persas cum alibi legimus, tum in ea ipsa quam diximus fistula: his uerbis.

Pãnici terrores | Panos Ira | Synesius | Nonnus | Sozimus

❧ Vitiosa quępiam in epistola Ciceronis, deque uocabulo quod est Sciamachia. Cap. XXXIIII.

RVSTICVM nimis & illepidum sordidumque adeo plane uocabulum Ciceronis epistolam occupauit, eam quæ est ad Brutum isto principio Mirabiliter mi Brute lætor: sic enim in ea legimus; meæque ille uæhementes contentiones tanquam scientia annihilatæ esse uideantur. Quod quidam tamen hactenus corrigunt: ut dicant tanquam si iam annihilatæ esse uideantur. Consulant quæso æruditi peritique idoneorum uerborum ueterumque lectionum, consulant suum quisque iudicium sensumque, ac tum demum credere audeant annihilatas contentiones scriptum fuisse à Cicerone. Nos in codicibus duobus Mediceæ familiæ, quorum supra quoq; fidem allegamus, mendose id etiam sed tamen ut erroris adhuc uestigium nõ sit abolitum, sic reperimus tanque sciamachiæ esse uideantur. Quare suspicamur legendum Sciamachiæ. Sunt enim Sciamachię nihil sane aliud quam umbratiles pugnæ. Sentit.n. Cicero hoc utique frigere iam se plane in senatu non succedentibus Bruto rebus, suasque illas uehementes contentiones, Sciamachias uideri. Vocabulum ipsum perquam est elegans apud græcos: & magnopere usitatũ. Quin. Galienus quoq; medicus in lib.2. sic ait

Inter celeres exercitationes quæ tamen attentæ uiolentæque non sunt, & cursus annumerat, & Sciamachias. Denique uel Eustachius in Odyssææ commentario Rapsodiæ tertiæ de uerbo eo sic meminit.

Et.M.Varro satyram unam è suis

Sciamachiæ | Eustachi⁹

illis Menippeis ſciamachiam inſcripſit.Hæc enim eſt apud Gellium uera ex antiquis exemplaribus lectio,nõ ut quidam etiam ſcribunt Crimachia.Quin paulo etiam ſupra in epiſtola eadem Ciceronis uocabulum alterum quod eſt de græca ſcriptura deprauatum migrauit in latinum.Nam pro eo quod erat factũ iam optanõ. Neq; autem hoc quoq; ab ullo hactenus animaduertitur. Quare ſic legeris.Plane iam Brute frigeo.Organon enim erat meum ſenatus,ut quo pro organo Cicero,proque inſtrumento utebatur.

¶ Quod erat in Cicer.epiſtola uocabulum philotheoron,corruptum eſt improbe in nomen quod eſt philocteten. Cap.LXXXVII.

IN Ciceronis epiſtola ad Trebatium,cuius initium.In equo troiano ſcis eſſe in extremo, ſero ſapiunt:ita ſcriptum fere,cunctis exemplaribus inuenitur. Deinde quod in Britannia non minus quàm Philocteten te prębuiſti plane non reprehendo. Diu me torſeram maceraueramque elici endo ſenſu de uerbis his,neque procedebat.Quorſum enim de Philoctete hic Cic.Sed.n.poſtea codicem illum uetuſtiſſimum Laurentii Medicis opera ſum nactus:quem & ſuperius citaui minus multo quàm cæteri deformatum,inquinatum,peruerſum,cõturbatum.Nam in eo ſic erat.Deinde quod in Britannia non minus Philotheorum te prębuiſti plane non prębendo.Nam Philotheorus is eſt qui ſpectationum ſtudioſus,qualem ſe Trebatius in Britannia prębuerat dum prælium fugitans ocioſe aſſerit in armis mediis.Ex quo Cice.materia ioci & cauilli.

Philotheorus

EX AEGNATII LACERATIONIBVS.

¶ Notæ quædam literatum ex Cælii ad Ciceronem epiſtola obſcuriores illuminatæ, necnon Frontini hac ipſa ſuper re libello de aquæ ductibus correctæ, atque de Hieroglyphis Aegyptiorum literis ſcitu quædam digna,ibique Auſonii locus de litera Lacedæmoniorum explicatus. Cap.3.

VIx ab Ouidio auocari æque nos patiebamur animo.In cuius mehercle opera ad ſexcentas annotationes pene,cum plus ocii, quietiſue ſtudiis impetrare licuerit meis edendas confeciſſe me iam nunc non tam audacter quàm uere profiteri poſſum, cum locus unus ex Cælii octauo ad Ciceronem epiſtola, cuius initium eſt.Quod M.Marcellus N.F.me ad ſe uel inuitũ traxit. In qua epiſtola ſunt hæ in frõte ſtatim adpoſitæ notæ.D.E.R.I.C.quæ ſane(ut uideo) ſic omnes hactenus torſerunt,ut cum multum illis percipiendis inſudarint, tandem uelut animum deſponderent aut inenarratas relinquere, aut qui morbus iam late ſerpit,cum minus intelligerent,tanquam nihili caſſaſque eraſerunt.Eſt quidem hac tempeſtate quorundam ea inſcitia,dicã an inſania,ut quæ non ipſi intelligant ſtatim immutari,ſtatim tolli iubeant, æque ac ſi Cenſores apud quos ne oſcedo quidem tuta à multa fuerit,omnes notare,omnibus equum adimere, uel non adſcripta cauſa ualeant.Nos uero quos non iſtæc prurigo uel potius rabies(ut alia ſint)tenet, perquiſitis diligẽtius multorum ſcriptis,aduertimus eas notas ex ueterum frequẽtiore uſu ſic adſcribi ſæpe ſolitum,quæ cum id temporis notiſſimæ eſſent,nunc deſuetudine aut obſcuriores,aut ſuperfluæ(ſi diis placet)æſtimantur.Interpretantur autem notæ illæ ad hanc ferme rationem.D.de.E.ea.R.Re.I.Ita.C.cenſerunt.tamen etſi Probus eſt author(Hunc credo cuius Gellius libellum de notis citat)pluribus maiores noſtros uſos,ut.ſ.ſemper ita plebiſcitis & ſenatuſconſultis ſingulares haſce adſcriberẽt literas.Q.D.E. R.F.P.D.E.R.V.I.C.id eſt. Quod de ea re fieri placeret,De ea re uniuerſi itacenſuerunt.ut facile in eam ſententiam ueniam φ & Cælius haſce omnes adpoſuerit, ſed ſequenti ſeculo à ſcriptoribus,quod bis repetitum uidebatur, abraſum,amputatumque. Quod uitium, ſed non æque tamen inſigne & Frontini libellum de aquæ ductibus occupauit quibuſdam in locis, quos tu adhunc modum reſtituas omnes iam facilime. Atq; hæc Romanæ urbi ſcribendi ratio probata eſt,illa uero Aegypto,ut animalia depingentes quicquid uellent ſignificarent. Prætermitto uero quæ Diodo.quæ ue alii quidam.Hoc dixerimus quod in libello hac ſuper re quandoque legimus ſane quàm admirabile, φ cũ ingratum hominem notare uoluiſſent,columbę effigiarent effigiem, φ animal hoc cum primum adoleuit matrem roſtro inceſſere atque impetere ſit ſolitum.ſed & cum tardum, Formicam Veſpertilionis ala contectam figurabant, φ credant formicam nunq̃ inde exire quo ueſpertilio ſemel acceſſerit.ſed & illud Auguſti Cæſaris Tarde feſtina quàm ſcite? φ Delphinum peruiciſſimum alioqui natantium,Anchora innexum pingebant.ſed ut de tota hac literarum ratione quæ ſparſim apud authores inueniũtur breui aliquid uelut apis colligam, placet & Auſonii ad Paulinum epiſtola nodum illum ſoluere:quæ nam ſcilicet ſit illa litera quã Lacedæmonii Philippo Regi negarunt.eſt autem carmen.

Vna fuit tantum qua reſpondere Lacones Litera,& irato Regi placuere negantes.

Tu igitur ſcito literam illam fuiſſe ου græcam quam nemo non uel paulo modo humanior in græcis nõ ſignificare apud græcos uouit.Lacedemonii namq; Philippo Regi petenti neſcio quid quod præſtare nollent,ſic ſcripſerunt ἀπεροῦμεν ου.i.quæ petiſti non. Plutarchus in Laconicis Apophtegmatis author.ſed de his ſatis ſuperq;.Credimus enim iam & ſuper Cælii notis,& Frontini,nec non Auſonii litera,ut dubitandum ſit nequaquam,explicatum perbelle locum.Cæterum & illud addimus ueluti corollarium.Duas illas in eadem Cælii epiſtola notas N.& F.nonis Februariis ſignificare.quod addidimus ne quis hoc ita quoque attentare auſit, ut has quoque, quemadmodum in epiſtolis Mediolani nuper impreſſis priores illas eraſere: ſic credat aliquis.Niſi dixeris,Nobilis familiæ potius,quod diſplicet,interpretandum.

EX NICOLAI SCOELSII LVTTAREI LECTIONVM VARIARVM LIBELLO. LECTIO. XXXI.

¶ De Ciceronis Epiſtolarum ſtilo iudicium.

IDonii iudicium in epiſtolari ſtilo de Cicerone damnatur ex Becichemo, ubi de arte epiſtolandi conſcripſit. Qui tametſi beneuolentiam ac ſtudium, quo ſe affectum eloquentia putat in Ciceronem declarat, amore tamen facile uinci ſe oſtendit, cum neque huius ætatis quiſquam ſit,qui poſſit uere & uidere,ac ſentire de Cicerone quicquam, tanta eſt enim ſuorum ſtudiorũ admiratio,qua doctiſſimus quiſq; capitur,eaq; decipitur,ut in iudiciis cõferendis,amore impediat.Properãdũ igit ad uetuſtiorũ eſt ſniam,quorũ acrior paulo,ac exquiſitior, ſiue ſincerior multo cuiuis iudicii opinio erat,atque inquiſitio uel ingenii,uel ſermonis.Et quod doctiſſimus quiſque de Cicerone ſentiit,ac diſcuſsit,eidem noſtram tempeſtatẽ puto & aſſentiri,& parere oportere.Non tam igitur inimiciter Becichemum cum Sidonio rem iſtanc habere decuit. Qui fortaſsis non temere de Cicerone ad Conſtantinũ ſcribens,huiuſmodi iudicium protulit. Nam de M. Tullio ſilere in ſtilo epiſtolari melius puto. Hæc Apollinaris. Sed Becichemus (audies oro) quàm in Sidonium copioſe Ciceronem exoptans defenſum habere cumulatéq; inuectus eſt.Merito (inquit) Franciſcus Petrarcha uir doctiſsimus, & qui primus eloquentiæ iter Italis, tum barbaris iam factis ex latinis utcũmque aperuit,taxat Sidonii temeritatem,qui auſus eſt alio orbe,alio ſeculo natus,Aluernus orator,non latio ſe fingere fratrem (ut ait ille) quod ipſum latis erat audaciæ,ſed æmulum.Et (quod eſt grauius)irriſorem Ciceronis atque illi detrahere.Tum poſtea longa teſtium ſerie,authores multos, & uarios, qui Ciceronem eloquentiſsimum omnium extra cuiuſuis aleam poſitum ingenii adduceit.Sed ne ſolus,qui tam acriter à Becichemo iudicatur (nam Petrarchæ uenia dari poteſt,quod illis temporibus fuerit natus lucis expertibus) Sidonius ille deſipere uideatur,uidendum puto: & quantum de Ciceronis epiſtolari ſtilo decipimur,omnes quantum atque minoris culpæ Sidonius,nota eſt taxandus. Cuius quoque iudicium nõ ab utroque & Calui,& Bruti doctiſsimorum,paritérque eloquentiſsimorum hominum multum ſegregatum eſt,quod utrique de Cicerone habuerunt.In quo etiam & Cornelius quóq; Tacitus uerſatus eſt. Qui & Calui,ac Bruti referens ſententiam,non longe ab utrorúmque ſuam ſepoſuit his uerbis. Satis conſtat quidem Ciceroni detractores defuiſſe,quibus inflatus,& tumens,nec ſatis præſſus,ſupra modum exultans,& ſuperfluẽs, ut parum antiquus uideretur,legiſti utique & Calui,& Bruti ad Ciceronem miſſam epiſtolam.Ex quibus facile eſt deprehendere Caluum quidem Ciceroni uiſum exanguem,ac tritum.Brutum autem ocioſum, atq; diſiunctum.Rurſumq; Ciceronem à Caluo quidem male audiuiſſe,tanquam ſolutum,& eneruem.A Bruto autẽ (ut ipſius uerbis utar)tanquam fractum,atq; elumbem.Si me interroges,omnes mihi uideri uerum dixiſſe.Et paulopoſt.Nam Caluum,& Aſinium, & ipſum Ciceronem credo ſolutos & inuidere, & luere, & cæteris humanæ imbecillitatis uitiis affici.Solum inter hos arbitror Brutum nõ malignitate,nec inuidia,ſed ſimpliciter, & ingenue iudicium animi ſui detexiſſe.An inuideret Ciceroni,qui uidetur ne Cæſari quidẽ inuidiſſe?hęc Tacitus.Quid?Quod Cicero de ſe ad Pætum ſcribens ait:Veruntamen quid tibi ego uideor in epiſtolis? nonne plebeio ſermone agere tecum?nec enim ſemper eodem modo.Quid enim ſimile habet epiſtola aut iudicio,aut concioni?Quin ipſa iudicia non ſolemus omnia tractare uno modo:priuatas cauſas,& eas tenues agimus: ſubtilius,capitis,aut famæ ſcilicet ornatius.Epiſtolas uero quotidianis uerbis texere ſolemus.hæc Cicero.Cur igitur Sidonii qui iudicio detrahit,& Calui & Bruti illud non uidit,quibus detrahere etiã debebat,eo quod Ciceronem epiſtolari uitio accuſabant? An quod illis minime,uti aliis fecerat, potuit? quod ſi iſtucipſum feciſſet,fides negaretur.Cum in idem Caluus,& Brutus cum Tacito deſcendant. Atq; illud ad Pętum ſcribens ipſe confirmet Cicero.Illud equidem ſat ſcio Ciceronem ab omnibus doctiſsimis quibuſq; uiris,qui in latinis maximo habentur precio,digne commendari,atq; pro meritis extolli,ipſumq; oratoriæ uirum eloquentiæ facile principem appellari:nullum tamen,quem uidere memini,aut legiſſe,aut ab aliis accepiſſe ſcio, Ciceronem in epiſtolis præter alios commẽdare ſolitum.Sed in hoc illi plurimos uel etiam detrahere,ad uitium uſq;.Nobis autem,quibus quod Caluo,ac Bruto inerat,nec non Cornelio,maxime deeſt ſcilicet in iudicando acrimonia, ſiue perſpicientia rerum & ſermonum,licet dicere,in cæteris præter Ciceronem modo ſi alios ei comparabimus,placere neminem.Quid enim ſimile habet epiſtola aut iudicio,aut concioni?quando nec ipſa quidem iudicia uno eodémq; modo tractantur?ipſæq; epiſtolæ modo inter familiares uerſentur,quotidianis uerbis texendæ ſunt,non laboratis,atq; ſelectis,uerborúmq; contextus purus,aut ſimplex, non fucatus & tumens eſſe debet.ita ut rebus ipſis,de quibus agendum eſt,non uerbis epiſtola contexta uideri debeat.

¶ Ex Seruii Sulpitii ad Ciceronem epiſtola Lectio Quinta.

CIceronis epiſtolarum libro quarto in quadam Serui Sulpitii ad Ciceronem epiſtola, locum oſtendit quendam beneuolentiſsimus,meorúmq; potiſsimus Iacobus Tarellus Fanenſis,Latinis, Græciſque literis perquàm doctiſsimus, quem uate potius quàm expoſitore indigere credo.Locus autem talis eſt.Ad.x.kalen.Iunii cùm ab Epidauro Piræum naui aduectus eſſem Poſtero die cum ab eo digreſſus eſſem,eo cõſilio ut ab Athenis in Bœotiam irem,reliquámque iuriſdictionem abſoluerem, ille uti aiebat,ſupra Maias Italiam uerſus nauigatur9 erat.In quo ait Clericus Hubertinus.Supra Maias.Alii intelligunt ſupra Maias,ut ſubaudiam9 dies. Sed dies in plurali conſtat maſculini tantum eſſe generis,non autem fœminini. Præterea non eſt mos doctorũ ponere adiectiuum ſine ſubſtantiuo.Ergo huic ſententiæ minime aſſentior.Alii dicunt eſſe locum, quod & ſi adhuc apud neminem idoneum me legere memini,tamen magis probo,hæc ille.Alius quidam ſupra Maias ex ponit id eſt menſe Maio peracto,propterea,ſicut per Calẽdas,Nonas,& Idus dies ſignificamus,ſic & per Maias omnes Maii menſis dies ſignificare intelligit.Quod minime placet,quod authoritate caret.Et is ipſe in Hubertinum obloquitur, ſed tacuiſſe ſatius fuiſſet.Licet (inquit) uſitatius dies in maſculino utamur,tamen non futilis author dixit,uenit poſt multas una ſerena dies.Sed meliorem uellem,aut antiquiorem uidere teſtem.Sed non eſt mirandum,immo uenia dari poteſt,pueris hæc mandat,quamuis nec pueris quidem ſatis digna uidentur.Matthæus uero Fortunatus Pannonius genere,mihi amiciſsimus,in literiſque cõlummatiſsimus, qui egregie quidem Senecæ naturalia uitio purgauit,quum eum ſuper hoc loco conſulerem Patauii,ait ſe primum in hac re nihil præſtare poſſe in qua quidem diu elaborauerit,& fruſtra,ſeque interfuiſſe retulit Venetiis ſermonis,quem de hac re habebant non indocti homines quorum nomini parco honeſti gratia,nihilque tandem accepiſſe.Cúmq; pauliſper cogitabundus reſidiſſet,en habeo inquit,mendum deprehẽdi,& ueriſimile ſatis,atq; probabile,non abiq; authoris fide non enim legendum puto ſupra Maias,ſed ſuprema ætate.Quamobrem nihil eſt,quod huic lectioni,ſenſui aut ueritati poſſe repugnare uideatur.Aſſentior huic equidem,eóq; magis, φ fidem faciebat ſcripturę uitium.Námq; illud,ſupra,e in a corruptum fuit,cúmq; ſupra ſcriptum fuiſſet,Maias uero,prior ſyllaba ma,cum priori dictione iungenda erat,à qua fuerat diſiuncta,ut ſit ſuprema,quod reliquũ eſt,uidelicet ias,non caret uitio,literæ hic quidẽ mutatæ ſunt,quum erat ais,quod æſtatem ſignificat. Nam ai, facit diphthongũ æ ut aulai,animai,pro aulæ,animæ,iccirco ais,reddit æs.quo æſtatis tẽpus notat. & temporũ inſcitia,uel hominum,literarum iſta mutatio facta eſt,hoc mihi facile perſuaſi,in quo fidem habere nõ eſt de-

mentis,inuentum laudaui,ipſumque Matthæum ad cœlum extuli.Mox Philetichi legens commentaria,ad uerbum hæc uidi.Seruius ſuprema æſtate Italiam uerſus nauigaturus erat,hoc eſt in fine æſtatis, & circa principiũ Autumni.Quatuor enim tempora anni,tripliciter diuidũtur:in nouum,adultum,& præceps,ſiue ſupremum: & nouam æſtatem dicim⁹ principium æſtatis, adultam æſtatem,æſtatis medium appellamus.Et ſupremam,ſiue præcipitem æſtatem,nuncupamus finem æſtatis.Et ſic de ſingulis,ut uer nouum,adultum,& præceps.hæc Phil. Quibus iam apparet,Fortunati ſententiam prius fuiſſe Philetichi, & ſi nunquam uiderit eum,quam tamen ap probo ea de cauſa, quod æſtatis principiũ prima æſtiua à Cicerone dicitur, ut in ſecunda epiſtola Fami.Proficiſci in Ciliciam Nonis Maiis,& cum prima æſtiua attigiſſem,militarémque rem collocaſſem,decedere ex ſenatuſconſulto,prima inquit æſtiua id eſt principia æſtatis, ſic ſuprema æſtate, pro illo quod eſt ultimum, uel ſummum æſtatis.Quamuis non ignorem Maleas,ſiue Maleam emendari poſſe, non Maias,ut ſit, ſupra Maleas Italiam uerſus nauigatur⁹ eram.Malea.n.eſt Laconię promontorium cuius in mari parum tuta nauigatio redditur,cõtrariis uentorum flatibus,hinc illud adagium uenit,ubi ad Maleam deflexeris,domeſticos obliuiſcere.P.Virgilius.Ionióque mari,Maleæque ſequacibus undis.Propertius. Sæuiat hoſpitio ſæua Malea tuo.Apud quod promontorium Mirtoum mare nuncupatur inter ægeum & Ionium à Mirtylo Mercurii filio à Pelode illic deiecto.Vnde Hora.Mirtoum pauidum Nauta ſecet mare luctantem Icariis Fluctibus Africum . Quam lectionem,ut pro loco accipiatur,& ipſe non uiderit,magis approbat doctiſsimus Hubertinus. Neq; mirãdum eſt quod idem refert,ſe apud idoneum minime uidere meminiſſe,illud in cauſa fuit, quod Maias pro loco acceptum,nemo unquam meminit,quod perperam ſic legitur,at Maleas,ſiue Maleam omnes norũt. Quæ lectio doctiſsimis quibũſque placere poteſt, modo liuor abeat. At in Maleæ declinatione atque ethimologia non parum diſsidii quidam affert.Nonnulli primi flexus putant,& à Maleo Argiuorum Rege dictum uolũt,in quo Maleoticum templum ſic appellatum conſtruxerit ille.Quidam uero putat Malea , ſeu Maleum promontoriũ Laconiæ à Maleo Tuſculanorum Rege,qui primus tubam æream inuenit.Quod dictum uideant alii, quanti faciendum erit.Nonnulli Maleum Tyrrhenorum regem fuiſſe tubæ repertorem,à quo nomen promontorium acceperit.Qui cum pirata mare infeſtaret,Apollini templum dicauit nomine Maleotrem . Alii dicunt Achaiæ montem eſſe,in quo ſimiliter ueneretur Apollo,& ab eo Amphiraus uates auxilia miſſa receperit.

¶ Epiſtolarum Familiarium.M.T.C.Index,quo epiſtolarum omnium genera.
facile cognoſcuntur.

LECTORI.

QVanquam erunt fortaſsis humaniſs.lector,qui uitio mihi adſcribendum cenſeant,quod indicem hunc familiarium.M.T.C.epiſtolarum ipſis cum eiuſdem Ciceronis epiſtolis imprimendum curauerim,attamen cum ſciam me rem nõ ingratam facturum iis,qui Ciceronẽ ipſum ſibi imitandum proponunt,in eóq; ſtudio laborant,ut eidem q̃ ſimilimi eſſe uideantur , nõ ab re mihi uiſum fuit,eum ipſum indicem typis excuſum mittere in manus ſtudioſorum, ut unuſquiſque inuenire poſsit ea omnia epiſtolarum genera,quæ deſiderat,ſcilicet commendatitias,gratulatorias, conſolatorias,hortatorias,facetas,expoſtulatorias,& alia,ut uidere eſt in ipſo indice.Ne autem multis morer,quid utilitatis ex ea re lectores ſint percepturi,ſilentio præteribo,nam hoc ipſum à doctis teſtatum uelim.In imprimendo autem huiuſmodi elencho,hunc ordinem ſeruandum cenſui,ut numerus librorum ponatur in prima linea per columnas,mox deinde numerus epiſtolarum ſequatur, idq; ut facilius inueniri poſsint ea,quæ deſiderantur.poterit igitur unuſquiſque epiſtolas ipſas, quæ ſingulis quibuſque libris habentur ſignare Arithmeticis numeris, qua tamen in re admonitum lectorem uelim , eam primi libri epiſtolam,quæ incipit,Periucundæ mihi fuerunt literę tuę,unam eſſe cum ea,cuius principium eſt in nonnullis codicibus, Quod rogas,ut tibi mea ſcripta mittam &c.ita ut primo ipſo libro decem tantum epiſtolæ habeantur. Vale.

¶ Ex epiſtolis familiaribus M. T. Ciceronis.

COMMENDATITIAE.

Libri primi,epiſtola tertia.
Secũdi,epiſtola quinta,tertiadecima,
Quinti,epiſtola nona.
Sexti,epiſtola nona, decimaſeptima.
Septimi,epiſtola quinta.
Noni,epiſtola tertiadecima
Vndecimi,epiſtola quarta,ſextadecima,decimaſeptima,decimanona.xx.
Duodecimi,epiſtola uigeſimaprima, uigeſimaquinta,uigeſimaſexta,uigeſimaſeptima.
Tertiidecimi,epiſtolæ uniuerſæ.
Quintidecimi,epiſtola quarta, decima,tertiadecima.

GRATVLATORIAE.

Libri ſecũdi,epiſtola ſexta,octaua.ix.
Tertii,epiſtola undecia,& duodecia,
Sexti,epiſtola duodecima.
Noni,epiſtola duodecima.xiiii.
Decimi,epiſtola duodecima.
Duodecimi,epiſtola tertiadecima.
Quintidecimi,epiſtola ſeptima, octaua,nona,duodecima.xiiii.

CONSOLATORIAE.

Libri quarti, epiſtola tertia, quinta, tertiadecima.
Quinti, epiſtola tertiadecima,quartadecima,ſextadecima, decimaſeptima,decimaoctaua.
Sexti,epiſtola prima,ſecunda,tertia, quarta,tertiadecima,uigeſimatertia.

ACTIONES GRATIARVM.

Libri decimi, epi. undecia,uigeſima.
Vndecimi,epiſtola ſecunda.
Quintidecimi,epiſt.undecima.

HORTATORIAE.

Libri.i.epiſt.ſeptima partim in calce.
Secũdi,epi.pria,nona, quartadecima
Decimi,epi.tertia,quinta,ſexta, decima,duodecima,quartadecima, ſextadecima,decimanona.
Vndecimi,epi.quita,ſeptima,octaua, undecia,duodecima,quintadecia.xx.
Duodecimi,epiſto.ſexta,octaua,nona,decima, uigeſimaquarta.

FACETAE.

Libri primi,epiſtola decima.
Secundi,epiſtola decima.
Septimi,epi.prima,decia, undecima,duodecia,deciatertia,decimaquarta,decimaſexta,decia octaua,uigeſimapria, uigeſima ſexta,trigeſima, trigeſimatertia
Octaui,epiſtola octaua,decima ſextadecima.
Noni,epi.quarta,decima,ſexta decima,decimaſeptia, decimaoctaua,decimanona,uigeſimaſecũda,uigeſimaquarta,uigeſimaquinta,uigeſimaſexta.

EXPOSTVLATORIAE VEL EXCVSATORIAE.

Libri ſecundi,epiſtola prima.
Tertii,epi.ſexta,ſeptia, octaua.
Quinti,epi. pria,ſecũda, quita.
Septimi,epiſt. uigeſimaoctaua.
Octaui,epi.decimaquarta.
Vndecimi,epi.ſecũda, tertia,uigeſimaſeptia,uigeſimaoctaua.

LACHRIMABILES Epiſtolę.

Libri quartidecimi,epi. prima, ſecunda,tertia,& quarta.

¶ Hubertini

¶ Hubertini Clerici Creſcentinatis in epiſtolas Ciceronis Commentum

VIVS Voluminis epiſtolas,& ſi omnes communi appellatione Cicero.dicuntur, conſtat tamen ex earum inſcriptionibus à multis uariiſque eius ſæculi doctiſsimis uiris diuerſis etiam temporibus ſcriptas , tanta dicendi elegantia & gratia , ut ſi non ex eadem officina , ab optimo tamen artifice exiſſe quæq; uideantur : tanta fuit illius ſæculi non modo in rei militaris laudibus , uerum etiam in omnium bonarum diſciplinarum , præcipuéque rhethoricæ facultatis cognitione , & exercitatione, fœlicitas & gloria : quæ tamen ne noſtro quidem ſæculo ceſsit, ſi noſipſi nobis deeſſe nolimus , & noſtræ negligentiæ culpam in ipſa tempora , in quibus tamen ſine dubio plurimum momenti eſſe non negauerim , totam tranſferre deſinamus , & ingeniorum noſtrorum bonitate utamur. Quamobrem pueros adoleſcentéſque omnes non ſolum exhortor , uerumetiam obſecro , ut eloquentiæ ſtudiis , quæ maximam gloriam hominibus affert,totis uiribus incumbant,atque adeò ex his familiaribus epiſtolis initia ſumant , has die noctúque legant, has ediſcant,has imitentur,in his ſe exerceant,his ſe oblectent:deinde alios Cice.non minus eruditos quam elegantes libros euoluant:& tamen alios quoque Romanæ linguæ probatos authores,ita tamen & legãt,ut hunc unum ſibi uel uexilliferum, uel potius ducem conſtituãt, quem ſequantur:neque enim ſine cauſa à Quintil. dictum eſt eum poſſe ſcire ſe plurimum profeciſſe,cui Cicero placebit.Ego ita hoc opus declarare ſtudebo,ut mea ope & interpretatione fretus,nemo iam aggrediendum dubitet. Vt igitur clarius harum ad Lentulũ epiſtolarum argumentum appareat:ex Strabonis authoritate Ptolomeorum ſeries breuiter primum narranda uidetur.Deinde Appiani & Plutarchi & reliquorum , qui de his rebus ſcripſerunt , authoritate Cice. mentẽ ita delectare ſtudebimus,ut induſtria noſtra multis proſit. Sic igitur inquit Strabo libro decimoſeptimo in deſcriptione AEgypti.Ptolomæus Lagi filius Alexandro ſucceſsit, Ptolomæo autem Philadelpho Euergetes.Poſtea Philophater Agatoclis,poſtea Epiphanes,poſtea Phillomater filio imperium à patre accipiente:huic uero frater ſucceſsit ſecundus Euergetes nominatus,hunc Phiſconem dicunt:cui Ptolomæus cognomento Lathurus ſucceſsit.Lathuro autem ætate noſtra auletes Cleopatræ,ſed omnes poſt tertium Ptolomæum male uixerunt delitiis corrupti.Peſsime uero omnium.iiii.Vii.& ultimus Auletes,qui præter cætera flagitia etiam Chorauliam exercuit:& adeò in ea gloriabatur ut non cũctaretur certamine in regia celebrare, ad quæ & ipſe cum aliis concertaturus prodibat,atque hic eſt quem Alexandrini exegerũt, & cum ei tres filiæ eſſent unam natu grandiorem,quæ legitima erat,reginam fecerunt:& quia eius filiæ infantes adhuc atq; inutiles regno exciderunt:Reginæ uiri ex Syria accerſiti,præſertim Gibioſactes quidam,qui ſe ex Syriacorum ſtirpe ſimulabat,quẽ diebus paucis Regina eiecit, eius ignobilitatem & illiberalitatẽ nõ paſſa,pro quo Archelaus, qui ſe Mithridatis filium ſimulabat, uenit, qui Archilai quidem filius erat eius,qui contra Syllam bellum geſsit:& poſtea à Romanis in maximo honore habitus eſt.Interea Auletem Romam profectum Pomp.ſuſcepit, & ſenatui commendat:de reductione eius ait,& de nece legatorum,qui ſupra centum contra regem uenerant,in quibus fuit Dion Academicus princeps legationis.Ptolomæus itaque ab A. Gabinio reductus Archelaum & filiam interemit:hæc Strabo cum quo & Appianus & Plutarchus cõſentiunt:& T.Liui⁹ libro centeſimoprimo, & hic fuit pater eius,per quem Pompeius eſt interemptus.Verum ait Plutarchus in uita Catonis:Ptolomeus quem Autellem appellauit Strabo:priuſquã Romam ueniret accerſitus à Catone Rhodum uenit:quo cum poſteaquã locutus eſt cõſulente Catone:ne tanta fœlicitate relicta ſe laboribus & diſpendiis & obſeruationibus eorum, qui Romæ potentes eſſent,ſe ſubiiceret: quorum cupiditatem ſi uniuerſa AEgyptus in pecuniam redigatur, uix explere poſſet,& orante ut domum rediret,& cum ſuis ciuibus pacaretur , & ſeipſo Catone una nauigaturum & interceſſurum pollicente. Rex tanquam ex inſania quadam reſipiſcens,ueritatémque agnoſcẽs,& uirtutem Catonis admirãs decreuit primum ita facere,ut Ca.ſuadebat, ſed poſtea ab amicis in priorem ſpem reductus:cum Ro.eorum hortatu ueniſſet,ſtatim errorem ſuum cognouit, damnauitque quòd non diuino Catonis conſilio paruiſſet.Alia etiam dicit Plutarchus:quæ quia nihil ad rem faciunt omittuntur.Illud certiſsimum habeatur,& Strabo loco ſupradicto T.Liuii,& Plutarchi in uita Catonis authoritate hunc Ptolomæum à ſuis ciuibus fuiſſe exactum:& ob iniurias quas patiebatur Romam ueniſſe.Nam quem Vale. Maximus dicit à fratre minore expulſum,ex libro tertio commentario.belli Alexandrini,Iulii Cæſaris colligitur fuiſſe huius Ptolo.filius.Dicit enim in teſtamento patris ſcriptos fuiſſe hæredes ex duabus filiis maiorem,& ex duab⁹ eam quæ ætatem antecedebat.Cúmque is Ptolo.ſe reſtitui curaret:idque maxime Lentulus qui in Ciliciam procõſulatum gerebat,facere cuperet,negotium ſuum cum ipſe abeſſet Ciceroni mandauerat, cui pauloante ab exilio reuocandum plurimum opere & ſtudii præſtiterat, & inſtantiſsime affuerat.Dabat igitur operam Cice. ut per Lentulum reduceretur,ſicut Lentulus ante diſceſſum ſuum etiam in ſenatu egerat.Verum rex ut erat ambitioſus,per Pompeium quàm per Lentulum reduci malebat,idque corruptis nonnullis ſenatoribus aſſequi contendebat,erãt tamen qui aduerſarentur,tanta erat uarietas ſententiarum in ſenatu.Quamobrem cum hæc in ſenatu agerentur,Cicero admonet Lentulum de rebus omnibus & præcipue de ſua erga Lentulum uoluntate & animo & officio,& quam ſint uariæ ſenatorum de hoc negotio Alexandrino ſententiæ,latenter tamen innuit Lentulo non poſſe fieri,ut obtineatur:cum oſtendit rem corruptã eſſe:& non eſſe in his fidem,in quibus ſumma eſſe debebãt: quæ omnia oſtendunt difficultatem & quaſi impoſsibilitatem rei. Huic autem reductioni regiæ difficultatem afferebant Sybillina carmina, quibus monebatur populus Ro. exercitum non eſſe mittendum in AEgyptum,ut & Appia.ſcribit & Lu.lib. quarto Pharſaliæ aperte declarat his uerſibus . Noxia ciuili tellus AEgyptia fato.Haud equidem immerito Cumanæ carmine uatis. Cautum ne Nili peluxia tangeret ora.Heſperius miles ripáſque æſtate tumentes.Quid igitur de horum carminum religione ſentiatur in ſenatu,Cicero declarat hac epiſtola.

Iodocus Badius Ascensius, Egidio Turrario Sacerdoti cumprimis & literato & probo unicéque dilecto Salutem dicit.

OGitanti mihi anxiéque disquirēti, quanam purgatione tam longi silentii culpam diluerem, quamquam Tabellariorū qui tot menses nos non uiserunt pœnuriam merito excusare possem: in mentem uenit consilii cuiusdam non quidem recti, sed tamen per errorem arbitrantis se obsequium præstare deo, Saulis uidelicet adhuc spirantis minarum & cædis in discipulos domini. Qui ut omniū manibus in protomartyrem Christi Stephanum lapides nefandos iaceret, seuius custos ad omnium lapidantium uestimenta consedit. Quid istius, inquies, simile cōmentus es Badi. Nempe, ut te in hac tot epistolarum fronte nuncuparem eo uidelicet cō silio, ut omnes. Nam multos fore confidimus, qui uel titulum huius epistolii legent, te uerbis meis saluere iubeant, tuisque decentissimis moribus graui doctrinæ & suauissimæ humanitati adsurgant, quibus lucubratiunculas meas in totum hoc epistolarum opus tam uouenter dicatas intelligant. In quibus quanquam possiu mus precium dicere muneri, quid meruerimus nisi tuum tuiq; similium iudicium. De operis autem præstantia & authoris laudibus, tametsi consultius forsan sit tacere quàm pauca dicere, tamen illud citauero quod Marinus Scodrensis in medium attulit qui contra Sidonium Apollinarem disputans, quippe qui in epistolari stilo silendum prorsus de Cicerone autumat: cumque iridet, Plinium illi præferens, adulescensque nescio, inquit, quos Titianos, & Frontonianos irrisionis suæ authores, in Ciceronis laudem, sic prorumpit. Quibus ego, inquit Petrarcha, simúlque omnibus idem sentientibus una uoce respondebo: hoc solum sicut quidem nerum est, illud Senecæ, quoniam quicquid habet Romana facundia, quod insolenti Græciæ aut apponat, aut præferat, circa Ciceronem efflоruit, uerúmque illud Quintiliani, ubi inter multa & glorioſa præconia uiri huius dono prouidentiæ genitum dicit, quo totas uirtutes suas eloquentia experiretur. Et post multa quibus hoc probat. Quare inquit, non immerito ab omnibus ætatis suæ regnare in iudiciis dictus est. Apud posteros uero id consecutus: ut Cicero iam non hominis nomen sed eloquentiæ habeatur. Hunc igitur spectemus hoc propositum nobis exemplum sit. Ille se profecisse sciat, Cicero ualde placebit. Sicut hæc inquàm uera sunt, sic illud quoque uerisimum: quibus displicet Ciceronis oratio, eos uel non nosse ueram perfectámque facundiam uel odisse. Atque ut semel dicam quod uerisime sentio M. T. ut in omni eloquentiæ genere, ita in epistolari stilo sine dubio principatum obtinet, & uerborum & rerum ratione, quamuis à Seneca Ciceronem carpi sciam, quod in suis epistolis de familiaribus negociis multa reposuerit, Et iniuria. Namq; ea dum scribebantur necessaria erant, & nunc cognitu sunt non indigna. Post Ciceronem primum obtinet locum omnium iudicio Plinius Cæcilius, siue minor ut dicatur mauis, quē nepotis cognomine uulgo distingui iam cœptum, immo receptum uideo. Post quem longo interuallo sequuntur alii quamuis pauci. Ex quibus Seneca Anneus damnatur, uel Fabii & Gellii iudicio. Et diuus Hieronymus laudabatur à nobis: Tulliana enim eloquentia in eius epistolis minime desideratur iis duntaxat exceptis, quæ Hebraicis translationibus siue authoritatibus refertę, quæq; falso aut dubio titulo eidem adscriptæ sunt. Hæc ille, quæ quia grata tibi cæterisq; Ciceronis amatoribus putabam, in medium adducenda censui. Vale Turrarie optime & me, quod facis, ama. Ex officina nostra Chalcographi. quarto Cal. Iulias. M.D.XI.

Iodoci Badii Ascensii in epistolarum compositionem compendium Isagogicum, breuitate & facilitate præditum.

De epistola & literis. Titulus primus.

EPISTOLAE, literæ sunt missiles aut mitti idoneæ, quib⁹ aut absentes facim⁹ certiores si quid est quod eos scire aut nostra, aut ipsorum interfit, aut res graues de Philosophia, deque repu. tradimus, aut iubemus, aut familiares & iocosas significamus.

¶ Vnde tria sunt epistolarum genera, de quibus titulo tertio. Dicta quidem est epistola ab epistello uerbo Græco quod est mitto: unde missiles dixi literas esse. Sane more Græco fit diminutiuum epistolium, quo Catullus utitur. Dicuntur autem literę non tam, ut inquit Scodrensis, à literarum multitudine, quàm à literis quæ in epistolis fiunt: quòd non ea cura mittuntur ad amicos & familiares, quàm cætera quæ non ad familiares perferuntur, quamuis & pro disciplinis & scriptis omnibus usurpētur. At literam dici quasi legiteram: eo quòd legenti iter præbeat, uel quòd in legendo iteretur: uel à lituris quòd scripta deleri possit quoniam plerunque in ceratis tabulis antiqui scribere deleréque solebant, uel ab eo quod attramento liniatur, uel à linea, quæ γράμμα græce dicitur: quod ex linea constet, Seruius, Priscianus, Grammatici omnes docent.

De epistolæ & literarum consimiliúmq; quantum ad elegantiam cum numeralibus discrimine. Ti. II.

Epistola & quæcunque alia singularem habentia citra distributionem posita, distributiua refugiunt, quæ literæ & cætera in quouis significatu singulari carentia etiam admittunt: sub distributione autem omnia indifferenter distributiua efflagitant, sed ad tantum pluralia non fiet singulariter relatio.

¶ Huius dicti quatuor sunt membra. Primum quod singularem habētia distributiua refugiūt, distributionē admittant. Secundum quòd singulari carentia saltem in qua significatione à nobis accipiuntur, citra distributionem cum distributiuis ponipossunt: unde pro duabus epistolis rectè binas literas dixeris. Tertiū est quòd omnia distributiuè posita siue singulari carent, siue non, cum distributiuis rite ponuntur, ut dedi pueris meis binas epistolas, id est singulis duas. Quartum est quod ad tantum pluralia nō fiant relationes singulares, quod te grammatica docuit puer, unde si dixeris dedi ad te binas literas, addes quarum unis aut alteris respondisti, non uni aut alteri. Cōtra si duas dedi pueris meis epistolas: addam quarum alteri: si tamen binis binas dederis & binis responsum sit, dices, quarū alteris. Similiter si propter adiunctum singulari careat: ut in Buco. Aurea mala decem misi: eras altera mittam, uidelicet decem.

Tria esse apud Ciceronem epistolarum genera. Ti. III.

¶ Epistolarum genera secundum Ciceronem tria sunt. Vnum quo facimus certiores absentes si quid est quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interfit. Alterum seuerum & graue, ut de repu. & de philosophia, Tertium familiare & iocosum. Ad hæc autem cætera reduci possunt omnia.

De his uide Ciceronem lib. ii. epistola. iii. ad Curionem.

¶ In primo genere sunt plurimæ apud Ciceronem & Plynium alioſque epistolæ quas scripserunt, quia præsentes conuenire nō poterant, obid enim inuentę sunt epistolæ. In secundo sunt Diui Pauli, Senecæ, Diui Hieronymi, Diui Augustini, multorúmq; grauium uirorum literæ: quas scripserunt: aut quia ne tunc quidē, aut quia non semper conuenire poterant, quos docere uolebant. In tertio sunt nonnullę apud Ciceronem, plures apud Philelphum, Pogium & alios qui res familiares aut iocosas scripserunt.

De epistolari officio ex Scodrensi. Ti. IIII.

Hieronymus ad Marcellam scribens, Epistolare (inquit) officium, est de re familiari, aut de quotidiana conuersatione aliquid scribere, & quodammodo absentes inter se præsentes fieri, mutuóque aut quid uelint, aut quid gestum sit nunciare, licet interdum confabulationis tale conuiuium doctrinæ quoque sale condiatur. Tullius ad Quintum Fratrem libro primo illud, quod est epistolæ proprium ut is ad quem scribitur, de iis rebus quas ignorat, certior fiat, prætermittēdum esse non puto. Et ad Figulū, Quærenti mihi &c. uide lib. quarto epistolam. xiii.

De epistolarum partibus. Ti. V.

Epistolarum autem familiarium partes quinque poni solent. Salutatio, Exordium seu principium, Narratio, Petitio, Conclusio. In grauibus quidem omnes orationis partes locum habere possunt, non tamen omnes necessariæ sunt. In familiaribus autem insani sit capitis adhibere diligentiam ut omnes partes insint, cum præter salutationem, quæ tamen omitti subinde potest, & præter rei quam monendo, commendando, recitando, postulando, conquerendo, gratulando, ridendo, iocando, fabulando, aut aliud faciendo significare uolumus narrationem, & præter quamlibet conclusionem, neque insinuatione opus sit ulla. Vnde, ut inquit Scodrensis, Narratio tenet totum fere corpus epistolæ, requirit tamen interdum orationis partes, diuisionem, confirmationem, confutationem uti & exordium & conclusionem, sed has frequentius, illas rarius.

¶ Cicero enim in familiaribus raro aut nunquam exordiis utitur. Orationis autem partes à Sulpitio in opusculo de epistolis explicantur, & late habentur in primo ad Herennium libro.

De salutatione & speciebus eius. Ti. VI.

Salutatio est qua animus scribentis in eum ad quem scribit significatur prima conuentio: eius autem species sunt tres, subaudita, breuis, & plena.

¶ Subaudita est, quoties properanter scribentes animos nostros solo epitheto, hoc est, adiectiuo beneuolentię aut maleuolētiæ significam⁹, hoc pacto: Suauissime fili. Nate dulcissime. Parens optatissime. Pater desideratissime, aut in primis colende, honorande, obseruande. Frater optime, aut charissime. Mater præstantissima. Probe adulescens. Iuuenis studiose. Amicorum integerrime, aut intime. Vicine bone. Compater dilecte, & similibus. Ad quas addamus. Velim scias, aut opus est mihi hac uel illa re, hac cœna nos conuenito &c. Breuis est qua suppresso nominatiuo nomine eum ad quem scribimus, saluare iubemus: hoc modo, Salue dulcissimum decus meum. Aue uirorum clarissime. Saluus sis fili indulgentissime. Saluere te gaudeo fili charissime. Saluum te esse uolupte est. Bene tibi sit. Bene tibi esse uolumus. Optam⁹ salutem. Præmissa salute, aut salutem: sine alterius ascensione. Plena salutatio est quæ ultra salutandi partes & superscriptionis & subscriptionis fungitur munere, ut Iodocus Badius Ascensius Christiano Stichilo filiolo suo charissimo salutem dicit. Aliis autem salutem, aliis fœlicitatem, aliis sanctam uitam dicere licet. Poteris autem uerbum subticere: nam satis erit dum dices: Ascensius Stichilo suo salutem. Neque uero dices salutes plurimas, aut quot maris sunt harenæ: aut salutes, nam salus plurali caret. Præcipiunt autem quidam magis audiendi nomen scribentis antequam eius ad quem scribit ponendum esse, etiam si minimus quisque ad maximum scribat, idque Ciceronis authoritate firmatum uolunt, qui nomen suum semper præposuisse comperitur, ueruntamen cum consularis fuerit uir, difficile superiorē inueneris: quocirca non damnē eorum modestiam qui principium uirorum nomina præponūt, unde est illud Sulpitii Verulani ut in hac arte peritissimi, Clarissimo uiro Falconi Simbaldo Patricio Romano, protonotario apostolico, apostolicique fisci custodi Ioannes Sulpitius Verulanus salutem: contra qui scribentis nomen præponendum censent, non utilibus tutantur nominibus. Nam & Terentia. M. Tullio Ciceroni salutem dicit præposito suo, utpote scribentis, nomine. Et Anacharsis Scytæ philosophi ad Amnonem regem, epistolam sic incipit: Anacharsis Amnoni salutem. Alexandri quoque ad matrem extat epistola, quam Aulus Gellius libro duodecimo cap. quarto recitat, sic inchoata. Alexander Iouis Amnonis filius Olympiadi matri salutem. Scodrensis autem superstitioſe quosdam contendere dicit, & nimis illorum nomen ad quos literę scribuntur, nunqnam nomini scribentis præponendum. Idem inquit Alexandrum magnum salutem nemini in epistolis dixisse: nihil Phocioni & Antipatro scribit Plutarchus, qui etiam author est Cæsarem primum mutua amicorum per epistolas colloquia excogitasse, cum ob negotiorum multitudinem & urbis magnitudinem uiuos urgentium causarum adfatus: haud tempus expectaret. Hæc ille. E quibus non putes ante Cęsarem neminem familiares epistolas misitasse. Hanc autem plenam salutationem non opus est præmittere nisi in literis apertis, & quales sunt quæ scribuntur & imprimuntur continnē: aut in facie librorum, quando uero talis salutatio plena premittitur, non est necesse in fine nomen scribentis repetere nisi aut modestię, aut sui commendandi gratia: tunc enim dicere licet sic. Idem tibi deditissimus alumnus aut tui obseruantissimus, seu amantissimus cliens, discipulus, famulus, prout in Sulpitio uidere licet. Sed has salutationis partes altius prosequamur.

De superscriptione. Ti. VII.

Superscriptio est exterior super epistolam scriptio, nomen, merita, locúmq; eius ad quē scribimus continens.

¶ Sunt autem qui nomen proprium ante officii aut dignitatis præconia ponendum censeant, quod in subscriptionibus quidem modestiæ gratia obseruamus, ut Sixtus, dei gratia, seruus seruorum dei. Ludouicus prouidentia diuina Francorum rex, & cætera. Sed in superscriptionibus si officia & merita præpollent, præponenda censeam: ut inuictissimo atque Christianissimo Francorum regi Ludouico duodecimo, & cætera. Tam uero proprium nomen quam eius epitheta in dandi casu ponere solemus, quia subaudimus, aut dentur literæ, aut saltem dicit. Liceat tamen dicere. Ad magnificum equitem auratum & cætera. Locus

autem uel in accusatiuo ponetur sine prępositione si est proprium loci minoris,aut simplicis figurę,aut cum præpositione:si aliud, uel in genitiuo seu ablatiuo expresso,aut facile intellecto uerbo,aut participio quietis & motus in loco,unde sic scribere licet, Romam, ad ædem diui Petri:Lugdunum,ad diuum Ioannem Baptistam.aut sic.Studioso adulescēti Parisiis bonis literis insudanti. Probo negociatori Burgis agenti. Gandaui residenti & cætera. Præconia autem pro dignitate iustum esse conficere, neque fas est uno gradu præditos, si differentibus sunt meritis eodem modo affari. Nam licet ad quos scribimus omnes sint bonarū artium professores,alios tamen doctos,alios cum primis,uel imprimis,uel inter primos doctos & eruditos: alios longe doctissimos,aut facile doctissimos, aut summa doctrina preditos nuncupabimus. Vitandæ autem sunt nimiū fucatæ aut calamistratæ compellationes,quæ adulationem suboleant: de quibus uidebis Sulpitiana exempla: Epitheta autem quæ idem confusę ponit sic sua quisque accommodabit.

Summo pontifici adscribenda epitheta.

¶ Sanctissimo diui Petri successori.Summo Romanorum pontifici reuerentia omnique obseruatione dignissimo Papæ antistitiq; Romanorum maximo. Sanctissimo Christi in terris uicario. Summo uigilantissimóque Christiani gregis pastori &c.

Imperatoribus apta.

¶ Diuo atque inuictissimo Romanorum imperatori.Fœlicissimo totius orbis moderatori. Faustissimo rerum potitori. Incomparabili orbis monarchæ Diuo Cæsari, semperque Augusto togatorum principi inclytissimo:totius orbis triumphatori.&c.

Cardinalibus apponenda.

¶ In primis reuerendo cardinalique presbytero. Sanctissimo archipresuli ac firmissimo Romani pontificatus Cardinali.Summa obseruatione dignissimo Romanorum pontificatus Cardinali. Multa reuerētia digno Romani pontificis adsistori cardineo.

Regi addicenda.

¶ Inuictissimo Romanorum regi. Magnanimo triumphatori & Christianissimo Francorum regi. Clementissimo Hispanorum rectori, Scæptriferóque principi ac regi. Excellentissimo summáq; uirtute prædito Anglorum regi &c.

Archiepiscopo conuenientia.

¶ In primis sancto patri & primatus Lugdunensis Archipræsuli.Reuerendo admodum in Christo antistiti: & gerniorum Tornatorúmue præsuli.Sanctissimo præsuli,& inclyto Leodiorum Episcopo. Vigilantissimè gregi superintendenti Cameracensium Episcopo.

Archiduci ducique congrua.

¶ Clarissimo atque inuictissimo Archiduci. Inclytissimo bellatori & inuictissimo suorum ductori. Generosissimo atque eidem splendidissimo duci.In primis strenuo atque præter cæteros fortunato horum aut illorum duci &c.

Abbati & cæteris prælatis applicanda.

¶ Reuerendo patri. Obseruando cum primis archipræsbytero. Religiosissimo uiro ecclesiæ. N. Archidiacono. Vigilantissimo gregis dominici pastori. Magno ecclesiæ. N. Curato.Eximio conuentus Carmelitarum præsidi. Obseruantissimo diuinæ legis inter minores patri. Disertissimo fratrum prædicatorum concionatori &c.

Comitibus equitibúsque auratis debita.

¶ Fidelissimo imperatoriæ maiestatis comiti. Inclytissimo Flandrini comitatus principi. In primis strenuo bellatori equitique aurato. Aureo cingulo insignito summáque uirtute prædito nec minus fœlici in bellis gerendis equiti. Alto quoque loco nato clarisque natalibus perspicuo equiti &c. Forti admodum equiti &c.in primis strenuo.

Religiosis & doctoribus quadrantia.

¶ Venerabili patri. Viro religioso admodum,& in primis colendo, multa sanctitate perspicuo. Summa castimonia claro. Excellenti abstinentia ornato. Summa religione prædito. Viro disertissimo Doctorum antistiti. Eloquii Romanorum principi. Iure consultissimo. Medico peritissimo. Apollineæ artis expertissimo. Diuinarum literarum interpreti perfectissimo. Diuinæ paginæ professori eximio. Doctissimo bonarum artium doctori &c.

Iudici & præfectis urbium accommodanda.

¶ Incorruptissimo iuris administratori.Sanctissimo legum executori.Integerrimo legum interpreti.Vigilantissimo urbis præfecto.Diligenti admodum ciuitatis moderatori. Optimo morum censori. Iustissimo ædili. AEquissimo iudici.Inuiolabili iustitiæ præsidi.Forti totius splendori &c.

Ciuibus & negociatoribus cæterisq; bonis idonea.

¶ Splendido ciui.Prudentissimo uiro.Optimo ciui.Laudato admodum negociatori.Mercuriali uiro probissimo.Negociatorum optimo.Diligenti operario.Solerti opifici.Probo mercatori.Studioso scholastico. Ingenuo adulescenti.Spectatæ indolis puero & cætera.

De subscriptione Ti. VIII.

Subscriptio autem est modesta notificatio scribentis cum loci, temporis,ac meritorū eius specificatione post Vale sub calce epistolæ posita.

¶ Quatuor igitur ad eam pertinent loci unde epistola mittitur descriptio: temporis quo scripta est notificatio quæ duo continuo post uale scribi solent,item scribētis & eius meritorum modesta declaratio,quę si humilis est scribens, in postrema parte poni solet, neque uero,ut dixi,si plena sit,salutatio præmissa,necesse erit iterum scribētis nomen ad merita reponere, quinetiam negociatores temporis & loci in fronte meminisse solent. Locus autem iuxta regentis exigentiam, nunc in genitiuo, nunc in ablatiuo, nunc sine præpositione, nunc cum præpositione ponetur: ut ex officina nostra literatia Parisiis. Ex Parisiorum Lutetia. Datum Romæ. Scriptum Lugduni. Sed honestius talia subaudiuntur,ut Varia Lugduni.Calendis Martii &c.Aut Lugduno &c.Cicero enim frequenter utitur ablatiuis pro aduerbiis de loco positis.Tempus autem in ablatiuo sine præpositione ponemus, aut cum præpositione in eo casu quem ipsa efflagitat: ut Lugduno anno milesimo quingentesimo septimo Calendas Aprilis,aut ad Calendas Aprilis.Cū uero dicimus pridie Calendas,aut tertio Calendas perficitur,sic pridie.i.die præeūte,aut præituro Calendas.Tertio die ante Calendas,aut inter Calendas:unde quia subauditur ante ideo dies denominabitur à sequentibus, Calendis Nonis aut Idibus non præcedentibus.Et ideo quia primus cuiusq; mensis dies Calendæ sunt,ideo qui ab eo denominabuntur, dies erunt in mense præcedentibus ab his literis I M M O,id est Iulio,Martio,Maio, & Octobri,sex in reliquis,quatuor deinde in omnibus:Idus octo: post quas sunt Calendæ sequentis mensis: aut uerius dies ab eis denominandi: Nam Calendarum, Nonarum & Iduū unum duntaxat diem esse uolunt,quem in ablatiuo ponem⁹ dicentes,Calendis Nonis aut Idibus Augusti &c.quasi dicamus Calendis ipsis. Cum uero dicimus ad Calendas,est quasi iuxta aut circiter Calendas,& dies incertus:sed pridie Calendas,est dies præcedens: propterea autem quod ablatiuū hic includunt:licet dicere pridie uel postridie Calendarum, nec est postridie idem quod cras,sed posteriori die:unde de præterito dici potest.Postridie quam pater defunctus erat, epulum dedi:& de futuro:postridie quam uxor morietur,uiscerationem dabo & cætera.Item tertio Calēdas est præcipue is qui tertius est,computando Calen.pro uno & pridie Calendarum pro altero.Sed ad tertium Calendas uolunt intelligi eum qui ad,id est iuxta est siue tertius,siue quartus:& ita in reliquis.

De forma & stilo epistolarum Tit.I X.

Texendæ familiares epistolæ uerbis tritis & quotidianis latinis tamen, & non fastidiosis stilo non multum elaborato,sed solerti quadam negligentia fulto.

¶ Nam ut Cicero meminit in libro de perfecto oratore,quædam negligentia diligens est:itaque dāda est opera ut si fieri potest in epistolarum contextu, nulla perluceat iunctura,dummodo uitetur plæbei sermonis nimia uulgaritas.

Sermo itaque erit purus, latinus & ad intelligendum facilis.

¶ Vnde Aulus Gellius libro decimotertio capitulo octauo. diui Augustini epistolas elegantia sermonis neque morosa,neque anxia,sed facili & simplici laudat.Plin. quoque iunior ad Thusculanum ait.Et pressus sermo purúsque ex epistolis petitur.Seneca item ad Lucilium epistola xl.inquit, Minus tibi accuratas à me epistolas mitti frustra quereris. Quis enim accurate loquitur, nisi qui uult putide loqui? Qualis sermo meus esset si una sederemus aut ambularemus,illaborat⁹ & facilis, tales uolo esse epistolas meas quæ nihil habent exercitatum nec fictum: sed si fieri posset offēdere quàm loqui mallem.Non me hercule ieiuna esse & arida uolo,quæ de rebus tam magnis dicentur.Neque enim philosophus ingenio renunciat.Multum tamen operæ impendi uerbis non oportet.Epistola etiam XV.inquit.Sed,ne epistolæ modum excedam,qui non debet sinistrā manum legentis implere, in alium diem hanc litem cum dialecticis differam,hæc ille:qui sinistram manum legentis impleri significat,cum longior fuerit epistola:tunc enim & dextera & sinistra teneri necesse est.
Verba epistolarū non tam erunt uetusta ut obsoleta & desita sint,nec tam recentia ut ignota, nec tam exculta ut morositatem præ se ferant,nec tamen ita neglecta ut fastidiant.

¶ Apud Pathum plene uidebis an uetuste loquendum sit. Et apud Sulpitium discē. Ex obscuris & exoletis quę omnino uitanda sunt,famam eruditionis non affectandam esse.Sunt enim qui se multa uidisse glorientur,& ex eo laudem captent,si nimis prisca uerba in sermonem quotidianum reduxerint.

De prouidentia in componendo habenda Tit.X.

Quicquid dicturus aut compositurus es, totum mentis oculis prinsquam incœperis pręuidebis & excogitabis,excogitatum suo ordine dispones,& dispositum decenter exornabis.

¶ Sunt enim tres obseruandæ pulchritudines,ingeniosa excogitatio siue inuentio,Venusta dispositio atque æconomia & decens uerborum sententiarūmque exornatio. In prima autem pulchritudine considerandæ sūt sex orationis partes:Principium siue exordium,narratio,diuisio,confirmatio,confutatio & conclusio,de quibus in rhetoricis Ciceronis uidendum,præterea,
Orationis membra quinq;:inuentio,dispositio,elocutio,memoria,& pronunciatio.

¶ Oportet enim ut quas res dicere uelimus,diligenter excogitemus,excogitatas atq; inuentas ordine suo disponamus,dispositas eloquentiæ stilo mandemus,mandata scripto memoriæ commendemus,& demum fœcū de & cum decenti gestu pronunciemus.

De materia propria epistolis ex Scodren. Tit.XI.

Opus est eum qui diligenter scribere epistolas uelit,simplicem & perspicuam materiam proponere, & neque resecare,neq; producere supra quàm oporteat,& exornare optima elocutione,non dictionibus turgidis & asperis,sed Attico more loqui & modice: perspicuitas ornet literas & gratia dictionum florida.

¶ Omnino peritos sagittarios imitari debet,ne excedere signum,nec deficere à signo.
Vtendum est & historiis,& aliquæ fabellæ adducendæ:Aliquid ex monumentis antiquorum excerpendum:
Semperq; illud Apollonii ad Scopelianum ante oculos ponendum: Genera orationis quinq; esse:philosophicum,historicum,oratorium,epistolicum,& commentariorum,ut hæc distinctis uoluminibus adsignemus.
Habent autem epistolæ non tam elocutionem propriam,sed res quasdam peculiares,ut Aristote notauit,qui inquit,

¶ Hoc non ad te scribo quoniam epistolicum non est. Nam si quis in epistola Sophismata, physilogiasque quæ ab epistola aliena sunt. Si quis rerum naturam Mathematicúmue aliquid scribat. Is quidem scribit non utique epistolam quæ modesta ac prudens esse debet,uenustate decorata, legentibus obuia & grata,festiuitatis plæna,de negocio simplici,simplicibúsque nominibus constans,simplicem habēs narrationem. Pro uerbia sint in ea crebra,quibus accepta congruáq; de qua agitur materia,ita sapienter scribi opinentur.Quid in epistolis ut cumq; uersu custodit Horatius,quod epistola sicut prouerbium quidam commune ac uulgare sit:qui sententias scribit & adhortationes non similis uidetur narranti per epistolam, sed per consilium.

¶ Qui decore sententiarum epistolam cupit implere: non iam, inquit Demetrius,loquentis similitudinem gerit, sed struentis aliquid.Et Dionysius sententias non pertinere ad epistolas clamat:quare Senecam olim in sectati sunt, nec hodie incessere desinunt eruditorum plurimi ꝙ disputationes pro epistolis scripserit.

¶ Aristoteles & demonstrationibus, quæ propriæ sunt epistolarum utitur, ut cum nititur ostendere quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

aque magnis ciuitatibus & paruis benefaciendum sit. Dii inquit, in utrisq; æquales sũt, ergo benefacere oportet cum gratiæ deæ in his æquales tibi sint.

Epistolæ quæ plerunq; ad ciuitates & reges scribũtur, paululum elatæ sint, & aliquanto compositiores ac grauiores: consyderanda enim persona cui scribitur, quæ profecto elata est.

De epistolarum magnitudine Ex eodem. Titu.xii.

Scribentes epistolam, meminerimus nos epistolam scribere, ne sit uolumen loco epistolæ.

¶ Quemadmodũ Aristotelis ad Alexandrũ & ad Dionem familiares epistolæ Platonis. Nam Ciceronis epistolæ breues, immo breuissimæ sunt, præter paucas, quæ, ut dicam quod sentio: sentio autem quod de eius orationibus sensit Cæcilius, optimæ sunt, utq; aliæ bonæ res & bonus liber quoque, meliores quo maiores propter materiæ rationem. Idem author Cornelio Minitiano hũc in modum scribit: Quid enim mihi cũ tam longa epistola? Nolite ergo idemtidem quærere quid Romę geratur, & tamen mementote nõ esse epistolam lõngam, quæ tot dies, tot cognitiones, tot denique reos, causasque complexa est. Quibus uerbis innuit epistolas longas fieri posse de multis magnisque rebus, quę tamẽ longæ, cum tot & tanta contineant, non sint cẽsendæ: hęc ille, qui post multa diui Hieronymi de breuitate epistolarum testimonia, adfert illud diui Augustini ad Hieronymum, quod sane scripseram, nullum me librum aduersus te romam misisse, ideo scripseram, quia & libri nomen ab ipsa epistola discernebam.

Non tamẽ est nimia breuitas amãda, licet in ea nimis delectatus sit Libanius & Lucianus, in epistolis suis, quarum Phalaris author uulgo creditur: Et pro materia ratione dilatanda est oratio.

De stilo epistolari ex Scodrensi. Titu.xiii.

Demetrii Phalarei sententia est. In tenui humiliq; dicendi genere epistolam uersari, cuius dicẽdi modus & stilus gracilis esse debet. Et infra.

Et pressus sermo purusq; ex epistolis petitur. Stilus quoq; pro personarum ratione efferendus aut deprimẽdus est, & cum oportuerit: inter utrunque temperandus. Et quamuis aliqui negligentiam pro cultu in epistolis adserent, tamen cum pro munere mittantur diligentia magis probanda, ut Plinio placuit: utq; Dionysius iubet, concinnitas adhibenda quæ ab arte amouetur, Demũ cum epistola ambitione carere debeat, nec scribentis indolem ostentare non semper agere adfectat, quoniam non est dialogus, tametsi apud Ciceronem & alios interdum agat ea, puto, ratione quod dialogo sit affinis.

Cicero ad Pætũ in ea epistola quæ incipit: Ain eadem. Qualis debeat esse epistola paucis explicat, sic inquiẽs. Verũtamen quid ego tibi in epistolis esse uideor? nonne plebeio sermõe agitur tecum? Nec enim semper eodem modo. Quid enim simile habet epistola, aut iudicio aut concioni? Quin ipsa iudicia non solemus tractare uno modo. Priuatas causas & eas tenues agimus subtilius, capitis aut famæ, scilicet ornatius: epistolas uero quotidianis uerbis texere solemus &c.

¶ Idem ad Atticum libro primo treis eius Epistolas se accepisse scribit. Quæ inquit, fuerunt omnes rhetorũ pure loquuntur cum humanitatis spar so sale, tum insignes amoris notis.

Sunt tamen, sicut in oratione oratoria, tria stili genera in epistola, sed longe oratoriis inferiora: Infimus quidem oratoris stilus epistolari muneri summus est. Nec omne genus epistolarum unum, & eundem stilum habet, ut quidam arbitrantur: igitur gracili stilo proximus est stilus uitiosus qui aridus appellatus. Fit in tribus rebus. In sententiis, ut qui de Xerse inquit. Descendit Xerses cum omnibus suis, debuit enim dicere cum tota Asia, nam cum dixerit cum omnibus suis, ualde rem diminuit: in dictione cum res magnæ nominibus paruis enunciantur: ut ille qui de Phalaridi Tyranno dixit. Quæ enim Phalaris perturbauit Agrigentinis, non iis dictionibus expressit Tyranni crudelitatem, quæ magnis nominibus explicanda erat. In compositione quando incisa danda sunt: ut in Aphorismis, uita breuis, ars longa, tempus acutum, experientia dubia.

Demum stilus epistolæ gracilis est iunctus cum gratioso, si Demetrio & Dionysio credimus, qui opinati sunt duplici genere dicendi miscendam epistolam gratioso & tenui, gratiosus etiam in pluribus locis inuenitur in rebus ex prouerbio, ex fabula, ex similitudine, & hyperbole. In dictionibus cum nominibus pulchris aliquid exprimitur ut γηπολυξ ἐφανος, terra multum coronata. Fit etiam ridiculũ quod profertur nominibus uilibus & uulgaribus, quod destruitur ornatu elocutionis: nam qui ridicula graphice describit, similis est cuipiam simiam ornanti. Hæc ex Marino Becichemo Scodrensi, qui Ciceronis epistolas iustis laudibus extollit, & à Sidonii eleuatione defendit, ut in epistola nostra tetigimus.

De ordine & constructu uocabulorum. Titu.xiiii.

De construendis collocandisque uocabulis, tametsi lex certa dari nequit, ut plurimum tamen orator & grammaticus utuntur contrariis uiis, preterquam in dictionibus uim exordiendi habentibus, quas uterque in fronte locabit.

¶ Nam orator uocatiuum passim ubi concinnum uidetur, collocat: grammaticus in principio dumtaxat.

¶ Orator determinans sæpe præponit determinabili, ut obliquum rectori, uerbum infinitiũ finito, aduerbium uerbo, adiectiuum substantiuo: idq; frequenter aliquo interposito, ut multa uiri uirtus: degeneres animos timor arguit: determinans, Amare te non desinam: Multas ad res summæ conducit uirtus: Grammaticus quàm proxime potest determinabile locat.

¶ Orator sępe relatiuum antecedenti præponit, & utrunq; eidem rectori tribuit: ut quas credis esse has non sunt ueræ nuptiæ. Grammaticus contra antecedens præponit, nec ab eodem nisi bis posito regi patitur.

¶ Orator negationem includentia præsertim signa uniuersalia in finem reducit, grammaticus in principiũ, sic tamen ut resolutione facta obliquum postponat, ut qui te plus amet, habes neminem: Non habes quemquam qui te plus amet &c.

¶ Orator quæsitiua etiam fini dat: ut, partes orationis quot sunt? grammaticus principio.

¶ Orator multa in subauditione relinquit, ut uerba generalia sum facio gero & ad loquelam spectantia, aut uerba ipsa sine suppositis collocat. Grammaticus nihil omittit quod ad integritatem sermonis aut sententiarum pertineat, ideoque omnia subintellecta reponit.

De particulis non commutandis. Titu.XV.

Svnt autem nonnũllæ Particulæ, quæ nisi propriis locis ponantur, fœdant orationem: quare hæ semper sunt præponendæ: at in oratione: ast in carmine sequente uocali, sed, at, item, quẽ, ẽtiam in medio locantur: nec, neque, uel, aut, cæterum, enimuero, uerum, si, sin, quatin?, seu, siue, ni, nisi: ex his autem nullam in maioribus principiis non aliunde dependentibus collocabis, præterea in indignatione, aut, uel, seu, siue, & ni, postponuntur, que, ue, ne, quidem, quoq;, autem, uero, enim, & amãt apponi post primam dictionem clausulæ dependentis: præsertim autem, enim & uero, quæ alibi nisi post secundam non collocantur: ut cæteræ, quæ & quoque post illam dictionem quam coniunctio & præcederet locari uolunt.

Etenim potest præponi, uult autem in medio poni: ue, & ne, posteaquam, an, & uel, præcederent subiici amãt.

Cæterę autem cõiunctiones fere omnes præponi supponique possunt: sed ex his aptæ sunt primis initiis: quoniam, cum, quanuis, etsi, quamquam, licet, quia, ꝙ, ut, si: in minorum initiorum ad aliud depẽdentium fronte, Quocirca, quapropter, quamobrem & quare constituemus, ergo & igitur in breuioribus cõclusionibus: itaq;, plurimum, in maioribus.

Quin & non, præponuntur: utq; postponitur: sin, nunquam dicitur nisi præcesserit si, aut fuerit subintellectũ. ita, pro ualde postponitur.

Quia non ponitur ante sed, nec dicas concinne, Nõ uero, sed non autem, Nec neq; autem: sed neq; uero. Nec age autem, sed age uero. Nec sane autem, sed sane uero.

Nec iam autem, enim autem, at autem: sed iam uero, enim uero, tum uero, at uero. Post non & nec enim apponens, ut non enim, nec enim, uel neq; enim: non tamen dices, ne enim, aut ne uero.

Neq; non ponitur ante nam, nec equidem ante atq;, dicimus enim, nam neq; atque equidem: tum & geminamus quando partes sunt æquales: sed quando sunt inæquales præponimus cum, cum minore & postponimus tum cum maiore.

Versui fere semper postponitur: Tenus, frequenter, inter, propter, circa, contra, & similes non raro: reliquæ præponi gaudent, sed monosillabę post adiectiuum, & ante substantiuum, id est inter utrunq; poni solent.

De uenusta uocum maritatione. Titu.xiii.

Non solum quo ordine, sed etiam quicum quælibet dictio locanda sit summẽ attendendum est.

Omnis enim uult poni cum positiuo, aut comparatiuo, nunquam cum superlatiuo.

Contra quisque cum superlatiuo, aut uim eius habente: cum superlatiuo autem non ponimus uim superlatiuam habentia, sed cum positiuo, ut sunt imprimis, apprime, per, perquàm, sane, sanequàm, oppido, oppidoquàm: ponemus tamen cum eo longe facile, nimirum & quam pro ualde, quantum, modicum, parum, nihil & nihilum, satis: tantundem positiuis congruunt longe, facile, tanto, quanto, & similia in o, comparatiuis & superlatiuis.

¶ Dicemus ergo omnes boni uiri, optimi quiq; milites: tamen apud Ciceronem leges omnes summi uiri, sed id perinde est ac si dicas, omnes optimates, & aliquem dixeris quàm optimum, non ades genitiuum, quale sit, quàm optimum omnium.

De uenusta iunctura. Titu.xiiii.

Iunctura quoq; quæ est apta uocabulorum structura & collocatio sine offensione accurate studendum est: in qua literarum syllabarumque lenitatem, & asperitatem attendimus.

Vitandus itaque est eiusdem literæ, syllabæ, aut dictionis frequens concursus literæ, s, cum similibus.

Cacocephaton, id est malum & turpem sonum aspernabimur.

Similiter cadentia, uel definentia, uel declinata, pueriliter non adfectabimus.

Cauendum præterea est ne decrescat oratio & fortiori subiungatur infirmius, ut sacrilego fur: nam augeri & insurgere sententiæ debent.

Et iuxta ordinem naturæ & urbani sermonis obseruationem, prius uiros quam fœminas, deos quam homines, alios quam nos, genera quam species, communia quam propria, pones.

Cauebis ne ordo pariat ambiguitatem, neue prolixitas fastidium, aut breuitas obscuritatem: item ne longa sit uerborum continuatio, quam uno spiritu enunciare nequeas. Cauebis ad hoc, ne ordine permutato quid fiat superuacaneum: siquidem ut recte dixeris fratres geminos, & mulierem ancillam, ita superuacue geminos fratres & ancillam mulierem: sic enim gemini & fratres sunt, sic ancilla etiam & mulier est.

Cæterum si quo ordine res gestæ erunt, narrabuntur, multum iuuabunt intellectum.

Quin adeo in Metaphoris rerum gerendarum ordinem conspiciam.

¶ Sicut in illo Quintiliani duxit me similis ætas, uicerunt officia, cœpit fides, amantem odisse non potui: ubi consuetudinis seruatur ordo: Nam qui per consuetudinem amicitiam ineunt, primo loco ducuntur, ut liberi & nullo officio adstricti, aut uinculo capti: deinde ubi officia accedunt, uincuntur: ut etiam si nolint amici uideri debeant, at, ubi perspecta fides est, capiuntur, ac capti amantem odisse non possunt, quæ res in similibus est nobis animaduertenda. Nam præpostere dicas hanc aluit, peperit, genuitq; puerpera prolem: prius enim genuit quàm peperit, & peperit quàm aluit.

In rerum tamen narratione alius à poetis, alius ab oratore seruabitur ordo.

¶ Vnde de poetico ordine dicit Horatius in arte.

Ordinis, hæc uirtus est, ac Venus, aut ego fallor.
Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici,
Pleraq; differat, & præsens in tempus omittat.

¶ Orator enim fere quo ordine res gestæ sunt eas narrat, poetæ autem sæpe à fine aut medio historiæ narrare incipiunt.

De elegantia sermonis obseruanda. Titu.XV.

Elegantiæ sermonis, uocumq; proprietates in epistolis ad unguem obseruabuntur, non minus quàm in oratione, tametsi non tantus erit uerborum splendor nec ornatus.

Veruntamen poetica, ut sunt caballus, genitor, genitrix, peregrina, ut sunt gaza, esseda, & summopere barbara: ut sunt guerra, bladum, & inepta, ut causare pro producere uel efficere, confiteri pro eo quod est cõfessio-

nem audire,diligentius uitabimus.

De phuco & ornatu frequenti uitando. Tit.XVI.

Phucus autem frequens & ornatus nimius, uitabitur in familiari præsertim epistola.

De uenustis loquutionibus Tit.XVII.

Venustæ locutiones dummodo rebus congruant,non sunt in epistolis(ut iam dictum est) fugiendæ. De quibus in augustinum Dathum latius diximus.

M.Tullii Ciceronis uita.

QVia ad epistolarum primi libri cognitionem nõ parum conduxerit,uitæ & casuum authoris cognitio,eam complectar paucissimis.M.Tullius Cicero Arpini natus:Romæ quo puer perductus fuerat,tantum in discendo profecit,ut in causis dicendis primum locum consecutus sit,tantumque ueritatis & reipu.studio potuit,ut omneis honores suo ordine obtinuerit.In consulatu autem sic sese gessit,ut non minus ueræ gloriæ in toga meruerit, quàm alius quispiam in armis: liberauit enim urbem ab incendio, & ciuitatem à cæde coniuratorum Catilina duce:in quos cum animaduertisset,& Catilina iam in prælio cecidisset,primus in Toga triumphauit,primúsque parens patriæ appellatus est erectis eius gloriæ perpetuis monimentis.quæ res illi inuidiæ non parum peperit,præsertim apud Cæsarem: & paulopost apud Clodium uirum apprime nobilem, qui captus amore Pompeiæ uxoris Cæsaris in domo eius, in ueste muliebri, deprehensus est temerasse Festa bonæ (maribus non adeunda) deæ. ob quã rem in ius uocatus,negauit se tunc in urbe fuisse:citatus autẽ Cicero in eum testis adseruit Clodium eo die secum Romę fuisse,quod idem & alii præclari uiri testati sunt.Clodius tamen iudicibus corruptis pecunia absolutus est:Cæsar autem uxorem repudiauit, quod diceret domũ Cæsaris non solum crimine,sed etiam suspitione criminis uacare debere in Clodium, ut Ciceroni incommodet nihil grauius egit.At Clodius ultionis auiditate à patribus ad plebem per adoptionem transiuit, factusq; tribunusplebis Ciceroni diem dixit,quod nobilissimos ciues necasset indicta causa. Erant autem tunc consules.L.Piso Cæsaris socer,& P.Gabinius,qui prouinciarum spe Clodii conatibus fauebant. Quod intelligens Cicero cum neque à Pompeio,neque ab aliis amicis satis tutaretur,aufugit,absensq; damnatus est à Clodio, ut bonis eius publicatis quadringentis millibus passuũ ab Italia igni & aqua illi interdiceretur.Qui uero hospitio suscepisset,exul esset,& sua amitteret omnia.Additumque rogationi est ne quis de eo reducendo referret,disputarétue aut pedibus in sententiam iret,quæ omnia populus sciuit atque approbauit,maxima ut semper fuit animorum mutabilitate.Clodius ita exulis uillas diripuit,& incendit,domum in palatio à fundamentis demolitus est,& in archa templum libertatis constituit.Fortunas omneis hastæ subiecit, nec tamen in tota illa auctione sector quispiam repertus est.Cicero in Macedoniam aufugit, ubi à Planco benigne exceptus est.Clodius autem ob uictoriam insolentior factus,etiam Pompeium in publica concione contumeliis prosci dit,querens ut populus quod Pompeius is esset,responderet.Quis uno digito caput scaberet:quis uir uirum quæreret?& similia.Qua cõtumelia irritatus Pompeius, fretusq; Lentuli authoritate ad quem proximæ sunt epistolæ,& qui Ciceroni amicissimus fuit, author fuit Tito Annio Tribuno ple.ut rogationem ad populum ferret de Cicerone reuocando.Quæ res ingentes turbas concitauit.Clodius enim cum factione sua tribunitiæ obstitit rogationi,eoque obnitente aliquandiu nihil agi potuit,certatúmque est interim in publico armis,tribunitiaq; potestas uiolata est,multi quoque interfecti,adeo ut Quintus Cicero Marci frater, inter cadauera latitans,sit seruatus.Postremo Pompeius ingenti bonorum manu ad hoc ipsum ex tota Italia collecta Clodium foro expulit,auxilióque fuit ut populus sine aliquo maiore motu rogaretur.Nunquam maior populi Romani de aliqua re consensus fuisse dicitur,neq; tam magnum alias totius Italiæ studium,quæ ad hoc ipsũ Romam confluxerat, ut non magis eleganter quàm uere Cicero postea gloriatus sit Italiæ se humeris ab exilio reportatum.Senatus charitate & beneuolentia cum populo certauit,decreuitq; ut publice laudarentur ciuitates quæ Ciceronem humaniter accepissent,ut domus & uillę eius publico instaurarentur sumptu.Rediit sextodecimo mense,postquam urbe eiectus fuerat,in senatuq; aliquantulum floruit,quo tempore ad Lentulũ primi libri epistolas scripsit,deinde Ciliciam post Lentulum & Appium Claudium pulchrum, prouinciam obtinuit:unde reuersus bella ciuilia inter Cæsarem & Pompeum offendit orta,quæ res effecit ut triumphare non potuerit,diu autem ad concordiam utrunq; frustra hortatus:Pompeium tandem secutus est, quo uicto & occiso per Dolabellam generum suum Cæsari reconciliatus,cum in foro locus non esset,ad philosophiam se contulit.Tandem Cæsare occiso,cum libertatis publicæ gratia eius percussores tutaretur & in Marcum Antonium Cęsaris uindicem philippicas habuisset,postquam Antonius Læpidus & Augustus triumuiratum inissent,ab Antonio aliis conniuentibus proscriptus est,& in fuga deprehensus capite & manu,qua philippicas scripserat,truncatus est.Nunc paucis argumentum repetam.

Argumentum epistolarum primi libri.

POstquam Lentulo consule & fautore,Pompeio antem referente & adiuuante Cicero ab exilio redierat,suauiter cum Pompeio & Lentulo Romæ uixit.Quo tempore superuenit Ptolomeus Auletes Aegypti rex ab Alexandrinis pulsus,aut ob mollem uitam nam choraulam imprimis exercuit,aut ob nimiam pecuniæ exactionem,aut quod Cyprum ob Romanorum fauorem uindicare sibi,cum fratris prius fuisset,nollet,postulansq; ab senatu populoq; Ro.in regnum restitui.Fugit autem clam suis, ita ut mortuum putantes Beroricen filiam eius natu maximam in regnum restituerint.Nupserat autem prius Cybiosati Syro regia stirpe, ut ipsi credi uolebat, procreato:sed paucis post diebus ob sordidum ingenium regno expulso,deinde Archilao eius Archilai filio qui contra Syllam pro Mithridate pugnauit, hac ergo nouis studente rebus, Ptolomeus pater eius occulte Romam ingressus,Pompeio est ab initio conciliatus,& per eum patribus commẽdatus, actumq; est de eius reductione,simul & delegatorum cede,qui supra centum ab Alexandria contra ipsum missi erant, & cum his Dion Academicus.Intelligentes enim Alexandrini se ab rege criminatum iri, tot oratores miserũt recrimina-

recriminaturos eum & eius scelera detecturos:quo cognito rex iam Romę agẽs multos eorum in itinere per insidias interficiendos curauit,quosdam etiam in urbe,alios pecunia corruptos oblegauit,effecitq;ut eorum querela minus procederet, desperans tamen honorificam reductionem,se in Ephesum recepit, relicto Hammonio legato qui absentis res curaret largitionibusq;, quos posset, corrumperet non solum ut reduceretur,uerum etiam ut per principem rei militaris Gnæum Pompeium qui dissimulauit se uelle reducere propter Lentulum consulem,qui glorioſum putans de tanto rege optime meruisse,summopere contendit ut ab ea petitione Pompeius,quem unicè timebat,desisteret,fuitq; author patribus præfecturæ maritimæ & terrestris annonæ Pompeio decernendæ,ut maiorem ille dignitatem adsecutus de reducendo rege omnem curam abiiceret.Interea autem finito consulatu,proconsul fit Ciliciæ,regis autem legati,rege id petente,contenderunt,ut per Pompeium potius reduceretur,magnámque partem senatus pecunia ad hoc induxerant: quam quidem pecuniã mutuo acceperat sub pollicitatione usuræ ab Rabirio posthumio adhuc in Aegypto agens: & à quibusdam aliis Romanis,qui uidentes nisi rex restitueretur,se pecuniam creditam amisisse, grandem de nuo pecuniam mutuo dedere,atque una cum legatis institere ut reductio per Pompeium fieret:quod intelligens Lentulus iã in prouincia agens scripsit ad Ciceronẽ de quo optime meritus fuerat,quia ut dixi,author fuerat eius restitutionis,ut cõtenderet reductionem regis sibi decerni.Nam prouincia Cilicia in uia ad Aegyptum est.Cicero autem hac epistola respondet se tantum pro eo laborasse ut omnibus satisfecerit præter quã sibi ipsi,eo quod non possit efficere quod uelit in causa eius.Dicit autem se oppugnari largitionibus legati, & res agi per creditores,scilicet eos qui regi pecuniam crediderant, docensq; quid super ea re in senatu actũ sit,innuit cum Catone adhortante ut quindecim uiri ac sacerdotes,quibus Sibillinorum librorum inspicien dorum cura erat,ad senatum denuntiassent carmen Sibyllinum,quo cauebatur ne rex Aegyptiorũ exercitu reduceretur,ut statim dicam.Quidam è senatu censuerunt reditum regis Lentulo decernendum,sed sine exercitu propter religionem.Alii Pompeio cum duobus lictoribus,aut eum mittendum cum totidem lictoribꝰ ad Alexandrinos reconciliandos:quod Ptolomæo non omnino displicuit,sed senatui non satis tutum uisum Pompeium Alexandrinorum furori credere.Alii censuerunt ut tres legati regem reducerent,Sed studio Ciceronis effectum erat,ut senatusconsultum Pro Lentulo factum fuisset, nisi libri Sibyllini obstitissent,quorum carmen erat huiusmodi.Si Aegypti rex auxilio quodam indigens uenerit,eius amicitiam ne abnueritis sed illum quidem cũ multitudine ne iueritis,quod si aliter factum fuerit,labores & pericula habebitis:sic Georgius Merula.Alii carmen magis suis uerbis recitant.Sane cum ea res diu suspensa maneret,Aulus Gabinius,in iussu populi,sed adhortante Pompeio,Regem restituit: qui recepto regno filiam & archilaum maritum eius occidit,nec ipse diu superuixit,fatali morte adsumptus,relictis quatuor liberis,duobus filiis & totidem filiabus.Ex quibus maiores natu testamento patris regnare iussi sunt. Dionysius Ptolomæus qui puer adhuc,Põpeium interficiendum mandauit,& Cleopatra quę Cæsari & deinde Antonio commixta est,post cuius necem Aegyptus in formam prouinciæ redacta est.Et hæc pro argumento.Nunc ad explanationem.

Ex Bechichemi Collectaneis in primum Plinii.

SCribit M. Varro, quod extremum dicebatur, eo tempore cœptum dici nouissimum,quod sua memoria seniores sæpe tanquan nimis nouum uerbum uitabant, inde Ciceronem eo abstinuisse uocabulo Gellius affirmat, sed fallitur, sæpe enim Cicero usus est:in oratore inquit.Nec in hac modo re,quæ ad uulgi sensum spectet, & ad aurium uoluptatem, quæ duo sunt ad iudicãdum nouissima.Et in epistola ad Octauium.Nam ut ordiar ab initio,& perducam ad extremum,& nouissima conferam primis.Et in oratione pro Roscio Comedo, itaq; perbreui tempore,qui in nouissimis quidem erat histrionibus,ad primos peruenit.

Ex eodem.

¶ Apelles tantummodo tribus operibus inscriptionem apposuit,qua significaret illa absoluta,& nihil deesse,quæ in suis locis enarrabo,his author significauit se conscium esse suæ artis, quam ex omni parte, per omneis & numeros,& gradus in his expleuerit, nec aliquorum morsus liuidos timuerit: & iccirco multi inuidi insurrexerunt,& conati sunt deterere aliquid ex illis.Apelles Cous in pictura(ut scribit Plinius)omneis prius genitos,futurosq; postea superauit,pluráq; prope contulit picturæ solus,quàm cæteri omnes.Is opera perfecta proponebat in pergula transeuntibus,& post tabulam latebat,ut uulgi iudicium auscultaret,uitiaque emendanda subnotaret,tantæ modestiæ fuit,ingenuique pudoris.Multa de eius laudibus,idẽ Plinius libro trigesimoquinto,narrat quantiq; Alexandro Macedoni fieret, multis argumentis comprobat, utq; inueterato edicto,ab alio se pingi uetuerit,quod ob comitatem illi gratior esset.Sed M.Cicero in quadam epistola ad Luceium,non gratia id factum his uerbis testatur.Neq; enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi,& à Lysippo fingi uolebat,sed quod illorum artem cum ipsis,tum etiam sibi glorię fore putabat.Huiusce rei Flaccus meminit in ultimo epistolarum.

Edictum fecit ne quis se præter apellem
Pingeret,aut alius Lysippo duceret æra.

Verum, ut historico maior fides habẽda est Plinio,q̃ Ciceroni,ut oratori:huius quę sint nobilissimi picturæ, dixit Plinius non esse facile enumerare:memorat tamen tria illa quæ absolute & perfectè inscripta traduntur,imaginem Veneris è mari exeuntis,Castorem,& Pollucem cum uictoria,& Alexandro Magno. Imaginem belli restrictis post terga manibus.Alexandro in curru triumphante. Inchoauerat & aliam Venerem eodem Plinio referente,cui superaturo priorem inuidit mors peracta parte, nec qui succederet operi ad præscripta liniamenta inuentus est.De qua puto locutus est Cicero ad Lentulum ita scribens.Nunc, ut Apelles Veneris caput,& summa pectoris politissima arte perfecit,reliquam partẽ corporis inchoatam reliquit. Fabius Quintilianus,& Plinius multa,qui ex ære, & ebore signa fecit nobilissima,diligentia,ac decore præstabilia,cui multi palmam dederunt.Iuuenalis.

Phidiacum uiuebat ebur,nec non Polycleti.

Error est in primo Tusculanarum,ubi de pictoribus agẽs Cicero scriptum reliquit. An censemus,si Fabio nobilissimo

bilisimo homini laudi datum esset,quod pingeret,non multos etiam apud nos futuros Polygnotos,& Parrhasios?ubi pro dictione Polygnotos,facile librariorum lapsu scriptum est Polycletos.Neq; enim nota Ciceroni inurenda est, ut quum de pictoribus loquitur, statuarium Polycletum adducat. Fuit autem Phylognotus pictor antiquissimus,Fabio Quintiliano authore, utq; Plinius testatur picturę inuentum illi Theophrastus ascripsit,falsum id esse in quinto, & trigesimo libro ostendit Plinius,sed omnium primum picturæ plurimum contulisse.Verum sicuti commendat Plinius modestiam,& uerecundiam Apellis, & Polycleti, ita quodam in loco de Parrhasio contra refert,neminem insolentius,& arrogantius esse usum artis gloria, & cognomina usurpasse.Scribunt alii illum se principem artis dixisse, & ea perfeciſse gloriari solitum.

Ex eiusdem uariarum obseruationum collectaneis.

¶ Præter notam significationis non modo,siue modo non duobus modis elegantissime usurpatur, pro nedum,ut Trebonius ad Ciceronem. Non enim nescis quanti te faciam, & quàm pro ueterrimo amore omnibus tuis etiam minimis commodis non modo tanto bono gaudeam.Et pro fere,siue(ut uulgo dicunt)quasi. Et in hac significatione posuit Tibullus.

Iam modo non possum contentus uiuere paruo.

Et quoniam amicus inauditum hoc esse literis latinis clamitat, audiat Valerium de his, quæ nulla arte effici posse uidentur,inquit. Artis pictor equum ab exercitatione uenientem modo non uiuum labore, industria sua comprehendere,modo non,id est fere uiuum.Et Comicus,modo non montes auri pollicens,ait per prouerbialem hyperbolen.Est Atticismo Græcorum similis μονονοὺ,siue secundum Atticos μονουχί.

IOHVBERTINVS CLERICVS CRESCENTINAS BONACCVRSIO PISANO DISERTISSIMO ET HVMANISSIMO. S. P. D.

QVM iam multos & eosdem utiles libros,uir eruditissime, Bonaccursi Pisane opera tua imprimendos curaueris,non contentus ea quam iam plurimis labore tuo utilitatem attulisti, cupiens etiam indies maiorem afferre, sæpenumero me hortatus es ut quæ interlegendum interpretandúmque idoneos Romanæ linguæ authores, optima & probatissima adnotassem, me tandem ad studiosorum hominum utilitatem edere ne essent penes me tanquam ignis abstrusus in uenis silicum. Ego uero & si id libenter, te hortante, eram facturus, tamen quoniam multis & publicis & priuatis occupationibus impediebar,quo minus id satis commode facere possem,in hunc diem distuli: non ut tuæ honestissimæ uoluntati aduersarer,in re præsertim quæ esset mihi non minus beneuolentiam & gratiam conciliatura, quam aliis utilitatem allatura.sed quod existimabam oportere esse & ingenio elaboratum & industria atque diligentia perfectum quod esset cõmune & liberum omnium iudicium subiturum. Quod & si plane,ut uolebam fieri, non potuit: nolui tamen diutius expectationem tuam morari, ne maius esset in mora incommodum, quàm in celeritate utilitas & gratia: præsertim cum epistolarum Ciceronis quas familiares appellant, interpretationem & commendationem à me factam exigeres: in quarum lectione & imitatione tanta est, & rudibus & longius proiectis utilitas,ut nesciam an in aliis eius libris ulla maior esse possit, quàm in his epistolis præter tersum quoddam & familiare dicendi genus. Inest etiam magna philosophiæ pars: unde utranque commoditatem & dicendi & uidendi percipere possumus.Itaque id opus ea diligentia explicaui, ut sperem neminem fore uel mediocri ingenio præditum,quæ meæ industriæ opera,si modo paululum studii adhibere uoluerit, breuiter plurimum non sit profecturus. Nec quisquam deterreatur quòd sint aliquæ in hoc uolumine epistolæ, quarum obscuros locos & quædam quasi ænigmata non modo Oedipus ipse, sed ne Apollo quidem soluerit. Neque enim hac causa impediemur,quo minus ad dicendi commoditatem perueniamus, si tanto epistolarum numero aliquæ ignorenturquas uel ipse Cice.uel alii eius ætatis doctissimi uiri ita ex industria scripserũt,ne ab aliis quam ab his ad quos scribebant, intelligerentur, reinterdum ita exigente: in quibus uel præcepto Ciceronis libro primo officiorum.Ne conterendum quidem est tempus. Dicit enim in ipsa prudentia duo uitia uitanda. Primum ne incognita pro cognitis habeamus. Deinde ne nimium opere in iis rebus conteramus, quæ non sunt admodum utiles,eædemque non necessariæ. Obscure enim dicere,ut tu optime nosti, cum inutile est, tum uero unicuique sine præceptore & imitatione facile. Quantum tamen & ingenio nostro & multorum librorum diligenti inuestigatione cõsequi potui,effeci,ut ad huius operis interpretationẽ parum admodum desiderari possit: de quo tibi plurimum debebit studiosa iuuentus, quòd me adhunc laborem impulisti eius causa,cui, & ingenio tuo & labore assidue consulere studes, non modo Latinos, uerum etiam & Græcos codices ita in medium afferens diligenter impressos,ut iam nemo possit,qui non discat, nisi negligentiam suã accusare. Itaque ut quod instituisti perficias, libenter tibi morem gessi. Celerius autem id effeci cum efflagitante,tum uero addente calcar, ingenii & studiorum meorum amore & fauore,Christophoro Cambiago ducali secretario uiro, (ut scis) non solum mira quadam rerum prudentia, egregia probitate, & erga inuictissimum Galeacium Mariam Mediolanum Ducem Quintum spectata fide, etiam ita omnium bonarũ artium cognitione excellente,ut fidelior secretarius,an melior orator sit, non facile sit iudicaturus. Itaque si & tuo & talis uiri clarissimo iudicio has laborum & uigiliarum mearum primitias probatum iri uidero,eædem propediẽ quæ & in primo Nasonis meta.& in officia Cice.non negligenter conscripsimus, deinde in idoneos authores. Quamobrem deum optimum maximum omnium bonorum operum authorem suppliciter precor, ut his cæptis meis ita aspiret,ut cum eius opere & numine opus meum uestrum iudicium meruerit, reliqua alacriori animo persequi possim. Vale. & me ama.Mediolani. IIII. Idus Augusti.

c.i.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX

A ante B

Ab 39
Abducere 95. 116
Abduci 116
Ab ætate 62
Aberratio 363
Abfui magnam partem & magna parte 94
Abiectus 114
Abs 39
Abutor 141

A ante C

Ac 98
Academiæ 114
Accedit 116
Acerrime 354
Acceſſio 41. 321
Acceſſus 41. 227
Accidit 283
Accidunt mala 41
Accipio 4. 11
Accommodare 119
Accuratiſſime 96
Accuſo 39
Acta 59. 243. 287
Actiones 5
Actum 134
Actio 134
actor 2
actuoſi 2
actus 5. 134

A ante D

Ad 42
Adamo 44
ademptus 99
adeo 94
adeſſe 107
adhibere fidem 132
adhibitus 95
adhuc 97. 107. 262
admiror 43. 323
admodum 117
adoleſcentia 41
adoro 3
ad ſummam 40
ad ſummum 40
aduento 45. 46
aduerſus 289
aduerti animum 245
aduerto cum in 245
aduola 375
ad urbem ſignificare nunc in loco 77

A ante E

Aedilis 52
Aedilitas 52. 55
ædilitium 55
ædilium genera 55
ægina 99
æneas cur pius 1
æque ac 41. 338
æquo animo 112
ærarium 145
Aes alienum 175
æſculapius 112
æſopus 172
æſtiua 82

A ante F

Affectus 43
affectio 43
afficio 10. 43
affuiſſe 16
a fronte 371

A ante G

Agamemnone 77
agere gratias 5. 301
agere cauſam 4
agere gratiam 124
agere tecum 132
ageſilaus 139
agger 53
ager campanus diuidendus 24
aggregare 26
agitare 149
agnomen 39. 196
agnominatio 148
agnoſco 6
ago 2. 51
ago cum populo 8
agrippa 242

A ante L

Alabanda 334
alacer.cris 43
alacritas 30
alarii 64
alatere 371
alere 260
alexander 237
alexandria 14
alicuius 143
aliptes 29. 191
aliquando 129. 104. 375
aliter 43
allatum 129
alobroges 252
alſia 219
alycia 367

A ante M

Amabilior 187
amabo 49
amanter 143
amanus 53. 80
amare 226
ambitio 289. 328
ambitioſus 76
ambitus 87. 228
amens 150
amicitia 105. 245
amicus 45
amo 52
amor 40. 105. 245
amphora 302
amplector 143. 375
amplius 8. 273

A ante N

Andabate 180
anguſtiæ 311
anima 101
animaduerſio 130
animaduerto cum in 245
animus 40. 161
animus liberalis 46
animi magnitudo 30
animum aduerti 245
annales 134
annona 345
an proconſul dicatur 1
ante poſt 41. 102
antiochia 77

A ante P

Apagete 130
aphricanus 242
apamea 63. 75. 79
apelles 135
aperte 120
appeto 5
appetitus 5
appium 62
applicare 88
approbare 95
appropinquo 45. 104
aprica 374
apricari 374
aptus 311
apud 7. 42. 106
apulia iapigia 3. 39
apio quàm lauro 62

A ante Q

Aquinium 239

A ante R

Arabes 209
arabs 209
architecti 217
ardeo 132
area 235
argenteus fluuius 159. 272
argumentum 44. 377
ariſtarchus 5. 88. 223
ariobarzanes 65
arma 98
arpinum 189. 318
arripere 133
ariſtoni 65
arrogans 123
ars 44
ars doctrina 44. 97
arſacidæ 213
artolaganus 235
arunci 304

A ante S

As 327
aſia 46. 100
aſſentator 134
aſſentio.or 5
aſſentor 5
aſſeſſio 289
aſſidere 289
aſſis partes 327
aſterioſcus
aſtura 169

A ante T

At 218. 228
a tergo 371
athenis 453
athenæ 112
athenodorus 76
atque 41. 96. 328. 338
attamen 39
attellanę comœdiæ 230
attellani 315
attendo 16
atticus 216

INDEX

A ante V

Author 5
authorare 5
authoratus 5
authoramentum 5
authoritas 5. 102
auertere 149
augures 102
auitus 329
a uobis eſt pro ueſter 235
auoco 377
aures 108
aure certior eſt oculus 45
aures conſulendæ 1
auſonii 304
auſter 309
auxeſis 39
auxiliare 270
auxiliarii 270
auxilium 249

B ante A

Bacchanalia 57
Balbus 52. 234
Barcæ 14
Barcilia 334
Bauli 199

B ante E

Beatus 153
Beluaci 242
Bellum 154
Bellum incendio comparari 92
Bellus 184
Belliſſimus 345
Bene eſt actum mecum 99
Bene 133
Bene eſſe 126
Beneficium 2
Bene uortat 66
Benignitas 115
Beſſis 327
Beta 193

B ante I

Biduum 372
Biduo 273
Binæ literæ 117

B ante O

Boetia 112
Bona dea 28
Bona pars 133
Bonorum poſſeſſio 188
Bonum triplex 42
Bonum 19
Bonus 133

B ante R

Breuis 152

B ante V

Buccinator 37. 375
Buſtarii 42
Butrothum 366

C ante A

Caius Lentulus 4
Caii 242
Caius duillus 236
Calamitas
Caldus 12
Calfacio 12
Calfactus 12
Calendarum ratio 4
Caliſthenes 132
Callere 99
Callus 99
Callum 99
Calpe 269
Calumnia 3
Calumniari 3. 160
Candidati 264. 364
Cantharides 236
Canterius 233
Capena porta
Capere 47
Capitales 173
Capitulum 110
Caput 110
Careo culpa 39
Caria unde 55
Carrucarius 178. 369
Caſſium 242
Caſſius
Caſtellum 153
Caſtra 75. 87
Caſtrum 153
Caſus 112
Catina 328
Cato 11. 242
Catonium 191
Caue 165
Cauere 178
Cauillatio 3
Caunum 334
Cauſa.ſſa 2. 26. 374
Cauſidicus 8
Cautiones 183
Cautio 183. 186

C ante E

Cecilia 242
Cæcilius 29
Cæcilii 242
Cædere 108
Cælandus 144
Celebrare 132
Celederis 66
Celeriter 88
Celo te hanc rẽm 122
Celte 164
Cenſere 90. 107
Cenſor.es 86. 90
Centuriæ 167
Centuria 36
Cerimoniæ 3
Cerno 133. 152
Certe 41. 105. 110. 152. 365
Certior fio 13
Certiorem facio 43
Certum facio 43
Cæſar lucam 25
Cæſares 242
Cæſari decreti noui honores 28
Ceſana 379

C ante H

Charitas 41. 42
Charus 41. 42
Chilones 113
Chilo 113
Chirographum 186
Chirographa 291

C ante I

Ciceronis locus 80
Cicero legatus
Cicero.locus 17. 28. 36
Cicero & Appius college
Cice.locus corrigitur 28
Cicero 242
Cicero dolore uictus Tulliolę mortis 28
Craſſus Ciceroni infeſtus 25
Cilicia 14. 55
Cilones 113
Circiter 112
Circulator 270
Circumcirca 99
Citheris
Citrici 223
Ciues 43
Ciuitas 56. 243

C ante L

Clam 6. 102
Clarus 360
Claſſis 4
Clemens 13. 157
C.Lentus Marc. 4
Clementia 65
Clepſydra 374
Cliens 129
Clitella 238
Cliternini 238
Clitemneſtra 172
Clinicus 29
Clodius quomodo abſolutus 29

C ante O

Coactus 269
Coclea 223
Codicilli 113
Codicillus 113
Cogere 113
Cogito.are 45
Cognomen 39. 196
Cognoſco 6. 43
Cohibere 100
Cohorticula 204
Colei 238
Colaſſus 15
Colligere 153
Colligo me 25
Colophon 338
Commagena 349
Comanus 93
Combibones 240
Comenſis 93
Comes 338
Comitia curiata 36
Comitium 11. 9. 363
Comitium rogatio 9
Comitia cur dicta 38
Commeatus 268. 302
Comitia 30
Commemoratio 15
Commendo 100. 335
Commendo te principi 48
Cõmendo te apud principem 48
Commentarii 104. 106

Commentarium 136
Commentari 104
Commerere 115
Commissum 81
Committere 81. 371
Committo 100
Commodo 63
Commoueo 6
Comparo 44
Compilatio 50
Copiola 281
Compilo 50
Complector 108
Complura 248
Complecti 87
Complectar 117
Componere 374
Compositio 1. 50
Comum 92. 329
Communicare 93
Conari 98. 103
Conor 15
Concedi 4. 107
Conciliare 6
Concinnare 304
Concio 55
Concisum 271
Conciues 43
Condemno te crimine & criminis 40
Conditio 50
Condictio 50
Conduco 104
Conducere 350. 366
Confecissem 89
Conficere 131. 149
Conficior.ci. 115. 342
Confidentia 167
Confirmare 108
Confirmatus 10
Confiteri 377
Conflictari 241
Confluentes.ens 272
Cogitare 46
Cognosco 6
Congiarium 199
Congressus 155
Coniectura 153. 287
Coniunctio 375
Cornelii 242
Conscribo 70
Conserui 293
Consilium 93. 96
Consobrinus 67
Consolatio 69
Consolor 58
Conspiratio 281
Constantia, 30
Constiterat
Constituere 177. 305
Consuetudo 40. 115
Consul 5
Consul prætor trib.pleb. 7
Consularis potestas 5
Consulares.ris 6. 15. 298
Consuli 181
Consulatus inibatur Calend. Ianua. 27
Consultor.tus. 69
Contendere 11
Contentio 3
Continentes 234
Contingere 140
Contingit 283
Contingunt optata 41
Contingunt bona 41
Continuo
Contubernales.lis 113
Contumeliosus 120
Conuersatio 40
Conuitium 11. 308. 363
Conuictores 356
Conuictus 138
Copia 43
Copiæ 43. 105
Copiis 53
Coracesium 66
Coram 4. 98
Corcyræ 117
Corcyra 327. 366
Cordubæ 268
Coricus.ricum 29. 299
Coricius specus 299
Corinthus.rinthius 100. 233
Cornicines 167
Correctio 1
Corrigere 143
Corte 43
Cossus 242

C ante R

Crassus 25
Crebro 13. 16
Creditor 2
Credo 17. 47
Crocum 299
Cruditas 363
Crudus

C ante V

Cubiculum 172
Cum imperio & potestate 5
Culpa 39. 260
Cumanus 93
Cumæ 93
Cumeus 93
Cumprimum 39
Cum & tum 41
Cum tum 4. 41
51. 81. 83
Cumulare 1. 28. 322
Cunctatio 271
Cunctum 56
Cunnus 236
Cupidum 5
Cupio 5. 13
Curio 9
Cur
Curita
Cura 47 247
Curare 45. 101
Curatio 47. 101
Curator 335
Curia Calabra 4
Cures 364
Cursus 87
Curiones oratores 9

C ante Y

Cybistra 350
Cybira 322
Cymbri 264
Cycione 322
Cyzicus 343

D ante A

DAlmatia 129. 261
Dare fidem 131
Dare potestatem 132
Dare ueniam 132
Dare uerba 132

D ante E

De 2. 42. 55
Decedo 41
Deceptus.ti. 140
Decernere 5. 74
Decertare 127
Decimatus 55
Declamari.ri. 87. 373
Declamationes 87. 189. 197
Declamitare 375
Decretum 74
Decuriæ 167
Decursus 88
Decurio 328
Decuriones 167
Dederunt 161
Deduco 4
Defatiscor 43
Defectio 101
Defectns 39
Defendo pacem 93
Defensio 14
Defensor 4
Deferre.ri. 94. 351
Defessus 43
Definiri 361
Deficio me & à te 60. 103.
Deficio te 103
Defungor 262
Defunctus 25
Dein 144
Deinde
Deintegro 311
deliberatio 19
delecto.tor. 111
delectus militum 271
deleui 343
deligere 98. 113
delinitus 362
delinire 376
demophile 3
de modis exequiarum apud antiquos 42
denarius 270
denunciare 131
deponere 145
deportare 366
depositum 145
deprehendere 212
deprehensus 205
desideranda 126
desiderium 54. 97
Desidero.ror. 39. 244
Designati cons. 244
Desistere 121
Despondetur 296
Deterrere 121
Deunx 327
Dextans 327

D ante I

Dialogus 35
Diarium 134
Dibaphum 6. 62
Dicier 129
Dico 4. 6. 47
Dicere sententiam 19
Di
Dicta
Dictator 7
Didascalia 201
Didascalicos 201
Dies 12
Dies comitialis 9
Diespiter 4
Differre 15
Difficul 102
Dignitas 19. 51. 99
Digredi 305
Diligere 99
Diligentia 247
Diligo 52
Dilemma quid 79. 84
Dimittere 63
Diœcesis 78. 332
Dionysius 233
Diploma 164
Diripere 115
direptio 115
dirrachium 341
discedo 41
disceptatio 122
disceptator 324
discretus 148
disertus 234
discrimen 49
disputo 2
discupio 214
discutio 202
diserte 88
disertus 88
disenteria 192
disputo 2
dissentio 54
dissimulo 12. 19
dissolutio 122
dissuauiari 378.
disuria 192
diu 114
diuersorium 169
D. Augustinus 1
diuersoriolum 306
diuerticula 169
diuinare 90. 361
diuino 208
diuisio 40
diuortia 169
diutius 299
diuturnus 299

D ante O

Do 48
Dodrans 327
dolor 102
domicilium 393
dominatur 112
dominus 323
donec 46

D ante R

Drachma 63. 299

D ante V

Dubito 40
ducere 103
duci 116
dum 46. 278
duntaxat 144
duplex 289
duum 302

D ante Y

Dysuria 181
dysenteris 181

E ante C

EEc quando 126
Ecquid 214
Ecquis 184
214

E ante D

Edissere 161
Edo 35

E ante F

Efferre 51
Efferuescere.scit 217
Efficio 12
Effundere 308

E ante G

Ego 1. 22. 102

E ante I

Eieci 345
Eiures 230

E ante L

Elephanti 173
Eleutheros 254
Elico 374
Eloquentia 4
Eluxi 235

E ante M

Emissarii 174
Emissarius 374

E ante N

Endiadis 81

E ante O

Eo 276
Eodici 334

E ante P

Epaminundas 134
Ephesis.sus 73. 333
Epicurei 81. 154
Epidanum 112. 341
Epidaurus 112
Epiphora 377
Epistolarum genera 4. 43

E ante Q

Eques 24
Equidem 39. 53

E ante R

Error 260
Errata 375
Erga 1
Ergastula 279
Ergo 41. 215
Erotes 297
Erratum 146
Eruere 129

E ante S

Essedarius 369
Essedum 178

E ante T

Et 83. 231
etenim 40
ethesias 59. 359
etiam 69. 100
etiam atque etiam 108. 348
et si 39. 112

E ante V

Euenta 17
euentus 17
Euertere 121
euestigio 113
euitari 2
eutrapelus 241

E ante X

Ex 126
ex animo 2
exarare 206
exequiæ apud antiquos 42
excedo 41
excellentia 76
excelsum 45
exceptiones 183
excipere 248
excitare 150
exedria 189
exemplarium 247
exemplum 92. 103. 245. 269
exemplar 246
exemplum fero 223
exercere 99
exercitatus 99
exercitus 99
exercitatio 42
exhauriri 140
exibilo 200
exigere 269
exilui 373
eximius 66
existimatio 354. 375
exitiosum 150
exitus 87
ex iure manu consertum 183
exoro 3
expectatio 60. 45. 353
expectatus 110
expectamus 247
expedire 89
expensum ferre 223
experientia 17
expeto 5
expiscatum 234
expleo 40
explicare 347
explodere 211
exploratum 249
explorare 249
explorate 345
Exploratores 249
expostulo 46. 84
expressa 88
expromere 132

Expugno 12
Exputare. 263
Exquisita 116
Extat 143
Extingui 45
Extrico 130
Exul 108
Exulcero 6

F ante A

FAbius maxi. 242
Fabii 242
Fabri 217
Facies.ei.cii. 31
Facilis.le. 31
Factum 2
Facinus ∴ 52
Facio 251
Facio certiorem 37
Facio satis 1
Facul 102
Facultas 143
Facundia ∴ 183
Falernum 4
Falsum gaudium 164
Fama rumor 20
Fames 372
Familias 130. 341
Familiaris 5
Fasti dies 134
Fasti libri 134
Fastus 134
Fatigatus 43
Fatum 45 320
Fauonius 239
Faxo 343

F ante E

Fœde 233
Fœdissimus 96
Fœmina 131
Fenus 126
Feriatum ∴ 303
Fero 51
Ferreus 365
Fessus 43

F ante I

Fidelia.lis. 195
Fides 6. 237
Fidicen 237
Fiducia 167
Fixa 343

F ante L

Flaccus 242
Flagito 46
Flagitare 88. 221
Floreo 115
Flute 193
Fluuius argenteus 255

F ante O

Fore 4
Forenses orationes 103
Forma 88 203
Formiæ 107 215 189
Formula 182
Fortitudo 14
Fortunare 358
Fortuna 41 54 112
Fortunæ 41
Forum 74 103 295

F ante R

Frabateria,ternus 239
Fracti 105 109
Frater 59 66 301
Fregella 339
Frons 31
Fruere 148
Fructus 22 337
Frugi 125
Fruor 141
Frui 110
Frustra 142

F ante V

Fultus 276
Functus 215
Funditus 148
Fungor 141
Funus 113
Furta 269

G ante A

GAbinius condemnatus 33
Gades 269
Galatæ 164 196
Gallia Narbo. 264
Gallinaria silua 238
Gaudium 16
Gaudeo 16

G ante E

Gestire 170

G ante L

Gladiator
Glorioſus 87
Gluten 289

G ante R

Gratificor 6
Gratioſus 8
Gratis 269
Grator.lor.latio. 16 48
Gratulari 48 336
Gratum 103
Grauissime 372

G ante V

Gubernator 47

G ante Y

Gymnoſophistæ 114
Gymnasium 113

H ante A

HAbena 373
Habeo 2
Habere fidem. 132
Habere gratiam 52
Habere rationem 67
Hactenus 40. 94
Hammonius 2
Haletes 188
Haruſpicina 168

H ante E

Hector 2
Hedui 181
Heleſpontus 232
Helis 324
Heluellæ 193
Helluo 374
Hem 42. 100
Heraclea 333
Here heri 4
Herodotus 134
Heſiodus 168
Hæresis 362
Hæsitatio 89
Hexaphorum 113
Heſperia 32

H ante I

Hiberna 82 154
Hibernia 251
Hic illic istic 38. 77. 83 84. 108
Hidrus 369
Hipodidaſcalus 233
Hipotheca 334
Hipolitus 2
Hipomnematis 376
hipponax 191
hiſce 99
hiſpanienſis 62. 270
hiſpania 62
hiſpanus 62
hiſpalii 270
hiſtoria 134
hiſtoria de tribus ſororibus 29

H ante O

homeri uerſus 76
homo.cio.culus 100
honos 47. 87
honores 99
horologium 350
hortenſii mollities 5
horto.tor. 3. 58

H ante V

hui 214. 363
huic 40
humanitas 14. 372

H ante Y

hypotheca 313
hypomnematis 352
hypodidaſcalus 233
hybernia 251
hyberna 73
hyems 58

I ante A

IAcere 227
Iacent 96
Iactatus 43
Iactare 52
Iamdiu 114
Iámque 296
Iam 78. 97. 221. 296

I ante C

Iconium 72. 75. 352

I ante D

Id cauſæ 13
Idem 2
Id ætatis 369
Idonea 378
Idua 4
Iduare 4
Idus ∴ 4
Iduum 4

I ante G

Igitur 41
Ignominia 65
Ignorantia 65
Ignoſcere 111

I ante L.

Illecebræ 362
Illic 38.83
Illuſtrare. 131
Illuſtre 45

I ante M.

Imminuo 361
Imitari 10
Impendent 118
Impedimenta 261
Impero 249
Implorare 270
Importunissimi 122
Impotentes 109
Improbitas 96
Improbus 242
Impudens 311
Impugnare 89
Immunitates 291

I ante N.

In 24.40
Inanis 350.362
Inaurari
Incanduit 211
Incendo 44
Incesſere 51
Incidere 49.359
Incommodo 63
Inconstantia 256
Incontinenti 302
Incumbo huic rei 211
Incumbo in hanc rem 211
Incuſo 41
In diem 65
In dies 65.261
Indixi 301
Indulgere 111
Inducere animum 167
Iuduſtria 47
Induſtrius 103.47
Inedia ∴ 372
Ineptus 311
Inertia 97
Infandum 40
Inferiæ 42
Infirme 350
inflammo are. 44
ingenium 40
ingenue 120
ingenuus 46
ingraueſcit 97
in horam in horas 65
inimicitiæ ∴ 63
innitor 100
in præſentia 98
in præſentiarum 98
inſeruio 90
inſignis 66
inſinuare 117
inſinuatio 117
inſolens 95
inſolenter 95
inſolentia 242
inſtare ∴ 451
inſtituo 4
inſtitutus 4
inſtituta 133
inſtitutio 4
in ſumma 40
intereſſe 43.109
intelligo 47
integellus 22.223
intercalare 166
intercalaris 166
interreges 181
integra res 11
intercapedo 238
interdicta ∴ 183
intendo 6
intercedo 8
interdico 274
intereſſe 44.105.109
interire 100
intermitti 40
interpoſitio 1
interrex 7
interlum 43
interuallum ∴ 13
intima 69
intimus 6.69
intricare 203
inuenio 43
inuenta 40
inuidia 3.227
inuitamentum 251
inuitare 99
inuitari 101
inuro 29

I ante O.

iouem lapidem 182
iocundus 39.50
iocundum 39.103

I ante P.

ipſe 94
ipſus

I ante S.

is 208
iſaurius 6
iſocrates 3
iſſicus ſinus 53
iſſos 53
iſſum 53
iſtic 38.83

I ante T.

italia 46
iter 117

I ante V.

iubeo 249
iucundus 103 iucundum 34.41
iumenta 40.281
iuno Lucina 108
iuratio 101
iuriſconſultus 69
iurgia 252
iuriſdictio 112
iuriſperitus 184
ius 235
ius honorarium 65
iuſiurandum 121
iuuenta 41

L ante A

LAbefactare 308
Labefactatus 12
Laberius 181
Labos 47
Labor 223
Labrum 348
Lacinia 376
Laceſſere 306
Layda 241
Lamiarum familia 283
Lanuini 79
Laodicea 72.77.75
Lapſus 43
Lapygia 39
Largitas 3
Largitio 3.87
Lariſſa 324
Larius lacus 329
Laſſus 45
Latrones 51
Lauatio
Laurea ouantis 53
Laus Laudatio 41.357
Laudatio iudicialis 32
Laxus 45

L ante E.

Lectica 113
Lecticarii 113
Legare 158
Legatorum duo genera 2
Legatus 2
Leges ſumptuariæ 228
Lego 70
Lelenchia 78
Lenis 122
Leniri 122
Leniſſime 122
Lentuli 242
Lentulus 1.24
Lepidi 295
Lepta ∴ 76
Lepos 290
Lætitia 40
Lætor 40
Lætus 39
Leuare 97.102
Leucas 366
Leuidenſe 224
Leuis 16
Leuitas 16
Leuas 115
Lex curiata 36

L ante I.

Liber 62
Liberi 98
Liberius 3
Liberti 69
Libertas 19
Libertatis ſimulachrum poſitum in Cice.domo à Clodio 29
Libertinus 46
Libertus 68
Libra 327
Librarius 44.125
Licentia 19
Licet 39
Licere 108
Lictor 60.67
Licitator 174
Lilybeus 236.310
Limatulus ∴ 198
Limitare 80
Liuius emendatur 36
Lynx 217
Liſippus
Literæ 43

Universidad de Deusto
Biblioteca

L ante O.

Locatio 29
Logeos 146
Longe 133
loramentum 213

L ante V.

lucaurbs 24
lucani 242
lucanus 242
lucanica 231
lucii 242
lucilius 88.304
lucina 108
lucius Paulus 102
luculus 5
lucallis
luctus 102.235
ludibrium 119
ludibundus 369
ludus ludi 55.23.
lugeo 202
lupercal 188
lusitania 271
lustrum 90
lutulentus 262
luculentus 262

M ante A.

MAceria 374
Maceries 374
Magnanimus 16
Magnanimitas 16
Magniloquentia
Magnitudo animi 30
Magnopere 44
Magnus 8
Magis
Maiores magistratus 36.109
Maias 113
Malua 193
Malus pro indocto 102
Manceps 145
Mancipium 143
Mandasti 85
Mandata 50
Mane & m ani 4
Manii 242
Manubiæ 29
Marcus bibulus 5
Marcus Antonius 151
M.Cato. 11.103
M.Scaurus 30
Marmora
Mars 189
Marcellus 4
Matressamilias 130
Matrimonium 41
Mature 73
Maturo 249
Maturum 219
Maxime 137
Maximus 242

M ante E.

Medea 178
Medicus clinicus 29
Medicus 29
Mediocris 17
Meditor 17
Meditatio 147
Mediusfidius 301
Megara 99
Me hercule
Mei tui sui uestri 4
Meis uerbis 131
Melicensis 332
Memini 78
Memoria 41.105
Memoria tenere 105
Menda mendum 105
mensa
me quàm cęteri 154
mereo,mereor 3
meretrix
meritum 2
messanę 242
met 100
metellus pius 119
metior 246
metrum 35
metuo 40
metum est 37

M ante I.

miles 249
migrationes 373
migro 41
milassa 334
militum genera tria 74
mimi 2
minus pro non 258
minores 109
miranda 84
misere 298
miror 45
mityleni 106
minerua 68

M ante O.

moderatio 34
modestia 54.56
modo 101
modus 105
mœstus 114
moliri
moliar 101
moneo 3
monere 107
monumentum 23
monimentum 29.113.119
monimenta 230
morari 375.302
morderi 89
morosus 284
mors 99
mori quot modis dicimus 99

M ante V.

mulsitaria uocabula 63
multa 145
multo iungitur comparatiuo & superlatiuo 95
multum 124
munera 55
municipis 145.232
municeps 232.334
munitus 325
munus 26.359
murenæ 193
mutia festa 37
mutuo 63

N ante A.

NAm 3
Narona 340
Naso 242
Natio 364
Nauare 151.359
Naufragium 23.271
Naufragus 23
Nauicularius 369
Nauitas 259
Nauiter 133
Nausea 399
Nauseare 193.309
Nautea 309

N ante E.

Ne 42.45.89
Ne an 42
Necesse est 36
Necessarius 66
Necessarii 111
Necessitas 66
Necessitudo 66
Nec ne 42
Nedum 148.194.
Nefarium 21
Negatio 19
Negligentia 56
Negociari 323
Negocium 20.45
Nemo 40
Nem 42
Nempe 41.42
Neque autem 135
Neque uero 47
Nero 242
Neruos 360
neuiamus 136

N ante I.

nicea 336
nihil dum 378
nihilo 372
nihilominus 114
nisa 326
niti 10.105
nitor

N ante O.

nobilis 66
nobilitas 66.76
noctuum uigilias diuidi 75
Noctua 153
nomen 39.189.379
nomina facientia accusa.in is. 5
nomina in osus 47
non 42
non nec neque 42
non autem 47
nonæ 4
nongenti 146
non modo 34.47
nonnunquàm 137
non solum 47
nostra ipsorum 167
nota 88
notare 88
nota de numero 15
nota de comitiis 36
nota Vall. 18
nota locum 29
nota historiam 22
nota Tigranis historiam 24
notus 309
nouendialis 42
noui homines 16
nouum comum 329

N ante V.

nudi 77
numidicus 243
numa 39
nunc 13
nuncium 112 nuncius 112
nunquàm 69
nuptiæ 98
nusquàm 63.270

O ante B.

OB 98
Obelizo 223
Obeo 98
Obitus 98
Oblecto 111
Obsecro 40.41
Obsequium 2
Obseruo 328 Obseruare 245
Obseruantia 245
Obsides 256
Obtestatio 322 Obtestor 41
Obticeo 107
Obtrectatio 16 Obtrectare 16
Obrepo 372

O ante C.

Ocella 59
Occasus 91
Ociosus 20 Ocium 20
Ocium literarium 110
Ocium amatorium 110
Oculi 108

O ante E.

Oenomaus 230
Oenopia 99

O ante F.

Offendo 42
Offensiuncula 212
Officio 1
Officina 313
Officium 1 Officii finis 1

O ante L.

Olim 41
Olympias 90

O ante M.

Omitto 40
Omnis Omne 56

O ante P..

Opera 58.229.247
Opes 114
Opinio 16
Opportunitas 369
Opprimor 102
Oppugno 1 Oppugnare 2
Ops 114
Optare 92. 115
Optio 47 Opto 5.18
Opus est 36
Opus 47.250

O ante R.

Oratio 35
Orator 2
Oro 3. 49
Orbus 115
Ordinatim 99
Ouatio 53

O ante S.

Oscæ oscí 172
Ostreæ 193
Ostentare 245

P ante A.

PAcare
Pagina 57.246
Palam 4
Paludamentum 363
Paludamenta 209
Pansa 242
Pantherą 55
Parasitus 33
Parcius 378
Parenthesis 11.42
Paro 45
Parthi 53
Patior 99
Patre 194
Patres 3
Parricida 293
Patricii 255
Patrimonium 41
Patronus 58 Patruelis 67
Pauimentum 237
Pauli patria 63
Paulorum familia 359
Paulus 103
Pauones 233

P ante E.

Peccare 103
Peculium 2 Pecunia 2
Pædagogus 2
pedianus arguitur 18
pedetentim 227
pelimpsestus 181
pelopide 194 pelopidas 194
peloponnesus 194
pendeo animi 203
penes 7.106 peniger 197
penuria 87
per 10.40.55
perculsus 96
peræque 271
perferre 51 perfunctus 25
periclitari 257 periculum 229
perinde 246.268
perire 100
pernecessarius 328
pernicies 94
perofficiose 235
perpauci 108
perpetior 99
perpetuum 49
persecutus literis 249
persequor te amore 249
persequi 78
persoluo gratias 51
persona 102 personat9 103
perspicio 66
persuadere 111 persuadeo 68
pertinaciter 260
peruersus 16 peruersitas 16
pessimon 56
petasum petasatus 362
petitiones 262 petere 261
peto postulo 46

P ante H.

phalæ 53
phalereus 377
phæreus 237
Philippus 24
philoctetes 197
philologia 375
philomelum 78
philoxenius 329
phrygia 332

P ante I.

pietas 1.21
pigmentarius 362
pilum 50 pindenissum 53
piræus 99.112
pisones 242

P ante L.

plenus 255
plancus 242
plane 3.372
plotus 242
plote 193
plura 248
plusculum plus 133.273

P ante O

polypus 231
politici libri 199
pollentia 281
polliceor 81
pompeii infamia 14
pompa Lictorum 60
pompilius 115
populo,populo 3
populare 360
porro 12.108
posse 108
possessio 188
possibile 339
post 102
posterius 362
posthumus 3
postridie 112. 345
postulo 46
posco 46
potior 15
potitor rerum 20
potiri regni & rerum 15

P ante R.

præ 40
præceptor 18
præceptum 18
præcipue 39
præda 29
præditus 94.103
prædium 376
præfari honorem 238
præfectus urbis 7
præmatura 250
præ me fero 39
præmium 26
prænomen 39.196
præ nobis 96
præposteri 362
prærogatiua 356
præsciri 229
præscribo 324
præsertim 39
praes 63
præses 12
præsidium 24.15.249
præstantia 63

præsta 357
præstare 111
præstaturus 20
præsto esse 107
præsum 12
præter 5
præter iunctum cum ablatiuo 40
præterea 14
prætermitto 40
prætexta 62
prætores 65
præuaricator 210
pridem 227
primarius 131
principem 99
prima secunda uigilia 75.233
priscus 12.80
pristinum 12.80
priuatim 115
priui 5
priuilegium 5
pro 113
probo 95
proconsules quando creati 1
proconsules 48
procurare 307
procurator 307
proditores 12
prodo 12
productum 54
professio 377
proficiscor 10.15
profligare 300 profligatus 300
proinde 252.287
prolixum 80 prolixus 80
promitto 24.81
promptus 88
promulside 231
promulsis 234
prope 10
propediem 56
propemodum 56
propense 116.302
propinquus 67
proprium 247
propugnacula 2.348
propugnatio 14
prorsus 7.328
prosequor te amore 249
protrudimus 265
pro uiribus 111
proxime,proximus,proximũ 299
prudentiæ tres partes 68

P ante S.

pseustum 178
pseudo 190

P ante T.

ptolomais 14.15

P ante V.

publicani 146
pugio 113
pugno 2
pulcher 97
puellari 253
puluinus 233
punctum,punctus 155
puteoli 85.95
puto 2

P ante Y.

pyramus 87

Qu. ante A.

QVadrans 327
Quàm 55.10
Quammox 10
Quamobrem 41.82
Quamprimum 318.367
Quandiu 364
Quam cum positiuo 98
Quando 83.109.369
Quamquàm 39
Quapropter 41
Quare 41.105
Quatenus 96
Quatuorniratum 269

Qu. ante E.

Quærere 114
Quæso 70
Quæstio 2.91
Quæstor 39
Quæstura 39

Qu. ante I.

Quid sit diuidere scientiam
Q.M.Sceuola pont. 37
Quidem 21
Qui pro cui 40
Quiddam 11.18
Qui 99.108
Quicunx 327
Quin 42.49.73.103.353
Quinquatria 55
Quinquatrus 56
Quint.Fab. 103
Quintiliani 242
Quintilis,sextilis 51.66
Quis 4.43
Quisque 4

Qu. ante O.

Quo die consulatus inibatur 27
Quomodo Clodius absolutus 29
Quoddam 11
Quo 143.271
Quoad 97.76.211.299
Quominus 259
Quoq; etiam 107
Quotidie 35.65

R ante A.

RAbulæ 184
Ranunculus 187
Rapinæ 269
Ratio 2.19.115.282
Raucus 217
Rauenna 199

R ante E.

Recipere 7.25
Recommendo non dicitur 335
Reconcilio 6
Reconditus 365
Recordor 42
Recreari 151
Recreatus 356
Recrudescunt 103
Recte 347.364
Rectum 49.93
Rectus ordo conflexus 21
Recula 61
Reddo grates 52
Referre gratias 52
Refero 4
Refero in senatu 4
Refigere 292
Reficere 300
Refigo 98
Refragor 47
Regium lepidi 289
Reiecta 221
Relegatus 282
Religio 3
Relinquo locum precibus 3
Reminiscor 102
Remitto 40
remunerari 221
renouare 105
renuncio 98
repente 96
repetere 288
reperio 43
repono 32.186
repugno 250
repulsa 213
res 2.3.108.109.285.359
rescire 212
rescisco 98
res gestæ 49
respondeo 40
retego 98.288
reticeo 107
retundi 300
reuelli 288
reuerto,reuertor 83
reus 32.335
rex 239
rhodanus 251
rhodos 63.106

R ante O.

rogatio 4.5
rogo 46.49
rostra 199

R ante V.

ructus 390
rudere 200
rumor 20.198
rusticitas 132

S ante A.

SAbbatia uada 279
Sacellum 211
Sacerdotes 49
Sacrarium 312
Sagum 180
Salacon, Salaconia, Salacones 191
Salii 40
Salina 196.186
Salibra 26
Salua res est 157
Saltem 149
Saltarius 203
Saltus 203.268
Saluus 371
Salue 6
Samarobrinę 181
Samos 78
Sanctitas 94
Sanctissimus 115
Sane 345
Sane quàm 98
Saniones 231
Sapientia 14
Sapere 47
Sarcinatores 23
Sardianus 333
Sardinia 192
Satio 40
Satisfacio 1
Satis 124
Saturnalia 55
Saturnus 189

S ante C

Scelus 21
Scena 170
Scantinia lex 211
Scilicet 12.75.360
Schenobates ta. 199
Sceuolarum stemma 37
Scipio 242
Scriba 144
Scribo 70 Scribere 306
Scriptor 44
Scriptura

S ante E.

Se se 21 Se 21
Secta 314
Sector 363
Secunda mensa 376
Secundum 112
Secundum Stoicos diues 185
Sed 40
Sed tamen 39
Seductus 265
Sedulus 20
Sedulitas 20
seiunctus 141
seleucia 77
selibra 327
semis 327
semissis 130.327
sempiternum 49
senatores 3
senatorum genera tria 3
senatoria dignitas 3
senatusconsulta 4
senatus quomodo fit. 7
senes 63
sententia 19.246
sentina 117
sentire 10
separatim 319
septimatrus 55
sepulchrum 114
sequi 102
seruio 90
sero 48 serotinus 48
serpens 242
seruitium 2
seruilius 6
seruo 29
sermo 4
seruus 113
serua 88
sestertius 125.335
sexatrus 55
sxtilis 51
sexti 242
septunx 327
sextunx 327

S ante I.

sibilus 200
sica 293
sicarius 293
sicilia 329
sicilienſis 329
sicyone 322
sydani 75
sigeum 135
silentium 12
sylua gallinaria 238
similis 52
simonia 328
symphonia 369
symphotium 242
simplex 289
simulo are 19.12 simulac 206
simulatq; 81
si 40
synadis 77
symiada 77
symadica marmora 77
sin & si 40
syngrapha 189.200.377
singularis 94
sinuessanum 306
siquidem 88
sytagma 202

S ante O.

soboles 271
socius 45.338
solatio 69 solamen 69
solatium 374
solistimus 157
solitudo 62
sollicitatio 55
sollicitudo 55
sollicitus 54.94
sollicitum 55
soluendo non essent 77
sontes 115
sororius 67

S ante P.

specialiter 39
species 97
speculum 50
spectaculum 49
specto,spectator 49
spectrum 362
specula 62.94
specus 62
sperare 902.47
spero 18.233
spes 45.99
spissus 53 spissum 54
spolia 27
spondeo 24
sponsor 24
sportella 235
spurina 239

S ante Q.

squallor 119.343

S ante T.

stabianum 172
stare 28
statio 202
stator 67.259
statutum 151
stomachus 25
stomachari 113
stomachosus 113
stolidus 49
stator 63.26
strenue strenuus 245
studeo 13
studium 9
studiosissime 117
studium 5.41.90

S ante V.

suadeo 68
suauitas 132
subduco 4
subinde 246
subleuare 119
subleuaturus 376
sublanare 363
subscriptus 206
Subscriptor 208
Subsellia 81. 318
subsidia 70
subsidium 14.249
subrostrarii 129
subuereri 111
successia 375
sudum 374
suffectus 130
suffero 99
suffragium 47
suffragor 47
suffragatio 47
sum certus non certior 13
summa 273
summus 105
sumptuariæ leges 228
sumere sibi 154
superbus 110
supersedere 93
suppeditare 134
suppellit 238
suppetat 359
supplico 3
supplicare 3
supplicatio 59
supplementum 70
suppudere 216
sula 328
suspectus 87
suspicio 6.12
sustentes 336
sustineo 41.62
sustulit 181
susurrator 199
susurrus 199
sutorium attramentum 236

T ante A.

TAbellæ 49
Tabellarius 222.227
Tabernæ 234
Taberna 113.378
Tabernaculum 113
Tabula 342
Tabularia 342
Taceo 107
Taciturnitas 12
Tamen 39.234
Tametsi 39
Tanq 39
Tantisper 217
Tantum 357

Tarentum 182
Taurus 59
T ante E.
Tebarani 57.331
Tectoria 238
Te dignus 56
Temere 116.250
Temeritas 14
Temperantia 35
Tempestas 354
Tempestates 34
Tempora 46.49
Tempus 108
Teneo 2.105
Tenus 199
Terentia
Tergiuersari 376
Terrachina 189
Terræ filii 180.189
Tessalonica 342
Testimoniorum duo genera 45
Testata 33
Testatum passiue 42
Testatus 289 Testor 266
Tetradragma 299
texere 235
T ante H.
thelegonus
themistocles 134
theophilus 108
thespiæ 323
thimæus 123
thimoleon 135
thimotheus 108
T ante I.
timeo 40
timiditas 49
tigranis historia 24
timor 49
tyrannoctani 242
titi 242
tyrotarichum 221
titubatum 296
titus Pomponius 123
T ante O
toga 62
torquatus 153 torquati 140
torinum 56
totum 56
T ante R.
trabea trabei 235
trachina 189
trado,trade 48
trallis 72
trapezephoron 18.189
trebatius 91
trebia 289
trebonius 8
trebula 289
tresuiri 183
tribunorum genera 48
tribunorum officium 66
tribuni ple. 3.6.7
tricæ 203
triclinium 326
triens 327
trinundinæ 370
tripudium 157
tristitia 80
tristis 114
trita 230
truncus 63
truncarium
T ante V.
tua causa 124
tui causa 124
tubæ usus 164
tubicines 167
tudides 242
tullii 242
tumba 114
tumor 215
tumultus 114.209
tumbus 134
tum tum 3.4.83
tunc 152
tuo nomine 42
tyrannus 310
tute 18.101
tutor 335
tutorem 335
tuto 96
tyrannoctani 306
tyrotarichum 221
V ante A.
Vacet 39
Vacat 107
Vacas 311
Vacatio 220
Vada sabbatia 274
Vadimonium 50
Vador 50
Vas 50
Valla arguitur 18
Vale 6
Valde 12.373
Valdius 12
Valdere
Valitudo 91.341
Veletudo 91.138.341
Valere 111
Vani 49
Vanitas 49
Vanus 49
Varicari 210
Varietas 9
Vatinius Beneuentanus 22
Vatiniani 22
V ante B.
Vbique 112
Vbi uis 149
V ante E.
Vehemens 5
Vel 4.19.46.97
Velificator 34.209
Velitari 234
Velitatio 234
Velites 234
Vendico 45
Venire 174
Venio in mentem 66
Vento 46
Vercelle 278
Vernæ 228
Vereor ne & ut 40.58
Vernacula lingua 228
Verna 214
Vernacule 228
Vero 30.40.102.219.372
Versari 95
Versor 50.115
Versus 45.80.100
Verum & bonum 19
Vesanus 5
Vescor
Vespere uesperi 4.217
Vestigium 118.227
Veternus 204
Vetus 5.43
Vexare 53
Vexor 342
V ante I.
Via 117
Viaticum 289
Vicem 283
Vicinus 67. Vicus 153
Videlicet 378
uideo,uidere 10.33.239
uidua 4
uienna 251
uillicus 376
uindico 21.45
uindicaturus 45
uinea 53
uir 343 uirtus 85
uitium 228
uis 369 Visere 239
uita 285
uitellus 234
uitium 117
V ante L.
ulcus,ro,re 6
ulciscor 21
ultro 272.321
ulubræ 282
V ante N.
uncia 327
unctor 191
unde 99.181
ungula 13 unguicula 13
V ante O.
uocalium concursus 1
uoconii 260
uolo 100.358
uoluntas 31
uoluptas 149.366
uolutari/ 218
uolutabra 218
V ante R.
urbanitas 378
urbs 56 Vrbanus 77
V ante S.
Vsque 305 Vsq; eo 209
Viquequaq; 214
usura 69
usus usuuenire 70
ut 25.58.296.351
uter alter quis 43
utor 58. uti 69
uulnus 138.355
uultus 31
V ante X.
uxores 131
Xerxes togatus 5

FINIS.

M. T. CICERONIS EPISTOLAE FAMILIARES CVM HVBERTINI CRESCÉTINATIS commentario, Martino Philetico super epistolis electis, & Ioannis Baptistæ Egnatii Veneti Selectis, ac Nicolai Scœlsii additione super textū, quem aliter ex vetustissimo codice legit, quam ad vsque hunc diem ab omnibus lectum fuerit. Adest quoq; Iodici Badii Ascensii familiaris & succincta explanatio, vna cum Castigationibus Petri Victorini suis quibusq; locis asteriſco notatis.

EGO omni officio. Sensus est. Ego omne officium meum, aut multo magis pietatem in hac HVBER.
tua causa reductionis regiæ tibi ita præsto, ut nemo existimet quicquam à me prætermitti,
aut diligentius effici posse, aut debere. Mihi autem non ita uidetur, qui quantum pro te
facio, minus officio meo puto. Officium ab efficiendo dicitur, eo quod quæritur quid effi- Officium
cere unumquenque conueniat pro conditione personæ, ut Donatus inquit. Pertinet au-
tem, teste Ascanio Pædiano, ad uirtutem, ut hominis est officiū pietatem colere, licet in-
terdum dicamus Lenonis est officium insidiari pudicitiæ, & accusatoris officium est inferre crimina, sed frequentius ad uirtutem refertur. Pietate, id est intimo & quasi sacro af- Pietas
fectu: pietas enim (ut Ci. de natura deorum inquit) est iustitia erga deos: unde Non. Marcel. Pietatem hanc docti ueteres esse uoluerunt quasi penitus & in penetralibus recondatur, usurpatum est ut non solū in deos, sed
in parentes, & in eos quos ueneramur dicamur pii, non autem erga inferiores, ut quidam male utuntur, nisi in
eos qui de eodem sunt sanguine, ut mater pia in filium, & pietas paterna dicitur, & filii in patrem. ut Vir. Sum
pius Aeneas, & quia Deos, etiam patrem ab igne liberasset. Cæteris omnibus qui putant nihil posse à me pro
te maius fieri. excusatoria & natratoria. I Epist.

M. T. CI. EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIB. I.

EPISTOLA. I. M. T. Cice. Lentu. Procon. S. D. GO omni officio, ac potius pietate erga te, cæteris satiffacio omnibus,

GO in omni officio, inquit, o Lent. in te P HI.
colendo atq; obseruando cæteris omnib⁹ satisfacere uideor, mihi uero nullo modo. Nam pro tuorum erga me uel magnitudine, uel dignitate meritorum nihil efficio. Nunquam enim propter me conquieuisti, donec perfecisti rem meam, ego uero quia nō idem in tua causa efficere possum, uitam mihi grauem & acerbam existimem. Sed in his quæramus uerborum iunctura. Ego huiusmodi uocalium concursum in aliis accusarē, sed Cice. concedemus, qui cum demosthene, ut ait Fabius, modice respexerunt ad hanc partem. Nam & coeuntes literæ quæ συνεκλοιφὴ dicuntur, etiam leniorem faciunt operationem, quasi omnia uerba suo fine claudantur. Et habet, ut ait Cic. ille tanquam hiatus & concursus uocalium molle quiddam, & quod indicet nō ingratam negligentiam de re hominis magis, quàm de uerbis laborantis. Verum in hoc quid medium tenēdum est, nam ut negligentiæ est pars hoc pati, ita humilitatis utique perhorrescere. Qui enim Theopompum & Isocratem secuti sunt, ab huiusmodi uocalium cōcursu nimiū abhorruerunt. Qui ut idem inquit Fabius, cū accidit hiat & interfistit, & quasi laborat oratio, pessimè longæ quæ easdē inter se literas cōmittunt sonabunt, præcipuus tamen erit hiatus earū quæ cauo aut maxime patulo ore efferunt. Verū sunt illiusmodi collisiones uocalium fugiendæ quæ reddunt deformē hiatum, & inconcinnā orationem, de quibus Cic. sic ait. Compositio est Cōpositio
uerborum constructio æqualiter perpolita, ea conseruabitur si fugiemus crebras uocalium cōcursiones, quæ uastam atq; hiātem orationem reddunt. Quod ut Græci fugiant uocales abiiciunt, & earū loco signum apponunt, qđ ab eis ἀποσ ξοφος à nostris conuersio dicitur. Ego, ἐμφατικῶς dixit. Pronomina enim maioris sunt I. Æneid.
ponderis q̄ uocē ostendant: nā qđ non aperte dicūt, intelligere uolūt, ut illud Maro. Me ne incepto desistere uictam: sub illo pronomine me intellexit reginā deorum, sororem & coniugē Iouis. Sic nūc Cic. cum dixit ego, intellexit se illū talem qui cum Lent. familiarissime uixit, & qui tot beneficia ab eo acceperat. Officio omni Officium
debita actione quæ proficiscitur à uirtute pro rerum atque personarum dignitate próq; loco atque tempore Officium
seruato. Est enim officium, ut inquit Marius uniuscuiusque personæ actus cōstruens secundū mores ciuitatis. finis
Dicitur & officiū aliquando uitiosorū, sed perperam, nec satis rectè diffiniri potest sine admistione finis. Spectat enim ad finem officii, & ita differt à fine ut officio quid agendum sit, in fine quid complectendum considerare debemus. Dictum quidem non ab officiendo, hoc est nocendo à contrario sensu, ut multi uoluerunt,
sed ab efficiendo, quoniam id tale est quod effici debeat & si non fit in culpa est, & illam uirtutis actionē præ
se fert, quam Græci κατόρθωσιν dicunt. Ac potius pietate ἐπανόρθωσις correctio, qua tollitur qđ primo dictum Correctio
est, & pro eo ponitur, quod magis idoneū uidetur, hoc autem animus auditoris maxime cōmouetur. Est uero pietas obseruantia quædam & reuerentia in parētes, in omnes maiores nostros, in deos immortales, quam Pietas
Græci εὐσεβείαν, hoc est religionem & quasi iustitiam quandam in deos appellant. Hinc Aeneas se pium facit, Aeneas
ut sum pius Aeneas, propter deos raptos ab hostibus & uectos in Latium & patrem Anchisen, quem humeris sustulit, ut Ceruici imponere nostræ, Nec me labor iste grauabit. Cic. pietas est, inquit, iustitia erga deos, & cur pius
alibi pietatem dicit quæ erga patriam aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare mo- Pietas
neat. Quid quod à deis in homines Virg. retulit, ut Dii si qua est cælo pietas quæ talia curet. Cæteris satisfa- Interpo-
cio omnibus. quoniam omnes existimant me non posse plus pro te facere, quàm facio. Et in his animaduertē sitio

Aures consulendę. Facio satis. Satisfacio

dum est inter duos casus similes concinne ponimus aliquid tertium dissimile,siue præpositionem ut omnib9 in terris,siue uerbum,aut aliquid tale,ut,Cæteris satisfacio omnibus. Est enim honestius sic ista coniungere, quàm si dicas in omnibus terris,aut,Cæteris omnibus satisfacio.Verum consulendæ sunt aures.Interdũ enim non admittunt similes inter se casus aliquid. Tenendum est igitur,ut uerba adaurescant.Sic in hoc uerbo satisfacio dicendum est,ꝙ & coniunctim & diuisim eo uti possumus,ut facio satis,& satisfacio, & tertiũ inter ipsas duas dictiones adiungi potest,ut Cic.ad Marcellum,satis nostræ coniunctioni amoriq; facturum,hoc est satisfacturum. Cæteris,sic inflecte,ut pulcher,& ab eo dicitur,quod apud Græcos καλῶς nominatur.

IO. BE.V.

Quis fuerit Len.

IS est Lentulus, cui consulatum cum Metello nepote gerenti similis illi admodũ Histrio Secundanus Spinter nomine, Spinteris cognomentum dedit, ut Metello Terentianus ille Pamphilus,Pamphili,quiq; ædilis,Apollinaribus ludis primus carbasinis uelis theatrum totum induxisse dicitur.Plin.& Fab.sexto authores, & Valerius nono illud obiter adnotarim,Spinteri nomen ueteribus Græciæ comicis peculiare fuisse.De homine.s.barbaro & phryge,quin & Tragœdiæ author hoc nomine celebris ab Heraclea,cuius fabulę duæ,combustus Hercules, & afflata fulmine Semele legebantur. Is igitur Lentulus, & in prætura,ne Cice.in exilium pelleretur,summo studio contenderat. Vt Cicero in epistola ad Q.fratrem,& non multò post in Consulatu,ut de exilio restitueretur,enixissime curarat, Quare Cic.illũ in orationibus parentem,& salutis suæ deum non ueretur dicere,qui post consulatum proconsul in Ciliciam profectus restitutionẽ hanc regiam sibi potissimũ demãdari optabat.Cuius causã Cicero solicitus erat admodum,quod omnibus fermè huiusce libri testatur epistolis . Belli ciuilis inter Cæsarem & Pompeiũ gesti initio, secutus Pompeianas partes,dum Asculo præest decem cohortibus , aduẽtu Cæsaris deterritus, inde profugit, mox Corphinii cum Domitio inclusus,beneficio Cæsaris, impetrata non sibi solũ,sed aliis quoq; Romanis ciuibus uenia uixit,qua tamen sic abusus est,ut in Acie quoq; pharsalica contra Cæsarẽ steterit.Hirtius. Et quo

An procõsul dicat. D. Augustinus.

niam hunc Cicero proconsulem appellat,illud primo dixerim,non paruũ esse eorum lapsum, qui rectum huiusce nominis casum,& huic similium uitiant siquidem hæc omnia ꝓcõsule,proprætore,ꝓquestore,recto casu dicenda sunt,quod ex Salustii lectione ubi corrupti non sint codices aduertas.Sed diui Augustini in libello,quẽ de grammatica scripsit,citabitur authoritas in hæc uerba.Sic enim ibi. Ab e litera uocali nullum latinum,nisi iuncta præpositione masculinum inuenitur.Vt proconsule,proprætore,Ergo iuncta præpositione fiunt latina,ut dixit,proprætore,proquæstore.nam ueteres nominatiuo casu proconsul dicebant. Attendentes nullum nomen apud latinos utilis generis in e exire.Hæc August. Proconsules autem primũ Albo , & Sp. Fusio.Consl.creari cepti.cum infeliciter re gesta in Equis,dum alter Cos. Romæ delectum habet, Quintiũ primum proconsulem suppetias laturum collegæ,decernit,inde uero hoc nomen ductũ, ꝙ uice cõsulum sese gererent,& sane insignia proconsulibus prope eadem,quæ & consulibus,præterquã quod sex tantum lictoribus uti concessum iis est.Is si prouinciæ pacatæ præsit,quid agat quod sit eius officiũ, late à Iurisconsultis primo de eius officio legas.Illud quod ad enxenia attinet,scitu non indignum Antonini & Seueri imperatorum cauentium,& ne omnino & ne semper,ne ue ab omnibus accipiant,mittebantur uero proconsules priscis temporibus qui rebus militaribus præessent,qualis Scipio maior in Hispaniã & Marcellus in Siciliã,quibus quoniam sine magistratu esse uiderentur,& ꝙ proconsule nemo ad eam diem triumpharat,& ꝙ amissa tantum recuperarant negari triumphum placuit cum alioqui maximas res gessissent.Plutarch9 in Scipione,& Maximus secundo,qui uero prouinciis præerant quales erant Hispaniæ,Asię,Cilicię,hi omnes post gestũ consulatũ sorte deligebantur.Adeo ut Cicero multo post gestum consulatũ in Ciliciã proconsul ierit, fultq; sequentibus temporibus hæc dignitas omnium maxima,adeo ut imperatores quoq; ipsi nec aliis maiorem dare possent,& sibi quemadmodum tribunitiam potestatem,sic proconsulare imperium & ius quintæ relationis arrogarent.

Procõs.qñ creatis

Argumentum primæ epistolæ.

LEntulo primum Cicero hac epistola quãtum debeat'tum quid de regis re, uel ad eius actum legatis,uel à ciuitatis principibus & præsertim à Pomp.tentatum Senatúsq; totius deinde sententiam,suúmq; ac in re studium & curam uel dehortandi Pompeii,uel aliorum excitandi, postremo Senatorum diuersas sententias simúlque maleuolorum quorumdam in eum animum,& imminutam suam gratiam quòd illi plurimum deberet,quódque complures gratificari se Pompe putarent explicat.Nulla tamen in re quod & absens ipse & præsentes eius amici cognoscere poterunt , defuturum sese pollicetur.

ASCEN. Ego Vocaliũ concursus Officium

EGO omni.Quoniam argumentũ huius epistolæ & fere totius primi libri iam explicauimus, satis fuerit pro more,quem hic seruare constitui, primo elegantem dictionum quorundam usum exponere,deinde ordinẽ cum explanatione subtexere.Ego pronomen non nisi ad emphasim exprimi solitum in principio sermonis magnam uim obtinet ad quam depingẽdam posuit multas uocales continuas,quæ cũ mora & grauitate ꝓnunciari uolunt, impediunt enim fluxum orationis,ut ego omni officio &c.Officium est suum cuiusq; munus, ob quod faciendum ipse factus,aut institutus sit,ut officium præceptoris est præcipere,discipuli discere,boni uiri gratiam referre,bonæ ciuitatis caduceatoribus & summis magistratib9 obuiam prodire.Ob enim

Officio Pietas

præpositio duo notat,propter & contra,unde officio,id est noceo,quasi contra id quod utile sit facio . Pietas addit officio obseruantiam quandam,& uenerationem,& ita fere est in maiores,ut in deum,patriã, parentes, quos amãter colere debemus,dico fere,quia Virg.pietatem pro pia custodia acceptam cælo.i.cælestibus in in-

Correctio Erga

feriores dedit dicens,Dii si qua est cælo pietas,quæ talia curet.Quia ergo Cice.Lentulo nõ solum officium,sed etiam pietatem,tanquã parenti impendit per ἐπανόρθωσιν.i.correctionẽ addit,ac potius pietate. Erga semper beneuolentiã significat,contra fere hostilitatẽ utranq; affectionẽ.Mihi ipse,ita Cice.rarissime enim ipse ab eo componitur.Efficere est cum effectu & cõsummatione rei,& ita plus est quàm facere.Vitam acerbam, pulchra

Officio Oppugno Expugno

coniunctio,cum uita nihil sit iucundius.Oppugnat qui uim infert, expugnat qui capit & uincit. Creditores sunt qui sua aliis credũt,hoc est quibus aliquid debetur. Ordo est.O Len. Ego,inquit Cic.satisfacio omni officio.i.debito munere ac studio erga te ac potius.i.quod potius dicam,omni pietate.i.uenerationе & obseruantia erga te cæteris omnibus.i.in oculis cæterorum omnium,aut quantum cæteris uideri potest.

ordo

MIHI, quia tantũ me tibi debêre puto,ut nullo officio aut pietate implere possim. Tãta.n.est magnitudo, HVBER.
ratio est superioris,ꝓpositiõis,& est sensus tua erga me merita ita magna sunt,quoniã tu nunq̃ cõquieuisti,ꝓpter me, nisi impetrata restitutiõe mea,ut ego putẽ uitã mihi esse acerbã & inuauẽ,quia nõ possum in causa tua id efficere qđ cupis,sicut tu fecisti in mea quod cupiebã. Merita dicunt prẽstita,& quoniã sunt tam mala Meritum
quàm bona pro loco intelligendũ est,& meritũ plus q̃ officiũ. Acerbam insuauẽ & plenã solicitudine & horridã. Putẽ,existimẽ.i.ut uita uideatur mihi iniucũda,quia nõ officio,& cętera.Ordo autẽ est.Tanta est magni Est Ordo

Mihi ipse nũquã satisfacio. Tãta enim est magnitudo tuorum erga me merito ruin,quoniã tu nisi perfecta re de me nõ conquieuisti,ego qã nõ idem in tua causa efficio, vitã mihi esse acerbam putẽ. In causa hæc sunt . Hammónius regis legátus apertè pecuniã nos oppugnat. Res agitur ꝑ eosdẽ creditóres,per quos cum tu áderas,agebâtur ; Regis causã,si qui sunt,qui uelint,qui pauci sunt , omnes rem ad Pompeium deferri uolunt,

tudo tuorũ meritorũ , ut putẽ uitam mihi esse acerbã, quia non efficio idem in causa tua.s.quod tu in mea esse cisti,quoniã tu nõ conquieuisti de me,nisi re perfecta.i. impetrato reditu meo in patriã. De me.i. propter me. De.
Nam de inter alia significata ꝓpter significat,ut Terent. in Eunucho.Quantũ me amas de fidicina hac. IN causa hæc sunt.Facit attentũ Lent.cum summã rei se expositurum ostendit. Oppugnat,translatũ est ex re militári, Oppugno
ut enim dicimus oppugno urbem tormẽtis,ita dixit Cice.Hãmónius oppugnat nos pecúnia.i. tentat sententiã nostrã fauore pecúniæ opprimere,atq; euertere. Oppugnare autẽ est contra pugnãre offendendi causa.Repu- Repugno
gnare,resistere, & quasi contra pugnam agere causa de- Propugno
fensionis.Propugnare,defendere,unde & propugnacu- Expugno
la quæ ad defensionẽ fiũt.ut,Et propugnacula bello Tuta parant. Expugnare uero est ui & pugnãdo uincere. Hammonius nomen propriũ legati qui nómine re- Hammoni
gis senatores pecuniã corrumpebat,ut cõtra fautores Lentuli sentirent & dicerent,deferrẽtq; hanc reductionem Pomp.potius q̃ Lentulo. Creditores,quibus pecunia promissa est,ut regi faueant.Nam ut Cic. iurisconsultus ait,digestis , Si certum petatur,creditores non intantum accipiuntur qui pecuniam crediderũt,sed omnes quibus qualibet causa debetur,si cui exempto,uel locato, uel ex illo alio contractu debetur. ergo inquit Cic.tractatur hæc causa per eosdem fautores regis,quibus promissa sunt prẽmia,per quos tractabatur cum tu aderas.Nam ut in fine epistolæ ostenditur ante discessum Lentuli ab urbe,iam rex corrumpi cœperat , & hic est uerus sensus, neq; competitores est legendum.Póssumus tamen etiam intelligere creditores,qui pecuniam mutuam fidei regis credidissent. Si qui sunt qui uelint, scilicet reductionem. Causa regis, id est propter ipsum regem. Qui pauci sunt.nam uolebant quidem pleriq; regem restitui,sed alii mouebantur officio pópuli,& hi Lentu.fauebant,alii mouebantur causa ipsius regis ideoq; ut maiore honore reduceretur,deferebãt hanc reductionem Pompeio,utpote qui esset multo honoratior Lentulo.

IPSE, cum eodẽ põdere ut ego,& usurpatũ tam in prosa oratione,q̃ in uersu.Ars enim exigit ut ipsus nõ PHI.
ipse dicamus,ut Terẽ.Ipsus mihi Dauus dixit.Nunq̃ plus habet negationis q̃ nõ. Tãta enī est post propositionem q̃ primũ rationẽ adiungit.nã quinq; partes habere debet argumẽtatio,propositionẽ,rationẽ,rationis cõfirmationem,exornationẽ & conclusionẽ siue cõplexionẽ. Nulla est enim tam lõga materia quæ nõ his facilè complecti possit.Enim idem est qđ apud Græcos γάρ,rationẽ causãmq; superioris sensus ostẽdit, & eleganter secundũ locũ posidet,ut hic. Tãta enī,aut tertiũ,ut fatendũ est enī.Primũ uero aut quartũ locũ nunq̃ tenet, nec in ꝓpositione locari potest.Quod autẽ in ea legam9 epistola.Cur enī tibi hoc nõ gratificer nescio,ne te fugiat illud nõ esse principiũ epistolæ,sed sic posuit.n.ut quasi rõnem adiungeret, ꝙ in titulo P. Valeriũ iurisconsultum esse dixerat. Magnitudo meritorum. Fuerat enim Tullius in exilium iectus à Clo. & in Macedonia exulauit , & sexto decimo post fugã mẽse.T. Annii Milonis & Len.opa ab exilio reuocatus , maxima cũ gloria & gratulatione ciuiũ in urbem reuersus est,de quo nunc meminit & addit. Tu nisi perfecta re de me nõ conquieuisti.Meritũ enī ꝓpriè & beneficium amicorũ sunt, & gratuitò conferunt.Meritũ etiã aliquãdo refert ad Meritum
malum,obsequiũ adulatorum est,ut illud in Scena dictum.Obsequiũ amicos,ueritas odium parit.Id etiam ad Obsequiũ
amicos relatum inuenimus,unde Quintil.Simul ut pleniori obsequio demererer amãtissimos mei.Seruitium Beneficiũ
uero seruitus est.Virg.Seruitio enixe tulim9,unde seruitia ꝓ seruis sæpe legimus Pro meritis etiam bñficiis di- Seruitium
cuntur officia,unde Quint.Duxit me similis ætas,euicerunt officia,cœpit fides amantẽ,odisse non potui. De De
me,propter me.ut Teren.Quantum me amas de fidicina hac. Idem simile,non uoce nec scriptura,neutrum Idem
à masculino disiungitur:sed quantitate.Constat autem prima breui quando neutrum est.Hora.in poetica.In- Efficio
uitum qui seruat idem facit occidenti,qñ masculinũ longa.ut Iuppiter oibus idem. Efficio differt à facio,nã Facio
facere est in opere esse,efficere uero perfectam operã dare. Vitam.Hæc à uiuendo appellata,unde dicit euitari,quasi à uita discedere,& id uetus uerbum Cicero ex antiquissimo poeta in Tusculanis sic habet. Priamo Vita
uitam euitari,sic compositũ ut exanimari. Acerbã,insuauem & amaram Translatio est , quæ debet esse mo- Euitari
desta,prudẽs,& cum ratione in rem consimilem transeat, ut nunc è pomis acerbis ad uitam. Putem frequen- Exanimo
tius in fine clausulæ locandum esse uerbum,uel in hac epistola quis facile intueri potest.Omnes enim(ut uide- Puto
mus) huius epistolæ partes quodammodo uerbis clauduntur.Quod imitari debemus quantum ad aures per- Disputo.
tinebit,quæ in his consulendæ sunt.Et Quint.inquit.Verbo sensum claudere multo (si compositio patiatur) optimum est.Putare enim existimare est,ut putares non unq̃ accidere posse & conferre rationem.Plautus.Putatur ratio cum argentario . In purgandis etiam arboribus putare,dicimus unde nascitur disputare , quod est iectis & purgatis erroribus quæ cum ratione dicta sunt colligere. IN causa hæc sunt , docilem facit . Sed Est Ordo
quid causa sit,quid ue inter causam & questionem intersit,non ignorare pulchrum est.Omnis materia quam
oratores agendã accipiunt,aut peculiaris est aut generalis.Si quidem peculiaris fuerit, eam Græci ὑπόθεσιν no- Causa
minabunt.Latini causam dicent,quæ sic diffinitur.Causa est res quæ habet controuersiam in dicendo positã, Quæstio
cum certarum personarum interpositione,ut si dicas,Ptolomeus est in regnum à Lentulo reducẽdus.Sin uero generalis,extiterit à Græcis dicetur θέσις,ànostris uero appellatur quæstio,quã sic diffiniũt.Questio est res quæ habet controuersiam in dicendo positam sine certarum personarũ interpositione, ut si dicas regi expul-

Ratio

Causſa

so restituẽdum imperium, aliter causa est impetus animi ad aliquid peragendum, & differt à ratione. Ratio est,ut inquit Marius,ordo gerendarum rerum ex causa uenientium,ut quid quo loco facias aut dicas nõ igno res.Sane ueteres causam per geminum ſſ scribere consueuerunt, & in sepulchro Bibuli causſa legitur. Et alibi.Rei gerendæ causa. Quintilianus de hac meminit, & tunc geminatur, quando scilicet inter duas uocales longas media ponitur,aut post uocalem longam, ut causſa, cassus,diuisſiones, dissignatores. Hammonius, præparato per exordium auditoris animo ad audiendum narrare incipimus ex ordine quæ gesta sunt. Sicut Cice.in rhethoricis nos facere docuit,Est hæc διήγησις,quam Latini narrationem dicunt. Huius uirtus est,ut breuis,dilucida,& nerisimilis sit. Narrat igitur quæ in senatu de reducendo in Aegytum Ptolomæo acta sunt, postquam Lent. ad audiendum parauit. De propriis personarum apud Græcos nominibus sic habeto. Pauca aut nulla esse omnino sine alterius rei significatione ait Hippolytus ideo appellatus,quòd fuisset ab equis dis solutus:ἵππος equum,λύω soluo significat:aliud certe fuerat nomẽ prius,quod est ab hoc obscuratũ.Sic Hector dictus quòd solus haberet sub sua defensione patriam, quasi defensor & tutor patriæ.Quod sentit Pla. in eo libro qui κρατύλος ἢ περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων inscribitur. Ait enim Hectorẽ ideo appellatum,ꝙ urbẽ contra hostium impetũ tenuerit, patriámq; defenderit ἔχω unde deducitur habeo & teneo significat.Tenere uero proprie est gubernare,tueri atque defendere. Vnde Virg.Omni ditione tenerent.Et in summa custos Tarpeia Manlius arce Stabat pro templo,& capitolia alta tenebat.sed Hom.huius nominis significationem dilucidius explicauit ut Solus enim hic seruabat urbem & mœnia longi ambitus.Item Solo stabat Hectore Troia. possem de iis innumerabilia dicere,sed ad Hammonium redeamus. Hoc nomen ab arena dicimus appellatum, quam Græci ἄμμον dicunt,unde & Iuppiter Hammon,quòd in arena Libyca coleretur, nominatus est. LEGATVS. hunc Opici & Barbari ambasciatorem dicere consueuerunt,nos latine legatum & oratorem nuncupamus.Sed legatorum duo sunt genera. Vnum eorum quia S.P.Q.R. Imperatoribus dabantur ut non opi solum & adiumento, sed imperatoriam maiestatem in exercitu absente Imperatore retinerent; & custodiæ atque rerum gestarum cognitionem legatis imperatores committere solebant,propria tamẽ iurisdictione uti non poterant,sed duntaxat quæ ab imperatoribus mandabantur.Et si contigisset ꝙ Imperatores in prouincia morerẽtur,mandata tamen sibi negocia legati exigere debebant. Alterum eorum de quibus Var. sic ait. Legati qui lecti publice,quorum opera consiliõque uteretur peregre magistratus, qui ue nuncii senatus aut populi essent. Hos etiam ORATORES dicimus ab orando,id est agendo, quoniam reipub. & aliorum mandata peragerent. unde Virgil. Centum oratores angusta ad mœnia regis Ire iubet, quos Græci πρέσβεις dicunt. Aperte nos oppugnat,quòniam effusa pecuniarum largitione multi ab eo Senatores corrumpebãtur. pecuniam non hic tantummodo pro nummis accipimus,sed maiores nostri omnẽ diuitiarũ modum sub homine colligebant.Dictam pecuniam à peculio,& id à pecudibus appellatum uoluerunt,quibus constabat antiquorum uniuersa substantia. Aperte huiusmodi aduerbia à datiuo formantur o in e cõuerso,ut docto docte,optimo optime.Inde illud e in nominibus præter bene & male semper longum. Oppugnat, insectatur, hec uerba ita differunt,ut pugnare non ad loca sed ad personas referamus,non enim latine dicimus, pugnaui castella,pugnaui muros,sed pugnaui tecum,cum hostibus,cum feris.Expugnare uero ad personas & ad loca, licet ad personas non ita sit in usu,ut Expugnaui urbes, expugnaui naues, unde Liui. Vna duas naues expugnauit.Et Iustinus,occupata arce Tarẽtinorum expugnatis ueteribus incolis. Oppugnare autem ad personas & loca,ut Oppugnaui urbem,id est contra urbem intuli ut hic,Pecunia nos oppugnat,hoc est insectatur largitione pecuniæ nos opprimere.Repugnare uero est pugnando resistere,& quasi pugnando se opponere,ne offendatur.At propugnare est procul se defendere.unde propugnacula nuncupantur quæ ad defensionem sunt facta.Virg.propugnacula bello Tuta parant. Res agitur per eosdem creditores, hoc est expositio ista pecuniarum per eos fit,qui regi pecuniam mutuant.Quod & Cice. in epistola ad Qu. fratrem his uerbis ostendit. In ea re Pomp.quid uelit non despicio,familiares eius quid cupiant omnes uident.Creditores uero regi aperte pecunias suppeditant contra Lentu.Qui ergo competitores hic legendum putant, ex hoc re errare cognoscant,sed sunt creditores non modo qui pecuniam alicui credunt & mutuant,sed quibus ob rem quispiã debet,ut uendisti mihi paterã sestertio,non dedi sestertium,effectus es ergo meus creditor,qui debeo tibi sestertium pro patera,& est hic confutatio,Len.enim dicere potuisset,qui sunt isti creditores?respõdet,hi sunt, qui erant cum tu hic aderas.Res enim maximum habet in lingua latina principatum.Interdum pro eo quod possidemus accipitur,ut Iuue.Res minor est hodie here quàm fuit. Aliquando pro imperio, ut Virgil. Res Agamemnonias, uictriciaq; arma secut9.Nonnunquã pro utilitate.Terent.Si in re est utriq;.Sæpe pro negocio & causa,& maxime capitur apud oratores, & inter factum & rem hanc differentiam ponunt, ut Res illa sit quæ certam sui formam & speciem circa cognitionem retinet,factum uero sit quiddam confusum & incertum.Sic etiam ago innumeras significationes amplectitur,uel in primis significat ducere,& græcum est,unde prædagogus puerorum ductor.Interdum ante se pellere. Virg. Potum pastas age Tityre,& recitare,ut acta ludis Megalensibus,unde actor recitator & orator,& actuosi mimi nominantur,significat etiam loqui,ut Terent.in Adelphis,Est ne is de quo agebã,& fugare,ut Virg.in Georg.Membris agit atra uenenis,& rependere, ut cum dicimus,Ago gratias.Sed agere animam est mori,ut Cœlius ad Ci. Hortensium cum has literas scripsit animam agebat,id est moriebatur.Et Martialis. Cum nil est quod agas Neuole agas animam, & hoc loco agere est & facere. Regis causã,propter regis petitionem. Si qui sunt qui uelint,hoc est in restitutione ista regis,si qui sunt qui uelint,ut reducatur,omnes isti hanc curam Pomp.deferendam uolunt, tanquam homini in ciuitate primario, sed admodum pauci sunt qui uelint huiusmodi reductionem. Rem,curam & reductionem regis.

Ad Pompeium qui inter ciues erat illustris & maioris authoritatis & gratiæ quàm Lentulus,& illum intelligit qui cum Cęsare de imperio certauit,& tandem iussu Ptolomæi in Aegypto profugus occisus est.

Hippolytus

Hector

Teneo

Habeo

Hãmoni9

Legatus

Duo genera legatorum

Orator

Pecunia

Peculium

Pugno

Expugno

Oppugno

Repugno

Propugnacula

Creditor

Res

Prædagog9

Actor

Actuosi Mimi

Factum

Ago

Est ordo

IO. BE. V. CREDITORES, hosce Rabirium Posthumum, & reliquos eius socios intelligi uult, qui regi & priusquam regno pelleretur ut regnum stabiliret, & post expulso ne datæ deperirent pecuniæ, magnam pecuniæ uim crediderant,qua magna senatus pars corrupta languebat.Cice.pro posthumo,pulsus interea è regno Ptolomęus dolosis consiliis,ut dixit Sibylla, id postquam sensit Posthumus Romam uenit huic egenti & roganti hic infelix pecuniam credidit, nec tum primum, nam regnãti crediderat absens quæque sequuntur alia.

Quem Posthumum à Memio accersitum Cicero luculenta defendit oratione. Docens nec culpam corrupti se natus Posthumianam esse,nec quòd ille necessitate compulsus dicecetes fuerat regis palliatus dandum homini uitio.Quod ex Cice.epi.quoque ad Q.fratrem manifeste colligitur. Posthum

IPSE, id est egomet.Nunquam satisfacio mihi,id est in oculis meis,aut iudicio meo. Pulchrè quia repetit uerbum satisfacio omittitur particula at,sed,uero,aut,cæterum &c.Affert causam dicti,& est optimus modus orationis,dum quod sequitur præmissi causam affert. Enim,id est,quia, magnitudo tuorum meritorũ erga me est tanta,ut quoniam tu non cõquieuisti de me,scilicet restituẽdo ab exilio in urbem. Nisi re perfecta, id est donec me restitutum uideris.Quia non efficio in causa tua,id est quia non efficio,te uoti compotem,putem uitam esse acerbam mihi.Hæc scilicet quæ dicam sunt in causa,scilicet quod non idem efficio. ASCEN. Ordo

HAMMONIVS proprium est nomen legatus regis,scilicet Ptolemei,id est quem rex Romam misit ad solicitandam reductionem sui per Pompeium.Oppugnat nos,id est,contra nos pugnat aperte pecunia,id est largitione pecuniaria, qua senatus corrumpebatur. Res.i.lis & controuersia. Significat enim sine adiuncto litem,uenerem & diuitias,litem ut hoc loco,Venerem ut rem habuit cum uxore,diuitias,ut re sine nullus eris Cum adiuncto autem uaria notat,ut res literaria,respublica,res militaris &c.Inepte autem genitiuum rerum pro imperio poni censet Valla,ut Lacedæmonii diu rerum potiti sunt. Ego potius subaudiam ablatiuum imperio.Nec mirandum si tam uariè accipiatur,cum authore eodem Valla ipsum nomen res sit unum, ac nerũ transcendens de omni ente dicibile.Agitur per eosdem creditores scilicet regis.i. qui regi pecuniam crediderant,& in Aegypto, & in urbe quam ut reciperent summopere curabant regem potenter restitui,sunt tamen qui creditores dicunt commissarios esse quibus litis decidendæ negocium commissum fuerat,per quos agebatur cum tu aderas. Si qui sunt qui uelint super litem dirimi.Causa.i.ex utilitate & uoto regis, qui.s.id uolentes sunt pauci,hoc dicit ad consolationem Lentuli,Omnes uolũt rem.s.de qua lis est,hoc est, reductionem regis Aegypti.Deferri ad Pompeium.i.honorificè committi Pompeio.s.Cneo cognomento magno. Hammon

Res

SENATVS. Sensus est,senatus comprobat calũniam religionis nõ propter ipsam religionem,sed propter odium quod rex in sua largitione sibi conflauit. Neque enim omnes senatores erant corrupti. Calumniam quidam exponũt falsam interpretationem, quod mihi non placet,sed potius cauillationem.i. frustatoriã cõtentionẽ.Nam senatores nõ duo modo Sibyllina carmina interpretabantur. Probant igitur ne cum exercitu reduceretur,non tam ut tuerentur Sibyllæ sententiam quàm ne deferretur Pompeio qui tunc plurimum in ciuitate poterat,& Po.Ro.exercitus Imperator erat. Illius,hoc nomen in contemptum dictum est. Largitionis.i.pecuniariæ corruptionis,nam largitas dicitur rationabilis,& diffinitus liberalitatis effectus, largitio uero uitium,cum ob iniustam causam alicui largitur. Inuidia,odio,aliàs uero dicitur dolor alienæ felicitatis. Comprobat,suis sententiis affirmat. Pompeium,& hortari ut amicum. Orare,ut superiorem. HVBER. Ordo

Senatus religionis calumniam non religione, sed maleuolentia & illius Regiæ largitionis inuidiâ comprobat. Pompeium & hortari & orare & iam

Calũnia

cauillatio

Largitas

Largitio

Inuidia

Relinquo

locũ precibus

Contẽtio

SENATVS religionis calumniam comprobat. Altera confutatio est.Len.enim dicere potuisset postquã omnes pro Pompeio sentiũt,ut dicis.Senatus autem cui assentitur,à quo uult ut reducatur? Ait Cic.ꝙ nec tibi nec Pompeio Senatus fauere uidetur,sed libros sibyllinos præferendos, & quod ipsi præcipiunt faciendum putant.Sed quare calumniam dixit religionis.quia re uera de reducendo rege non loquebantur scripta Sibyllæ. Sed ne Romanus exercitus in terram Aegyptum prodiret, & isti dolo interpretabantur mentem Sibyllæ,ne rex reduceretur.hoc autem faciebant propter corruptionem regiæ largitionis, quoniam maximam ex eo infamiam Po.Ro.consequatur.Calumniam igitur non pro sua peculiari significatione, sed pro falsa interpretatione sumamus.Calumnia enim duo significat,caliditatem,ut Cic.sæpe optimas causas ingenii calumnia iudificari solet,& mendacem quandam infamationem,unde calumniari falso crimine accusare,& cauillari, & calumnia pro cauillatione dicimus, in qua etiam significatione nunc accipiendam putarem. Non religione, sciebant enim non uetari omnino religione ne rex reduceretur, sed ne exercitus in Aegytum proficisceretur.poterat enim sine exercitu reduci, ut paulopost ait,exercitum religio tollat. SENATVS,quem Græci σύγκλητον,uel σύγκλητον dicunt,nostri senatum appellant.Qui autẽ in eo erant senatores dicebantur apud Lacedæmonios uero ait Cicero qui amplissimum magistratum gerebant,ut erant sic etiam συγκλητικοὶ appellãtur.Hos primo Romulus centũ creauit,quos à similitudine curę & ab honore patres,ab annis senatores,uel ut ait Plin. à pietate patres appellauit. Additi sunt inde centum & minorum gentium patres appellati. Tantæ erat authoritatis senatoria dignitas,ut ne reges quidem aut consules, aut alius magistratus inconsulto senatu aliquid moliretur. Et Tullus Hostilius diruta Alba senatorum ordinem expleuit. Tunc Tullios, Seruilios, Quintos,Goganos,Curiatios,Cocilios in senatores ascripsit.In senatu uero ante quintum & uigesimũ annum ascribebatur nemo,nisi præcellenti aliqua uirtute fuisset ornatus.Senatorũ uero tria genera.Patricii, pedarii, insiti.A patribus enim à Romulo constitutis,& patribus minorum gentium per censores & alios admissis,Patricii nominabantur.Pedarii qui sententiam in senatu dicere non poterant,sed in aliorum sententias pedibus ibant consentientes.Siue pedarii ad illorum differentiam qui sella curuli in senatum uehebantur,& ipsi pedibus irent necesse esset. Insiti uero quos alio nocabulo legitimos dicimus, erant qui decreto senatorum omnium senatui ascribebantur. Esse præterea inquit Varro equites quosdam quibus dicendæ in senatu sententiæ potestas non esset, tametsi in senatum accedere possent & in aliorum sententias ibant, & hi erant qui nondum à censoribus inter senatores ascripti erant,licet functi pluribus ante magistratibus fuissent. Religio cultura deorum est & metus.hinc Virgil. Religione patrum multos seruata per annos.Connexa enim sunt ista religio & metus nam ex timore nata est religio, ut statius ait. Primos in orbe deos fecit timor. Hinc pro timore religio,ut Terent.mihi nihil esse religio est dicere.Atque inde appellatam Masurius Sabinus scriptum reliquit,ꝙ propter sanctitatem aliquam remota ac sepositа à nobis sit,nomen à relinquẽdo dictũ,tanquã cerimoniæ à carendo, siue ab oppido Cere,quod est in Thuscia,pro quo lege Valerium, libros uero Sibyllynos PHI. Ordo

Calumnia

Calũniari

Patres

Senatores

Senatoria dignitas

Tria genera senatorum

Religio

Cerimoniæ

Universidad de

Demophyle

lynos Demophyle Cumæa,siue,ut alii dicunt,Amalthea,Seruio Tullo regnãte Tarquinio prisco trecẽtis philippeis emendos portauit,qui cum nouem allati fuissent,sex incensi,tres empti fuerunt Apollinis templo dedicati,quibus primũ dati custodes duumuiri ex gẽte patritia,inde accessu temporis,quintus demũ ad quindecim creuit numerus.At Gellius ex antiquis annalibus refert anum incognitã Tarquinio superbo nouẽ libros attulisse,& pro eis grãde pretiũ postulasse,qua derisa sex incẽsis,tres eodẽ precio regi uẽdidisse, qđ pro oĩbus à principio postularet ex eo nus q̃ ampli⁹ uisam libros in sacrario positos quindecĩ uiros ad inspiciendũ adire institutos,si quãdo Dii immortales publice cõsulendi erant.Sed Plin.inquit inter omnes conuenire. Sibyllam treis libros attulisse,ex quibus duos igni cõcrematos,decẽ uero uirgines Sibyllarũ nomina sortitę sunt,quod quasi deorum consilia extitissent. Cumæa, Libyca,Persica,Delphica,Phrygia,Samia, Erythrea,Tiburtina, Cumana,Hellespontica,omnes suis authoribus celebratæ de quibus Varro & Lactan.meminerũt.

Nomina Sybillarum.

Illius,ad contemptum. Regiæ largitionis inuidia,propter odium & infamiã corruptionis quæ secuta est ex largitione regis.Largitio enim est non ad liberalitatẽ,sed ad prodigalitatem referenda.Est enim uitiorũ,non uirtutũ,largitas uero uirtutũ,non uitiorũ.Inuidia autẽ non hic dicta qđ senatus inuideret,sed ꝑ odio haberet.Dupliciter enim inuidia sumitur.Aut pro dolore alienæ felicitatis,ut Martia.Rumpitur inuidia,& in hac,ut inquit Socra. inest hoc boni,ꝑ tormẽtum est habentibus.Aut pro odio & maleuolentia, ut hoc loco.Aut pro detractione, ut est apud Ter.Sine inuidia laudem inuenias,& amicos pares.

Largitio
Largitas
Inuidia

Comprobat,rationibus suis affirmat. Et hortari & orare.Et autẽ sic geminatũ species est membri orationis,quæ moram affert,& quandã tarditatem in dicendo,& idem significat partim & partim.Hortari autem impellentis est,& horto & hortor antiqui dicebant, ut populo,& populor,mereo,& mereor,Hortamur amicos,monemus filios. Cice. ad Plancum. Sic moneo ut filium,sic hortor ut proprium & amicissimum.Et ideo hæc ait, ut Lentulo demonstret nihil omnino prætermissum quod ad eius honorẽ pertinere uideretur.Orare uero inferioris est,unde Terent. Simo cũ apud seruũ hoc uerbo uti uellet,inquit,si æquum,oro te Daue,& differt ab exorare,adorare & supplicare.Est enim orare quasi ore precari.Exorare uero precibus impetrare,unde Teren.Oro,uixq; exoro.Adorare est uenerari & honorem exhibere,ut in statuis & imaginibus deorũ facere cõsueuimus,quas nõ oramus,sed adoramus. Supplicare quod à plicatione genuum deductum est significat in aduersis magis gratiam postulare, & id tantum hominis.Adorare autem est etiam brutorum,unde elephantes,ut inquit Plin.solem adorare dicuntur.

Hortor
Horto
Populo
Populor
Mereo
Mereor
Moneo
Oro
Exoro
Adoro
Supplicare

¶ CALVMNIAM, Græci hanc διαβολὴν Iurisconsultus de uerborum significatu.

Io.BE.V.
ASCEN.
Ordo

¶ SENATVS .i.consilium senatorum,seu patrum conscriptorũ.Comprobat calumniã.i. callidã interpretationem religionis, hoc est, impedimentum tibi illatum per libros Sibyllinos uetantes regem cum exercitu reduci,contra quos facere religiosum.i.metuendum erat.Comprobat,dicit non religione.i.uero metu faciendi contra monita diuina,sed maleuolentia,quia tibi malè uult.Et inuidia illius.s.famosæ & apertæ largitionis, id est profusionis pecuniæ ad captandum aut corrumpendum senatũ factæ.Regiæ.i.nomine regis,& per solicitatores eius,hoc est,odio in te sumpto,quia per largitionem omnes corrupti sunt. Pompeium &c.Prosequitur quæ pro Lentulo egit reliqua dicens.

liberius accusare & monere, vt magnam infamiam fugiat, non desistimus. Sed planè nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. Nam cum in sermone quotidiano, tum in senatu palam sic egit causam tuam, vt neque eloquentia maiore quisquam, neque grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se officiorum & amoris erga te sui. Marcellinum tibi esse iratum scies. Is hac regia causa excepta, cæteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit.

HVBER.
Liberius

¶ LIBERIVS,mos Cice.est ponere plerumq; comparatiuũ propositiuo. liberius quoq; pro ualde liberè, id est nulla habita ratione & respectu. Monere, ut familiarem:hæc autem omnia plerunq; facimus pro amicis,quæ pro nobis ipsis non faceremus, ut Cice. inquit in Lælio de amicitia. Ostendit igitur se nullam partem & officium suum erga Lent.prętermisisse. Nec reliquit locum precibus,nec admonitionibus,id est non passus est se aut orari,aut admoneri.Relinquere enim locum precibus est pati, ut preces ad se deferantur. Sic egit, sic dixit. Studio,uoluntate,& animi affectu. Contẽtione,ad uerba refertur:nam contentio est, ut inquit Cic. oratio uehemens, & ad persuadendum accommodata, ergo contentione ui sermonis. Tum in senatu.i.publice. Tum in sermone quotidiano.i.priuatim apud amicos. Eloquentia, dicendi ornatu, & ad uerba retulit. Grauitate,ad sententias. Studio affectu animi, & uehementi uoluntate. Cum testificatione, approbatione. Hac causa excepta, de reducendo rege. Acerrimum,uehementissimum. Fore,futurum.

Reliquere locum precibus
Contẽtio

PHI.
Accuso
Moneo

¶ LIBERIVS. Nulla habita ratione dignitatis Põpeii. Accusare,non ad pares uel minores tantũ, sed ad omne genus hominum referri potest. Monere,id consulentis est, & ad rem futuram pertinet. Infamiam,fuisset infamiæ & dedecori Pompeio qui uir erat in ciuitate primarius, ut hoc sibi negotium committendum curaret,uel pręsertim quod se non curaturum dixerat.

Sed plane,nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum,nõ pertulit se amplius orari,sed dixit se uelle omnia facere, ad quę ipsum hortat⁹ sum,adeo quod pluribus precibus aut admonitionibus nõ op⁹ esse uideretur:& sic planè nullum orandi aut admonẽdi locum ipse nobis reliquit. Nam relinquere locũ precibus est uelle quòd ad se preces iterum deferantur.Planè, & huiusmodi aduerbia graui tono pronuncianda sunt in ultima enim βαρεῖαν accipiunt. Nam cum in sermone quotidiano, ratio est,& ait ꝑ sic Pompe.suscepit partes tuas, tam in senatu quàm etiam apud omnes homines, ut nemo maiore eloquentia aut grauitate, aut contentione suscipere potuisset, testificãdo merita complura in se tua, & amorem singularem quo se abs te complecti profitebatur.In hoc autem quod diximus,sic uerba collige. Exigit elegantia sermonis, ut Nam, semper primum locum in oratione sortiatur,aliàs sedes habere non potest nisi in compositione : ut quidnam igitur censes, & quonam pacto, & quianam, ut Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi. Tum & tum, hoc est,

Relinquo locum precibus
Planè
Nam
Tum,tum

hoc est partim & partim,& sic dicimus quando partes orationis sunt æquales,quando uero partes sunt dispares &inæquales,tunc dicimus cum & tum.Sermo differt ab epistola.Is est,ut inquit Cice. inter præsentes oratio quotidianæ locutioni finitima:Epistola uero,ut ante diximus,absentes alloquimur. Palam,ad omnes.Coram ad certas personas referimus, accentúmque retinent in fine acutum. Egit causam, defendit aut iudicauit.Agere causam & dicere causam defendere & iudicare est.Cic.in Tusculanis.Nec quoniam apud Græcos iudices res agetur,poteris adhibere Demosthenẽ tibi ipsi,pro te erit maxima in corona causa dicendã. Studio, ad uoluntatẽ. Contentione,ad uerba refertur.Est enim cõtentio,ut ait Cic.oratio uehemens,& ad persuadendum accommodata. Cum in se.in loco publico, Tum in ser.quot.inter domesticos & familiares in loco priuato. Eloquentia,facundia quamsi uolumus diffinire,dicendi exercitationem dicemus,& quatuor rebus cõficitur, natura, usu, exercitatione, arte. Necessario igitur, ut ait Fab. dantur in eloquentia præcepta dicendi.

Cum
Tum
Sermo
Epistola
Palam
Coram
Agere causam
Contẽtio
Eloquẽtia

Quisquam in utroq; genere masculino & fœminino quisq; & quisquam dicitur. Nec gra.quo ad sentẽtias ἐπαναληψις est,quam latine expetitionem dicimus,hæc ad exornandam & augẽdam orationem adhibetur multum habet uenustatis,plurimum grauitatis & acrimoniæ,ut inquit Cic. Testificatione, commemoratione, & approbatione. Officiorum,nunc beneficiorum ut alibi.Odiosum sane genus hominum est officia exprobrãtium,quæ meminisse debet is,in quem collata sunt,non commemorare qui cõtulit. Marcellinum.M.Claud. Marcel.unus erat ex q̃uindecim uiris,in quorum custodia libri Sibyllini tenebantur. Acerrimum,uehementissimum. Tui defensorem passiue dicimus,ꝑ ab eo defenderis.Nam mei,tui,sui,nostri & uestri semper passiue ponuntur Virg.Quisq; sui memores alios facere merendo.Cic.quod desiderium tui ferre nõ posset.Quod autem antiqui mis,tis,sis,in iisdem genitiuis utebantur semper actiue ponebãt,quod hæc Plautina uerba demonstrant,Da diem hunc hospitem rebus mis agendis.Loco quorum quando actiue loquimur, meus, tuus, suus recte dicimus.Sic nostrum & uestrum in genitiuo plurali, quæ à mis & tis nascuntur actiue tantum ponuntur.Sed istorum pronominum elegantiã in ea epistola pluribus ostendemus.In qua multi ita legunt.Eam autem unius tui studio me assequi posse confido meo iudicio non bene. Fore, cum futuri temporis sit,esse uero præsentis,ut alibi Tullius.Spero te amicum Lacedæmoniis & esse & fore, non exigit elegantia ut fore cũ futuro iungamus.Non enim lecturum dicimus,sed lecturum esse:sic etiam legendum esse, non legendum fore,nisi legẽdum & huiusmodi pro nomine sumamus sine tempore,ꝑ sit aliquid dignum lectione.Quid enim aliud significaret lecturum fore,quàm lecturum futurum esse?quo nil absurdius dici potest, tamen interdum authores iungunt & legendum fore,& huiusmodi dici posse demonstrant,ego uero non ausim.

Quis
Quisquã
Defensor
Mei tui sui nostri uestri
Fore

¶ MARCELLINVM, hunc puto C.Lentulum Marcellinum fuisse cõsularem,qui Pompeium in concionibus sæpe lacerarit,quiq; cum in concione de Pompeii potentia grauiter conquereretur,assensusq; illi clara uoce esset popul⁹.Acclamate,inquit,Quirites,acclamate dum licet,iam enim uobis hoc facere impune non licebit.Hæc Maximus.sed Plutarch.in Pompe.tãquam infensissimi meminit.Illud Asconius adnotat. Marcellos Marcellinósque inter se gentiles fuisse.

IO. BE. V.
C.Lentu.
Marcel.

¶ LIBERIVS, id est aliquando magis liberè quàm nos deceat,aut in nostra causa faciamus.Et monere,ut illi benè consulentes, ut fugiat magnam infamiam quam incurret si contra te,cui tantũ debet,faciat.Sed sup. Pompeius nec reliquit plane.i.manifeste,aut omnino locum precibus nostris, nec admonitionib⁹ nostris.i.sic egit,ut non opus fuerit eum amplius precari aut monere. Nos non desistemus, in quo uerbo summa notatur diligentia:&.i.simul hortari Pompeium tãquam amicum,& orare tanquam principem, & accusare etiam. Nam ipse egit causam tuam.i.secundum te stetit, cum.s.ita sit ꝑ in sermone quotidiano.i. familiari cum amicis confabulatione,tum.s.multo manifestius egit causam tuam palam.In senatu.i. consilio patrum conscriptorum.Sicut quisquam neque potuerit agere.s.causam tuam maiore nec eloquentia, nec grauitate,quæ in gestu erat,nec studio quod in affectione,nec contentione.i.certamine.Cum testificatione.i.protestatione summa.i. maxima tuorum officiorum.i.decẽter & benefactorum in se,& amoris sui erga te.i. quem habet in te. Tu scis q.d.non opus est dicto,Marcellinum alii Marcellum legunt.Esse iratum tibi,quia cum sit unus ex quindecim uiris,& ita Sibyllinorum librorum uaticinia maximi faciens,tu contra eos facere paras. Sunt qui iuratum legant,ut sit,tuis rebus etiam sacramento addictum,sed uulgatiorem sequimur lectionem. Is.s.Marcellinus,aut Marcellus. Ostendit.i.præsefert se fore.i.futurum esse accerrimum defensorem tui. Hæc causa regia.i. de rege reducendo accepta,quia contra Sibyllinos libros nihil dicere ausit.

ASCEN. Or

Quod dat accipimus,quod instituit referre de religione & sæpe iá retulit, ab eo deduci nõ potest. Res ante idus acta sic est. Nam hæc idibus mane scripsi,

HVBER.

¶ QVOD dat accipimus, male sentiunt qui sic interpretantur,quod dicit intelligimus nam potius prouerbialiter dictum est, quod dat.i. quod pro te facit. Accipimus,non spernim⁹, gratum habemus. Quod instituit,quod proposuit,decreuit. Referre,hoc in loco publice proponere,& in senatu dicere. De religione.de Sibyllino carmine, quod omnino seruari uolebat. Deduci, amoueri, & ordo est, non potest deduci ab eo,quod instituit referre.

Refero

PHI.
Accipio

¶ QVOD dat accipimus,hoc est,quodcunque pro te aut facit assumimus.Sicut enim fermè uulgo dici solet.Verum accipere diffusæ significationis est:non enim modo capere significat, ut Accipe,& hæc manuũ tibi quæ monumenta mearum.Sint puer:uerum etiam intelligere,ut Accipe nunc Danaum insidias. In cuius significatione cui nunc hoc loco accipiunt, non bene sentire uidentur. Refertur etiam ad oculos, ut te fortissime Teucrum accipio.Agnoscóque libens.& item sentire,ut Ter.Aliter tuum amorem,atq; est accipis.Et tractare. Terent.Acceptus miseris modis.Est etiam adhibere conuiuam in mensa. Terent. Accipit hominem nemo melius.Et Virg.Illos porticibus rex accipiebat in amplis,Nec uelim exponas ut Martia.Serui. Dona. accipere pro pascere:id brutis damus,non hominibus. Instituit,proposuit.aliàs incepit:unde institutum, propositum, & inceptum aliquando significat,aliàs instituere est docere,unde institutiones præceptiones appellantur quib⁹ instituimur & docemur. De religione,honestius auferẽdi casus datur cum de præpositione huic uerbo quàm accusandi:sed utrunq; ad consultationem ferre significat. Sæpe iam retulit,regem non reducendum esse cum

Instituo
Institutio

Refero in senatu

exercitu.In quo animaduertendum est quid sit referre in senatu,senatui,& ad senatum,& tibi,& ad te.Referre senatui,& in senatu est exponere & renunciare,ut Virg.Referes ergo hæc,& nuncius ibis Pelidæ genitori. Liuius,Postquam legati consulibus,& in senatu quæ gesta erant retulerunt. Referre uero ad senatum & ad te est

Senatuscõsultum

in cõsultatione ad senatum,uel ad te reducere ex quo nascitur Senatuscõ.hinc Virg.Delectos populi ad proceres,primúmque parentem Monstra deum refero.Et ut hoc apertius intelligeretur,adiunxit.Quæ sit sententia

Rogatio

posco.Ad populum etiam referre in eadem sentẽtia erat.Ex quo fiebat Rogatio cuius nomine omnia plebiscita & priuilegia atq; leges confuso & indistincto uocabulo dicebãtur.Et animaduertendũ huiusmodi significationem non in oratione solum,sed aliquando etiam in re uersari. Quin. Ad patrem arma non retuli. Hoc est reportaui.Cic.Si ad unum omnia referenda sunt, dignissimum esse Pompe. pro conferenda in unum omnia.

Deduco Subduco

Deduci,amoueri aliàs deducitur quis in lætitiam,& quis ducitur ad supplicium.Naues de terra deducũtur in mare.De mari subducuntur in terram. Nam hæc idibus mane scri. Omnia enim se scripsisse diligenter ostendit,quæ usq; ad idus Martias acta erant in senatu. Nec silentio preterirem Cal. Nonarum,iduúmq; rationem, cum in epistolis admodum necessaria esse uideatur,nisi hanc à multis diligentissime explicatam cognoscere-

Rõ calendarum

mus,uel in primis de hac Macro.accuratissime disputauit.Nos igitur hic duntaxat ipsarum nomina exponemus.Tres sunt solennes dies quibuslibet mensibus attributi:calendæ, nonæ, idus, quæ tantummodo numero

Idus Nonæ, Calendæ

multitudinis declinantur.Principio cuiusque mensis calendarum nomen impositum est,& id Iunoni sacrum. Ouid.Vendicat Ausonias Iunonis cura calendas.& ideo Ausonias,quoniam Græci calendas non habent, hinc est illud facetè dictum Augusti,quod in Tranquillo scriptum inuenimus, cum aliquos debitores non solutu-

Curia Calabra

ros agnosceret,illos ad calendas Græcas soluturos aiebat,quasi nunquã soluturos.Sanè calẽdas ἀπὸ τοῦ καλῶ appellatas apud Macro.legimus his uerbis.Itaque sacrificio à rege & minore põtifice celebrato.Item ponit calata.i.uocata in capitolium plebe iuxta curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies à

Classis

calendis ad nonas supereſſent pronunciabat, uerbum autem καλέω græcum est, & uocare significat, & hunc diem qui ex iis diebus qui calarentur primus esse,placuit calendas uocari,hinc & ipsi curiæ,ad quam uocabantur,Calabræ nomen datum est,& Classi, quod omnis in eam populus uocaretur, calendas uero per c latinum scribendas puto,in quo errare multos uidemus.Nam K.nt Fab.inquit,est Latinis omnino superflua, quoniã inter c & K nulla est differentia.hinc Nigidius ur doctus,ut inquit Var.neq; K neq; q in cõmentariis suis unq̃ usus est.His succedunt nonæ ideo appellatæ,quasi nouæ initium obseruationis, quoniã, ut inquit Macr. post

Nonæ cur.

nouam lunam oportebat nonarum die populares qui in agris essent confluere in urbẽ accepturos causas feriarum à rege sacrorũ,sciturósq; quid esset eo mense faciendum, aut nonæ ideo dictæ φ ab eo die semper ad idus nouem dies putantur.Sicut apud Hetruscos plures habebantur nonę,φ hi nono quoq; die regem suum salutabant,& de propriis negotiis cõsulebant.Nullis autẽ numinibus dicatæ sunt.Oui.Nonarũ tutela deo ca-

Idua Iduare Vidua Iduum Idus Salii Deiſpiter Mane Mani Vespere Vesperi Herè Heri

ret.Qui sequuntur nonas idus nominant Ioui sacræ,ut Idibus alba Ioui grandior agna cadit.Multas huius nominis Macro.rationes adducit,sed illam oibus ueriorem existimat,ut Idus uocemus diem numero multitudinis tantũ,qui diuidit mensem.Iduare enim Hetrusca lingua diuidere est,unde uidua,quasi ualde idua.i. ualde diuisa nominata est.Placet adhuc aliàs uerbis Macr.rationes apponere.Iduũ inquit nomẽ à Tuscis,apud quos is itis dies uocatur,sumptũ est.Itim autẽ illi interpretant Iouis fiduciã,nam cum Iouẽ accipiamus lucis author est unde & Lucre.Salii in carminibus canũt,& Cretenses διὰ πλὼ ἡμέραν uocant,ipsi quoq; Romani Diespitrẽ dicũt,ut diei patrẽ.Iure hic dies Iouis fiducia uocat,cuius lux nõ finitur cum solis occasu, sed splẽdorẽ diei ac noctis cõtinuat illustrãte luna, qđ semper in plenilunio.i.medio mẽse fieri solet.Alii putant Idus φ eo die plena luna uideat,à uidendo quasi uidus appellatas,mox litera u detracta,sicut cõtra, qđ Græci εἰδοῦς φ eo die plenã speciẽ luna demõstret. Sunt qui Idus ab oue idola dictas,quã hoc noĩe uocant Tusci, & oibus idibus immolatur Ioui à flamine. Mane & mani,uespere & uesperi,here & heri dicebat antiquitas,dictum mane à mano,quod ueteres bonum uolebant,φ sit sanè melior pars diei,siue mane,φ à manibus oriri uideatur,siue ab ortu manare.

ASCEN. ❧NOS acci.i.gratum & ratum habemus. Quod dat.i.tibi concedit.i. quicquid in fauorem tui dicit gratum est. Ipse non potest dedu.i.amoueri,& in contrarium adduci.Ab eo quod instituit.i. proposuit referre. s. in consultationem senatus,aut P.R.adducere:& iam retulit sæpe.De religione.i. religiosa obseruatione uaticinorum Sibyllinorum. Res, id est contentio.Acta est sic,id est in modum sequentem. Ante Idus scilicet Ianuarias,Vt proxima epistola patebit.i.ante decimumquartum diem. nam ego scripsi hæc idibus. i. ipso die.xiiii. mane.In hunc autem modum res acta est.

HVBER. ❧HORTENSII & Lucul.sen.hos tres dicit idem sentire.s.φ pareatur religioni,nam cedit religioni.i.paret religioni,approbat religionem. De exercitu.s. non ducendo in Aegyptum. Teneri,obtineri.s.pro te. Res causa,reductio regis. Aliter,nisi cedẽdo religioni. Sed ex illo senatuscon.quod te referente. Sensus est,per illud senatuscon. quod est factum ante discessum tuum, cum tu de reductione regia in senatu retulisti,decernitur & statuitur,ut tu regem deducas, quia cum sis uicinus Aegypto cõmode potes id facere, ut tu author sis reducendi regis,& tamen seruetur sententia Sibyllæ,ne cum exercitu reducatur. Quod commodè facere possis.s.propter uicinitatem,quia es in Cicilia,quæ est propinqua Aegypto. Religio tollat exercitum, id est ut à reductione re moueatur exercitus, sicut religio, id est Sibyllinum carmen præcipit.

Hortensii,& mea,& Luculli sentẽtia cedit religioni de exercitu. Teneri enim res aliter nõ potest. Sed ex illo Senatusconsulto,quod te referẽte factũ est, tibi decernitur, vt regẽ deducas,*quod cõmode facere possis, vt exercitum religio tollat,te autorem Senatus retineat.

PHI. Hortensi⁹ ❧HORTENSII & mea & Luculli sentẽtia.Quoniã dicere potuisset Lentu.audio,quid senatus, quid Marcel.quid item Pomp.in hac re faciat,ut dicatur,tu autem ô Cic.quid sentis?quid item alii complures?ait Cice. mea & Hortensii & Luculli sententia cedit religioni de exercitu, ut.s.rex sine exercitu reducatur.Et quare nos ita sentim⁹,quoniã res aliter teneri nõ potest.Fuit Hortẽsius ciuis Roman⁹ tãta eloquẽtia prẽdit⁹,ut secũdus à Cic.putaretur,& tãta mũditia & cultu corporis circũspectus,ut multa in eum,quasi in quendã mimũ in ipsis actionibus actionibus,& causis dicta sint,φ autem ita culte amictus incederet ait Macro.faciem in speculo quærebat,ubi se intuens totam corpori sic applicabat,ut rugas ne forte,sed industria locatas artifex nodus astringeret,& sinus ex composito defluens modum lateris ambiret.Is præterea dixit diem collegæ,qui sibi obuius offensu fortuito structuram togæ destruxerat,& capitale putauit,φ in humero suo locum ruga mutasset.Eiusdem munditię Demosthenem fuisse apud Gel.legimus.Mores uero Lucul.& uitam Plutarchus ostendit.Fuit is L.Lucul

L Lucullu

lus Imper.appellatus,ex uictoria,quam ex Armenia reportauit.Cedit,superatur.Aut cedit.i.obedit, & assentitur.De exer.ne in terram Aegyptum ducatur.Teneri,impetrati.Res,reductio regis. Aliter,quàm assentiendo carmini Sybyllino.Senatuscon.summo consilio senatorum.Tibi decer.deliberat,& comprobat,ut tu sine exercitu regem reducas.Commodè hoc est reip.sunt qui putent ad commoditatem Len. referendum,φ uicinus esset Aegypto,& ex hoc regem ipsum commode reducere posset,quod mihi non placet,sup eriorem laudo sẽtentiam.Rem,regis restitutionem.Authorem,quasi ducem, & gubernatorem. Decernere autem est de rebus magis certam perferre sententiam, unde dicitur senatus decretum.hinc Liui.decreuerunt enim cum populus regem iussisset,id sic ratum esset,si patres autho:fierent id est sua authoritate comprobarent.Author uero ille dicitur qui rem facit aliquam,aut bellum,aut pacem gerit.Liui.de Aenea:Quod author pacis fuit,& reddẽ dæ Helenæ.Sic oratores & poetas,& huiusmodi scriptores autho.nominamus,quasi operum conditores.Tutores etiam pupillorum ex sententia iure consultorum authores appellari possunt.Inde dicta est authoritas, quę est uis quædam,& dignitas cum honore.Duces etiam militum authores dicebãtur,unde authorare,quod est obligare deducitur,hinc authoratum subiectum,& obligatum.& authoramentum obligationem appellamus.Actor uero,ut ante diximus ab agendo, hoc est,orando,siue recitando appellatus, oratorem significat, & causidicum,histrionem,& omnes qui comœdias,& tragœdias agunt.Hinc actiones,causæ forenses,& orationes appellantur.Hinc actus comœdiarum,atq; tragœdiarum, de quo sic flaccus:Neu minor quinto, neu sit productior actu.Fabula quæ posci uult,& spectata reponi.

Decernẽre

Author

Authoritas

Authorare

Authoramentum:

Actiones

Actus

IO.BE.V:

❧HORTENSII,& Luculli.Is est Hortensius,qui multum eloquentia,sed tamen infra Ciceronem ualuit adeo,ut unum & uiginti natus annum.L.Crasso & Scœuola Cons.prima sua forensi causa cum ipsorum Con. iudicio tum eorum,qui interfuere omnium probatus discesserit.Vir & ipse consularis,qui sub initio belli ciuilis inter Cæsarem,& Pompeium gesti,dum Cicero è Cilicia reuerteretur,obiit.Quod ipse Cicero in principio de claris oratoribus docet, & in calce sic addidit.Sic.Q.Hortensii uox extincta est fato suo,nostra publico.Et paulopost. Nos autem Brute,quoniam post Hortensii clarissimi oratoris uocem orbæ eloquẽtiæ, quasi tutores relicti sumus,domi teneamus eam septam liberali custodia.Sed Cœlius ad Ci Hortensius, cum hæc scriberem,agebat animã.Huic porro data est nimia mollities,& in toto uestitu supra, q̃ credas anxia quædam elegantia,ut Collegæ diem dixerit,φ in angustiorem locum obuiam sibi factus,togæ structuram fortuitò deturbasset occursu.Adeo capitale in collega crimen duxit,Qua de re Torquatum illum & gesticulatricem, & Dionysiæ notissimę saltatricis nomine non potuit non appellare.Sed quantum Lucullus eloquentia inferior, tanto rei militaris scientia & rerum gestarum magnitudine clarior,ut qui bello Mithridatico prius Syllæ auspiciis,mox suis, clarissimas res gesserit,quique longè omnium clarissimam de Tigrane,& Mitridate uictoriã exiguis admodum copiis contra infinitas reportarit. In qua pugna, ut author Plutarchus est, cum magna pars militum obseruandum diem illum diceret,qui pridie nonas octobris esset, tanquam nefastum, quippe quo Cymbri Romanas deleſſent Cœpione duce copias,Confidite inquit,Ego illum uobis è nefasto, felicissimum reddã. Tandem cũ illum contentionum ciuilium pœnituisset,ocio se sic emancipauit nunc literis,nũc uoluptatibus aliis honestis uacans,ut & in illis plurimum profecerit,& ex hisce Xerſis Togati cognomentum sibi pepererit.Illud non possum non mirari,eminentissimos authores,latinum unum,græcum alterum, Ciceronem dico,& Plutarchum,quem haud satis digno scas,fuerit ne grauior,an doctior,inter se dissidentes,Cum Cicero in eo libro cui tutulus est lucullus,quem alii secundum academicarũ quæstionum faciant rudem prorsus militaris disciplinæ Lucullum,sed ingenii incredibili quadam magnitudine,& diuina rerũ memoria nũc peritiores disciplinæ militaris percontando, nunc res a maioribus gestas legendo effecerit,ut quæ laus imperatoria omnium prope opinione in illo desiderabatur,eam cumulatissimam, & absolutissimam maximis rebus felicissimè a se gestis præstiterit. Plutarchus contra clarum illum & peritum admodum sub Sylla scribit bello Marsico,& paulopost contra Archelaum,Mithridatemq; strenuam nauasse operam.

Lucullus

Xerſes Togatus.

ASCEN. O

❧SENTENTIA Hortensii,& mea,& Luculli cedit religioni.i.concors est religioni. De exercitu.i. uetanti regem deduci cum exercitu Romano.quia res non potest teneri.i.obtineri aliter.q.d.si aliter possemus,aliter sẽtiremus,sed sententia sup.Hortensii,mea & Luculli,Decernit.i.adiudicat tibi ex senatuscon.quod factum est. Te referente.i.in consultationem senatus adducente,an per te reduci debeat, decretum autem erat, φ sic, sed postea incidit calumnia ex libris sibyllinis negantibus cum exercitu reducendum,ut autem S.C.seruetur, & contra religionem nihil fiat,decreuit sententia nostra ut tu deducas.i.honorifice in patriam reducas regem. Quod possis facere commode.i.sine obstaculo,sic sup.ut religio id est authoritas librorũ sibyllinorum. Tollat.i.demat tibi exercitum.i.ne deducas cum exercitu,& senatus qui decreuit per te reducendum, retineat te authorem.s.reductionis,& ita utrunque seruetur decretum,& senatus, & religionis,non enim uetuit religio deduci,sed cum exercitu.

❧QVOD commode. hæc sunt uerba Victo.in hunc locum.. Accuratè olim, si non doctè, de hoc loco disseruimus,ueterem scripturam notam fecimus,quomodo ab aliis restitutus esset ostendimus, quid nostræ sententiæ foret liberè pronuntiauimus,& in omni re cum fide nos gessimus.Quòd ueterum codicum autoritati ualde tribuimus,iustè reprehendi non possumus,si nimis illis credentes, quandoq; decipimur: malumus in hanc partem peccare,quàm contra illorum fidem de aliqua re pro arbitrio nostro statuentes in culpam incidere.De uerborum integritate quæstio esse potuit:De sentẽtia,si COMMODO REIP.legi debet(quod facilè credimus,& tunc etiam secuti sumus)nihil ambigi potest.Sunt tamen docti uiri,qui ueriorem alteram esse putant,quòd & sententia illius magis delectentur,& quum studiosè plurimos inspexerint, nullum manu scriptum codicem habere REIP V.inuenerint.

* PETRI VICT. castiga.

Crassus

HVBER. ¶ CRASSVS treis lega.pergit ostẽdere uarias fuisse in senatu de hac re sententias & primo Crassi, deinde Bibuli, postea cæterorũ. Qui cũ impe.sint. qui imperiũ habent, qui præsunt exercitui Romano. Priuati.i. sine magistratu. qui non sunt cum imperio. Assẽtiuntur. adhærent, acquiescunt. Qui omnino.i. nec cum exercitu, nec sine exercitu. Lupo re. ex relatiõe. n. Lupi. qui erat pro Pom. etiam Volcatius pom. decernebat reductionem. Qui aſ. Vol. decernenti Pompe. Auget ſu. uo. Põ. i. facit, ut omnes magis ſuſpicentur Pom. uelle reducere, eum L. Afranius, & Volcatius ſimul decernant Pompeium.

¶ NAM ad amplificatio. ſuſpitionis quod familiares Pompe. aſſentiantur Volcatio, qui Pom. decernit. Aduertebatur, cognoſcebatur, impersonaliter dictum. Laboratur ue. prouerbialiter dixit. Multum ineſt negocii. Inclinata res eſt, translatio ſumpta a domo ruinam minante, ut Vir. in x. In te omnis domus inclinata recumbit, ergo inclinata res eſt id eſt iam incipit tua defenſio regiæ cauſæ deficere. Libonis, & Hypſei, qui pro Pompe. contenderant. Concurſatio, quia non ſolum conueniebant, ſed etiam hunc, & illum ambibant, & huc, & illuc concurſabant. Cui Pompeio. Qui nolunt. ſ. decerni reductionem regis.

Crassus treis legatos decernit, nec excludit Pom. Censet enim etiam ex iis, qui cum imperio sunt. Bibulus treis legatos ex iis, qui priuati sunt. Huic assentiuntur reliqui cõsulares, præter Seruilium qui omnino negat reduci oportere, & Volcatium, qui Lupo referẽte, Pom. decernit & Afraniũ, qui assentit Volcatio quæ res auget suspitionẽ põ. voluntatis. Nã aduertebatur Pompeii familiares is assentire Volcatio. Laboratur vehemẽter, Inclinata res, est Libonis & Hypsei nõ obscura cõcursatio & cõtẽtio, oĩmq; Pompeii familiarium studium, in eam opinionẽ rem adduxerunt, vt Põpeius cupere videatur. Cui qui nolũt, idẽ tibi,

PHI. ordo ¶ CRASSVS treis legatos, ut a tribus electis a senatu reducatur. Ptolomæus inter hos tamen tres uult an numerari Pompeium, ut Pom. cum duobus aliis legatis authores reductionis fiant. Censet enim ex iis, qui cũ imperio sint, ergo Pompe. erat cum imperio, & tunc præerat annonæ, quod imperium, & magistratum per quinquennium gesserat, unde legimus. legem consules scripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur, & Liuius de hoc meminit. M. Crassum illum intellige, qui cum Pompe. & Cæsare in repub. socii ita cõsueuerunt, ut ne quid gereretur, quod displicuisset uni è tribus, de quo Luca. Facta tribus dominis communis Roma. Tris, potius in is, q̃ in es in accusatiuo faciunt nomina, quorum genitiuus pluralis in ium exit, quod pro dignitate sermonis nunc hoc, nunc illud ponere debemus, ut Cæsar, omnis Gallia in treis partes, non bene diceremus in tris partis, aut in tres partes, & Crisip. Omneis homines, non omnes homines. Varietas sermonis multum decoris affert. Bibulus, hic est ille, qui cum Cæsare consul fuit, pro tempore omnia ad arbitrium suum Cæsar administrauit, adeo, ut nonnulli cum quid signarent, non Cæsare, & Bibulo, sed Iulio, & Cæsare consulibus actum scriberent, & ex hoc hi uersus ferantur, quos a Tranquillo accepimus. Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum. Nam Bibulo fieri consule nil memini. Qui priuati, hoc est sine magistratu, ab eo dicti, ϕ antiqui priuos singulos dicebant, unde priuilegiũ appellatum est. Huic, Bibulo. Assentiuntur, adhærent huius opinioni. Assentio, & assentior in una, & eãdem significatione dicuntur. Consulares, qui consules fuerunt, consules dum gerunt consulatum. Consules designati, qui per annum ante creabantur, quàm inirent consulatum, & Consularis potestas. Præter Seruilium excepto Seruilio, aliàs præter contra significat, ut Terentius præter ciuium morem. Volcatium, & Afranium intellige præter: hi etiam duo sentiebant pro Pompe. Is est ille. Lucul. Afranius, qui cum Petreio. &. M. Var. legatis in Hispania partes Pom. tutabantur. ad quos proficiscens Cæsar, inquit suis, se ire ad exercitum sine duce, & inde reuersurum ad ducem sine exercitu. Suspitionem, ut Pompe. cupere uideretur. Nã aduertebatur, cognoscebatur, exaggeratio est suspitionis. Familiares, amicos, uel domesticos. Caue pro famulis, & seruis familiares dicas, nisi consultè facias, ut honestiore uocabulo eos appellando ad te amandum alicias, quod antiqui facere consueuerunt. Hinc Macro. inquit, maiores nostri omnem dominis inuidiam, omnẽ seruis contumeliam detrahentes, dominum patrem familias seruos familiares appellauerunt. Colant ergo te potius serui tui, mihi crede, quàm timeant. Laboratur. multum ineſt laboris utrique parti. Illi. n. pro Pompe. nos uero pro te laboramus. Sed illi nos superant, ex quo inquit, Inclinata res est ad Pom. metaphora à re ad consilium. Vehementer à ue, & mente nascitur uehemens, sicut quędam alia. Habet enim hæc particula ue, ut ait Gel. intentionem quandam ut uetus ab ætatis magnitudine, & uehemens a mentis ui, & impetu. habet & diminutionem, ut uesanus. Libonis, & Hypsei. hi erant Pompeii familiares. Concursatio, nunc hos, nũc illos cõueniendo, & orando rem Pomp. curabant. Contentio, quasi concertatio pro re Pompeii. Studium, immensa uoluntas. Cupere, cupimus, & appetimus immoderata, unde appetitus, & cupiditas est immensa & immoderata quædam auiditas. Optamus, & expetimus, quæ honesta, & moderata sunt. Cui qui uolunt. Siqui sunt qui Pompeio aduersantur, iidem tibi non sunt amici, quia amicus Pompeii fuisti, unde qui nolunt Pompeio, nolunt etiam tibi.

Nomina quæ faciunt in is accusatiuum.
Priui
Priuilegiũ
Assentio
Assentior
Consul
Consularis potestas
Præter
Familiaris
Vehemẽs
Vetus
Vesanus
Studium
Cupio
Appeto.
Appetitus
Cupidum
Opto
Expeto

IO. BE. V. Cũ imperio & potestate M. Bibulo ¶ CVM imperio, differt sane plurimum, cum imperio esse, & cum potestate ille enim cum imperio ad urbẽ esse dicebatur, cui nominatim a populo demandabatur imperium. Cum potestate, qui à populo alicui præficeretur negocio. Bibulus. Is est Marcus Bibulus, qui. C. Cæsari in consulatu datus collega, nulla pene in re se cõsulem gesit, adeo ut illum Cęsar obnunciantem foro repulerit. Vnde carmina in illum statim edita, Suetonius author, Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare gestum. est. Nam Bibulo fieri consule nil memini. Huic procõsuli Syriam administranti Cleopatra milites Gabinianos a quibus constabat liberos suos duos indolis egregiæ necatos, uinctos misit, ut grauissimæ cladis ultionem arbitrio suo exigeret. Sed ea moderatione animi fuit, ut quo maius offerri beneficium alteri non potuisset, ultro contempserit. Non suam esse uindictæ potestatẽ, sed senatus dictitans. Secuto paulo post ciuili bello Pompeianas, quas semper secutus partes fuerat, fo-

uens uniuersæ classi præficitur. In hac præfectura dum nimis solerter nimisque pertinaciter se gerit, seu in patriam amore, seu in Cæsarem odio, in ualetudinem incidẽs, Corcyræ paulo post naturę concesit. Hic complura & accurate scriptitauit, quanuis orator non esset, & egit multa constanter. Relicto post se tertio filio ex Catonis Portia susćepto, qui de rebus gestis a Bruto libellum non inelegantem scripserit. Tranquil. Cice. Maxi. Pli. Præter Seruilium, Intellige Isauricum, ab Isauris debellatis Ciliciæ populis dictum, quique Coryco, Olympo Phaselide oppidis exp ugnatis triumphum ex iis duxerit. Ouidius, Africa uictorem de se uocat alter Isaurum. Illud est, quod Valerius memoriæ prodidit animaduersione dignum, quod testimonio suo reum afflixerit, qui cum illi in Laurentina uia occurrisset, loco admodum angusto descendere de equo noluerit. Hic postea uita functus publico funere Romæ elatus est, author Eusebius, ¶ Fuit uero alter Pompeius Isauricus collega Cæsaris in consulatu initio belli ciuilis creatus, author Appianus. Volcatium, & Afranium, familiares hi Pompeii. Verum Afranius historiarum monimentis notior, & familiaritate Pompeii clarior. Hic consul cũ Metello fuit, quem in epistolis ad Atticum Auli sæpe filium nuncupet. Pompeianos præterea exercitus ducta uit in Hispania, & cum Pompeio uariis bellis militauit, postea dimissus a Cęsare liberaliter, cum iterum se bellorum tumultibus inseruisset, ac profligato in acie pharsalica Pompeio in Africam ad Iubam se contulisset Captus a Cæsare, ob perfidiam occiditur. Inclinata res, translatio sumpta àparietibus. Libonis, & Hypsei, familiares hi Pompeio, sed Hypseus consularis, quique in consulatus petitione Milonis competitor fuerit. Huic Pompeius genibus affixo, supplicantique, ut se ab imminentis iudicii periculo eriperet, facesse hinc, inquit, nec cœnę mihi tempus eximas.

Seruilius Isauricus

Libo Hypseus

ASCEN. o ¶ CRASSVS unus è patribus conscriptis. Decernit, i. pro sententia sua constituit treis legatos. ſ. cum rege mittendos in Aegyptum, nec excludit Pompe. Enim pro quia. Censet. i. iudicat legatos sumendos, etiam ex iis qui sunt cum imperio. i. qui sunt in magistratu aliquo præcipuo. Bibulus sup. censet sumendos treis legatos, etiam ex iis qui sunt priuati. i. nullo magistratu fungentes. Reliqui sup. uiri consulares. i. qui aliquando consulatum gesserunt, & ita primores patrum, assentiuntur huic. ſ. Bibulo, præter Seruilium, qui negat oportere. i. expedire omnino sup. regem reduci, & sup. præter Volcatium. Qui decreuit, id est, adiudicauit Pompeio reductionem. Lupo. ſ. senatore. referente. i. adducente in consultationem, & ita eiusdem sententiæ existente, & sup. præter Afranium, qui assentitur Volcatio. Quę res scilicet ϕ assentitur Volcatio. Auget suspitionem uoluntatis Pompeii. i. quæ habetur de Pompeio, quòd uelit regem reducere, licet propter Lentulum dissimulet. Nã aduertebatur. i. comperiebatur a plerisque familiares Pom. assentire. Ergo utrunq; dicitur, & assentior deponentaliter, & assentio actiue Volcatio. Laboratur. i. contenditur uehementer. Sunt autem impersonalia aduertebatur & laboratur, aut laboratur a familiaribus Pompeii, qui eius uoluntatem ampliùs cælare non possunt. Quia res est inclinata. i. incipit tendere ad ruinam, hoc est consilium eorum incipit detegi, quia concursatio & contentio nõ obscura. i. manifestaria, Libonis, & Hypsei. Et studiũ. i. diligẽs solicitatio omnium familiarium Põpeii adduxerunt rem in opinionem, ut Pompeius uideatur cupere. ſ. reducere regem. Cui. ſ. Pompeio. Qui nolunt. i. non bene uolunt, nec fauent, aut qui nolunt reductionem decerni, iidem non sunt amici tibi.

Crassus unus è patribus conscriptis. Decernit, i. pro sententia sua constituit treis legatos. ſ. cum rege mittendos in Aegyptum, nec excludit Pompe. Enim pro quia. Censet. i. iudicat legatos sumendos, etiam ex iis qui sunt cum imperio. i. qui sunt in magistratu aliquo præcipuo. Bibulus sup. censet sumendos treis legatos, etiam ex iis qui sunt priuati. i. nullo magistratu fungentes. Reliqui sup. uiri consulares. i. qui aliquando consulatum gesserunt, & ita primores patrum, assentiuntur huic. ſ. Bibulo, præter Seruilium, qui negat oportere. i. expedire omnino sup. regem reduci, & sup. præter Volcatium. Qui decreuit, id est, adiudicauit Pompeio reductionem. Lupo. ſ. senatore. referente. i. adducente in consultationem, & ita eiusdem sententiæ existente, & sup. præter Afranium, qui assentitur Volcatio. Quę res scilicet ϕ assentitur Volcatio. Auget suspitionem uoluntatis Pompeii. i. quæ habetur de Pompeio, quòd uelit regem reducere, licet propter Lentulum dissimulet. Nã aduertebatur. i. comperiebatur a plerisque familiares Pom. assentire. Ergo utrunq; dicitur, & assentior deponentaliter, & assentio actiue Volcatio. Laboratur. i. contenditur uehementer. Sunt autem impersonalia aduertebatur & laboratur, aut laboratur a familiaribus Pompeii, qui eius uoluntatem ampliùs cælare non possunt. Quia res est inclinata. i. incipit tendere ad ruinam, hoc est consilium eorum incipit detegi, quia concursatio & contentio nõ obscura. i. manifestaria, Libonis, & Hypsei. Et studiũ. i. diligẽs solicitatio omnium familiarium Põpeii adduxerunt rem in opinionem, ut Pompeius uideatur cupere. ſ. reducere regem. Cui. ſ. Pompeio. Qui nolunt. i. non bene uolunt, nec fauent, aut qui nolunt reductionem decerni, iidem non sunt amici tibi.

quòd eũ ornasti, non sunt amici. nos in causa authoritatem eo minorẽ habem⁹, quòd tibi debem⁹. Gratiã aũt nostrã extinguit hoĩm suspicio, quòd Põpeio se gratificari putãt. Vt ireb⁹ multo antequã pfect⁹ es, ab ipso rege & ĩtimis ac domesticis Põpeii clã exulceratis, deinde palam a cõsularib⁹ exagitatis & ĩsumã inuidiã adductis, itaversamur. Nostram fidẽ oẽs amorem tui absentis, præsẽtes tui cognoscẽt. Si esset in iis fides ĩ quib⁹ sũma esse debebat non laborarem⁹. Vale.

¶ QVOD eum or. oratione tua, nam Len. ante discessũ suum habuerat orationem honorificam pro Põ. Quod tibi de. nam existimant me potius tibi fauere, quia sim tibi obligatus, quam, quòd existimem id fore honestũ, aut utile pro Po. R. Gratiam; quæ mihi apud ciues erat propter beneficia in rempu. collata. Extinguit, translatio ab igni. i. omnino oppressit. Suspicio. opinio, nã suspitio est, & bona, & mala, ut inferius ad Curionem. quod ualde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas. i. opinor. Gratificari. rem gratam facere, si ei faueant. Vt in re, sensus est, ut ante discessum tuum uersabamur in rebus causæ regiæ corruptis, & ita agitatis, ut & magnum odium parauerit regi, & suis, ita etiã nũc uersamur. Exulceratis, corruptis, translatio a corporibus, ulcus autem a græco ἕλκω, & corporis laceratio, unde ulcerare, lacerare, frangere, unde Hora in sermo. Mantica cui lumbos onere ulcerat, atq; equis harmos. Iu sum. inui. in summum odium, quia superius dixit illius regiæ largitionis inuidia & c. Exagitatis, uarie commotis. Ita uer. ita agitamur. Nostram fi. erga te. Præsentis & ab. i. omnes cognoscent me, & in absentem, & in præsentem fidelem fuisse, & amicum. Non la. non uexaremur laboribus in obtinenda hac causa.

Suspicio

Exulcero
Vlcus
Vlcero

¶ QVOD eum or. tua liberalitate, ut inquit in alia epistola, & pluribus beneficiis affecisti, de quo ipse etiam nunc meminit Pom. ut cum summa testificatione tuorum in se officiorum. Nos in causa. Suam ait authoritatem in hac causa paruam esse, & eo minoris ponderis, quo Lentulo debere uidebatur, cum non ratione, & cõmodo reip. sed amoris uinculo moueri omnes eũ existimare poterant. Authoritatem uim, ac potestatẽ. Gratiam, authoritatem, & beneuolentiam, quam beneficiis in remp. amplissimis consequutus erat. Extinguit, deprimit, apta translatio ab aqua & igni. Suspicio, opinio, suspicantur. n. me officio moueri erga me tuo, non ratione in reipub. commodũ. Gratificari, rem gratam facere

PHI.

Gratificor

¶ N. Scœlsii uariatio super textu ex antiquiori cõdice. Satisfacio cęteris omnibus. Tanta. n. est tuorũ erga me meritorum magnitudo. Res agitur per eosdem competitores. Regis causa si qui sunt, qui uelint, qui tamen pauci sunt, omnes ad Pompeium rem deferri uolunt. Tum amoris erga te sui. Vel. Etiam amoris erga te summi. Marcellum tibi iratũ esse scies. Tibi decernit, ut si regem deducas, quod quomodo rem facere possis, ignoro, exercitum religio tollat. Vt pene is cupere uideatur. At nos in rebus multo ante, quam profectus es. Amorem tui absentis, præsentes tui cognoscent. In quibus summa esse deberet.

Rem gratam facio — facere si tibi aduersantur,& illa faueant.Sed plus est gratificari,q; rem gratã facere,gratificamur enim quasi beneficia conferimus.Facimus uero rem gratam,cum obsequimur,& inseruimus,unde deos hoibus gratificari
Versor — dicimus,gratum uero facere non dicimus.Vt in re.regiæ reductionis. Hiperbaton est, & ordo uerborum hu
Clam unde — iusmodi,ita uersamur in rebus ut multo ante quàm es profectus.s.in Ciliciam.Versamur autem,hoc est uexa
Intimus — mur,passiue dixit.Ab inti.Maiorem ui habet intimus , q̃ familiaris. Clã.a clauib⁹ deductũ.his.n.claudim⁹ quę
Vlcus — cœlari uolumus.Exulceratis,corruptis,apta metaphora,a morbo ulcus,unde fit ulcerare.Exagitatis,commo-
Vlcerare — tis largitione pecuniarum. Summam in grande odium senatus.Nostram fi.opem & auxilium erga te , ut Vir.
Fides unde — Tyrrhenãq; fidem. Multis enim modis sumitur, diffiniturq; fides,uel in primis , ut sit commendatorum fida executio,uel obseruantia.item dictorum conuentorũq;constantia,& ideo appellata,ꝙ fiat , quod dictum est Nostram fi. largo,& uulgari sumpto uocabulo pro amore & obseruantia.Præsentis & ab. ꝙ tam absentem,q̃
Agnosco — præsentem singulari fide,& amore te ipsum prosecutus sum. Cognoscent,nullam inter cognosco & agnosco
Cognosco — differentiam facimus,sed quidam cognoscere antiquos debent.Laboraremus,nullo labore uexaremur in hac re consequenda.Sed q̃ta ex hac re solicitudine afficeretur,uel ex eo demõstrauit,quod ad. Q.fratrem scripsit. De rege,inquit,Alexãdrino factum senatusconsul.cum multitudine eum reduci periculosum reipu.Reliqua cũ esset in sena. contentio Len.ne an Pom.reduceret,obtinere cãm Len.uidebatur,In ea re nos,& officio er-
Vale — ga Len.mirifice,& uoluntate Pom.præclare satisfecimus. Vale.hac salutatione concludere solemus epistolas,
Salue — & quod græci ἔρρωσο nostri dicunt uale. Solemus & interdũ addere salue,ut Ci.ad Tyronem , uale mi Tyro, uale & salue,sed ualere proprie recedentis est saluere autem aduentantis. unde tranquillus in fortuna Galbæ, & ut liberti, seruiq; bis die frequentes adessent,ac mane saluere,uesperi ualere sibi singuli dicerent.

IO.BE.V. ❧NOSTRAM fidem,corrigenda in hunc modum uerba.nostram fidem omnes & amorem tui absentis præsentes tui cognoscent.

ASCEN. ❧QVOD.i.quia ornasti.i.honore affecisti,& sublimasti eũ.s.Pompeium.Nos habemus in causa.i.in hac controuersia,eo.i.propterea,authoritatem.i.uim persuadendi,aut perorandi minorem, ꝙ debemus.i.obnoxii, & deuincti sumus tibi.s.quia per te in urbem restituti.Sententiose hoc dictum.nam facilius creditur alienis,q̃ necessariis,aut debitoribus aliquem commendantibus.illi.n.quod expedit, hi quod optant suadere uidentur. Autem pro sed, suspitio.i.latens opinio hominum. extinguit.i. deprimit,& adnihilat.gratiam nostram.i.qua apud eos alioqui ualeremus.est.n.gratia potestas ea , qua quippiam ualemus , eo ꝙ grati , & accepti sumus. ꝙ.i.quia homines sup.putant se gratificari.i.rem gratam facere Pom.s.decernendo illi reductionem,& ita maior gratia Pompeii extinguit minorem Cice.Nos itaq; uersamur, ut sup.uersabamur multo anteq̃ profectus es.s.in prouinciam in rebus.i.causis exulceratis.i.corruptis.clam.i.dissimulantur,ab ipso rege.s.Ptolomæo,qui summis uiribus annixus est a Pompeio reduci,& ab intimis ac domesticis Pompeii, deinde sup.in rebus exagitatis.i.eiectis uiolenter & ignominiose,palam a consularibus sup.uiris,& adductis in summam inuidiam.i.odium,aut æmulationem,hoc est sicut ante profectionem tuam prius occulte,deinde palam plurimi erant in hac causa corrupti,ita adhuc sunt.Omnes tui.s. amici præsentes.i. qui in urbe sunt.cognoscent nostram fidẽ, & amorem sup.nostrum.tui absentis.i.quem habemus in te absente.Alii legunt præsentisq;. ut sit, omnes tui cognoscent fidẽ nostrã & amorem sup.nostrum.tui absentis.i.qui nunc abes,& præsentis , quãdo aderis fides .i.fidelitas esset in iis,quibus summa fides debebat esse,utpote.in Pompeio,de quo optime meritus es,nos nõ laboremus .i.sine labore te uoti compotem faceremus,Vale. Particula uulgata, quam in huius epistolæ fine omnes teutus hebent.

nunciatoria Epist.

M.T.C.Plu.Lentu.S.D. 2.

13 IDibus Ianua.in senátu nihil est confectum propterea quòd dies magna expte consumptus est altercatióne * Létuli cónsulis & Canininii tribu. ple. eo die nos quoq; multa verba fécimus, maxîeq; visi sum⁹ senátum cõmemoratióne tuæ volũtátis erga illũ órdinẽ commouêre Itâque postridiè plácuit,vt breuitèr senténtias dicerêm⁹. Videbâtur.n. recõciliata nobis volũtas senat⁹ esse: qđ cùm dicendo,tũ síngulis apellãdis rogandi sq; ꝑspéxerã.Itaq; cũ sentẽtia prima Bíbuli ꝓnuntiâta esset, vt tres legáti regẽ redúcerent. Scđa Hortensii,vt tu sine exércitu reduceres.Tértia Volcátii, vt Pompei⁹ redúceret: postulâtum est,vt Bíbuli snĩa diuiderêtur,quáten⁹ de religiõe dicêbat. Cui rei quia clam obsisti non póterat,Bíbulo assésum est de trib⁹ legátis,

HVBER. 13 IDibus Ianu.scri.Ci.ad Len.nihil ídibus Ianu.de causa régia esse confectum in senátu,ꝓpter longam contentiónem Len.cónsulis & Caninii , sed postridiè cũ dictæ fuissent senténtiæ uáriæ.prima Búbuli,áltera Hortensii,tértia Volc.dicit placuisse plerisq;, ut Bíbuli senténtia discuterêtur.quoniàm de religióne loquerêtur, deindè ostendit Ci.se agnouisse,cum apud Pom.cœnasset,quò ánimo ille esset ad cáusam régiam, cum tamen alitèr uiderentur in ea re eius familiáres , postremò significat factum esse de hac re senatuscon.esseq; perscriptum, cum Cato , & Cani.illud impedire conarentur. Idibus ianua.xiii.die ianua.Nihil est cõ.conclusum. Propterea,ideo propter hanc causam. Altercatiõe , iurgio, contentione,uerborum concertatio de Len. consul. & Cani.tri.hi.n.uarie sentiebant. Nam authore Plu.Cani. ad tri.ple.legem tulit,ut Pom.sine exercitu cum gemino lictore ad Ptolomæum cum alexandrinis concilian
Lentulus — dum mitteretur,est autem hic Len.cognominatus spin
Dibaphũ — ter,qui primus usus est purpura,quam dibapham.i. bis
Cõmoueo — tinctam uocant.Visi su.i.uisum est nobis.Commouere interdum perturbare,ut Ter.commoui hominem , sed
Concilio — hic est a proposito deflectere,&ꝙ uolumus persuadere,
Recõcilio — ut apud Oui.ix.Met.Dicta Iouis mouere deos,neq; erat bene affectus.Len.Commemoratione,expositione,declaratione.i.uisus sum reddere tibi amicum senatum, cõmemorando tuam erga eum uoluntatem.Illum or. s.senatorum. Reconcilia.reddita amica , nam conciliamus nouos,reconciliamus ueteres , qui erant alienati. Appellãdis,noĩandis. Rogandis,inrerrogandis.s.sententiam suam.De ordine rogandarum sententiarum uide

Aul.

* frequẽtes ierũt ĩ ália óĩa.Próxima erat Hortensii snĩa , cui Lupus tribu. ple. ꝙ ipse de Pompeio retulisset,intẽdere cœpit,ãte se oportêre discessiónẽ fácere,q̃ cõsuláres ei⁹ oratiõi vehemẽtèr ab óib⁹

Au.Gel.li.iiii.c.x..ubi multa dicit,& apud eũdẽ lib.xiii. c.se.Inferius tñ nobis dicent,quę ad rẽ pertinebũt.Clã. ob.resisti,occultè,qa tuebat̃ religionẽ.Frequẽtes ie.in.a. o.i. cõtra alia oĩa,nã & sentẽtia pedibus ferebat̃,ut Au. Gel.dicit lib.pri.cap.deci.oct.Proxima. secunda post sẽtentiam Bibuli.Intendere, contra conari & moliri , uel — Intendo
intendere iniicere,& quasi proponere.Oportere,decere,conuenire.Facere disces.i.senatusc. nam fiebat aut ꝑ — Senatusc. quomodo fit
rogationem,& per exquisitas sententias,cũ res dubia erat, &rogabatur unusquisq; sententiam,quam uerbis efferebat,aut per discessionem,hoc est,quando omnes, aut pleriq; idem sentientes in unam partem pedibus ibant, & discedebant, ut Au.Gel.loco superius dicto testatur his uerbis.Quid igitur cum senatusc.per discessionem fiebat nonne uniuersi senatores sententiam pedibus ferebant?dicebat ergo Lupus,quia esset tri.ple.oportere se prius facere senatuscon. quàm consules.

❧ Secundæ epistolæ Argumentum.

NIhil Idibus Ianuariis,quo die Senatus est habitus,actum esse.Cõsulis Lentuli, & Caninii Tri.ple.contentionibus. — IO.BE.V.
Tum,q̃tum ipse senatum sibi in cã conciliasset, admonet.Postridie dictis omnium sententiis postulatum fuisse,uti de singulis referretur.In hac sententiarum uarietate,uarie senatũ agitatum,tanto utrinq; studio, ut nihil eo die agi potuerit.Pompeium sibi ab hac restõne regia alienum uideri.Familares tamen eius nihil magis contendere,se tamen nulla in re defuturum pollicetur.Non in senatu modo,sed ad populũ,q̃tum.s.saluis legibus consequi poterit.Lẽtuli Consulis.Hunc Lentulum Marcellinũ puto,de quo supra,Caninii.Is est(qui authore Plutarcho)in Pompeii uita rogationem tulit,ut Pompeius regem gemino lictore restitueret.Sed Senatus rem eam cum iniquè ferret,Causam prætexuit, ideo se id nolle, ꝙ uiro timeret,Sententia Diuideretur. Sic Cicero in oratione pro Milone,Decernebat enim ut ueteribus legibus tantũmodo extra ordinem quereretur.Diuisa sententia est,hæc Cice.Sed Asconius diuidere, inquit,sẽ- — Diuido
tentiam est cum aliquis in dicenda sententia duas,pluresue res,complectitur.Et si non omnes,eæ probantur, postulat,ut diuidantur.i.ut de singulis rebus referatur,fieri autẽ poterat huiusce diuisionis postulatio ab uno quoq; Senatorum,qui uel sedendo hoc postulasset,ut tamen integrum esset illi,qui orationem habebat,an diuidere uellet.Cum igitur tres hæc simul sententiæ,quasi coaceruatim dictę essent,postulatum est,ut de singulis referretur. Intendere. Translatio sumpta ab arcubus,qui propriè dicuntur intendi.

13 IDibus Ia.Superiórem epístolam scrípserat ídib⁹ Ia.manè, hac autẽ índicat nihil ídibus in senátu cõfectum,récitatq;,quę postridie actæ sint,cũ modesta officii sui cõmendatióne,demum polli- — ASCEN. Or
cêtur se Len.de oíbus rebus certiórem factûrũ.Idus in singulis mẽsibus dñr octo,ego poti⁹ credã síngulas esse,sed idus octa.esse diẽ post nonas. Dictę.n.sunt idus ab iduo.i.uiduo,& diuiduo, — Idus
eo ꝙ is dies fere mẽsem per médium díuidit,est.n.in Ia.xiiii. Cætera cũordine explanabo. Ordo — Ordo
autem est. Nil est confectum.i.conclũsum,& diffinîtum in senátu.i.in cúria senatória. Idibus Ianu. propterea ꝙ dies est consumptus ex magna parte.Altercatióne.i.contentióne Len. cónsulis quod dicit ad differẽtiã Lẽ. — Duo Lentu
ad quẽ scri.qui erat procõ.i.cõsulári ptãte in prouíncia fungens.& Caninii trib.ple.qui aut de hoc, aut poti⁹ de áltero negócio contendêbant.nam si eorum conténtio ad rẽ Len.ꝓcon. spectasset,Ci.eã expressisset . Nos quoq;.i.etiam nos fecimus eo die multa uerba.i.multa locûti sumus.Et uisi sumus.s.nobis.commouêre.i.afficere bñuoléntia in te.Senátum maxîe.i.ꝑcipuè cõmemoratióne uolũtátis tuę.i.eo ꝙ indicâmus óptimam uoluntatẽ tuam,erga illum órdinẽ.s.senatórum.Itaq; plácuit,ut dicerêmus snĩas breuitèr.i.sine longa disceptatióne.Postridie.i.die sequẽte idus.ideò aũt plácuit ,enim ꝓ quia uolũtas senátus uidebâtur esse recõciliâta nobis.i.in grátiam rediisse,ac iterùm fauêre nobis,hoc est causæ nostræ.Quod.i.quam rẽ.ego ꝑspéxeram.i,deꝑhénderã.Tũ.i.paritèr.Dicẽdo.i.cum cãm tuam dícerẽ,nam assentîri uidebâtur.tũ.i.paritèr.Appellandis,& rogandis síngulis.i.cum síngulos allõquerer , & rogârẽ , quod sentîrẽt.Itaq; cum snĩa Bíbuli,ut tres legáti redúcerẽt Regẽ.s.Ptolomęum.esset pronunciâta pria & snĩa Hortẽsii.s. ut tu redúceres sup.eum sine exércitu, esset ꝓnunciâta,secũda & snĩa Volcatii.s.Pom.redúceret esset ꝓnunciâta tertia,postulâtum est.s.a iudícibus , ut snĩa Bíbuli diuiderêtur,quatenùs.i.in q̃tum dicêbat de religióne, diuiderẽt inq̃ in duo mẽbra, quorũ unũ esset non oportêre contra religiónem cum exércitu redûci, álterũ,ut per tres legátos sine exércitu ducerêtur. Cui rei.s.quatenùs dicêbat de religiõe,quia non póterat obsisti.i.contra stari.Est autem impsonaliter dictum, hoc est,quia nemo audêbat contradícere,assẽsum est Bíbulo,quia omnes approbauêrunt non esse deducendũ cum exércitu.De tribus legátis.i.q̃tum erat,ꝙ per tres legatos deducẽdum censebat,frequentes.i.plurimi iudicum. ierunt.i.eundo snĩam,& uoluntatem suam declarauerunt in alia oĩa.i.in alias snĩas potiùs,q̃ in Bíbuli. Proxima.i.secunda snĩa erat Hortensii. s.ut tu sine exercitu reduceres.Cui.s.snĩæ Lupus tribu.ple.cœpit intendere.s.impedimentum,ne approbaretur.eo ꝙ ipse retulisset.i . in consultationẽ aduxisset.de Pompeio.i.an ne potius per Pompeium reduci deberet.Intendit autẽ.i.obstitit,& impedimentum iniecit,eo ꝙ diceret,se oportere facere discessionem.i.adeundo ad cuiusq; snĩę authorem uellet eius sententiam approbare,propositis.n.sententiis,ne longum esset percunctari,iudices de singulis quid sentirent, iubebantur authores sententiarum ab aliis discedere , & iudices ad eum cuius sententiam approbarent accedere, & ita eundo ferebant sententiam,antequam consules.

❧LENTVLI consulis.Codex Medicæus LENTVLI habet.Iam diu audiui fuisse nonnullos,qui L V C I I mal- — * PETRI VICT. castiga.
lent . Nihil sanè certi statui potest:receptam tamen lectionem ueriorem puto . Peccabant autem sæpe antiqui librarii,quemadmodum alias docui , in huiuscemodi rebus.Cũ enim notas illas non intelligerent,quod imperitis hominibus in mentem ueniebat,scribebant.Hæc autem omnia in Senatu agitata sunt, L. Philippo, & Cn.Lentulo Marcellino Coss.ut Dion etiam narrat,qui cum de reductione Ptolomæi regis egisset , adiungit,ταῦτα μὲν ἐπί τε λευκίου φιλίππου καὶ ἐπὶ γναίου μαρκελλίνου ὑπάτων ἐγένετο.

❧FREQVENTES ierunt in alia omnia.Vbaldinus Pandinellus , cum ab hinc x x x.menses Romam proficiscens,Florentia iter faceret,diuertissetq; apud Carnesecam optimum,& maximis in rebus spectatum iuuenẽ à me conuentus est:cupiebam enim eum uidere, quem multis de causis plurimum amabam.Cumq; omni illo tempore

lo tempore(exiguum autem fuit)quod Florentię manſit,ſępe unà fuiſſemus,multumq; ſermonem de ſtudiis literarum habuiſſemus,narrauit mihi omnia,quæ à Manutio pro huius loci declaratione traduntur:dixitq; arbitrari ſe Maculam occupaſſe locum illum Sex.Pompeii,quæ tamen nullo negotio deleri poſſet, legiq; debebere,lis uerbis præit:omnis uidelicet cauſa, quod nos ualde probauimus. Vtinam quemadmodum in eadem patria nati ſumus,& iiſdem ſtudiis tenemus,ita iiſdem quoq; in locis uiuere potuiſſemus:ex illius enim ingenio,& eruditione non paruos fructus cepiſſem. & ille fortaſſe multis in rebus,& ſtudiis,& officiis meis delectatus eſſet. Sed quoniam id non accidit,propter diuerſam uitæ rationem,nactus hanc occaſionem,notũ ei,& omnibus aliis facere uolui amorem quo illum proſequerer:& ne facile extingueretur, his etiam monimentis teſtatum relinquere,optimum eſſe iudicaui.

HVBER.

¶ RECLAMATVM.contradictũ,& quaſi cum clamore reſponſum.Erat.n.ini.quod tribu.pręponeretur conſulibus,qui teſte Gel.etiam ſenatores in curiam uocandi ius habebant. & no. propter conſuetudinem maiorũ inaudita.Conſules neq; cõce. neq; repugnabant.i. aduerſabantur.ſ.Lupo.Diẽ.con.ſ.concione ne aliquid decerneretur.Id quod,id eſt,quod eſt.n.Ci.loquendi ornatus.In hor. ſen.quæ erat ut tu reduceres ſine exercitu,quod quidem conſules noluiſſent. Quamquam.i. Vol.aſſentirentur,qui cenſebat ut Põ.reduceret,& hoc dicit,q̃q̃ conſules apertè aſſentiebantur Volca.pro.Põ. decernenti,tamẽ uolebant diem contendendo conſumi,quia uidebant plures ex ſenatoribus probaturos ſẽtentiam Horten.cenſentis ut Le. reduceret ſine exercitu,quod ipſi conſules nomine uoluiſſent.Multi,ex ſenatoribus. Rogabantur.ſ.ſnĩas. Atq; idipſum.i. & hoc, & eſt ornatus loquendi modus,ut ſi duxero conſecutus eſt maximum honorem, atq; id ipſum amicis tuis gaudentibus, inuitis conſulibus.i. contra uoluntatem conſulum.Nam.hi.ſ.conſules.Bibuli ſen.ua.i.habere locum.ſ.de tribus lega.Priuatis.Ad no.du. quia ſenatuſc. ante ortum,aut poſt occaſum ſolis ratum non erat, ut Au.Gel.dicit authore Var.Dimiſſus, ex curia miſſus abiit.Caſu,ſorte quadam nõ edita opera.Apud Pom. id eſt cum Põ.Apud autem loci, & perſonæ coniunctionẽ ſignificat,ut apud amicã,penes uero poteſtatem & dominium,ut Ouidi.i.faſto. Me penes eſt unum uaſti cuſtodia mundi.Nactus,inueni, uel reperi.Quam unq̃ antea.i.q̃ ullo alio tempore.ſ.eſſem nactus. Quod.i.quia. In dies,quod diſceptatum eſt in ſenatu uariis ſententiis cauſæ regiæ.Honeſtiſſimus,pulcherrimus, & plenus honoris,& eſt ordo eo die cœnaui apud Pom.& nactus tẽpus magis idoneum &c.Vt mi.ui. traducere animum ho.ſ.Põ.ſ.a.reſtitutione regia.Ad tuam di.tuen.i. id efficiendum,ut reductio tibi mãdaretur,hoc.n.ad dignitatem tuã pertinet.Quem ip̃m.i.quem Põ.ſed ip̃m addidit,ut.q.d.quantum ipſe ſignificat.Cum audio.ſ.loquentem.Prorſus omnino.Libero,abſoluo, Cupiditatis.reducendi regem.i. iudico nihil prorſus eſſe de eo ſuſpicandum,ꝙ appetat hanc reſtitutionem. Omnium ordinũ. Au.Gel.dicit magiſtratus, per quos ſenatus habẽri ſolet,hoc eſſe.Dictatorem,Conſules,prætorem,tribu.ple.Inter regem, prefectum urbis quibus ſi contigiſſet eodem tempore Romæ eſſe ius ſenatus conſulendi fuiſſe, quo ſupra ordines ſcripti eſſent.¶Extra ordinario autem iure addit Tribunos quoq; militares,qui pro conſulibus fuiſſent.Item.x.uiros, quibus imperium conſulare tum eſſet.Item triumuiros reipub.cũſtituendæ cauſa creatos ius conſulendi ſenatus habuiſſe,& hi ſunt omnes ordines quos dicit.Cic. Totam rem iſtam.i.cauſam.Senatus erat futurus.i.habendus,uel conuenturus.Vt poteſt.ſ.retineri.In tanta per.quia in prima epiſtola dixit ſi eſſet in iis fides &c.Quod ad Po.Ro.i.ad rem populi,hoc eſt q̃tum pertinet ad id,quod populus facere,& præſtare ſuis ſuffragiis poteſt.Nam timendũ fuerat,ne ſi Pom.rogaſſet populum,cui erat chariſsimus,fortaſſe hæc reductio ad eum delata eſſet, ſed Cice. fauens Len.,uiderat,ne populus poſſet Pom.aliquid aduerſus Len.præſtare,quin faceret contra leges, & auſpicia,ſine quibus Popu.Ro.nihil magnum agendum putabat.

Apud

Penes

Prorſus

Dictantor Conſul. põtor. tribu. ple.

Inter rex Præfectus urbis.

IO.BE.V.

¶ ERAT.n.iniqua & noua.Quid.n.iniquius?q̃ tribunorum.p.priorem ſententiam in ſenatu referri?cum conſulis ſuprema eſſet dignitas?Traducere,remouere,ſed alibi infamare,quale illud in ſacris literis,cum nollet eã traducere.græci hoc παρασκηματίζειν,unde epigrammatarius poeta, rideris, multoq; magis traduceris afer & Saty. Altera quos nudo traducit hallia tallo. Totam hanc rem nam pridemeſſe corruptam, uidetur hoc in loco Theophanis actum,& literas,quę diuulgabantur,innuere,quemadmodum Plu.in Pom.eſt author.

ASCEM.

¶ RECLAMATVM eſt uehementer ab omnibus,& orationi.i.aſſumpto eius.Enim pro quia.oratio eius erat iniqua,& noua.i.inaudita.In ferendis.n.ſententiis prior locus erat conſulibus,q̃ tribunis plebis. Conſules neq; concedebant.ſ.aſſertionem Lupi,neq; repugnabant ualde.i.uehementer,quia ipſi uolebant diem conſumi .i.ſine approbatione ſententiæ tranſigi, id,quod factum eſt.Volebant autem diem conſumi.n.pro quia, ipſi pro-

reclamatũ eſt.Erat.n.& iniqua,& noua. Cõſules neq; cõcedebant, neq; valde repugnabant.Diẽ cõſumi volebant,Id qd̃ eſt factũ.Perſpiciebant.n.ĩ Hortenſii ſẽtẽtiã multispartib⁹ plureis ituros, q̃q̃ apte Volcatio aſſentirẽtur. Multi rogabãtur,atq; idipſum cõſulib⁹ iuitis.Nam hi Bibuli ſnĩam valere cupierũt.Hac controuerſia vſq; ad noctẽ ducta, ſenatus eſt dimiſſus,& ego ea die caſu apud Pompeium cœnaui, nactuſq; tẽp⁹ hoc magis idoneum,q̃ vnq̃ antea, ꝙ poſt tuũ diſceſſũ is dies prim⁹ hoẽſtiſſim⁹ nobis fuerat in ſenatu.Ita ſũ cũ illo locutus, vt mihi viderer aĩam hoĩs aboĩ alia cogitatione ad tuã dignitatẽ tuẽdã traducere. Quẽ ego ipſũ cũ audio,prſus eũ libero oi ſuſpitione cupiditatis. Cũ aũt ei⁹ familia reis oĩm ordinũ video,pſpicio id quod iã oĩb⁹ eſt aptũ. Totã rẽ iſtã iãpridem a cerris hoĩb⁹ no ĩuito rege ipſo, cõſiliariiſq; eius,eſſe corruptã. Hæc ſcripſi ad xvi.calẽ.febru.ante lucẽ. Eo die ſenatus erat futurus.Nos ĩ ſenatu, quẽadmodũ ſpero,dignitatẽ noſtrã,vt poteſt, in tanta hoĩm perfidia,& iniquitate retinebim⁹. Quod ad popularẽ orationem attinet,hoc videmur eſſe cõſecuti,vt ne q̃d

ſpiciebant,id eſt perſpicaciter uidebant, aut proſpiciebant, id eſt pręuidebant,plures ituros in ſententiam Hortenſii ſup.à multis partibus plures,inquam,quàm in aliorum ſententiam,quamquàm ipſi qui irent in ſententiam Hortẽſii,aſſentirentur aperte Volcatio,qui Pomprio honorem addixerat.Multi ſcilicet iudicum rogabantur.ſ.ſententiam,atq; idipſum,ſi fiebat conſulibus inuitis. Nam ii.ſ.conſules uolebant ſententiam Bibuli ualere id eſt approbare.Hac controuerſia.ſ.de tribus ſententiis,ducta.i.agitata,& de induſtria prolongata uſq; ad noctẽ.i.poſtq̃ ſic ducta eſt,ſenatus eſt dimiſſus ſcilicet domũ, & ego cœnaui ea die aut eo die.i.in eius die veſpere,apud Pompeium caſu,id eſt euentu fortuito,aut quia illi obuiam factus ad cœnam inuitatus eſt, aut ab amico illuc adductus,& nactus,id eſt aſſecutus hoc tempus magis idoneum ſcilicet ad agenda cum Põpeio quæ uellem.quàm unquam antea,ꝙ.i.eo quòd is dies fuerat nobis in ſenatu.Honeſtiſſimus id eſt honorificentiſsimus poſt tuum diſceſſum.i.omnium dierum, quos habueram poſt tuum diſceſſum,aut quia primus ſententiam rogatus,aut potius,quia ſenatum maxime permouere uiſus,& benevole auditus fuerat,ſum locutus cum illo.ſ.Pompe.ita,ut uiderer mihi traducere animum hominis ſcilicet Pompeii.ab omni alia cogitatione ad tuendam dignitatem tuam,quæ uideretur lædi,ſi a petitione excideris.Quem ipſum.i.ut dicunt in propria perſona,cum ego audio.ſ.de te loquentem,libero eum prorſus.id eſt omnino,omni ſuſpitione cupiditatis ſcilicet reducendi regis,cum autem uideo familiares eius omnium ordinum.i.in quocunque ſtatu & gradu dignitatis ſint, ego perſpicio, id eſt animaduerto id,quod eſt iam apertum,id eſt manifeſtum omnibus, uidelicet totam rem iſtam ſcilicet de reductione regis per te,eſſe iampridem corruptam a certis hominibus,non inuito.i. annuente rege, & conſiliariis eius,qui ſcilicet malint eum per Pompeium reduci.Ego ſcripſi hæc ad decimum ſextum ſup.diem calen.ſ.qui eſt ante calendas,cõnumerato tamen die calendarum, qui primus cuiusq; menſis eſt,februarii.ante lucem, hoc eſt ſummo mane.Senatus.i.congregatio,& concilium ſenatorum erat futurus id eſt habendus eo die.Non igitur quotidie fiebat ſenatus.Nos quemadmodum ſpero, retinebimus dignitatem noſtram id eſt honeſte ſtabimus,& audiemur pro te loquentes in ſenatu,ut id eſt q̃tum poteſt ſup.fieri,aut retineri in tanta perfidia hominum.Quo.i.quantum attinet ad rationem popularem id eſt uulgarem,hoc eſt quantum pertinet ad iudicium populi, nam dum lis à ſenatu diſcidi non poterat, facta concione referebatur ad populum,nos uidemur conſecuti.i.obtinuiſſe hoc,ut nequid.i.ut nihil poſſit agi cum populo,aut ſaluis auſpiciis,aut ſaluis legibus, aut denique ſine vi poſſet,de his rebus pridie,q̃ hæc ſcripſi, ſenatus authoritas grauiſſima interceſſerat.Cui cum & Cato,& Caninius interceſſiſſent, tamen eſt pſcripta, eam ad te eſſe miſſã arbitror.De cæteris reb⁹ quicquid erit actũ,ſcribã ad te, & vt quàmrectiſſime agantur oĩa, mea cura,opera,diligentia,gratia prouidebo. Vale.

¶ Ex.ii.Epiſtola.In antiquiori.

Videbatur.n.nobis reconciliata eſſe uoluntas ſenatus quod cum dicendo tum ſingulis & cætera. Cui que rei clam obſiſti non poterat.Cum Lupus Tribu.Pl. Lentu.&c.Eius orationi ob omnibus uehementer reclamatum eſt.Atq;id ip̃m faciebant,conſulibus inuitis.Is primus dies honeſtiſſimus &c.Ita ſum cum eo locutus.Cum autem omnes eius familiares. Senatus authoritas grauiſsima interceſſit. Cui, & Cato, & Caninius.

agi cum populo.i.referri ad populum, aut rogari populum aut,tranſigi a populo,aut ſaluis auſpiciis.quia populus rogari non poterat auſpiciis renuentibus, tunc autẽ Ci. oſtẽderat, aut oſtendere paratus erat auſpicia abnuere,aut ſaluis legibus,quia leges uetabant.tunc populum rogari,aut denique ſine ui.i.uiolentia,quę quia non facile fit,cenſet iudicium populi,qui Pompeio faueret,non magnopere timendum.

¶ AGI cũ po.i.populum rogari, nam propriè agere cũ populo,ut dicit Au.Gel.eſt populum rogare. Aut denique; ſine ui.ſine uiolentia.i.qñ fiat cõtra id quodiam p-Lẽtulo ſit conſtitutũ.Authoritas, ſentẽtia. Gratiſsima, ſanctiſſima,quã nõ temere liceat iufringi.Interceſit,interpoſita eſt.Cui,authoritati.Interceſſiſſent,impedimẽto fuiſſent,obſtitiſſent. Nam intercedere interdum eſt interponi,& conſtruitur cũ caſu habente ꝓpoſitionẽ, ut interceſſi apud ſenatum de tua ſalute,uel ꝓ tua ſalute, interdum eſt obſtare,& impedimento eſſe & conſtruitur cum datiuo, ut meę ſententię interceſſiſti id eſt impedimento fuiſti.Ius autem interdicendi ne ſenatuſconſultum fieret,ut Aulus Gellius,authore Varrone dicit,fuit iis ſolis,qui eãdem poteſtate,quàm qui ſenatuſconſultum facere uellent,maioreue eſſent. Proui debo,dabo operam.Cura ad animum. Opera ad corpus.Gratia,ad amicos, & ad populum refertur. Diligentia,tam ad corpus,quàm ad animum.

HVBER. Ago cum populo

Intercedo.

¶ AVTHORITAS,ea erat,aut paulopoſt Cic.ne rex omnino reſtitueretur.Cato.& Cani.Duo Trib. pl. Pom. ſtudioſiſſimi,neq;.n.eſt ille Cato Vticenſis ſecundus,ſed ab hoc longe diuerſus.

IO.BE.V.

¶ AVTHORITAS ſenatus grauiſsima.i,maximi pondęris,& uigoris,quia ſanctiſſima,interceſſit.i.interpoſita eſt,& addita,iis rebus.ſ.ne quid cũ populo agatur,pridie.i.die ante,q̃ ſcripſi hæc.cui.ſ.authoritati,& approbationi ſenatus,cum Cato,& Caninius interceſſiſſent.i.ſuã authoritatẽ ad impediendũ interpoſuiſſent,& ita obſtitiſſent.tamẽ.i.nihilominus.ipſa eſt præſcripta.i.in rem iudicatã.& ut Galli dicũt,in areſtã tranſacta, hoc eſt irrefragabiliter ratificata.Videri poſſit mirũ,quod Cicero uno uerbo in eadem fere clauſula tam diuerſè utatur,nam ſenatus interceſſit.i.approbauit.& Cato interceſſit.i.impedire uoluit.uerum intercedere unũm ſignificat,id uidelicet quod partes componentes,ſed animus intercedentiũ diuerſitatem facit,nam authoritas ſenatus interceſſit,pmulgationi legis,ut ratificaret.Catonis,ut refelleret,nõ ergo dicã iuterceſſit.i. approbauit,ſed intercedendo approbauit & cæte.Ego arbitror eam authoritatem ſenatus, aut legem præſcriptam eſſe miſſam ad te. Ego ſcribam ad te de cæteris rebus,quicquid erit actum. & prouideboid eſt proſpiciam, omni cura mea, opera.i.labore, diligentia,& gratia,ut.i.cæteræ res agantur quàm rectiſsimè.i.ualdè decenter. Pulchra eſt auxeſis in iis uocabulis,cura, opera,diligentia,gratia.nam multi curãt per alios,nec quisq̃ fere operã cura adhibet,nec diligentiam ſine opera, nec gratiam impartit ſine diligentia, qui.n. gratia ſua aliquid facit quicquid p ſe, aut per alios põt,facit.San e licet inepte dixeris puer erit percuſſus ꝓ percutietur,non tamen inepte dixit,quicquid actũ,erit non quicquid agetur nõ enim dum agẽtur,ſed dũ acta erunt, ſcribẽda cenſet.

ASCEN. Or

commendatoria. 3. Epist.

M.T.C.Létulo Proconsuli. S.P. 3.

HVBER. AVlo Trebonio. Trebonius cum sub Cæsare in Gallia militans multa incommoda,& dispendia contraxisset reparandę rei familiaris gratia in Ciliciam ad negociationem.i. mercaturam nauigauit, ubi cum Titi Appii Procōsulis benignitate multis immunitatesuis negociis impetrasset,ne âpublicanis,aut aliis quibuslibet uexaretur,cum postea Len.Appio successisset.Cic.ipsum ei commendat,ut quod Titus Appius de eius rebus decreuit, ipse omnino cōprobet, & prestet ostenditq; iustam esse sibi causam commendandi hunc hominem propter ueterem familiaritatem, quę sibi cum eo fuit.deinde quid in prouincia Cilicia omnibus prouincialibus semper gratissimus fuit,& pter eius uirtutum claritudinem,& propter commendationem ipsius Cic.& cæterorum amicorum; sed nunc maximè confidere,se fore Len.gratissimum,a quo sciret Ciceronem maximè a mari

¶ Tertiæ epistolæ argumentum.

IO.BE.V. IN epistolis commendatiis hæc fer mè sunt,quæ obserues, ut prius commēdationis allēges iustissimas causas. Tum quid nam id sit,quod petas, breui,& dilucidè explices. Postremò uel illum bñficii semper memorem uel te perpetuò debiturum polliceare. Sunt autē epistolæ in hoc gñe uulgaris cuiusdam notæ. sunt aliæ rursus optimæ,prout uel beneuolentia maior uel commendationis honestior causa uideatur. Ducuntur autē illæ causæ uel a maiorum uetustissimo necessitudinis uinculo,uel ab ea,quam cum illo contraxeris pridem beneuolentia,uel ab ipsius,quem commendes personę dignitate, & probitate, uel ab alterius tibi amicissimi,qui rem abs te pro amico, cui negare nequaq̄ potueris, exposcerit.Sed & ad rei ipsius explicationem ualet non parum honestas causæ, magnitudo,periculum in re magnum,summa utilitas,quam se consecuturū speret.Sed & si qui ante in re illa idē senserint,quod petas non parum proderit,neq; non ualet,& id plurimum ad demerēdum causæ tuæ fauorem,quod in calce addas uirum optimum,grauissimum esse,semper bñficii memorē,semper illum cum tota familia debiturum.Te uero nunq̄ bñficii obliuisci posse.Is uero Treboni9 Treboniꝰ est,qui in Galliis sub Cæsare militans cum eo semper usque ad belli ciuilis exitum fuit,quiq; inter huius bellii initia a Cæsare ad oppugnationem Massiliæ prefectus est. Tandem in Cæsarem conspirans, inter Cæsaris conspiratores unus, cum Asiæ præesset post Cæsaris necem primus omnium coniuratorum a Dolobella consule interficitur,capta insidiis Smyrna,ipsoq; adhuc dormiente capto,Sed & eius caput in modum pilæ affixum a militibus Cæsarianis iactatum est,quoad contusum contritumq; fuerit.

ASCEN. AVlo Trebónio &c.Hæc epistola commendatitia in quibusdam exemplaribus ad finem præcedentis ascripta est,in seorsum posita,quæ sequi málui,eo ꝙ uerisimilius est eam Trebónio ad perferendam eam,quando uelit trāditam.Miro stúdio, & aptissimis uerbis licèt páucis hóminem commendat,ita ut púeris sit penitùs ediscenda hæc epistola,& pro exemplári habenda.In cuius princípio animaduertant non ridículum esse,quod Séruius dixit per accusatiuum témporis cōtínui præsertim honestiórem esse locutiónem, nā Cic.ita ferè locūtus est,ut multos annos,tot &c.quod nūc quasi necessáriū erat,eo ꝙ alter ablatiuus adest.

Ordo Ordo est.Ego utor ualdè familiariter multos annos,quasi dicat & sum usus iam multos annos Aulo Trebonio,qui habet in tua prouincia.s.Cilicia,quę tibi proconsuli decreta est,negócia,ut sū t mercaturę, magna id est magnæ impensæ,& ampla.i. honorifica, & expedita,id est nō implícita lítibus, aut obnoxia publicanis.

Trebonius & Dolobella interę Is cùm anteà,& suo splendore,& nostra cæterorūq; amicorū cōmendatione gratissimus in prouincia semper fuit: tùm hoc tempore ꝓpter tuū in me amorem, nostrāq; necessitudinē uehementer cōfidit his nostris literis se apud te gratio-

Magnus amplus sum fore. Quæ ne spes eum fallat uehementèr te rogo,commendoq; tibi eius ómnia negócia, líberos, procuratóres, famíliam. Imprimisq;,vt quæ *Titꝰ Appius de eius re decreuerit, ea cōprobes Omnibusq; rebus eū ita tractes, vt intelligat nostram commendationem nōvulgarem fuisse. Vale.

quæ

¶ T. Ampius. Multis locis ut his epistolis,ubi erat Appius AMPIVS repositimus,ut penúltima nostra in librum ad C. Memmium castigatióne docuímus. Secūti autem sumus ueterum códicum fidem. Manútius postea argumento non insulsè excogitáto, antíquam scriptúram confirmâuit. Delector autem plurimùm, cum uídeo áliquos nouis ratiónibus ueteres animaduersiónes meas comprobâre. *PETRI VICTO. CASTI.

narratoria Epist.

M.T.C.Len.procōsuli.S.D. 4.

17. January

HVBER. AD.XVI.Cal.Februa.Edocet Cicero Lent. ꝙ cùm esset in senatu pro causa Lentu.magno honore, quia deiecerat sententiam Bibuli, uariis cauillationibus & cōtentionibus res distracta est ut nō potuerit concludi,cum in tanta uarietate sentētiarum uideretur esse obtenturus causam,& declarat quos habuerit amicos,quos aduersarios,ostenditq; senatum haberi non posse per totum Feb.per legem Pupiam, & fictā esse quandam interpretationem ab inimicis Lent. tam non ut impediretur Lentu.ab hac reductione,quàm ne quis uellet cum imperio proficisci in Aegyptum, postremò se prouidisse ne quid posset fieri aduersus Len. saluis aut legibus,aut auspiciis,neque tantùm pro Lentulo efficere posse, etiam si uitam pro eo profunderet, ut posset minimæ parti beneficiorum Lentuli erga se satisfacere,facturum tamen,nisi fiat sibi uiolentia,ut obtineat amplitudinem, & dignitatem ipsius Lentuli. Ad XVI.Cal. subanditur, ante Calendas inclusiue tamen, ut dies Calendas etiam intelligatur. Cum sta.nam dicentes stabant. Pulcherrimè,cū maximo honore. Quod,quia. Fregeramus,deieceramus, uiceramus. Vnū certamen,id est solum,scilicet sententia Volca.frangenda:quia uolebat,ut Pompeius reduceret. Extracta,distracta,producta,in aliud tempus dilata. Variis calumniis,uariis cauillationibus,uel falsis criminibus.

¶ Argumentum quartæ Epistolæ.

IO. BE. V. QVAE sextodecimo Calē.Februarias in senatu sint acta docet.Nam post Bíbuli sententiam pridiè a se infractam,cum óptimam de re speràret,nihil per Volcatium tandem potuisse cònfici. Hic Curionis acerbitatem,Bibuli quandam penè æquitatem, Caninii, Catonisque iniquitatem fuisset, Comitiales postea dies secutos,qui lege Pupia diffiniti erant.Ad inuidis mentionem religionis ea tamen de causa inductā, ne cui restitutionis regiæ prætextu exercitus decerneretur,ipsius dignitatem hactenꝰ inoffensam, quòd si qui aduersarii fuerint,se enixissimè curaturum,ne quid saluis legibus illi audeant, ut tamen interim nihil, aut de summo suo studio aut industria remittat, neque enim se diffidere dummodò uis absit, facilè sibi omnia ex animi sententia cessura.

ASCEN. Or comitium Ordo. AD.XVI.Cal.&c.Protestâtur se uiriliter pro Léntuli dignitáte certasse, parùm tamen obtinuisse ob quorundam iniúriam. Stare dícitur orátor, & actor,dum ea quæ orat, aut agit placent. Comitia sunt dies & loca quibus & ad quæ coit pópulus ad creandos nouos magistrátus, aut ad res graues decernendas. Ordo est. Cum nos stārémus pulchérrimè,id est cum áctio nostra placéret & prósperа esset in senátu. ad,id est circiter sextodecimo Calendas,id est ante Calen.Februárias,quòd id est quia nos fregerâmus, id est abrogauerâmus pridiè scilicèt eius diei, id est die eum diem præcedente, illam scilicèt notam & sæpe dictam sententiam Bíbuli de tribus legátis,scilicèt pro rege sine exércitu mittendis,& unum certamen esset relictum, uidélicèt sententiā Volcatii,res est extracta, scilicèt é manibus nostris ab aduersáriis, uáriis calúmniis, id est iniquis cauillatiónibus.

¶ TRANSFEREBANT aliò à te id est tibi eripiebant & alium conferebant. Causam regiam reductionem regis. Acerbum aduersarium Bibulum, cuius pridie sententiam fregerat Cice.Ante comitia, quia post duodecim Calen.Februa.sequebantur comitia quibus populus congregabatur,& multa per se agere poterat seorsum à senatu qui propter dies comitiales haberi non poterat usque ad Calē.Mart. comitiales autem dies uocabant,ut uoluit Festus,cum in comitio conueniebant,qui locus à coeundo dictus est,quasi coitium. Comitiis uero rogabatur populus de rebus decernendis:unde à Rogatio dicta est secundum Festum cum populus consulitur de uno pluribus ue hominibus,& de una pluribus ue rebus,de quibus omnibus sentiatur,& rogare est populū consulere uel petere ab eo,ut id sciat quod ferat,ut Atreio capitioni placet,apud Aulū Gellium rogatio est cum aliquod statuitur, siue plebs siue populus agat.Lex est generale iussum,rogante magistratu.Cato igitur & Canini trib.ple.uolebāt iis comitialibus diebus,ut rogationes & leges populi,aut confirmarentur à senatu,aut reiicerentur, neq; legem ullam promulgare uolebant ante comitia cōsularia quæ erant futura Cal.Mar.uolebāt enim rogationes populi olim intermissas iis diebus aut perfici aut reiici, qđ Cice.alibi HVBER. Dies comitiales Comitiū * Rogatio Lex Cato et Caninius tribuni

Cáusam enim frequéti senátu in magna uarietáte, magnáq; inuídia eorū,qui à te cáusam régiam aliò trāsferebāt,obtinebāmus. Eo die acerbū habúimus Curiónem,Bíbulū multò iustiórē, penè etiam amícū. Canínius & Cato negārunt se le-

Bi ad Qu

Universidad de Deusto Biblioteca

ad Quint. fratrem ſcribens iis uerbis ſignificat. Itaque Cato concionatus eſt ſe comitia haberi non ſciturum, ſi ſibi cum populo dies eſſent exempti: lege enim Pupia ita erat decretum ut iis diebus fierent tantum comitia populi, neque ſenatus nullo pacto haberi poſsit, quam rem in calumniam legis Pupiæ ſcribens Cic. alibi iis uerbis notat, Appius interpretatur nõ impediri ſe lege Pupia, quo minus habêret ſenatum, & quod Sabina ſancitum ſit cogi à Cal. Feb. uſq; ad Cal. Mar. ſenatum quotidie legatis dari, & idem Cic. ad Qu. fratrem ſcribens exponit hos dies appellatos comitiales iis uerbis. Reliqua, cùm eſſet in ſenatu contentio. Lentu. ne an. Pomp. reduceret, obtinere cauſam Lent. uidebatur, res calumniâ extracta eſt per obtrectatores Lẽtuli, cũ ſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non poterat. Se eſſe laturos ullam legem, de cauſa regia. Ante con. ſ. conſularia, quæ uſq; ad Cal. Mar. differebantur per legẽ Pupiam, uſq; ad quod tempus eâdem lege ſenatus haberi non poterat, ut dictũ eſt. Id quod ſcis, id eſt quod ſcis. Niſi perfectis, expeditis, aut reiectis in aliud tempus reſeruatis, quia toto eo menſe dabaẽ ſenatus quotidie ſolis legationibus, non aliis cauſis. Fictę re. id eſt falſæ, ſcilicet poſſe & debere regem reduci cum exercitu. Non tam ut impedirent te, qui non haberes exercitum. Alexandriam, urbem Aegypti: unde Ptolomæus Auletes fuerat exactus, ut diximus in argumento. Habitam eſſe rationem, id eſt reſpectum. Quo minus, ut non. Fieret diſceſsio, ſenatuſconſul. ut ſupra dictũ eſt. *Alexandria* *quominus*

Per aduer. i. ab aduerſariis. Qui nunc Po. Ro. nomine re autem uera ſceleratiſſimo latrocinio, qui nunc ſub ſpecie tuendi Po. Ro. ſed re uera, ut tibi noceant ſi tentabunt aliqua facere, prouîdi ne poſsint facere, quin faciant contra leges & auſpicia, & quin faciant tibi uiolentiam. Studio, uoluntate, uel officio erga te. De iniuria nonnullorum, quorũdam tibi illata. Quid enim ratio prioris propoſitionis. Oſtentem, iactẽ, Profundam, ponam, impendam. Aſſecutus. i. adæquaſſe uel attigiſſe. Aut de aliorum iniu. querar. ratio ſecũdæ propoſitionis, Quod. ſ. queri de iniuriis in te illatis. Imbecillitate. i. inconſtantia uel timiditate.

gem ullam ante comítia eſſe latûros. Senátus habêri ante. Cal. Februárii per legem Púpiam, id quod ſcis, non poteſt, neq; mẽſe Februário toto, niſi perfectis aut reiectis legatiónibus. Hæc tamen eſt opínio Pópuli Ro. à tuis ínuidis atque obtrectatóribus nomen inductum fictæ religiónis, non tam ut te impedîrent q̃ ut ne quis propter exércitus cupiditátem Alexandrîam vellet ire. Dignitátis autem tuæ nemo eſt quin exíſtimet hábitam eſſe ratiónem ab ſenátu. Nemo eſt enim qui néſciat quo minùs diſcéſſio fieret, per aduerſários tuos eſſe factũ. Qui nunc Po. Ro. nómine, re autem uera ſceleratíſsimo latrocínio, ſi qua conabantur ágere, ſatis prouîſum eſt, vt ne quid ſaluis auſpíciis aut légibus, aut iam ſine vi ágere poſsint. Ego neq; de meo ſtúdio neque de nonnullórum iniúria ſcribendum mihi eſſe árbitror. Quid enim aut oſtentem, qui ſi vitam pro tua dignitáte profundam, nullam partẽ vídear tuórum meritórũ aſſecûtus? aut de aliórum iniúriis quærar? qđ ſine ſummo dolóre fácere non poſſum. *Ego tibi in hac præſertĩ imbecillitáte magiſtrátuũ,

Io.BE.V. Varietas Curio Acerbus ✤VARIETATE, hæc de coloribus propriè dicitur. Acerbum Curionẽ, à pomis immaturis ſumpta tranſlatio quæ minimè grati ſaporis ſunt. Hunc ego filium puto, qui multum eloquentia per ea tempora ualuit, & cum in tribunatu primùm Cæſari aduerſaretur, mox auro Cæſaris, & Gallicis captis ſpoliis in Cæſarianas partes tranſiit. Vir audax & acer, præcipuáque ciuilis belli fax. Quippe qui ſimulato metu cum Roma. profugiſſet ad Cæſarem dicẽtem tunc ad Rubiconem in caſtra uenerit, illúmque ad bellum quàm primum patriæ inferendum adhortatus ſit. Miſſus poſtmodum à Cæſare in Africam, dum audacius quàm cautius bellum gerit, in inſidias à Sabura præcipitatus cum toto penè exercitu internitione occiditur. Ad hunc ſunt Ciceronis epiſtolæ libro ſecũdo. de eo Lucanus ſic libro tertio cecinit Haud alium tanta ciuem tulit indole Roma. Aut cui plus leges deberent recta ſequenti. Sed & Cicero in libro de claris oratoribus hæc de Curione Curio ſi diutius uixiſſet, magnam eſſet eloquentiæ laudem conſecutus, huius enim dictio in eo quod uериſimile uiſum eſſet: facilis, ſoluta, acutæ, & crebræ ſententiæ, ut nihil ornatius, nihil expeditius eſſe poſſet, is ſi me audire uoluiſſet, honores quàm opes conſequi maluiſſet. Et paulopoſt. Huic inerat ſine arrogantia grauitas, ſine ſegnitie uerecundia, ſed illum æſtus quidam inſolitæ adoleſcentibus gloriæ abſorbuit, qui quia miles imperatori nauarat operam, imperatorem ſe ſtatim eſſe cupiebat. Hic Cicero. Hæc ille eſt, qui duplicia illa theatra, quæ in amphitheatri formam duceret portẽtuoſum planè opus lineâ conſtruxit, quibus Roma. Pop. ueluti authoratum circunduceret, ut uideri poſſit uniuerſum Romanum Popu. fùnebri patris munere ad eius tùmulum depugnaſſe. Plin. ſeptimo, tres perpetua ſerie Curiones oratores facit auum, ſcilicet patrem & filium. Sed pater nullis literis, nulla memoria, nulla liberalium artium cognitione domeſtico tantum quodam loquendi uſu tertius poſt Craſſum & Antoniũ orator numerabatur. Sed & Curiones dicti miniſtri theatrales quorum uoce aliquid populo uulgaretur. Vnde Rufinus in Euſebii interpretatione Polycarpum per Curionem pronunciari placuit Chriſtianum eſſe. Et Martialis ſcripta noſtra Curione non egent. Plautus præterea in fabula aulularia Curionem pro curioſo, nunc pro Macro, quaſi curis confecto accipit, Author Nonius, & Feſtus. Varro quoque principes Curiarum Curiones dictos ſcribit. Februario menſe erat enim hic menſis legationibus audiendis attributus. Studio uehemens animi applicatio ad aliquid peragendũ. Fabius. Præſtare uerbũ iuriſconſultorum, hic autem epiſtolæ finis totus moratus eſt, hac enim parte Cicero gratiſsimum ſuum erga Lentulum probat animum, qui ſi uitam ipſam profunderet, nullam meritorum Lentuli erga ſe partem ſibi conſecutus eſſe uideatur. *Tres Curiones oratores* *Studio*

ASCEN. ✤ENIM. i. quia nos obtinebâmus cáuſam, ſcilicèt tuam ſupple in frequenti ſenátu, & magna uarietáte. ſ. ſen-

tentiárum

tentiárum à diuerſis legatárum, & magna inuídia. i. ódio eorum. Qui transferêbant cáuſam ŕegiam à te aliò. ſ. ad alium, utpotè ad Pompéium. Nos habúimus Curiónẽ, ſcilicet cauſídicum qui poſteà Cæſari adhæſit, acerbum, id eſt acrem aduerſárium, & habúimus Bíbulum iuſtiórem. i. æquiórem multò, & penè etiam amícum. Canínius & Cato, qui intercéſſerant, ne lex ferrêtur, ne ad pópulũ res referrêtur, negârunt ſe eſſe latûros ullam legem ante comítia. i. prius quàm pópulus conueníret ad magiſtrátus eligendos. Senátus. i. ut dicunt conſiſtorium, cúria ſenatórum, non poteſt habêri ante Cal. Feb. per legem Púppiam, quę cauet ut tantiſpèr dum Comítia fierent, ſenátus non haberêtur, id quod, id eſt quam rem tu ſcis, non enim recens erat ea lex. Neq; ſenátus poteſt habêri toto menſe Februar. niſi legatiónib⁹ perfectis, id eſt determinâtis, aut reiectis. i. poſthábitis, ita ut non placêret de eis quicquam agi: tamen. i. nihilóminùs, hæc eſt opínio P. Ro. nomen. i. mentiónem religiónis fictæ. i. ſimulâtæ, cum tamen uerum eſſet ita cármine Sibyllíno cauêre, ſed pótuit pópulus falſò opinâri id ab æmulis fictum inductum ſup. eſſe ab ínuidis & obtrectatóribus tuis, hoc eſt, quos ínuidos & detractóres habes, ac pâteris. ſed ſic Valla tui dicendum præcíperet, non tam. i. non tantoperè eâ cáuſâ, ut impedîrent te, q̃. i. quantoperè, ut ne quis uellet ire Alexandriã. i. ad régiã urbẽ Aegypti, propter cupiditátem exércitus. i. quia uidêbant exércitum tam cúpidũ eius profectiónis, aut quia cupiêbant exércitũ. Autem. i. ſed, nemo eſt quin exíſtimet ratiónẽ. i. reſpectũ honorífícũ tuę dignitátis eſſe hábitã ab ſenátu. enim qa nemo eſt qui néſciat factũ eſſe per aduerſários tuos, quo minùs. i. ut nõ fieret diſcéſſio: i. látio ſentẽtiæ cógnitis iudicis ſenátus per diſceſſiónem ad ſuæ cuiuſq; opiniónis authórẽ factã. Nũc. i. deincèps, ſi. ſ. æmuli tui conabũtur ágere qua. i. áliqua noĩe Po. Ro. i. ſub p̃textu referẽdi ad pópulũ, eo ꝙ ſenátũ tibi fauentẽ uidẽt. Autẽ. i. ſed, re uera. i. nõ ſimulâta latrocínio ſceleratíſsimo, qa per largitiónẽ corrupti fas & nefas uenále habent, ſatis eſt prouîſum. ſ. per authoritátem ſenátus, ut ne quid poſsint ágere. Vacat ut quid, ſæpè apud Ciceronẽ ſic repéries. ſ. cum pópulo auſpiciis ſaluis. i. auſpicátu aut légibus ſaluis, aut iam poſtquã auſpícia & leges refragantur, ſine ui. i. uiolẽntia, quæ áctio nulla foret. Ego neq; árbitror ſcribendũ eſſe mihi, neq; de ſtúdio meo: ſ. in te neq; de iniúria nonnullórum. i. quorundã. Enim. i. quia, quid. i. ad quid, aut oſtentem me. i. iactem offíciũ meũ in te, qui ſi profundã. i. abundè expônam, uitam. ſ. meam pro dignitáte tua, nullam. i. non ullam, non uídear, aſſecûtus. i. æquiparaſſe ullam partem meritórum tuórum. ſ. in me. Aut quid querar. i. conquêrar de iniuriis aliórum, quod. i. quam rem non poſſum fácere ſine ſummo dolóre? q. d. fruſtra. *Curio.* *Senatus. Conſiſtorium Curia.* *Alexandria* *Iudiciis*

✤EGO tibi à ui. Ipſi ut nunc legitur emendauimus: pręter enim antiquorũ códicum fidẽ uerba quæ ſequũtur ita legi uidere oſtendũt, VI EXCEPTA. Vis autẽ non tantum à Tribb. Pl. fieri poterat, ſed etiam à priuatis hominibus. Id autẽ per ſe planum eſt, & à Cicerone declaratur, cum inquit, ad Q. Fratrẽ de Clodio, Qui **PETRI VICTO. CASTI.*

præſtare nihil poſſum, at ea excepta poſſum confirmare te, & Senatus, & Po. Roma. ſummo ſtudio, amplitudinem tuam retenturum. Vale.

Ex. iiii. Epiſtola. In antiquiori

Cum in ſenatu pulcherrimè extarem⁹. Res ab aduerſariis noſtris exagitata eſt uariis calumniis. Canini⁹ & Cato negauerũt ſe legẽ illã ante comitia eſſe laturos. Senat⁹ ante Cal. Februarii, per legẽ Puppiã, id qđ ſcis haberi nõ poteſt, neq; mẽſe Eebruario toto. Dignitatis autẽ tuæ nemo eſt qui æſtimet rationẽ eſſe habitam ab ſenatu. Si quæ conabunẽ agere, ſatis eſt improuiſum mihi. Qui ſi uitam pro tua dignitate profundã, nullam partẽ tuorum meritorum uidear aſſecut⁹. Niſi ut hac re excepta poſſum cõfirmare te.

etiam priuatus eandem manu poterit conciones concitare. Veriúſque uis appellari poteſt, quæ à priuatis fit, q̃ quæ à magiſtratu. Qui enim publicã perſonam gerunt, quamuis contra leges faciant, rectè tamen atq; ordine ſe illa facere multis perſuadent, quod Cicero etiã paulò ſupra declarat, cum inquit, Qui nunc Populi R. nomine, re autem uera, ſceleratiſsimo latrocinio.

✤PRAESTARE, efficere. Excepta ui. i. uiolentia, id eſt, niſi fiat nobis uiolentia. Poſſum tibi affirmare, quod defendemus. Amplitudinem tuam, id eſt dignitatem. Summo ſtudio, ſummo fauore. Retenturum, ſeruaturum. *HVBER.*

✤EGO nihil poſſum præſtâre. i. exhibêre & effícere tibi in hac imbecillitáte magiſtrátuum. i. in qua magiſtrátus ferè corrupti ſunt, at, id eſt, ſed, ea. i. imbecillitáte magiſtrátuum excepta, poſſum confirmâre. i. certificâre, te retentûrum tuam dignitátem ſummo ſtúdio & Senát⁹ & Po. Ro. i. tam ſenátus, quàm Po. Ro. *ASCEN.*

M.T.C. Len. Proconſuli. S.D. Epist. 5.

T Ametſi mihi nihil fuit optátius, quã vt primùm abs te ipſo, deidè à cæteris ómnibus, quàm gratíſsimus erga te eſſe cognóſcerer, tamen affícior ſummo dolóre eiúſmodi tẽpora poſt tuam profectiónem conſecûta eſſe, vt & meam & cæterórum erga te fidem & beneuoléntiã abſens experirêre.

T Ametſi, reſpondens Cic. Len. qui ei gratias egerat, ꝙ diligẽter & fideliter eius cauſam tueretur, dicit ſe dolore affici eiuſmodi accidiſſe neceſſitatem temporũ, ùt Len. cogatur nunc fidẽ & beneuolentiam Cice. & cæterorum amicorũ in dignitate ſua experiri, licèt ſemper optauerit ſe gratiſsimũ cognoſci poſſe erga ipſum Lentulum, & quod ipſe Lent. in abſentia experiatur eandem eſſe hóminũ fidẽ in dignitáte ſua, quæ fuerit olim in ſalute ipſius Cice. deinde ſubdit fauores, quos habêret pro Léntulo impedîtos eſſe ſubita & nefária promulgatióne Catónis, qui legem ad pópulum túlerat, ut prouíncia abrogarêtur Lẽtulo, nam iis qui dicunt Catónem promulgaſſe legem de prorogauda prouíncia Cæſari in álterum quinquénnium, & ei dandũ ſtipéndiũ, nõ facilè aſſéntior, cum Plutar. in uita Cæſaris & Catónis longè alitèr dicat, neq; Catónẽ unquã addûci potuiſſe, ut id ſentîret, poſteà uero declarat Cic. quid ſperet poſſe fieri de cauſa Alexãdrina, hortatúrq; Len. ut ſi hanc reductiónẽ obtinêre non poſsit, pro ſapientia magnitudinéq; animi ſui, exiſtimet dignitatẽ ſuã nõ in hac reductione, ſed in uirtute, clariſq; rebus geſtis eſſe poſitã: ſe aũt uſurũ omni diligẽtia, adhibiturúmq; ſociũ cõſiliorúmq; oĩm Q. Seliciũ hoĩem prudentẽ, & Lent. amiciſſimũ, atq; de reb⁹ iam p̃tèritis dicit ſe nihil ſcripturũ, ſed de his, quę tantũ putanẽ eſſe futurę itáq; ſignificat Põ. grauitèr accuſatũ à Catóne uidêri depoſuiſſe oĩnò oẽm curã cáuſæ Alexãdrínæ. Dixitq; ſe *HVBER.*

 quibuſ-

Universidad de Deusto Biblioteca

Ordo

Quam
Per
Quã mox
Afficio

quibusdam coniecturis perſpicere q̃ rex ipſe à Lent. reduci optabit, quando quidem uidet ſe non poſſe àſſequi, ut à Pompeio reducatur, ſicut antè cogitauerat, & breuiter de animo quorundam Lent. certiorem reddit & hortatur ipſum ut forti ſit animo. Tametſi. Senſus eſt, & ſi nihil unquam magis optaui quàm ut tu in primis deinde cæteri omnes me gratiſſimum cognoſcerent, tamen doleo ueniſſe tempora poſt tuum diſceſſum, quibus oporteat te abſentem experiri fidem & amorem erga te meum & cæterorum amicorum. Quàm gratiſſimus, ualdè gratus: nam quàm cum ſuperlatiuo iungitur, ſemper auget, ſicut per cum poſitiuo: dicimus tamẽ per quàm gratiſsimus & quàm mox, quod teſte Feſto ſignificat quàm cito. Afficior ſum. do. ſummè doleo. Afficio & ad animum & ad corpus refertur: & quamuis affici malis tantùm conſuetudo præſumpſerit, ut dicit Nonius Mar. tamen & de bonis poſitum eſt, M. T. officiorum lib. i. aliquo honore aut imperio affectos obſeruare & colere debemus: ſignificat autem ſecundum adiuncta, ut afficio locum luce. i. do lucem loco, ut Varro. Coronam ex auro & gemmis fulgentem gerit luce locum afficiens: & afficio lętitia, id eſt do lætitiam, & ſic in reliquis: ut tali uulnere affectus es, id eſt letaliter uulneratus. Eiuſmodi, id eſt talia. Conſecuta eueniſſe, ſucceſſiſſe. Poſt profe. i. poſt tuum diſceſſum, ſcilicet ex urbe Roma. Nam proficiſci quamuis ſignificet omnem motum, tamen maximè de loco dicitur, ut Virg. in. i. Aenei. Hunc lætum Tyriiſque diem, Troiãq; profectis Eſſe uelis.

Proficiſcor

Argumentum quintæ epiſtolæ.

IO. BE. V.

QVANTO ipſe afficiatur dolore, quantáq; moleſtia q̃ abſens ille ſuam cæterorúmq; amicorum expẽriri cogatur fidem, quod & in reſtitutione ſua eueniſſe ſibi, ille uiderit, ſcribit. Tum C. Catonis audaciam nefariámq; promulgationem exortam àdmonet. Quidq; aut ab eo timendum aut regis reſtitutione ſperandum ſit certiorem facit. Adhortatúrq; ut quancunq; ſortem fortuna dederit, magno eam animo erectóq; ferat. Atq; à uirtutibus ſuis præſidium petat. Cum interim & ipſe & Qu. Selicius nihil non tentaturi pro rei cõfectione ſint. Nũcid ſupereſſe ſpei, ut quãdo Pom. populo ſenatúq; libẽtibus iactatus ſit, & perpetua pene Catonis oratione laceratus depoſita plane ab illo cauſa, ad ipſum integra deferatur, quod facilè conſecuturum ſe ſperet dummodo Pomp. cui⁹ tarditatem timeat, placere id ſibi annuerit. Nec uero à Catone interim planè timendum quicquam aut à conſularibus boni ſperandum, Hortenſio Lucullóq; exceptis. Cum alii aut occultè oderint, aut apertè irati ſint. Sed tamen facilè fracta Catonis lenitate, priſtinum honorẽ dignitatémq; conſecuturum non diffidit. Tametſi, epiſtolæ principium moratum.

ASCEN.

TAmetſi &c. Léntulus égerat Ciceróni grátias ob gratum officium in tuenda cáuſa ſua. Cui Cícero nũc reſcribens dicit ſibi dolère ea témpora incidiſſe, ut Léntulus cogâtur experîri fidem & beneuoléntiam ſuórum, & præſertim ipſius Ciceróni erga ſe, docet etiam quòd Cato legem túlerit de prouincia abroganda Léntulo, quam rem Léntulus uerebâtur euentûram. De rege autem reducendo per Léntulum dicit ſe bene ſperâre cum uideâtur rex ipſe id uelle, Ordo eſt. Tametſi. i. quanquã nihil fuit mihi optátius quàm ut cognóſceret eſſe quàm gratiſſimus. i. ualdè gratus erga te, primùm abs te ipſo, deindè à cæteris ómnibus. Tamen ego afficior ſummo dolóre, id eſt ſummè dóleo, ea témpora conſecúta eſſe poſt tuam profectiónem. i. ábitum ab urbe, ut abſens experiré. i. cogerêris experîri, &. i. ſimùl meam, &. i. ſimùl cæterórum fidem. i. fidelitátem & beneuoléntiam ergate.

HVBER.

IOTE autem. Senſus & ordo eſt. Intellêxi ex tuis líteris ſentíre & cognóſcere eandem eſſe fidem hóminũ in tua dignitáte, quã ego expertus ſum in ſalúte mea, q̃a multi quos tibi fidos putâbas, ſic te nunc deſeruêrunt, ſicut olim me cùm in exíliũ miſſus ſum. Eandẽ, talẽ. Quã, id eſt, qualem, nam relatíua ſubſtántiæ ſæpè pro relatíuis accidentis ponuntur non ſum is quem credis. i. talis qualẽ credis. Vidére, cognóſcere, ſenſus enim córporis plerunq; ad ánimum referúntur, ut non uides quátùm erres. i. non cognoſcis. Sentíre, iudicâre, & plus eſt, q̃ uidére. In. t. digni. quia oppugnabátur dignitas Lentu. quam ſibi conſtitúerat in reductióne regis. In mea ſalu. i. uita, quia Cic. in exílium miſſo aqua & igni interdictũ eſt. Niterémur, magnis uíribus laborarémus & agerémus: nam Niti inter ália ſignificat etiã ſuo honóre conâri, ut M. T. Tuſculanárum lib. iiii. Tum illud quod Síſyphus uerſat ſaxum ſudans, nitendo non próficit hilum. Conſilio. i. cogitâtis ratiónibus & prudẽtia. Stúdio, uehementi uoluntáte & diligéntia. Labóre, & re & ópera. Grátia, fauóre & eſt artículus exornátio. Exorta eſt, tranſlatiuè, id eſt repẽtè prolâta & édita eſt. Promulgátio, quia Cato promulgâuit legem dè império Lentu. qui in Ciſcia erat, ábrogando: ut Cic. ad Quint. fratrem ſcribens teſtâtur iis uerbis. Cato legem tulit de império Lent. abrogando, ueſtîtum filius mutâuit. Noſtra ſtud. noſtros fauóres. A minóre cura, ſcilicèt defenſiónis Lentu. id eſtà cura tuendi Lentu. iam refrigerâta. Ad ſummũ timórẽ tradúceret. i. fáceret, ut oẽs ſummè timérẽt fauórẽ Len. In eiúſmodi perturbatiõe rerũ. i. in tali rerũ defenſióne. Quãq̃ oía ſunt metuẽda, q̃a pturbatióne rerũ nemo ſuas res habet tã certas ut poſſit cõfídere. Quã perfídiã. i. ne decipiâmur ab iis, qui fidẽ ꝓmiſérũt, & q̃ ſe noſtros oſtendũt & ꝓfitent. Quomodò, utcunq;, qualitercunq;. Hábeo pol. græcè dixit: ita enî dicit ἔχω πρὸς ταῦτα. i. habeo fácere, & ſic de ſíngulis. i. poſſum polliceri. Tibi abſenti, tuiſq; pũtibus ſatiſfactũrũ, ita futũrũ ut neq; tu abſens à me plus poſſis exígere quàm fácio, neq; tui præſentes. Sed uéreor ne eripiâtur cáuſa régia à nobis aut deſerâtur, oſtendit quod ſéntiat de hac cáuſa, & Lentu. latentèr ſignificat hanc cáuſam non poſſe obtinêri. Eripiâtur à nobis, ut alii detur. Aut deſerâtur, ut omninò per nullum reducâtur rex.

Te uidêre & ſentíre eandem fidem eſſe hóminum in tua dignitáte, quam ego in meam ſalútem ſum expertus, ex tuis líteris intellêxi. Nos cum maximè cõſilio, ſtúdio, labóre, grátia, de cáuſa régia niterêmur, ſubitò exorta eſt Catõis ptomulgátio, quæ noſtra ſtúdia impedíret & ánimos à minóre cura ad ſummum timórẽ tradúceret. Sed tamen in eiúſmodi rerũ perturbatióne, quanquã oía ſunt metuenda, nihil magis q̃ perfídiã timêm⁹, & Catóni (quoquomodo quidẽ ſe res habent) profectò reſiſtêmus. De alexandrîna re, cáuſáq; régia tantũ hábeo pollicêri, me tibi abſenti, tuiſq; præſéntibus cumulatè ſatiſfactũrum. Sed véreor ne aut eripiâtur à nobis régia cáuſa aut deſerâtur, quórum vtrũ min⁹ velim, nõ facilè poſſumexiſtimâre. Sed ſi res coget, eſt quiddam tértiũ, quod neq; Selício nec mihi diſplicêbat, vt neq; iacêre regem paterêmur nec, nobis repugnántibus, ad eũ deferri, ad quem propè iam delâtũ exiſtimâtur. A nobis agẽtur oĩa diligentèr vt neq; ſi q̃d obtinêri potúerit, nõ contẽdâm⁹, nec ſiq̃d nõ obtinuerîmus, repulſi eſſe uideâmur. Tuæ ſapiéntiæ magnitúdinisq; ánimi eſt omnem amplitúdinẽ & dignitátem tuam in uirtúte atq; in rebus geſtis tuis atq; in tua grauitáte póſitã exiſtimâre. Si quid ex his rebus quas tibi fortúna elargíta eſt, nonnullórum hoĩm perfídia detráxerit, id maióri illi fráudi, q̃ tibi futũrũ. A me nullum tẽpus prætermíttitur de tuis rebus & agẽdi & cogitãdi, vtroq; ad oĩa Q. Selício. Neq; in. prudẽtiórem quẽq̃ ex tuis neq; fide maiórẽ eſſe iũdico, neq; amantiórẽ tui. Hîc q̃ agátur, q̃q; acta ſint, ea te ex líteris multórũ & nũciis cognóſcere árbitror.

IQVORVM utrum. i. quod horum duorum. Minus uelim, minus deſyderem. Quiddã tertium. i. unum tertium, nam quiddam cum adiectiuis iungitur, quoddam cum ſubſtantiuis, ut quiddam pulchrum, quoddã animal. Qu. Seli. hic, & ſi non magni nominis uir nõ tamen contemnẽdus, fuit boni cõſilii & Lentulo amicus. HVBER. Quiddã Quoddã

Pateremur. i. ſineremus & permitteremus. Neq; ia. i. neq; deſeri, quo minus reſtitueretur. Nec ad eũ deferri, ſignificat Pompeium. Ad quẽ propè iam delatũ exiſtimatur, ex ſtudio amicorũ Pom. multi iudicabant ferè rem inclinatam eſſe ad Pomp. ut in præcedentibus epiſtolis apparuit. Propè, ferè, eſt enim hoc in loco aduerbium. A nobis agentur omnia diligenter. i. utar omni diligẽtia in cauſa tua, ita tamen ut nõ cõtendamus, ſi nõ poterit obtineri, & ne uideamur repulſi, ſi nõ obtinébimus. Et enim ſi. q. o. potuerit, nõ contenda. eſt enim cõtẽdere de eo quod obtinêri non poſſit & qui nimium contendit de aliqua re, ſi eam nõ óbtinet, uidẽtur repulſus, ideo dicit ſe uſũrũ ea diligentia: ut hoc ſibi non áccidat. ſut aut contendat fruſtrà, aut repulſus uideâtur. Propè Cõtẽdere

Tuæ ſapiéntiæ magnitudiniſq; animi, quaſi deſperans negocium obtineri poſſe conſolatur Lentu. & eum hortatur ut pro ſapientia magnitudinẽq; animi ſui exiſtimet dignitatem ſuam non conſiſtere in hac reductione regia, ſed in bonis animi & præclaris rebus geſtis. Ex iis rebus quas fortuna elargita eſt, honores enim & dignitates & magiſtratus & ſimilia fortunæ ſunt munera.

INEFARIA Catónis promulgátio, quam de abrogando Léntuli imperio tribunus ple. túlerat. Cic. ad Q. fratrem. C. Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando, ueſtîtum filius mutauit. Illud lectorem admonitum uelim hunc eſſe Catonem ab Vticenſi, ſi quidem hic. C. prænomine. ille Marci, quod Cic. in epiſtolis ad Q. fratrẽ oſtendit: nec uero Vticenſis Tribunus hoc eſſe potuit tempore, cum aliquot ante annis cum Metello Trib. Ple. fuiſſet, & in eo magiſtratu conſtantiſſimum uirum egiſſet Ciceronis & C. Antonii cõſulatu. Io. BE. V. C. Cato M. Cato.

Neq; enim prudentiorem: tria tangit, quæ amico conſilium danti neceſſaria ſint, ut uidelicet prudenter res expendat, ſumma fide commiſſam ſibi rem exequatur, ſed & beneuolentiam non exiguam præ ſe ferat. Quid enim uel illius prudentiæ, uel fidei credas: cuius beneuolentiæ diffidas?

IAVTEM, id eſt ſed ego intellêxi ex tuis líteris te uidêre & ſentíre eandem fidem. i. fidelitátem hóminum in tua dignitáte. ſ. ſeruanda, hoc eſt fictam & ſimulâtam, quam ego ſum expertus in mea ſalúte, cum. ſ. inexílio eſſem. Nos cum niterêmur maximè de cáuſa régia. i. reductióne regis, conſilio, ſtúdio, labóre, grátia, in ómnibus uíribus, nefária promulgátio Catónis. ſ. ut tibi prouincia abrogarẽtur: eſt exorta ſubitò, quæ. ſ. promulgátio impedíret ſtúdia noſtra. ſ. quibus nitebâmur tibi reductiónem decerni, & tràdúceret ánimos noſtros à minóre cura. ſ. reductiónis obtinendæ. Ad ſummum timórem. ſ. prouínciæ tibi amittẽdæ: ſed quanquàm ómnia ſunt metuenda in eiúſmodi perturbatióne rerum, tamen nihil timêmus magis quàm perfídiam. ſ. eórum, qui ſe amícos ſímulant, & reſiſtêmus Catóni quo quomodò. i. quomodocunq; res habeat ſeſe. Ego hábeo. i. poſſum tantùm polliceri de re Alexandrîna, & pro. i. cáuſa régia. i. de reductióne regis Alexandriam me ſatiſfactũrum cumulatè. i. abundè, tibi abſenti & tuis præſéntibus. ſ. quantùm tu aúdies & illi uidêbunt. Sed uéreor ne aut cáuſa régia eripiâtur à nobis, aut deſerâtur. ſ. ab ſenátu, & Po. Ro. hoc eſt ne rex aut per álium aut per nullũ reducâtur, quórum. ſ. duórum, utrum ego uelim minus, non poſſum exiſtimâre. i. iudicâre facilè. Sed ſi res coget. ſ. ad hoc deuenîre, eſt quiddam perfúgium tértium, quod neq; diſplicêbat Selício. i. amico tuo neq; mihi, ut neque paterêmur regem iacêre. i. neglectum eſſe, nec nobis repugnántibus. i. quia nos repugnarêmus paterêmus ſup. negócium deférri ad eum ſcilicèt Pompeium, ad quem exiſtimâtur iam eſſe propè, id eſt quaſi delátum. Omnia agentur diligentèr à nobis, ut neque non contendâmus, ſi quid póterit obtinêri, nec ſi quid non obtinuerîmus, nideâmur eſſe repulſi. Eſt, ſcilicèt offícium, tuæ ſapiéntiæ & magnitúdinis ánimi, ſcilicèt tui, exiſtimâre, id eſt iudicâre, omnem amplitúdinem & dignitátem tuam eſſe póſitam, id eſt continêri in uirtúte, ſcilicèt tua, atque in rebus tuis geſtis, atq; in grauitáte tua. ASCEN. C Scilius Selicius

IPERFIDIA, iniquitas, fallacia. Fraudi, pœnæ, periculo. Prætermittitur, relinquitur. Et agendi & cogitandi, aut hiſteron proteron eſt, quia prius cogitâmus, deinde ágimus, aut dicit ſe nõ ſolũ præſtâre amico óperam ſuã in agẽdo, ſed curã & cogitatiõnẽ in cõſulendo & excogitando, quæ ei poſſunt prodeſſe. Facilius enim pro áliquo áliquid ágimus, quã pro eo cogitandi curã ſuſcípimus, quia etiã pro nobis ipſis non niſi de rebus magnis hoc facim⁹. Neq; prudentiorẽ neq; fide maiorem neq; amantiorẽ tui, tria tetigit quę in omni cõſilio ſunt expetẽda, ut à ſapiẽte ſit, à fideli, ab amico, nam ſi unũ horũ deſit, non eſt ſatis tutũ. Hîc. Romæ. Quæq;, duæ partes ſunt. i. & quæ agunt nũc, quæq; acta ſunt ante. Literis & nũciis. His enî duáb⁹ reb⁹ amîci certióres fíeri & poſſunt & ſolẽt, ſi qd eos intellígere opórteat. HVBER. Perfidia

Universidad de Deusto Biblioteca

Conuiciũ Vnde.

¶QVAE autem posita sunt in cõiectura.i.de quibus nõ potest afferri certa probatio, sed possunt aliquibus signis diiudicari. Fore.i.futura. Oportêre,decêre,cõuenire. Postea quàm Pomp.nõ epistola separata à superiori textu: scribit enim quæ sunt in cõiectura.s.Pompeiũ uideri ualdè perturbatũ, postea quàm in senatu est ualdè exagitatus,& à Catone grauissimè obiurgatus,cum ipse Pomp.defenderet Milonem, aduersatúrq; Catoni. Conuicio,conuicium quasi conuociũ dicitur,& est cauillatio & cõtumelia. Iactatus, & quasi agitatus, translatio à procellis. Magno silentio,uel ipsius Pompe.qui non ausus est respondêre,uel melius. Magno silentio.s.audientiũ,& consequẽter magna attentione,ut Cicero lib.iiii.Rhetoricorũ ad Herenniũ, quæ dicit similitudo, qñ magnã populi cõmouerit iis reb⁹ expectationẽ,repẽte silẽtio facto uocẽ emittat acerbissimã &c.

Quæ autem posita sũt in cõiectura, quæ q̃ mihi videntur fore, ea puto tibi a me scribi oportêre. Postea q̃ Põpeius apud populum ad.viii.idus Feb. cum pro Milone diceret,*clamore conuicioq̃ iactat⁹ est in senatuq̃ a Catone asperè & acerbè nimiũ magno silentio est acusatus,vis⁹ est mihi vehementer esse perturbat⁹. Itaq̃ Alexandrina causa, quæ nobis adhuc integra est(nihil enim tibi detraxit senatus,nisi id quod per eandem religionem dari alteri non potest) videtur ab illo planè esse deposita. Nunc id speram⁹,idq̃ molimur,vt cũ rex intelligat sese id quod cogitabat,vt a Põpeio reducatur,assequi non posse,& nisi p te sit restitutus, desertum se atq̃ abiectum fore proficiscatur ad te. Quod si, vlla dubitatione, si Pompeius paulo modo ostenderit sibi placere, faciet.

Exãdrina sa

Integra res

Parẽthesis

Alexãdrina causa.i.causa Ptolomæi Alexãdrini. Quæ adhuc est nobis integra.i. de qua nihil aliud adhuc est constitutũ,uel quæ est in priore & solito statu.Nam integra res dicitur,de qua nihil est immutatũ.Detraxit,diminuit,immutauit,abstulit. Per religionẽ.i.per Sibyllinam sententiã. Nihil enim usq; ad,uidetur Parẽthesis ideſt interpositio sentẽtiæ,quæ tamẽ saluo sensu posset omitti. Videtur esse de.derelicta,omissa. Ab illo,scilicet Pom. Nunc.s.deposita, hac causa Pom. Molimur, enitimur, & magno conatu facimus uel meditamur.

Vt cum rex. Ptolomæus. Intelligat se non posse assequi, se non posse obtinêre. Quod co.s.ut à Pompeio reduceretur. Proficiscatur, ueniat. At te,ut eum ducas. Desertum,derelictum. Atq; abiectum, comtemptum. Fore,futurum. Quod,quã rem.s.ut ad te proficiscatur. Faciet.s.ipse rex. Si modo, tantummodo. Placere sibi.i.se uelle sibi gratum esse.

IO. BE. V.

¶ELARGITA mire admodum hoc uerbo rem expressit.Cõiectura, σοχασμὸν Græci appellãt.Postq̃ Põ. locus hic tot⁹ exactis eorũ tẽporũ ab historia petẽdus. Plutarchus igit in Põpeio est author. Qd̃ cum Põpeius causam pro quodã diceret.Milonẽ(ut arbitror,intelligens Clodius sui similib⁹ stipatus in altiorẽ se locũ receperit, ibiq; aduocata populi concione sic rogasse ait. Quis imperator impudicitia laboratur,Quis uir uirum, quis uno digito scalpit caput? succlamatũ uero ad singula Pompeiũ illũ esse,Et paulo post,tristabat uero magss ille q̃ senatus Clodii facto mirificè delectari uisus est.Dum desertum Cicero illi exprobrare studet. Cicero quoq; ad Qu. fratrem lib.iii. scribens hunc epistolæ locum subobscurum alioqui iis uerbis apertiorem facit,Pompeium à Clodianis in concione conuiciis & maledictis laceratum,Clodium à Pompeianis, quo illi parem referrent gratiam magnis clamoribus exceptũ uersq; obscenissimos in Clodium Clodiamq; dictos. Addit præterea q̃ ex Plutarcho pauloantè recitauimus ab operib⁹ Clodianis factum,sed paulopost habito senatu ad Apollinis decretum esse factum,ut quæ ad sextum idus Februa.facta essent,contra rempub.facta essent,eo quoq; C.Catonem uehementer in Pompe. inuectum, Põpeiúmq; ab illo tanquã in reum perpetua oratione accusatũ, ubi multa de Ciceronis dixerit laudibus cũ perfidiam Pompe.exprobraret.Magno audiẽtium assensu & silentio,quare aut hic quoq;.V I. idus aut ibi ad. VIII.legendum puto.Asconius in Milonianã in hęc uerba.Pomp. tamen cum defenderet Milonem apud populum de ui accusante Clodio obstitit, & ut legimus apud Tyronẽ Cic. libertũ quarto de uita eius oppressum à Clodio Lent. Cæcilium prætorem constat. Nisi id quod per eandem religionem dari alteri non potest. Hoc uidelicet est ne quis cum multitudine aut exercitu regẽ reduceret. Cic. ad Qu. factũ est senatus cõsultum cum multitudine eum reduci periculosum reip.uideri.

ASCEN.

¶SI nonnullorum.s.quorundam hominum,ut Catonis & Pompeii,perfidia, detraxit tibi quid.i. aliquid ex iis rebus,quas fortuna est elargita tibi.i.ex honoribus & dignitatibus externis,aut prudentiæ tuæ est existimare,id futurum sup.esse maiori fraudi.i.detrimento illis.s. perfidis quàm tibi. Nullum tempus & agendi & cogitandi de tuis rebus prætermittitur à me, & utor ad omnia Quinto Selicio. Neq; enim iudico quenquam ex tuis prudentiorem sup.eo.nec maiorem.i.præstantiorem fide.i.fidelitate, neq; amantiorem tui.i. qui te magis amet. Hic &c.In multis exemplaribus principiũ est alterius epistolæ & ita potius quàm cum superiore legatur. Ego arbitror te cognoscere literis multorũ & nuntiis quæ agant,quæq;.i.quæ & acta sint,hic.i. Romæ autem.i.sed,ego puto oportere ea scribi à me tibi,quæ posita sunt in coniectura,quæq;.i.& quæ uidentur mihi fore.i.futura esse.Postea quàm Pompeius cum diceret.s. causam pro Milone.s.homicida, apud populum ad octauum idus Februarias, iactatus est.i. ferè exagitatus est clamore & conuitio.s. populi.s. non admittentis eius orationem,accusatus est quoq;.i.etiam in senatu,à Catone acerbè & silentio nimium magno, quod signũ erat Catonem accusando Pompeio senatui placêre. Pompeius sup.uisus est mihi esse perturbatus uehementer. Itaq; causa Alexandrina,quæ est nobis adhuc integra.Enim.i.quia senatus nihil detraxit tibi nisi id quod non potest dari.i.cõcedi alteri. Per eandem religionem.s.librorum Sibyllinorum,hoc est ne cum exercitu reducas,uidetur esse deposita planè.i.omnino aut manifestè,ut res tota uidetur in plano sita, nos speramus nũc id & molimur id,ut cum rex.s.Ptolomeus intelligat sese non posse assequi id,quod cogitabat à Pompeio,reducatur,& se fore desertum atq; abiectum nisi sit restitut⁹ per te,ipse sup.proficiscatur,id est ueniat ad te,quod sup.rex faciet sine ulla dubitatione,si Pompeius ostenderit modò,id est solummodo, paulum, id est modico indicio,aut signo placere sibi,scilicet ut ad te proficiscatur.

¶CLAMORE

¶CLAMORE conuicioq; iactatus est. Mendosè,ut opinor,in Medicæo codice legitur IACTVS,pro IACTATVS: contrà,ac eodem hoc in libro IACTATA pro IACTA, in illo loco:Ea fundamenta iactata esse.Has autem maculas in optimis etiam exemplaribus indicasse utile esse existimo,ne omnibus in rebus illis fides habeatur.Quàm malè autem his diebus & in senatu,& ad populum,acceptus sit Pompeius, uberius à Cicerone exponitur in epistola ad Q.Fratrem cuius initium est, Scripsi ad te antea, ex qua etiã facilè perspicitur exitium illius reip.non potuisse longè abesse,quæ permitteret optimum & fortissimum ciuem à petulantissimis & flagitiosissimis hominibus tantopere uexari:& in qua turbidè, ac tumultuosè maximè res agerentur.

*PETRI VICTO. CASTI.

¶SED nosti hoïs.s.Pom. Tarditatẽ,quia nõ citò dicit sententiam suã. Taciturnitatem,maturũ silentiũ. Silentiũ enim potest esse sine ratione,taciturnitas est cũ ratione. Ceteris iniuriis,ppter promulgationẽ nefariã, de qua dictum est superius. Resistemus, repugnabimus, uincemus. Hortensium, & Lucullum, ambos præstantissimos uiros.Hortensii eloquentia, Lucul. liberalitate. Cæteri.s.senatores. Obscurius.i.obscure, clam. Iniqui,aduersarii,inimici. Non dissimulanter.i.apertè:nam dissimulare est occultare, & non demonstrare quod sit,Simulare ostendere id quod non sit. Fore,futurum.s.hoc. Vt conse.i.obtineas. Tuam pristi.digni.

HVBER. Silentium Taciturnitas Dissimulare Simulare Hortensius Lucullus.

Sed nosti hoïstarditatẽ & taciturnitatẽ Nos tamen nihil quod ad eã rem pértinet pretermíttim⁹. Cæteris iniúriis,quæ propósitæ sunt a Catóne,facilè (vt spero)resistêmus.Amícum ex consulâribus néminem tibi essevídeo,præter Hortênsium & Lucullum. Cæteri sunt partim obscúrius iníqui,partim non dissimulãter irâti. Tu fac ánimo forti magnoque sis,speresq̃ fore, vt fracto ímpetu leuíssimi hoïs,tuam prístinam dignitátem& glóriam consequâre. Vale.

Ex.V.Epistola in antiquiori.

Et animos senatorũ à minore cura ad summũ timorem traduceret. Quanquã omnia sunt metuẽda. Et Catoni quidẽ,quoquo modo res sese habuerit,profectò resistimus.Me tibi absenti, tuisq; præsentibus accumulatè omnino satisfacturũ.Sed uereor ne aut corripiatur causa regia à nobis,aut deserat à senatu Haud facile possum æstimare. Quod neque Selicio neq; mihi displicebit.Omnẽ amplitudinẽ & dignitatem tuã in uirtute & in grauitate tua atq; in rebus gestis tuis quas tibi fortuna largita est positã existimare,quib⁹ si quid hoïm inuidia detraxerit, id maiori illis fraudi quàm tibi futurũ scias.Hic quę agantur &c.Nonnulli alterius epistolæ principiũ uolũt, sed re ipsa fallũtur,quod est uidere legẽdo, in meo autẽ uetustissimo & legitur hinc principiũ esse.Postea Pomponius & ad populũ &c.& reuera esse arbitror,& ita legendũ puto,ut ab alia diuidat,cũ multum hæc ab illa differat.Itaq; Alexãdrina causa quę quando nobis adhuc ingrata est.Nos tamẽ nihil qd̃ ad eam rem pertineat. Partim nõ dissimulant irati.

id est,imperium quod geris in Cilicia,nam tulerat legẽ de abrogãdo imperio Len.ideo dicit. Facto impetu,id est uicta temeraria & irrationabili sententia hominis. Leuissimi.s. Catonis,neq; mirandum si leuissimum dixerit Catonem quem alibi grauissimum uirum appellat:nam pro locis & pro personis ad quas scribimus, solemus uariare sententias: hic ergo oppugnabat Lentu. amicum suũ,ut ipsi Lentu.placeat appellat leuissimum.

¶NOSTI hominis tarditatem & taciturnitatẽ, uitia hæc duo à Pompeii obtrectatoribus sæpe illi obiecta, quod & in Tiberio imperatore & in Pom.quodam Vicinio,probro datum est,qui.s.ut author est Gellius,tractim diceret tanquam singula uerba uelleret,dictarétq; non scriberet. Vnde quidam non infestiuè ter dic aut nunquam ait.Cic.ad Qu.fratrem. Messallem tui studiosum esse arbitror Pom.etiã simulatorẽ puto,& ad Atticum lib.iiii.Pomp.fremit,queritur, Scauro studet. Sed utrum fronte an mente dubitatur. Leuissimi hominis Cic.Catonem non Vticensem,ut dixi,sed diuersum notat. Quid enim aut inepti⁹ dici aut minus credibile scribi de Catone potuit? Quam leuitatem uiro omniũ constantissimo obiectare.Atq; hic mihi Cice.Cato uidetur pro quo causam Scaurus M. Scauri filius dixit quẽ absolutum constat.Asconius.

Io.BE.V.

¶SED tu nosti tarditatem hóminis.s.Pomp. & taciturnitátem,quia nec dicto nec facto uoluntatem suam indicâre solébat;tamẽ nos nihil prætermittimus,quod pertinet ad eam rem.s.ut inducam per Pompeium ad significandum se uelle regem per te reduci. Nos reducemus facilè,ut spero,cæteris iniuriis quæ propositæ sunt à Catone, qui.s.uolebat legem de abroganda Lentulo prouincia promulgare. Ego neminẽ ex consularibus, id est ex iis qui consules fuerunt aut consulatum gesserunt.Alibi etiam ii consulares dicuntur qui consulatu digni censentur,uideo.i.considero,refertur enim ad iudicium animi, amicum tibi præter Hortensium & Lucullũ. Cæteri sunt iniqui.i.offensi in te,partim obscurius.i.occultius,partim sunt irati tibi nõ dissimulãter.i. apertè. Tu fac sup.ut,sed uenustè subauditur particula ut,sis animo forti & magno &,speres fore.i. futurum esse & euenturum,ut consequâre.i.nanciscare, & obtineas tuam dignitatem,& gloriam pristinam.i. prioris status tui,hoc est quam prius habuisti. Est enim pristinum quod ab aliquo prius est habitum. Priscum quod in prioribus fuit seculis in aliis nimirum hominibus, ut prisca frugalitas Romanorum,& hoc impetu hominis leuissimi, scilicet Catonis qui sine legitima causa te opponat,fracto.i.repercusso.Mirum autem est q̃ Catonem,cui grauitas propria erat,leuissimum dicat.

ASCEN.

Pristinũ Priscum

consolatoria.

M.T.C.Len.Procónsuli.S.D.Epist 6.

¶QVæ gerantur accípies ex Pollióne,qui oïb⁹ negóciis non intérfuit solũ,sed præfuit. Me in summo dolóre,quem in tuis rebus cápio,maximè scilicèt consolâtur spes,qd̃ ¶QVæ gerantur.Pollio Lentu. & Cic. amicus interfuerat omnibus quæ Romæ agitata fuerant in causa Lentu.& de rege reducendo & maximè de império quod Cato uolébat ei abrogâri. Itaq; cum nunc Pollio ad Lentu.in Ciliciam proficiscerétur.dicit Cice.se breuius scribere,quia ómnia intélliget ab ipso Pollióne coram scribit tamen in summo dolore,quẽ de rebus Lentulo capit,se unam habere consolationem,quòd sperat nefariam promulgatiónem Catónis,&c. studia & cogitatió-

HVBER.

nes inimicorum & aduersariorũ Lent. posse ipso tempore debilitari & frangi. Deinde Cic. dicit aliam se habere consolationem quòd cum uideat quandam similitudinem suę olim causę, cum missus est in exilium, & nunc causæ Lentu. cum oppugnatur in dignitate, sperat eundem fore exitum. sut quemadmodum benè succesit Cice. ita benè succedat ipsi Lent. Postremo hortatur eum, ut se præstet uirum magni animi qualem præstitit à teneris annis. Quæ gerantur, quæ fiant. Accipies, intelliges, cognosces. Significat etiam odio, posco, tracto, gratum habeo, ut suprà, quod dat accipimus. Ex. i. a. Interfuit, præsens fuit quantùm ad personam. Sed præfuit. i. etiam operam præstitit, & multùm gessit, & tutatus est: nam præesse est tutelæ esse, unde & præsides prouinciarum dicti sunt. Me in sum. do. eleganter incipit oratio ab opposito, sed tamen non decet ita esse superstitiosus, ut hoc semper obseruetur. Nam plerunque, ut uoluit Quin. consulendæ sunt aures. Scilicet, certè, nam non ponitur declaratiuè, quod raro apud idoneos reperitur, sed aut affirmatiuè aut ironicè, ut. s. iis superis labor est, & Terent. Id populus curat. s.

Ordo
Accipio
Præsum
Præses

Scilicet

ASCEN.

QVAE gerantur &c. Quia Póllio in Cilíciam ad Léntulum proficiscebâtur, eum ómnia ex eo cognitûrum, quæ quia plausíbilia & grata non sunt, hortâtur Léntulũ ad fortitúdinem & óperam suam cum áliud non possit, pollicêtur illi strénuam. Ordo est. Tu accípies, id est intélliges ex Pollióne sup. ea quæ geruntur sup. Romæ qui scílicèt Póllio non solùm intérfuit, id est præsens fuit ómnibus negóciis, sed sup. etiam præfuit, scílicèt tanquàm præses. Spes consolâtur maximè in summo dolóre, quem cápio in rebus tuis scílicèt tàm aduersis, quàm id est, quia scílicet súspicor ualdè. fore, id est futûrum esse, ut impróbitas hóminum infringâtur &. i. simùl, consíliis tuórum amicórum.

HVBER.
Valde
Valdius
Caldus
Calfacio
Calfactus

ualdè súspicor fore ut infringâtur hóminum impróbitas & cõsíliis tuórũ amicórum, & ipsa die, qua debilitantur cogitatiónes & inimicórũ & ꝓditórũ. Facilè secundo loco me consolâtur recordátio meórum témporũ, quorũ ímáginem uídeo in rebus tuis. Nã & si minóre ĩ re uiolâtur tua dignitas, q̃ mea salus afflícta sit, tamèn tanta est símilitúdo, vt sperem te mihi ignóscere, si ea non timúerim, quæ ne tu quidẽ unq̃ timenda duxísti. Sed præsta te eum, qui mihi a téneris (vt Greci dicunt) vngúiculis es cógnitus. Illustrâbit (mihi crede) tuã amplitúdinem hóminum ĩiúria, à me ómnia sũma in te stúdia offíciaq̃ expecta. non fallam opiniónem tuam. Vale.

VALDE, multùm, & est syncopatum à ualidè. unde producit ẽ finale. Hora. posuit & ualdius pro ualdius in epistolis, ut nouit me ualdius ipso, sicut & caldus pro calidus, ut apud Mar. Iam defecisset portantes calda ministros, & alibi sæpius, & calfacio & calfactus, ut Ouid. in Ibin. Nondum calfacti uelitis hasta solùm, & septimo Met. Cæde recalfecit: quibus dictionibus syncopatis tantũ in carmine utimur, nisi ualdè, quod poetis & oratoribꝰ est commune quod autem caldus non dicendum sit in prosa Quint. libro primo institu. oratoriarum ostendit authoritate Cic. in Ora. ad Augu. in epist. Súspicor, opĩnor, árbitror, undè suspicio opinio tum in bonam, tum in malam partem, sed sæpius in malam. Fore, futurum esse. Infringatur, conteratur, ad nihil reducatur. Hominum improbitas, notat Catonem, qui promulgauerat legem ut imperium Ciliciæ abrogaretur Lentulo. Improbitas, iniquitas, perfidia.

Suspicio

Consíliis, propter consília. Tuorum amicorum, quos multos & optimos habes, qui te ab horum improbitate tuebuntur: & hoc maximè propter se dicit. Et ipsa die, id est ipso tẽpore: nam dies & si in fœmi. genere significat spatium. xxiiii. horarum: tamẽ propriè ponitur pro tempore, ut Tibul. Longa dies homini docuit parêre leones & Iuue. Longa dies igitur quod contulit, id est longum tempus. Proditorum deceptorum, nam prodere interdum est porrò, id est longè dare, ut Virg. Prodimur, atque Italis longè disiungimur oris. Et prodere est indicâre & decípere, ut Vnius ob iram pródimur. undè proditores qui indicant, quæ debent cælare, & decipiunt, ideo pẽrfidi deceptóres dicuntur. Alia significat pro loco, & secundum diuersos grammaticos.

Dies

Prodo
Porrò
Proditores

Virg. Lib. p. Æn.

Qua de. imminuuntur. Cogitationes, consília, deliberationes, omnia enim primo impetu animi maiora fiunt, debilitantur autem successu temporis, quia aut sequitur diffidentia perficiendi: quod primo si speraueras, aut aliquod impedimentum interuenit, unde benè monebat Cæ. apud Lu. Sit subitum quodcunque paras. Secundo loco, apud Cic. ornatè dicitur pro secundo.

Recordatio, pro memoria. Meorum temporum. i. meorum casuum. Quorum ima. i. similitudinẽ: Video in rebus tuis, quia cum multi te dẽserant, sicut olim me deseruẽrunt, ut postea mutati sunt, ut mihi fauẽrẽt, ita spero facturos erga te. Nota autẽ Pomp. de cuius fide Ci. non dubitabat, cum in exilium missus est, à quo tamẽ deceptus est quamuis postea mutato consilio Pomp. Ci. reuocandum curauerit, propterea dicit se sperare inde facturum Pomp. in causa Len. quod olim fecit in causa Cic. ut quem oppugnauerit, eidem mutato consilio faueat. quemadmodũ postea fauit Cic. quem ante contra promissam fidem deseruerat. Minore in re, quia minor est dignitas, quàm salus, tu enim certas, utrũm reducas regem sicut promissum est tibi. In mea autem causa agebatur utrum essem uiuerem, cum fueram è patria eiectus. Afflicta sit, deiecta, prostrata. Tum tanta est si. Sensus est. Et si omnino non sit æqualis similitudo rerum tuarũ & mearũ, quia minore iure uiolaris q̃ ego afflictus sum, quia ego in salute, tu in dignitate es læsus. Tamen tanta est, ꝙ spero te esse nõ reprehensurũ, si ego non diffisus fuero in causa tua, quẽadmodũ neq; tu nunc diffidebas in mea, & hoc est, quod dicit. Vt spe. mi. igno. dare ueniam non accusare. plerunq; enim credit esse amoris in causa amici non timêre & habêre fiduciã.

Non t. e. s. hos, qui te impugnãt, nunquã mutãtũ iri ab improbitate sua. Quæ ne tu quidẽ, pro ne quidẽ sed inter ne & quidẽ sempèr áliquid inter ponendũ est alitèr nunq̃ iunguntur. Vnq̃, quo tẽpore agebãt de salúte mea. Duxísti, exístimasti. Timenda, quia nec tu unquã de me timuisti, quin aliqñ fierent mihi mitióres, qui me impugnãbãt, & fortuna mea meliorẽ éxitũ habitúra esset. Sed p̃sta. i. éxhibe, ostẽde, redde. Te, e. i. talem. Qui,

præsto

Ex. VI. Epistola. In antiquiori.

Et ipsa die quæ debilitat & eorũ cogitationes & inimicorum perditorum. A me omnia summa in te studia officiaq; expectato. Sciendum autem studia in animo esse officia uero ipsa & in re atque in opere.

Qui, qualis. Es co. a. t. uir. i. à téneris annis secundum prouérbium Græcorum qui dicunt ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων. VI. Vnguiculis autem uerum est diminutíuum secundum formam, quanuis non seruet genus primitíuum, nam úngula denominâtiuum est non diminutíuum. Illustrâbit, clariórem reddet, quia quandò quíspiam oppugnâtus uincit, aut iniustè oppugnâtus intellígitur, fit clárior, & magis laudâtur. Amplitúdinem dignitatẽ. Hóminum, inimicórum. Iniúria. quæ inte infertur, ut abrogẽtur dignitas tua. A me ómnia &c. i. spera me in te collatûrum omnes súmmos fauóres, quos pótero. Non fallam opiniónem tuam. i. quæcunque à me expectáueris, ea omninò efficiam.

Vnguiculata
Vngula

ASCEN.

ET ipsa die. i. témpore lõgo, quæ. s. dies aut mora debílitat cogitatiónes & inimicórum & proditórum. Recordátio meórum témporum. s. tam contrariórum, ut in exílium abeundum fúerit, consolâtur me facilè secũdo loco, quorum. s. témporum meórum, imáginem. i. imitatiónem & similitúdinem ego uídeo in rebus tuis. Nam & si. i. quanq̃ tua dignitas uiolâtur in minóre re, quia repulsa módica q̃ mea sit afflícta, quia ut dixi exílio, tãta similitúdo est, ut sperem te ignóscere mihi, si ego ea nõ timúerim, quę ne tu quidẽ duxísti. i. exístimasti unq̃ timẽda sup. esse. Sed p̃sta. i. éxibe te eũ. s. forti aĩo hoíem, q̃ cógnãtus es mihi, ut Græci dñt. i. ut in puerbio Græcórũ est. Græcis tñ uerbis, à téneris unguículis. i. ab ineúte etáte, apta tñ est trãslátio: nã ab uno úngue toti9 cognóscit leonis aĩus futúrus. Crede mihi. iniúria hoĩm illustrâbit. i. clariórẽ fáciet dignitatẽ, si cut Iuno & Eurysthẽus Hérculis auxêrunt famam, & tyranni martýriũ CHRISTI glóriam. Expecta à me. i. polliceor tibi ómnia summa stúdia, & offícia in te. Ego non fallam opiniónem tuam. s. de me. Vale.

Prouerbium Cum:

HVBER.

M. T. CLéntulo Procónsuli S. D. Epist. 7.

numeratura

LEgi literas tuas, qa Lẽ. ad Ci. scripserat sibi gratũ esse, ꝙ crebrò certior fíeret ab eo de rebus ómnibus suis, quæ in senátũ agebant, & eum rogáuerat, ut etiã scríberet, qua fide & uolũtáte quisq; esset erga se. Primũ Ci. rñdet se debêre crebrò scríbere ad Len. & libentèr, ut uideâtur esse memor, & gratus erga eum, & qui de se optimè méritus sit, & q̃is dicat difficile esse singulórum uoluntátem & ánimũ díscere, tñ multos cõmémorat uariè affectos erga Len. & quoniã cũ esset aliquantulùm alienâtus Pom. a Len. & ad eum Len. ita humanè scripserat, ut eũ sibi reconciliasset. Láudat Cice. hãc prudéntiã Lẽ. q talem & tantũ uirum sibi reconciliandũ dúxerit: deindè scribit qd Põ. secum cõicáuerit de cáusa Len. & quid útiq; ipsórũ uideâtur, datq; ei quoddã cõsílium reducẽdi regem, ita tũ ut oñdat ꝙ malè succésserit ipsi Lẽ. ab óibus accusábit. Hortâtur igit ut diligẽtèr cõsíderet, qd sibi in hac re agendũ sit. deinde rñdet cuidã gratulatióni Lẽ. erga se, & accúsat quorundã improbitatem & perfidiã, & oñdit eãdem fuisse hominũ fidẽ ĩ causa sua, quę nũc est ĩ causa Lẽ. sed fuisse dissímilem fortunã, quia ipse in salute sit læsus. Leuero in dignitate & laude. Deinde eum hortatur ut ita gerat prouinciam, ut ad memoriam consulatus sui addat etiam gloriam benè administrate prouincię. Rñdet deinde quibusdam eius particulis, quæ facilius ex epistola colliguntur q̃ cõprehẽdi possint argumẽto. Certi or fias. i. admonearis & itelligas. Per me. i. ex me: nã pro me aliud significat. i. uel loco mei uel causa mei. Certior aũt cõparatiuus est, ppósito quo semp oratores utũtur. nunq̃ licet oratori, dicere facio te certũ, sed certiorẽ, nec fio certus, sed certior. Dicimus autẽ sum certus, nõ certior, ut apud A. G. Certi, inqt, sumus uir bone nõ ignorare te qd uena appellat, & qd arteria: sunt etiam alia idonea exẽpla, sed hoc unum, ut à ꝓbato uiro, sátis sit. Crebrò, pro crebrè id est, sæpè, & est teste Prisciano. nomen pro aduerbio. De omnibus rebus, quæ Romæ fiunt. Facilè haud dubiè & clarè, & iunctum cũ noíe exigit superlatiuum, ut facilè doctíssimus. Desyderat etiam comparatiuum & noía significátia diuersitatem, ut facilè dissímilis, & compósita à præ, ut facilè pẽstat, & ut dicit Donatus, ueteres facilè pro certò dicebant, ut Cice. illius ciuitatis facilè princeps, facilis autẽ hoíem exorabilem significat, ut Virg. Geor. quar. & faciles uenerâre Napæas. Et in Bucco. Et quo, sed faciles nymphæ ridêre sacello. Differt autẽ à clemente ꝙ facilis est cuius ira citò sóluitur, clemens q̃ non irascitur. Teren. in Adel. Re ipsa reperi facilitate nihil esse hómini melius neq; clementia. Quorum alterum declaratio duarũ propositarum partiũ &. s. ꝙ scribat crebrò, & ꝙ suã beneuolentiã ostendat Len. & primò exeqtur ultimã sic. Alterũ ut te. q. d. ut te uehemẽter amem. Est eni .s. cogor facere. Quem tu me esse uoluisti, s. memorem,

HVBER.

Ordo.

Certior fio.

Sum certꝰ nõ certior

Crebrò

Facilè

Clemens Facilis

Universidad de Deusto Biblioteca

Ordo. Interuallũ

gratum & bonum uirum, cum causam meæ restitutionis fideliter & amanter egisti, ut ostenderes quantum beneuolentiæ tibi deberem,& qd mihi agendum esset si usu ueniret.Alterum ut crebrò te certiorem faciam. Vt quoniã.ordo est.alterum facio libenter,ut loquar q̃ sæpissimè tecum per literas.quoniam interuallo locorum & temporũ disiuncti sumus.Interuallo, spatio,& tam ad tempus q̃ ad locum refertur,ideo addit locorũ & temporum.Locorum.quia Roma longè distat à Cilicia.Temporum.quia iamdiu te nõ uidi, & quanuis nõ admodum longum esset tempus,tamẽ ex affectu amicitiæ ita dixit.Disiuncti,diuisi,separati,ut Virg.pri. Aeñ.

Id causæ

Atq; Italis longè disiungimur oris.Quo.s.loqui tecum per literas. Quantùm expectabis.i.quantùm tu uoles & desyderabis.Id erit causę.i.ea erit causa, & ornatè per genitiuum dicitur, & pronomen adiectiuum in substantiuum conuersum ut hoc literarum ad te dedi.i. has literas.Eius generis, eius conditionis.Committere, credere,& aliorum fidei tradere.ut Teren. Ouem lupo commisisti.Certorum.fidorum,ut Virg.secũ.Aeneid.

Committo

Equidem per littora certos dimittam.Potestas,facultas.Rectè tutò.Dem,dare possim. Non prætermittam scilicet ad te literas dare.Quod scire uis.responsio ad aliam partem epistolæ Lentuli,in qua petebat à Cicerone fieri certior,quo animo quisque in senatu erga se esset.Qua fide, quali fidelitate,& est fides mandatorum fida executio uel obseruantia.dicta ut uoluit Cicero in quarto de republica,& prio de Officiis,quòd fiat quod dictum est.Difficile est dictu.i.memoratu,id est difficile est exponere.De singulis.i. de quolibet singulatim, & separatim.Illud unum.ordo est.audeo scribere illud unum nunc perfecta re,quod significaui tibi sępè.Significaui,leuitèr ostendi.Quosdam hòmines inuidisse digni.i. doluisse, ꝙ consequeris hanc dignitatem.Qui debuerunt.s.iuuare , quia eras benè meritus de his, & ipsi tibi fidem dèderant. Similimam rationem , ualdè similem causam.Tui temporis nunc, nunc aduerb.temporis pro nomine posuit. Tui temporis nunc.q.d.tui

Fides Vide

Nunc

temporis pręsentis,& quasi nũcini,si latinitas tale adiectiuum pateretur,ut crâstini.In re dissi.quia mihi in salute,tibi in dignitate,& subauditur audeo scribere similimã fuisse rationem & c. Palàm,apertè.Oppugnarẽt, tibi essent aduersi & infesti. Causâ reipu.non odio,neque utilitate tua.Authoritatem,existimationem.Non tã mèmores essent uirtûtis tuæ id est non tam recordarentur,ꝙ rectè egisses semper , nec tam respectum haberent tuæ uirtutis.Quam essent inimici laudis.i.ꝙ dolêrent laude tua.Vt perscripsi anteà.s.in fine epistolę,quæ incipit.Tametsi.Percùpidum,amatôrem,nam cùpere pro amàre pònitur, ut Terent.in Andria. Vel ꝙ ipsi be-

Cupio studeo

ne cupio Glycerio,ponitur tamen cònsequens pro antecedẽti,quem enim amamus,ei benè cùpimus. Studiosum,fautorem.nam studère fauère significat,ut Naso.xii.meta Cui studeat deus omnis habet. Ex magistratibus.i.qui magistratum.i.officium administrant

Argumentum sextæ epistolæ.

IO.BE.V.

LEgi tuas literas.Lèntuli literis responsûrus Cic. ostendit in eo ꝙ & crebriores literas miserit,& magnæ semp̃ beneuolentiæ argumẽta dèderit,iure id a se amoris,gratiq; erga illum animi testificatione factũ. Tum quæ hoĩm uolũtas,quę fides sit,quãtũ inuidorum,q̃tũ dissimulatorũ aptisime docet.Quo Hortensius,& Lucullus ex consularibus aĩo,quo cęteri.Quo ex magistratibus Rutilius, quo deniq; Põpeius.Quẽ fautôrem,auditoremq; ad oĩa fore pollicêtur.Sed & quid de regia restitutione, ex sua , Pompeiiq; sententia tentandum existimet cõsilium dãs,ita àdmonet, ut ex euentu restitutionẽ illã , aut multum infamiæ,aut multum laudis allaturã putet.In eo uerò quod de familiaritate Milonis, de Clodii imbecillitate sibi gratuletur, nihil sese admirari,si ipse,ut òptimus ârtifex,suis potisimùm opèribus delectêtur.utcunq; tñ sit,incredibilẽ esse quorundã improbitatem,qui se de pristina sua uoluntate,nõ tam,ut dignitatis oblitus uideatur , q̃ ut & salutis rationem aliquãdo habeat,dèpulerint,qui sanè eundem aĩm in ipsius oppugnanda dignitate,quem in salute sua dissimili tamen in re, declararint.Hortatur demùm illum ad hæc forti animo, & erecto despiciẽda, contra ad omnem gloriã consequendam,qualis reip.status sit,èdocet,simulq; in eo,ꝙ de filię nuptiis sibi gratuletur,humanitatem laudans, ut filium suum tum aliis bonis artibus,tum precipuè sui imitatione erudiat, rogat,quem a se mirabiliter amari fatetur.

ASCEN.

LEgi tuas líteras &c. Respondens epístolæ Len.dicit se merito,& libentèr de rebus Lẽ.ad eum scríbere. pollicêturq; se nullũ certum núnciũ prætermissûrum,nã incerto crédere taleis líteras non sit tutum,quin ei ad Lẽ.líteras det.Rèiicit deindè culpam,qua Len.uota dilâta, ac impedîta sunt in quorundam perfídiam,tùm láudat ꝙ ad Põ.humanè scrípserat.Tũ de rege reducendo cõsilium suũ àperit. Tum perfidiã quorundã detestatur,& tandem Len.aduirtutem accendit. Est aũt lõga & ita accuratè scripta epistola.Ordo est.Ego o Lẽ.legi líteras tuas, quibus scribis ad me,gratum esse tibi,ꝙ cértior fias crebrò per me de óibus rebus,& sup. ꝙ p̃spícias.i.agnoscas facilè,bñuoléntiã meam erga te.Quorum álterũ.s.ut díligam plurimùm te,necesse est mihi fácere,si uolo esse is.i.talis,quem.i.qualem,tu uoluisti me esse,álterum.s.ut certiórem fáciam , fácio libentèr,ut quoniã nos sumus disiuncti interuallo.i.interstítio,& distãtiã locôrũ & tèmporũ,nõ quòd sint diuersis tèpóribus,sed quòd nõ uno tèpore èadem audîre & uidère possũt,ego cólloquar q̃ sępissimè tecũ p̃ líteras.Quod .s.me colloqui tecum p̃ líteras, si fiet rariùs q̃ expectâbis,erit cáusæ,quòd meæ literæ non sũt eius gñis,ut aúdeã cõmíttere.i.crèdere,& dare tabellâriis eas temerè.i.incõsiderate.Quotiès potestas.i.facultas certórũ hoĩm erit mihi quibusdã.i.committã.rectè.i.sine perículo nõ prætermittã sup.ad te dare.Quod tu uis scire quâ fide id est fidelitáte,& uoluntáte sit quisq; in.i.erga,& aduersum te,est diffícile dictu.i.ut dicâtur de síngulis. Ego aúdeo scríbere ad te illud unum,quod significâui anteà sæpè tibi,nunc quoq;.i.etiam nunc,re perspecta,& cógnita,quosdam hómines,& maxiè eos,qui & debuêrunt maxiè,& potuêrunt plurimùm iuuâre te,inuidisse uehementèr dignitáti tuæ, & simílimã rõnem tui témporis nunc.i.quod nunc est,& nr̃i témporis quõdam fuisse in re dissímili,quia in dignitáte tua,& in salúte mea,ut sup.ii. quos tu læseras cáusa reipu. oppugnârent te palàm,& illi,quorũ defénderas authorìtátem,dignitátem,& uoluntátem,nõ essent tã.i.tãtum mémores uirtútis tuæ.q̃.i.quantùm essent inimíci láudis.s.tuæ. Quoquidém témpore,ut perscripsi, aut scripsi , anteà ad te, ego cognôui Horténsium percúpidum tui.s. iuuãdi,& Lucullum studiósum tui.Autem.i.sed,ego cognôui ex magistrátibus.i.qui tunc magistrâtu fungebantur,Lúcium Rutílium,& fide, & ánimo singulari sup.in te.Et si quis dicat,quid de tua fide,& ánimo in Léntulum sentis Cícero?nunquid minus singulári fide , aut ánimo in eum es,aut fuisti,q̃ Rutílius? Respondet quasi tácitæ obiectioni,ac si dicat.dixi Rutílium singulári fide.

Nam nostra p̃pugnatio,ac defẽsio dignitatis tuæ p̃pter magnitudinem beneficii tui fortasse plerisq; officii authoritatem maiorem habere videatur , q̃ sententiæ. Prætereà quidem de cõsularib9 nèmini possum , aut studii erga te , aut officii, aut animi amici esse testis.Et enim Põpeium,qui mecum sæpissimè non solũ à me prouocâtus,sed etiam sua sponte de te communicâre solet, scis tempóribus illis non sæpe fuisse in senátu. Cui quidem líteræ tuæ , quas proximè míseras (quod fácile intelléxerim) periucundæ fuêrunt . Mihi quidem humánitas tua, vel summa potiùs sapientia non iucunda solùm,sed etiam admirábilis uisa est Virum enim excellẽtem, & tibi tua præstanti in eum liberalitáte deuictum non nihil suspicantem propter aliquórum opiniónem suæ cupiditátis ab te alienâtum , illa epístola retinuisti , qui mihi cum sempèr fauêre tuæ láudi visus est etiam ipso suspiciosissimo témpore Caniniano, tum verò lectis tuis líteris perspectus est a me tòto ánimo de te , ac de tuis ornamentis& commodis cogitâre. Quare ea,quæ scribam,sic habêto,mecũ illo re sæpe communicâta,de illius ad te sentẽtia atq; authoritáte scríbere. Quoniam senatusconsultum nullum extat,

HVBER. Propugnatio. Defensio

PROpugnatio ac defensio,declaratio unius per alterum nam p̃pugnatio èadem , quæ & defensio nisi ꝙ defensio quomodo fit,propugnatio per contentionem.Officii tui,in me collati in restitutione mea, & est sẽsus,quod pro te facio in defẽdenda tua dignitate , uidetur fortasse quibusdam potiùs me fieri ex officio, & ex dèbito accepti a te magni beneficii, q̃ quod ita sentiam,& iudicem te mereri.Sententiæ.cogitati,& pensati iudicii.Prætereà,præter supradictos . Prætereà interdum est simpliciter aduerbium ordinis,aut temporis.ut apud Hora.li.pri.sermonum. Prætereà nec sic,ut qui iocularia ridens percurram.Interdùm habet in se pronomen,tam singularis,q̃ pluralis numeri inclusum. singularis,ut Virgi.Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra uiros.i. pręter eum.s.Aeneam.pluralis, ut hic prætere a.i.præter eos,apùd Cic.sæpius.& significat non solùm pręter eos,uel eum, sed etiam præter te , ut te doctũ existimo pręterea nèminem.i.pręter te.& significat præter me,ut mihi credis præterea nemini.i. pręter me. & eodem modo significat præter nos,præter uos,præter illos,& est aduertenda hæ significatio.

Præterea.

HVBER.

POSSVM esse testis nemini studii.i.neminem possum uere dicere tibi præstare officium aut studium , aut animum amicum,nam testium est uera dicere.Et eni Pom.solum Pom.èxcipit,de quo dicit se nõ posse iudicare,quia raro fuerit in senatu,cũ agebâtur de rebus Len.A me prouocâtus,à me inuitatus & ad loquendum de te deductus.Communicâre.i.me participem fàcere,mecum conferre.Cui Pom.Proximè,nuperrimè. Quod.i. quam rem.s.fuisse periucũdam . Vel quod intellexerim .i.inquantùm intellexerim. Mihi quidem,laudat Ci.Lẽ. ꝙ pom.a se àlienatum humanisimis literis sibi reconciliauerit,& retinuerit. Humànitas.i.mansuetûdo, siue facultas,quę maxiè decet hoiem,uel pro eruditione, & doctrina pònitur.Dicit enim Au.Gel. Humanitas propriè est eruditio,& institutio,quam in bonas artes dicimus, quas qui synceriter cupiunt,àppetuntq; , hi sunt maximè humanisimi,huiusce.n.scientię cura, & disciplina ex uniuersis animantibus uni homini data est ideoq; humànitas appellâta. Vel summa potiùs sapientia.correctio est,nam plus est sapientia, q̃ humanitas,siquidem est sapientia humanarum diuinarumq; rerum cognitio,& moderatio. Non iucunda so.s.fuit.Sed admirabilis.i.magna & laudabilis . Visa est, & intelligitur admiràbilis.Virum.s.Põ.Deuinctum.astrictum,coniunctum. Nonnihil,aliquid. Suspicantem, malè opinantẽ. Vel.i.etiam,ut Vir.Vel Priamo miserãda manus. Illa epistola.s.quam nuperrimè miseras. Cum semper.i.& semper.Suspiciosissimo tèmpore Caninii.i. quo tempore omnes suspicabantur Caninium intercessisse senatusc. pro te facto,ut fauêret Pom.ut uisum est in secunda epistola.Perspectus cognitus,Lectis tuis literis.i.postq̃ legit tuas lr̃as.Ornamentis,laudibus,& honoribus.

Pompeium. Humanitas. Sapientia.

IO.BE.V.

PROpugnatio, & defensio , noĩa huiuscemodi notæ maximè a Cicerone in epistolis usurpari solent. SCIS non sæpè fuisse in senatu , uidetur tempus id innuere, quo Põ.ducta Cornelia,quę.P.Crasso Marci filio à Parthis interempto desponsata fuerat, ocio degeret procul ab urbis molestiis, in hortis,& amœnioribus Italiæ locis freques non sine aliqua sua infamia , ꝙ cum resp. seditionibus agitaretur , ipse uxori uacans,reip.curam abiecisset.

Pompeii infamia.

ASCEN.

NAM nostra propugnatio.i. concertatio pro te, ac defẽsio.i.protectio dignitatis tuæ,uideatur fortasse plerisq; habêre maiòrem authoritatem officii.s.dèbiti persoluti,q̃ sententiæ.s.uero iudicio ad te latæ propter magnitudinem beneficii tui.Hoc est quia omnes nouerũt me tibi plurimùm debêre,eo quod te referente ab exilio reuocatus sum, minus creditum est mihi de te præclara prædicanti & pollicenti,putatum est enim a plerisq; me id fàcere,non quia de te ita sentirem,sed quia tibi plurimùm deberem,quam sententiam etiam supra inseruit. Prætereà quidem. Ordo est.quidem id est certè prętereà.i.insupèr, ac præter iam dictos.ego nemini id est non alicui, non possum esse testis alicui,aut studii,aut officii,aut animi amici erga te.Etenim.i. quia certè tu scis Pom. qui solet communicare.i. familiariter loqui mecum de te sepissimè,nõ solum prouocatus.i.excitus prius ab hoc a me, sed etiam sua sponte.i.a nullo prouocatus,scis inquam Pompeium non sæpe fuisse in senatu illis temporibus scilicet quibus de tua causa agitatum est,& ita tacitè Pompeium purgat,Cui scilicet Pompeio.quidem.i.certè literæ tuæ,quas miseras proximè,quod dicunt ultimatè,fuerunt periucundæ.quod.i.quam rem,ego intellexerim facilè. Quidem.i.certè, ut de Pompeio taceam humanitas,uel potius summa sapientia tua uisa est mihi non solum iucunda , sed etiã admirabilis.i.digna admiràtione,Enim id est quia tu retinuisti scilicet in amicitia,illa epistola.s.quam proximè ad eum dedisti,uirum excellentem, & deuinctum id est obligatum tibi, tua præstanti liberalitate in eum,

suspicantem

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuſpicantem nonnihil,immo multum,te alienatum.i.alienũ factum,& auerſum ab ſe,propter opinionem aliquorum.cupiditatis ſuæ.i.quam quidam habuerunt de cupiditate ſua reducendi regis.Qui.ſ. Pompeius.cum .I.ita ſit,ꝙ uiſus eſt mihi ſemper fauere laudi tuę,etiam ipſo ſuſpicioſiſsimo tempore Caniniano.i.cum Caninius,& Cato rem ad populum referri uolebant,eo quòd patres conſcripti tibi fauere uidebantur tum uero .i.tunc precipue,& quaſi ad uerum.lectis literis tuis.i.poſtq̃ legerat literas tuas, ipſe Pompeius perſpectus eſt a me cogitatur toto animo de te,ac de ornamẽtis,ac commodis tuis.i.quomodo te aut ornare,aut commodo aliquo afficere poſſit.Sic habeto,ſic credito,ſic exiſtimato.De ſententia il.id eſt ex illius iudicio.Et authoritate.ſuaſione id eſt crede me ſcribere ad te ea,quæ ſcribam ita iudicare.& ſuadente Pom. Quoniam ſenatuſconſul.longum eſt hyperbaton,& obſcurus aliquantulum,& difficilis ordo,ideoq; explanandus eſt ſic ordo, quare habeto me ſcribere tibi,quæ ſcribam ex ſententia Pom.ſ.te.qui teneas Cyprum,& Ciliciam poſſe perſpicere,quid poſſis efficere,& conſequi.Quoniam nullum ſenatuſcon. extat quo reductio tibi ſit adempta,& quoniam ea authoritas,cui interceſſurum &c.Extat,apparet.perſcriptum eſt.

HVBER. ¶ QVO,propter quod.Adẽpta,ſublata,ut alii mandetur.Eaq;,ſubauditur etiam,quoniam interceſſum a Catone & a Caninio,ut ſupra uiſum eſt. Ne quis omnino nam erat perſcripta authoritas.i. ſuaſio & ſententia quorundam ſenatorum,ut ne quis regẽ omnino reduceret.i.nec Pom.nec Len. nec quiſpiam alius quod magis ex iracundia quadam horum ſenatorum,q̃ ex uero iudicio,& conſtanti conſilio factum eſſe Cic.dicit,ideoq; non ualere.Tantam uim habet.i.tantum ualet.Studium,uoluntas.Iratorum hominum, & ideo non poſſũt recte iudicare.Quam conſilium,prudens deliberatio. Teneas,gubernes.Cyprum,& Ciliciam, his enim duab⁹ præerat Lentulus,quæ ſunt uicinæ Aegypto.Conſequi,obtinere.Facultatem,poſſibilitatem eius, quod ſequitur.ſ.ut poſſis tenere Alexandriam. Atq; Aegyptum.i. ut poſſis ire in Aegyptum. Eſſe, intereſſe. Tuæ, dig.i. tui honoris.Et noſtri imperii Romani.Te proficiſci.i. ire.Cum claſſe atq; exercitu.i.cum omni apparatu militari.Collocato Rege.i.poſito rege, interea dũ tu ibis in Aegyptũ.Ptolomaide, quæ urbs eſt Pentapoleos inter Aegyptum,& Africam,olim teſte Seruio,& Strabone,Barce appellata.Aut propin.ſ.Aegypto.Vt Ptolomæus redeat.ſ.in patriam.Cum,i.poſtquam.Eam.ſ.Alexandriam,quæ erat irata Ptolomæo,quem expulerat, ut diximus in primo argumento. Præſidiis.i. tuis militibus poſitis ad tutelam loci,anteq̃ Rex reducatur,nam præſidium dicitur quod ponitur ad tutelam alicui⁹ loci, uel perſonæ ante periculum & dicitur a præ,& ſedeo.eſt autem quam dicimus mutationem loci uel perſonæ.Subſidium uero, quod datur in periculis a ſubſidendo, & eſt quem dicimus uulgo ſuccurſum. Ita fore, id eſt ita futurũ,ſubauditur.ſic habeto ita fore. Initio,ante diſceſſum Lentuli,ut eſt uiſum ſuperius.Sine multitudine,ſine exercitu magno.Religioſi obſeruatores religionis.Illi pompeio.Probabatur,approbabatur,placebat. Vt uideremus,cognoſceremus. Exiſtimaturos, iudiciũ facturos.Ex euentu,ex eo, quod uel bene,uel tibi euenisſet.Cecidiſſet,ſimplex pro compoſito.i.ſi accidiſſet. Te ſapienter & fortiter id eſt cum magno cõſilio, & animo,ſubauditur dicturos feciſſe. Offenſum.i.leſum,erratum,ceſpitatum.Eoſdem il.qui fuiſſent te laudaturi, ſi accidiſſet,ut uolumus.Dicturos, ſubaudi habeto dicturos.Cupide ex appetitu,contra id,quod dixit ſapiẽter.Temere.i.conſideratè,contra fortiter. Nam fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio cum ratione utilitatis,cui cõtaria temeritas.

IO.BE.V. ¶ CILICIAM, Aſiatica hæc regio duplex, una Thebaica,altera Lyrneſia, quæ iterum ſic diuiditur, ut quædã Trachea, quędam campeſtris dicatur, Trachea maritima tota,& tauro ferme monte circunuallata. Campeſtris a pompeiopoli,& Tharſo fœcunda admodum eſt, & plana.Cyprum,maris Pamphylii inſula.Ceraſtis quã doq; â promontoriorũ copia dicta,nouẽ olim regnorum ſedes, & Acamantis, & Amathuſia,& Macaria, & Sphecia Stephano,Plinio,Aſpelia,& Meionis,quam Aſtynomus, Crypton, ἀπὸτοῦ κρύπτειν ꝙ.ſ. frequenter aquis inundaretur putat prius dictam.quanuis alii a Cypro Cynire filio malint.Hæc primo tyrannis ſubiecta mox Perſis,inde ad Ptolomaicos reges imperium tranſit, adempta mox Ptolomæo Cleopatræ patruo. Claudii Pulchri Trib.pleb.rogatione,qui iniquo tulerat animo,exiguum admodum precium pro ſui redemptione a rege miſſum,cum prius rex ſibi uiolẽtas manus intuliſſet,prętoria prouincia Marci Catonis opera facta eſt qui ex regia gaza maximam pecunię uim Romam tranſuexit.Pli.Strabo.Ste.Euſtathius.Alexandriam, ciuitas lõgè clariſſima,ab Alexandro conditore nomen ſortita,ac per excellentiam ciuitas dicta, duo deuiginti hoc nomine cenſentur urbes.author Steph.Ptolomaide,phęniciæ oppidum ſatis celebre Aceprius nũcupata,quoniam græci ἄκος medicamentum dicunt.Acem autem Claudius Iulus, qui Phænicia conſcripſit, hinc dictam putat,ꝙ cum Hercules laboraret ulceribus,quæ ex hydræ ueneno contraxerat,oraculo Delphico cõſulto reſpõſum

Ptolomais

Barce

Præſidium

Subſidiũ

Fortitudo

Temeritas

Cilicia

Alexãdria Ptolomais

quo reductio regis alexandrini tibi adẽpta ſit,eaque,quæ de ea re ſcripta eſt authoritas, cui ſcis interceſſum eſſe, vt ne quis oĩno regẽ reduceret, tantã vim habet vt magis iratorum hominum ſtudium,q̃ conſtantis ſenatus conſiliũ eſſe videatur,te poſſe perſpicere,qui Cilici am Cyprũq̃ teneas,quid efficere, quid conſequi poſſis:& ſi res facultatem habitura videatur, vt Alexandriam atque Aegyptum tenere poſſis, eſſe & tuæ & noſtri imperii dignitatis, Ptolomaide aut aliquo propinquo loco rege collocato, te cum claſſe atq; exercitu proficiſci Alexandriã,vt eã cũ pace præſidiiſq̃ firmaueris, Ptolomæus redeat in regnũ ita fore,ut per te reſtituatur,quemadmodũ ſenatus initio cõſeſuit,& ſine multitudine reducatur,quẽadmodũ hoĩes religioſi Sibyllæ placêre dixerunt . Sed hæc ſentẽtia ſic & illi & nobis probatur vt ex euentu hoĩes de tuo conſilio exiſtimaturos viderem⁹. Si cecidiſſet, vt volumus & optamus,oẽs te ſapienter & fortiter,ſin aliquid eſſet offenſum, eoſdẽ illos & cupidẽ & temerè feciſſe dicturos

ſponſum tulit poſt longam illum peregrinationem cõualiturum,cum primum ad flumen peruenisſet, in cuius ripis hydræ perquàm ſimilis herba naſceretur. Tandem cum in phæniciam peruenisſet,& fluuium inueniſſet,animaduertit herbam hydræ perſimilem eſſe a capitum multiplicitate. quocunq; enim cederet, totidem enaſcebantur Colaſaion autem herbæ nomen,cuius ſucco qui candidus emittitur ſanatus,nomen urbi dedit ſed & altera Pamphyliæ eſt,& altera Aegypti Thebaicę regionis græco ritu utẽs.De Phœnice autem Cic.omnino ſentit.Si Rex,locus mendoſus,atq; ita reſtituendus.ſi rex amicis tuis,qui per prouinciam imperii tui pecunias ei credidiſſent,fidem ſuam præſtitiſſet,& auxiliis eum. Colaiſon

¶ QVARE habeto.i.teneto ſic ea,quę ſcribam.q.d.ex conſilio utriuſq;,ut poté me ſcribere ad te de ſententia illius.ſ.Pom.atq; authoritate,re ſæpe communicata cum illo.Quoniam nullum ſenatuſcon.extat, quo reductio regis alexandrini ſit adẽpta tibi,& ea authoritas,quæ ſcripta eſt de ea.ſ.reductione,ut ne quis omnino reduceret,cui.ſ.authoritati cui ſcis interceſſũ eſſe.i. quoſdam ſe oppoſuiſſe,& ita non eſt præſcripta,nec ratificata.habet tantam uim.q.d.fere nullam,ut poté tantummodò eam,ut uideatur magis eſſe ſtudium hominum iratorum,qui rectè conſulere nequeunt,quia, Impedit ira animum ne poſſit cernere uerũ, q̃ cõſilium ſena.conſtantis.i.firmi,& ratione conſultantis.Et habeto te,qui teneas Ciliciã & Cyprum prouincias,poſſe pſpicere,quid poſſis efficere.ſ.in reducẽdo regem,& quid.ſ.emolumenti poſſis cõſequi.i.obtinere. Et pſpicere poſſe ſi res.i.negociũ hoc uideatur habere facultatem,ut poſſis tenere.i.poſſidere,tãquã ꝙuincias,aut prouinciæ partes,Alexandriã, regiã regũ Aegypti.Atq; Aegyptũ.ſ.reliquã.id ſup.eſſe dignitatis.&.i.ſimul tuæ &.i.ſimul imperii noſtri.i.romani,hoc eſt pertinere ad dignitatem tuam, & totius imperii,te proficiſci.i.ut proficiſcaris Alexandriam,cum claſſe,atq; exercitu,& hoc rege collato Ptolomaide.i. in ea urbe Pentapoleos inter Aegyptum,& Africam olim Barce dicta,aut aliquo.ſ.alio loco propinquo.ut cum.i.poſtquam firmaueris eam.ſ.Alexandriam pace.i.concordia cum rege,& præſidiis.i. militibus tuis ad tutelam urbis,& ut in fide ſeruetur.Eſt enim præſidium,quod gallicè dicitur garniſon,Ptolomęus redeat in regnũ.ita fore.i. futurum eſſe, reputa te perſpicere,ut.ſ.Ptolomæus reſtituatur per te quemadmodum ſenatus ex ſententia Hortenſii cẽſuit initio & reducatur ſine multitudine.i.ſine exercitu,ſaltem tunc,cũ reſtitueretur præſente,unde callida pſpicitur religionis interpretatio,quẽadmodũ hoĩes religioſi.Aarchaiſmos eſt.i.amâra irriſio.i.qui ſe fingũt religione uictos ita ſẽtire.dixerunt placêre Sibyllę.i.cõſilio Sibyllino,quod in prænota mentis recitauimus.Sed hæc ſententia.i.hoc cõſilium probatur ſic.i.eatenus illi.ſ. Pompeio. & nobis.i.mihi, ut uideremus hoĩes exiſtimaturos.i.iudicaturos de tuo cõſilio ex euentu.i.ſecundũ quod euenerit, & exitum habuerit inceptũ tuũ. Si ſcilicet inceptum tuum, cecidiſſet.i. euenisſet. ut uolumus.ſ.euenire,& optamus, uideremus omnes dicturos te feciſſe,& fortiter,& ſapienter.ſi aliquid eſſet offenſum.i.peccatum per te in eo conatu,eoſdem illos dicturos eſſe te feciſſe & cupidè,id eſt ambitioſè,& temerè id eſt inſipienter,ac imprudenter. Cado

¶ ASSEQVI, efficere de hac reductione. Nobis qui ſumus remoti.Propè,ferè In conſpectu,ante oculos. Nos quidem q.d.quicquid tibi uideatur,ego ita ſentio.Sentimus iudicamus.Exploratum,certum.Potiri illius regni.i.obtinêre illud regnum.ſ.Aegypti,potiri autem eſt aliquid cum difficultate,aut deſyderio aſſequi,ut potior amica.& Cæſar tandem potitus eſt Gallia, conſtruitur autem cũ ablatiuo,ut apud Virg.lib.I. Aenei Egreſſi optatâ Troes potiuntur arenâ.& cũ genitiuo ut apud Cic.in epiſtola ſequenti.Ocium exoptandum eſt,quod ii præſtaturi uidentur,qui rerum potiuntur.Interdum etiam iungitur cum actõ,ſed in raro uſu,ut Ter.patria potitur commoda,& frequentius eſt tertiæ coniugationis in uerbo excepto infinitiuo, ubi ſequitur quartã, ſicut etiam in participio.Cunctandum,morandum, & ſubauditur nos hoc ſentimus.Non eſſe conandum.i.tẽtandũ,ut Virg. Ter conatus ibi collo dare brachia circum.Eſt enim conari fruſtra aliquid tentare.i. experiri.ut Achelous uerſus in taurum conatus eſt Herculẽ uincere,& Eunuchus conatus eſt mulierem comprimere.Non eſſe conandum,quia turpius eſt repelli ab incepto negocio,q̃ nunq̃ eſſe aggreſſum.Affirmo tibi, certiſſimum dico. Rem iſtã.i. reductionem. Ex ſententia.i. ex propoſito.ſ.tuo.i.ut tu cupis. Fore futurum . Cum redieris,ab omnibus collaueris,quia præſentia tua faciet,ut aliqui te laudent,qui abſentem non laudaſſent. Offenſionem.i.errorem.ſ.tuum in reducendo rege.i.ſi quid ceſpitaueris in reducendo rege,piculoſum eſſe ui deo,propterea ꝙ dicent te feciſſe contra religionem,& authoritatẽ eorũ,qui interpretabãtur Sibyllina carmina.Authoritatem, ſententiam, uel poteſt eſſe endiadis, ut ſit ꝑpter auhoritatem, & religionem.i.ꝑpter authoritatem religionis , uel melius authoritatem Catonis, & Caninii,& aliorum,quos ſuperius religioſos appellauit,qui dicebant ſine multitudine reducẽdum regem. Sed ego te,oratio,in qua ego præponitur uerbo,ſemp grauitatẽ, & ueritatẽ præfert,ut Virg. Aene. li.quar. Potior

Conor

HVBER.

Ego

Ego te quæ plurima fando Enumerare uales,nunq; regina negabo Promer itam.Sunt multa alia exempla tum apud Cic.tum uero apud Terent.& alios.Ego te,dat consilium Lentulo, & adhortatur eum ad susçipiendam prouinciam reductionis regiæ,si res uidebitur habet facultatem, ut ex sententia confici possit.ita deterret & dehortatur eum à dimicatione.i.ne susçipiat rem,si habuerit litem,& difficultatem.ita,ut necesse sit deuenire ad dimicationem.Redeoq; ad illud.commemoratio est exornatio rethorica, quoniam eandem sentẽtiam sæpius repetit.Ex consilio,ex sentẽtia.Quod si hæc ratio tertium consilium,quo possit reducere regem non offensa authoritate senatus,ut ipse rex sese fide obliget prouincialibus Lentuli,qui ei pecuniam credant,qua possit aliquos milites conscribere,& cogere,ita tamen,ut Lentulus suis copiis eum adiuuet. Dicit enim eam esse naturã prouinciæ,quæ sit uicina Aegypto,ut si Lentulus uelit ipsum adiuuare, omnino redeat in regnũ. Si uero negligat eum adiuuare,idem sit qu asi impediat ipsum quoniam nisi Lentulus uisus sit ei facere, neq; Aegyptus eum recipiet,neq; ipse rex solus quicquam efficere poterit. Confirmares, stabiliaris.Vel negligendo id est non curando scilicet reditum ipsius regis. Quid nobis placuisset,dicit se scripsisse de hac restitutione ea quæ sibi uidebantur esse facienda.

Commemoratio.

ASCEN. ❧QVARE,id est quamobrem,non tam facile est iudicare nobis.i.Pompeio,& mihi quàm tibi,in cuius prope.i.quasi conspectu est Aegyptus,quod possis assequi.san laudem,an uitup erationem Populi.Id quidẽ &c. hoc alii sic distingunt,ut particula id adhæreat superiori,& legatur.Nos quidem,alii coniungunt sic.Nos quidẽ sẽtimus id hoc.s.modo aut loco, si sit tibi exploratum.i.compertum,& certum,tracta metaphora ab exploratoribus uiarum tẽpore belli, te posse potiri illius regni sup.imperio, sed sicut non addimus ablatiuum cũ dicimus potior rerum,ita nec additur nunc genitiuo regni, quod Vallæ annotandum erat, qui de rerum tantum mentionẽ facit,nõ esse cunctandum.i.immorandum tibi,si sit dubium.s.utrum possit potiri regni, non esse conandum.i.frustrà annitẽdum.Nam conamur ferè in uanum,ac frustra.Ego affirmo tibi illud, si gesseris rem istam ex sentẽtia.i.ut sentis,hoc est ex uoluntate tua cum prospero euẽtu, fore.i.futurum esse, ut tu absẽs.i.tantisper dum aberis. collaudẽre,i. collaudẽris a multis,cum redieris sup. collaudẽre ab omnibus.Offensionẽ & cæ.Ordo est.uideo offensionẽ.i.errorẽ, & peccatum in tali causa, de qua iam locutus est,esse peripter religionẽ.i.metum,quẽ incusserunt libri sibyllini.Sed ut ego adhortor te ad certam laudẽ.s.si sine offensione rẽ peregeris,sic deterreo sup.te à dimicatione.i.concertatione dubia, hoc est a dubiæ laudis conamine .q.d.non ausim penitus consulere,cum sit res periculosa,sed tantum indicare,quid fructus consequare, si rẽ prospere gesseris monẽre uolui.Et redeo ad id.i.ad narrationẽ illius,quod scripsi initio, homines esse facturos iudicium totius facti tui.i.de toto facto tuo,non tam ex consilio tuo, quam ex euẽtu. Quale iudicium ægrè ferẽs Sapho Ouidiana dicit.Exitus acta probat.i.dicis mihi,quod exitus acta probat.i.quod ex euentu res prud enter,aut imprudẽter susçepta cẽsebitur? Careat successibus opto,Quisquis ab euẽtu facta notanda putat.q.d.nunquam fẽlicem habeat exitum rei,qui ab euentu prudentem incipiẽtem iudicat.Nam sæpe p infortunium res prudẽter incepta infẽlicẽ habet exitum,& contra per fortunæ applausum res temerè incepta fẽliciter sinitur.Sed ut hic Cic.inquit,populus ferè fortunam sequitur,& id prudẽter inceptum putat,quod fẽliciter euenit.quod si hæc ratio.i.forma rei gerẽdæ.s.quam modo adduxit,uidebitur tibi periculosa.Illud placebat.s.mihi hæc monẽti.ut si res præstitisset fidẽ suam.i.exhibuisset promissionẽ de restituẽdis sibi creditis amicis tuis,qui credidisset ei pecunias, per prouinciam imperii tui,& adiuuares eum auxiliis tuis,& copiis, placebat autẽ dico eã esse naturam & rationem prouinciæ tuæ,ut uel confirmares reditum illius, adiuuando .s.eum,uel impedires negligẽdo.hoc est si senseris,ꝙ per pecuniam a prouincialibus tuis mutuo datam restituendus sit tuo consilio,quod prouinciales nimirum sequantur,aut reducetur,aut negligetur rex,penes te ergo esset ei⁹ reductio.Tu pspicies facilimè,& optimè in hac ratione,quid res ferat.i.afferat.s.momẽti.quid causa ferat,quid tempus ferat.Ego putaui oportere te scire potissimum ex me,quid placeat nobis.Vbi notet puer in prima persona licere modo singulariter,modo pluraliter, modo mistim de uno loqui.ut hoc loco, ex me & nobis & in sequenti particula.

Potiri regni & restũ

Nota de numero.

PETRI VICT. castigatio. ❧QVI per prouinciam imperii tui,pecunias ei cred.Sic in omnibus excusis libris,nulla uarietate legitur: in Medicæo ita scriptum est:Qui per prouinciam atq; imperii tui prouincias ei credidisset.mendosè prorsus & negligenter.Est tamen accuratè uidendum,ex hac tam inquinata scriptura,an aliquid boni erui possit: si enim locus coniecturæ detur, ita libenter legerem, Qui per prouinciam, atq; imperium tuum pecunias ei credidisset.nam sæpe sic loquitur,ut etiam in hac epistola, cum aliquantulum ex prouincia,atq; ex imperio laudis accesserit.

HVBER. ❧QVOD mihi de nostro statu.alia pars epistolæ in qua respondet Lentulo,qui ei gratulatus fuerat, ꝙ haberet Milonem amicissimum, & ꝙ omnibus constaret Clodium imbecillem,& leuẽ hominẽ esse,qui nulla re offensus a Cic. ab eo tamẽ alienatus esset non culpa Ciceronis,sed quod uideret Milonem inimicum suum familiarem Ciceroni.De nostro statu.qui etiam nunc aliquam authoritatẽ,& dignitatẽ in rep. retinemus. Leuitate,uilitate.Et imbecillitate,inconstantia. Hoc autẽ dixit,quia cum fauore Cæsaris & Crassi factus fuisset Clodius tribunus plebis,ea mercede, ut Ciceronem è Ciuitate eiiceret, Pompeio nihil audẽte aduersari cum hoc fecisset.restitutus postea Cicero studuit Clodium, quẽ habuerat infestissimum, sibi reconciliare, ne ampliùs eius seditionibus uexaretur, sed ille non permansit in amicitia, ꝙa uidebat Ciceronẽ familiariter uti Milone. quẽ ipse maximè sibi inimicũ cognoscebat,iõ appellat

Quod mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodii gratularis, minimè miramur,te tuis,vt egregium artificem, præclaris operibus lætari,quamquàm est incredibilis hominum peruersitas(grauiore enim verbo vti non libet) qui nos quos fauendo in communicausa retinere potuerunt,inuidendo abalienauerũt, quorum maleuolentissimis obtrectationibus,nos scito deuetere illa nostra diuturnaq; sententia prope iam esse depul-

sos,non nos quidem, vt nostræ dignitatis simus obliti, sed vt habeamus rationem aliquando etiam salutis. Poterat vtrunque præclare,si esset fides,si grauitas in hominibus consularibus, sed tanta est in plerisq; leuitas, vt eos non tam constantia in republica nostra delectet, quàm splendor offendat. Quod eo liberius ad te scribo, qui non solum temporibus iis,quæ per te sum adeptus,sed etiam olim nascẽti, prope nostræ laudi, dignitati,virtutiq; præfuisti.

eum leuem.i.contemptibilem, & nullo honore dignũ & imbecillum.i. inconstantem, quia aliena culpa eum deseruerit, neq;enim apud uiros graues aliena culpa nobis obest. Gratularis, causa mea gaudes, gratulamur enim nostri, & gratulamur aliis .i. aliorum causa, gaudemus nobis.i.causa nostra,ut idem Cic.lib.VI.Tibi gratulor,mihi gaudeo.Sed gratari est solum poetarum,gratulari uero & poetarum,& oratorum.Non miramur, utitur quadam similitudine sumpta ab artifice quæ talis est,sicut egregiꝰ artifex delectatur suis pręclaris operibus,ita non miror te,qui quasi artifex me fabricasti & fecisti,cum ab exilio reuocasti delectari.Tuis operibus.i. me, qui sum opus tuum. Quamquã est incredibilis hominum peruersitas, ac si dicat non est tamen nobis tãta felicitas in nostro statu, ut omnino nobis gratulandum sit.Peruersitas, iniquitas, malignitas, Nam peruersus dicitur,qui a bono in malũ uersus est. Incredibilis maxima,quæ uix credi possit. Grauiore enim uerbo.i.acerbiore,ut puta si dixisset proditio,uel perfidia,uel aliud tale.Fauendo,si fauissent.In communi causa,i.in causa,& utilitate reipub. Abalienauerunt, remouerunt.Inuidendo,dum inuidẽrent laudibus, & uirtutibus meis, effecerunt ut a defensione reipublicę alienatus sim. Obtrectationibus,aduersationibus, & oppugnationibus,nam obtrectare esse contra rectè tractantes facere ut uoluit Festus.Diuturna,a diu,plus est quàm ueteri.Sententia,deliberatione,& iudicio,semp defendendi Rempublicam,& pluris faciendi eam,quam salutem propriam.Depulsos,contra uoluntatem am motos, nam depellimur a re grata, & iucunda, ut Virg.Depulsos lacte,domiq; clauderet agnos.Prope,fere,ut ostendat se posse adhuc permanere in sententia, si illi desinant ei obtrectare, & in malum uertere, quæ pro Repub.rectè & utiliter faciat.Non nos quidem,dicit Cic.se non destitisse, a sentẽtia iuuandæ Reipub.ꝙ ignoret,& oblitus sit,quid dignitas sua postulet, sed ut etiam habeat respectum,& curam uitæ suæ,quę esset in periculo,si contra uoluntatem istorum maleuolorum, & inuidorum ageret.Non nos quidem.s.scito esse depulsos.Vt.i.quia simus obliti.i.immemores.Nostræ dignitatis,quid dignitas nostra exigat,quæ suadet,ut Rempublicam tueamur.Aliquando,tandem, ac si dicat post multa pericula. Salutis .i. uitæ, ut saluus esse possim. Vtrunq;.s.& dignitatis,& salutis habere ratio.Præclarè,optimè.Grauitas constantia.Consulares,consulares dicebantur,qui aliquando consulatum gessissent,aut etiam qui consulatu digni essent.ut Cicero inferius libro quar.ad Seruium Sulpitium.Nam & Qu.Maximus,qui filium consularem magnis rebus gestis amisit.Sed tanta est in plerisq;,sensus est,sed multi adeo sunt leues, ut potius eis displiceat splendor meus,& gloria, quam adeptus sum in Rep.quàm constantia mea,& stabilis perseuerantia eos delectet.Leuitas,leuitas non inconstãtia,ut quidam malè interpretatur,sed ut Gel.& qui rectè propriè,atq; integrè loquũtur, sentiunt,leuitas est, quæ a nobis uilitas dicitur,& leues,quos nos uiles, & nullo honore dignos dicimus.M.T.ii.Antonianarũ, nãcũ genus quoddam sordidissimæ uitę,atq; uictus.M.Antonii idem modo straturus esset, ꝙ in caupona delitescęret,quod ad uesperum perpotaret,& ore inuoluto iter faceret, ne cognosceretur. Hęc & alia huiusmodi cum dicturus esset,uidete inquit hominis leuitatem,tanquam prorsus ista dedecora hoc uitio notarentur ergo leuitas.i.uilitas,ignauia.Liberius,audentius,non timidè,ingenuè.Quæ sum adeptus per te,quia tu es causa,ut nunc sim in Republi.Sed olim antequam missus sum in exilium.Prope,fere. Nascenti,incipienti.Prefuisti,fuisti iuuisti.

Gratulor Grator Gaudeo

Leuis.

Peruersitas. Peruersus.

❧LEVItate,& imbecillitate Clodii intelligit,leuitas hæc,& imbecillitas Clodiana ea est,de qua Cicer.ad Atticum quarto.ꝙ cum Catuli porticum,quæ iam ad tectum locatione Cons.peruenerat,disturbasset,cum.Q.fratris primo lapidum coniectu fracta,deinde coniectis ignibus inflammata fuisset domus, uisa est ea res bonis omnibus periniqua,& noua.Quare post hunc furorem,cum iam omnibus se odio esse animaduerteret,seq; ad supplicium cunctorum uocibus exposci,desertus ab omnibus,seruos ad libertatem uocauit. Cic. pene in sacra uia confecit.Domum Ciceronis,Miloniq; postea expugnare,& incendere conatus est,tandem à Flacco è Milonis domo eductis uiris fortibus repulsus, Interfectis è Clodiano latrocinio notissimis quibusq; ipsoq;, pene Clodio nisi in interiorem partem ædium se recepisset,necato, qui aduersante præcipue Marcellino nec illud impetrare potuit,ut comitia sua fierent.præturam enim ille, quo Miloni consulatum petenti resistere posset,petebat,& Miloni in consulatus petitione mirum in modum aduersabatur

IO.BE.V.

❧QVOD mihi de nostro statu &c.Nos minimè.i.nequaquam miramur,ꝙ tu gratularismihi de statu nostro .s.prospero,utpote de familiaritate Milonis,quem contra Clodii amicos Cicero postea defendit,de leuitate.i. inconstantia,& imbecillitate.i.impotentia animi pręsertim Clodii,minime inquam miramur,te ut egregium artificem lętari tuis præclaris operibus.q.d.per te enim Miloni conciliatus sum,& per te cum sim urbi restitutus,& Miloni carus, Clodio sum inuisus.Quamquàm.i.tametsi peruersitas hominum.s.quorundam,ut Clodii,& Cæsaris est incredibilis.i.tam magna,ut uix credi possit,dicit peruersitas,enim.i.quia,non libet uti uerbo grauiore,i.molestiore,& acerbiore,quale esset si dixisset,perfidia,immanitas,pernicies &c.Nam peruersus dicitur,qui à bono in malum est uersus,& inclinatus,etiamsi mali adhuc nihil egerit,qui.s.homines peruersi, abalienauerunt.s.a se inuidendo.i.per inuidiam,sup.eos,quos potuerunt retinere.s.in amicitia,fauendo.s.eis, in cau.communi.i.reipu.utilitate,ut in depressione coniuratorum in patriam.Quorum.s.hominum obtrectationibus.i.prauis,utpote a recta uia retractationibus,& obstaculis, maleuolentiꝭmis.i.ex summa maleuolentia ortis,scito nos esse prope.i.quasi depulsos,iam a uetere illa diuturna sententia nostra.s.qua decreuimus cõtra omnium maleuolentiam Rempu. quacũq; ratione possemus semper iuuare.Loquitur autem de se uno,licet dicat nos.Nos quidem scito nõ ab ea sententia depulsos esse,ut.i.ueluti simus obliti nostrę dignitatis,sed ut habeamus aliquando.i.tandem rationem salutis.i.ut consulamus saluti nostræ,nam cum prius ob studium

Leuitas Leuis

Obtrectatio. Obtrectare. Diuturnus

Consulares

ASCEN. Ord

in

retur demptum,id est ablatum de fortuna,quia quasi totius Italiæ humeris in urbem reductus est,Lentulo de eius reductione referente. Vero.i.sed,ego incitatus tum.i.pariter beneficiis tuis,tum.i.pariter amore meo,ut cõsequare.i.consequaris omni cura,atq; industria omnem gloriam, ad quam fuisti inflammatus à pueritia, & ne flectas unquam iniuria.i.propter iniuriam cuiusquam,magnitudinẽ animi tui,quam ego admiratus sum semper,& amaui semper.Magna opinio.i.æstimatio hominum est de te,magna commendatio.i.collaudatio liberalitatis.s.tuæ,& sup.magna memoria consulatus tui.s.quem tam splendide gessisti,ut profecto uides quanto expressiora.i.euidentiora, & quanto illustriora.i.clariora sint hęc futura,cum.i.postquam,aliquantum laudis accesserit.i.additum sit,aut aduenerit,ex prouincia,atq; ex imperio,scilicet quod in prouincia geris.

Quanq̃ te ita gerere volo,quæ p exercitũ atq; imperiũ gerẽda sunt, vt hæc multo ante meditere,huc te pares, hæc cogites,ad hæc te exerceas,sentiasq; id,quod quia semper sperasti, non dubito quin adept⁹, intelligas te facilime posse obtinere summũ atq; altissimũ gradũ ciuitatis:quæ quidem mea cohortatio,ne tibi inanis, aut sine causa suscepta videatur,illa me ratio mouet,vt te nostris euẽtis cõmunibus admonendũ putarem,vt considerares in omni reliqua vita,quib⁹ crederes,quos caueres.Quod scribis te velle scire, qui sit reipub. status, summa dissensio est,sed contentio dispar.Nam qui plus opibus, armis,potentia valent, perfeciſſe tantum mihi videtur stultitia & incõstantia aduersariorum, vt etiam authoritate iam plus valerent. Itaq; per paucis aduersantibus, omnia, quæ neper populum quidem sine seditione seassequi arbitrabantur,per senatum cõsecuti sunt:nam & stipendium Cæsari decretum est, & decẽ legati, & ne lege Sẽpronia succederetur, facile perfectũ est.

HVBER. ❧QVAM.s.pecuniã,Volo,cupio.Gerere,administrare.Quæ per exercitum, subauditur in iis, quæ gerenda sunt administranda. Per imperium,per magistratum.i. per consulatum tuum. Meditere,meditari significat discere,excogitare,&exercere,unde meditatio militaris.i. exercitatio,uidetur hic esse expositio,uel potius interpretatio,quoniam non iterat idem uerbum,sed mutat id,quod positum est alio uerbo,quod idem ualet,nam hæc uerba omnia hic posita ad idem fere significatũ referuntur.Meditere, in animo proponas, excogites. Senatus.i.iudices. Quin.ut non. Adeptus,tu adept.& cõsecutus.i.postquã fueris adeptus. Summũ gradũ,summum statũ,ut præsis aliis. Mea cohortatio, admonitio, sed ut uitaret arrogantiã,maluit appellare cohortationẽ. Inanis,uacua,sine põdere. Sine causa.i.sine aliquo iusto respectu.illa ratio,ille respect⁹.Mouit me, ut putarem te admonendum.i.suasit mihi,ut te admonerem ex iis,quæ utrique nostrum euenerunt,ut considerares post hac,quibus credendum,& quibus non credẽdum esset.Euentus,dicimus & euenta in neutro genere,pro iis,quæ casu,aut fortuna nobis eueniunt,tam mala,quàm bona,licet Donatus in Ecyra Terẽtii dicat,Euentus esse tantum de rebus bonis.In omni reliqua uita.i.in tota uita,quæ tibi supereſt.Quos caueres,quos uitares. ❧CREDERES, fideres,nam credere significat fidere, ut Virg. in Buco. O formose puer nimium ne credecolori.Quod scribis,alia pars epistolæ responsiua de statu reip.præcipuéq; de Cæsare, qui tunc erat in Gallia, cui de prorogando imperio in aliud quinquennium,& decernendo stipendio agebatur in senatu, de qua re erant uariæ sententiæ.Alii enim dicebant mittẽdum esse,qui ei succederet,alii indignum esse alium mitti, qui iam tot gentibus uictis Cæsarianæ laudis gloriam interciperet.Itaq; cum ille authore Plutar.rebus Galliæ optime dispositis in Cisalpinam traiecisset, clarissimi,& amplissimæ authoritatis uiri complures Lucã ad eum euenerunt.Pompeius,Crassus,& Sardiniæ prætor Appius, & Nepos Hispaniæ proconsul,ita ut lictores centum,& uiginti senatorii ordinis circiter ducẽtos fuerint,hi cõ filio constituto decreuerunt Crassum, ac Pompeiũ designare cõsules,oportere pecunias Cæsari suppeditari, & belli administrationem in aliud quinquennium prorogari.Quæ res à prudentib⁹ iniquissima iudicabatur, hæc Plutar.Itaq; Cicero nunc dicit. Summa dissensio.i. sententiarum uarietas. Contentio,certatio dispar.propter id,quod subdit. Nam qui plus opibus, sensus est, qui enim sunt ditiores & potentiores tantum perfeciſse uidentur,quia habuerunt stultos,& inconstantes aduersarios,ut sicut plus ualent opibus, ita etiam plus ualeant authoritate.i.plus credatur quicquid senserint, & suaserint. Stultitia.q.d.nulla alia ratione,nisi quia aduersarii,qui contra Cæsarem sentiunt,ita sunt stulti,ut nesciant tueri causam suam, & inconstantes, ❧ in eo, ❧ semel pro rep.senserint,perseuerare non possint. Ideoque dicit Cice.Stultitia,& inconstantia non iustitia,aut honestate causæ,sed quia non habent,qui aut sciant, aut uelint resistere. Authoritate, fide & grauitate sententiarum. Paucis aduersantibus.i.repugnantibus,quia pauci erant,qui auderent contra Crassum, Pomp.& reliquos uiros magnæ authoritatis sentire. Et quamuis ipse Cicero hic dicat sibi non probari, quæ de Cæsare erant decreta,tamen in oratione,quam habuit de prouinciis consularibus, longe aliter dicit, ubi ostendit se sensisse prouinciam Galliam iterum Cæsari decernẽdam,& decem legatos,& tandem in se gratiã Cæsaris propter reip.utilitatem rediisse. Ita,aliter loquimur in epistola apud amicum, aliter in oratione apud senatum. Sunt consequuti.i.obtinuerunt.Per senatum,senatu concedente. Quod per populũ quidẽ, quia facilius cõcedit populus,qui minus intelligit,quàm senatus.q.d.plus obtinuerunt,q̃ sperabãt, quia quod uix à populo, qui minus considerat se impetraturos sine seditione sperabant,impetrauerunt etiam à senatu,qui solet maturius deliberare. Nam & stipendium,dicit quid assecuti sint, ut stipendium.i. pecuniæ suppeditarentur Cæsari.in Gallia. Lege sempro.qua non licebat esse ultra id tempus,quod prius fuisset constitutum,nam Cæsar missus fuerat in Galliam tantummodo per unum quinquennium,quo finito lege Sempronia cõstituebatur ei successor,qui ne ei mitteretur,perfectum est ab amicis Cæsaris,quia pauci resistebant eis.

Euentus Euenta HVBER. Credo

Meditor Meditatio militaris.

in Remp.sit in exilium actus,ueretur,si pergat,capite puniri.Vtrunq;.s.habere rationem,& dignitatis,& salutis,utrunq;.i.& nuper,& nunc Remp.iuuare contra maleuolos,poterat, sup.fieri præclare,si fides. si grauitas .i.constantia matura esset in hominibus consularibus.i.qui consules fuerunt,sed tanta leuitas.i. inconstantia & ad perfidiam facilitas,est in plerisque,ut constantia nostra in Rempu.nõ delectet eos tam.i. tantopere, q̃.s. quantum splendor.s.noster offendat.i.lædat,& cruciet eos,quod ego scribo eo liberius ad te,qui aut, ❧ præfuisti non solum iis temporibus.s.felicibus,quæ sum adeptus per te,sed etiam prefuisti olim nostræ laudi dignitati,& uirtuti,prope.i.quasi nascenti.

HVBER. Noui homines. ❧SIMVL.i.etiam.Nouitati meæ,nouos homines,ut inquit Seruius, appellamus eos, quorum nulli maiores clari sunt,sed per seipsos cum primum magistratum in Repub.adepti sunt,cuius significationis exempla multa sunt apud Ciceronem,ergo hic nouitati meæ.i.mihi homini nouo,qui per me nixus ad dignitates ascendi, non ratione meorum maiorum.Neq; enim omnino accedamus iis,qui dicũt nouos homines eos esse,qui nullam adhuc dignitatem,aut magistratum gesserunt.In te enim.arguit, ❧ potius inuisum sit suæ uirtuti,quàm nouitati,propterea quod,si inuidissent nouitati, non inuidissent Lentu.qui non est nouus,sed habuit suos maiores clarissimos, cui dicit uehementer esse inuisum quoniam non passi sunt eum excellere,cum posset. In principibus.i.inter primarios, quasi diceret inter multos.Altius euolare, altius ascendere, & quodammodo excellere,& esse supra alios, quasi solum. Noluerunt.s. homines leues,& maleuoli. Euolare.translatio sumpta ab auibus accommodata ad homines, & dignitates, & ad altiora ascendentes, ut Horatius lib.pri. epistolarum.Maiores pennas nido extendisse loqueris.Dissimilem.s.meæ, quia plus est lædi in salute,quam in dignitate.quod declarat cum dicit.Multum interest.i.multum distat.Minuatur,non tollatur penitus quia si etiam non fueris assecutus,quod cupis,non tamen amittis omnem laudem & dignitatem tuam. Deseratur, quod multum possim quæri de fortuna mea,quia non passus es diutius me exulem esse.Curasti enim,ratio superioris propositionis,dedisti enim operam,ut pl⁹ laudis,& gloriæ compararem post reditũ, quam amisissem fortunarum,cum exulaui.

Simul quod video, non,vt antehac putabam, nouitati esse inuisum meæ, in te enim homine omnium nobilissimo similia inuidorum vicia perspexi, quem tamen illi esse in principibus facile sũt passi,euolare altius certe noluerũt.Gaudeo tuam dissimilem fuisse fortunam, multum enim interest,vtrũ laus minuatur, an salus deseratur: me meæ tamen ne nimis pœniteret, tua virtute perfectum est.Curasti enim, vt plus additum ad memoriã nominis nostri, q̃ demptũ, de fortuna videretur. Te vero moneo cum beneficiis tuis, tum amore incitat⁹ meo,vt omnem gloriam,ad quam a puericia inflammatus fuisti, omni cura atq; industria consequare, magnitudinemq; animi tui, quam ego semper admiratus sum,semperque amaui, ne vnquam inflectas cuiusq; iniuria. Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. Hæc profecto vides quanto expressiora, quantoque illustriora futura sunt, cum aliquantum ex prouincia, atq; ex imperio laudis accesserit.

HVBER. ❧DE fortuna,de bonis fortunę, quę multa amiserat diruti etiam ædibus suis à Clodio. Te uero, nunc admonet,& hortatur Lentulum, ut ita gerat prouinciam, ut ad laudem comparatam olim in consulatu suo optime gesto addat etiã magnam administratæ prouinciæ gloriam.Id autem secum ex officio debito, tum ex bñ uolẽtia cõsulere dicit.Incitatus,adductus coact⁹.Amo. meo,erga te.Consequare, acquiras. Industria solertia. Magnanimus. Magnanimitas. Magnitudinem animi tui.i. magnitudinem tuam. Sed aduertendum ❧ Magnanimus & magnanimitas solũcõ ueniunt poetis, nam oratores dicunt magni animi, uel magno animo uirum pro magnanimo,& magnitudinẽ animi pro magnanimitate.Admiratus, laudaui tanquã egregiam.Inflectas mutes,uertas ab instituto.Opinio secundum Seruium est spes,ut Mar.Tu ad Cæsarem.Post hac quod uoles a me fieri, scribito unicam opinionem .i.spem Idem Officiorum.ter.Opinionem afferunt populo eorum similes fore, quos sibi delegerint ad imitãdum.Opinio etiam secundum Nonium Marcellum significat famam,ut Cic. ad Cæsarem iuniorem,lib.prio. Erat opinio bona de Plantio,bona de Lepido,ergo hic possumus intelligere pro utroque.Magna opinio.i.spes,uel fama de te,sed melius hic pro fama ponitur,ut sit sensus,multum & honorifice ab hominibus nominaris.Commendatio, laudatio. Liberalitatis, scilicet tuæ. Memoria consulatus tui.i.omnes libenter recordantur ea, quę præclarissima gessisti in consulatu tuo. Hęc a te ante gesta,& commendationem tuę liberalitatis,& memoriam tui consulatus. Expressiora, manifestiora,& ueriora, tractum ab imaginibus,quæ exprimunt & repræsentant eos,ad quorum similitudinem sunt factæ. Illustriora,clariora,& excellentiora. Aliquantulum lau.aliqua pars laudis. Accesserit,additum fuerit.Ex prouincia atq; ex imperio,quia præerat & prouinciæ,& exercitui simul.

Magnanimus. Magnanimitas. Opinio.

ASCEN. Nouus homo. ❧SIMVL.i.similiter eo, ❧ uideo.i.considero non esse inuisum nouitati .i.ignobilitati meæ. Est enim nouus homo,qui primus in domo sua magistratum gerit, ut Cicero consulatum, ut putabam ante hac. Enim.i. quia ego perspexi similia uitia inuidorum in te homine nobilissimo omnium,quem tamen.s.te,illi.s. inuidi passi sunt facile esse in principibus.i.numero principum urbis,uoluerunt certe euolare.i.celeriter prouehi altius. Gaudeo fortunam tuam,licet aduersam,fuisse dissimilem.s.meę. multum enim interest.i.differt utrum laus minuatur ut tua,an salus deseratur, ut olim mea,ne tamen pœniteret nimis meæ.s. fortunæ,perfectum est uirtute tua.Enim.i.quia, tu curasti, ut plus esset additum.i.adiectum ad memoriam nominis nostri,quàm uideretur

IO. BE. V. ¶ PERPAVCIS aduersantibus. Catonem intelligit, Catonisq; æmulum Fauonium. Sane constat Catonẽ dum diem dicẽdo cupit eximere, à Trebonio trib. pleb. qui rogationem ferebat, in carcerem duci iussum. Sed tandem cum uictus uerecundia Trebonius esset, Catonem missum fieri iussit. Sequẽti mox die pulso per uim Aquilio Tribunoplebis, fugatisque optimatibus rogatio lata, prorogatúmque Cæsari in Gallias ad alterum quinquennium imperium. Decémque legiones ad id bellum gerendum decretæ. Quo facto nil amplius sibi cum plebe agendum cẽsens Cato ad Pompeium conuersus admonuit cauendum sibi à Cæsaris potentia. Quã cum uellet, deponere minime posset. Verum hæc omnino Pompeius contempsit. Plutarch. Lege Sempronia, quam Sempronius tulit ne successor Cæsari daretur, quique contra de dandis Gabinio, Pisonique, quorum unus Syriam, alter Macedoniam imperio obtinebat, successores lege censuit. Cice. in oratione de prouinciis consularibus decernendæ sunt nobis lege Sempronia duæ. Verum ut ingenue, quod sentio dicam, corrupta mihi uidetur hæc lectio, nec Sempronia, sed Trebonia legendum. Plutarch. & Flor. quorum alter & in Catonis Vticensis, & in Pompeii uita à Trebonio Trib. pleb. rogationem latam memoriæ prodidit, & ipsum Catonem rogationi aduersantem in carcerem duci à Trebonio iussum, neque non interim statim dimissum. Florus uero in hæc uerba. Is cum legem impediret, qua prouinciæ consulares in quinquennium Pompe. Hispaniæ, Crasso Syria, Parthicúmque bellum. Cæsari Galliæ, & Germania dabantur à C. Trebonio Tribu. pleb. legis authore in uincula ductus est, ut & illud in oratione de prouinciis consularibus lege Trebonia non Sempronia legam. Decem Legati, quorum singuli singulis legionibus præessent. E quibus Quint. Cicero. frater unus fuerit.

Cic. locus corruptus

ASCEN. ¶ QVANQVAM ego uolo te gerere ea, quæ gerenda sunt per exercitum atque imperium, ita ut mediteré. i. animo exerceas, & geras, hæc multo ante. s. quàm geras opere ipso ut pares te huc. i. ad hæc gerenda, ut cogites hæc, ut exerceas te ad hæc, & sentias id, quod quia speraſti semper, non dubito quin intelligas adeptus. i. cum sis adeptus, utpote, te posse facilime obtinere summum, atque altissimum gradum ciuitatis, scilicet Romanæ. Quæ quidem cohortatio mea ne uideretur tibi inanis, aut suscepta, scilicet à me sine causa, illa ratio mouet me, ut putarem te admonendum ex communibus euentis nostris. i. quæ utrique nostrum euenerunt, ut considerares in omni uita reliqua, quibus. s. hominibus crederes. i. credere deberes & quos caueres. i. cauere deberes. Summa dissentio est. s. inter consulares uiros, sed contẽtio. i. certamen est dispar. i. disparium uirium. Nam sup. ii qui ualent opibus, id est diuitiis armis, & potentia. s. clientum, & fautorum uidentur mihi perfecis se tantum. Stultitia & inconstantia. i. propter stultitiam, & inconstantiam aduersariorum, ut etiam ualerent iam plus authoritate. Itaq; . i. & ita paucis aduersantibus. i. cum pauci obstẽt, ipsi consecuti sunt per senatũ. i. senatu approbante, omnia quæ non quidem. i. non iam, aut non saltem arbitrabantur assequi per populum sine seditione. Nam & stipendium decretum est Cæsari. i. pro exercitu eius, & decem legati. s. qui cum eo proficiscantur in Galliam, & perfectum est. i. impetratum per decretum, ne succederetur. s. Cæsari antequam bellũ confecerit: lege Sempronia quæ erat lata ne ultra certum tempus quis in prouincia imperium haberet, sed eo finito illi successor mitteretur, hæc nunc sibi displicere innuit Cicero, quia sic Lentulo placere putat, in oratione tamen de prouinciis consularibus aliter sentit hæc eadem probans cum rep. tunc esse putaret.

HVBER. ¶ NON delectat me, non placet mihi. Scribo tamen philosophicum consilium magis ex schola Peripateticorum quàm Stoicorum, qui solam uirtutem & honestatem per se solam appetendam uolunt, Peripatetici autem etiam propter aliud. Dicit igitur & quamuis scribat breuiter, scribit tamen, ut admoneat ipsum Lentulum, id quod quamuis fuerit deditus omnibus literis à pueritia, tamen magis experientia quàm discendo didicit, ut donec res eius sunt integræ & immutatæ, & in solito statu, discat non esse quærendam salutem & uitam, quæ sit futura sine dignitate, neque etiam quærendam dignitatem cum periculo salutis. Itaque consuluit, ut utriusque habeatur ratio propter utranque. Experiendo re ipsa probando, & ita dat maiorem fidem consilio suo, quoniã res experiẽtia cognitæ certiores sunt quàm quas ex libris discimus: experientia enim, ut uulgo dicitur, facit artem. Quod ipse deditus, subauditur quãuis deditus. Rebus integris, in pristino statu manentibus. Habendam rationem, habendum respectum & curam. Salutis sine dignitate, quæ enim uita esse potest quæ sit sine dignitate? Neq; dignitatis sine salute, quid enim prodest summis fungi dignitatibus sine columitate & salute? Monet igitur, ut curet dignitatem, sed tamen ne ad eam ita contendat, ut salutem suam in discrimen, & manifestum periculum coniiciat, aut agendo aut sentiendo contra potentiores, quemadmodum ipse Cice. ante fecerat contra Crassum & Cæsarem & Clodium. Quod mihi de filia, duobus generis collocauit Ci. filiam suam Tulliam. Primum Pisoni Craſsipedi, qui parum cum ea uixit, post eius mortem tradita est Dolobellæ, eo tempore quo Cicero præerat Ciliciæ, ut infra epistola Ciceronis cognoscemus. Nunc autem respondet Lentulo, qui gratulatus fuerat ei de matrimonio filiæ & Craſsipedis, quod dicit

Experientia

Quod ego ad te breuius scribo, quia me status hic reipubli. non delectat, scribo tamen magis quàm discendo cognoui, tutuis rebus integris discas, neque salutis nostræ rationem habendam nobis esse sine dignitate, neque dignitatis sine salute. Quod mihi de filia, & de Craſsipede gratularis, agnosco humanitatem tuam, speroque & opto nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Lentulum nostrum eximia spe, summa virtute adolescentem cum cæteris artibus quibus studuisti semper ipse, tum imprimis imitatione tui fac erudias. Nulla enim erit hac præstantior disciplina, quem nos quia tuus, & quia te dignus est filius, & quia nos diligit, semperque dilexit, in primis amamus, charumq; habemus. Vale.

¶ Ex uetustiori. VII.

Et eos maxime qui te amare debuerũt. Quod si hæc ratio rei gerẽdæ periculosa tibi esse uidebit, placeat illud ut si rex amicis tuis qui per prouinciã atq; imperii tui prouincias ei credidissent, fidẽ suam præstitisset, & auxiliis eũ tuis & copiis & adiuuares, eã esse & nostram rationem prouinciæ tuæ, ut eius reditum uel adiuuando confirmares, uel negligendo impedires. Alii sic, Eam esse naturam, & regionem prouinciæ tuæ &c. Poterat utrunq; præclare fieri, si etiã fides, si grauitas in hominibus cõsularibus esset. Qui non solum temporibus iis quę per te sum expertus, sed iam olim nascenti prope nostræ laudi, dignitatique, uirtutiq; simul fauisti, quod uideo nõ multo ut ante hac putabam nouitati esse inuisum meæ. In te autem homine hominũ nobilissimo similia inuidorum uitia perspexi. Quæ quidem mea cohortatione tibi inanis atq; suspecta sit, quæ mea cohortatio ne tibi inanis atq; suspecta sit quod quidem sine causa uideretur, illa mea oratio me mouet, ut te ex nostris euentibus communibus admonendum esse putarẽ, ut cõsideres in omni re & reliqua uita quibus credere quos caueres. Et ne lege Sempronia succederet, facile perspectum est ad Cæsaris uoluntatem.

¶ QVOD mihi de filia & Craſsipede gratularis. Tulliolam filiã & Pisonem cognomẽto Craſsipedem à pedum, scilicet craſsitudine dictum intelligit, cui primo Tulliola nupserit, post cuius mortem de amicorũ sententia cum Cicero Ciliciam proconsule administraret, Cornelio Dolobellæ nupsit, ægre id ferente Cicerone, nec satis probante, quæ cum ex partu obiisset, quo tempore Cæsar contra Pompeii liberos bellum gereret molestissime tulit. Cúmque alia, ut inquit Lactantius, satis æquo tulisset animo, filiæ morte adeo consternatus est, ut tunc se à fortuna superatum plane fateretur. Illud non possum non mirari Pedianum scribere post Pisonis mortem. P. Lentulo nuptam Tulliolam, apud illum ex partu decessisse, nisi ita dicas P. Cornelium Dolobellam Lentulum dictum, quòd à Lentulo adoptatus, Lentuli quoque nomen assumpserit, qua de re plura in epistolis Cælianis dicemus.

IO. BE. V. Cic. dolore uictus Tulliolæ mortis

Pedianus arguit & cõciliatur

¶ QVOD. i. quam rem, ego scribo à te breuius. s. q̃ facerem, q̃ hic status reipub. non delectat me. Scribo tamen ut admoneã te. i. q̃ ego deditus. i. penitus addictus à pueritia omnibus literis. i. disciplinis, cognoui tamẽ magis experiendo q̃ discendo. s. è libris rerum gestarum, aut disciplinæ militaris, ut tu discas rebus tuis integris. i. tantisper dum integræ sunt & saluæ, neq; rationem. i. curam & respectum salutis nostræ habẽdam esse. i. haberi debere, sine dignitate, neq; dignitatis sine salute, hoc est ne tantum nitamur dignitatem nostram tueri, ut uitam amittamus, nec uitam ut dignitate careamus: nam melius est mori q̃ cum dedecore amissa dignitate uiuere. Vnde Iuue. Summum crede nefas animam præferre pudori. Et propter uitam uiuendi perdere causas, quod tu gratularis mihi. i. mihi rem lætam eueniſſe, tibi iucundum esse contendis, de filia. s. Tullia & Craſsipede, scilicet Pisone eius marito & Ciceronis genero, duobus enim nupsit Tullia Ciceronis prius Pisoni Craſsipedi, qui cum parũ uixit, deinde Dolobellæ, cum Cicero (quam Lẽtulus nunc regit Ciliciam) regeret prouinciam, agnosco. s. in ea gratulatione, humanitatem. i. clementiam & beneuolentiã tuam. Et spero & opto. quod in plus se extendit. Speramus enim tantum quæ meritis nostris aut certis rationibus assequi possumus, Optamus quæcunque nobis cõmoda forent. Vnde Aenei. septimo. Turne quod optanti diuũ promittere nemo Auderet &c. & ita sperare non posset, licet optaret, unde hoc loco dicendũ uidetur & opto & spero. Nam plus est sperare q̃ optare, licet plures optent q̃ sperent, & plura optemus q̃ speremus. Hanc coniunctionẽ, scilicet cõiugalem, fore id est futurã esse nobis uoluptati. Et quia de filia gratulatus erat Lentulus, memor filii eius noie paterno uocati, dicit. O Lentule fac erudias Lentulũ nostrum. i. filiũ tuum, etiã mihi quasi paterna charitate dilectum, adulescentẽ eximia spe summę uirtutis. i. in quo est eximia spes de summa uirtute, scilicet futura: hęc est uera lectio, quam etiam Valla non diffitetur, sed ordinem non intellexit: nam non probauit diuersos casus ad unum referri, quapropter multi legunt summa uirtute, quod multis non placet: non enim uero simile sit in adulescente summam esse uirtutem, ideo genitiuus summæ uirtutis non constructur cum nomine adulescẽtem, sed cum nomine spe: fac inquã erudias eum, cum scilicet ita sit q̃ cæteris artibus quibus ipse. i. tu studuisti semper, tum. i. tunc in primis. i. præcipuè, imitatione tui. i. ut talem patrẽ imitetur. Nulla enim disciplina erit præstantior hoc. s. facto, & ita potius legam q̃, ut alii dicunt, hac. Non enim in imitatione paterna uidetur disciplina, sed factum ac opus. Præterea si maxime censeret disciplinam esse in imitatione patris, uideretur Cicero dicturus fuisse istac. i. tua disciplina, qua te imitari eum docebis, potuisset tamen hac dixisse. s. quã tibi significo: cæterũ hoc quiddã urgentius habet. Quem. s. Lentulũ filiũ tuũ, nos amamus in primis. i. inter primos, & habem⁹ charũ &. i. simul, qa tuus est filius, &. i. simul qa filius est dignus te. i. tali ac tãta præstãti patre, &. i. simul quia diligit nos & dilexit nos semp. s. dum per ætatẽ potuit. Pulchre obseruat elegantiã, ut quod minus est, uidelicet diligere puero det, quod maius sibi, unde nõ cõgruerit summa uirtute eum dixisse.

Nota Valla

Spero Opto

M.T.C.Len. narratoria Proconsuli. S.D. Epist. 2.

DE omnibus reb⁹ quæ ad te pertinẽt, quid actum, quid cõstitutum sit, quid Pompei⁹ susceperit, optime ex Emplatorio cognosces, q

HVBER. Emplatorium

DE omnibus rebus. Cice. in hac epistola excũsat se apud Lẽtulum, q̃ non scribat de rebus, quæ ad eum pertinent, quia poterit melius de eis intellígere ex Emplatorio eius amicissimo, quem dicit, omnibus eius rebus in senatu tractãtis interfuisse, & etiam prefuisse, deindè docet eundem, quo statu sit resp. ostenditq; se maximè hærere uoluntati Pomp. cum alii

Universidad de Deusto Biblioteca

malè de rep. sentiant, ita ut potius iam exoptet ocium & uacationem quandam à rep. quàm administrationẽ. Ostendit deinde Cic.Pom.ualdè amicum esse Lentulo, ita non dubitet Lèntulum omnia posse fauôre Pompe. consequi,& ad hoc se usurum omni diligentia. Postremo dicit res Lèntuli maiori sibi curæ esse q̃ omnes res suas,nihilq; posse ꝓ eo tantũ facere, ut plus nõ debeat, q̃ possit. Actum,tractatũ, quantũ ad præteritũ. Constitutum,ad futurũ, Suscèperit,arripuerit,supra se acceperit causa tui. Interfuit & præfuit, quod differant, uide supra in epistola, quæ gerantur. Ex eodem Emplatario.Rerum cõmutandarũ,rerum publicarũ. Atq; ita sunt in potestâte amicôrum. M. Crassi, Cæsaris, & Pomp.nam & si Cæsar aberat, inierat tamen fœdus cũ Crasso & Pom.ut ipsi consulatũ peterent se enim eis auxilio ad hoc futurum multos ad suffragia milites mittendo qui consules declarati fuissent,prouincias exercitúsq; decreuerunt, Cæsari Gallias in aliud quinquennium assignauerunt, author Plutarchus in uita Pomp.

Nullam mutationem, quia adeo sunt potentes, ut ex eorum manu administratio reip.nostra ætate nullo modo tolli posse uideatur. Vt debeo,propter tua erga me merita. Tute, tu,nam te additio est magis quàm compositio,& breuis est te,& additur solũ nominatiuo,non etiam aliis casibus, Præcepisti mihi,non iussisti,sed instituisti,& docuisti,nam præcipere est docere unde preceptor & præceptum,quod ut ait Sene. epistola octuagesima sexta est particulare ad bene uiuendũ documentum,ut cum præcipitur,quid uir uxori,quid uxor uiro debeat,qd ciuis peregrino,peregrinus ciui. Et ut me diæta,temporis ratio modus.i.ipsa dies,significat, ut locum domus,in quo tantum uersamur, & legem uictus, quidam tamen codices habent ut dignitas utilitásq; cogit, sed magis probo ut legatur diæta. Ad rationes, ad consilia & facta. Eius,Pompe. In meis rationibus, cum ab exilio sum reuocatus, quia eius opera tibi utendum putasti,ut ipse Cice.in oratione pro domo sua ad pontifices plenissimè ostendit his uerbis:illud uero est hominis ingrati tacere. Itaque libentissimè prædicabo Cn.Pomp. studio & authoritate æque unumquemque uestrum opibus,contentione,precibus,periculis,deniq; pro salute mea præcipuè laborasse:hic tuis P.Lèntule cum tu nihil aliud dies & noctes,nisi de salute mea cogitares,consiliis omnibus interfuit,hic tibi grauissimus author ad instituendam,fidelissimus socius ad comparandam,fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit, hic municipia coloniásq; adiit.Hic Italiæ totius auxiliũ cupientis implorauit,hic in senatu princeps sententiæ fuit,idémque cum dixisset,tum etiam Po.Ro.pro salute mea obsecrauit. Sed te non præterit,non te fugit,nõ ignoras,quod enim præterit nos à nobis ignoratur. Sensum,sententiã,opinionem. Præsertim rectum,quia quod intelligimus nos bene sensisse,pertinacius & firmius tenemus,& difficilius deponimus,præcipuè si uiri boni dici & haberi uolumus. Rectum,probatum. Confirmatum, semper à teneris usque annis ita sentiendo. Veruntamen,quamuis quod dixi sit difficile.Conformo,accommodo, alii legunt confirmo,quod idem est. Eius,Pompe. Dissentire,discrepare.

Tute

Præceptor
Præceptũ

nõ solùm intérfuit his rebus, sed etiam præfuit,neque nullũ offíciũ erga te hóminis amantíssimi,prudẽtíssimi,diligẽtíssimi prætermisit.Ex eodem de toto statu rerum cõmúniũ cognosces, quæ quales sint, non fácile est scríbere. Sunt quidẽ certè in amicórũ nostrórum potestáte, atque ita vt nullá mutatiónem vnquàm hac hóminum ætáte habitûra res esse videâtur. Ego quidẽ, vt débeo, & vt tute mihi præcepisti, *& vt me dígnitas vtílitasque cogit,me ad eius ratiónes adiungo, quem tu in meis ratiónibus tibi esse adiungẽdum putasti. Sed te non præterit,quàm sit diffícile sensum in repu. præsertim rectum & confirmâtum depõnere. Veruntamèn ipse me confirmo ad eius uoluntátem, à quo honestè dissentîre non possum, neque

☞ Argumentum octauæ epistolæ.

IO.BE.V.

DE OMNIBVS rebus.Nihil sibi de reipu.rebus scribendũ,cũ Emplatorius ad eum ueniret, affirmat.Cuius prudentiam & fidem in Lentuli negocio mirificè laudat, ex quo facilè de uniuerso reipu.statu cognoscat sese in omnibus ad Pompeii uoluntatem sententias suas accommodare,à quo honestè dissentire nequeat. Quod cum faciat magnis illius erga se meritis, & animi propensissima semper in illum inductione id à se fieri probat. Ita tamen, ut si per amicitiam illius sibi liceat, nihil antiquius ocio literario sibi futurum non dissimulet, quando dignitas iam illa senatoria tota cõciderit.Pompeium autem sibi uideri amicissimum. A quo tamen uestigium nullum discessurus,nisi perfecta re sit,quando non minori sibi curæ Lèntuli dignitas quàm sua sit ꝙ facile cum literæ de reb⁹ in prouincia benè gestis ab eo uenerint (nam rumor erat benè rem gestam) extabit. DIAETA, & si quid ipsa sit diæta non nesciam, magis tamen illa mihi probatur lectio, ut dignitas utilitásque scribendum putem,quod & ut uetustiores codices præ se ferunt,neque enim adduci possum hoc uerbo nunc Ciceronem uti uoluisse quo aut nũquam aut quàm parcissimè hoc significato usus est, sed & uix in ipsa Græcia tale quid inuenias.Nam aut ita diffinitur Galeno in eo libello cui titulus est ἰατρός,ut nihil ad hunc locũ faciat,aut pro ratione uictus quotidiani usurpatur à doctis. Aut pro loco in quo assiduè uiuamus mutuo conuersemur,aut pro sententia quam arbiter dixerit.

ASCEN.
Ordo.

DE OMNIBVS &c.dicit Emplatórium ad Léntulum proficiscentem,ubi aduénerit, ómnia,quæ ad rem Lentu.pertinérent nunciatúrum.Quapropter Emplatórium ipsum,ut illi fides habeâtur,non parũ cõmendat. Ordo est.Tu o Lentu. cognosces optimè.i.commodissimè de ómnibus rebus,quæ pertinent ad te,quid sit actum & quid sit constitûtũ,& quid Pom.suscéperit.s.faciendũ cognosces inquã ex Emplatório uiro illo præstanti,qui non solùm intérfuit his rebus,sed etiam prefuit,scilicet tanquam præcipuus actor aut curátor,neq; prætermisit erga te ullum offícium hóminis amantíssimi,prudentíssimi,diligẽtíssimi.Tu cognosces ex eodem de toto statu rerum ómnium.i.reipu.quæ,quales sunt,non est fácile scríbere. Sunt quidem certe in potestáte amicórum nostrórum.s.M.Cras.C.Cæ.Cn.Pomp. Atque ita.i.talitèr sunt in eorum potestáte, ut res nullam.i.non ullam, non uideâtur habitúra esse unq̃ ullam mutatiónem hac ætáte.i. durante hac ætáte hóminum.

hóminum. Ego quidem débeo,& ut tu te,id est tuipse, in nominatiuo propter tertiam persónam uerbi tumeo non dícimus tumet,sed tute aut tutemet,præcipisti.i.mandasti mihi,& ut dignitas cogit,quia indecôrum est habêre simultátem cum summis uiris. Et utílitas cogit,quia durum est potẽtissimis resistere.Adiungo me ad ratiónes,id est consília & negócia eius,scilicèt Pompeii,quem tu putasti adiungẽdum esse tibi, id est ad utilitátem tuam in ratiónibus,id est consiliis & factis meis. Sed non præterit,id est tu benè nosti,quàm.i. quantùm difficile sit depõnere sensum.i.senténtiam & iudícium in repu.i.in gubernatióne & iuuámine reip.præsertim rectum.i.non errõneum & confirmâtum.Sentiêbat autem Cice.nõ útile reip.fore gubernácula ad páucos deuolui,& quemuis unum aut páucos contra legem in magistrátu stabilíri,& ita licet fácere Cæ. & Pomp. ut summis uiris,uerebâtur tamen eórum poténtiam reip. offutûram. Verũntamen ipse conformo.i. accómmodo me,alii legunt confirmo,id est stabílio me ad uoluntátem eius.s. Pompe.à quo non possum dissentîre.

☞ E T ut me dignitas,utilitásq; cogit: Emendauimus olim, VT ME PIETAS: neq; tamen causas attulimus huius castigationis,neq; priscæ scripturæ ullam mentionem fecimus:quare rectum uisum est, id nunc diligenter facere:maximè,cum interpretes etiam nonnulli horum librorum,ut quondam memini me legisse,de hac uoce DIGNITAS,ambigant,& de diæta,nescio quæ,loquantur,ut qui & ipsi ueterem lectionem odorati fuerant.Medicæus codex (iam enim de illo dicendum est,ut minus deprauato,uel potius ut omnium optimo) VT MEDIETAS, habet:quare paruo,& satis usitato errore sublato,legendum existimaui, ME PIETAS: has enim literas ueteres librarii sæpè inter se cõmutabant,ut in eodem exemplari in epistola ad Memmium,An DOTIVS libenter te Athenis:pro, POTIVS, & ad Tirônem, A portu Corcyreôrum ad Casiodem:pro,Casiopen,sicq; multis aliis locis.Rèliqua,ut puto,perspicua sunt:sæpè enim ùtitur hac uoce,cum loquitur de Lèntulo hoc,ad quem nunc scribit,& Gn.Magno autoribus suis salutis,& quibus penè debêbat quæ filii parentibus : cunctique homines Diis immortalibus debent. Vulgata lectio probari nullo pacto potest; nedum enim,hoc,quod Cicero narrat se facere,quòd adiungat se ad rationes Pompeii,augeat dignitatem illius,uehementer eam minuit, nisi dignitas est,rectum sensum in Republica depònere,& ad uoluntatem alterius se accommodare,quod prorsus nemo unquam dicet.Sed id apertè ostendit cum infra inquit, Dignitatẽ quidem illam consularem fortis,& constantis Senatoris,nihil est quod cogitemus.

*PETRI VICTO. CASTI.

id fácio(vt fórsitàn quibusdam uídeor) simulatióne, tantùm enim ánimi indúctio, & me herculè amor erga Pompeium apud me valet, vt quæ, illi vtília sunt,quæ ille uult,ea mihi ómnia iam & recta & vera videantur. Neque(ut ego árbitror)errârét,ne aduersárii quidem eius,si cum pares esse non possent, pugnâre desisterent. me quidem etiam illa res consolâtur quod ego is sum, cui vel maximè concêdant omnes,vt vel ea defendam quæ Pompéius velit, vel táceam, vel etiam id quod maximè lubet, ad nostra stúdia me réferam literárum, quod profectò fáciá, si mihi per eiusdẽ amicitiam licêbit. Quæ enim propósita fúerát nobis, cum & honórib⁹ amplissimis & labórib⁹ máximis ꝑfuncti essêm⁹,

☞ I D, ut confirmem me ad uoluntatem eius. Simulatione,quod nõ probem nec putem rectè factum, quod ille faciat,at sentiat.Simulàmus enim quod non sumus dissimulâmus quod sumus. Tantũ probat ꝙ non simulatione id faciat,sed uera sentẽtia,dicit enim se eam opinionem habêre de Pomp.eum tantũ amare,ut oĩa recta putet,quæ utilia sunt ipsi Pom.aut quæ ille uelit. Inductio animi,persuasio, & propositũ quoddã. Tantũ ualet.tantũ potest & efficit. Recta ad officium.s. honesta.

Vera.i.bona & utilia,nam uerũ plerunq; pro bono pònitur.Hora.in primo Epist.quod uerũ atq; decẽs curo, & rogo.Idem eodẽ lib.Metiri se quenq; suo mòdulo ac pede uerum.i. bonũ & utile,& dicunt dialectici,uerũ & bonum cõuertuntur, omnis autẽ deliberatio circa hæc duo est maximè.i.circa utile & honestum. Neq;,ut ego arbitror.Sensus est.neque errarent eius aduersarii si desisterent & cessarent aduersus eum cõtèndere, cum omninò eis pares esse non possint. Neq; errârent aduersarii eius aduertendũ negationem negationi postpòsitam non semper affirmandi uim habêre, sed & negandi magis cum altera pro uniuersali pònitur,& particulâres sequũtur.hoc modo nullas accèpi à te literas,nec breues, nec prolixas, quo genere usus est Virgil. in Buco. Nulla neque amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.Vbi memini quendã habitũ non indoctũ errare,qui quoniã hanc rationẽ non intelligeret, pro nulla diceret ulla esse legendum, quod nullo pacto est faciendum.Item una sola negatio postpòsita negationi non affirmat, sed negat:ita tamen ut sequens iungatur cum quidem,ut hoc loco patet,ut si dixero.Non tibi hoc persuadêrẽ,ne CHRISTVS quidẽ.Item,nõ possunt sine dolore ferre aduersa,ne Philosophi quidẽ. Huius autẽ rei & significationis negatiuæ duarum negatiuarũ hæc est causa,quia subauditur alia negationis pars sic.Non tibi hoc persuadêret,ne CHRISTVS quidem.i. nõ tibi persuadêret hoc aliquis,deinde ad maius significatum subiungo ne CHRISTVS quidem,cui omninò est credendum.s.persuadêret.Ergo his duabus rationibus cum particulares sequuntur uniuersalem, & cum secunda iungitur cum quidẽ,negationes iunctæ negant,& non affirmant.Interdũ tamen sine quidem duæ negationes negant cum una particularis omittitur,ut Terent.Agrum in his regionib⁹ meliorem,neq; pretii maioris nemo habet:subauditur enim neq; meliorem.Varro quoq; in uitis patrum ostendit duas negatiuas pro una accipiendas.Si autem duobus uerbis aut pòsitis,aut intellectis addantur duæ negatiuæ, non dubiũ est quin negent,positis sic,nec me amas,nec mihi credis,intellectis sic,nec uirtuti studes,nec literis. Intelligit enim iterũ studes,& hæc de negatione hoc loco utiliter tangenda putauimus. Neq; errârent, benefacerent. Pares, æquales. Pugnâre,contèndere. Me quidem.q.d.me solum nemo reprehendit,si uel pro Pomp.quidpiam dixi,uel etiam tacui,uel etiam si non eo in senatum,sed ad libros & studia philosophiæ me refero,cui antea operã dedi. Vel,etiam,ut Virg.Vel Priamo miseranda manus.i.etiam Priamo. Maximè,libentissimè,ut est apud Terent.sæpissimè. Vt uel ea de.Vel interdum pro etiam ponitur,ut paulo ante dictum est:interdũ est disiunctiua particula,ut uel scribam uel ad te ueniam,interdũ copulatiua,ut maximè me tibi amicũ facit uel uirt⁹ uel

HVBER.
Simulo
Dissimulo
Verum
Bonum
Deliberatio
Verum
Negatio
Vel

Universidad de Deusto Biblioteca

doctrina tua,hic enim uel proponitur quod sæpissime apud idoneos authores reperitur, alias secundum Donatum correctionem significat,ut apud Cic.uel optimam me sanè uitam,& teste Prisciano pro ualde frequenter ponitur, ut Cice.pro Murena,uel maximũ bellum Po.Ro.cum rege Antiocho gesisse. Maxime libet,præcipuè placet, Referam,reuertar,quia aliquantulũ intermiserat propter occupationes reip. Si licebit,cõcedetur.i.si eius amicitia me hoc facere patietur,pro qua oĩa prætermitterem ut ei inseruirẽ. Est autem ornatus dicendi modus,non licet mihi per te hinc abire.i.non uis,uel tu non pateris me hinc abire. Quæ enim proposita ratio quare uelit se libenter ad studia literarum referre , quia non amplius ea sunt quæ solebant esse uersantibus in rep.quæ commemorat dignitatem, libertatem &c. Proposita, præparata, oblata. Perfuncti essemus.i.administrassemus. Honoribus amplissimis,prætura,consulatu & cæteris magistratibus,sed tamen amplissimos honores intellexit præcipuè consulatum.Et laboribus ma.in administratione reipub.& præcipuè in

Dignitas opprimendo Catilina,& cæteris coniuratis. Dignitas,dignitas diuersis modis accipitur,nunc pro authoritate honesta,ut hoc loco, nunc pro magistratuum administratione & pro honore, ut Cic.propria uirtute multas dignitates adeptus est,& dignitas sacerdotii maior est q̃ præturæ,interdum significat pulchritudinem uirilem,ut testatur Cic.lib.i.offi.cum dicit.Pulchritudinis duo esse genera,unum muliebre,quã uenustatẽ appel-

Dignitas lamus,alterum uirile quam dignitatẽ dicimus,ut Galeacius Maria princeps est egregia dignitate corporis.Dignitas etiam interdum pro merito accipitur,ut reddendum est unicuiq; pro dignitate sua.i.pro merito suo.

IO. BE. V. VT Quibusdam uidetur simulatione.Nam Cic.pleriq; incõstantiæ, instabilisq; animi notarunt.Vnde exiit illud nimirum si angustè sederet quibus sellis uteretur.Vtcunq; tamen sit propensior semper in Pompeii beneuolentiam fuit ut quamuis magnis Cæsaris beneficiis obstrictus quamuis genero suo Dolobella & Cælio, & aliis amicis obstantibus,ut aliquem in locum potius secederet quàm bellis ciuilibus se immisceret, summo tamen suo cum discrimine nec satis Pompeianis copiis fidens ad Pomp.nauigarit. Vt quæ illi utilia sunt,hoc dicit quoniam cum exilio reuersus esset in Pompeii gratiam & dixit & fecit multa, multorũ inimicitias suscepit,& simultates sustinuit,& Vatinium hominem unum omnium sibi infestissimũ adhortationibus Pompeii defendit,& cum Gabinio in gratiam rediit,ut sequẽti epistola latius. Ne aduersariis quidem eius Crassum &

Crassus et Cato Catonem,Catonisq; æmulos,& Clodianorum quosdam intelligit qui omnino Pomp.infestissimi erant. Perfuncti essemus, sic & hac epistola & sequenti . Alias ut in epistola ad Brutum defuncti uocabulo libentius est usus. Ordinem coniunctissimum,equestrem.s.intelligi uoluit Cicero sæpe à senatu alienatum,sæpe conciliatum,prout iudicandi ratio uel senatoribus deferebatur,uel à senatu translata, ad equites delata est, donec ex utroq; ordine iudices eligerentur,qua de re locis suis copiosius.

ASCEN. NEQVE facio id, ut uidetur forsitan quibusdam, simulatione, id est per simulationem, aut simulanter,

inductio enim.i.quia, inductio animi,id est persuasio,quam induxi in animum meum,Pompeium bene de rep. sentire, & Herculè me,scilicet ita iudicante uel uindicante ut uerum aut falsum dico , amor Pompeii.i. in Pompeium tantum ualet apud me,ut ea omnia quæ sunt utilia illi,& quæ ille uult,uideantur mihi iam & recta & uera.i.iusta. Neque ut arbitror,errarent ne quidem,id est non etiam aduersarii eius,scilicet Pompeii,si desisterent pu-

bono gnare,id est repugnare aut contendere,scilicet cum Pompeio,cum non possent esse pares. Quidem, id est certe,& id est etiam illa res consolatur me,quòd ego sum is,id est talis,cui omnes cõcedant,id est permittant,uel, id est etiam maximè,ut uel,id est aut defendam ea,quæ Pompei⁹ uelit uel taceam,id est nihil de eius dicam,uel etiam id quod.i.quæ res libet maximè mihi referam,id est iterum applicem me ad studia nostra literarũ,quod ego faciam profectò,id est reuerà,si licebit mihi per amicitiam eiusdem.s.Pompeii.

HVBER. SENTENTIIS dicendis.Sententia,ut uoluit Nonius , interdum pro sensibilitate ponitur, interdũ pro

Sententia animi iudicio & cognitione,ut hic.Dicendis sententiis.i.dicendis iudiciis animi:& quę sentio,dicere sententiã duobus modis accipimus.Primum cum ad unum quenq; indifferẽter refertur, ut nemo est in nostra ciuitate,

Dicere sententiam cui non liceat liberè sententiã suam dicere.i.efferre & pronunciare quod sentit.i.quod habet in animo. Deinde aliter accipitur,cum ad iuris partes refertur.i.cũ uel ex lege uel ex æquo & bono,uel ex alia parte & iuris sententia dicitur,ut iudex in causa mea dixit sententiã,id est sanciuit quid ius uellet:& ut Digestis de arbitris scribit Paulus, dicere sententiam existimatur is,qui ea mente id pronunciat, ut secundũ hoc discedere eos,qui litigant à tota cõtrouersia uelit.Libertas, potẽtia ingenua. Est enim libertas in bonũ:licẽtia uero in malũ cũ quis li-

Libertas bertate abutitur usq; ad temeritatẽ & procacitatem, ut

Licentia Quin.Quæ in aliis libertas est in aliis licentia uocatur, pro eo autẽ quod imperiti dicũt,hic dedit mihi licẽtiã ut scriberem, qui & rectè sentiunt & ornatè loquũtur, dicunt,hic dedit mihi potestatem, uel fecit mihi potentiam scribẽdi,uel facultatẽ scribendi, uel per hunc mihi licuit scribere. In repub.capessenda, defendenda,suscipienda ad tuendum. Ea.dignitas & libertas. Sublata, erepta , amota. Sed nec mihi , subaudi sublata est,

Magis quàm reliquis, quia nemini iam licet cũ dignitate sentẽtiam dicere,aut liberè remp.capessere. Nam, ratio superioris propositionis bipartita per disiunctionem.Aut assentiẽdum est paucis.i.descẽdendum in sententiam paucorum. Nulla grauitate,nulla authoritate & dignitate seruata, quia iudicium paucorum non uidetur anteferendum multorum sentẽtiis. Aut frustrà dissentiendum.i.frustrà aduersandum.Frustra autẽ dixit,quia omnino oportet succumbere,quoniã cum potentiores sint opibus, plus etiam possunt authoritate

Ratio & sententia. Maximè, præcipuè. De tuis rationibus,

dignitas in sententiis dicendis, libertas in rep.capessenda,ea sublata tota,sed nec mihi magis quàm omnibus. Nam aut assentiendum est nnlla cum grauitate paucis , aut frustra dissentiendum. Hæc ego ad te ob eam causam maxime scribo , vt iam de tua quoque ratione meditere . Commutata tota ratio est senatus , iudiciorum , rei totius publicæ , ocium nobis exoptandum est quod ii qui potiuntur rerum , præstaturi uidentur , si quidam homines patientius eorum potentiã ferre potuerint. Dignitatem quidẽ illã consularẽ fortis & constantis senatoris nihil est quod cogitemus.Amissa est culpa eorum qui à sena-

tu & ordinem coniunctissimum & hominem clarissimum abalienauerũt, Sed ut ad ea quæ cõiunctiora rebus tuis sunt, reuertar, Pompeium tibi valde amicum esse cognoui , & eo consule (quantum ego perspicio) omnia quæ voles tu obtinebis , quibus in rebus me ille sibi affixum habebit , neque à me vlla res quæ ad te pertineat,negligetur.

de rebus tuis & cõmodis, nam ratio interdum id significat,ut infrà dicetur. Tota ratio.i.totus modus solutus , tota uia. Senatus , quia in eo modo habetur,quo solebat,neque liberæ sententiæ dicuntur. Iudiciorum, iudicialium causarum,quæ in foro corã iudicibus agebantur,qui ex ordine equestri eligi solebant,unde Horatius in primo Sermonum.Vnum ex iudicibus selectis obiiciebat.Idem libr.ii.Sermonum. Tu cum proiectus insigni annulo equestri Romanoque habitu prodis ex iudice Damma, & Cice. sæpe in orationibus suis hoc demonstrat. Reipublicæ totius administrandę,nõ habetur ratio bonorum uirorum,sed pro libidine,dantur magistrat⁹,qui antea solebãt dare uirtuti. Ocium, Ocium

tranquillitas,securitas:nam ociosus securum significat. Ociosus

Terentius in Andria.Ocioso iam nunc animo esse impero: nam nisi qui securus est,non est ociosus , & nego- Negociũ

cium pro solicitudine ponitur,ut infra lib.iii.ad Appium Pulchrum.Cum est ad nos allatum de temeritate eorum,qui tibi negocium facesserant. Potiuntur rerum,qui habent statum reipublicæ in potestate sua. De uerbo Potiri diximus suprà in præcedenti epistola. Si quidem homines, non dicit qui sint,quoniam inter Ciceronem & Lentulum satis cõstabat,qui essent,aut certè ita dicit,quasi Lẽtulus coniicere posset qui essent,neq; est legendum siquidem,ut quidam malè præceperunt. Potuerint, poterunt futurum subiunctiui pro futuro indicatiui. Ferre,pati:quia quidã indignabantur,nec satis ferre posse uidebantur paucos in ciuitate tantùm

posse,ut quicquid uellent efficerent. Dignitatem illam. Sensus est,non possumus iam expectare, ut amplius Ordo

sit dignitas illa consularis,quæ solebat esse libera in fortibus & constantibus senatoribus , qui habita ratione nullius personæ nec metu nec gratia deterrebantur ab officio. Amissa est enim,probat,quasi illa dignitas nõ sit cogitanda,ut adhuc sit sicut solebat.Est enim amissa,perdita,ordinem plebeium significat, qui Cæsari fauebat corruptus muneribus,missus ab eo ex Gallia:alii intelligunt ordinem equestrem. Et hominem clarissimum,uidetur innuere Cæsarem, cui multa aduersabantur, ne Gallia prouincia in alterum quinquennium ei decerneretur. Sed ut omissis cæteris , ostendit qui sit amor Pompeii erga ipsum Lentulum. Reuertar,redeam. Coniunctiora,propinquiora,magis pertinentia, & dixit reuertar , quia in secunda parte epistolæ iam dixit in rebus Lentuli se confirmatum esse ad uoluntatem Pompeii,quem suprà non nominauit , sed significauit cum dixit,me ad eius rationes adiungo. Et eo consule,fuerat enim electus consul cum Crasso. Quibus in rebus, tuis obtinendis. Affixum, adhærentem, ut pro te ab eius latere nunquam discedam. Negligetur, prætermittetur,aut contemnetur etiam si sit parua.

PER HOMINEM clarissimum,intelligit Pompeium, non Cæsarem, quem Cicero cum primum redit IO.BE.V.

ab exilio,senatui in primis conciliauit, quod ex epistolis Ciceronis ad Quintum fratrem præcipuè cognoscas.

ENIM pro quia,ea dignitas in sententiis dicẽdis, id est in iudicio ferendo, Et ea libertas in repub. capes- ASCEN.

senda,id est gerenda & administranda, quæ fuerat proposita nobis cum essemus perfuncti, id est ad finem usq; functi,honoribus,id est magistratibus amplissimis,ut sunt cõsulares, & laboribus maximis in detegẽda & uindicanda coniuratione Catilinæ & coniuratorum:est sup.sublata,id est subtracta nobis tota sed nec magis mihi quàm omnibus,scilicet aliis.Nam aut assentiendum est paucis cum nulla grauitate,aut dissentiendum frustrà, quia nimis potentes sunt. Ego scribo hæc ad te maxime ob eam causam ut meditere,id est cogites quoq; iam de ratione tua. Tota ratio senatus iudiciorum totius reipu.est commutata , & ita ocium est exoptandum no-

bis,quod,scilicet ocium,id est uacationẽ à repub.ii,qui potiuntur rerum,scilicet imperio,id est dominantur, Potior rerum

ut tres supradicti,uidentur præstaturi.Ergo præsto etiam præstatum facit,si quidam homines potuerint ferre

patientius,id est æquiore animo patientiam eorum. Nihil est quòd cogitemus quidem illam dignitatem con- Prestatur⁹

sularem senatoris fortis & constantis,scilicet quam nos gessimus & quales fuimus,& ideo non reprobo qui legunt dignitatem quondam illam &c. Sup.ea dignitas est amissa culpâ eorum,qui abalienauerunt à senatu ordinem coniunctissimum,scilicet senatui:utpote equestrem,ut uero simile est:& hominem clarissimum,id est, Cesarem,cum uellent illi abrogare prouinciam,quam equites illi prorogatam uolebant. Sed ut ego reuertar ad ea,quæ sunt cõiunctiora rebus tuis, ego cognoui Pompeiũ esse ualdè amicum tibi,& tu obtinebis omnia, quæ uoles,quantum ego perspicio,eo consule,id est dum consul erit. In quibus rebus,scilicet tuis,ille habebit me affixum sibi. Nec ulla res quæ pertineat ad te negligetur à me.

Neq; enim verebor ne sim ei molestus, cui iucũdum erit etiã propter idipsum, quod me esse gratũ videbit . Tu velim, ita tibi persuadeas nullam rem esse minimã quæ ad te pertineat, quæ mihi nõ carior sit q̃ meæ res omnes . Idque cum sentiam, sedulitate mihimetipse satisfacere possum,re quidem ipsa , ideo mihi non satisfacio,qđ nullã partem tuorum meritorum non modo referẽda, sed ne

NEQVE enim uerebor,occurrit obiectioni,quod HVBER.

quispiam fortasse diceret eum futurum molestũ Pom. ideo dicit quod non timebit,ut sit molestus Pomp.cui iucundum erit quicquid faciet Cic.pro Lent.etiam propter hoc ꝙ uidebit ipsum gratum erga Lentulum. Molestus,grauis , importunus, odiosus. Illi, Pomp. Cui iucundum erit,quod faciam pro te. Etiam.q.d. si nullæ essent aliæ causæ,quę sunt multæ. Quod me gratum uidebit.gratitudo enim animi omnibus iucunda esse solet,& quod ex officio & debito fieri debemus,non possumus non probare. Tu uelim , ostendit quantæ curæ sint sibi res omnes Lentuli . Persuadeas tibi,confidas, certum habeas. Minimam,ualde paruam,quanto magis quæ sunt maximæ. Idque cum sentiam, alii codices habent id quæcunque sentiam,alii ad, sed hæc est uera lectio , Idque cum sentiam & est sensus . Et cum sen-

tiam,id est cum hoc in animo habeam, quod nulla res minima est,quæ ad te pertineat, quæ mihi nō sit carior quàm omnes res meæ. Non possum mihimetipsi satisfacere sedu.id est instanti & fideli officio & diligentia, Sedulus nam sedulus,teste Nonio & Donato,significat sine dolo & instanter. Re ipsa, effectu ipso, & uere. Consequi,æquare:& est sensus,non satisfacio mihi, id est non uideor facere quod debeo erga te, quia nō solum non possum tibi referre gratiam in ulla parte tuorum meritorum erga te,sed neque etiam possum satis cogitare quod minus est. Rem te bene dicit,quis rumor sit de rebus, quas Lentul. in prouincia egerat. Rumor erat, Fama Rumor id est opinio uel fama:nam, ut Laurentius uoluit, tumor & fama idem sunt, licet fama interdum pro celebritate rei uel hominis ponatur,ut fama Camilli, & fama pyramidum Aegyptiarum adhuc uiuit. Est autem proprie fama & rumor sermo in populo sine certo authore in bonum uel in malum de recenti. Expectantur,à nobis. Studium,diligentiam. Extabit, erit,apparebit. In conueniēdis, alloquēdis pro te. Contenderimus, nixi erimus, intenderimus certauerimus pro te. Quàm possumus,quàm sunt uires meæ:& est communis loquendi modus. Quàm debemus, quia cum me salute adiuueris, non uideor posse tuis erga me meritis satisfacere.

cogitanda quidem gratia consequi possum. Rem te valde bene gessisse rumor erat. Expectabantur literæ tuæ de quibus eramus iam cum Pompe. locuti, quæ si erunt allatæ,nostrum studium extabit in conueniendis magistratibus & senatoribus. Cæteraque quæ ad te pertinebunt, cum etiam plus contenderimus quàm possumus, minus tamen faciemus quàm debemus. Vale.

¶ Ex.VIII.Epistola.In uetustiori.

Optimè ex Emplatorio cognosces. Atque ita ut nullam mutationem unquam hac hominum ætate habitura res esse iudicatur. Verū tamen meipsum conformo ad eius uoluntatem. Neque id facio (ut forsitan quibusdam uideor) dissimulatione. Si quidem homines patientius eorum patientiam ferre potuerint. Et ego quātum perspicio, ex eo tu omnia quæ uoles,obtinebis.

Io.BE.V. ¶ RVMOR erat hic, scilicet quòd in prouincia imperator à militibus appellatus esset, quódque summa fortitudinis & prudentiæ laude se gesserat. Quod sequenti epistola Cicero ostendit.

ASCEN. ¶ NEq; enim uerebor,ne sim molestus illi,s.Pompeio,cui erit iucundum etiam propter idipsum ꝙ uidebit me esse gratum.s.erga te. Tu uelim &c.Ordo est.uelim,ut sup. tu persuadeas tibi nullam rem minimam esse, quæ pertineat ad te quæ mihi non sit carior q̄ meæ res omnes. Cum sentiam id.s. quod dictum est nō possum satisfacere mihimetipsi sedulitate.i.diligenti opera & seorsum à dolo facta,quidem.i.certe ego ideo non satisfacio mihi.i.iudicio meo,aut pietati meę,re ipsa.i.effectu ipso,ꝙ nullā.i. non ullam. Non possum consequi.i. obtinere aut æquiparare,ullā partem meritorū tuorum.s.in me,aut de me non modo gratia referenda.i.æquali beneficio reddēdo, sed ne quidem,id est non saltem cogitanda,scilicet gratia.i.in animo habenda. Rumor erat te gessisse rem.i.imperium tuum in prouincia ualde bene,literæ tuæ.s.ad senatū mittendæ de quibus eramus locuti cum Pomp.expectabantur.s.à senatu,quæ si erunt allatæ nostrū studium.i.diligens opera extabit.i. reliqua erit in magistratibus ꝙ senatoribus conueniendis.i. uisendis loquendi de te gratia, cætera quæ ad te pertinebunt sup.extabunt nobis procuranda,cum &,id est etiam contenderimus plus quàm possumus,tamē faciemus minus quàm debemus. Vrbane dictum, ut pueri adnotabunt, cum illa particula etiam honesta. Tu uelim ita tibi persuadeas &c.

M.T.C.Len.Proconsuli.S.D.Epist. defensoria.

HVBER. PERIVCVNDAE mihi fuērunt. M. T.C. epistolę omnes quò longióres,eò mihi elegantióres & utilióres uidētur. Itaq; eò diligentius à nobis interpretandæ sunt,neq; enim eis assentior,qui quasdā breuiores electas se habere iactant, quas solas proponendas asserūt quasi gemmas quasdam præcipuas, idq; quibusdam rerum imperitis haud difficile persuadēt, quod non aliam ob causam à plerisq; factum arbitror, nisi quia difficilioris negocii arbitrarentur eas aggredi,& ingenio uincere,quæ plus artis, plus ingenii, plus historiarum, plus denique rerum omnium cognitionis haberent, imitati eos qui propter impotentiam rei pecuniariæ cum præciosissimas gemmas emere non possint,quascunque emērūt uxoribus suis preciosissimas esse persuadere conātur, cum tamen eorum artes & simulationes aliquandò detegantur. Sed eos omittāmus, & iam uiam omnibus uel ad difficilimas quàsque aperiāmus,ut quæ ante hac à paucis intelligendæ difficultatis caritudine emi (ut ita dixerim) non potuerunt, iam producantur, & facilimè nobis copiam facientibus comparantur,ut omnium commodis iam consuluisse intelligantur. Cōtinet igitur hæc epistola multas partes,quas singulas enumerare tum molestum,tum uero non ualdè utile puto,colligentur tamen quæ magis necessariæ esse uidebuntur,ut facilius habeatur totius epistolę argumentum, quod quidem hoc tandem esse putamus,primum respondet Cic.qui scripserat studia Cic.in se sibi gratissima fuisse, & ostendit id magis esse ex abundantia amoris ipsius Lentu. quàm quòd merita sua hoc exigant, aut si qua pro Lentu. feci, quæ quidem ita fuerunt debita ꝙ sine magna reprehēsione prętermitti nō potuissent,potuisse autē facilius Cic.erga se animum cognoscere si ambo Romę fuissent quo tempore fuerūt locorū interuallo seiuncti,gratulatur tamē ipsi Lent.ꝙ prouinciam cum summa laude administraret,tametsi ille Romæ fuisset,dicit se facilius potuisse ulcisci eos qui eum oppugnassent,quia ille Cic.defendisset,Clo.tamen qui laudatus à Len. eum præcipuè oppugnasset, suis sceleribus iam hoc esse assecutum, ut nullam uel dignitatis uel libertatis partem in posterum sibi reliquerit. Deinde quia Lent.habebat multos aduersarios gratulatur ei Cic. ꝙ ille non habeat inimicos in re ita magna,sicut ipse cognouit,quia hoc in dignitate,Cic. uero in salute læsus est, & quoniam cum intellexissent Lentu.

Len.Cic.in gratiam rediisse cum Cæ.cum quo multum anteà dissenserat ut etiam ipse fatetur in oratione de prouinciis consularibus,& cum Appio Pulchro,cum quo habuerat magnas simultates,scripserat se id non reprehendere uelle,tamen potissimum intelligere,qua causa adductus Cice.defendisset & laudasset Vati.quem ante tātopere oppugnasset,& in quem acerrimè inuectus esset in causa Sextii,Cic.omnium harum rerum rationes reddit,& quemadmodum olim sine salutis suæ ratione remp.omnino tutatus sit, ita nunc existimasset habendam rationem salutis,neq; tamen deserendam remp.neq; dignitatis suæ opinionem. Reddit etiam rationem de reditu in gratiam cum M. Cras.à quo grauissimis iniuriis fuisset affectus, cum eius potissimum fauore adiutus fuisset Clo.in oppugnatione Cic. Reliquæ partes locis suis ita declarabuntur, ut omnino tota epistola intelligi possit. Periucundæ,ualde iucundæ,plenę delectationis. Perspicere, planè cognoscere. Pietatem,religiosam quandam animi uenerationem de pietatis significatione in prima epistola dictum est. Quid enim dicam beneuolentiam quæ multo minor est quàm pietas? Cum, ratio est huius interrogationis, quid enim dicam. Pietas

¶ Argumentum.ix.Epistolæ.

PEriucundæ mihi fuērunt literæ tuæ. Tametsi prima laus epistolarum sit breuitas ut quæ alteram legentis manum implēre non debeant,sæpe tamen fit uel rerum magnitudine & copia uel amore,& respondendi studio prolixiores ut simus. quam certè prolixitatem eatenus probes,quatenus ad rem oratio faciat,nihilq; omnino superfluat. quod & Cicero hac epistola facile arguit. Qui postea q̄ gratissimum erga Lentulum animum significauit suum,cum se illi nihil nō debēre fateatur, Tum quare Vatinium defenderit, quē acerbissimè prius accusarat,respondet,repetitio tamen altius omnium cogitationum suarum principio, ita ut partim inimicorum suorum odio,partim Pompeii beneficiis & Cæsaris contentione summa impulsus potius q̄ suo consilio adductus patrocinium illud suscepisse se affirmet. Ad quod præterea faciendum ipse quoq; resp.status iam planè immutatus,illum penè coegerit,cum sapientibus uiris nequaquam in una sententia rei pu.gubernandæ perpetua sit laudanda permansio. Quare facilior multò de Crasso futura sit satisfactio, cum illi se reconciliatū hisdem ferè authoribus & causis quibus & Vatinio anteà probet. Quod quidem si sibi integra omnia in resp.superioribus temporibus erāt,forent facere debuisset: præsertim cum tantis Cęsaris beneficiis deuinctus sit:uel fratris sui legatione Gallica,uel ipsius humanitate,ut non ea probare quæ Cæsar uelit omnia non possit Qua in re imitandum sibiipsi Len.fuisse,qui qua animi magnitudine & simplicitate sit, multos quos resp.causa læserat,eisdem reipu.causam reconciliatus sit. Io.BE.V.

PEriucundæ.Epistola hæc sanè longa multa graphicè scrip.Grātiam captat Len.eiq; gratulātur.Clo.crimināt̄ur.Se inconstántiæ purgat.ꝙ cum Cæ.Appio pulchro, Vati.Crassoq; in grātiam rediérit, factórum ratiónes afferendo,ac demum se Len.rursus commendātum facit, ut cum órdine patēbit. Ordo autem est.Literæ tuæ fuērunt mihi periucundæ,quibus intellexi te perscríbere.i.clarè uidēre meam pietātē.i. obseruántiam & uenerationem,in.i.erga te.Et quia dixit pietátem quæ in superióres est,ut in principio scripsi,ad dit.q.d.dixi pietátem.Enim pro quia.quid.i.ad quid dicam beneuoléntiam. ASCEN. Ordo

¶ ILLVD ipsum no. hæc pronomina habent emphasim.q.d.noīe nullum potest esse maius. Videatur le. putetur minus & longè uilius,qa non habeo uocabulū quo possim uti ad declarandum animi mei affectū,cū nomen pietatis quo nullū potest esse grauius, sit etiam uilius, & minus q̄ exigunt tua merita erga me.de eo enī Cice.ita scribit in oratione de reditu suo.P.Len.parens,deus salutis nostræ,uitæ,fortunæ,memoriæ, nominis, &c.Item in oratione pro domo sua ad pontifices sic inquit. An.Ego cū P.Len.Consul. optimè de me ac de repu.meritus &c.Tuis meritis,beneficiis.Facis abundantia quadā amoris,quia multū me amas,nam oīa quæ ab eo quē amāmus fiunt erga nos,etiā si minima sunt,solent tñ nobis esse ualdè grata.Quæ prætermitti.i. omitti.Sine ne.sce.sine impietāte & máxima ingratitúdine & est sensus. ꝙ scribis ea esse tibi grata quæ pro te fácio.Facis. quia multum amas, & ideò ea etiam grata habes quæ non solùm fácere débeo, sed etiā quę non possem prętermittere,quin máximū scelus admittere uidērer.Tibi autē,hoc dicit,perspexisti quid egerim pro te sed multo clarius cognouissesi fuisses Romę his tpib⁹ quibus abfuisti à nobis:quia facilius p̄sentibus quā absentibus ostendimus mentē nostrā. Nam in eo ipso. resp̄onsio est ad aliā partē epistolæ Len.ꝙ si fuisset Romæ floruisset cū Cic.in administratione reipu.idq; aliquando se facturū ostendebat.Dicit Cic.ita fuisse futurū,quia ipsi oīno floruissent in eo ipso, quod inferius dicit in sententiis senatoriis dicendis, & in omni actione &c.Floruissemus, excelluissemus. Paulo post.in processu epistolæ quam alii malè diuidunt ab hac.Sensus, sententia.Et rescri.tibi,sicut incipit rescribere,cum dicit certiorē per literas &c. HVBER.

Sed certè,uel saltē,uel certè profectò, ut sit affirmātis aduerbium.Te authore, consiliario nō imperitissimo.i.consiliario non omnino indocto & imperito:uitat enim arrogantiā,ut nolit se dicere peritissimum.Fideli.hoc enī possum de me dicere ꝙ fideliter tibi consuluissem,& amāter,& est ordo,sed certè ego essē usus te authore amicissimo & sapientissimo.

Et tu.subaudi usus esses me consiliario fortasse &c.

illud ipsum grauíssimum & sanctíssimum nomen pietátis léuius mihi méritis erga me tuis esse videātur? Quod autem grata tibi mea erga te stúdia scribis esse, facis tu quidèm abūdántia quæ dam amóris vt etiàm grata sint ea quæ prætermitti sine nefário scélere nō possunt. Tibi autem multò nótior atq; illústrior meus in te ánimus esset, si hoc tēpore omni quo seiuncti fúimus & vna & Romæ fuissēmus. Nam in eo ipso, quod te ostēdis esse factūrum, quodq; & ī primis potes,& ego a te uehemēter expecto in sententiis senatoriis,& in omni actióne atq; administratióne reipúblicæ floruissēmus, de qua ostendam equidèm paulopòst, qui sit meus sensus & status. Et rescríbam tibi ad ea quæ quæris. Sed certè & ego te authóre amicíssi

Consi-

Consiliarius qui præbet cõsilium. Quanquam. qui hoc dicit se tamen lętari ꝙ ipse Lentu. imperator in Cilicia res bene gesserit. Victore aduersus Parthos & alios hostes Po. Rom. qui prouinciæ imminebat. Sed certe. q. d. quanquam lætor ꝙ absens bene gesseris & res & prouinciam, tamen maluissem te esse Romæ, quia quæ tibi debeo multo melius præsenti quàm absenti prestare potuissem, & ita tu fructus quos tibi debeo uberiores à me præsens accipere potuisses. Fructus. translatio est sũpta ab agris, quæ enim amicis pro præstitis debemus, translatiue fructus appellantur: quoniam, ut inquit Cicero, debemus imitari agros fertiles qui plus reddunt quàm accipiunt.

Fructus

IO.BE.V. Nefarium Scelus

¶ SINE nefário scelere: magna uerborũ uis uel illo ne fario uel scelere. Siquidem nefarium dicamus quasi sine farre, quo maiores nostri in sacris ad expiationes sunt usi, & scelus proprie id dicatur quod in patriam committitur. quasi ita sentiat futurum illud plane scelus omnium maximũ, si in Lentuli causa non omni studio, cura, industria elaborasset. & sane nihil ingrato homine detestabilius. Consiliario fortasse non imperitissimo, forma modestię. Fideli & beneuolo: tria uidelicet sunt quę in consiliariis, ut diximus, requiras: prudentiam, fidem, beneuolentiam. Quanquam tua quidem causa. hoc ad superiorem epistolam pertinet, ubi de rumore rei bene gestæ scribit Cicero.

ASCEN. Quidem

¶ CVM illud grauissimum & sanctissimum nomen pietátis uideatur mihi esse léuius, id est minóris momenti, méritis tuis erga me, quòd autem scripsi mea studia erga te esse grata tibi, tu quidem, idest certè. Nõ tamen significat proprie certè, sed cum sit expletiua coniúnctio ad ornátum pónitur, uimq; quãdam habet peráliam uocem non explicábilem: facis sup. id quadam abundántia amóris, ut etiam ea, quę prætermitti non possunt sine nefário scélere sint grata, scilicèt tibi. Autem. i. sed ánimus meus in te esset tibi multò nótior atque illústrior, id est clárior & perspicátior, si fuissemus omni, id est hoc témpore, quo fúimus seiuncti, id est separáti, .i. simul, una, id est uno loco, & Romæ, ubi de rebus tuis actum est. Nam nos floruissemus in eo témpore, quod, id est quam rem &c. alii legunt in eo ipso, quod tu ostendis factũrum te esse scilicèt cum ãderis. & quod tu potes in primis: & sup. quod ego expecto uehementèr à te. Floruissemus, inquit, sententiis senatóriis, id est in senátu dandis aut datis, & in omni actióne atque administratióne reipúblicę, de qua scilicèt república equidem, ego quidem ostendam paulopòst, qui sit sensus meus, id est quid séntiam, & qui status sup le eius aut meus in ea. & rescribam scilicèt paulopòst tibi ea, quæ queris. Sed certe, id est indubitatè, & ego sup. usus essem te authóre amicíssimo, ac sapientíssimo, & tu usus esses me cõsiliário non imperitíssimo fortasse, quod per modéstiam addit, quidem, id est quod dícere licet, usus esses consiliário fidéli, & certe, id est omninò indubitantèr, benéuolo si. s. si Romę fuisses. Quanquàm ego lætor, ut débeo tua quidem cáusa. i. propter bonum tuum non meum, te esse imperatórẽ. s. in Cilícia, & obtinére prouínciam rebus bene. i. felicitèr gestis cum exércitu uictóre. sed. i. ãttamẽn, certè tu præsens, si præsens fuisses, potuisses cãpere ex me eos fructus, qui debentur tibi ex me uberióres. i. fœcundióres, seu amplióres & præstantióres.

mo ac sapientíssimo, & tu me consiliário fortasse nõ imperitíssimo fidéli quidem benéuolo certè vsus es, quanquam tua quidem cáusa te esse imperatórem, prouínciamq; benè gestis rebus cum exércitu victóre obtinére, vti débeo, lætor. Sed certè qui tibi ex me fructus debentur, eos vberióres, & præstantióres præsens cápere potuisses.

HVBER. Vlciscor Vindico

¶ VLCISCENDIS, puniendis uel uindicandis, nam ulciscor utrunq; significat, authore Asconio Pe. quamquam parũ differre uidentur, sed hic melius uindicandis. Est autem ulcísci siue uindicáre, iniuriam non impunitam relínquere, & quasi par pari referre, ut summatim diffíniã, est maledictum áliquod, aut malefactũ defendere. Partim inimicos esse. ostendit hic duas fuisse causas, quia sibi inimicos cõparauerit, aut quia dedẽdit Cice. aduersus impetum Clodii, aut quia pulcherrime, & cũ summo honore egit prouinciam, ob quã multi ei inuidebant, neq; nolebant, ei decerni ea, quæ uictoribus imperatoribus a Po. R. o. decerni solebant. Propugnationem defensionẽ. Salutis meę, uitę meæ, cũ in exílium exire coactus sũ. Amplitudinem, dignitatem. Illius actionis, aut quod optime gesserit res in prouincia, aut certe propter ea, quæ in consulatu antea egerat, ut dixit superius. Magna est memoria cõsulatus tui, de quo multi inimici ei inuidebant. Mirificum, magnum, & audentem plusquã existimet. Quamquã, quasi dicat habuim⁹ etiam deos nobis fauentes, quia ille sceleratus Clo. perpetuus inimicus omnium, qui de eo benemeriti sunt ꝓ nobis uindictam fecit de seipso, quia propter sua scelera amisit omnem dignitatem, & libertatem in futurum.

In eis verò vlciscendis, quos tibi partim inimícos esse intélligis propter tuam propugnatiónem salútis meæ, partim inuidére propter illuis actiónis amplitúdinem, & glóriam, miríficum me tibi cómitem præbuíssem, quamquàm ille perennis inimícus amicórum suórum, qui tuis maximie beneficiis ornãtus in te potíssimùm fractam illam, & debilitãtam uim suam cóntulit, nostrã vicem vltus est ipse per sese: ea est enim conãtus, quibus patefactis nullam sibi in posterùm non modo dignitátis, sed ne libertátis quidem partem relíquit.

Quamquam ille non dicit, qui sit, sed intelligit Clo. perpetuus inimicus amicorum suorum, qui semper male fecit iis a quibus est bene affectus. Ornatus, adiutus. Tuis maximis beneficiis, qui semper fauisti, & auxilium ꝑstitisti, ut extolleretur. In te potissimum, præcipue in te, quanuis idem fecerit in alios. Fractam uim, quia iam amisit authoritatem, neq; tantũ potest quantum poterat, cũ me oppugnauit. Contulit, coniecit, couertit. Vltus est autẽ uicem nostrã ipse sese id est de seipso fecit uindictam pro nobis. Sese. i. in seipso. Se & sese. Seruius in arte â Cæsare ita distingui ait, ut le dicamus, cum aliquem quid in alium fecisse ostendimus, ut hic fatetur se nocuisse mihi. Cum autem seipsum, tũc dicimus sese. Vicem nostram. i. quod nos facere debebamus. i. uice nostri.

Sese Se

stri. Est enì ea, ostendit, quid egerit contra seipsum. Est conatus, tentauit aggressus est. Ea quibus patefactis, sacrilegiũ eius intelligit, cũ ad sacra deæ bonæ muliebri habitu ausus est uenire, ꝓpter amorem Põpeiæ uxoris Cęsa. Non modo dignitatis, quia ꝓpter fœditatem suorũ scelerũ oibus honoribus indignus habitus est. Neq; enim solũ Põpeiæ Cęsa. uxoris mœchus fuit, sed etiam cũ duabus sororibus cõcubuit, quarũ altera nupserat Lucullo, altera Metel. clarissimo uiro, quæ multis in locis Ci. cõmemorat. Refert etiã Liuius, & Plutarch⁹. Sed ne libertatis, quia liber esse nõ potest, qui aliquo publico scelere est pollutus, neq;. n. potest, aut etiã audet se defendere, qui se infectũ cognouit. Vũ Iuuen. Vñ tibi frontẽ libertatẽq; parẽtis, Cũ facias peiora senex.

IO.BE.V. Notahisto riam.

¶ PROPugnationẽ salutis, & amplitudinẽ actionis, utrunq; ad Len. consulatũ referẽdũ est nã, ꝙ Cic. salutẽ tu tatus acerrime sit, hoc Ciceronis inimici iniquissime tulerãt, quod uero summã ex eo facto laudẽ, cũ apud populũ Ro. & equestrem ordinem, tũ uero apud senatũ fortissimi. s. & constantissimi consulis, simul & gratissimi hoìs reportarat, ideo amplitudinẽ actionis addidit. q̃uis. n. summo oĩm ordinũ studio Cic. in patriã redit⁹ expeteretur. & Põp. iã uel ob, id ꝙ Clodius ipsum insectari cœperat, hoc enixissime curaret, & Cice. frater, & amici alii summopere cõtenderent, Len. tamen, ut ex huiusce epistolis libri, or ationibus apparet, tã q̃ authori & salutis suæ Deo, ut ipse sæpe in orationibus, etiã atq; etiã debebat, quippe qui cũ primũ cõsulatum iniit, nihil antiquius habuit, reiectis aliis oĩbus curis, q̃ ut ipsũ Ciceronẽ ab exilio reuocaret. quare apparet (ut opinor) amplitudinẽ actionis ad Ciceronis restitutionẽ ptinere. Agitur enì hic de rebus antea Len. gestis, nõ quę tunc in prouìcia gereret, sed & illud quẽuis dormitantẽ admonere potuit. Tũ ꝙ in oĩonibus Cicero magnã ex hoc facto laudem Len. tribuit. Tũ ꝙ superius addidit magnã esse memoriã cõsulatus illius neq; enì in tanta re quanta erat Cice. restitutio, ut pellendi Clodiani ferro, & armis de foro fuerint, priusq̃ referri tuto potuerit, exiguũ, aut prudẽtiæ, aut cõstantiæ sue, aut fortitudinis specimẽ dedit, qñ cõtra maximas aduersariorũ opes res erat gerẽda. Quã q̃ ille perennis inimicus. Clodiũ intelligit, qui cũ antea amicus Cice. fuisset, mox illi infe stissimus eẽasit, sed & cũ Põpeio studere in primis simulasset, in illũ nõ multo post Ciceronẽ expulsum, ꝓbra grauissima iactauit, & insidias uitæ hoìs p̃stantissimi tetendit, ut hæc p̃cipue causa restituendi Cice. fuerit. Nostrã uicẽ ultus est ipse sese. nõ uideo qui bñ de sacris bonæ deę uiolatis intelligi hoc in loco possit, cũ res illa tribus ante annis gesta sit, & nunc Cice. ea potius innuat, quę post reditũ suũ gesta esse uideãtur. quare mihi illa uidetur innuere potius, quæ post Cic. reditum ab illo ſumæ audacię facinora patrata sunt, quo. s. tpe & Ciceronẽ, & Cicero. frem Quintũ ferro appetierit, & basilicæ partẽ cũ Ciceronis domo, quã instaurandã loca rat. diruerit. Tũ uero illũ plane interfectum iã â Milone significet, cũ. s. addit. nullã iam sibi partem reliquisse.

ASCEN.

¶ VERO. i. sed ego præbuissem. i. exhibuissem me cómitem, qui minor est, q̃ sócius, miríficum. i. mira facientem, in ulciscendis eis, quos intélligis tibi esse partim inimícos, ꝓpter tuã ꝓpugnatiónem salútis meę. i. quia pugnasti ꝓ salúte mea, & intélligis partim inuidére tibi ꝓpter amplitúdinẽ, & glóriã illius actiónis. s. qua reductione Cice. obtínuit, nullo. n. modo de rebus gestis in ꝓuincia lóquitur, cũ anteà, q̃ in ꝓuinciam abíerit hãc inuídiam cõtráxerit neq; de rebus gestis in cõsulátu, cum cõsulis nõ sit ágere cáusas, sed dícere snías. Quã q̃. i. nihilominus ille perennis inimicus amicorũ suorũ. i. a quibus bñficium accepit, uidelicet Clodius, qui ornat⁹ .i. honorificè adiũt⁹ tuis máximis bñficiis, cõtulit potíssimũ in te suã uim illã fractã, & debilitãtã, ita, ut nõ posset nocére, ipse ultus est sese. i. i seipso uicẽ nostrã, aut sint accusatiui casus sese, sic, ultus est uicẽ nostrã. i. quẽ nos ulcísci debebãmus, uidelicèt sese. docet quomodo ultus sit. Enì. i. quia, ipse conãtus est ea, uidelicèt sacrilégiũ, adultériũ, & incestũ, cũ Põpeia uxóre Cæsaris noctu in uestę muliébri, dũ agerentur sacra bonæ deæ non adeundæ uiris. A quo tũ scélere ꝓ corruptiónẽ iúdicũ liberãtus est. Cæsare potiùs dissimulante, q̃ perseque nte ultiónem críminis, repúdiũ tñ uxóri misit, ꝙ díceret domũ amplífici uiri non solũ culpa, sed etiã suspitiõe culpæ debére uacáre, Ne tũ Cæsarẽ lędat Cícero nõ dicit sacrilégiũ ꝓpetrasse. quod etiã nõ cõstat sed conãtũ esse, deꝑhẽsus enim, & ágnitus fúerat. Quibus. i. scelériibus eius patefactis, nã in ius uocãtus est ob ea, sed ut dixi absolũtus, nullã. i. nõ ullam, nõ relíquit sibi in posterũ. i. in tempus post illa futũrũ. ullla partẽ, nõ modò dignitátis, sed ne quidèm. i. nõ saltèm, aut nõ etiã libertátis. Non enim liber est censendus tali scélere obnóxius.

HVBER.

¶ TE autem, sensus est, & si mallem te potius expertũ esse ì rebus meis, quã in tuis, qualis sit fides hoìm, quia pluris facio res tuas, q̃ meas, tũ gaudeo, quod non cognoscas fidẽ hoìm tanto tuo dãno, q̃to dolore ego cognouerim. In rebus meis, in meis cõmodis. In molestia, quã capio de rebus tuis ita exagitatis. Gaudeo, accipio hanc lętitiam, & consolationem. Te cognoscere eam fidem, quia ut alibi Cicero. ita amicitia, & fides hominũ aduersis probatur, sicut aurũ igni. Non ita magna mercede, non tã caro precio, ut uulgo dicimus, uel non tã magna impensa, & damno. Quam maximo. do. meo. q̃ maximo. i. q̃to maximo. Ego cognouerã fidem hominũ quia non tanta fuerat merces eorũ, quæ dignitate tua uiolata amisisti, quantus dolor afflictę, & prope perditę salutis meæ. De qua ratione, de qua re & causa & negocio. Tempus, occasionẽ quandã, & opportunitatem. Dari, offerri quia incidenter feci mentionẽ de fide hominũ, quã uariam erga me cognoui magno dolore eo tempore. quo â Clo. Clodianisque omnibus iniquissime tum uexatus. Vt rescribam tibi, ostendit igitur hanc epistolã totam esse responsiuã. Ad ea, quę quæris, a me scire. Certiorem, non est initiũ epistolæ, ut quidã male sentiunt, sed ut ex uerbis precedentibus aperte perspicitur, coniungitur cũ superiori textu epistolæ. Factum certiorẽ edoctum esse, intellexisse. Appio, quidam frustra

Te autẽ & si mallẽ in meis rebus expertũ, quã etiam in tuis, tamen in molestia gaudeo, eã fidẽ cognoscere hominũ nõ ita magna mercede, quã ego maxìo dolore cognorã: de qua ratione tota iam videtur mihi exponẽdi tempus dari, vt tibi rescribã ad ea, quæ queris. Certiorẽ te per literas scribi esse factũ, me cũ Cæsare, & cũ Appio esse in gratia, teq; id non reprehendere scribis. Vatiniũ aũt scire te velle ostendis, quibus reb⁹ addu ct⁹ defenderim, & laudarim. Quod tibi vt plenius exponam, altius paulo rationem consiliorum meorum repetam necesse est. Ego me Lentule initio rerum, atque actionum tuarum non solum meis, sed etiam reip. restitutum putabam,

Universidad de Deusto Biblioteca

stra somniant Appium Clodium, per quem coactus est in exilium ire. cum apud nullum oīno legatur, quod cum eo reconciliatus sit, sed Appium intellexit pulchrum cognomento, ad quem multas epistolas scribit, liter. in quibus Cic. fatetur se in grām rediisse, & simultatem deposuisse. Vatinium autem, in hunc inuectus est Ci. uehementer in causa, & extat oratio Ciceronis admodum contumeliosa in Vatinium Testem. Ostendis, significas per literas tuas. Adductus, motus, compulsus, laudarim, & defenderim. his. n. duabus rebus maxime demonstratur reconciliata grā. Laudarim, quem ante mille criminibus onerarim. Defenderim, quem totis uiribus oppugnauerim. Planius, apertius. Necesse est repetam, sumam, reuocem, & subauditur ut repetam. Altius lōgius, magis ab initio. Consiliorū, cogitationū deliberationū. Ego, ut diximus supra, hoc pronomē in principio oīonis prę se fert grauitatem & ueritatem narrationis. Dicit. n. Cic. post restitutionē suā se ita fuisse gratum, ut non solum existimaret se restitutum suis, sed etiam multo magis ipsi reip. & non solum existimasse se debere Lentu. a quo pręcipue fuisset adiutus, sed etiam debere ipsi reipu. eum aīm, quem antequam accepisset hoc singulare beneficium, debebat communi officio ciuium. Actionum tuarum, quæ in tuo consulatu pro me restituendo apparuerunt. Aut reuera actionum tuarum in tuo consulatu, cum egisti de instaurandis ædibus meis, quæ per Clodium fuerant dirutæ, & de restituendis mihi reliquis, quæ amiseram. Meis, fratri, & liberis, & amicis, & propinquis.

Ego

IO.BE. V.

IVGVM Appio, & Cęsare. De Appio, lib. ter. ꝙ uero addit de Cæsare, illud plane significat tem, quo post legatum. Qu. frem Cæsari datum, & Treba. commendatum, summa plane familiaritate illi coniunctus sit, adeo ut sæpe Cicero in epistolis fateatur Cæsarem a se tantum amari, quantum excepto Pom. alium ferme neminem.

Vatinius

Vatinium autem. Hic est. P. Vatinius cognomento Testis Calui oratoris inimicitiis clarus. qui cum se eloquētia Calui damnandum timeret, exurgens è subsellio, num, inquit, iudices, si iste desertus est, ideo me condemnari oportet, fuit hic non ludibrio solum Roma. Popu. sed odio, ut illum quandoque edentem gladiatorum munus lapidibus petierint. Vnde Cassellii facetum illud plane responsum. Qui post legem latam, ne quis nisi pomum in theatro iaceret, interroganti an nux pinea pomum esset, si in Vatinium ieceris, pomum est, respōdit. Sed in eo iudicio, quo illum Caluus accusauit, cum frontem sibi Vatinius candido sudario tergeret, idq; ipsum in inuidiam uocaret accusator, quanuis, inquit, reus sim. panem tamen candidum edo. Assecutus hic tribunatum Pompeii, Cęsariisq; fauore, illum totum ad Cæsaris gratiam gessit, subinde uero, cum iisdem fauoribus prætura. peteret, turpiter priore die mētito Pompeio, quasi de cælo seruasset, quoniam Marcum Catonem prima tribus prætorem renunciarat, sequenti magnis largitionibus fretus, uicit, Catoq; maximo po. Ro. dedecore repulsam passus est, ut Caluus illi occurrens perfrica inquit, frontem Vatini, si te digniorem putas prætorem, q̄ Catonem. Accusarat & hunc prius Cicero magna quidem contentione & acerbissima oratione, quæ adhuc extat, lacerarat, nullumq; uisus est flagrantiore odisse odio præter Clodium. Adeo ut Quinio Vatinii liberto factus obuiam, cum de ualitudine dñi interrogasset, rectēque illum habere respondisset Quinius, recte, ergo mortuus est, sed & mire illum elusit, cum glorianti Vatinio se bina milia iam ambulare posse, quando æger antea pedibus commodioris ualetudinis esset factus. Nihil mirum, inquit, dies enim longiores sunt. Atq; idem cum de Vatinii morte nunciatum esset, cuius parum certus dicebatur author, interim, inquit, fruar usura. Cæterum reuersus ab exilio Cicero, Pompeii precibus, & Cæsaris contentione uictus non solum Vatinio reconciliatus est, sed illum insuper saluis eius rebus defendit Cic. in Philipp. XI. P. autem Vatinius, qui decimo anno iure laudatus a nobis, & hoc tempore merito laudandus est, aperuit olim Dyrrhachii portas Bruto, & exercitum tradidit, sed & ipse Vatinius in epistola clientem se Ciceronis appellat. Orto deinde ciuili bello, secutus Cæsarem nauali prælio, Octauium Pompeianarum partium ducem uicit, & Dalmatiæ quibusdam expugnatis oppidis imperator a militibus appellatus. Quint. Macr. Seneca, Plutar. Cæsar, fuit uero alter Vatinius beneuentanus. Neronis temporibus sutrinæ tabernæ alunnus inter fœdissima Neronianæ aulæ portenta corpore detorto, qui Scurrilibus, primo, facetiis ad contumelias, ad optimi deide cuiusq; criminationem comparatus, cousq; ualuit, ut diuitiis, gratia, uiuiinoscendi primus esset, huius celebrati sunt Vatiniani calices Tacitus. Iuue. Martia.

Vatinius beneuentanus.

Vatiniani calices.

ASCEN.

VTE autem &cæ. Et si. i. quamquām ego mallem te expertum esse in rebus meis, q̄ etiam in tuis. i. licet mallē in meo malo, quam in tuo te quorundam perfidiam deprehendisse, tamen ego gaudeo etiam in molestia. i. in re molesta te cognoscere eam fidem, quæ nulla est, hoc est perfidiam temporum non ita magna mercede, quia non in periculo uitæ, ut ego, sed duntaxat dignitatis, quam. s. fidem hoīm. i. perfidiam, ego cognoram maxio dolore. De qua ratione. i. consideratione, aut re tota, uidetur tempus exponendi. i. ut exponatur, iam dari, ut ego perscribam. i. respondeam tibi ad ea, quę quæris. Tu scribis te factum esse certiorem id est certificatum es se per literas, me esse cum Cæsare, & Appio. i. in grātia & reconciliatione. & scribis te non reprehendere id autem. i. sed tu ostendis te uelle scire, quibus rebus ego adductus. i. prouocatus, defenderim, & laudarim Vatinium manifestum nuper inimicum. Quod id est quam causam, ut ego exponam tibi plenius. i. satis plene, ne cesse est. supple ut repetam paulo altius rationem consiliorum meorum. Ego o Lentule putabam me initio. i. ab initio rerum, & actionum tuarum. s. pro me, esse restitutum non solum meis. s. amicis, & necessariis, sed etiam reipu. ut in eaflorerem, sicut ante exilium.

HVBER.

VEt quoniam deberem tibi, sensus est. Et quoniam debebā summopere amare, p quem præcipue fuissem restitutus, arbitrabar me etiam debere reip. quæ fauisset tibi in restitutione mea, saltem cum aīm, quem debebam antea, sicut cæteri ciues, cum nondum essem affectus tā singulari beneficio. Incredibilem, maximum. Singularia, unica, præcipua, qua si quæ pro nullo alio debeo. Studia, qlusquam amot. Aduenisset, quia multorum ciuium optimorū fauore est restitutus Ci. quos nunc intelligit per rempu. Certe, saltem. Eum, talem. Merito,

& quoniā tibi incredibilēquēdam amo rē & oīa in te ipsum summa ac singularia studia deberem, reipu. quæ in me restituendo multum adiuuissit, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio ciuium, nō aliquo erga me

singulari beneficio debitum præstitissē. hac me mente fuisse, & senatus ex mete consule audiuit, & tu in nostris sermonibus, collocutionibusque ipse vidisti, & si iam primis temporibus illis multis rebus meus offendebatur animus, cum te agente de reliqua nostra dignitate aut occulta nonnullorum odia, aut obscura in me studia cernebam. Nam neque de monimentis meis ab iis adiutus es, a quibus debuisti, neque de vi nefaria, qua cum fratre eram domo expulsus, neque hercle in iis ipsis rebus, quæ quamquām erant mihi propter rei familiaris naufragia necessariæ, tamen a me minimi putabantur in meis damnis, & ex authoritate senatus resarciendis, eā voluntatem, quam expectaram, præstiterunt. Quæ cum viderem (neque enim erant obscura) non tamen tam acerba mihi hæc accidebant, quām erant illa grata, quæ fecerant.

to, singulari beneficio restitutionis meæ. Tantummodo, non alia propria, aut speciali obligatione. Communi officio, quia omnes ciues communiter debent reip. suæ. Debitum, obligatum. Non aliquo singulari beneficio, sicut nunc est debitus hoc tanto beneficio. Pręstitissem, exhibuissem, demōstrassem. Hac mē. hoc proposito, hac intentiōe. Te cō. cū esses cōsul. Vidisti, cognouisti, collocutionib⁹, familiarib⁹ cōgressionib⁹ inter te & me. Primis tē. postquā fui restitutus. Offēdebatur, molestia afficiebatur. Cum agē. te tractante. De re. ut p̄ter reditum meum restituerentur mihi reliqua, quę amiserā. Aut oc. sensus est, aut cognoscebā a quibusdam me clā odio haberi, aut non satis a perte mihi faueri, sicut debebant. Obscuriora, aliquantum obscura, non satis apta. Studia, fauores, uoluntates. i. cognoui, quod quidā mihi aperte fauere non auderent. Nam neque, dicit in quibus rebus maxime cognouerit quorundam uel occulta odia, uel obscura studia. Nam neq;, sensus est, cum ageres de monimentis meis, de ui nefaria ulciscendi, quam intulerat mihi Clodius, deniq; de restituēdis mihi omnibus iis, quæ ante amiseram, non adiuuerunt te, qui debuerunt adiunare, in quo cognoui, quod aut oderant me, aut aperte fauere non audebant, neque præstiterunt eam uoluntatem, quam ab eis expectabam. De monimentis, de domo mea, quam Clodius libertati dicauerat. De qua Len. sæpe egerat in senatu, & apud pontifices, ut restitueretur Ciceroni, & extat oīo ipsius Ci. de domo sua ad pontifices, in qua ostendit domum suā a. P. Clodio iure concremari non potuisse petitq; eam sibi restitui, quam multis in locis in ea oīone monimē tum appellat, quod Clo. iactaret se eam consecrasse in monimentum, & perpetuam memoriam libertatis, cum potius eiecto Cic. amissa esset libertas, unde in prædicta oīone sic inquit cum de libertate locutus esset. Hęc me domo mea pellet, hęc ultrix afflictæ ciuitatis reip. spoliis ornabitur, hæc erit in eo monimento, quod positum est, ut esset indicium oppressi senatus ad memoriam sempiternā turpitudinis, & multis aliis in locis in ea oīone monimentum appellat domum suam. Est autem monimentum alicuius rei memoria, a mentis monitione dictum. De ui. uiolentia, quia Clo. eiecit Cic. armata manu. Cum fratre, qui, quanuis non fuerit eiectus ex urbe, est tamen eiectus domo sua, quam Clo. incenderat, ut est in oīone pro Milo. & absente fratre ita uexatus, ut cum de eius restitutione ageretur, orta contentione uno tribuno uulneratio, & multis aliis interfectis, ipse non alia uia euaserit, q̄ ꝙ se mortuum fingens inter cadauera per forum iacentia delituerit, author Plu. in uita Cic. Neq; hercle. Ordo est, neq; hercle p̄stiterūt eam uoluntatem, quæ expectabam in his rebus, quæ tamen minimi a me putabantur, quanuis erant mihi necessariæ propter naufragia rei familiaris. His ipsis rebus. q. d. minimis, & intelligit supellectilia, & agros, & cæ. quæ Cic. rapta fuerant, quę quanuis ille parui faceret tamē dicit sibi fuisse necessaria propter magnum infortunium exilii, quod perpessus fuerat. Erant necessarię, quia in eiusmodi casu solent oīa esse necessaria, quę fortuna prospera uidebantur superflua. Minimi putabantur, quia nō erant uera bona, sed fortunæ subiecta. Naufragia, comparat enim semper Cic. dissensiones ciuiles tempestatibus, damna uero, quæ ex eis patitur, naufragia appellat, ut in oīone ꝓ Milo. Equidem cæteras tempestates, & procellas in illis duntaxat fluctibus concionū &c. Naufragus autē dicitur naui fracta eiectus, & naufragiū ponitur modo pro nauigandi periculo, modo pro nauigationis dāno, & infortunio & iactura. ergo hic naufragia iacturas, & amissiones intelligamus. Sarciendis, tractū a uestibus, quæ dissutę sarciuntur. i. cōponuntur, ergo sarciendis. i. componendis, quia erant dissipatę exilio meo, uel instaurandis, & emendandis, unde & sarcinatores (teste Nonio) sutores dicuntur. Neq;. n. erant, parenthesis est. Obscura, occulta, sed apertissima. Non tamen acerba id est non tā iniquo animo ferebam hæc, in quibus non adiuuabā te causa mei, q̄ habebam grata ea, quę fecerant, cum me restituendum & senserant, & dixerant. Acerba, molesta, grauia. Illa quæ fecerant, in me restituendo

Monimentum.

Naufragꝰ

Naufragiū

Sarcinatores.

ASCEN.

VEt quoniam ego deberem tibi incredibilem quendam amorem, & omnia summa ac singularia in te ipsū arbitrabar me debere reip. quæ in me restituendo. i. in restitutione mei, adiuuisset te multum. Hoc. n. nomine Lē. Cic. restitutionē impetrauit: ꝙ ostēderet reip. maxie utilem fuisse, ac forte debere, in quācerte. i. saltē eū aīm. i. eum affectū, merito. i. propter meritū ipsius, quē ego p̄stitissē debitū antea, tantūmodo. i. saltē cōmuni officio, ciuiū. i. quod oēs boni ciues reip. debēt. non aliquo singulari bñficio erga me. Et. i. simul. leuatus auditus ex me te consule. i. cum dicerem coram te consule. &. i. simul ipse. i. tu uidisti. i. agnouisti, est enim uidere teste Augustino, cōe ad oēs sensus in nris sermonibus & collocutionibus. s. priuatis, me fuisse hac. i. huiusmodi mēte. i. hoc animo in rēp. Et si. i. q̄q̄ animus meus offendebatur multis rebus iā primis illis tpibus, cū te agente de reliqua nra dignitate. i. de restitutione in pristinæ locum dignitatis, cernebā aut occulta nōnullorum odia, aut obscura studia in me. i. fauores dubios, ut ab iis, qui nō auderent, aut nollent adhuc indicare, ꝙ mihi studerent. Nam neq; adiutus es ab iis, a quibus debuisti. i. adiuuari. de monimentis meis. i. de domo mea, quam Clo. ut etiam æternum rei monimentum libertati dicauerat, mihi restituenda, neq; adiutus es de ui nefaria, qua eram expulsus domo cum fratre. Neq; hercle p̄stiterunt eam uoluntatem, cum expectarem in iis ipsis rebus. i. fortunæ bonis, quę quamquām erant mihi necessaria propter naufragia. i. plenariam perditionem

Videre

tionem,nedũ iacturam reifamiliaris,quia in naufragio omnia pereunt,in iactura tantũ, quæ ad deonerandã nauim eiiciuntur,tamen putabantur.i.æstimabantur a me minimi.ſ.ualoris,in damnis meis reſarciendis.i.recuperandis ex authoritate ſenatus.Quę.ſ.eorum neglecta, aut odia in me cum uiderem.i.perſpicerem, neq; enim erant obſcura, tamen hæc non accidebant mihi tam,id eſt tantum acerba.quam id eſt quantũ illa, quæ feceranr.i.reſtituendo me urbi. Vide tamen an ne potius legendum ſit quæ feceram,ut ſit,licet ingrati eſſent in me,gratum tamen erat,ꝙ bene de illis meritus eram,erant grata ſcilicet mihi.

HVBER. ITAQVE,cõcluſio,uel potius illatio quædam ex ſuperioribus,quibus dixit ſe nullius odio, aut alia cauſa potuiſſe unq̃ alienari à repu.Nunc igitur dixit, ꝙ q̃is plurimum deberet Põpeio,nõ ſolum quia fuerat ab eo adiutus in reſtitutiõe,ſed etiam quia eum ſemper amauerat,& de eo ſẽper bñ iudicauerat, nõ tamẽ habuit tã tũ reſpectũ quid ipſe Pom.uellet,q̃ permãſit ſemper in priſtinis ſententiis ſuis de repu.Te prædicatore,te aſſentore,& aperte dicente me ei plurimum debere. Iudicio meo,quod de eiſdem per optimũ habuerã. Non reputans,non conſiderans,aut cogitans.Permanebã, perſeuerabam.Priſtinis,conſuetis, quas ſnias habueram etiã ante exilium meũ.Sententiis de repu. uidetur hoc dicere,ꝙ quanuis plurimũ faceret Põ. cui plurimum debebat,& ipſe Pompeius faueret Cæſari,cui uolebat prorogare prouinciam in alterum quinquennium,cuius deniq; dignitatem omnino ſuſtinebat, & defẽdebat,cum in aliis tũ uero in diuiſione agri cãpani,tũ unq̃ ullo reſpectu Põpe.potuit deterreri, quo minus diceret pro repu.quod ſentiebat,cum maxime ſpreto Bibulo à Cęſare eius collega,ita ut unus q̃ in conſulatus dignitate noïaretur,non dubitauerit dicere ſe pluris facere iacentem fortunã & calamitatem Bibuli, q̃ Cęſaris authoritatẽ,quod ita declarat.Ego ſedente Cn.Põ.ut audiret oſonem Sextii.Cum Sextius ueniſſet in urbem,qui omnibus comitiis declaratus quæſtor uenerat ad urbem, ut de laudibus Pompeii diceret.Vatinius uero Teſtis dixerat Cicero. adductũ ſelicitate,& fortuna proſpera Cæſaris cœpiſſe eſſe illi amicũ,cui Cicero reſpondit ſe pluris facere fortunã Bibu.quã ipſe Vatinius afflictam putaret,q̃ omnem ſelicitatẽ,& oẽs uictorias Cæſaris,ut oſtenderet in eligenda amicitia Cæſaris ſe non fortunã, ſed iudicium ſecutũ eſſe.Dixiſſetq; Teſtis Vatinius, ita eſt ordinãdus textus,ut intelligamus,& cũ Vatinius Teſtis dixiſſet me commotum fortuna, & ſelicitate Cæſa. cœpiſſe eſſe amicum illi,ego dixi me anteferre fortunã Bibuli &c.Nã ſi Teſtis Vati.ſit parentheſis, ut quidam imperiti hiſtorię,& male intelligentes Ci.interpretãtur quis erit noïatiuus huius uerbi dixiſſet?neq; enim intelligi poteſt Sex.qui erat amiciſsimus Cicero.neq; hoc dixiſſet.ergo neceſſe eſt dicere.Dixiſſet Vati.Teſtis cõtra Mil.& Sex.ut patet in oratione aduerſus ipſum Vatinium.Cõmotũ,adductũ incitatũ.Ille,Vatinius. Vellet cuperet. Afflictã,quaſſatã,miſerã quia a Bibulo ſemper Vati.diſſenſit,& ut eſt author Cicero in oſone contra Vati.Teſtem,uoluit etiam eum in uincula ducere, cũ ipſe Bibu. bñ de repu.ſentiret, & nusq̃ progrederetur, cũ eſſet collega Cæſa.in cõſulatu,quinimo toto tpe ſui conſulatus teſte Ci.& Plutar.in uita Cęſa.continuit ſe domi clauſum,ſupuacaneũ puto ponere uerba Cic.in oſone contra Vati.quę hunc locũ declarãt. Eodem teſte,ſunt,qui putent intelligi eodem Vatini.teſte,quod non procedit,quia hęc non dixit Cic.teſte Vatinio,ſed dixit ipſi Vati.Eodem,ſubaudi Sextio.Teſte,præſente,audiente,& hic eſt uerus ſenſus.Eoſdem eſſe inuidos,& inimicos reip.Qui prohi.uetuiſſent.Exire domo,quoniã qui Cęſari fauebãt,coegerunt Bibu.ſe continere domi.Et qui me coegiſſent,exire domo,in exiliũ,ltaq; dicit ſe dixiſſe Vati.teſte Sex.ſe abeiſdem coactũ ire in exiliũ,qui poſtea Bibu.inimici fuiſſent.Tota uero interrogatio,tota oratio mea in Vati.illa enim oratio tota, ut patet iis,qui eam uiderũt,plena eſt interrogationibus de uariis rebus. Reprehenſionẽ illius tribunatus. Clo. & Vati.qui ambo Tribu.ple.fuerunt.De tribunatu Vati.his uerbis teſtatur Ci.in oſone in Vati.Factus eſt Triple.Quid enĩ de te,hiſpanienſibus flagitiis tuis, ſordidiſq; furtis interrogem ? quęro primum quod genus & improbitatis,& ſceleris in eum magiſtratũ prætermiſeris? & Appi.li.ſecun. Tribunos uero declarauit Vati.& Clo.cognomine Pulchrum. Libertate anim.m.i.forti aïo,& liberrimo,uſus eſt enim Cic. his uerbis.Erũpet.n. aliquando ex meuera uox,& dicã ſine cunctatione,quod ſentio.De auſpiciis,cõtemptis a Vati.ſic.n.dicit in p̃ dicta oſone,cũ auſpicia,quibus hęcurbs condita eſt,quibus oïs reſp.atq;imperiũ tenetur,contempſeris,initio; tribunatus tui ſenatui denunciatis tuis actionibus,augurũ relponſa,atq; eius collegii arrogantia impedimento non futura.De donatione regnorum inuidioſe dixit regna poteſtatem,quã hic ad opprimendã rẽp. Cæſari Põpeio,& Craſſo dari uellet,tametſi hoc Cicero diſsimulat in oſone in Vatiniũ, uel quoniã tulerat leges reip.pernitioſas,dixit donationem regnorum tribunatum Vatinii, & Clodii, cũ in Vatinium his uerbis utatur.Quæro cogitaris,ne in illo tuo intollerabili regno, nam cupis id audire,ſed latrocinio augurẽ fieri, & Appianus Tribunum tunc quidem ad Ciceronis inſidias parauit,cum ille triũuirorum conſenſum ad monarchiam

Itaque quamquam & pompeio plurimũ te quidem ipſo prædicatore, ac teſte debebam,& eum nõ ſolum beneficio, ſed amore etiam, & perpetuo quodam iudicio meo diligebam,tamen non reputãs quid ille vellet, in omnibus meis ſentẽtiis de republica priſtinis permanebã. Ego ſedente Cn.Pompeio,cum,vt laudaret Pompeium Sextius introiſſet in vrbem,dixiſſetque Teſtis Vatinius,me fortuna,& felicitate Cæſaris commotũ illi amicum eſſe cœpiſſe, dixi me eam Bibuli fortunam,quam ille afflictam putaret,omnium triumphis, victoriiſque anteferre, dixique eodem teſte alio loco,eoſdem eſſe,qui Bibulum exire domo prohibuiſſent,& qui me coegiſſent. Tota vero interrogatio mea nihil habuit,niſi reprehenſionem illius tribunatus, in quo omnia dicta ſunt libertate, animoque maximo de vi, de auſpiciis, de donatione regnorum : nec vero hac in cauſa modo, ſed conſtanter ſæpe in ſenatu,quin etiam Marcellino,& Philippo conſulibus nonis aprilibus

narchiam aſpirantiũ palam improbaret tribunatum.Modo, tantummodo.In hac cauſa contra Vatinium.Sed conſtanter,fortiter.In ſenatu,nã orationem in Vatinium non in ſenatu habuit,ſed in foro.

IO.BE.V. SEXTIVS, fortaſſe.P.Sextius cuius in oratione cõtra Vatiniũ meminit Cic.& quẽ de ui accuſatũ lucu-lentiſſima oſone,quæ hodie legitur,defenderit.hic Tri.ple.creatus,Ciceronis reſtitutionem ſtudioſiſsime cõplexus, parũ abfuit quin à Clodianis interficeretur.Bibuli,fortunã afflictã, eã uidelicet itelligit,quã ille ſuo in cõſulatu a.C.Cæſare paſſus eſt, cum rariſsime in publicũ prodiret, Cæſare Rempu.totã p uim ad ſeſe trahẽte,ut pleriq; in factis retulerint Iulio,& Cęſare Coſſ.Tranquil.Plut.author.De hoc repete,quæ ſuperius diximus.Marcellino,& Philippo Coſſ.C.Lentulus Marcelliuus is eſt,quẽ Cic. nõ indiſertum unq̃ ſibi uiſum ſcribit.In conſulatu uero etiã pereloquentem,non tardum ſententiis,non inopem uerbis,uoce canora,facetum ſatis.Philippus uero Martiæ pater qui cum repulſam a. M.Herennio in petitione conſulatu paſſus eſſet, non multo poſt conſulatum adeptus,nõ parũ eloquentia ualuit.Nam ſummis duobus Craſſo,uidelicet, & Antonio ita proximus accedebat,ut proximus tũ longo eſſet interuallo,ſed tñ erat in illo libertas ſumma, facetiæ multæ ſatis creber in reperiendis,ſolutus in explicandis ſentẽtiis.Diſciplinis uero græcis ita inſtructus,ut facile inter alios emineret,in altercãdo etiã cũ aliquo aculeo facetus, In conſulatu cum grauiter eſſet in ſenatũ inuectus in concione,in Lucii Crãſſi conſularis,& Druſſi inimicitias grauiſsimas incidit, ut.L.Craſſus eum ſibi cõſulem eſſe negarit,cui ſenator ipſe nõ eſſet,ſed & Catulus mira mordacitate eum pupugit,cum.n.Philip. quid latras diſſet Catule,furem uideo, reſpondit.Hic quanuis diſertus, & eruditus haberetur, ſolitus tñ ita eſt ad dicendũ ſurgere,ut quod primũ uerbum habiturus eſſet, neſciret,diceretq; cũ brachiũ concalfeciſſet, tunc ſe ſolere pugnare.ſed neſcio ſatis de hoc Philippo potius, an altero loquatur, qñ Philippum hunc conſtet ante mortem.C.Craſſi fuiſſe conſulem,cum Cic.eo tempore uix adoleſcentiam exuiſſet, quare alium hũc fuiſſe affirmare libet,& fortaſſe eius filium,qui per hæc tempora ſatis floruerit,non conſulatu ſolum ſuo,ſed paterni noïs hæreditate.Sic enim Ci.in oſone de prouinciis Conſularibus,tuus pater Philippe,nõ uno tempore cum ſuis inimiciſſimis rediit in gram,atq; hunc facile illum eſſe conſtare poſſit, quem Auguſti Cæſaris uictricum hiſtorici faciunt.Atq; hic eſt,qui cum Seruio Sulpitio &.L.Piſone legatus ad Antonium Mutinam obſidentem profectus eſt,ut Cicero in Philip.& Appianus authores ſunt.Sueto.in Augu.De auſpiciis legem, legem Aeliam,& Fuſiam ſublatam a Vatinio,& Clodio tribuniſple.intelligit.quæ certiſsima reipubli.propugnacula,muriq, tranquillitatis,& ocii ſemper fuerant,& tribunitios furores ſæpe repreſſerant.Erant autem leges hæ duæ,quæ cum alia multa ad auſpicia ſeruanda ſancirent,tum uero, ne quid Ioue tonãte, aut fulgurante agi cum Po.poſſet .Tulerat uero Clodius,nequis per eos dies quibus cum populo agi liceret,de cælo ſeruaret.quæ lege,obnunciatio,qua perniciosis legibus reſiſtebatur, quam Aelia lex,& Fuſia confirmauerant, erat ſublata.Quæ oïa ex Ciceronis oſonibus in Vatinium,& Piſonem copioſius accipias.De donatione regnorum miror ſatis, quid alii uel de triũuirum poteſtate,uel de legibus hicã Vatinio latis ſenſerint, cumCicero ipſe in oratione contra Vatinium apertiſsimè ſignificet hæc à Vatinio fuiſſe tentata . Eius uerba ex oratione illa hæc ſunt.Volo uti mihi reſpondeas,feceris ne fœdera Trib.plebei cum ciuitatibus,cum regibus,cum tetrarchis ? erogaris ne pecunias ex ærario tuis legibus ? quæ ſane uerba innuunt à Vatinio in tribunatu ſuo multis ciuitatibus immunitates conceſſas,reges aliquot inſtitutos,Tetrarchas prouinciis impoſitos.Nã & Ci. ad Atticum in hæc uerba.Clodium, Vatiniumq; oïno innuens.orbis hic in rep.eſt cõuerſus citius oïno,q̃ potuit id culpa Catonis,ſed rurſus improbitate iſtorũ,qui auſpicia,qui Aeliã legem,qui Iuniã, & Liciniam, qui Geliã & Didiã neglexerunt,qui oïa remedia reipu.effuderunt,qui regna,qui p̃dia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt.Aſconius uero a Clodio,qui collega Vatinii in tribunatu fuit, tradit Tigranem Tigranis a Lucullo primum fracti a Põpeio demum debellati, filium in catenis depoſitum fuiſſe apud Flauium ſenatorem,qui poſtea cũ eſſet prætor eo anno,quo Tribunus Clodius fuit,petiit ab eo Clodius, ut Tigranẽ adduci iuberet,adductum & in conuiuio collocatum,Flauio minime reddidit, repetẽteq; ſubinde Põpeio in nauem impoſuit,miſſumq; fecit.Verum Tigrane tempeſtate Antium delato,cum ad eum nuncium Clodius Sextum Clodium miſiſſet. Flauius uero ad diripiendum regem accurriſſet, pugna utrinq; cõmiſſa eſt,in qua multi ex utraq; parte cecidere, plures tamen ex Flauii,qui ſolus Romam uix perfugerit. Quibus iam conſtet, quare donationem regnorum Cic.inuidioſe dixerit. Nota Tigranis hiſtoriam

ASCEN. ITAq; q̃q̃ ego &.i.ſimul debebã plurimũ Põpeio, te quidẽ ipſo p̃dicatore.i. publico aſſertore,ac teſte, &.i. ſimul diligebã eũ,nõ ſolũ bñficio.ſ.ſuo in me,ſed etiã amore, & quodam iudicio meo ppetuo,tñ ego nõ reputans.i.agitans aïo,quid ille uellet,permanebã in oïbus ſententiis meis priſtinis de repu.i.quas ante exiliũ habueram de rep.ut.ſ.libertas Romana cũ legibus uigeret. Ego cum ſedente Cneo Pompeio.ſ.in ſede iudiciali. Sextius introiſſet in urbẽ,ut laudaret Pompeium , & Vatinius teſtis.ſ.eorum quæ a Sextio in laudem Põpeii dicebantur.Dixiſſet me cõmotũ.i.prouocatum fortuna,& ſelicitate Cæſaris cœpiſſe eſſe amicum illi, dixi me anteferre oïbus triumphis,uictoriisq;.ſ.Cęſaris,eam fortunam Bibuli,qui fuerat collega Cæſaris in conſulatu,quam.ſ.fortunã Bibuli.ſ.Vatinius putaret afflictã.Dixiq; eodem.ſ.Põpeio teſte,alio loco, eoſdem eſſe, qui prohibuiſſent Bibulum exire domo,nihil enim agere audebat in cõſulatu,tanq̃ domũ pro exilio haberet , & coegiſſent me.ſ.exire domo,dicitur & domum ſed frequentius domo.Vero pro ſed,tota interrogatio mea nihil habuit,niſi reprehenſionem tribunatus illius Vatinii cum Clodio,in quo,dicerem in qua.ſ.interrogatiõe, aut reprehenſione mea oïa dicta ſunt libertate ſup.maxima,& animo,de ui.i.uiolentia ipſorũ,de auſpiciis.ſ.cõtemptis,de donatione regnorum.i.de traditione rerũ in manus Craſſi,Pompeii,& Cæſaris, de quibus omnibus extant teſtimonia in oſone Ciceronis in Vatiniũ.Quæ quia ineſt manibus , & ab aliis cõmentariis citata, non fuit nobis afferenda.Nec uero ſup.dixi in Vatinium,& eos quos ille reip.dominos impoſuit.modo.i.ſolummodo in hac cauſa.ſ.quã agebã cõtra Vatinium,aut qua Vatinius teſtis me taxaret,ſed ſup.dixi ſæpe conſtanter in ſenatu.Quin.etiam Marcello,& Phil.conſulibus ſenatus eſt aſſenſus mihi nonis Aprilibus,ut referretur in frequenti ſenatu,idibus maiis,de agro campano,quem Cęſar uolebat militibus ſuis diuidi.Cic.interceſſit,obtinuitq; in ſenatu,ut idibus maiis frequẽti ſenatu de ea referreť,atq; ita ỹpedita eſt cupiditas Cęſaris.

mihi eſt ſenatus aſſenſus, vt de agro cãpano frequenti ſenatu idibus Maiis re

HVBER. MIHI eſt aſſenſus, ſniam meã,pbauit. Vt referreť, ut ꝓponeretur,nã id ſuadebat Cicero,ut referretur de agro cãpano,quẽ Cæſar uolebat diuidi,Cice.aũt noledens. Ager cãpanus diuidebat

bat,egitq; ut abrogaret quicqd in ea causa esset decretum.In arcẽ,in sumitatẽ,& hoc dicit,nõ potui alti⁹ hãc cãm tueri de agris cãpanis nõ diuidendis.Inuadere,ingredi.Magis, quia inuectus est acerrime in Cæsarẽ, ita ut nõ caruerit suspitione a se,& Bibulo,& Catone missum esse Vectium uirũ popularem,qui Cæsarem,& Põpeiũ interficeret,idq; processus est Vectius & ensem sibi a Posthumio Bibuli lictore datũ.Tẽporum meorũ, quibus coactus sum exire in exilium,quoniã aduersat⁹ essem uoluntati potentũ,quorũ tẽporũ dicit se oblitũ, quia nõ cõsideraret,quid sibi euenisset.Meminisse,actionũ eorũ quæ pro rep.egissem, aut agere deberẽ.Hac snia,ut referret de agro cãpano contra Cęsarem,& Pompeiũ,& cęteros,qui Cęsari fauebant.Mot⁹,tractũ à mari,magnæ perturbationes animorũ.Cũ,partim.Quorũ oportuit,nõ ex uerbi dixit oportuit, quorũ, sed ex uerbis subintellecti.Quorum, subaudi motum. Oportuit,decuit fieri.Tum illorum, motus factus est. Quorum,motum.Nunquam putaram factum iri,& est sensus, hac sententia à me dicta perturbati sunt & qui debuerunt,& quos nunquam putassem perturbari.

Nam hoc senatusconsulto in meam sẽtentiam facto, Pompeius,cum nihil mihi ostendisset se esse offensum, in Sardiniam,& in Africam profectus est,eoq; itinere Lucã ad Cæsarem venit, vbi multa de mea sententia questus est Cæsar,qppe aliasquod etiã Rauẽnæ Crassum ante vidisset, ab eoq; in me esset ferretur ? Nõ potui magis in arcẽ illius causæ inuadere,aut magis obliuisci temporũ meorũ,& meminisse actionũ. Hac a me snia dicta magnus animorũ motus est factus,cũ eorũ, quorũ oportuit, tum illorum etiam, quorum nunq; putaram.

IO.BE.V. ¶DE agro cãpano.C.Cæsar dictator in consulatu suo,cum turbulentum potius tribunũ,q̃ bonum consulẽ ageret.Tulerat ad populũ,ut ager Campanus & is in primis,qui stellatis nuncupabat,uiritim populo diuideretur.Quę res & uectigalia publica imminuebat,& Cesari gratam in primis reddebat romanam plebẽ.Sed cũ ille post consulatum suum in prouinciã profectus esset,tentata sæpius res illa uidetur,ut quod de agro Cãpano totam causam inuectum esse,quod Pompeio,Cæsariq; permolestum acciderat,qñ ipse pter stellatem cãpum, agrum Campanũ ad subsidia reip.uectigalem relictum extra sortem diuiserit,ac uiginti milibus ciuium,quibus terni, pluresue liberi essent,assignarit.Suetonius,Plutarchus,Appian⁹.Nam quòd de Vectio a Cęsare per Vatinium immisso refert commentator, & si uerum.i.nihil tamen ad hunc locum.Quod.n.ad Vectium attinet,consulatu id Cæsaris actum est.Hoc uero,quod de agro Campano addit,Lentulo,Marcellino,& Philippo consulibus gestum,qui Consules creati sunt post Ciceronis ab exilio reditum.

ASCEN. ¶EGO potui non inuadere magis in arcem.i.expugnationem illius causæ, quia qui arcem cœpit, urbe fere potitur, aut obliuisci magis temporũ meorũ,q̃ scilicet ea libertate utẽdo in Cæsarem,& meminisse,repete magis,actionum.i.pristinarum.Hac sententia dicta.i.hoc iudicio lato a me,magnus motus animorum est factus cum.i.cum ita sit,q̃ eorũ.s.motus animorũ sit factus,quorũ oportuit.s.eum fieri, hoc est quorum interfuit, tum.i.multo magis etiam eorum,quorum nunq; putaram scilicet motum fieri propter ea.

HVBER. ¶NAM, ostendit aliquem ex iis qui perturbati sunt.

In In meã sententiã,,p mea snia.In enim interdum ,p contra interdum loco proponitur,ut bene sentio in remp. & in hoc loco,obtinuit.n. Cic.ut fieret senatusconsultum pro sententia sua.

¶Põpeius, qui Cæsari fauebat , & noluisset eum obtinere de agris campanię diuidẽdis. Cũ ostẽ.simulasset. Se nihil offensum,nihil læsum mea snia, nec causam sibi displicere.Lucam uenit,quę urbs est Hetruriæ, & ita scribit Plutarchus, nõ aũt in Lucaniam,ut quidã codices habent mendose.Ibi.Lucæ. Quæstus,cũ Põpeio . De mea sententia,cõtra ipsum de agro campano . Vidisset, Cęsar Crassum,qui ei fauebat,quia cõuenerant hi tres, ut Pompeius,& Crassus consulatũ inirẽt, & ipse Cæsar earũ nationũ,quibus ante præfuisset,imperio in alterũ quinquennium p̃ficeretur.Sic mutuo cõsensu rempublicam inter se partiti sunt.

Luca

HVBER. ¶INCENSVS,iratus,stimulatus.In me cõtra me.Ab eo.Crasso, qui ei dixisset mẽ eius causæ diuidendorum agrorum,& præcipue qui circa Capuã essent,aduersatum esse.Sane Põpeium ostendit se intellexisse,cũ ex aliis multis,tum uero ex fratre Pompeium id ualde molestẽ tulisse.Maxime,præcipue.Ex fratre.Qu.Cicerone fratre meo.Conuenisset,deprehendisset,casu inuenisset.Inquit, Pompeius.Te ipsum cupio,uerba iratum animũ indicantia.Terentius in Andria.O teipsum quærebã,optato aduenis,aliquot me adierunt,ex me auditum qui aiebãt,filiã meã nubere tuo gnato,id uiso,tu,an illi insaniant.Ita enim irati dicere solemus,teipsum cupio,te ipsum quærebã,& similia.Ergo sicut Chremeti irato apud Terentiũ non fuit satis dicere,o te ipsum quærebã sed addit optato aduenis , ita nũc Põpeius perturbatus primũ inquit.Teipsum cupio,deinde subdit.Nihil opportunius potuit accidere , q̃ ut te conuenirem . Cum M.fratre.M.Tulio Cic.fratre tuo.Egeris,quod mihi spopondit, ut prestet , nam promiserat Qu. Cice.Marcum fratrem nihil facturum aduersus uolũtatem Pompeii. Oportunius,cõmodius,quam ut te conuenirem.Depẽdendum,psoluendum,tractum a pecunia,quæ pendebatur,quoniã apud antiquos pœnæ erant pecuniariæ. Vñ Virgi.in sext.Aeneidorũ.Tũ pendere pœnas Cecropidæ iussi.Spopõdisti,recepisti, plus est enim spõdere, q̃ promittere. Vnde sponsores dicti sunt. Quid multa, incensus,sane molestẽ Pompeiũ id ferre cõstabat.Quod ego cũ audissẽ ex aliis maxime ex meo fratre cognoui , quẽ cũ in Sardinia Põpei⁹ paucis post dieb⁹ q̃ Luca discesserat cõueniisset, te inquit ipsum cupio,nihil opportuni⁹ potuit accidere,nisi cum Marco fratre diligenter egeris,depẽdendũ tibi est,quod mihi pro illo spopõdisti.Quid multa?quæstus est grauiter, sua merita cõmemorauit,

Spondeo Promitto Sponsor

uit,quid egisset sæpissime de actis Cæsaris cum ipso meo fratre , quidq; sibi is de me recepisset, in memoriam redegit, seque,quæ de mea salute egisset, voluntate Cæsaris egisse , ipsum meum fratrẽ testat⁹ est,cuius causam dignitatemq; mihi vt cõmendaret rogauit,vt eã ne oppugnarem,si nollem,aut non possem tueri.

ita loquimur,cum uolumus breuiter cõcludere . Quæstus de me. Grauiter, acerbe. Commemorauit,exposuit,& exprobrauit,ut Terentius,Istæc commemoratio est quasi exprobratio immemoris beneficii. Quid egisset,locutus esset. Cum ipso meo fratre,cum quo communicauerat multa de actis Cæsaris. Is , frater meus. Redegit in memoriam,fratri meo. Recepisset,promisisset , & quasi super fidem suam spopondisset. Séque quæ de mea salute,sensus est,adduxit testẽ fratrem meũ se fecisse cõsensu Cæsaris ea quæ fecisset de salute mea, id est reuocatione mei ab exilio. Cuius,Cæsaris,Causam de agro campano & dignitatem,de prorogando imperio in aliud quinquennium. Vt commendaret, frater meus. Rogauit,Pompeius fratrem meum. Vt ea nõ oppugnarem,ut si nollem, uel non possem eam defendere,saltem non oppugnarem.

IO.BE.V. ¶IN Sardiniam,& Africam,eam Pompeii profectionem innuit,cum præfectus rei frumẽtariæ per quinquennium suadente id Cicerone,& mandata ei amplissima potestate,ut laboranti ubi inopia succurreret, in Siciliam primum,mox in Sardiniam & Africam profectus,cum.XV.legatos delegisset, magnam frumenti uim urbi intulit.Sed cum soluere ex Africa pararet, tempestatibus aduersis non audentibus se mari credere gubernatoribus,primus nauim conscendit exclamans nauigare necesse est,Viuere non est necesse. Lucam ad Cæsarem.Cæsar cum magnas res interim gereret in Gallii s,Domitii prætoris minis territus,qui si consul creatus esset,ablaturum se Cæsari & prouinciam,& exercitum minabatur.Lucam è Galliis uenit,eoq; cum uenisset Pompeium,Crasumque,& omnes fere urbis magistratus exiuit , ut centum uiginti lictores tunc affuisse memorię proditum sit,ibi inter eos ita pactum Pomp. Crassusque consulatum peteret , sibi in alterum quinquennium prouincias prorogarent. Crassum ante uidisset,ab eòque in me esset incensus . Fuit enim Crassus iam ex quo Catilinam oppresserat Cicero,in ipsum animo infestissimo,quippe qui persuasum haberet,à Cicerone alitam suspitionem,tanquam Crassus & ipse cum Catilina in patriæ perniciem conspirasset. Sed historiam de Crasso paulo post latius. Recepisset,sumptum hoc uerbum de iurisconsultorum suppellectile, apud eos enim huius uerbi ea est significatio,cum in data dote donationeue quis exceperit , quod est proprie receperit . Plautus in trinummo.Posticulum hoc recepit,cum ædes uendidit. Sed & Cicero in secundo de oratore. Sed dicis tecum ædes uenderes,ne in erutis quidem & cesis ouum tibi paternum recepisse.Vnde receptitii serui,quem (ut arbitror) Plau.in asinaria dotalem quoque dixerit.

Lucam Crassus Ciceroni infestus Recipere

ASCEN. ¶NAM hoc senatusconlto facto in meam sententiam,id est ut uolebam. Pompeius cum nihil ostendisset se esse offensum, profectus est in Sardiniam,& in Africã,& uenit eo itinere,quod in Sardiniã faciebat. Lucam.i. ad eam urbem Italiæ,ad Cæsarem.Ibi uel ubi Cæsar questus est multa de mea sola sententia, quippe qui etiam ante uidisset Rauennæ Crassum,& esset incensus ira,ab eo,scilicet Crasso.in me cõstabat Pompeiũ ferre,id est pati.id,scilicet quòd Cæsarẽ offendissem,sane,id est multũ moleste. Quod cum ego audissem ex aliis,cognoui ex fratre meo,id est Quint.Cicero.Quẽ,scilicet fratrẽ meũ cum Pompeius conueniisset,id est accessisset colloquendi gratia,in Sardinia paucis diebus postquã discesserat Luca, inquit, scilicet cum primũ uideret fratrẽ, cupio te ipsum,nihil potuit accidere opportunius,id est quam ut te conuenirẽ. Nisi tu egeris diligenter cum Marco fratre,scilicet Cicerone,non tamen ponitur Cicerone,quia iratorum est breuiter loqui,dependendũ id est persoluendũ est tibi,quod spopondisti mihi pro illo,quasi dicat longe aliter facit q̃ tu de illo pollicitus es. Quid multa,suple dicam,ipse conquestus est grauiter. Cõmemorauit sua merita in me, inquit Cicero. Et redegit in memoriã,quid egisset sæpissime de actis Cæsaris cum ipso fratre meo, hoc est quomodo acta Cæsaris,quæ Ciceronis oberant,antiquauit,& q̃ is,scilicet frater meus recepisset,id est pollicitus esset de me. Et testatus est,id est in testem sibi assumpsit ipsum fratrem meum,se,scilicet Pompeiũ egisse de uoluntate Cæsaris supple ea,quæ egisset de salute mea. Cuius,scilicet Cæsaris causam,& dignitatẽ roganit Pompeius fratrem , ut commendaret mihi,ut si nollem,aut non possem tueri,id est protegere eam non oppugnarem eam.

Perfunct⁹ Defunct⁹

HVBER. ¶HAEC cum frater,concludit,quia reconciliatus sit cum Cæsare. Tamen, quãuis iam antea ea dixisset fratri meo. Cum mandatis,commissionibus. Vt reseruarem integrum , ut nihil agerem, ut nihil agere inciperem. Ad suum reditũ,donec ipse reuersus esset ex Africa,uel ex Sardinia,ubi locutus fuerat cum fratre. Collegi me,tractum à copiis siue exercitu,id est incepi mecũ diligentius considerare. Et cum ipsa quasi, quasi dixit,quoniam non cum republ.sed tanquam cum repub.locutus est,id est finxi me cum repub.loqui,ut concederet mihi qui pro ea multa essem perpessus,ut etiam possem memorem & gratum me ostendere erga eos,qui de me essent benemeriti,& ut concederet mihi,ut ea præstarem, quæ frater meus de me spopõdisset Pompeio, ut ita uiderer uir bonus erga benemeritos de me sicut ipsa respub.habuisset me erga se ciuem bonum. Perpessus,qui essem perpessus,& tolerassem. Atq; perfuncto.i. qui essem perfunctus.i.finiuissem tot mala pro se, nam perfuncti malis dicuntur,qui mala finierũt,& iam sunt prope liberati,sic & defuncti malis,ut Virgil.vi. Aenei. O tandẽ magnis pelagi defuncte periclis.Sed terra grauiora manent. Officium, debitum meum, quod mea interesset,ut ostẽdimus in prima epistola. Memorem, beneficiorum acceptorum,& gratum,In benemeritos, erga eos , à quibus essem bene affectus . Fidem fratris, quam frater pro me pompeio dedisset. Præstarem , exhiberem,re ipsa perficerem,uel dependerem & soluerẽ, ut si dixero sic, quancunq; fidem pro me dederis , præstabo,id est soluã,& exhibebo. Bonũ ciuem, in defen-

Colligo me

Hæc cum ad me frater pertulisset , & cũ tamen Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset , vt integrum mihi de causa campana ad suum reditum reseruarem collegi ipse me , & cum ipsa quasi republic. collocutus sum , vt mihi tam multa pro se perpesso,atque perfuncto consederet, vt officium meum, memorẽque in benemeritos animum, fidẽmque fratris mei præstarem, eũmque,

danda patria in opprimendis coniuratoribus, & inimicis. Po. Ro. Bonum uirum, erga amicum meum in præstanda fide, quæ esset de me data, & ut beneficii à Pompeio in me collati memor, & gratus essem, quod ad uirũ bonum pertinet. Actionibus in iis quæ faciebam. Et sententiis, ex iis, quæ sentiebam & dicebam in senatu. Pompeium offendere, Pompeio displicere, Certorũ, quorundam, uel potius certorum, prudentium, & fidelium. Quos, homines. Debes suspicari, id est quos & si non nomino, tamẽ debes putare, & existimare, qui sint. Cum sentirent, id est sententiis suis probarent, & semper probassent, eademque ipsi sensissent semper, aiebãt tamen se gaudere, quamuis idem sentirem, quod ipsi, tamen gauderent me aduersari Pomp. & quòd propter has sententias Cæsar esset mihi futurus inimicissimus. Non satisfacere, id est non respondere, nõ facere, quod cuperet. Erat hoc mihi dolendum. q.d. quamuis hęc esset mihi magna, & iusta causa doloris, quòd illi gauderent me non gratificari Pomp. & facere mihi inimicum Cæsarem, tamen hoc magis erat dolendum, quòd blandiebantur inimico, ut mihi stomachum facerent. Erat hoc, quod dixit hos gauisos esse, Meum inimicũ, Clodium intelligit. Meum autem, correctio est. q.d. dixi inimicum meum. Immo uero legum, quas ille nullas obseruabat. Iudiciorum, quæ non timebat, cum & sacrilegus, & adulter fuisset. Ocii, quia rempub. uexabat, & omnes uiros bonos, per quos ciuitas gubernabatur.

Patriæ, cuius cupiebat euersionẽ, neque ob aliam rem Milonem impediebat, ne consul decerneretur, & creare tur, nisi quia uidebat eum solum esse, qui eius nefariis conatibus obsisteret. Bonorum omnium, quia uir sceleratissimus bonus esse non potest. Sic amplexabantur, tractum à matribus, uel nutricibus quæ huiusce modi blanditias filiis suis facere solent. Sic sic, repetitio est. Sic fauebant, sic tanquam in gremio, & in ulnis habebant. Me præsente, ut maior esset dolor uidentis. Non ut fa. id est non quod facerent, nam ut causatiua est coniunctio, & pro quoniam, uel quòd uel quia, in hoc loco ponitur. Stomachum, bilem, indignationem. Sed certe, saltem. Arbitrarentur, existimarent. Se facere, stomachum. Quem ego perdidi, iam enim assuefactus sum huiusmodi rebus, & iniuriis. Funditus penitus. Hic, tunc. Subductis, dispositis, compositis, & ut ita dixerim, calculatis &c. Terentianum uerbum. Summam, perseuerat in translatione mercatoris, & calculationis. Summam feci, id est omnes meas cogitationes quadam quasi computatione collegi. Breuiter, captat docilitatem. Si potero, ut ostendat multas esse harum cogitationum causas.

Vt

IO. BE. V. Stomach⁹

IOSTOMACHVM facerent, patrem familias Macrob. appellat stomachum, quasi totum animal solus gubernet, si enim ille ægrescat, tunc in ancipiti uita nostra est, neque enim alimonia in officio suo tunc est, cuius postea beneficio natura ita uolente uiuamus, atque ut author est Plin. hoc nomine est sub arteria iam carnosa inanitas adnexa spinæ ad latitudinem, ac longitudinem lagenæ modo fusa, græci nunc stomachũ, nunc ὀισοφάγον Aristoteles, Pollux, Suidas. Theodorus gulam utcunque uertit. Sensus igitur est eos ample. quidem Clo. quòd arbitrarentur Ciceronem ad indignationem excitari hoc facto posse, cum tamen iam diu occaluisset. Sed hoc totum à græcis sumptum, qui & ipsi hoc uerbum, & ab eo aduerbium in hunc pene sensum usurpent.

ASCEN.

IOCVM frater, scilicet Quintus qui tulisset hæc ad me, & eum tamen, id est nihilominus Pompeius misisset ad me Bibulum cum mandatis, id est mandans, ut reseruarem mihi integrum, id est intactum totum negocium de causa campana, id est de agro campano non diuidendo sup. usque ad reditum suum. Ipse, id est ego collegi me id est uires rationis meæ, & collocutus sum quasi cum ipsa republic. ut ipsa concederet mihi perpesso atque perfuncto tam multa pro se, ut præstarem, id est exhiberem officium meum & animum memorem, id est gratũ in benemeritos, scilicet Pompeium & Cæsarem. Et præstarem, id est sanctam promissionẽ de me fratris mei, & pateretur cum me, scilicet me aut fratrem meum, quem habuisset semper bonum ciuem: quia reipublic. studiosum esse bonum uirum, quia amicis fidelem. Autem, id est sed, sermones certorum hominum, forte Catonis & Caninii quos tu debes iam suspicari, scilicet qui fuerint, referebant ad me, illis actionibus meis & sententiis omnibus quę uidebantur offendere, id est lædere Pompeium, qui scilicet homines cum sentirent in republi. illa quæ ego agebam, id est sentirent me recte agere, & sensissent semper tamen aiebant se gaudere me nõ satisfacere Pompeio, id est contra Pompeiũ. Pompeium uincendum, & Cæsarem futurum mihi inimicissimum hoc erat dolendum mihi, sed illud multo magis quòd sic amplexabantur sic habebant se in manibus, tanquam rem charissimam, sic fouebant, sic osculabantur me præsente. Clodium inimicum meum, meum autem, id est, dixi meum, immo inimicum legum, iudiciorum, ocii id est tranquillitatis, patriæ & bonorum omnium, non quidem sup. faciebant illi hoc, ut facerent mihi stomachum, id est concitarent bilem aut prouocarent ad iram, quem, scilicet stomachum ego perdidi funditus, sed certe ut ipsi arbitrarentur se facere, scilicet mihi stomachum, hic id est in hac re: ego quantum potui efficere consilio humano omnibus rebus circumspectis, & omnibus rationibus subductis, id est redactis in summam omnium cogitationum mearum, quam exponam tibi breuiter, si potero.

IOEgo

quem bonum ciuem semper habuisset, bonum uirum esse pateretur. In illis autem meis actionibus sententiisque omnibus, quæ Pompeium uidebantur offendere, certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones ferebãtur ad me, qui cum illa sentirent in republic. quæ ego agebam, semperque sensissent, me tamen nõ satisfacere Pompeio, Cæsaremque inimicissimũ mihi futurum gaudere se aiebant. Erat hoc mihi dolendum sed multo illud magis, quod inimicum meum, meum autem? immo uero legum, iudiciorum, ocii, patriæ, bonorum omnium, sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me præsente osculabantur, non illi quidem, ut mihi stomachum facerent, quẽ ego funditus perdidi, sed certe ut facere se arbitrarentur. Hic ego quantũ humano consilio efficere potui, circunspectis rebus omnibus, rationibusq; subductis, summã feci cogitationũ mearũ oĩm quam tibi si potero, breuiter exponam.

Ego si ab improbis & perditis ciuib⁹ rem pu. teneri uidere * sicut & meis tẽporib⁹ scimus & nonnullis aliis accidisse accipimus, *nõ modo nõ præmii quæ apud me minimũ valent, sed ne periculis quidem compulsus ullis, quib⁹ tamen mouentur etiam fortissimi uiri, ad eorũ causam me adiungerẽ, ne si summa quidẽ eorũ in me merita constarent, cum autem in rep. Cn. Pom. princeps esset, uir is qui hãc potentiam & gloriã maximis in remp. meritis præstantissimisq; reb⁹ gestis esset cõsecutus, cuiusq; ego dignitatis ab adolescẽtia fautor, in prætura autẽ & consulatu adiutor etiã extitissem, cũq; idẽ authoritate & sententia per se cõsiliis & studiis tecũ me adiuuissem, meumq; inimicũ vnũ in ciuitate haberet inimicũ nõ putaui famã incõstãtiæ mihi ptimescẽdã, si qbusdã in sententiis paulũ me ĩmutassẽ, meãq; volũtatẽ ad quidem dicit Cic. se non fuisse facturũ tanquam uirum bonũ, fortẽ, & uere stoicũ quem nullis periculis à recto abduci decet, ut ipse Cic. multis in locis ostendit, & Hora. primo Epistolarũ his uersibus. Vir bonus & prudẽs audebit dicere Pentheu, Recto Thebanorũ quid me perferre patiq; Inuitum coges, adimam tibi nempe pecus, Rem, Lectos, argentũ tollas licet in manicis, & Cõpedibus sæuo te ĩub custode tenebo. Ipse deus simul atq; uolam, me soluet opinor. Hoc sentit, moriar, mors ultima linea rerũ est. Quibus, peribulis. Mouentur, flectuntur à proposito. Fortissimi uiri, sentẽtiæ pro loco accipiendæ ĩunt: nam aliter loquimur cum generaliter aliquid dicimus: aliter cũ specialiter, aut de nobis aut de alio pro causa nostra loquimur, ergo quãuis Cicero alibi sentiat uirum fortẽ, neq; dolore neq; metu neq; periculo neq; ulla alia re à recto moueri oportere, tamẽ hic dicit fortissimos uiros interdũ moueri periculis, ut magis se laudet qui eis nunquã motus sit. Ad causam, ad partem: nam Causa interdũ pro quæstione implicita controuersiis accipit: Cicero diligẽter egit causam Milonis: interdum pro excusatione, ut honesta est causa tui discessus: interdum pro parte: ut causa tua differt à mea ut Lucanus lib. i. Victrix causa deis placuit sub uita Catoni. Ne, id est non adiungerem. Si quamuis hoc est, si etiã affecissent me summis beneficiis. Constarẽt, apparerent, probari possent. Merita, beneficia. Cum aũt, enumerat aliquot causas & rationes, quibus ostendit se honeste motũ esse, ut assentiretur Pompe. & primũ, ꝙ Pompeius principatus & potentiã quã haberet in republica & gloriã: non casu, sed meritis & rebus gestis clarissimis sit cõsecutus, & ꝙ eius dignitati ab adolescẽtia semper fauerit, & ꝙ non solũ fauerit, sed etiam in prætura, & in cõsulatu suo eum adiuuerit, qđ plus est: deinde ꝙ ipse Põpeius adiuuisset ipsum Cice. authoritate & sententia per se: cõsiliis uero & studiis simul cum Lẽtulo, & postremo ꝙ Põpeius existimasset sibi inimicũ Clodium, quia, Clodius esset inimicus Ciceroni, his causis dicit se motũ, ut non uereretur haberi inconstans, si in quibusdã sententiis paulũ se mutasset ab eo ꝙ solitus esset sentire & dicere. Princeps, primarius. Vir is, uir talis, tam excellens. Hanc potentiã quam maximã habet præter cæteros in administratione reip. Et gloriam, qua excellit, nõ modo omneis Romanos ciues, uerũ etiam omneis qui ubiq; clarissimi fuerũt, ut ipse ad Appiũ scribens huius uoluminis lib. iii. de Pompeio loquens sic inquit. Tum alterius omniũ sæculorũ & gentiũ principis, & idem alibi ad eundem Appiũ scribens. Nec me hercle uidi aliter existimare Cn. Pompeiũ, quem omnibus qui unquam fuerunt. P. Lentulũ quem mihi ipsi antepono. Meritis, erga remp. ciuesq; suos, tum propter bella maxima & fere innumerabilia confecta, tum propter metum famis & penuriæ ab eo sublatum, cum eo facto imperatore, & proposito maximo bello, ut ipse Ci. in oratione pro lege manilia inquit, ex summa inopia & caritate rei frumentariæ, repente tanta utilitas consecuta est unius ope & nomine, quantã uix summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Rebus gestis præstantissimis, quæ à Cicerone in prædicta oratione, & à Plutarcho in eius uita commemorantur. Cuiusque, duæ dictiones sunt, hoc est & cuius dignitatis. Ego ab adolescentia, mea. In prætura autem & consulatu, non Pompeii, sed prætura mea, consulatu meo. Adiutor, qui plus est quàm fautor. Cúmque, idem Pompeius. Authoritate, qua plurimum ualet. Per se, id est, solus, quia ipse per se authoritate & sententia me adiuuit, cum in cæteris meis dignitatibus, tum uero in restitutione mea. Consiliis & studiis tecum, id est te socio, & participe consiliorum & studiorum suorum de restitutione mea. Meúmque inimicum, Clodium intelligit. Vnum, præcipuum, singularem. Famam, nomen, Inconstantiæ, instabilitatis, id est non putaui mihi uerendum esse ut diceret inconstans & instabilis, si paululum à sententia mea solita declinarem pro Pompeio, cum omnia antedicta extarent. Quibusdam sententiis, non omnibus, sed iis tantum quæ non essent contra rempub. & quibusdam sententiis intelligimus mutatum Ciceronem causa Pompeii ne aduersaretur Cæsari, contra quem antea senserat, & dixerat multa, ut ipse ostendit in oratione de prouinciis consularibus.

HVBER. Præmium Munus Causa

ASCEN. EGO, ut dixi graues orationes sic Cicero auspicari solet. Ordo est. Si uero uiderem rempub. teneri ab improbis & perditis ciuibus, sicut scimus accidisse & meis temporibus, id est in consulatu meo, & nonnullis aliis, ego non modo non compulsus ullis præmiis, quæ scilicet præmia minime, id est nequaquam nalent apud me, alii legunt minimum, alii minimi, sed ne quidem periculis. Quibus tamen etiam fortissimi uiri mouentur, adiungerem me ad causam eorum, ne quidem, id est non etiam si summa merita eorum in me constarent, id est certa essent. Autem, id est sed, Cn. Pompeius esset princeps in repub. is uir qui consecutus esset, id est, obtinuisset, hanc potentiam & gloriam maximis meritis, scilicet suis in rempubli. & præstantissimis rebus gestis, & cuius dignitatis ego extitissem fautor in adulescentia, id est cum esset adhuc adulescens. Autem. i. sed, extitissem. i. fuissem etiam adiutor. s. dignitatis eius in prætura & consulatu & quem idem, scilicet Pompeius adiuuisset me per se, id est sine socio authoritate, & sententia & tecum consiliis & studiis, id est fauoribus, & haberet inimicum meum, id est unicum in ciuitate, id est quem solum habebam inimicum, uidelicet Clodium, non putaui famam. i. infamiam inconstantiæ, pertimescendam mihi si ego immutassem me paulum in quibusdam sententiis, & aggregassem meam uoluntatem ad dignitatem uiri summi, & meriti optime de me.

*PETRI VICTO. CASTI. SIC VT & meis temporibus scimus & multis aliis accidisse accepimus. Expunximus hinc olim extremam uocē, freti autoritate meliorū codicū, qui nullū ipsius uestigiū retinebāt: in Medicæo ACCIPISSE, legitur, nō ACCIDISSE. unde (quāadmodū arbitror) fluxit uerbū illud ACCIPIMVS. paruus enim ille error causa fuit maioris erroris, peccauerat librarius ꝙ P. pro D. posuerat quēadmodū etiā ad Terentiā in illo loco, Obuiā nobis ꝓdeas: Scriptū eni in eadē est, PROPEAS. cōtrà ac supra illū in DIETAS feciſſe docuim⁹, ubi D. pro P. scripserat. Hoc autem animaduertisse, nō penitus inutile esse arbitrati sumus: nam & huic loco lucem affert, & superiorem illum confirmat.

NON modo præmiis. Ita quoque in Medicæo legitur, ut Manuti emendarunt: quòd eò etiam libentius adnotaui, ut paulatim perspiciatur, nihil in aliis finceri esse, quod n ¡hic quoque legatur, multaque in aliis multis fœde, & mendosè scripta esse, quæ hic non reperiantur.

HVBER. SVMMI uiri Pompeii. Optime meriti de me, qui me multis beneficiis affecisset, & præcipuè quòd eius studiis & sententiis potissimum esset in patriam restitutus. Aggregassem, latenter ostendit honestam fuisse mutationem suæ sententiæ, cum dicit aggregassem, non adiunxissem, ut ostendat multos alios cum eo sensisse, aggregamur enim non uni, sed multitudini, quoniam grex de multis dicitur. In hac sententia mutationis sententiæ meæ pro Pompeio. Complectendus, amandus, fouendus. Cæsar, cui Pompeius fauebat. Coniuncta, cum Pompeio, quoniam ille Cæsarē suscepisset adiuuandum & defendendum aduersus æmulos. Hic in hac re, ut complecterer Cæsarem, Enumerat autem aliquot causas propter quas ad Cæsaris fauorem sit cōuersus, cui ante multis sententiis aduersatus esset. Cum uetus amicitia, quæ ideo melior est quàm noua: quia uetus experientiis & periculis multis potest esse probata, de qua in oratione de prouinciis consularibus sic inquit. Ac primum illud tempus familiaritatis & consuetudinis, quæ mihi cum illo quæ fratri meo, quæ C. Varroni consobrino nostro ab omnium nostrum adolescentia fuit, prætermitto. Quam non ignoras mihi & Qu. fratri, ambos enim Cæsar multum dilexit, ita ut Quint. Ciceronem in Gallia apud se in maximo honore semper habuerit, & M.C. ut sibi legatus esset non solum suasit, uerum etiam rogauit. Humanitas, uel doctrina uel potius mansuetudo quædam. Eius, Cæsaris. Liberalitatis, prompta exhibitio beneficiorum, Vehementer etiam, alia maior & grauior ratio, quòd causa reip. desierit aduersari Cæsari, immo incepit ei fauere, ut idem in prædicta oratione de prouinciis consularibus fatetur his uerbis. Atque hoc si inimicissimus essem Cæsari, sentirem tamen atq; deinde in ea ipsa oratione explicat causas reconciliationis suæ cum Cæs. aut potius cōfirmationis sententiarum ipsius. Ipsa. q. d. cui omnia debeo, cui saluti salutem meam semper postponendam putaui.

IO. BE. V. MAXIMIS rebus gestis, in Gallia. Cum illis uiris. i. talibus uiris qualis esset Cæsar & Pompe. Ne fieret, contentio. Recusare, renuere, & quantum posset prohibere: quia cuilibet reipub. maxime utile est, cum omnes ciues suos, tum uero ipsos principes concordes habere. Grauissime, uehementissime, & est alia causa. In hanc mentem, in hoc propositum, in hanc dispositionem, Fides, promissio, & quasi spōsio quædam, ut supra dictum est, & in prædicta oratione testatur, sic dicens. Si deniq; Pompeius idem mihi testis de uoluntate Cæsaris, & sponsor est illi de me &c. Impulit, impegit, immisit. Fratris mei, fides. Pompeio dederat, ut ante dictū est. Erant præterea aliæ grauiores & uehementiores causæ, ne si ipsi qui principes in rep. habebant dissentirent, atque discordarēt, inimicitiarum & discordiarum aliis exemplum darent. Animaduertenda, diligenter consideranda. Diuinitus diuino quodam ingenio, nam Platonem & principem ingenii & diuinum hominem appellat Cice. Principes, qui dignitate & potentia aliis antecellerent. Reliquos ciues, inferiores. Tenebam memoria, recordabar. Nobis consulibus, me consule. Ea, talia. Fundamenta, firmamenta conseruandæ & stabiliendæ reipublicæ. Iacta, posita, facta, & est translatio sumpta cum ab omnibus ædificiis, tum uero à Cothonibus, id est portubus manu factis, quibus

summi uiri, de meque optime meriti dignitatem aggregassem. In hac sententia complectendus erat mihi Cæsar, ut vides in coniuncta & causa dignitate. Hic multum valuit cum vetus amicitia quam tu non ignoras mihi, & Qui. fratri cum Cæsare fuisse, tum humanitas eius & liberalitas breui tempore & literis & officiis perspecta nobis & cognita. Vehemē ter etiā res ipsa publica me mouit, quæ mihi videbatur contentionē præsertim maximis rebus à Cæsare gestis cum illis viris nolle fieri, & ne fieret vehementer recusare. Grauissime autem me in hanc mentem impulit & Pompeii fides, quam de me Cæsari dederat, & fratris mei quam Pompeio. Erant præterea hæc animaduertenda in ciuitate, quæ sunt apud Platonem nostrum scripta diuinitus. ✠ QVALES IN

✠ A capite incipit nisi in nubibus

REPVB.

REPVB. PRINCIPES ESSENT, taleis reliquos solere esse ciueis. Tenebam memoria nobis consulibus ea fundamenta Calendis Ianuariis confirmandi senatus, vt neminem mirari oporteret nonis Decembribus, tantum vel animi fuisse in illo ordine vel authoritatis. Ideinque memineram nobis priuatis vsque ad Cæsarem, & Bibulum consules cum sententiæ nostræ magnum in senatu pondus haberēt vnū fere sensum fuisse bonorū omniū. Postea cum tu Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres, neq; respublica magna iaci fundamenta necesse est. Calendis Ianuariis, cum primum consulatum inii, nam eo tempore inibatur consulatus, ut Oui. primo Fastorum. Iamque noui præeunt fasces, noua purpura fulget, Et noua conspicuū pondera sentit ebur. Confirmandi senatus, ut confirmaretur senatus, nam confirmandi nomen est non participium, & hoc dicit quoniam cum primum Cicero factus est consul, statim cogitauit quomodo Catilinæ, & reliquorum coniuratorum fauorem opprimere posset, & senatus, ut ita faceret, censuit, confirmatus & persuasus sententia Cice. in illo ordine senatorio. Tantum animi & authoritatis, ut dicere & censere auderet omnino puniendos eos esse qui contra rempubl. suam coniurassent, qui patriæ euersionem machinati essent, quod factum est nonis Decembribus. Idémque, scilicet ego. Nobis priuatis, id est me nullum gerente magistratum usque ad consulatum Cæsaris & Bibuli. Pondus, authoritatem, fidem. Vnum, id est eundem & coniunctum, & in nullo discrepantem. Sensum, iudicium, sententiam. Cum tu, ô Lentule. Hispaniam citeriorem, est enim & ulterior Hispania. Cum imperio cum exercitu. Quo die consulat⁹ inibatur

CAESAR, ut uides, complectendus erat mihi in hac sententia, scilicet quam de Pompeio habebam, in causa & dignitate coniuncta: quia dixerat Pompeius se Cæsare fautore Ciceronem iuuisse, & tunc temporis maxime cōcordes erant Pompeius & Cæsar, hic, id est in hac re, & reconciliatione multum ualuit, tum, id est pariter, uetus amicitia, quam tu non ignoras fuisse mihi & Quinto fratri cum Cæsare, tum id est pariter humanitas & liberalitas eius, scilicet Cæsaris perspecta cognita nobis breui tempore & literis & officiis, id est beneficiis eius. Etiam respublica mouit me uehementer, quæ uidebatur mihi nolle contentionem fieri scilicet à me, cum illis uiris, scilicet tam excellentibus. Præsertim maximis rebus gestis, id est postquam maximę res gestæ essent à Cæsare. Et respublica uidebatur recusare, id est renuere uehementer, ne scilicet contentio fieret. ASCEN.

Autem, id est sed, & id est simul, fides id est sancta promissio Pompeii, quam dederat Cæsari de me, & id est simul fides fratris mei, quam dederat Pompeio de me impulit grauissime, id est potentissime in hanc mentem. in hoc propositum, & in hanc uoluntatem. Præterea, id est insuper hæc erant animaduertenda sup. mihi, in ciuitate, quæ sunt scripta apud Platonem nostrum, id est cuius sectæ nos sumus, diuinitus, id est quasi à deo missa. Quales principes essent in rep. tales reliquos ciues solere esse. Ego tenebam memoria ea fundamenta senatus confirmandi, iacta, id est constituta esse calendis Ianuariis nobis consulibus, id est cum essemus consules, ut neminem, id est non aliquem, non oporteret aliquem mirari tantum, id est tam multum, uel animi, id est animositatis, uel authoritatis fuisse in ordine, scilicet senatorio Nonis Decembribus. Idemque id est ego idem memineram nobis priuatis, id est cum nullo fungeremur magistratu usque ad Cæsarem & Bibulum consules cum sententiæ nostræ haberent magnum pondus, id est magnam authoritatem in senatu, unum fere sensum bonorum omnium fuisse, id est omnes fere bonos fuisse concordes in administratione reipu. Postea, id est deinde, cum tu ô Lētule obtineres cum imperio, id est exercitu, quia imperator. Hispaniam citeriorem, id est quę uicinior est Italiæ, neq; respub. haberet consules, scilicet sibi fauentes, & ita ueros, quia cōsules creantur, ut reipub. potissimum consulant, sed haberet mercatores prouinciarum, id est qui prouincias uenderent ut mercatores merces suas & seruos ac ministros seditionum, quidam casus, id est fortuitus euentus non dedita opera, iecit, id est immisit caput meum quasi causa certaminis, in mediam contentionem & dissensionem ciuilem.

CONSVLES, quamuis enim consules nomine dicerentur, re tamen ipsa consules non erant, quia non faciebant ea quæ ad consules pertinebant, sed consulatu abutebantur: unde dicit Rempub. non habuisse consules. quia non quærebant utilitatem & dignitatem reipub. Sed mercatores, qui proprium lucrum quærerent, & iustitiam non redderent, sed uenderent, & prouinciarum administrationem potius mercarentur & uenderentur, quàm uirtute & meritis adipiscerentur. Seruos ac ministros, id est quasi famulos. Seditionum discordiarum suæ reipub. non autem concordiæ & amicitiæ authores. Quidam casus, non uoluntas mea, sed quidem euentus aut fortuna. Iecit, immisit, Caput, uitam meam, in contentionē ciuilem, quam illi mali & auari & seditiosi consules excitassent. Quasi certaminis causam, tanquā mihi esset aduersus illos certandum, uel ut ego ita iniectus in ciuilem contentionem essem causa certaminis, & à multis pro me arma sumerentur. Quo in discrimine, in quo periculo salutis meæ, qui essem è patria eiectus, cui aqua & igni interdictū esset. Cum mirifica senatus, id est cum & senatus & tota Italia & omnes boni, in me tuendo consensissent. Senatus qui non solum uehementer doluit propter exilium Cice. sed, ut ipse testatur in ea oratione in qua post reditum suum egit gratias senatui, habitu etiam & indumētis testatus est mœrorem: sic enim inquit. Nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare uestem solebant, in meo periculo se- HVBER.

consules haberet, sed mercatores prouinciarum, & seditionum seruos ac ministros, iecit quidam casus caput meum quasi certaminis causa in mediam contētionem, dissensionemq; ciuilem. quo in discrimine, cum mirifica senatus, incredibilis Italiæ totius, & singularis *omnium bonorum cōsensio in me tuēdo extitisset, non dicam quid acciderit, (multorum est enim & varia cul-

natus ueſte mutata fuit: & idem in Vatinium. Deinde eius uiri diſceſſum increpas, quem uides omnium ciui um deſyderio, ipſius deniq; reipub. luctu eſſe reuocatum. & Plutarc. in uita eius dicit mutaſſe ueſtem cum Cice. uniuerſum equeſtrem ordinem, & uſq; ad uiginti milia hominum. Non dicam quid acciderit. mauult enim intelligi q̄ exprimere ſe à magnis & multis uiris fuiſſe deſertum, à quibus defendi debuerat, tacet autem præcipuè propter Pom. qui paſſus facile fuerat eũ ciuitate eiici. Varia culpa. alii enim timiditate quame deſeruerunt, alii maleuolentia, alii quod quibuſdam ſe gratificari crederent, ſi mihi non adeſſent. Tantum dicam. q.d. hoc poſſum uere dicere. Breui. paucis: & abſolutum eſt, ut breui concludam, breui ad te ueniam. Non exercitum quem maximum habere potuiſſem propter multorum in me beneuolentiam. Sed duces defuiſſe, qui regerent hos qui mihi fauebant, uel poſuit pluralem pro ſingulari, ut dicat defuiſſe ducem ſcilicet ſe. i.ſe noluiſſe aſſentire iis qui erant parati eum defendere: qui ſi uoluiſſet eſſe eorum dux, non eſſet illa paſſus: melius tamen duces intellexit. Pom. à quo deſertus eſt: nam cum ad Põ. ueniſſet, ut ab eo auxiliũ imploraret, Põp. uidens q̄ ſi cũ eo locutus eſſe t, honeſte negare nõ poſſet propter mirificã Ciceronis in eũ fidẽ & beneuolentiam, cum ab initio huius contentionis in Albanum ſeceſſiſſet domo poſt poſticum egreſſus iuſſit renunciari Cic. ſe abeſſe domo, & ita deſeruit eum, teſtis Plutar. & Appia. Id autem rogatu Cæſa. feciſſe creditur. In quo. in qua re, & defuerint mihi duces. Vt. quamuis. Qui non defenderunt, cum pro conſeruatione reipu. mihi plurimum deberent. Non minor culpa. Qui reliquerũt. cum eſſent mihi ueteri familiaritate coniuncti: & latenter pulſat ut diximus, Pompeium. turpius eſt autem aliquem relinquere quem iam defendendum ſuſceperimus, quàm non defendere quem nondum tueri cœperimus. Et ſi accuſandi. grauiter reprehendendi. Qui pertinuerunt, uel tribunitium furorem, quia ut eſt author Plutarchus, tantum terrorem Claudiana arma iniecerant, quibus curiam obſederant, ut quidam ſenatores laceratis togis è curia fugerent, uel L. Piſonem & P. Gabinium conſules, quorum Piſo erat infenſus Cice. quòd erat ſocer Cæſaris, cum quo aliquando diſſenſerat Cicero in republica alter P. Gabinius ob ſupplicium coniuratorum. Simulauerunt. ſicut Pompeius, qui neminem debuerat timere, uel tangit alios qui in deſtitutione Ciceronis ſimularunt ſe timere Craſſum, Cæſarem, & Pompeium, qui leuiter ferebãt Ciceronem eiici, aut etiam curabant, uel certe ſimularunt ſe timere arma tribunitia & inimicitias conſulum. Illud quidem commendat Cicero quod fecit in diſceſſu. cum enim & L. Lucullus uir magnę authoritatis, & pleriq; alii hortarentur, ut arma ad defenſionem ſuam ſumerent, & ſimul auxilium pollicerentur, ut eum retinerent in urbe, noluit Cicero ciues ſuos in certamen trahere, ſatis ſibi eſſe dicens q̄ eorũ ſtudia intellexiſſet, & ſimul cognouiſſet quid efficere potuiſſet ſi arma ſumere uoluiſſet. Conſiliũ, propoſitum, uel ſapiens factum. Conſeruatos, in oppreſsione coniurato

Spolia rum. Spoliatos, priuatos, quaſi hoſtes: tractatum eſt enim à militibus: Spolia enim dicuntur quæcunque hoſti detrahuntur. Ducibus. Pompeio & cæteris, qui paratos ad defenſionem hortari & regere debuiſſent. Seruis armatis, quos Clo. cõtra me in arma coegerat. Obiici, opponi tanq̄ uiles, uel inuiſos, ſic Dido apud Virg. quarto Aeneid. His germana malis oneras atque obiicis hoſti. Declararęque maluerim, id eſt potius, quàm ſinerem eos pugnare, uoluerim oſtendere quantum potuiſſent efficere uiri boni bene de repub. ſentientes, ſi pugnaſſent pro me dignitatem retinente cum etiam afflictum, ſi ego permiſiſſem excitare potuerint

IO.BE.V. Quanta uis, quanta poteſtas.

IO CONSVLES habent, ſed mercatores. Gabinium & Piſonem Coſſ. intelligit, quorum conſulatu pulſus eſt furore Clodiano in exilium. Quaſi certaminis cauſa illud innuit, quod uariis in locis Cicero affirmat, quæſiſſe Clodium non tam ut Ciceronem patria pelleret, quàm ut ſeditionem aliquam dum boni uiri Ciceronem defendunt, excitaret. Sperabat enim pulſo Cicerone, & perturbata Repub. tum ſcelerum ſuorum impunitatem, tum facilimum, ad ea quæ machinaretur aditum ſibi datum iri.

ASCEN. IO IN QVO diſcrimine, id eſt in quo periculo, cum conſenſio ſenatus extitiſſet, id eſt fuiſſet, aut euaſiſſet, mirifica, & conſenſio totius Italiæ extitiſſet incredibilis, & omnium bonorum ſingularis intuendo, id eſt defendendo me. Non dicam quid acciderit, quia notum eſt eum à quibus protegi debuerat & potuerat deſertum, in exilium eiectum, & enim culpa multorum & uaria, tantum, id eſt duntaxat, dicam breui, id eſt paucis uerbis exercitum, id eſt multitudinẽ populi quæ me defenderet, non defuiſſe ſup. mihi, ſed duces, id eſt principes uiros, qui defenſionem ſuſciperent. In quo, ſcilicet facto, ut iam culpa ſit in iis qui non defenderunt me, non minor, ſcilicet culpa eſt in iis qui reliquerunt me. Et ſi accuſandi ſunt qui pertimuerunt, ſcilicet defendere me, reprehendendi ſunt etiam magis qui ſimulauerunt ſe timere. Illud quidem conſilium noſtrum quod ducturus eſt, fuit laudandum iure, id eſt merito, conſilium inquam noſtrum, id eſt meum, qui noluerim ciues meos, & conſeruatos à me, ſcilicet in coniuratione Catilinæ, & cupientes ſeruare, id eſt ſaluum facere me. Saluo enim uerbum in antiquorum uſu nõ erat, ſed Seruo, obiici ſeruis, ſcilicet Clodianis, armatis, ſci

Seruo licet in me & in meos ſpoliatos ducibus, quia Cic. illis dux eſſe nolebat cum tamen Lucullus, & quidã alii eum ad reſiſtendum ui adhortarentur. Præterea dixit iam ſoli duces, non exercitum defuiſſe: & qui maluerim declarare quanta uis potuiſſet eſſe in conſenſu bonorum, ſi ii uidelicet boni reſtitiſſent, id eſt manſiſſent, pugnaid eſt in concertatione, pro me ſtante, id eſt non expulſo, qui potuiſſent excitare quaſi de morte ad uitam, ſupme afflictum, id eſt ſumma calamitate affectum. Eſt fere ſimilis ſententia illa Saluatoris noſtri. An neſcitis q̄ poſſum rogare patrem meum, & mittet mihi &c. Nam uult dicere, cum poſſet maxime ui reſiſtere noluit, contentus oſtendiſſe ſe poſſe.

IO BONORVM omnium conſenſus. Quid de hoc loco ſenſerimus, facilè qui uult intelliget, tutò (ut arbitramur) in omnem partem: nam ueterem ſcripturam propoſuimus, quid ſcrupuli in illa eſſet (& ſi omnibus apertum erat) indicauimus: quomodo etiam labes facta eſſe poſſet, expoſuimus lectionem illam ſecuti ſum⁹ quam etiam qui nunc nos accuſant, antea probauerant: niſi enim ita feciſſent, in ſuum certè librum eam non coniecíſſent: quæ illis (ut opinor) diſplicere cœpit, poſteaquam uiderunt me quoq; ab ipſa nõ penitus abhorrere. Nam quod mendacii me arguunt, quòd dixerim omnes uetuſtos codices illam retinere, ridiculum eſt: quomodo enim ipſe omnes uidere potui? quòd ſi poſſem, etiam nollem: neq; enim mihi honeſtum eſſe puto omnẽ ætatẽ in ueteribus libris excutiendis cõſumere, & operã meã maioribus in reb⁹ utilẽ eſſe poſſe exiſtimo Vtinam potius tãtũ ſtudiũ in his rebus nõ poſuiſſẽ, quãtũ olim poſui. Non loquor de Ciceronis libris, in quibus purgandis expoliendisq; omnẽ operam ab oĩbus præclarè collocari iudico, ſed dè aliis lõge minoribus autoribus, in quibus caſtigãdis puer olim, iudicio peccãs, multũ diuq; laboraui. Oẽs igitur, quos uidi ſcilicet, & perſpexi, qui nec pauci omnino fuere, nec quemadmodum quotidie magis apparebit, peſſimi. *PETRI VICTO. CASTI.

ſi ii pro me ſtante, pugna non deſtitiſſent, cum afflictum excitare potuiſſent, quorum quidem animum tu non perſpexiſti ſolum cum de me ageres, ſed etiam confirmaſti, atque tenuiſti. Qua in cauſa non modo non negabo, ſed etiam ſemper & meminero, & prædicabo libenter. uſus es quibuſdam nobiliſſimis hominibus fortioribus in me reſtituendo, q̄ fuerant iidem in me tenendo, qua in ſententia ſi conſtare uoluiſſent ſuam authoritatem ſimul cum ſalute mea recuperaſſent. Recreatis enim bonis uiris conſulatu tuo & coſtantiſſimis atque optimis actionibus tuis excitatis Cn. Pompeio præſertim ad cauſam adiuncto, cum etiam Cæſar, rebus maximis geſtis, ſingularibus ornatus, & nouis honoribus ac iudiciis ſenatus ad authoritatem eius ordinis adiungeretur, nulli improbo ciui locus ad rẽpu. uiolandam eſſe potuiſſet. Sed attẽde quæſo quæ ſint cõſecuta.

IO SI ii, boni. Reſtitiſſent pugna. i. in pugna. i. pugnaſſent. Reſtitiſſent. i. aduerſati eſſent, & oppoſuiſſent ſe aduerſariis meis. Pro me ſtante, pro me nondum deiecto ex ſtatu & dignitate. Nam ſtare interdum ponitur pro eo quod eſt in priſtino ſtatu manere, ut Virg. ſecundo Aenei. Troiaque nunc ſtares, Priamique arx alta maneres: neque intelligitur hic ſtante pugna, ut quidam male expoſuit: ſed ut dixim⁹, reſtitiſſent pugna pro me ſtante. Afflictum, fortuna concuſſum, iam dignitate deiectum ab inimicis meis. Quorum, bonorũ. Cum ageres, diceres, tractares in ſenatu. De menetalis iniuria mihi inferretur, ut ea patria carerem, quam conſeruarem. Confirmaſti, cõprobaſti, quia laudaſti quòd tam pii eſſent in me. Et tenuiſti, cum Clo. niteretur eos à me alienare & contra me irritare. Qua in cauſa, meæ reſtitutionis. Non modo non negabo, non ſolum non filebo, & non dicam ſic eſſe. Meminero, ſemper memoria tenebo. Et prædicabo, & aperte dicam. Nobiliſſimis hominibus. multos quidẽ, ſed Põ. præcipue notat. Fortioribus, maioris animi in me reſtituendo, quia ſtudiis & fauoribus Pompe. reſtitututs eſt Cice. Iidem, ſcilicet uiri nobiliſſimi. In me tuendo. anteq̄ eiicerer: quia ut ſupra notauimus non auſus eſt Pompe. prohibere eiici ex urbe Cicero. quem poſtea totis uiribus, ut multis in locis ſupra oſtendimus, reſtituendum curauit. Qua in ſententia. in quo propoſito fortitudinis, qua uſi fuerant in me reſtituendo. Conſtare, conſtanter permanere & perſeuerare. Recuperaſſent ſuam authoritatem, quam amiſerant, cum facile paſſi ſunt me iniuſte à uiro ſceleratiſsimo ex repub. eiici, de qua eſſẽ optime meritus. Simul cum ſalute mea, & hoc dicit, & authoritatẽ ſuam & meam ſalutem ſimul recuperaſſent. Recreati, corroborati, atque animati, quia fuerant ualde uexati & agitati à Clodio & Clodianis. Conſulatu tuo, in quo me. Actionibus tuis, aduerſus improbos de reſtitutione mea. Excitati, inflammati ad reſtituẽdum citiis deterritus es à propoſito & à me iuuando. Cn. Pomp. quaſi diceret omnium maxima, & quo ſocio ad eam rem nemo debuerat timere. Adiuncto, addito ad cauſam meæ reſtitutionis, quia, ut author eſt Plu. Pom. ductus pœnitentia, quòd Cic. ex urbe à Clo. pelli paſſus eſſet, ſubito mutata mente de illo reuocando cum cæteris amicis cogitare cœpit. Cum etiam Cæſar, alia ratio quare nulli improbo locus in urbe eſſe potuiſſet, quia cum authoritas ſenatus Cice. fauiſſet Cæſar à ſenatu bene affectus ei ordini adiunctus erat. Geſtis, in Gallia. Singularibus, præcipuis. Et nouis, inuſitatis: quia ei prorogatum eſt imperium in aliud quinquennium, quod ante nulli alii contigerat. Iudiciis ſenatus, quia ſenatus iudicauit Cæſarem dignum talibus honoribus. Adiungeretur, id eſt accederet. Ad authoritatem, & grauem uoluntatem & ſententiam. Eius ordinis, ſcilicet ſenatorii. Locus, id eſt facultas. Violandam, lædendam, opprimendam, ſicut à Clodio uiolata fuerat. Improbo, ſcelerato. Sed attende. facit attentum Lentu. narraturus prolixius, & longius repetiturus ea, quibus non modo adductus, ſed compulſus eſt, ut Cæſa. reconciliaretur: hæc enim omnia eo tendunt. Attende, attente audi. Quæ conſecuta, quæ poſtea euenerunt. Sto

IO ET Nouis honoribus, non de prorogato imperio ſentiendum, quando aliis imperiũ ſæpe prorogatũ conſtet, ſed de ſupplicationibus quæ ob res feliciter in Galliis geſtas à Cæſare nunc in dies nouem, nunc quindecim, nunc uiginti ſunt illi decretæ, quod nulli ad eam diem contigiſſe alii Cæſar in cõmentariis ſuis affirmat. Sed & Cicero pro Balbo in hæc uerba. C. Cæſarem ſenatus, & genere ſupplicationum ampliſſimo ornauit, & ſari decreto numero dierum nouem, idem in anguſtiis ærarii uictorem exercitum ſtipendio affecit. Decem legatos decreuit, lege Sempronia ſuccedendum non cenſuit, in quibus uerbis idem ferme error, cum Trebonia lege ſcribendum fuerit. Quæ ſint conſecuta, locum hunc, ut corruptum exiſtimem facit uerborum ordo inuerſus, ut ex di IO. BE. V. Noui honores Cæſ. Cic. locus corripiẽ.

ctis nullus omnino sit sensus,quare ita restituendam lectionem,ut non decerno, sic æstimo, primum illa furta muliebrium religionum,qui non pluris fecerat bonam deam quàm treis sorores, impugnitatem scelerum sententiis assecutus,cum Trib.ple.& quæ sequuntur.nam hoc alterum qui superfluum omnino sit necesse est. Erit autem uerborum ordo talis. primum illa furta muliebrium religionum sustulerunt exemplum præclarissimum uindicandæ seditionis in posterum,quando Tribu.pleb.pœnas uellet persequi à seditioso ciue, qui assecutus impunitatem scelerum sententiis, nō pluris fecerat bonam deam q̄ treis sorores.atq; hoc pacto quæstio illa qua dicantur hæc consecuta cum multo ante gesta sint hæc omnia,nihil omnino diligentem lectorem perturbet.cum hæc dicantur à Cicerone per anticipationem,ut cum ea uelit dicere quæ sint consecuta postea q̄ Cæsar ornatus est nouis honoribus, anticipet quædam quæ à Clodio multo ante patrata facinora fuerant. sic igitur non dicit consecutū esse id quod Clodius pollutarum religionum fuerit absolutus. Aut ꝙ monimentum suum cruentis literis inussisset,sed cum ante hęc omnia commisisset,ea postea secuta sunt,ꝙ in se restituendo pleriq; quā debuerant fidē non exhibuere.Bonam deam hęc soror Fauni,qui in Latio regnauit,& cōiux fuit.Quam sentētiam Fatuam ideo dictam putat.C.Bassus,quia mulieribus fata caneret, quemadmodum ipse Faunus uiris,fuit uero hac in fœmina pudicitia tanta,ut eam quoad uixerit præter uirum suum uiderit nemo nemo nomen audierit.contra Sex.Clodius retulit eo in libro quem græce scripsit eam,ꝙ doliū releuisset,uinū esse,muliebriq; tantum cultu uenerandam, atq; in facti memoriam amphorā uini obuolutam in sacris poni Lactātius author.Hāc Græci γυναικεῖαν dicunt Midæ regis matrē siue ex liberis matribus unam. huic tabernaculā uirgineis intexta ramis, huic draco tribuitur, cui cum mulieres sacrificant nulli uiro ad ea sacra est aditus. erant autem sacra illa orphicis ferme orgiis similia.Pultarchus Lactan.

Bona dea

ASCEN. ❧QVORVM .s.bonorum,animum.i.uoluntatem,tu non solum prospexisti, cum ageres de me , sed etiam confirmasti,atque tenuisti.i.perseuerare fecisti:in qua causa ego non modo.i.non solum non negabo sed etiā & meminero & prædicabo semper libenter,ut usus es quibusdam hominibus nobilissimis fortioribus.i.cum essent fortiores in restituendo me,quàm iidem fuerant in tuendo sup.me in urbe.Loquitur de Pompe.& Cæsa.in qua sententia.i.proposito,si uoluissent constare.i.perseuerare. Ipsi recuperassent suam authoritatem simul cum salute mea. Enim pro quia,bonis uiris recreatis.i.quod dicunt refectis,& ad pristinam animositatem restitutis,tuo consulatu,& excitatis.s.ad audiendum actionibus tuis optimis & constantissimis,præsertim Cn.Pomp.adiuncto ad causam,cum etiam Cæ.rebus maximis gestis,id est postquam res maximas gesserat, ornatus singularibus & nouis honoribus aciudiciis,senatus adiunget ad authoritatem eius ordinis.s. bonorum senatorum,nulli.i.non ulli,locus non fuisset ulli ciui improbo ad uiolandam rempu. Sed attende.i.animaduerte diligenter quæso quæ sint consecuta.

HVBER. ❧PRIMVM illa furta.nota quòd Clod.fecit in sacris bonæ deæ, quibus nulli masculo licebat interesse & Iuue. & Tibul. ostendunt. Nam cum P. Clod. Cæsa. uxorem amaret, cum sacra per noctem fierent muliebri ue ste domum Cæsa.qui pontifex erat ingressus , inter mulieres primo latuit , deinde cum errabundus per ædes incederet,rogatus ab ancilla Aureliæ matris Cæsa. quid quæreret , pedissequam Pompeiæ quærere se ostendit nomine Aureliæ:illa ex uoce suspicata uirum,confestim clamorem extulit . Mulieres excitæ assurgunt , portas claudunt , domum perscrutantur , tandem latentem Clodium in quodam cubiculo deprehendunt. Is postea de pollutis sacris accusatus ad refellendam accusationem , se ea die abfuisse procul ab urbe allegauit accusator Cice.testem citari fecit, quòd ea die Clod.domi eius fuisset id erat uerum,& Cic.testatus est testati sunt & alii clarissimi uiri , sed tamen ille corruptela iudicum absolutus est.hæc Plu.Sed quomodo hæc consecuta sunt ,cum ante exilium Cicero.eodem Plu.authore, facta sint,& illo testimonio Ci.iratus sit Clo.aduersꝰ eūᵉ solutio quidem difficilis esse uidetur, neq; ab ullo quod legerim aut audierim adhuc scripta aut dicta est, sed hanc esse puto , ut non dicat illa furta muliebrium religionū cōsecuta est , sed hoc sentit propter illam impunitatem,quam ex illis furtis muliebrium religionū & uiolatorum deæ bonæ sacrorum Clo.corruptis iudicibus assecutus est,cum Trib.pleb.eum puniendum censeret sublatum exemplum puniendi cæteros,quoniam cum indultum Clo.in tanto scelere, non uidebātur puniendi alii,si quam in populo seditionem excitassent,ne in peiori cō ditione esset quam fuisset Clo.qui de maximis sceleribus fuisset absolutus. Furta,secreta & nocturna adulteria,ut Martisq; dolos,& dulcia furta. Muliebrium reli.sacrorum deæ bonæ quæ colebatur solū à mulieribus quæ uiolatæ sunt à Clo.ut diximus. Qui. subauditur eius.s. Clo. Bonā deam,quia ut stuprauerat treis sorores suas,ita paruifecit uiolare sacra deæ bonæ . Treis so.diximus supra cuius fuerint uxores duæ eius sorores,cum quibus concubuit: de tertia non satis habeo compertum,nisi ꝙ Cic.etiam alibi ei obiicit,ꝙ cum tribus sororibus suis rem habuerit. Impunitatem absolutionem,indemnationem. Scelerum,& incæstus in sorores,& sacrilegii uiolatæ religionis . Sententiis iudicū quos ille corruperat.Qui,iudices.Aseditioso,Clo.qui seditiones cōcitabat cōtra Cic. quē in iudicium uocauit,ꝙ ante sententiam à senatu latam Len.Cethægumq; supplicio affecisset.Persequi, exigere.Per bonos. uiros,qui sensebant talem hominem esse puniendum . Iudicio,publica damnatione . Sustulerunt amouerunt. Exemplum. nam cum uni parcitur, & alteri parcendum putatur;& ut Ci. alibi dicit,quo exemplo sit, id iure fieri putant. in posterum, in futurum. Vindicandæ, puniendæ,opprimendæ. Iidem,iudices. Postea

IO.BE.V. q̄ Clo.absoluerāt incæstus & sacrilegii,ut ante diximus.

Historia de tribus sororibus Clodii

❧QVAM treis sororem.ubiq; Cicero Clodio sororium incæstum obiicit,& quandoq; necem. Et constat Clodium omnino sorores treis,quæ clarissimis postea uiris nupsere,constuprasse.quarū una Metelli Celeris uxor Quadrans dicta sit , ꝙ adolescens pro nummis argenteis æreos,quadrantes in ipsius Clodiæ loculos coniecerit.Nupsit & una Lucullo, de qua Plutarchus scribit , ꝙ cum Clodiam impurissimam fœminam repudiasset,

Catonis

*Primum illa furta muliebrium religionum , qui non pluris fecerat bonam deam q̄ treis sorores, impunitatem scelerum eorum sentētiis assecutus, qui cū tribunis plebis pœnas á seditioso ciue per bonos uiros iudicio persequi uellet , exemplum præclarissimum in posterum uindicandæ seditionis de republica sustulerunt , iidemque postea

Catonis Seruiliā sororē duxit nihilo sanè meliorem, nisi ꝙ fraterno incæstu polluta non esset.Tertia Martio Regi nomine Terentia,& ipsa impudica locata est.Plutar.in Ciceronis uita est author. Tri.pl.Fusium(ut arbitror)itelligit tribunum.de quo Cicero ad Atticum.Tri.ple.Fusius in concionem produxit Pompeium, res agebatur in Circo Flamminio.& erat in eo ipso loco illo die Nundinarum πάνηγυρις . Quæsiuit ex eo placeret ne ei centum iudices à prętore legi, quorū cōsilio idem p̄tor uteretur.id autem erat dē Clodiana religione ab senatu constitutum.atque alia epistola.postea uero q̄ Hortensius excogitauit,ut legem de religione Fusius Trib.pleb.ferret.In qua nihil aliud à consulari rogatione differebat,nisi iudicum genus,uindicandæ seditionis exemplum sustulerunt.Nam triginta illum iudices, quos fames magis quàm fama commouerat,absoluerunt quinque & uiginti,summo quamuis proposito periculo condemnarunt.Satis enim constat nullum unquam turpiorem iudicum confessum.Maculosi Senatores.tribuni erati uerius quàm erarii affuerunt, ut quāuis testimonium Cicero contra Clodium dixerit,quamuis uiri boni plerique inique Clodianum facinus ferrent.Hortensio accusante, Catulo obtinente, tamen incertis iudicum sententiis uictor abierit. tanto prius metu iudicaturis iniecto,uel conductis seruorum operis,uel populari fauore ut puncta in tabellis haud satis dignosci possent.Iidemque postea non meum monimentum.Historia hoc habet.pulso Cicerone Clodiana factione pręter alias pœnas,hoc quoque irrogatum supplicii est, ut domus quam ille in occultissima Palatii parte possederat,consterneretur,in qua libertatis quoque simulachrum literis incisis in base facti causam testantibus positum est,cum antea quoq; à Menula nescio quo Anagnino Clodius statuam sibi poni passus esset.Sed reuerso post Cicerone,cum pontifices domus partem restituendam decressent,atq; ex ærario pecuniam ad eam construendam numerassent, uidentur tamen simulachrum illud non omnino sustulisse quod inustum cruentis literis,non esse omnino deletum Cicero uehementer dolet. Quæ omnia ex orationibus Ciceronis & ad Atticum epistolis percipies.in ea enim quam ad pontifices pro domo sua egit, his uerbis.Claudio à Menula positam statuam docet,At tu etiam ereptor ciuitatis legem de iniuriis publicis tulisti Anagnino nescio cui Menulę per gratiam, qui tibi ob eam legem statuam in meis ædibus posuit & ducentisimo ab hinc uersu,cum de domo sua loquatur,ita addit. In qua si manet illud non monimentum urbis,sed sepulchrum inimico nomine inscriptum: demigrandum potius aliquo est,quàm habitandum in ea urbe , in qua trophea & de me & de rep.constituta uideam.Hęc Cicero.Cæterum cum Ciceronis domus cum M.Flacci,qui cum C. Gracchо contra Remp.fecerat, cuiusq; domum senatus euertendam censuerat,atq; in ea Q.Catulus porticū aliquanto post ex cymbricis manubiis fecerat,coniuncta esset,totam scilicet porticum Catuli deleuit , & eam cum Marci Ciceronis domo coniunxit , & ea in libertatis simulachrum Tanagręæ uidelicet cuiusdam meretricis locauit. Cicero in eadem oratione. At unde inuenta est ista libertas,quæsiui enim diligēter. Tanagræa quædam meretrix fuisse dicitur.Eius non longe à Tanagris simulachrm è marmore in sepulchro positum fuit atq; hoc totum est quod dicit hoc in loco Cicero domum suam,non suum monimentum fuisse,sed senātus,cū scilicet senatus,ex æratio data pecunia domum inædificandam Ciceroni censuit. In cuius tamen parte simulachrum positum uidetur permansisse literis inscriptis , quæ à Clodio libertatem restitutam post Ciceronem expulsum posteritati significarent.Cicero cum alibi, tum in Pisoniana oratione totam hanc rem complexus est in hæc uerba.Me consequentibus diebus in ea ipsa domo,qua tu me expuleras,quam incenderas,pontifices,Coss.collocarunt,mihiq; quod antea nemini pecuniam publicam ad ędificandam domum censuerunt:& ad Atticum lib.quar.superficiem ædium Coss.De consilii sententia æstimarunt uicies.Cætera in re ualde liberaliter.Atque ex iis quæ recitata paulo uberius à me sunt,constare iam cuiuis arbitror,quid Cicero hac in parte uoluerit,cum alioquin hactenus inuoluta essent omnia.

Quō Clodius absolutus

Nota locū

Libertatis simulachrum positum in Ciceronis domo à Clodio Tanagræa

ASCEN. ❧PRIMVM secuta sunt illa furta religionum muliebrium sup.eius,scilicet Clod.qui non fecerat.i.nō æstimarat,pluris bonam deam quàm treis sorores, quia sicut treis sorores per incæstum polluerat,ita per sacri legium sacra bonę deę uiolare parauerat, assecutus sententiis.s.corruptorum iudicum impunitatem scelerum,aut potius sic assecutus impunitatem scilicet incæsti & sacrilegii sui,sententiis sceleruṁ,id est sceleratissimorum hominum.Sicut in Teren.ubi est ille scelus qui me perdidit? Qui.s.sceleśti homines, cum Tribuno plebis uel persequi pœnas à seditioso ciue iudicio scilicet constituto per bonos uiros, sustulerunt in posterum,id est omne tempus futurum,præclarissimum exemplum seditionis de rep.uindicandi.i.puniendi. Iidē scilicet corrupti iudices,pasi sunt postea.

*PETRI VICTO. CASTI.

❧PRImum illa furia.Mirificè delector ueris Vbaldini laudibus, gaudeoq; non parum, mecum illū sentire. Quòd si antea hanc lectionem sequebar , nunc eam ualdè diligo,postquam illum audiui acerrimi iudicii hominem ipsam quoq; suo ingenio excogitasse. Cùm autem qui busdam non insulsis(ut opinor)rationibus eā confirmassem,non magis ipsam ui earum,quàm illius unius testimonio,uerā esse puto.

HVBER. Monimentum Manubiæ Prędа

❧MONIMENTVM.quidā dicunt statuā quam populus Cic.erexisset, causa hac inscriptione Patriæ, sed statua ex idoneis authoribus non satis mihi constat.Melius igitur intelligemus monimentum , memoriam earū rerum,quas ꝙ cōseruatione reip.gesserunt.unde dixit.Non meū moni.ut ostendat non tam sua q̄ reip. fuisse quę gessit.Nō enim,ratio quare non suū monimentū.Manubiæ.Ser.in pri.Aenei.Virg.dicit in libris Etruscorum lectum esse iactus fulminum manubias dici.Asco. Pedianus dicit Manubias fuisse prędas imperatorum, de qbus quod uellent facerent, sed omissis aliorum opinionibus uideamus quid sentiat.A.G. proprietatum uerborū diligentissimus exquisitor.Aliud oino inquit

non meum monimentum, non enim illæ manubiæ meæ , sed opis locatio mea fuerat monimentum uero senatus hostili nomine,& cruentis inustum literis esse passi sunt,qui me homines, quod saluum esse uoluerūt, est mihi gratissimū, sed uellem non solum salutis meæ,qué-

præda,aliud manubiæ in libris rerum uerborūq; ueterum scriptum est.Nam prędа dicitur corpora ipsa rerū quę capta sunt. Manubię uero appellatæ sunt pecuniæ quæ à quæstore ex uenditione prędæ sunt redactæ.Idq; probat authoritate Cic.in oratiōe quam dixit de lege agraria Calen.Iauua.contra Rullum,dicit tū quosdā non ignobiles scriptores,aut temere aut curiosę prędā pro manubiis,aut manubias pro prędа posuisse.Sed ꝙ proprie signateq; locuti sunt,sicut Cic.in oṙone,manubias pecuniam dixisse. In hac autem epistola Cic intelle

xit

xit manubias fructũ, & laudem oppressæ cõiurationis. operis. quod præstiteram reip. aduersus coniuratores.

Locatio. quia Cice. locauerat opus suum senatui. i. ꝓ senatu fecerat cõtra cõiuratores, uel potius & melius.

Locatio oper. quod ei locatum fuerat à senatu, cũ aduersus coniuratos designatus est cõsul. locationis enim significatio, ut Nonius ait, Manifesta est, ut locatio operis, quod daturalicui faciẽdum, & locatio fundi, qui datur colono in fidẽ & curam. Ergo locatio operis id est opus ipsum opprimendę coniurationis meum erat, & mihi à senatu locatum. Monimentum uero. s. huius facti memoria non mea, sed senatus. Id autem dixit non ꝙ monimentum non esset etiam suum, sed ut à se moueret inuidiam, & Clo. & iudices quia passi essẽt id monimentum ita carpi & damnari, in odium inuidiamq; adduceret, cum nõ sibi sed senatui iniuriam factam dicat. Hostili nomine proditoris uel occisoris ciuium, ꝙa dicebat Clod. damnandum Cice. ꝙ indicta causa ciues R. necasset. Cruentis lib. titulo cruento, hoc est iniquissimo edicto quo in exilium sum iectus, quasi fuissem hostis Po. Ro. non conseruator. Inustum, signatum: & est tractum à signis quæ ferro candenti imprimuutur. ut Virg. notas & nomina gentis inurunt. i. imprimunt & signant. Passi sunt, permiserunt, cum deberent prohibere. Qui homines, qui ante hæc passi erãt. Me sal. quia cõsenserunt postea ut Cicę. reuocaretur ab exilio, ergo saluum & incolumem, & in patriam reuocatum ab exilio, ubi mihi erat aqua & igni interdictum, & maxima pœna proposita si quis me recepi sset. & est ordo, qui homines ꝙ me saluum esse uoluerunt, est mihi gratissimum. Sed uellem ꝙ habuissent respectum non solum meæ salutis in me reuocando, sed etiam dignitatum post restitutionem meam, ꝙ dicit per quandam similitudinẽ sumptã à medicis & aliptis. Aliptes dicitur ab ἀλείφω ꝙ est ungo: erat enim qui palæstritas in gymnasio ungebat, à Martiale latine dictus est unctor. Nec rapit immeritas sordidus unctor opes. Medicus uero ꝙ male ualẽtibus & in lecto iacentibus medetur, Clinicus dicitur ἀπὸ τῆς κλίνης. i. à lecto. Vnde Mar. Sotæ filia Clinici Labulla. Clinici. i. medici: nam aliptes sanos palestritas curabat, ut & colorem & uires illis adderet. Ideo nunc Ci. dicit. Sed uellem habuissent rationem curam salutis uitæ, hoc est non solum cõsuluissent saluti meæ, ut medici solent consulere, sed etiam consuluissent uiribus, & colori, ut aliptæ: per uires autem & colorem intellexit dignitatem, & locum suum solitum in rep. Nunc ut Apelles. Apelles pictor & ingenio & gratia quam in se iactabat præstantissimus, ita ut qui ante se fuerant & post se futuri erant superaret, ita gratus Alexandro magno fuit, ut teste Pli. inueterato edicto uetuerit se ab alio pingi. quod etiam Hora. libro ulti. epist. affirmat his uersibus. Idem rex ille poema Qui tam ridiculum, tam care prodigus emit, Edicto uetuit ne quis se præter Apellem pingeret, aut alius Lisypo duceret æra. De hoc Pli. multa dicit lib. trige. quin. Et quanuis difficile dicat esse enumerare quæ ab hoc nobilissima picta sunt, memorat tamen quædam inter quæ Venerem exeũtem è mari, quam diuus Augu. postea dicauit in delubro patris Cæ. post hanc Apelles inchoauerat aliam Venerem Coiis superaturus priorem illam suam, inuidit mors peracta parte, nec qui succederet operi ad præscripta liniamenta inuentus est. de hac Venere nunc intelligit Cice. ergo sensus est: nunc isti laborauerunt solum in capite meo. i. in mea salute, & in cæteris me deseruerũt, sicut Apelles perficit politissime caput & pectus Veneris, & reliquam partem imperfectam reliquit. In ca. i. in salute, & perseuerauit in similitudine picturæ, quia dixit de capite & pectore Veneris. Reliquerunt. quia ut & ipse superi⁹ dixit, & Plutar. testis, multi qui iuuerãt Cic. in restitutione in patriam, postea ei inuiderunt. In quo. in qua re, ꝙ post restitutionem meam essem relictus ab aliis. Fefelli. i. decepi. Spem. quia aliter me gessi q̃ sperauerant inuidi, atq; inimici mei qui sperauerant post reditum meum futurum animo abiectiore, cum longe aliter me præstiterim. Qui, inuidi & inimici. Acceperunt falsam opi. falso opinati sunt, & iudicauerunt. De Q. Me. Qu. Cæcilius Metellus Numidicus, authore Pli. & Liuio, de Lugurtha triumphauit. Is cum legem Apuleiam per uim latam iurare noluisset, in exilium actus est, quod Smyrnæ satis fortiter tulit. Li. dicit Rhodi. Nam cum postea Clodii Trib. Pleb. rogatione reuocatus esset, cum ludis in theatro literas accepisset, non eas prius legere dignatus est q̃ spectaculum finiretur, in quo ostendit se forti animo illud exilium tulisse cum tamen nonnulli falso suspicati sint, eum post reditũ animo fuisse abiecto, & fracto, cum potius fortissimo fuerit, quod Cic. arguit, & probat ex illius uolũtario discessu, & egregia animi alacritate in absentia, qui etiam redire non curaret, ut non sit ueri simile eum post reditum, fractum abiectũq; fuisse. Vno, quasi solo, & cui alter non sit fere repertus par. Acerrimo, erectissimo. Et for. in tollerandis aduersis, & præcipue exilio.

Locatio

Inuro

Aliptes
Medicus
Clinicus

Apelles

Cæcilius Numicus

ASCEN. MONImentum. i. ædificiũ perpetuę memoriæ rerũ a me gestarũ, cũ titulo prĩs prĩę, non pecunia mea erectũ nõ. n. illæ manubię meæ. i. precia rerũ quæ duci ex præda cõpetunt. sup. erãt. q. d. nulla spolia inhonestissima detraxi, ut ex manubiis arcus triumphales, aut tẽpla, aut alia monimenta erigerẽ, Sed locatio operis fuerat mea id est ære meo facta, monimẽtum uero sup. fuerat sena. qui publico impendio, id curauit esse inustum. i. cauterio inscriptũ noie hostili, & cruentis literis. Qui homines, ꝙ uoluerunt me esse saluũ, est gratissimum mihi, sed uellem sup. ut uoluissent habere rationem. i. respectum, & curam, non solũ salutis meæ id est uitæ quemadmodum medici. i. curatores egritudinum sup. faciunt, sed uoluissẽt habere etiam rationem uirium, & coloris. i. stabiliměti, & dignitatis in senatu, ut aliptę. i. curatores membrorum morbidorum, & uulnerum, ac ulcerũ. Nunc ut. i. quemadmodũ, Apelles pictor nobilissimus, perfecit caput Veneris, & summas partes pectoris, superciis, arte politissima, & reliquit reliquam partem corporis. s. Veneris, inchoatam. i. ut dicunt, tantũ protractã, sic quidam homines elaborauerunt solum in capite meo. i. in uita mihi seruãda, & reliquerunt reliquum corpus. i. quæ pertinẽt ad ornatũ & ad dignitatem meã, imperfectum ac rude. i. non politũ hoc est de dignitate, & ornatu meo nullam curam habuerunt. In quo. i. in qua re, ego fefelli spem non modo inuidorum, qui occulti sunt, admodum medici, sed etiã ut aliptæ virium & coloris rationẽ habere voluissent. Nunc ut Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partẽ corporis inchoatã reliquit, sic quidam hoies in capite meo solum elaborarunt, reliquũ corp⁹ impfectum ac rude reliquerũt, in quo ego spẽ fefelli, non modo inuidorum, sed etiã inimicorũ meorũ, qui de uno acerrimo & fortissimo uiro meoq; iudicio oĩum magnitudine animique & constantiæ

sunt, sed etiam inimicorum meorũ, qui manifesti sunt. Qui. s. inuidi, & inimici acceperunt quidam falsam opinionem de uno uiro acerrimo, & fortissimo, & meo iudicio præstantissimo omnium magnitudine & constantia animi, uidelicet Qu. Metel. filio Lucii, qui de Iugurtha triumphauit, licet summam uictoriam illi Marius præripuerit, quem. s. huiusmodi maleuoli dictitant. i. frequenter dicunt fuisse post reditũ. s. ab exilio, quia nolunt regi male assentiri animo fracto, & demisso. i. abiecto.

præstantissimo Q. Metello Lucii filio quondam falsam opinionem acceperũt quem post reditum dictitant fracto animo, & demisso fuisse. Est uero probandum, qui & summa uoluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit, neque sane redire curaret, eum ob id ipsum fractum fuisse, in quo, cum omnes homines, tum. M. illum Scaurum singularem uirum constantia, & grauitate superasset. Sed quod de illo acceperant, aut etiam suspicabantur, de me idẽ cogitabant, abiectiore animo me futurum, cum respu. maiorem etiã mihi animum, q̃ unq̃ habuissem, daret, quæ declarasset sese non potuisse me uno ciue carere: cunque Qu. Metel. unius tribuni plebis rogatio, me uniuersa respublica duce senatu, comitante Italia, promulgantibus omnibus, referẽte cõsule,

HVBER. Magnitudo animi. Cõstantia

PRAEstantissimo oĩm, qui omnes magnitudine animi, & cõstantia superaret. Sunt autem magnitudo animi, & cõstantia partes fortitudinis. Cõstãtia, perseuerãtia, quia semper cũ summa alacritate abfuit. Lucii filio, quia fuit alius Q. Metellus Macedonicus, & alius ipsius Numidici filius pius cognominatus, qui patrem assiduis lachrymis, & precibus ab exilio reuocauit. Dictitant, iactant, frequenter dicunt. Fracto, debilitato. Demisso, humili, & abiecto. Est uero, constat huiusmodi opinionem Ci. & arguit non potuisse, ita esse. Est uero. Vero uero dictio aperta ad ironiam, ut apud Virg. Egregiam uero laudem, & spolia ampla refertis Tuq; puerq; tu⁹. Vero. i. certe, ironice. Est probandum. est ueri simile, est credendum. q. d. minime. Qui. subaudi Metellum. Cesserit, abierit, discesserit, ex urbe in exilium. Summa uoluntate qui siuoluisset iurare in legem Apuleiam, potuisset esse in urbe, cũ a bonis ciuibus defẽderetur, nã, ut Liuius inquit, ne causa certaminum esset, in exilium uoluntariũ profectus est Rhodũ, ubi legendo, & audiẽdo magnos uiros, aduocabat, ergo Summa. i. libera uoluntate cessit. Et abfuerit. fuerit absens ab urbe Roma. Egregia, præcipua, singulari. Alacritate, alacritas media est inter lætitiam, & tristitiam est autẽ, authore Donato, alacritas proprie imitatio quædam uultus gestientis in spem aliquam, interdũ tñ in malũ accipitur, ut apud Cic. in Tusculanis, his uerbis, Vir igitur temperatus, cõstans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, ulla libidine non uexatus. Secundum Asconium Pedianum, alacris, siue alacer, utrunq; enĩ dicitur, is est, qui ingentis est sensus, quod est iudicium erecti animi, atq; sublimis, ergo hic. Alacritate, erectiõe, & sublimitate animi, non declinantis in tristitiam ꝙ esset imbecillitatis neq; in lætitiã, quia esset dementiæ exilio, & malis suis lætari, sed medium, ut diximus, retinet. Curaret, quia nunq̃ pro reditu suo supplicauit, & acceptas literas de reditu suo, usq; ad finem ludorũ legendas distulit. Ob id ipsũ. ꝙ summa uoluntate, & animi alacritate tulisset. in quo. s. fortiter, & modeste tolerãdo exilium. Superasset, uicisset. Cũ oẽs homines. i. oẽs alios qui fortiter unq̃ tulerunt exilium, & aduersa. Tũ, prę cipue. M. illũ Scaurũ. q. d. præstãtissimũ, & cui uix quispiã cõstantia, & grauitate anteponatur, de quo uide apud Liuium, & Pli. de uiris illustribus. Singularem, unicum & nulli cõparabilẽ, quem tamen Metellus superauit. Sed ꝙ quemadmodum inquit de illo Metello falso acceperant, aut etiã suspicati erant, ita etiã de me cogitabant, me post reditũ aĩo abiectiore futurum. Acceperant, intellexerant, quia multis annis ante fuerat. Aut etiã suspicabantur, quasi correctio, ut dicat eos potius hoc suspicatos esse de Metello, q̃ ab aliquo accepisse. Idem, quod de Metello. Abiectiore, remissiore. Cum resp. quasi dicat, cum resp. uidetur hortari me, ut multo maiori essem aĩo, q̃ ante fuissem, cum ostendisset se non posse carere me ciue suo, quem tanto oĩm cõsensu reuocasset. Præstaret, exhiberet. Quæ, resp. Declarasset, aperte ostendisset. Me uno ci quem tanto oĩm, ut diximus, consensu reuocasset, quod sibi ad magnam gloriã, in oratione in Vat. adducit, his uerbis, Quid ergo homo imperitissime solidæ laudis, ac ueræ dignitatis præstãtius mihi potuit accidere, quid optabili⁹ ad immortalitatẽ glorię, atq; ad memoriã mei nois sempiternã? q̃ oẽs ciueis meos iudicare ciuitatis salutem cum unius mea salute esse coniunctã. Cũq; Met. probat se debuisse habere maiorẽ aĩm, q̃ habuisset Me. quia Metellus unius Clodii Tri. ple. lege reuocatus est, se autẽ non solum totius ciuitatis, sed sociorũ, & totius Italiæ consensu, quod declarat nunc in epistola, & in oratione prædicta, ut etiã supra ostendimus, & authores sunt Appia. & plu. qui dicunt de nulla unquam re tantum fuisse consensum, quantus fuit oĩm de reuocatione Cice. Duce se. i. primo, & maximo authore, qui teste Appi. Cic. etiã exulem ciuitatibus, regibus, & potentatibus commendauerat. Italia comi. quia ex multis Italiæ ciuitatibus confluxerunt uiri boni, qui Cic. in patriã comitati sunt. Promulgantibus, legem de reditu meo ferentibus. Referente, proponente de me. Cõsule, qui maior est q̃ Tri. ple. qui de restitutione Metelli rogationem tulerat. Rogatio, quid significet dictum est supra in aliis epistolis.

Cicero

Alacritas
Alacris, Alacer

IO. BE. V. Q. Metell⁹

M. Scaurus

QV. Metello, de hoc in oratione, qua populo grãs egit de reditu suo. Non ut pro. Qu. Metello Clarissimo uiro iam spectata ætate filius. Non L. Dalmaticus consularis summa authoritate uir. Non. Qu. Metellus censori⁹ non eorum liberi. Non Qu. Metellus nepos, qui tum consulatum petebat. Fuit autem familia metellorum Romæ, adeo popularis, ut Neuius poeta carmen in illos tale factitarit. Saturnium Fato fiunt Metelli Romæ consules. Quod cum iniquius accepissent, tanq̃ fortunæ, non eorum uirtuti tributæ dignitates uiderentur, eodẽ carminis genere responderunt. Dabunt malum Metelli Deuio poetæ. M. Scaurũ, senatus hic princeps q̃uis patre, qui carbonatiã exercuerat, natus summæ prudentię, & grauitatis habitus uir. Variis tamẽ procellis sæpius agitatus. Nam & auaritiæ insimulatus est, cum legatus interdecem ad Iugurtham missus esset, & ambitus a Rutilio in cõsulatus petitione competitore reus actus qui absolutus Rutilium in iudicium uocauit. Verum hic

Cicero neutrum horum(ut opinor)intellexit.sed id tempus Scauri innuit,cum Q.Seruilius Cæpio Scaurum obiegationis Asiaticę inuidiam,& aduersus leges pecuniarum captarum reum fecit repetundarum lege,quam tulit Seruilius Glaucia Quo tempore Scaurus tanta animi magnitudine fuit, ut Cæpionem accusatorem suum detulerit,& inquisitiõis breuiori spatio accepto effecerit,ut prior causam Cępio diceret.sed & non multo post eiusdem Cępionis insidiis petitus lege Varia in iudicium uocatus uenit, quam Varius Hispanus tulerat,ut quereretur de iis,quorum opera Italiæ populi rebellassent,sperans quæstionem opprimendi Scauri se se habiturum.Quare accersitus per uiatorem ad Varium.lxxii.annos natus morbo adhuc grauis, sic apud iudices egit.Q.Varius Hispanus M.Scaurum principem senatu socios in arma ait cõcitasse.M. Scaurus princeps senatus negat.Testis nemo est.Vtri uos Quirites conuenit credere?Cicero,Asconius,Vale.Pli.

ASCEN. ¶EST uero probandũ,nõ solũ dictitãdum,eũ,qui & cesserit.s.furori ciuium.Sũma uolũtate,& abfuerit.i.in exilio fuerit,egregia alacritate animi,neq; sane curaret redire,fuisse ob id ipsum fractũ.i.uictũ aio.In quo.s.facto,cũ superasset oẽs hoes,tum Marcum illum Scaurũ uirum singularem constantia,& grauitate.Sed quod.s. inuidi,& inimici acceperant,aut etiam suspicabantur de illo.s.Quin.Metel.idem cogitabant de me.s.me futurum animo abiectiore.s.post reditũ.cum resp.daret mihi maiorẽ animũ,q̃ unq̃ habuissem,quæ.s.resp.declarasset sese non potuisse carere me uno ciue. Cunq; rogatio.s.de uoluntate senatus,populiq; Romani, an placeret Metellum reuocare ab exilio, unius tribuni plebis.s. Clodii recuperasset Metellum,uniuersa respu. recuperasset me senatu duce,Italia comitante,omnibus.s.iudicibus.promulgantibus.s.legem de me reducendo,cõsule qui maior est,q̃ tribunus plebis, referente id est rogante de me,comitiis centuriatis id est per centurias cõuocatis cunctis ordinibus,omnibus incumbentibus .i. procliuis ad me reducendum, & denique omnibus uiribus suis

HVBER. ¶COMITIIS centuriatis,ubi cuiusq; census , & ætatis hoes essent,ubi essent cẽturię populi pro restõne mea congregatæ,nam comitia authore,A. G.aut centuriata, aut curiata dicebantur,cum ex sensu, & ætate suffragia ferebantur,& fiebant in campo Mar.curiata uero,cum de generibus omnibus suffragium ferebatur. Cunctis omnibus.Ordinibus,magistratuum Romanorũ.Incumbentibus, penitus adnitentibus fauentibus . Omnibus suis uiri.quantum oino poterant. Neq; uero. postquã ostendit se, ꝙ fracto, neq; abiecto animo fuisset , nunc ostendit se etiam noluisse esse animo elato . Assumpsi, attribui,arrogaui.Hodie,nunc,hoc tempore.Quenquã male,quanto ergo minus amicissimos.iure,merito,nisi uelint inique de me queri.Offendere , lædere,displicere,quia in tanto omnium fauore,seruaui tamen singulare modestiam ne etiã maleuolos offenderem. Tantũ, solum.Enitor,studiose conor. Alienioribꝰ,iis quos nũquam noui,uel iis,qui mihi non sunt amici,quia alieni a me sunt.Opera,fauore,ut puta dicendo.Consilio,bene consulendo.Labore,pro eis agendo.Hic cursus, hęc dispositio.Hic modus,hoc genus uitæ meę,qui cum nõ simfracto animo,prosum tamen multis. Offendit eos.i. non placet eis,qui tantum uident,& considerãt me exterius.i.honores aliquos meos sed non perspiciunt labores,quos fero,ut hos honores mihi comparem.i. inuident mihi,quia uideor honorari,sed non cognoscũt quod labores,& solicitudines feram. Speciẽ apparẽtiã, pulchritudinem superficiei.Huius uitæ, talis uitæ,quæ sine abiectione animi multis prodest.Intuentur, respiciunt,considerant, Laborem,corporis.Solicitudinem, animi anxietatem.Perspicere, intelligere.Illud uero,dixit eos fortasse offendi curriculo prædictę uitæ,hoc aũt affirmat,ꝙ aperte cõquerunt,ꝙ ipse Ci.suis sententiis laudet,& ornet Cæ.contra quem toties senserit,& dixerit, quasi aperte nunc discedat a pristina causa defendẽdæ reip.Non obscure,palã,aperte.Ornem,honorẽ,laudem.Sententiis,quas in senatu dico,Desisterem , discederem,deficerem.Pristina,consueta.Causa defensionis reipu.Ego autem.adducit alias causas , quibus dicit se mutasse ,ꝓpositum erga Cæ.Quæ paulo ante proposui,de gñe uitæ meę.Nõ in po.liptote.i.in primis.Cœperã expo.quia dixerat incredibilẽ fuisse sensum totius Italię.& oĩm bonorũ in eo tuendo, &Len.usum esse quibusdã fortioribus in eo restituendo,q̃ fuerant in tuendo.sed eos non constitisse in snia &c.& ideo nũc pergit exponere dicens mutatum esse sensum bonorum,inquiens.O Lentule,& ex affectu animi usus est uocatiuo,ut Virg.Non hæc o Palla dederas promissa parenti.Nõ of.non inuenies,quia offendere etiam significat in uenire.Eundem,talem.Sensum,snìam.Bonorum,ciuium. Quem qualem.Reliquisti,cñ Roma in prouinciam profectus es.Confirmatus,corroboratus.Consulatu tuo.te consule , cum de me restituendo egisti. Nonnunquam,aliquo tempore,interdum.Interruptus,intermissus,Afflictus,quassatus.Ante te consu.antequam tu esses consul,Recreatus,ut paulo supra dixit.Recreati.n.boni uiri consulatu tuo &c.significat Cę.Pom.& Cras. Tuendus,seruandus,sustinendus.Idq;, quod ille sensus,qui fuerat tuendus sit derelictus.Declarant, apte demonstrant.Vultus,oris compositione ad uoluntatis suæ significationem,nã ut No.scribit,Vultus,& facies in hoc distant,uultus.n.est uoluntas,quæ ꝓ motu animi in facie ostenditur,Facies uero species.Sal.in Cati.prꝰ in facie uultuq; uerecundia inerat.Ser.etiã inquit. Vultus est uoluntatis indiciũ,qui pro uoluntatis uarietate mutatur.Vir.pri.Aenei.Spem uultu simulat.inde etiam cœli & terræ uultum appellamus,quia commutari contingit. Priscia.quoq; uultus inquit uoluntatis significat affectum in facie intelligi,quo metum,gaudiũ, tristitiam,lætitiam.& sicut a colo cultus,ita a uolo uultus descendit &c.Facies tñ prædicto Nonio authore,ꝓ totius corporis forma ab antiquis posita est,ut.n. ab aspectu species,a fingendo Figura, ita a factura corporis facies.Plau.in penulo.Sed earũ nutrix qua sit facie mihi expedi.Statura nõ magna,corpore aquilino ipla est. neq; solũ dicitur facies de hominibus,sed de montibus,& de mari, & de cæteris rebus dicitur,Salu. lib.II.hist. Sardinia in affrico mari facie uestigii hũani,in occidentẽ,q̃ in orientẽ latior,antiqui autẽ,ut Gellius notat,de clinabant hæc facies huius facies uel facii.sicut etiãdies dii,pro faciei,& diei.Vir.lib.pri.Geor.Libra dies,somniq; pares ubi fecerit horas.licet Ser.legat die,& adducat rationes,At li. pri.Aenei.dicit Mũera lętitiãq; dii,ꝓ dei,non autẽ dei.Fröte,aspectu,uere autem,& diserte,Gellio teste,frons masculino gñe a Cęcilio ponitur hi sunt inimici pessimi fronte hilaro,tristi corde.Festus Põ.etiã idem dicit. Neoterici tamen fœminino utuntur genere,& sic a nostris grammaticis præcipitur.Quibus fronte,& uultu. Simulatio.fictio,quia facile fronte , & uultu fingere possumus,quę non habemus animo,ut Aeneas apud Vir.Spẽ uultu simulat,premit altum corde dolorem,Sustinetur,perficitur.Sensu sententia,quam aperte dicunt.Tabella.qua legibus instituerãt,quid fieri uellent ita enim quicquid uellent efficiebant,ut testante Appiano , neq; consulibus per singulos annos exercitus ducere,aut bellum gerere fas esset , hac uel in primis triumuirorum potentia prohibitis quicquam agere.Docuerunt ostenderunt.

¶NEq; uero ego assumpsi postea,neq; assumo hodie quicquam,quod possit offendere.i.iusta ratione quan ASCEN. quam maleuolentissimum.i.quanuis sit maleuolentissimus.Ego enitor.i.manifeste laboro.tantum.i.tantũmodo , ut neq; desim amicis , neq; etiam alienioribus.s.a me, opera, consilio,labore. Hic cursus uitæ meę offendit fortasse eos,qui intuentur splendorem,& speciẽ.i.decentiã huius.i.huiusmodi uitæ.autem.i.sed,non possunt perspicere solicitudinem,& laborem. Vero.i.sed , ipsi queruntur non obscure.i.manifeste, illud in meis sententiis,quibus ornem Cæsarem,quasi desisterem .i.discederem,a causa pristina.i.defensione reipu.Ego autem cum sequor illa,quæ proposui paulo ante tamen sup.sequor hoc,de quo cœperam exponere,non in postremis id est non inter minimum curanda.O Lentule tu non offendes.i. non inuenies cum redieris , eandem sententiam bonorum.s.quam reliquisti.cum id est prouinciam abiisti,qui scilicet sensus.aut consensus bonorum confirmatus consulatu nostro , nunquam est postea interruptus , & afflictus ante te consulem id est antequam esses consul.est totus recreatus.i.reformatus,& refectus a te.Derelictus nunc ab iis.a quibus fuerat defendendus.Et ii,quia nominabantur,tum id est tunc illo nostro statu,id est, cum esset status noster, hoc est cum nos staremus,& placeremus in senatu.optimates id est optimi in ciuitate.declarant id est sensum bonorum esse derelictum , non solum fronte , qua perspicitur animi iudicium, & uultu,quo agnoscitur uoluntas. quibus.s.duobus membris fronte,& uultu simulato.sustinetur.i. conseruatur,sed docuernnt.i. ostenderunt, etiam sæpe.i.sensu.i.senteutia,& tabella.i.publico scripto.

comitiis centuriatis,cunctis ordinibus, hominibus incumbentibus , omnibus denique suisviribus recuperasset:neque vero ego mihi postea quicquam assumpsi neque hodie assumo,quod quemquã maleuolentissimum iure possit offendere,tantum enitor,vt neque amicis neque etiam alienioribus opera, consilio, laborare desim. Hic meæ uitæ cursus offendit eos fortasse, qui splendorem , & speciem huius vitæ intuentur, solicitudinem autem , & laborem perspicere non possunt. Illudvero nõ obscure queruntur in meis sententiis , quibus ornẽ Cæsarem, quasi destiterim pristina causa.Ego autem cum illa sequor , quæ paulo ante proposui , tum hoc non in postremis , de quo cœperam exponere. Non offendes eundem bonorum sensum Lentule, quem reliquisti , qui confirmatus consulatu nostro nonnunquã postea interruptus , & afflictus ante te consulem recreatus abs te totus est, nũc ab iis , a quibus tuendus fuerat derelictus,idque non solum fronte, atque vultu, quibus simulatio facilime sustinetur,ii declarant,qui tum nostro illo statu optimates nominabantur , sed etiam sensu sæpe iam tabellaque docuerunt.

Itaque tota iam sapientiũ ciuium , qualem me & esse & nũerari volo,sentẽtia & voluntas mutata esse debet. id enim iubet idem ille Plato,quem ego authorem vehementer sequor , tantum contẽdere in repu.quantum probare tuis ciuibus possis, vim neque parenti,neque patriæ afferre oportere atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingendæ reipu. fuisse , quod cum offendisset populum Athenienſem prope iam desipientem senectute,* cunque eum nec persuadendo , nec cogendo regi posse vidisset , cum persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur , Mea ratio fuit alia , quod neque desipiente populo ,.ne integrare mihi ad consulendum capesserem ne rempubli.implicatus tenebar . Sed lætatus tamen sum,

¶ITAq; infert exꝑdicta mutatione optimatium , ꝙ HVBER. etiã reliqui ciues minores, q & esse,& haberi boni uolunt,mutare debent sententiam suam.Qualem,sapientẽ.Nũerari.quia non debemus negligere.que opinio de nobis sit,& quales habebamur.Snia,uerborũ & oro nis suæ,in senatu pronunciata.Voluntas animi motus, Voluntas & institutio ad aliquid,uel appetendum uel fugiendũ. Id.n.locus ab authoritate.Idem ille quem paulo ante dixit diuinitus scripsisse,quales essent in repu.principes, tales reliquos ciues esse solere.Sequor authorem, suasorem,præceptorem uiuendi.Contendere,enti.Probare,ostendere,& persuadere recte factum probabile efficere non ultra.Vim uiolentiam,idem nihil esse faciendum inuitis parentibus,aut inuita patria.Ait Plato. Hanc causam,dicit Plato se propter hanc causam abstinuisse ab administratione reip.ꝙ cum inuenisset populum Atheni enſem ita prope desipientem,ut nec persuasionibus,nec ui regi posſi uideret in psuasionibus nullam esse fiduciam ad eum regendum , non existimauit fas esse eum cogere , itaque maluit non attingere eius administrationem,& regimen.Attingendę,suscipiendę ad administrandum.Offendisset,inuenisset.Prope,fere. Desipiẽtẽ,delyrantem.Senectute,quia Ariopagitæ,quibus tradita erat cura reipu.tantummodo extremæ senectutis electi erant, difficilius est autem senes ab aliquo instituto remouere,q̃ iuuenes. Nec persuadendo, uerbis.Cogendo legibus,institutis,& cæteris rebus.Diffideret,desperaret nullam haberet fiduciam.Eas esse,licere Cogi a se,quia existimabat non licere ciuem alium ciuem etiam ad benefaciendum per uim cogere.Mea ratio,conditio.Alia,diuersa a Platone.Populo.s.Romano, & est sensus , mea ratio diuersa fuit a Pla. quia ille ob prædictam causam noluit attingere rempu. Ego uero

Offendo.

Universidad de Deusto Biblioteca

ro eram incertus an remp.capesserem,cum neque populus Ro.desiperet, neq; in mea potestate esset consultare,an id facerem,quia si etiam non probassem suscipiendam remp.quorundam tamen causa adducebar , ut id facerem.Ordo notandus est, quia multis & ordo,&sensus ignoratur,ita ut etiam textus in quibusdam codicibus sit corruptus.Sic ergo ordinatur.Mea ratio fuit alia,qua tenebar implicatus capesserem ne remp.neq; populo desipiente,neq; re integra mihi ad consulendũm.Integra re.i.libera,& in potestate mea.Ad consulendum,ad deliberandum.s.an capesserem,quia si etiam non placuisset mihi,quorundam tamen causa adducebar , ut hoc facerem, ergo tenebar implicatus , impeditus , incertus,Ne.i.an Capesserem remp.susciperem administrandam,quia hic me aduocabat animus,inde impellebat causa amicorum,quibus non licebat aduersari.ideo dixit,re non integra ad consulendum.Sed tamen,in hac difficultate capessendæ reipubli. — Rectus ordo contextus.

quod mihi liceret in ea dem causa & mihi vtilia , & cuiuis bono recta defendere.Huc accessit commemoranda quædam, & diuina Cæsaris in me,fratremq; meum liberalitas , qui mihi quascunq; res gereret , tuendus esset . Nunc in tanta felicitate , tantisq; victoriis etiam si in nos is nõ esset,qui est,tamẽ ornãdus videretur: sic enim te existimare velim,

HVBER. QVOD liceret mihi,quod possem omnibus permittentibus.Mihi utilia, quæ mihi prodessent. utile autem fuit.Cic.Pom.& Cæsa.obsequi.Recta,honesta,de his autem duobus,utili,&honesto maxime consultamus, neque improbatur consilium sententia de utili,dummodo non repugnet recto, & honesto,sicut nunc Cice.fecisse uidemus,qui & utilia sibi,& recta defendisse dicit cum nihil contra remp.pro Cæ.se sensisse fateatur in oratione de prouinciis consularibus.Huc accessit,alia excusatio.Huc,ad hoc,quod supra diximus.Accessit,addita est.Commemoranda , recusanda obliuioni non tradenda.Liberalitas,quam ut supra dixit,& officiis,&scriptis significauit.Fratrem meum.Qu.Ci.cui,ut diximus, Cę.multa beneficia contulit, & eum in Gallia legatum habuit. Quascunq; res gere.i.etiam si non tam magnas, & præclaras. Nunc id est.s. quascunq; res gereret mihi erat tuendus,multo magis talibus,tantisq; rebus gestis mihi erat ornandus & laudandus,etiamsi non esset talis in me,& fratrem meum,qualis est,& fuit.Tanta feli.dignitatis in alterum quinquennium prorogatæ, & tot rerum gestarum.Tantis.tam magnis & egregiis.Victoriis,quas in Gallia consecutus est,præter cæteras,quas ante fuerat adeptus.In nos,in me fratremque meum.Is,talis,qualis est,tam liberalis.Videretur,putaretur.Ornãdus,mea sententia,& laude honestandus.Sic enim sensus est,uelim sic existimes,ꝙ te, Pompeioq; excepto, nemo est,à quo magis gaudeam accepisse beneficia,quàm à Cęsa.Velim existimare sic.i.certum putare, cum discesserim a uobis,scilicet te,& Pompe.

ASCEN. ITAq;.i.ita tota sententia,& uoluntas ciuium sapientium,qualẽ.s.ciuẽ sapiẽtem ego uolo me.&.i.simul esse.&.i.simul numerari.i.reputari Ab eo quod sequitur.id est quod præcedit,quia quos numeramus cum sapientibus,aut inter sapientes,reputamus sapientes.debet iam.i.deinceps esse mutata.Enim.i.quia ille idem Plato.s.diuinus philosophus,quem authorem ego uehementer sequor.iubet id.s.contendere.i. ut contendas tantum in rep.quantum possis probare.i.persuadere,& ostendere beneficium esse,ciuibus tuis . Et iubet neq; oportere afferre uim.i.uiolentiam parenti,neq; patriæ.Atq; ille quidem ait hanc causam,non attingendæ reip fuisse sibi,ꝙ cum offendisset.i. comperisset populum Atheni.iam prope desipientem senectute.Cumq; uidisset eum nec persuadendo,nec cogendo regi posse,cum diffideret posse persuaderi,quia ut senex debitus in errore persisteret,& non arbitraretur fas sup. eum cogi.commentarii intelligunt desipientem senectute,eo ꝙ in Areopago.i.maris uico,fere seniores sententiam dicebant,ac iudices erant,quod mihi minime uidetur, nõ enim tales pręficiebantur iudiciis,ut delyrare præter cæteros putarentur, sed de toto populo Atheni. sentire uidetur Plato,ꝙ iam senectute desiperet.i.inueteratus praua consuetudine fere incorrigibilis esset dum enim noua instituitur resp.omnes suo funguntur cum sedulitate officio, ut de religionum sectis uidere licet,at ubi consenuerit institutio labascunt animi.Męa ratio.i.ut uulgo dicunt,conditio, aut consideratio gubernandę reip. fuit alia.s.a Platonis ratiõe,ꝙ tenerer implicatus.i.perplexus,& incertus.ne.i.an.caperem.i.susciperem regendam remp.neq; populo.s.Romano desipiente.i.cum populus Ro.nondum desiperet,amauit.n.adhuc libertatem reip.neq; re.i.conditione aut statu reip.integra ad consulẽdum, quia resp.a paucis tota occubatur. Sed tamen.i.licet, res non esset penitus integra , lætatus sum ꝙ liceret mihi in eadem causa.i.in eodem statu reip.defendere,&.i.simul,utilia mihi,& recta.i.iusta,& honesta cuiuis bono,quia licet illi tres principes soli rerum potiri uellent,non tamen iniqua iudicia reciperent, huc.i.ad has rõnes accessit quædam commemoranda.i.digna commemoratione,& diuina liberalitas Cæsaris in me,& fratrem mem.s.Quintum.Scio grammaticorum ordinem exigere,ut sic construam.Quædã liberalitas Cæsaris cõmemoranda,& diuina accessit.i. addita est adhuc,sed non tam constructionem illam q̃ continuationem sermonis,& explanationem mõ sector,qui .s.Cæsar,quia optime de nobis meritus,esset tuendus.i.defendẽdus,mihi.i.à me,quascunq; res gereret.i.etiã si minimũ laudabiles.Nũc etiã si non esset is.i.talis in nos,qui.i.qualis est, tñ uideretur ornãdus.s.a nobis orõne,& obseruantia,in tanta fęlicitate,& tantis uictoriis.Sic.n.uelim te existimare.i.iudicare de causa mea.

* PETRI VICTO. CASTI. CVMQVE eum nec persuadẽ.n.c.r.p.n. Hunc locum quem ualde quidam suspectum habent , nullam in optimis exemplaribus uarietatem habere cognoui. quod si cogitemus, quum Cicero de Platone inquit, Cumque eum nec persuadendo,nec cogendo regi posse uidisset:à se Platonem intellexisse. ab aliis enim, qui cogere non dubitassent , regi potuisset: omnis scrupulus euelletur.de se autem uno platonem locutum esse, superiora uerba declarant.Intellectus totius loci,et si apertus est,à me tamen breuiter exponetur . Cum Populus Atheniensis iam desiperet senectute,deque uia recta discessisset,necesse erat ei,qui ipsum corrigere uellet,aut quod illi rectum esse intelligeret ei persuadere, aut uim afferre,& inuitum cogere:in quorum neutro sibi elaborandum esse Plato existimabat:cum rationes illum contempturum esse existimaret,ac se frustra omnem operam in ea re positurum esse arbitraretur : Imponere autem necessitatem patriæ nefas esse iudicaret : cuius rei causam ipse reddit accuratissimè , partim in epistola ad Perdicam in qua hæc sunt:

πρὸς

πρὸς ταῦτ' εἰπεῖν, ὅτι Πλάτων ὀψὲ ἐν τῇ πατρίδι γέγονε. καὶ τὸν δῆμον κατέλαβεν ἤδη πρεσβύτερον, καὶ εἰθισμένον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν, πολλὰ καὶ ἀνόμοια τῇ ἐκείνου ξυμβουλῇ πράττειν. ἐπεὶ πάντων ἂν ἥδιστα καθάπερ πατρὶ συνεβούλευεν αὐτῷ, εἰ μὴ μάτην μὲν κινδυνεύσειν ᾤετο, πλέον δ' οὐδὲν ποιήσειν. partim in priore epistola ad Dionis propinquos , quæ qui scire nolent , apud authorem ipsum quærent.

cum a vobis meæ salutis authoribus discesserim,neminẽ esse,cuius officiis me tam esse deuinctum non solũ confitear, sed & gaudeã.Quod quoniã tibi exposui,facilia sunt ea, quæ a me de Vatinio & Crasso requiris . Nã de Appio quod scribis,sicut de Cæsare te nõ reprehẽdere,gaudeo tibi cõsilium probari meum.

HVBER. CVM discesserim a uo. modus est dicẽdi pro eo, qđ est uobis exceptis,ut si dicas,cum discessi a parentibus meis , nemo est mihi te charior, id est parentibus meis exceptis.Officiis, bñficiis. Tam deuin.tam astrictum & obligatum. Confitear aperte dicam. Sed etiam ga.quia interdum aliquid profitemur, quod tñ nobis est ingratũ.Quod me officiis Cæsaris lętari.Quod requiris, postulas à me.De Vatinio, & Cras.quibus sum reconciliatus,cum ante eis fuissem inimicus.De Appio,cum quo etiã redii in gratiam,ut in epistolis ad eum scriptis uidebimus,quod Len.scribebat se non reprehendere.Cõsilium meum.meum factum , uel deliberationẽ meam redeundi in gratiã cum Appio.

De Vatinio autem primũ reditus intercesserat in gratiã per Põpeium statim, vt ille prætor est factus , cum quidẽ ego eius petitionem grauissimis in senatu sententiis oppugnassem, neq; tam illius lædendi causa,q̃ defendendi, atq; ornandi Catonis , post autem Cæsaris, vt illũ defenderem , mira contentio est consecuta.Cur autem laudarim peto a te,vt id a me ne ue in hoc reo, ne ue in aliis quæras,ne tibi ego idem reponam , cum veneris,tametsi possum vel absenti.Recordare enim quibus laudationẽ ex vltimis terris miseris,nec hoc p̃timueris nam a me ipso laudantur,& laudabuntur iidẽ,

HVBER. DE Vatinio autẽ.dicit Põ.causam fuisse,ut ipse Cic. rediret in gratiam cum Vatinio , quẽ ante in senatu oppugnasset.Reditus in grãm.recõciliatio cum Vatinio, Intercesserat.Interuenerat,interpositus erat.Per Pom.a Põ.Pompeio intercedente. Statim,ut cũ primũ,uel statim,subito.Vt postquã.Ille Vatinius.Petitionem,præturæ eius Vatinii.Oppugnassem,tanq̃ hostis impugnassẽ, & restitissem,ne ipsam p̃turam cõsequeretur.Grauissimis,probatissimis.Illius Vatinii.Defendendi Ca.qui Vatinio aduersabatur in petitione p̃turæ.Post autẽ.primũ inquit causa Põ.sum illi reconciliatus,sed postea secuta est petitio Cæsa.de eadem reconciliatiõe,immo,ut & illũ defenderẽ.Mira.maxima, incredibilis. Contẽtio, petitio.s.à me .Defẽderem,illum Clodium. Cur autem laudarim.q.d.cũ Cæsar à me petiuisset solũ,ut eũ defenderẽ,cur etiã laudauerim,peto a te hoc ne requiras,neq; in Vati.neq; in aliis reis,nec nunc scribã ad te idẽ,qđ postea erit etiã dicẽdũ corã,cũ ueneris.Ne requiras,ne postules,exigas à me.In hoc reo.Vatinio,quem & defẽdi,& laudaui. Reus aũt dicitur quicũq; in aliqua est cã, etiam si nihil admiserit.i. contra quem quispiam agit in aliis quos defenderim aut laudauerim . Reponam, iterum dicam.Idem,ad te nunc scribi uis.Cum ueneris. Ro.quia cum ueneris Ro.dicam tibi corã.Tametsi,q̃q̃, possimus,subaudi exponere.Vel.i.etiã.Absenti.i.ita possum tibi nunc dicere,sicut essem dicturus postq̃ rediisses Roman. Recordare, dicit Cicero. se idem fecisse, quod fecisset Lent.qui eos laudasset, quos ante habuisset,inimicos,&aduersarios.Recordare,memẽto,reduc ad memoriam.Quibus hoĩbus,ad quos hoĩes,est enim datiuus casus.Laudationem,orõnem,in qua eos laudasti.Ex ul.ter.remotissimis,quidam intelligunt ex Hispania,quã Hora.appellat ultimã Hesperiã , sed possumus etiã intelligere Ciliciã,cũ ipse Cic. ex Cilicia scribat ad Curionem inferius in epistola.Sera gratulatio. Lõge enim absũ,sero audio.Nec pertimueris.i. nec pertimeas recordari. Nã ratio quare nõ debet p̃timere,quia eosdẽ ego laudo,& laudabo,quibus tu misisti laudationẽ tuam, & non dicit,qui sint,quidam intelligũt publicanos,quod nõ probo.alii probabilius intelligunt Põ. aduersatum esse aliquantulum Len.in obtinẽda prouincia.ob idq; inter eos quãdam simultatem fuisse, postea uero Len.laudasse Pom.& quosdam alios,qui cum eo sensissent,& ad eos ex Cilicia laudationem, quod misisset,fortasse significauit in prima epistola Ci.cum dixit.Cui qui nolunt,iidem tibi non sunt amici,ꝙ eum ornasti,dicit igitur Cic.ut ipse Len.recordetur,quos laudauerit ante à se oppugnatos , & sibi inimicos , se enim idem fecisse.Iidem,quibus laudationem tuam misisti. — Reus — Hesperia

IO.BE.V. LAVdationem eã.s.intelligi uult,quam adhiberi in iudiciis solitam postea Pompeius lege lata sustulit. Idẽ postea cum Munatium Plancum reum laudaturus accessisset,Cato aures obstruxit, nequid contra legẽ cõmitteret.Plu.Tranquillus ne laudatione quidem iudiciali data Augustus Tacitus in subselliis sedit.Ex ultimis terris Hispanias intellige,ubi pręturam tunc temporis gessit Lentulus. — Laudatio iudicialis

ASCEN. CVM ego discesserim a uobis.s.te & Põpeio,authoribus salutis meę.i.cum non respexerim ad uos, hoc est uobis exceptis,neminem esse,cuius officiis.i.beneficiis,ego non solum confitear.Sed & gaudeã me esse deuinctum.i.obligatum,tam.i.tantopere,ut cum Cæsare.Quod.i.cuius rationem,quoniam exposui,id est declaraui tibi,ea,quę requiris à me de Vatinio,& de Crasso sunt facilia.s. ad purgandum , aut stabiliendum rationibus. Nam ꝙ scribis te non reprehendere de Appio.i.ꝙ audisti me reconciliatum Appio , sicut non reprehendis de Cęsare.i.ꝙ audisti cum Cæsare in gratiam rediisse,gaudeo meum consilium probari tibi.Autem.i.sed,de Vatinio,id est quantum est de Vatinii reconciliatione,reditus in gratiam.i.reconciliatio eius,intercesserat per Põpeium statim.Vt.i.postquam,ille scilicet Vatinius est factus prætor,cum quidem oppugnassem, id est pugnando,& resistendo molestassem in senatu,petitionem scilicet præturæ eius.i.Vatinii,sententiis grauissimis,id maximi ponderis,neq; sup.oppugnassem petitionem eius,tam id est tantum, causa eius scilicet Vatinii lædendi, quam id est quantum,sup.causa Catonis defendendi,atq; ornandi Autem,id est sed,mira contentio.i.instantia

tia

Universidad de Deusto Biblioteca

tia Cęsaris,ut defenderem illum,scilicet Vatiniũ reum factum,est consecuta post scilicet illam oppugnatio nem meam.Autem, id est sed,supple cur laudarim,id est laudauerim Vatinium,quasi dicat,si rogas,cur etiam laudauerim eum,nedũ defenderim,Peto à te,ut nõ requiras,id est eius rei causam à me,neue in hoc reo,s. Va tinio,neue in aliis supple reis.Est autem reus omnis cui causa dicenda est,id est qui se purgare debet, & qui Reus accusatur,aut postulatur,etiam si innocentissimus fuerit,ne ego reponam, id est iterum accumulati9 dicã,cũ Repono ueneris scilicet é Cilicia Romam.Et ita uidetur accipi,ut in primo uersu Iuuenalis.nunquam ne reponã? Est autem reponere iterum ponere,ponimus autem cum aliquid primũ scribimus,ut in poetica, quia ponere to tum nescit,aut cum asserimus,unde positio dialecticis,aut cum mutuo,aut accommodato damus,quasi appo nentes,unde reponere est aut iterum,& ita emendatius scribere,ut in arte poetica.Scriptor honoratum si for te reponis Achillem,aut restituere,quæ nobis posita sunt,id est credita,aut aliquid pro illis,unde Iuturna Vir giliana ad Iouem.Hęc rapta pro uirginitate reponis? Tametsi,id est quamq̃, ego possum,scilicet ostẽdere cur Vatinium laudarim,uel id est etiam absenti.s.Lentulo.Enim pro quia,o Lentule recordare,id est reduc ad me moriam,aut tu recordaris,quibus scilicet hominibus tu miseris laudationem,id est orationem commendato riam ex ultimis terris,id est aut ex Hispania,aut potius ex Cilicia, quod potius dixero.Nam citeriorẽ Hispa- niam tenuerat Len.q.d.nimirũ,Cæsari,Põpeio,Crasso,& similibus,nec pertimueris.i.nolim pertimescas, hoc scilicet feciſſe.i.eis laudationem misisse.nam iidem.s.homines laudantur,& laudabuntur a meipso.

HVBER. ❧SED tamen.alia causa præter supradicta,quare Vatiniũ defẽderit,ut stomachũ faceret quibũsdã,qui ut sto machũ Cic.facerent,Clo.ipsius inimicũ nõ solũ amarent,sed etiã in eius cõspectu eũ amplexarẽtur & in sena tu cũ eo,quasi ipsum magnificarent,loquerẽtur seorsum quasi de rebus magni cõmẽtaturi.Sumit autẽ simili tudinẽ huius propositi sui stomachũ faciendi suis inimicis ex Eunucho Terentii.Sed tameu .q. d.licet causa Pom.& Cæsaris hoc fecerim.Ille stimulus,illud calcar,illa instigatio,atq; impulsio,& est tractum ab equis,uel bobus qui tardiores stimulo excitantur,atq; impelluntur.De quo stimulo.In iudicio.in ipsa causa. Quiddã. rem quandam.Parasitus Gnato Militi, Thrasoni.In Eunucho, nomen est comœdiæ Terent. Vbi nominauit Phædriam,totus hic textus est Terentii, & omnia uer- ba Gnatonis,usq; ad eũ locũ si petiui, ubi adaptat hanc similitudinem dicẽs, ꝙ sicut Gnato persuadebat Thra- soni,ut hæc ad indignationẽ Thaidis faceret,si fortasse blandiretur Phædriæ, ut faceret stomachum, & dolorẽ ipsi Thrasoni,ita dicit sepetiuisse a iudicibus, ut conce derent sibi.P. Vat.ad indignationem quorundam nobi lium hominum,qui ut facerent stomachum Cicer.eius inimicum Clodium fouebant, & amplexabantur. Vbi. quando. Nominabit. Thais. Phædriam riualem tuum. Tu Pãphilã, noĩato.Cõtinuo,statim, ut Thais non tam Pãphilã amari,q̃ sibi uicem dari putet. Hæc Thais.For- mam.pulchritudinem.illius.Phædrię.Tu huius.Pãphi- lę formam laudato.Contra.hic contra uicem significat. Deniq;,ne singula enumeret,quæ non potest contra eũ facere cõcludit,ut contra iniuriã quãlibet, aliã ipse in- iuriã paret.Par pari,puerbialiter dixit. Quod.par, uel absolute.Quod.i.quę res.Mordeat,lædat, offendat.Sic. accommodatio similitudinis.A iudicibus. qui de Vati- nio essent iudicaturi,ordo est,sic petiui a iudicibus, ut ipsi darent mihi aliũ.P.quoniã quidã nobiles haberent suũ P.quoniãilli nobiles optime meriti de me amarent nimis inimicũ meũ &c.potest & sic ordinari, quoniam quidam nobiles & de me optime meriti amarẽt nimis inimicum meum & me inspectãte modo sępe seuere se ducerent in senatu,modo amplexarentur familiariter, atq; hilare,petiui a iudicibus,ut ipsi darent mihi alium Publiũ,quoniam ipsi haberẽt suum Publium,quo pos sem &c.& hic posterior ordo magis probatur. Optime meriti de me,qui me olim beneficio affecissent, uel in restitutione mea,uel in dignitatibus obtinendis.Inimi- cum.P.Cl.Modo,interdum.Seducerẽt,seorsum ab aliis di cerent quasi de rebus grauibus secreto locuturi. Mei in conspectu meo,ut mihi stomachum facerent.Ample xarentur fa.sine grauitate, quod solemus apud ami- cos facere.Quoniam illi,nobiles.Suum.P.s.Clo.Darent concederent.Alium Publium.P. Vatinio.In quo, Vati- nio.Possem re.remordere,uicissim offendere. Leuiter, paulisper,aliquantulum.Lacesitus,iratus,prouocatus, ab illis,ꝙ blandirentur inimico meo. Dixi.s.in iudicio. Sed facio,quia & defendo,& laudo ipsum Va.quem illi oderunt.Diis,hominibusque approbantibus id est iuste,& merito,quia & dii,& homines sentiunt rectum es- se,ut illi par pari referam,qui non aliam ob causam amant Clo.nisi,ut mihi stomachum faciant. Habes intelli gis,cognoscis.Est autem hic transitio exornatio rhetorica.De Crasso.quare ei reconciliatus sum.Ego, primũ ostendit,quo pacto gratia,quę sibi olim cum Crasso fuerat sit rescissa cum in defensionem Gabinii Cic.non lacessentem ipsum lacessissset.Deinde subdit causam reconciliationis.Ego. ordo est,ego tulissem defensionem Gabinii

Sed tamen defendendi Vatinii fuit eti am ille stimulus,de quo in iudicio, cum illum defenderem,dixi me facere quid- dam,quod in Eunucho parasitus suade- ret militi. Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam continuo, si quando illa dicet Phædriam intromittamus com- messatum,tu,Pamphilam cantatum pro uocemus. Si laudabit hæc illius formã, tu huius contra,denique * parpari refer to, quod eam mordeat. Sic petiui à iu- dicibus, vt quoniam quidam nobiles homines,& de me optime meriti nimis amarent inimicum meum, meque inspe ctante sæpe eum in senatu modo seuere seducerent,modo familiariter, atque hi lare amplexarentur, quoniamque illi ha berent suum Publium, darent mihi ipsi alium Publium, in quo possem eorum animos mediocriter lacessit9 leuiter re- pungere,neq; solum dixi, sed etiam sæ- pe facio diis, hominibusque approban- tibus. Habes de Vatinio, cognosce de Crasso.Ego, cum mihi cum illo magna iam gratia esset, ꝙ eius omneis grauis- simas iniurias communis concordiæ cã voluntaria quadã obliuione cõtriuerã,

Gabinii quem proximis diebus oppugnassem,si suscepisset eam sine contumelia, cum magna gratia iam esset mihi cum illo, quod contriueram uoluntaria obliuione omnes eius grauissimas iniurias causa cõmunis con- cordiæ,Gratia,benevolentia. Cum illo,Crasso. Quod,quia. Contriueram,deleueram,obliteraueram. Om nes iniurias illius, quia Crassius olim irritauerat Clo.contra Cice. & ei fauerat ad consequẽdum tribunatũ, ut facilius Cice.eiiceretur ex urbe,erat enim infestissimus Cic.ꝙ dicebatur ab eo fuisse nominatus inter conscios coniurationis.Nam Cic.in oratione,quam de consulatu suo habuit, refert Crassum ad se noctu uenisse cum li teris Catilinæ, quib9 cum tanquam conscium hortabatur Catilinam ad confirmandam coniurationem, & ob hanc causam semper oppugnauit Ci. Cõis,publicę. Voluntaria obli.cũ nullus me impulisset, ut ita facerem.

❧SED tamen etiam ille stimulus.i.occasio me urgens,& pungens fuit laudandi Vatinii,de quo dixi in iudi- ASCEN. cio,cum defenderem illum.s.Vatinium,dixi inquam me facere quiddam,quod parasitus.s.Gnato, suaderet mi liti.s.Thrasoni,qui erat miles gloriosus,in Eunucho.i.comœdia illa Terentiana.Suadet autem his uerbis. Vbi scilicet Thais meretricula nominabit phædriam.s. riualem Thrasonis, tu continuo sup. nominato Pamphilam scilicet puellam egregiam,ad quam Thais suspicabatur militem adiecisse animum. Si illa.s.Thais dicet,quan- do.i.quandoque,intromittamus o Thraso,Phædriam comessatum.i.ut comedat nobiscum,tu sup.dicito pro- uocemus Pamphilam ad cantandum. Si hæc.s.meretricula Thais, laudabit formam illius scilicet amatoris sui Phedriæ,tu contra.i.econtrario,laudato,sup.formam,huius.s.puellæ nostræ Pamphilæ,Deniq; referto par pari id est pro quouis uerbo tibi molesto, alterum æque molestum illi. Quod mordeat.i.acriter pugnet eam.i.me retriculam,quam ut inuisi nominis propter iniuriam illatam non nominat parasitus. Est autem Parasitus cibi Parasitus captator,cuius gratia aut adulatur,aut plausibilia dicit,& facit diuitibus prodigis. Sic.i.eo modo, petiui à iu dicibus,ut quoniam quidã homines nobiles,& optime meriti de me,ut Cæsar,& Pompeius, amarent nimis ini micum meum,uidelicet Clo.& seducerent.i.seorsum ab aliis ducerent,tanquã,arcana cum illo cõsultaturi,aut communicaturi cum illo,mõ.i.interdum illum in senatu,me spectante sæpe eum,& amplexarentur,mõ.i.inter dum eum familiariter,atq; hilare.i.hilariter,& quoniã illi.s.nobiles,uolentes mihi facere ꝙ doleret, haberent suum.i.sibi charum,ut simulabãt saltẽ.Publiũ.s.Clodium,ipsi darent mihi alium Publiũ.s. Vatiniũ in quo.s. Pu blio,ego lacessitus.i.prouocatus ad irã possem repungere.i.cõtrario,aut uicissim pungere leuiter.i.modica of fensa,animos eorũ.s.nobiliũ hominũ. Neq; dixi sup.illud solum.i.sine effectu,sed facio etiam sæpe.i. repugno animis eorũ, diis,& hoibus approbãtibus,aut quia oibus iustũ uideret, aut quia prospere succederet. Habes.s. ratione reconciliationis de Vatinio,cognosce sup.ratione de Crasso, ego cum magna gratia.i. grata cõmunica- tio,& benevolẽtia mutua esset mihi iam cum illo.s.Crasso,ꝙ contriuerã oẽs iniurias eius grauissimas,hoc mo do non inepte ponitur omnis cum superlatiuo, ut omnes optimates, quod est ac si dicas, omnes optimi uiri, contriuerã inquã.i.aboleuerã,quadã obliuione uoluntaria,causa concordiæ cõmunis,tulissem.i.tolerauissem.

❧PAR pari. In Medicæo codice, PAR PRO PARI legitur: quemadmodum Paulus in uetere exempla *PETRI ri se reperisse testatur:id nos etiam antea adnotaramus:sed cum neq; in Terentio, quem olim Politianus cum VICTO. uetustissimo,& probatissimo illo petri Bembi contulerat,ita legeretur,neque in altero perantiquo,quem do- CASTI. mi habeo,ullum uestigium huius lectionis reperiretur,nihil immutare ausus sum,magisque Terentii librorũ testimonio sua in re standum esse censui,quàm aliorum,qui sæpè in alieno negocio negligentes esse consueue runt,animaduerteram præterea Ciceronem Libro.xvi. ad Atticum uel potius Atticum ipsum ita locutum esse, Prouide si cui quid debetur,ut sit unde par pari respondeatur. Cognoui tamen postea studio, ac diligentia amicorum uetustum Terentii exemplar, quod in Vaticana bibliotheca est, PAR PRO PARI, habere, & ipse quoq; in alio,quod in diui Marci Florentię est,eandem scripturam inueni:quare quamuis alii aliter emen darint,hanc ueram esse puto Tetentiani carminis restitutionem.

tepentinam eius defensionem Gabinii, quem proximis superiorib9 diebus acer rime oppugnassem,tametsi sine vlla mea cõtumelia suscepisset, tulissem, sed cum me disputantem,non lacessentem,læsis- set,exarsi,nõ solum præsenti(credo)ira- cundia (nam ea tam vehemens fortasse nõ fuisset) sed cum inclusum illud odiũ multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, resi- duum tamen insciẽte me fuisset omne re pente apparuit: quo quidem tempore ip so,quidam homines, & iidem illi, quos sæpe nutu,significationeq; appello, cum se maximum fructum cepisse diceret ex libertate mea,neq; tum denique sibi esse visum reipubli. qualis fuissem,restitutũ: cumq; ea cõtentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset, gaudere se dice-

❧REPENTINAM,subitã,quia ante oppugnauerat eũ HVBER. Gabini9,qui infensus erat Cic.,pter damnationẽ cõiu ratorũ. Erat aũt.L. Pisonis soceri Cæ.in cõsulatu colle- ga uir audacissimus, & seditiosus, & amicus Cæsari, au- thor Appi. Suscepisset illam defensionẽ. Cõtumelia, iniuria. Disputantẽ,sentẽtias dicentẽ & dilucidantem. Non lacessentẽ,nõ prouocantẽ ipsum Crassum. Exarsi, excandui,incẽsus sum. Præsenti.i.ex ea ,puocatione or ta. Nam ea,parẽthesis est. Tam uehemẽs, si fuisset so- lus ex p̃senti iracũdia. Sed illud odiũ,sed occurrũt(in- quit)oẽs iniurię,quas mihi ante tulisset,quarũ odiũ pu tabam in me extinctũ,cũ tũ adhuc me insciente residuũ fuisset. Inclusum,in pectore meo recõditũ. Qđ,odiũ. Effudisse,eiecisse,euomuisse. Arbitrabar,quia plerun- q; cessantibus iniuriis ita obliuiscimur odii, qđ cõcepi mus,& pectore recõdimus,ut iam nesciam9 illud in no bis esse,facta autẽ noua iniuria stati apparet illud odiũ, quod ita erat sepultũ,ut iam nõ putaremus ampli9 esse in nobis,&.i.qđ Cic. nunc dicit. Residuũ tũ, subaudiẽ cũ,ut sit cũ tũ. Fuisset residuũ.i.resedisset i corde meo Me insciẽte,quia eo quiescẽte ab iniuriis,ego quoq; ita quieuerã,ut nescirẽ aliquid odii in me resedisse. Resi- duum, reliquum. Fuisset, quidã male legunt fuisse, & male ad Crassum referunt,etiã si legatur fuisset, cũ Ci- ce.de odio suo in Crassum intelligat, si fuisset legatur, quod nõ placet,dicat fugisset.s.ex memoria mea,ut pu tabam. Tamẽ residuũ.i.tamẽ relictũ.s. in pectore meo. Apparuit,exarsit, subito exiit in lucem, factum est pa-

ram,cum ante lateret. Apparuit autē,quia cum primū laceſsiuit me in cauſa Gabiniana, exiluit memoria odii mei in eum propter ueteres iniurias. Quo tēpore,cōtentionis de Gabinio,& incipit numerare cauſas,quare reconciliatus ſit Craſſo. Quidam ho.nō puto.Pom.& Craſſum intelligi, quia eos dicit inferius ſuaſiſſe cōcordiam inter Craſſum,& Ci. Nutu.nō noſſe proprio,ſed quibuſdā ſignis,quaſi oculis. Significatione demōſtratione. Fructū.i.utilitatē. Ex libertate mea, qui quod ſentirem, libere dicere auderē, nullius habita ratione. Tum,cum uiderent me Craſſo libere reſpondente,& repugnante in cauſa Gabinii,quem ille defendendum ſuſcepiſſet contra me,cum eum oppugnaſſet. Viſum ſi dicerent. Qualis fu.ante exilium meum.ſ.liber,& magno,atque infracto animo. Ea contentio, cum Craſſo de Gabinio. Etiam fo.apud externos extra urbem. Gaudere ſe di.cum ſupradicta inquit, ſe ita haberent,iſti dicebant tamen ſe gaudere,ꝙ haberem Craſſum inimicum,& omnes, qui Gabinio fauerent, nunquam eſſent mihi futuri amici.illum,Craſſum. In eadem cau. defenſionis Gabi.in qua erat Craſſus. Quorum, hominū, quos dixit ſe nutu appellare. Iniqui,maleuoli,quia cum fructum ex mea libertate ſe capere faterentur, tamē dicebant ſe gaudere,quod ego mihi inimicos paraſſem. Honeſtiſsimos,optimos & probatiſsimos,uel honoraceret,ab eo petiuerat. Contendiſſet,uehementer petiuiſſet. Vt nihil unquam magis.ſ.contenderit à me.

IO.BE.V. Gabinius

❧REPENTINAM defenſionem Gabinii,is eſt,qui Collega.L.Piſonis à Pompeio in cōſulatu poſt.C.Cæſarem datus eſt,quos & in cōſulatu acerrima oratione inſectatus eſt,& cum ab exilio rediiſſet,memor ſeſe ipſis prodentibus patria pulſum,nunquam deſtitit proſcinderē,tandemq: magnis conatibus euicit, ut Gabinio Syria, Piſoni Macedonia turpiter reuocatis auferrentur.Cæterum Gabinius cum præter alia ſcelera in prouincia perpetrata,tum uero ꝙ nullo S.C.facto,de Pompeii tantum uoluntate,Ptolomæum reſtituiſſet in regnū cum exercitu,quod per ſenatuſconſul.cautum fuerat,ne fieret,accuſatus eſt.Cice.ad Qu.fratrē,uexatus eſt Gabinius, & quarto poſt libro Gabiniū tres adhuc factiones poſtulant.L.Lētulus Flaminis filius,qui iam de maieſtate populum erat diuinatio in Gabinium futura inter Memmium &.T.Neronem &.C.Antonium,in quos.R.M.F.putabamus fore,ut Mēmio daretur,& ſi erat Neronis mira contentio.Quid quæris?bene premitur,niſi noſter Pōpdiis, hominibuſque inuitis negociū euerteret & alia, additque mox Gabinium de ambitu fecit reum.P. Sylla ſubſcribente priuigno Memmio Cæcilio Syllæ filio.Cantradixit.L. Torquatus, omnibuſq; libentibus nō obtinuit eum tamen Cice.abſolutum ſcribit graui admodum iudicum fama,& Lentuli accuſatoris ignominia,libe ratus tamen dictaturæ Pompeii rumore.xxii.ſententiis condemnatus eſt, cum.lxx. tuliſſet, ut affirmet Gabinii abſolutionem legem impunitatis eſſe.Appianus tamen facit Gabinium accuſatum,& condemnatum,quoniam regem reſtituiſſet,ut non poſsim non mirari,niſi abſolutum fortaſſe aliis criminibus dicas.Cōdemnatum maieſtatis.Cum hoc tandem Cicero in gratiam rediit contendente maximis precibus Pompeio.

Gabinius cōdēnat?

ASCEN.

❧REPENTINAM .i.ſubditam defenſionem eius. Gabinii.i.quia ipſe defendit Gabinium,& ita genitiuus eius actiue ſignificat,Gabinii paſsiue,quem.ſ.Gabinium ipſe Craſſus oppugnaſſet, ſuperioribꝰ diebus proximis.i. tunc proxime tranſactis,tametſi ſuſcepiſſet.i.defenſionem Gabinii,ſine ulla contumelia mea. Sed cum Craſſus laceſſiſſet.i.iniuria prouocaſſet,me diſputantem,non laceſſentem,exarſi.i.incenſus ſum non ſolum præſenti.i.quæ tunc inferebatur iniuria,credo.i.ut credo,nam ea.ſ.præſens iniuria nō fuiſſet fortaſſe tam uehemens, ſed cum illud odium multarū iniuriarū eius.ſ.Craſsi in me,incluſum.ſ.adhuc in pectore quod ego arbitrabar effudiſſe omne.i.ſimul totū,tamen.i.nihilominus,fuiſſet reſiduū.i.reſidens adhuc.i. pectore, me inſciente,ſupiſum apparuit repēte omne.i.totū ſimul. Quo quidē tempore ipſo.ſ.quo Craſſo aduerſarer,quidā hoies,& iidem illi,quos appello.i.uoco,ſæpe nutu.i.indicio,& ſignificatione.ſ.quædā per facta,& mores eorum nō per propria noia.intelligere autē uidēt Catonē & Bibulū,.ſimileſq; reip.amatores,cum dicerēt ſe cepiſſe maximū fructū ex libertate mea.ſ.dicendi in Craſſum ſummū uirū,& dicerent me deniq; tum.i.tunc tandē,uiſum eſt ſibi,reſtitutū reip.qualis eſſem.i.ex integro cum priſtina libertate dicendi,& cū ea cōtentio.ſ.cū Craſſo,tuliſſet.i. attuliſſet mihi etiam foris.i.extra ſenatū,magnum fructū,ipſi dicebant ſe gaudere,& illum inimicū.ſ. tam nobilem,& eos qui eſſent in eadē cauſa,ut Pom.Cæſ.& Gabiniū nunquā futuros amicos mihi. Quorū ſermones iniqui,quia ꝓpterea,ꝙ libere pro rep.ſtarē,gaudebāt mihi ſummos uiros perpetuo hoſtes fore, cū perferrent ad me per hoies honeſtiſſimos,& cū Pōp.ita contēdiſſet,ut nihil ſup.cōtenderit unq̄ magis,ut redirē cū Craſſo in gratiā,& Cæſar oſtenderet per literas ſe affectum maxima moleſtia ex illa contentione, habui rationem.i. conſiderationem,& reſpectum non ſolum eorum temporum,quibus illi uiri omnia poterant.

HVBER.

❧CAESARQVE, alia cauſa propter Cæſ. Contentione,controuerſia mea, & Craſsi. Per literas, quas ad me ſcripſit.Affectū mo.accepiſſe moleſtiam,& dolorē. Rationem,id eſt reſpectum.Temporum,quia propter multa aduerſa,quæ mihi acciderant,& propter-mutatā erga me fidem hominum,potius pacem, quām diſcordiam ſuadebat. Sed etiam naturæ meæ,quę eſt mitis,& facilis ad placandum. Craſſuſque,hoc etiam dicit Plu. Craſſum ita recōciliatum.Cic.ut ante quām ad bellum parthicum proficiſceretur,apud eum cœnauerit. Quaſi te,id eſt tanquam illa cœna aperte demonſtraſſet Po. Ro.nos in gratiam rediiſſe. Teſtata, teſtimonio cōprobata,in ſignificatione paſsiua, ut inferius ad Curio. ut apud animum tuum teſtatum relinquā,quid ſenſerim. Gratia no.mea,& Craſsi reconciliata. Alaribus,à domo in prouinciā Syriam aduerſus Parthos. Pene,quia fere exiſtimat eum cœnaſſe domi ſuæ, cū cœnauit apud ſe in hortis generi.Nam cum,dicit Craſſum non inuitatum ab ipſo Cice.ſed ꝓ amoris fuit indicium ipſe obtulit cœnaturum apud Cice. Condixiſſet,denunciaſſet ſe uelle cœnare apud me in hortis, & in uiridario. Craſſipe. Piſonis, ita enim cognominabatur primus gener Cic. Quamobrem,infert Cic.ꝙ ex hac reconciliatione gratiæ ſuſcepit cauſam Craſsi de parthico bello defendendam fideliter,ſicut promiſerat Craſſo,quia cum ille auidiſsime illam prouinciā ſuſcepiſſet propter cupiditatem,& auaritiā urbe egredienti, multa quidē, & dira tribuni annūciauerunt;& ne Parthis huius malis prorſus indignis bellum inferret,monuerūt, cui minime parenti publicas execrationes extulerunt,author. Appi. ergo quia aſſumpſerat ſibi illam prouinciā,tribunis, & aliis multis aduerſantibus,Cic.ſuſcepit illā cauſam defendendā. Commendationē, laudem, quia eum ualde laudauit. Quod, quā rem.ſ. me defendiſſe cām Craſsi. Mea ſi.quā ei diſcedenti promiſerā.Accepiſti,properat Cic.ad cōcluſionē. Quibus rebus,quia præcibꝰ,& ſuaſionibus amicorū,ut dixi ſupra,& utilitate mea. Quam rem,cauſamq;,quia Cæſarem,& cauſam de agro campano,& Vatinii cauſam, & Craſsi de bello parthico defendit. Status conditio. Pro mea parte, quantū poſſum. De quo.ſtatu. Statuas,iudices. Hæc eadē, quæ ſenſi. Si omnia fuiſſent integra,& libera, arbitrio.i.ſi etiam nunc eſſem in libertate mea adhuc ſentiendi,quæ uellē ne ſupradictis rebꝰ eſſem cōpulſus. Nam ratio qua idē ſentiret,qđ ſemet ſenſit. Pugnandū reſiſtendū. Tantas opes,tantā Cæ.Pom.& Craſsi. Delendū, è ciuitate tollendum. Principatum,dominationē, & præeminentiā. Summorum,ciuium, Cæſ.Pom.& Craſsi. Si fieri poſſet,ſi eſſet poſsibile. Nec permanendū,perſiſtendū.ſ.arbitrarer. Vna,ſemper eadē. Conuerſis rebus,cum res ſint mutatæ,& iam uoluntates bonorū. Aſſentiēdum, obſequendū,cedendū. Temporibus,qualitatibus temporum. Nunquā enim ratio, & eſt ſententiæ exornatio, & eſt ſenſus. Nunquā eſt laudatum ꝙ præſtantes uiri in gubernanda rep.ſemper permaneant in una ſententia, ſed ſicut nauta qui iter ſuum in aliquem certum locum diſpoſuerat, mutato uento mutat propoſitum itineris,neque contra tempeſtatem nititur. Ita in adminiſtratione reipub.mutatis rebus & uoluntatibus multorum,ſapientis eſt etiam mutare propoſitū, & bene gubernatorem reipub. gubernatori nauis comparat,quia populus comparatur fluctibus,& tempeſtatibus à Virgi.& Cic.in oratione pro Milone,reſpu.uero naui, adminiſtrator gubernatori nauis. Præſtantibus,excellentibus. Permanſio,perſeuerantia. Perpetua,immutabilis. Sed,ex ſimilitudine probat cedendum temporibus. Artis eſt habetur ars.quia etiam de nauigatione dicitur ars. Obſequi, cedere, non ire contra. Etiam ſi portum, id eſt etiam ſi ita cedendo tempeſtati, uideas tamen te non poſſe ad portum peruenire. Cum uero, argumentum à minori ad maius,& eſt ſenſus,ſi obſequendum eſt tempeſtati, etiam ſi non poſsis ad portum peruenire, ſtultum eſt certe non obſequi tunc,cum mutata nauigatione & obſequēdo tempeſtati ipſum portum omnino tenere poſsis. Velificatione,nauigatione,nam uelificare nauigare ſignificat à uelis faciēdis.i. ponendis,ita enim dicitur,ut Virg.Vela fecit tamen,& Iuuena.Creditur olim uelificatus athos. Aſſequi id.i. portum tenere. Stultum eſt.i.dementiæ eſt uelle potius perſeuerare cum periculo in nauigatione. Quem ceperis, quām peruenire in portum ad ſalutem ea nauigatione mutata. Curſum,nauigationem. Quo uelis.ſ. portum. Sic adaptat ſimilitudinem. Cum omnibus nobis.ſ. cum nos omnes debeamus nobis proponere ocium cum dignitate,non debemus ſemper idem facere,& eandem ſemper habere ſententiam,ſed debemus idem ſpectare,id eſt reſpicere ad illud ociū cum dignitate,ut ipſum quacunq; uia aſſequi poſsimus,dūmodo honeſta, Ocium, quies,concordia. Cum dignitate,cum honore. Idem dicere,quod ſemel à nobis ſit dictum,& in eadem perſeuerare ſententia.

Velifico

Teſtatus

Cæſar per literas maxima ſe moleſtia ex illa contentione affectum oſtenderet, habui non temporum ſolum rationem eorum,ſed naturæ etiam meæ,Craſſuſque, vt quaſi teſtata populo ro. eēt noſtra gratia, pene à meis larib⁹ in prouinciam eſt profectus,nam cum mihi cōdixiſſet, cœnauit apud me in mei generi Craſsipedis hortis. Quamobrem eius cauſam, quod te ſcribis audiſſe,magna illius cōmendatione

mendatione ſuſceptam,defendi in ſenatu, ſicut mea fides poſtulabat. Accepiſti quibus rebus adductus,quamq; rem,cauſamq; defenderim,quiq; meus in repub. ſit pro mea parte capeſſanda ſtatꝰ,de quo ſic uelim ſtatuas, me hæc eadem ſenſurum fuiſſe,ſi mihi integra omnia,ac libera fuiſſent. Nam neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes,neque delendum,etiam ſi id fieri poſſet, ſummorum ciuium principatum, neque permanendum in una ſententia, cōuerſis rebus, ac bonorum uoluntatibus mutatis,ſed temporibus aſſentiendum. NVNQVAM ENIM PRAESTANTIBVS in repub. gubernanda uiris laudata eſt in una ſententia perpetua permanſio. Sed ut nauigando obſequi tempeſtati artis eſt, etiam ſi portum tenere non queas, cum uero id poſsis, mutata uelificatione aſſequi, ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum,quem ceperis potius,quām eo commutato, quo uelis tandem peruenire. Sic cum omnibus nobis in adminiſtranda republic. propoſitum eſſe debeat, id quod ad me ſæpiſsime dictum eſt, cum dignitate ocium, NON IDEM SEMPER DICERE,

ASCEN.

❧SED etiam naturæ meæ, quæ placabilis & exorabilis eſt, hoc eſt redii cum Craſſo in gratiam. Et Craſſus eſt profectus in prouinciā.i.Parthicam,pene.i.quaſi,à meis laribus.i.ædibus & penatibus,ut noſtra gratia eſſet quaſi teſtata.i.teſtimonio certo cōprobata Populo Ro. Nam cum.ſ. Craſſus,cōdixiſſet.i.denunciaſſet ſe uelle cœnare domi meę,ipſe cœnauit apud me in hortis Craſsipedis.ſ.Piſonis generis mei.i.mariti Tullię filię meę, Quamobrem ego defendi in ſenatu,ſicut fides mea poſtulabat,cauſam eius ſuſceptam.ſ.à me magna cōmendatione illius.ſ.Craſſi,qui mihi cauſam ſuam maximopere commendarat,quod.i.quam rem,tu ſcribis te audiſſe. O Lentule tu accepiſti.i.intellexiſti,quibus reb⁹ ego adductꝰ defenderim,quāq;.i.unāquāq; rem,& cauſam aut quamque ſint duæ particulæ, ſic & accepiſti,quam rem & cauſam defenderim & accepiſti,qui.i.qualis ſit ſtatus meus in reip.capeſſenda.i amplexanda & defendenda, pro parte mea.ſ.uiriſi. De quo.ſ.ſtatu meo in repu.ego uelim ſuper.ut ſtatuas.i.cōſtituas ſic me eſſe ſenſurum.i.iudicaturum in animo meo,hæc.ſ.quę nunc

sentio,si omnia fuissent mihi integra ac libera. Nam neq; arbitrater pugnandum sup. esse mihi,contra tantas opes.s.Crassi,Cæ.& Pom.neq; arbitrarer principatum summorũ ciuium,delendum sup.esse.i.deleri oportere, & si id possit fieri. Neq; permanendum sup.esse mihi in una sententia.i.uno proposito, rebus conuersis.s.ad alium statum,& uoluntatibus bonorũ.s.ciuium mutatis. Enim.i.quia,permansio perpetua in una sententia in gubernanda rep.nunquã est laudanda uiris præstantibus,quia debent sese accommodare temporibus. Sed ut in nauigando.i.in nauigatione,est artis.i.pertinet ad artem,obsequi.i.obtẽperare tempestati,etiã si non queas id est quilibet nauta non queat,tenere.i.assequi portum,cum uero possit assequi id.i.tenere portum,uelificatione.i.dispositione uelorum mutata,stultum est tenere eum cursum,quẽ cœperis.i.inceperis,cum periculo.s. submersionis potius quàm peruenire,sup.eo quo uelis, tamen.i. tametsi eo.s. cursu tuo:commutato, sic cum propositum debeat esse omnibus nobis in administranda repu.id quod sæpe dictũ est à me,uidelicet ocium.i. tranquillitas uitæ cum dignitate.i.honestate & splendore,nos non debemus dicere semper idem.

HVBER. SED idem semper spectare,sed unum semper respicere,ad qđ uel mutatione sententiæ possumus peruenire,hoc est ad ocium cum dignitate. Quamobrem conclusio est superioris particulę, & repetitio eius quod supradixit. Solutissima,liberrima adhuc i arbitrio meo.

Alius in alia sentẽtia. Atq;,quàm. Cum uero,arguit à minori ad maius,& est sensus,si oia essent mihi,ut dixi,libera,tamen nõ alius essem q̃ nunc sum, sed cum beneficia Cæ.& Pom.me alliciant,ut ita sentiã,& me cogãt iniuriæ eorũ,qui a me bene affecti,gaudẽt tamen malis meis,libẽter adducor,ut eam sententiã habeã,quæ & mihi & reip.sit utilis. Alliciar,adducar,& blande atrahar.

Beneficiis.Cæs.& Pom. In hunc sensum, in hanc sententiã quam nũc habeo,aduersando Cæ.Pom. aut Crasso. Compellar,cogar. Iniuriis,eorũ qui dicebãt se gaudere ꝙ Crassum haberẽ inimicũ,& omnes,qui Gabiniũ defenderent nunquã futuros mihi amicos. Facile,libẽter. Patior,permitto. Rationibus commodis. Conducere, utilia esse. Apertius, manifestius. Legatus, in Gallia. Et nullum meum.i.nihil unquã dixi tam paruũ aut feci pro Cæ.quod ille non ita habuerit gratũ,ut uideretur mihi quodammodo obligatus. Minimum dictum,quanto magis maximum dictum,si minimũ etiam

Nõ modo cum summa gratia accepit. Non modo,nedum.i.multo magis factũ,hoc est si quid pro eo feci. Illustri,aperta,clara. Gratia,gratitudine,quia omnibus commemorabat quæ pro eo dixissem aut fecissem.

HVBER. DEVINCTVM,astrictum,obligatum,cum potiꝰ ego ei essem obligatus:nam Cæ. profecturus in Galliã, petiuit Cic.legatũ suum. Sed ille arte Clodii reuocatus est,cuius legationis locũ subiuit postea Q.Cic.eius frater. Gratia,fauore & beneuolẽtia,quã habet Cæ. apud omnes.Et opibus,potẽtia.i.eandem capio uoluptatem, & fructũ de gratia & opibus Cæs. quã de meis. Nec alienus sensus, cum multi me destituissent, & decepissent post restitutionem meam non uidebar posse aliter deiicere eorũ perfida consilia nisi doctrina,& consiliis meis adiunxissem etiam beneuolentiam potentiũuirorũ.Pom. Cæ.& Crasi,qui me iuuare & tueri possent. Frangere, deiicere,prosternere.Cõsilia de me, quo me coagitarẽt & agitarent. Proditorũ,qui me destituerunt cum ante simulassent se mihi esse amicos,alii codices habẽt. Perditorum,sceleratorum. His quæ mihi essent ad tutelam,& intelligit doctrinã suam,ingeniũ,consiliũ,& animi fortitudinẽ. Quæ semper habui, quæ semper in me fuerunt.His ergo cõsiliis,si fuisses presens,cum capiebã hæc cõsilia,existimo ꝙ esses usus eisdem cõsiliis,quia tu non aliter censuisses. Eisdẽ.i.consiliis,quibꝰ sum usus, quia tu ipse cõsuluisses,ut eis uterer,nec aliter facerẽ q̃ feci. Noui,dicit quare opinatur se fuisse usurũ iisdẽ cõ

Moderatio. siliis,etiam si Len.fuisset Romę. Moderationẽ,& tẽperãtiã.Moderatio,authore Nonio Mar.ex modestia quæ

Modestia est fundamentũ,soliditas,& basis ipsa uirtutis gignitur, quæ moderatio tẽperet adiungãtque modos in factis &

Tẽperẽtia dictis & cæteris talibus quæ agẽdi officio utunt.Temperantia uero,teste Donato, pro cõsilio & prouidẽtia ponitur.Teren.in Phormio.Si est patrue culpã,aut Antipho in re admiserit,ex qua re minꝰ foret rei aut famę tẽperãs,nõ causam dico,quin qđ meritus sit ferat. Tum amicissimũ,& amicissimũ. Suffusum,infectũ,aspsum. Maleuolẽtia,odio quo aliter mihi cõsuluisses. Cõtra, sed idẽ semper spectare debemus. Quãobrẽ,vt paulo ante posui,si essent omnia mihi solutissima,tamen in republi.non alius essem,atque nunc sum.cum vero in hunc sensum & alliciar beneficiis hominum,& compellar iniuriis,facile patior ea mẽ de repu.sentire,ac dicere, quæ maxime cum mihi, tum etiam reipu. rationibus putem cõducere. Apertius autem hæc ago ac sæpius , quod & Quint. frater meus legatus est Cæs. & nullum meũ minimum dictum,nõ modo factum pro Cæsa. interceſsit , quod ille non ita illustri gratia exceperit,ut ego eum mihi deuinctum putarem . Itaq; eius omni & gratia quæ summa est,&opibus,quas intelligis esse maximas sic fruor vt meis. Nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorũ de me consilia frangere, nisi cũ præsidiis iis , quæ semper habui, nunc etiam potentium beneuolentiam coniunxissem . His ergo consiliis si te præsentem habuissem(vt opinio mea fert) essem vsus eisdẽ, noui.n. temperantiam & moderationem naturæ tuæ,noui animum,tum mihi amicissimũ,tum nulla in cæteros maleuolentia suffusum, cõtraq; cum magnũ &excelsum,tum etiam apertum & simplicem, Vidi ego quosdã in te taleis qualeis tu eosdem in me videre potuisti.quæ me mouerunt,mouissent eadẽ te profecto.Sed quocunq; tempore mihi potestas præsentis tui fuerit, tu eris omnium moderator cõsiliorum meorũ: tibi erit eidẽ, cui salus mea fuit, etiam dignitas curæ,me quidẽ certe tuarum actionũ,sententiarũ, voluntatũ, rerũ deniq; omniũ sociũ , comitẽq; habebis,

id est,

id est potius. Magnum & ex.ad remittendum & obliuiscendum iniurias. Apertum, quia non aliter sentis,aliter simulas.Simplicẽ,syncerum,nõ duplicem & tortuosum. Tales,tali animo ita mutatus. In te, erga te. Eadem,eadem ratione. Mouissent te,ut consuleres mihi faciendum quod feci. Quæ mouerunt me,adduxerunt me ut id facerẽ. Sed quocunq; tempore.q.d.hæc feci te absente,sed quotiescunq; potero te habere præsentẽ, semper habebo te gubernatorem oĩm consiliorũ meorũ. Potestas,facultas. Fuerit mi.mo.tẽperator gubernator. Consiliorũ meorũ,quia nihil putabo faciendũ nisi quod tu sensueris. Tibi erit,sicut olim habuisti curã meæ salutis,cum me restituẽdum curasti, ita habebis curam meæ dignitatis. Tibi eidem,tibi ipsi. Socium opere,& labore. Comitem.i.sentiendo & consulendo, uel te sequendo quoquo ieris. Actionũ omniũ quæ ages, Sententiarum,omnium quæ dices. Voluntatum,iudiciorum & opinionum tuarum.

SED debemus spectare.i.spectando conari assequi semper idem. Quamobrem ut posui.i.dixi pauloante, ASCEN. si omnia essent mihi soluta.i.libera tamẽ nõ essem alius in rep.atq;.i.q̃ sum nunc. Vero.i.sed cũ ego,&.i.simul alliciar.i.blande inducar beneficiis hominũ,& impellar.s.uiolenter,iniuriis hominũ,in hunc sensum.i.in hanc sententiã,ego facile patior me sentire ac dicere de rep.ea maxime quæ putem conducere.i.utilia esse,multũ,cũ scilicet ita sit ꝙ mihi,tum.i.multo magis rationibus.i.commodis reip. Autem.i.sed, ego ago.i.tracto,& dico, hæc apertius ac sæpius,ꝙ.i.quia,&.i.simul.Q.frater meus est legatus Cæsaris.i.missus cum Cæsare in Galliã,ad uices illius (si opus fuerit) gerendas,&.i.simul nullũ dictum meũ minimũ.i.etiã minimũ,nõ modo.i.non solũ factum pro Cæsare quod.i.fecerim pro Cæsare,interceſsit.s.ad impetrandũ aliquid à Cæsare, quod ille.s. Cæsar, non acceperit sup. cum gratia ita illustri.i.perspicua & clara,ut putarẽ.i.putare possem,eum deuinctũ.i.obligatum mihi. Itaq;.i.& ita ego fruor sic,&.i.simul omni gratia eius quæ summa est, & opibus quas intelligis esse maximas, ut meis. Nec uideor mihi potuisse aliter frangere cõsilia perditorum hominũ de me nisi coniunxissem cum iis præsidiis.i.tutaminibus uitæ meæ,uidelicet doctrina,eloquio,fide,constantia,integritate,quæ ego habui semper,nunc etiam beneuolentiam potentiũ.s.uirorum. Si ego habuissem te præsentem his consiliis.i. cum inirem hæc consilia ego essem usus eisdem, ut opinio mea fert.i.ut opinior,quia tu eadem suasisses. Ego enim noui temperantiam & moderationem naturæ tuæ,noui animum tuum, cum.s.ita sit ꝙ amicissimũ mihi, tum.s.multo uerius est ꝙ nulla maleuolentia in cæteros suffusum.i. infectum aspersumue. Et contra.i. econtrario,noui cum,cum.s.ita sit,ꝙ magnum & excelsum,tum etiam apertum.i. non dissimulatum & simplicem.i. non fraudulentum. Ego uidi quosdam tales in te,quales potuisti uidere eosdem in me ea quæ mouerunt me, scilicet ad ineundum in gratiam,eadem mouissent profecto te. Sed quocunque tempore , potestas.i. facultas tui præsentis fuerit mihi,tu eris moderator omnium consiliorum meorum etiam dignitas mea erit tibi eidem curæ cui salus mea fuit curæ. Certe tu habebis me socium tanquã parem & comitem.i.ut minorem,actionum, sententiarum,uoluntatum,deniq;.i,& ut semel dicam,omnium rerum tuarum.

SNEQVE in omni uita,hoc est in tota uita mea nihil erit quod tam faciendo proponam quàm ut ita me HVBER. gerã qđ quotidie magis gaudeas te cõtulisse in me beneficia. Proposita,instituta,deliberata,lætere ue.magis gaudeas, Te esse optime meritum de me,te contulisse in me beneficia. Si cui fortasse uideor in explanatione huius epist. fuisse prolixior & loquacior , existimet ingens pelagus inermi cimba non esse tentandũ. Quod rogas. Hæc pars superioris epistolæ omnino esse uidetur,licet à plerisq; pro epistola ponatur, quod ideo putatum est, quia à mentione Appii Cæs.Pompe.Crasi & Vatinii discesit, sed hic respondet aliis partibus epistolæ Lentul. quia & omnibus supra memoratis quæsuerat Lentul. insuper rogauerat eum , ut quæ post profectionem suam in Ciliciam scripsisset,ad se mitteret.Itaque ostendit Cice.quæ sint ea scripta inter quę maxime laudat libros quos de oratore scripsit ad Qu.fratrem,& postea adducit causam quare nondum ediderit libros quos de temporibus suis scripserat. Deinde pollicetur diligentiam suam in rebus domesticis Lentu.de quibus dicit se non posse ab eo rogari sine dolore , commẽdat postea ei negocium quoddam Quint. fratris quod uidetur fuisse de emptione cuiusdam fundi in Cilicia, quem Quint. Cice. magnificaret, subdit deinde uarias quasdam sententias de successione Lentul. in ipsa prouincia,quia Appius cuperet ei succedere. Hortatur autem Lentu.ut ei prouinciam concedat.Postremo ei consulit,ut sibi reconciliet publicanos quos à se aliquantulum alienauerat. Quod rogas,quod oras, & est respondendi modus. Orationes. Oratio uariis modis Oratio accipitur, sed hic pro oratione, quæ partibus rhetori-

Vt pertimescas,multitudinem earum. Carmina poe-

neq; mihi in omni vita res tam erit vlla proposita q̃ vt quotidie vehementius te de me optime meritũ esse lætere. Quod rogas vt mea tibi scripta mittã,quæ post discessum tuum scripserim, sunt orationes quædam quas Menocrito dabo,neq; ita multæ vt pertimescas . Scripsi etiam carmina quædã (nam ab orationibus dissiungo me fere,referoq; ad mansuetiores musas , quæ me maxime sicut iam à prima adolescentia delectarunt.) Scripsi etiam Aristotelico more (quẽadmodum quidem volui) treis libros in disputatione ac dialogo de oratore , quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles.abhorrẽt enim à cõmunibꝰ præceptis,& omnẽ antiquorum &Aristotelicam & Isocraticã rationem complectuntur . Scripsi etiam versibus treis libros de temporibꝰ meis, quos iam pridem ad te misissem , si esse

cis constat. Neque ita multæ,id est tot,tam multæ. mata. Fere, ne uideatur relinquere penitus. Ab orationibus,à soluto dicendi genere,quod enim certo pedum numero non constat,oratio appellatur,sed certe. Ab orationibus,à causis forensibus,in quibus solebã multum uersari. Mansuetiores,amœniores.Delectant enim carmina,quasi Syrenũ cantus longe magis quàm oratio soluta. Refero me,quia antea eis operam dederat, ut ipse dicit. A prima adolescentia, quia, ut Seruius est author,quelibet ætas treis partes habet.Primam,mediam,& præcipitem. Scripsi,composui. Dialogo, Dialogus.

Dialogus non est,ut imperiti interpretãtur,sermo duorum,à dia quod est duo,quod nusquam legitur,sed est quælibet oratio, ubi disputantes introducuntur quotquot authori libuerit. Dicitur autem à uerbo Græco διαλέγομαι disputo. Ideo dixit Cicero disputatione. Et,stat expositiue,id est, Quemadmodum uolui,arbitrio & iudicio meo. De operato quo opere Cic.uehemẽter gloriatur,ut inferius lib.vi.epistolarum ad Leptam scribens in quadam epistola quæ incipit,Simul accepi. Aristotelico,non q̃ Aristoteles aut Isocrates dialogo utantur,sed hoc dicit q̃ scripsit libros de oratore more Aristotelico & Isocratico, scilicet relicto forensi dicendi genere,sicut illi reliquerunt,ut ipse Cicero in primo offici. Eodem modo de Aristotele & Isocrate iudico,quorum uterq; suo studio delectatus contempsit alterum, uel quia idem fecit, quod Aristoteles & Isocrates qui post philosophiæ tractatus scripserunt etiam præcepta Rhetorices, sicut Cicero ostendit in libro de diuinatione his uerbis.Cum Aristoteles & Theophrastus cum subtilitate,tum copia excellẽtes uiri,cum philosophia, dicendi,& præcepta coniunxerunt,nostri quoq; oratorii libri in eundem librorum numerũ referendi uidentur.Isocrates autem Gorgiæ Leontini Philosophi auditor fuit, cuius domus, ut Cicero in Bruto refert, quasi ludus quidam,atq; officina dicendi patuit,de quo ita dicit.Quanquam forensi luce caruit,intra parietes aluit aliam gloriam quam nemo quidem meo iudicio postea est consecutus,cuius è schola uelut in oratione meminit,uelut ex Equo Troiano innumerabiles oratores prodierunt. Versibus,metris,sed metrum nomen est declarationis,quo raro utuntur authores,nisi declarationis causa,ut si grammaticus dicat metrorum multa sunt genera,non autem legi metra tua,nec in oratione soluta,nec in carmine, sed uersus,carmina,numeros,musas. Aut utemur periphrasi,hoc est circumlocutione,ut ponendo nomen unius musæ pro carminibus,aut cytharam Apollineam,aut cantus phœbeos,& pierios, & similia. Metrum apud poetas idoneos nunquam memini legere. Temporibus non omnibus temporibus uitæ meæ,sed iis,quibus primum in repu. florui in consulatu meo,deinde ab inimicis uexatus in exilium missus,& deinde reuocatus,hæc enim sua tempora appellat, ut supra,sicut & meis temporibus scimus,& nonnullis aliis accidisse.

Metrum

ASCEN. Quotidie

IN EQVE res scilicet aliqua,erit mihi tam id est tãtopere proposita,id est affectata,in omni id est tota,uita scilicet mea quam ut lætere quotidie id est in dies,uehementius te esse meritum optime de me, hoc est, quam ut me tibi gratissimum iudices.Ponitur ergo quotidie etiam cum incremento,quo in dies & in horas non carent. Quod rogas &c.hic quædam exemplaria principium nouæ habent epistolæ, eo quòd alterius uidentur, quæ continentur in hac parte argumenti, sed potuit Lentulus in epistola sua primum scripsisse de studio Ciceronis in se,deinde de reconciliatione cum diuersis,ad quem hactenus respondit:& demum de studio literario,ad quod nunc respondet,& ita una fuerit epistola,ut pluribus placere uolo:unde nõ erat interserenda patricula Vale. Ordo igitur est,quod id est quia rogas,ut mittam tibi scripta mea,quæ scripserim post discessum tuum sup. ea sunt orationes quædam quas dabo scilicet portãdas ad te,Monocrito.s.tabellario neq; sup. sunt ita multæ,ut pertimescas sup.eas perlegere,& est iocose aut modeste dictum,quasi uero cruciandus sit multarum lectione. Scripsi etiam carmina quædam,nam disiungo.i.separo me. Ab orationibus.s. habendis, unde patet nõ ita habitas esse orationes,ut scriptæ sunt,nã & cultius,& accuratius postea scripsit nõnullas,& refero me ad Musas mansuetiores,ut pote,in quibus nulla est cõtentio,quales sunt uersus de astrorũ ratione, quibus Aratum transtulit,quæ.s.Musæ mansuetiores,sup.delectant me maxime, sicut delectarũt me iam à prima adolescentia,non tamen optimam habuit in eis uenam. Scripsi etiam more Aristotelico,quidem.i.certo quemadmodum uolui.i.quantum conatus sum,treis libros de oratore in disputatione,ac pro.i.dialogo.i.diuersorum disputantium sermone,non enim dicitur dialogus duorum sermo, sed disputatio quotcunq; inter se loquuntur,à uerbo διαλέγομαι dialegomæ,quod est comprobo,disputo &c.quos.s.libros, ego arbitror fore non inutiles Lentulo tuo.s.filio. Etenim.i.quia abhorrent.i.alieni sunt à præceptis cõmunibus, & ita qui singularis eua dere uult non debet in triuialibus uersari,& complectuntur.i.continent,omnem rationem oratoriã antiquorum,& Aristotelicam & Isocraticam. Scripsi etiam uersibus treis libros de temporibus meis quos emisissem iam pridem id est iam à plusculo tempore,& adhuc mitterem, si putassem edendos esse.i. edi & emitti debere, quia autem tales non fuerunt opinor deperiisse.

Dialogus

HVBER. Edo

IN EDENDOS, exhibendos,proferendos.Nã edere ab e & do compositũ significat proferre, & maxime ut est digestis de edẽdo, significat copiã describẽdi facere, & in hac significatione potest optime hic accipi. Meritorum,ostẽdit in prima epistola, Meaq; pietatis.s. erga te,in prima epistola.Ego omni officio,ac poti⁹ pietate. Sed subaudi nõ putaui edendos. Quia ue.timebã. Læsos,offensos,q̃ scripsissem me ab eis iniuste oppugnatũ, aut eos mihi inuidisse, ut dixi supra. Id feci.i.læsi. Parce,moderate,non etiã quantũ merebant. Molliter, nõ acerbe,indigẽti animo,quia nõ in eos acriter inuectus sum. Sed eos,subaudi uerebar. Erat infinitũ, res infinita,& quodammodo impossibilis.Nominare omnes, omnes noiatim declarare, quia fuerant pene innumerabiles. Cõmittam,credã,tradã. Recte,tuto & fideliter.

Atq; istam pollicetur se esse cõmunicaturũ cum Lent. quæcunq; scribet aut leget. Vitæ,quã cõsiimmo in scribendo. Consuetudinis, quia cõsueuerat Cice. assidue uersari i literis. Quãtũ literis declarat,quæ sit illa pars. Literis,cognitione literarũ. Veteribus,quib⁹ à teneris annis operã dedimus. Delectationis. liberaliũ disciplinarũ. Consequi,efficere. Cõferemus, attribuemus ad arbitriũ tuum,ut uoles. Hæc amasti.i. his delectatus

edendos putassem. Sunt enim testes,& erunt sempiterni meritorũ erga me tuorum,meæq̃ pietatis,sed quia uerebar nõ eos,qui se læsos arbitrarentur,(etenim id feci parce & molliter)sed eos quos erat infinitũ bene de me meritos omnes nominare,quos tamẽ ipsos libros,si quẽ cui recte cõmittam inuenero, curabo ad te perferendos, atq; istam quidem partẽ vitæ, consuetudinisq̃ nostræ totã ad te defero. Quantum literis, quantũ studiis veteribus, nostris delectationibus conse qui poterimus, id omne ad arbitriũ tuũ, qui hæc semp amasti, libẽtissime cõfere mus. Quæ ad me de tuis reb⁹ domestic scribis, quæq̃ mihi cõmẽdas,ea tãtæ m

hi cur

hi curæ sunt,vt me nolim admoneri, rogari vero sine magno dolore vix possũ. Quod de Qu.fratris negocio scribis,te priore æstate q̃ morbo impedit⁹ in Ciliciam nõ transieris, cõficere nõ potuisse, nunc autem omnia facturũ, vt conficias, id scito esse eiusmodi,vt frater meus vere existimet adiuncto isto fundo patrimonium fore suum per te constitutum. Tu me de tuis reb⁹ omnibus,& de Lentuli tui nostriq̃, studiis exercitationibus velim quàm familiarissime certiorem, & quàm sæpissime facias, existimesque neminem cuiquam neq̃ chariorem neq̃ iucundiorem vnquam fuisse quàm te mihi,idq̃ me nõ modo vt tu sentias,sed vt omnes gẽtes,etiã vt posteritas ois intelligat esse facturũ.Appi⁹ in sermonib⁹ antea dictitabat, postea dixit etiã in Senatu palam sese si licitũ esset legẽ Curiatã

es. Hæc,id est talia. Domesticis familiaribus, priuatis.

Nolim admoneri quia propter meum in te amorem, per me ipse recordor. Rogari,orari. Sine dolore,quia puto diffidere beneuolentiæ nostræ. Quod de Quint. fratris ad aliam epistolæ Lentuli partem respondet, in qua se excusauerat,quod non potuisset Quint.Cic.negocium conficere,quia priore æstate morbo implicitus in Ciliciam ire nõ potuisset, se tamen daturum operã, ut conficere,uidetur autem,ut dixi,negocium hoc finit se fundus,quem Quint.Cic. opera Lentuli emere cupiebat,quem ab eo tanti fieri dicit Cice. ut eo sibi adiuncto existimet patrimonium suum per ipsum Len. fuisse constitutum. Implicitus,impeditus. Transire, ex Cypro.Nam ut uisum est in epistola,quæ incipit.Legi tuas literas,præerat Lentulus Cypro, & Ciliciæ. Conficere, perficere,exequi,absoluere. Nunc facturum, subaudi, quod scribis te. eiusmodi,tale,talis momenti. Adiuncto,addito sibi uel rebus suis. Constitutum, confirmatum,stabilitum. Studiis,literarum. Exercitationibus, quid potissimum scribat,& in quo exerceat. Existimes iudices. Neminem, id est neminem ab aliquo magis fuisse amatum quàm te à me. Idque neminem fuisse chariorem cuiquam quàm te mihi. Sentias,cognoscas. Omnes gentes, tam externæ quàm Italæ. Etiam posteritas,etiam qui post nos nascentur. Appius dicit,quid Appius diceret de succedendo ipsi Lentulo. In sermonibus,collocutionibus amicorũ priuatis & familiarib⁹. Dictitabat,sæpe & frequenter dicebat. Etiã in senatu, quasi i loco publico,ubi uellet uerba sua põd⁹ habere.

IN FERRE, promulgare. Legem Curiatam,lex Curiata non à Curio latore,sed à Curiatis comitiis,de quibus supra diximus,dicta est,quoniam à Comitiis Curiatis erat cõstituta: quæ lex prohibebat prouinciam cuiquam designari sine sorte,hoc est ne prætores aut proconsules, aut Imperatores succedere in prouinciis possent,nisi eas prius inter se sortiti fuissent. Huic contraria fuit lex Cornelia, qua permittebatur, ut prouinciæ etiam sine sorte designari possent siue senatu.Creatus igitur consul Appius dicebat q̃ si liceret ferre legẽ Curiatam, sortiretur cum Collega prouinciam. Si autem lex Curiata non esset quæ prouinciam sortiri iubebat, dicebat se separaturum prouinciam cum Collega, ut collegæ consulatus in urbe, sibi uero in prouincia obtingeret, succederétque Lentul. neque necesse esse sibi qui esset consul ferre illam legem Curiatam : quia iam senatus per legem Corneliam decreuisset,ut ille prouinciam haberet non obstante lege Curiata:& quoniam introisset in urbem ad petendum consulatum, dicebat se habiturum imperium,quia tempore comitiorum, qui consulatum peteret adesse necesse erat. Author Appia. libro secundo ubi de Cæsaris consulatu loquitur.

HVBER. Lex Curia

ferre, sortiturum esse cum collega prouinciam, si Curiata lex non esset, separaturum cum collega, tibique successurum, legemque Curiatam consuli ferre opus esse, necesse non esse se, quoniam ex senatusconsulto prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturũ.

Opus esse consuli, scilicet ferre legem Curiatam sibi, necesse non esse ferre legem Curiatam : & subaudi dixit.Videntur tamen esse contraria opus esse,& necesse non esse:sed non ita est,nam opus esse ad officium pertinet:necesse uero quòd se aliter habere non potest,ut opus est præceptori bene instruere discipulos, sed non est necesse,sic ergo dicebat Appius ad consulem pertinere ferre legem Curiatam,sed non esse,quia ad hoc non cogeretur, quia esset cõsul,quomodo ergo dixit si licitum esset.soluitur,quia aut tempora comitiorum prohibebant, quæ fortasse tunc non fiebant, aut quia illa lege (teste A.Gellio) minoribus magistratibus creandis magistratibus dabatur, sicut maiores magistratus centuriatis comitiis fiebant. Ergo si licitum esset quia magistratus erat maior, quia ea lege non dabatur.Maiores autem magistratus (eodem Gellio teste) sunt censores, consules,& prætores:reliqui minores appellantur. Prætores autem consulum collegæ esse poterant & eodem auspicio creabantur. Separaturum,diuisurum sine sorte:alii codices habent se pacturum, quod non displicet mihi,ut pacturum,id est conuenturum. Cum Collega, ut ille in Italia remaneret, ipse uero in prouinciam proficisceretur.

Opus est

Necesse est

IN APPIVS in sermonibus,uerba adeo mendosa sunt ut ea in integrum restitui posse nequaquam sperem: quæcunque autem ad hanc diem exemplaria uidere mihi licuit,uidi autẽ quamplurima eandem lectionem habent,ut cumq; tamen sit ea in medium afferamus,quæ si uerba ipsa non emendarint:quid tamen Cicero hac in parte sibi uelit explicaturi sumus. Altius igitur præfabimur de uniuersa comitiorum ratione,ut locus hic facilior intellectu omnino sit.Comitia igitur aut Centuriata erant,aut Curiata,aut Tributa.Cẽturiæ primis,secundis,Curiæ tributis loci & regiones unde conuenirent, nomen dedere, ne uero in his immorer, quæ uel ab A.Gellio,aut Festo,aut ab iis qui nostro seculo aliquid de his scripsere, Comitia Centuriata asserimus tum habita cum sacerdoti,& maiores dignitates demendarentur à populo. Adeo ut si quando Dictatorem populus di scitu dixisset,Comitiis Centuriatis dictum putem . Centuriatis autem Comitiis non tantum magistratus demandari gnatos solitos,quod quidam opinati sunt,sed rogationes quoq; ad populos uideo, Cicero in oratione ad populũ de Cẽturiata reditu suo.Huius consilia P.Lentuli sentẽtiam, Senatus authoritatem uos secuti in eo me loco,in quo uestris Comitia

locus corruptus

Nota de Comitiis

beneficiis fueram iisdem Centuriis,quibus collocaratis,repoſuiſtis,&ad ſenatum,quo die nos Comitiis Centuriatis,quæ maxime maiores iuſta dici haberiq; uoluerunt,accerſiuit in patriam,ut eædem Centuriæ,quæ me conſulem fecerant,conſulatum meum comprobarent.Sed & hac epiſtola referente conſ.Comitiis Centuriatis reſtitutum ſe teſtatur. Sed & leges omnes,dummodo ad rem militarem non attinerent,Centuriatis Comitiis latas aduerto.unde & Cicero legem Centuriatam in oratione pro lege Agraria dixit,quæ,ſcilicet Comitiis Cẽturiatis lata eſſet.At uero Curiata Comitia longe ab his diuerſa. Nam ut cẽturiata in demandãdis patritiis magiſtratibus,tributa plebeis inſtituta ſunt,ſic Curiata auſpiciorũ & militaris tantũ rei gerendæ cauſa remanſere ut conſuli prætoriue,ſiue cui alii cum imperio,ſi legem curiatam non haberet,attingere rem militarem nõ liceret atq; hæc, quæ dicta à me ſunt de re omnium difficilima Ciceronis in oratione pro lege Agraria,& Liuii teſtimoniis confirmabuntur.Ille igitur in oratione.Nam cẽturiata lex cenſoribus ferebat.Tum curiata cæteris patritiis,magiſtratibus,quæ uerba manifeſte arguunt,priſcis tẽporibus curiatis magiſtratus patritios deſignari ſolitos, qua poſtea auſpiciorũ reiq; militatis tantũ cauſa ad ſpeciẽ atque uſurpationẽ uetuſtatis per triginta lictores conſtituta ſint.Et paulo poſt idem Cicero.Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata, & tributa, curiata auſpiciorum cauſa remanſerunt.Hic autem Trib.ple.quia uidebat poteſtatem neminem iniuſſu populi,aut plebis habere poſſe,Curiatis ea Comitiis,quæ uos non ſinitis,confirmauit:Tributa quæ erant ueſtra ſuſtulit.Nam ꝙ niſi Curiata lex lata eſſet, res militaris adminiſtrari non poſſet, idem oſtendit Cicero.x.ab hinc uerſu.Conſulibus legem Curiatam ferentibus à Tribu. plebis ſæpe interceſſum eſt.Hic Trib. pleb.lege Curiata,quã Popu.Roma.ferat adimit intercedendi poteſtatem.Atq; hoc cum in eo reprehẽdendum eſt,ꝙ per Trib. pleb.tribunitia poteſtas minuitur, tum in eo deridendũ ꝙ conſuli ſi legem Curiatã non habet: attingere rem militarem non licet,huic cum uetat intercedendi poteſtatẽ,etiam ſi interceſſum ſit,tamen eandẽ conſtituit,in epiſtola quoque ad quintũ fratrẽ tertia. Appius ſine lege Curiata confirmat ſe Lentulo noſtro ſucceſſurũ. Liuius uero lib.ſecundo ab urbe condita,cum de Volerone loquitur, ne uerbo quidẽ uiolatis conſulibus rogationem tulit ad populũ,ut plebeii magiſtratus tributis Comitiis crearentur,& paulo poſt Lex ſilentio, perfertur.Tum primũ tributis Comitiis creati tribuni ſunt.Illud uelim admonitũ diligentẽ lectorẽ frequens eſſe in exẽplaribus uitiũ,ubi tribunitia Comitia pro tributis legantur.Sed redeo ad rem de Curiatis comitiis, quorũ cauſa hæc omnis inſtituta oratio ſit.Liuius igitur nono ab urbe condita de his in hęc uerba.Papyrius.D.Ianiũ bubulcum magiſtrum equitũ dixit,atque ei legẽ curiatã de imperio ferenti,triſte omen diem diffidit(ſic enim ſcribere, quàm quod omnia habẽt exemplaria diffudit,malo) quòd ſaucia curia fuit principium duabus inſignibus cladibus Captæ urbis,& caudinæ pacis,quòd utroque anno eiuſdem curiæ fuerat principiũ. Macer Licinius tertia eam clade,quæ ad Cremerem accepta eſt abominandã eam curiam facit. Dictator poſtero die auſpiciis repetitis pertulit legẽ,idem in quinto, ubi de Camilli reſtitutione hæc de Curiatis Comitiis,& lege addit,accepto inde ſenatus decreto,ut & comitiis Curiatis reuocatis uideretur, & paulo poſt, non prius profectum ab Ardea, quam comperit legem latam,quòd nec iniuſſu populi mutari finibus poſſet nec niſi dictator dictus auſpicia in exercitu habere lex Curiata lata eſt,ſed & ſexto ab urbe condita Camilli uerba hæc ſunt.Comitia Curiata quæ rem militarem continent,Comitia Centuriata quibus Conſules Tribunóſq; militares creantis,ubi auſpicato,niſi ubi aſſolent fieri poſſunt?Quibus teſtimoniis facile adducor, ut ſenſum corruptiſſimorum alioqui uerborum hunc eſſe putem, quòd Appius qui ex ſenatuſconſulto prouinciam Ciliciam nominatim haberet,ex quo poterat rem militarem adminiſtrare:etiam ſine lege Curiata,quando ſcilicet Conſ.imperiũ obtineret,prædicabat ubique quòd ſi lex Curiata ferretur inter ſe & Collegam, ſortiri prouinciam uellet, ſin Curiata lex non ferretur,uelle ſe prouinciam quam Senatuſconſulto teneret, non iam ſortiri, ſed paciſci cum Collega, ut ſcilicet ille omnino Cilicia prouincia cederet,quam ipſe per Senatum haberet certam,ne in aleam illam uocaret,quòd igitur dicit ſi Coſſ.legem Curiatam ferre liceret,id intelligit ſi Tribun.pleb.non interceſſiſſent,quando illi ſæpe,ut Ciceronis oſtendimus teſtimonio,intercederent, ne cupidius uidelicet quàm è republ.eſſet,ii qui prouincias peterent,rem militarem adminiſtrarent.Cum uero dicit Conſuli ferre opus eſſe,ſe non eſſe neceſſe,id dicit.Aliis quidem conſulibus quicunque rem militarẽ attingere uellent,non licet id priusquam lex Curiata prolata eſſet,ſe neceſſe minime eſſe quoniam Senatus ille nominatim cum imperio prouinciam cenſuiſſet:quod ille ita interpretabatur,ac ſi per ſenatuſconſultũ demandata ſibi prouincia, rem militarem poſit attingere,etiam ſine Curiata lege,qua res militaris demandari ſemper ſit ſolita,ut ſi ita legas & ordines:non inepte quantum ego coniicio,rem percipias.Appius in ſermonibus antea dictabat,poſtea dixit etiam in ſenatu palam ſeſe ſi licitum eſſet Conſuli legem Curiatam ferre,ſortiturum eſſe cum Collega prouinciam, ſi Curiata lex non eſſet,ſe pacturum cum Collega,tibique ſucceſſurum,legémque Curiatã Conſuli ferre opus eſſe,non eſſe neceſſe ſe,quoniam ex S.C.prouinciam haberet.Quæ tamen omnia non iudicantis, ſed æſtimantis eſſe hominis uolo.Illud non parum me perturbat,quod legitur lege Cornelia imperium habiturum quòd in urbem introiſſet.Nam ut ſciam quid Cornelia ſit lex, de qua copioſius aliis à me libris diſſeretur, & quantum ualeat introire in urbem non neſciam, tamen non tantum elaborare potui, ut ſuperioribus adglutinare ſatis commode potuerim, niſi quoad in urbem pro quod legas, ut Appius extra urbem uideatur tunc fuiſſe, quando qui cum imperio eſſet,urbem introire non poſſet.Qua ex re admonemur,cum multa nos,quæ alii hactenus non adnotarint,de tota hac comitiali ratione in medium protulerimus,quæ aliis militarem uiam præmonſtrent,non tortuoſas ſemitas,homines tamen non eſſe, quibus omnia ſcire nequaquam liceat. Conferat igitur diligentius candidus lector hæc noſtratia:inueniet (ni fallor) multos multorum errores, negligentiam etiam deprehendet,ut ſæpe dormire his ſatius fuerit quàm hæc tam ſomniculoſa memoriæ mandare.Nos uero primi (ut opinor) Cẽturiatis comitiis leges quoq; ferri,nos tributis plebeios mrgiſtatus demandari,nos quid tributa à Curiatis diſtent,quæ alii magno errore eadem eſſe putarunt,nos curiatis comitiis & legibus rem militarem tamen,& auſpicia procurata reteximus.Verum de his ſatis.

Curiata Comitia

Liuius Comitia tributa. Comitia Curiata. Liuiꝰ emẽdatur

ASCEN. ❡SVNT ENIM & erunt teſtes ſempiterni, cui ſententiæ fata inuiderunt, meritorum tuorum erga me, & pietatis meæ, ſcilicet in te,aut potius in rempublicam. Sed quia uerebar nominare non eos, qui arbitrarentur ſe læſos. Etenim, id eſt quia certe, id feci, id eſt læſi aliquos, parce, id eſt ſobrie, & molliter,id eſt leniter, ſed ſupple uerebar nominare eos quos benemeritos de me erat infinitũ nominare omnes. Quos ipſos, id eſt licet tales ſint libros,tamen ſi inuenero quem,id eſt aliquem,cui committam recte, ego curabo perferendos,

dos,id eſt perferantur ad te.Atque defero ad te, id eſt tibi tranſmitto iſtam quidem partem uitæ,& conſuetudinis noſtræ totam, quia omnia ſcripta in ocio illi communicanda cenſent,unde addit. Quantum delectationis poterimus conſequi literis, & quantum ſtudiis noſtris ueteribus, id omne conferemus ad arbitrium tuum, qui amaſti ſemper hæc ſcilicet ſtudia literaria. Ea quæ tu ſcribis ad me de rebus tuis domeſticis,& quæ commendas mihi,ſunt mihi tantæ curæ, ut nolim me admoneri. Autem, id eſt, ſed,uix poſſim rogari, ſcilicet à te, ſine magno dolore, quia qui multum rogat, diffidere uidetur. Quod ſcribis de negocio Quinti fratris ſcilicet mei, te non potuiſſe conficere ſup.ipſum æſtate priore,ꝙ id eſt quia, tu impeditus morbo non tranſieris,ſcilicet è Cypro in Ciliciam,autem,id eſt,ſed tu ſcribis nunc te facturum omnia, ut conficias,id eſt abſoluas & expedias, ſcito id,ſcilicet negocium, eſſe eiuſmodi, ut frater meus exiſtimet uere iſto fundo quem petit,ad iunctо ſcilicet rebus ſuis,patrimonium ſuum conſtitutum, ſup.eſſe per te.Tu me & cæ. Ordo eſt,uelim ſup.ut tu facias me certiorem,id eſt doceas me quàm familiariſſime,& quàm ſæpiſſime, id eſt ualde,aut ſumme familiariter & frequẽter,de omnibus rebus tuis,& de ſtudiis & exercitationibus Lentuli tui, ſcilicet filii naturalis & noſtri ſcilicet cura. Viſum eſt mihi,ideo potius dici, facio te certiorem, quàm certum quod certior fiat, qui prius aliquantum certus erat,certus etiam qui nihil ſciuerit,quia ergo amantius petimus certiores nos fieri,& modeſtius dicimus nos certiores alios facere,ideo ſic loqui inſtitutum eſt,& exiſtimes neminem fuiſſe cuiquam neque chariorem neq; iucundiorem unquam quàm te mihi: hic tres negationes non plus efficiunt quàm duæ,& me eſſe facturum:ut non modo tu ſentias id, ſed ut omnes gentes ſupplent,& ut omnis poſteritas intelligat, ſcilicet per ſcripta, aut narrationes hominum. Appius dictabat, id eſt frequenter dicebat in ſermonibus, id eſt confabulationibus non iuridicis, poſtea dixit etiam palam in ſenatu, ſi eſſet licitum ſe ferre legem Curiatam, id eſt ad populum curiatim, hoc eſt per curias conuocatum, latamſupple ſe ſortiturum eſſe prouinciam cum Collega, id eſt cum eo qui ſecum Conſul erat in annum ſequentem: lex autem Curiata non permittebat prouinciam obtineri ſine ſortitione,& ſi lex Curiata non eſſet,id eſt ſi non eſſet licitum eam ferre, dixit ſupple ſe ſeparaturum, id eſt diuiſurum cum Collega, & ſucceſſurum tibi,ſcilicet in Ciliciam,quod etiam contingit & dixit ferre legem Curiatam eſſe opus, id eſt utile & operæprætium Conſuli:quia ſic uterque ſorte iudicio prouinciam, aut urbem regendam obtineris ſuſpitione imperioſitatis ac auaritiæ abſoluebatur, & dixit ferre legem Curiatam non eſſe neceſſe: quia dixit ſe quoniam haberet prouinciam ex ſenatuſconſulto,habiturum imperium lege Cornelia,quam ipſum ſine ſortitione permittebat.

❡QVOAD in urbem introiſſet poſt comitia centuriata,quæ in campo Martio extra pomeria habebantur,& conſuli qui poſt ſenatuſconſultum ex comitiis introiiſſet in urbem,licebat & permittebatur per legem Cornelliam ire cum imperio in prouinciam quam haberet ex ſenatuſconſulto. Itaque hac lege Cornelia dicebat Appius ſe ſucceſſurum Lentu.ſine lege Curiata, quam non eſſet ei neceſſe ferre, propter cauſas ſupradictas. Se imperium habiturum.ſubaudi dixit. Quod in urbẽ introiſſet,quia centuriata comitia inter pomeria fieri nefas eſſet,quia exèrcitum extra urbem imperari oportеat,intra urbem imperari ius non ſit. author A.Gellius.Quod ad te ſcribat.tibi eſſe agendum de dimittenda prouincia ſucceſſori.Varias opiniones. diuerſas eſſe ſententias an Appius tibi iure ſuccedere poſſit per legem Corneliam,an non.Sunt qui publi.declarat unam opinionem.Sine lege Curiata, ſine qua ſucceſſor dari non poteſt.Sunt etiam qui. ſubaudi putant. Relinqui ſubſtitui loco tui. A te.ſine authoritate ſenatus. Mihi. ponit conſilium ſuum,dicitq; ꝙ non tam certum habet quid ſit de iure,quãquam nec de hoc quidẽ ualde dubitat,quàm certum habet ꝙ ad eius ſummam amplitudinem & dignitatem pertinet prouinciam ſtatim ſucceſſori concedere,ne uideatur fuiſſe nimium cupidus illius prouinciæ retinendæ.Qua,liberalitate.Frui ſolère, id eſt delectari.Sine ulla mora. ſtatim ſine iuſſu ſenat⁹.

Illius,Appii.Cupiditatẽ.erat enim cupidiſſimus obtinendi illam prouinciam. Ego utrunque.excuſat ſe ꝙ ei uideatur dediſſe conſilium ſuum,dicit igitur ad ſe pertinêre & dicere Lentulo,quod ſentiat,defendere quicquid ille fecerit.Vtrunq;,ſcilicet quod ſequitur. Quod feceris.ſiue benè ſiue malè. Scripta iam epiſtola.hæc enim additio quædam epiſtolæ. De publicanis. contra quos Appius quædam decreta noua fecerat ei damnoſa.Quibus, literis.Non probare,laudare & confirmare. Aequitatem tuam.quia cognoui te equitate adductum contra eos feciſſe,quod feceris.Facilitate autem. benignitate ignoſcendo.Cõſequi, efficere. Ne offenderes, ne læderes.Eius ordinis,publicanorum.Ornaſti,laudaſti,& honoraſti.

HVBER.

quoad in urbem introiiſſet. Ego quid ad te tuorum quiſque neceſſariorũ ſcribat, neſcio, varias eſſe opiniones intelligo.ſunt qui putent poſſe te non decedere,ꝙ ſine lege curiata tibi ſuccedatur. Sunt etiam qui, ſi decedas, à te relinqui poſſe,qui prouinciæ præſit. mihi nõ tam iure certum eſt(quãquam ne id quidem ualde dubium eſt)quàm illud ad tuam ſummam amplitudinem,* liberalitatem,dignitatem qua te ſcio libentiſsime frui ſolere,pertinere te ſine ulla mora prouinciã ſucceſſori concedere,præſertim cum ſine ſuſpitione tuæ cupiditatis,non poſsis illis cupiditatem refutare.Ego utrunq; meum puto eſſe, & quid ſentiam oſtendere, & quod feceris defẽdere. Scripta iam epiſtola ſuperiore accepi tuas literas de publicanis quibus æquitatem tuam non potui non probare, facilitate autem quod uellem conſequi ne potuiſſes,ut eius ordinis, quem ſemper ornaſti, rem, aut uoluntatem offẽderes.

ASCEN. ❡QVOAD,id eſt donec introiſſet in urbem ſcilicet Romam.Ego neſcio quid quiſque neceſſariorum tuorum ſcribat ad te, intelligo uarias opiniones eſſe: ſunt qui putant te non poſſe decèdere,ſcilicet prouincia,ꝙ ſuccedatur tibi ſine lege Curiata:ſunt etiam qui putãt, ſi decedas,ſcilicet de prouincia ſupple uicarium poſſe relinqui à te qui præſit prouinciæ.Non tam certum eſt mihi

Universidad de Deusto Biblioteca

mihi de iure.i.quid potius facere oporteat,quanquam ne id quidem est ualdè dubium, q̃.i.quantum ,supple certum mihi est.illud scilicet te concedere successori prouinciam,sine mora,pertinere ad summam amplitudinem tuam,qua tot functus es honoribus, dignitatem qua eis perfunctus es,liberalitatem qua scio te solere frui libenter,& qua de tuo iure uidearis uelle concedere,præsertim,quod dicunt specialiter , cum non possis refutare cupiditatē illius,scilicet successoris tui, sine suspitione cupiditatis tuæ. Ego puto utrunque esse meū id est,mei officii,rarò aut nunquam reperitur mea,cum uerbo est,& id est simul,ostendere,quid sentiam sup. faciendum,defendere quod feceris.Scripta iam epistola superiore.ergo hoc erat principium nouę epistolæ,ac cepi literas tuas de publicanis.i.publici uectigalis redemptoribus,quibus scilicet literis,aut de quibus publicanis,ego non potui non probare id est,coactus sum approbare æquitatem tuam,scilicet qua eos condemnasti æquissime,uellem autem sup.ut potuisses,scilicet æquitate id permittente,consequi id est obtinēre,facilitate.i.per facilitatem & exhortabilitatem tuam,ne offenderes .i.lęderes rem,aut uoluntatem eius ordinis,scilicet publicanorum,quem ornasti semper.

Meum est

Ordo publicanus

* PETRI VICTO. CASTI.

LIBertatem.Si authoritati librorum standum est,facilè omnes pro nobis iudicabunt : longè enim superiores in hac re sumus:Medicæus certè,& uetustate,& integritate cęteros uincit.Si argumentis,non parua etiam à nobis prolata sunt.Nam quod nonnulli excogitarunt,inane est,esse antitheton SVSPICIONE CVPIDITATIS, superiori uoci LIBERALITATEM:nouum enim hoc est Ciceronis argumentum. Antea exposuerat,quæ in Lentulo erant,quæ hortarentur ipsum statim prouinciam successori tradere:addit postea, quid alii de ipso existimaturi sint,si aliter.

HVBER.

EQVIDEM.sensus est.non cessabo defendere quicquid decreueris in prouincia, sed exemplis aliorum edocēri debes,dum scias,quales soleant esse publicani in eos,qui aliquid cōtra uolūtatem eorū decernūt. Hominum,publicanorum.Ipsi illi. habent emphasim geminata p̄nomina.q.d.tam ęquo , & iusto. Qu.Scæuolę.iuris peritissimo.Tibi tamen.q̄q̃ eos offendisti. Sum author suadeo,consulo.Quibus re.aliquibus rōnibus.

Scæuola

Reconcilies, reducas in gratiam.Aut mitiges.placatiorem reddas,ne tam grauiter sit tibi inimicus.Id.uel reconciliari,uel mitigari ordinem publicanorum.Difficile.quia ualdè sunt irritati,& tibi infesti,propter tua in eos decreta.Esse prudentiæ tuæ. tuæ sapientię, utquacūq; ratione eum ordinem tibi reconcilies.

SCIS quàm grauiter inimici illi ipsi fuerit . Q.Scæuolæ.Tres Scæuolas Qu.prenomine fuisse inuenio.Primum eum quem augurem Cicero libello de amicitia, & de claris oratoribus dicit socerum C.Fanii & Lælii. Alterum pontificem maximum,quem lōgè prestantissimum ciuem & ingenio & industria fuisse constat.quiq; adeo coniunctè cum Len. Crasso uiro Consulari , & censorio uixerit, ut præter Tribunatū,quē anno postquam Crassus gessit,& censuram quam nemo utiq; Scæuolarū petiit:omnes cum Crasso gesserit magistratus. Tertium uero & ipsum augurem dictum , qui peritissimus iuris, idemq; percomis est habitus aliquanto post Scęuolā pontificem.Verum hic de Qu. Mutio Scæuola pontifice intelligendum arbitror, qui in libro primo Ciceronis de oratore disputat,quique iurisconsultorū disertissimus est habitus.Tametsi ipse in Scæuolis nullam admodum fuisse eloquentiam fateâtur.Hic uero post consulatum,Asiam pro consule rexit ea integritate & innocentia,ut prouincia decedenti, quædam festa totius Asiæ populi in eius honorem constituerint,quę Mutia dicerētur.Asconius, ut inde Cicero in tertia in Verrem actione inuidiosissimē dixerit,ut ad Rutii innocentiā referatur. Hic deniq; cū partes fouēret Syllanas à.C. Marii filio in uestibulo ædis Vestæ occisus est. Florus.De hoc,opinor, intellexit Cice. in epistola didascalica ad Q.fratrem his uerbis.Nam Græci sic te uiuentem intuebuntur,ut quendam ex annalium memoria, ut etiam de cælo diuinum hominem esse in prouinciā delapsum putēt.Pomponius quoq; de origine iuris primum hunc ius ciuile constituisse tradit,generatim in libros decem & octo redigendo Cuius postea fuēre discipuli sanè quàm multi celebres,Aquilius, Gallus,Lucilius,Balbus,Seruii Sulpitii præceptor.Illud uelim diligētem admonuisse lectorem in Pompo.si Ciceroni poti9 credas, ea in parte ubi de iurisconsultis agit,magnū errorem deprehendi memoriolæ.scilicet ubi L.Crassū nominat,quē Cic.P.prænomine in lib. de claris oratorib9

IO.BE.V.

Nota Scęuolarū stemma

Q.M.Scæuola pōt.

Mutia festa.

Equidem non desinam tua decreta defendere , sed nosti consuetudinem hominum. Scis quàm grauiter inimici illi ipsi Q. Scæuolæ fuerint , tibi tamen sum author, vt quibus rebus possis , eū tibi ordinem, aut reconcilies , aut mitiges.Id & si difficile est,tamen mihi videtur esse prudentiæ tuæ.

Ex uetustiori.

Facis tu quidem abundantia quadā amoris in me tui.Si hoc tempore omni,quo disiuncti fuimus , & unà,& Romæ fuissem9.Cū exercitu obtinēre,uictoriæ,ut debeo,lętor. Nostram uicem ultus est ipse se.Nō tā magna mercede q̃ ego maximo dolore cognoram.Et rescribam tibi ad ea quæ quæris. Certiorem te per literas scribis esse factum. Hic alteri9 est principium epistolæ.Cum Cæsare & Appio esse in gratia &c. Aut occulta nōnullorum odia aut obscuriora in me studia cernebam. Tota uero (fateor quidem interrogatio mea nihil habuit. Quin etiā Marcellino & Philippo consulibus . Vbi multa de mea sententia quęstus est Cęsari.Et cum tamē Pōpeius ad me cum mandatis Bibulum misisset. Cæterorum hominū quos iam debes suspicari. Sed multo illud magis,quod inimicū,meum autem,meum? immo uero legum . Summam feci cogitationē mearum omnium rerū.Et nonnullis aliis accedisse scimus.Tenebam memoria nobis consulibus ea fundamenta iacta ex Calēdis Ianuariis . Et si accusandi sunt,si qui pertimuerunt,reprehendendi etiam magis,si qui timere se simularunt.Declarariq; maluerim,quanta ui esse potuissem cōsensu bonorum, si hi pro me stante pugna non reliquissent. Alii codices,pugna non restitissent.Recreatis enim bonis uiris cōsulatu meo,alii codices habēt cōsulatu eo,nō nulli cōsulatu tuo.Qui cū Tribunus plebis Lē.pœnas à seditioso ciue per bonos uiros iudicio persequi uellet. Et egregia cū animi alacritate astuerint. Aut quidē etiā suspicabantur. Quibus ornē Cæsarem,qua si disciderim pristina causa.Non offendes eundem bonorum sensum Lentule quē reliquisti, qui confirmatus consulatu nostro, nunq̃ postea interruptus,afflictus recreatus abs te totus est . Nunc ab iis à quibus tuendus fuerat , derelictus senatus. Cumq; eum nec persuadendo nec rogando, nec co

gendo

gēdo regi posse uidisset.Ne remp. implicatus tenērem.Tū memorandus uideretur,tametsi possum,licet absenti.In quo possem eorum animos non mediocriter lacessitus,leuiter repūngere.Habes de Vatinio,cognosce nunc de Crasso.Sed cum disputantem & non lacessantem lacessisset. Quamobrem, ut paulo ante proposui, si essent omnia mihi solutissima,tū in republica alius nō essē,ac nunc sum. Quæ maxīe cum mihi,tum multum etiam reipu.rōnibus putem conducere Itaq; eius causa, omni etiam gratia,quæ summa est,& opibus quas intelligis esse maximas,sic fruor,ut meis.

QVod rogas,ut mea tibi scripta mittā &c. Alterius epistolæ principium,quod non displicet, cum quod ea,quę præcedunt,finem ostendere uidētur, tum uero,quod hæc incipienti epistolę similia uerba continent.Sed librorū uetustas in hoc fidem p̄stare potest, à quibus haud satis tuto dissentiēdūm arbitror.Sunt enim testes & erunt sempiterni meritorum erga me tuorum meæq; pietatis in te. Ea ut ante mihi curæ sunt,meq; nolim admoneri, rogari uero sine magno dolore uix possum . Sed acturum esse cum collega,tibiq; successurum. Lege cornelia imperium habiturū,quod in urbem introisset. Sūt etiam qui si discedas.Facilitate autem quod uellē, quod consequi potuisses,nec eius ordinis quem sēper ornasti,rem aut uolūtatem offenderes, & quod equidē nō desinā etiā tua decreta defēdere.Id etiā si difficile est tū mihi uidet interesse prudētiæ tuæ.

M.T.C.Lu.Valério Iurisconsulto. S. D.Epist.10.

Iocatoria.

CVr enim tibi hoc non gratíficer , néscio , præsertim cum his tempóribus audácia pro sapiētia líceat vti. Lĕntulo nostro egi per líteras tuo nŏmine grátias diligentèr:sed tu velim dĕsinas iam nostris líteris vti, & nos aliquandò reuîsas, & ibi malis esse, vbi áliquo número sis, quàm istic, vbi solus săpere videâre : quamquàm qui istinc nunc véniunt, partìm te superbū esse dicunt, quòd nihil respóndeas, partìm contumeliósum, q̄ malè respōdeas. Sed iam cúpio tecum coràm iocâri. Quarè fac,vt quam primùm vénias,neque in Appúliam tuam accêdas , vt possimus saluum te venisse gaudêre.Nam illò si uĕneris tanquàm Vlysses cognôsces tuórum nĕminem. Vale.

fuisse scribit.Qui frater fuerit P.Scęuolæ.Q.Scęuolæ auguris patris.Tū hūc consultorū disertissimū putet à Cicerone dictum,cū nō P.Scæuolam Cicero dicat iuriscōsultorū disertissimū.sed Qu. hūc Mutium Scæuolam, de quo hac in epistolæ parte,quo longè melius ex monimentis Ciceronianis agnoscas.Fuēre igitur,ut ad sūmam rem totam breui colligam,Scæuolę duo. publiorum prænominibus prædictus pontifex maximus & cōsularis. Qui P. Crassum & Qu.Mutium filios reliquit. Crassum Mutianum dictum.P.uero Scęuolam.Qu.Scæuolæ patrem fuisse . Cum uero is in suo proconsulatu publicanorum offendisset ordinem, qui potentissim9 erat negocium illi postea reuerso exhibuere non minimum.quod & hoc in loco tangens ab exemplo admonet Lētulum,ut publicanorum ordini sese omnino reconciliet.

Scæuolæ

EQVIDEM,id est ego quidem, quantùm ad me áttinet , non désinam defendere decreta tua , scilicet quæ contra eos decreuisti, sed nosti consuetudinem hominum.scis quam.i.quantum grauiter illi ipsi fuerīt inimici Q.Scæuolæ.Tamen,id est tametsi æquè contra eos iudicasti,ego sum author id est , cōsiliator & admonitor, ut aut reconcilies aut mitiges tibi eum ordinem scilicet publicanorum,quibus,aut si quibus, id est aliquibus rebus possis.Id,& si est difficile, quia turpe est decreta,præsertim iusta reuocare,tamen uidetur mihi esse prudentiæ tuæ scilicet ut possis id honestè efficere inuento bono medio.

ASCEN.

Author.

HVBER.

CVr enim Hæc epistola non scribitur ad.P.Lē. ad quem superiôres,sed ad L.Valérium , qui se iurisconsultum profitebâtur , & appellâri gaudēbat.Itaquè in hac epístola eum irrîdet Cice.& deindè hortâtur, ut tandèm Romam reuertâtur,ne tòties líteras ab amícis expêctet,& malit esse Romę,ubi multi alii sunt iuriscōsulti,quàm in Cilícia ubi solus săpere uideâtur.Deindè quanuis cum eo iocâri uideâtur,tamen eum arrogántiæ carpit.Cur enim, quidā dicunt deesse princípium huic epístolę, quia enim partícula non conuéniat princípio oratiónis , sed non aduertunt principium epistolæ iunctum esse cum fine tituli epistolę nam cū dicit.M.T.C.S.D.L.Valerio iuriscōsulto subdit.Cur enim tibi hoc non gra.ne. hoc est néscio,cur in hoc tibi non morem geram , ut te iuriscon. appellem.Gratíficer.gratum fáciam,quia scio te hoc nomine delectâri.Audácia, quia hic Valérius usurpat sibi nomē iurisconsulti,cum tamen habēret paruam cognitiónem legum,ut ipse Cice.libro tértio ad Appium.L. Vale.iuriscon.ualdè tibi commendo.etiam si non est iurisconsul.melius enim ei cauēre nolo,q̃ ipse aliis solet. erat autem hic.L.Vale.in Cilícia apud Lentu.ibique māsit post discessum Lĕntu.cum Appío,qui ei succĕsserat, ut ex prædictis uerbis Cice.facilè cognŏscitur. Pro sapiéntia,sicut tu ŭteris.Egi grátias,dixi grátias. Tuo nŏmine,tuis uerbis, tuâ(ut dicam) parte, quia benè mĕritus erat Lĕntu.de hoc Valério.Dĕsinas,cesses,omittas , Vti nostris líteris,uel quas ad te scribo, uel ad álios pro te. Aliquandò,tandèm.Reuîsas reuídeas,ad uidendum uénias.Malis potiùs uelis.Ibi, Romę. Aliquo número, simĭlium tui,& eorum,qui sunt legum perĭti.Solus,quia es inter bărbaros & imperĭtos.Quamquàm,nunc.Cice. licet uidêtur iocâri , tamen seriò carpit eum.Istic , ubi tu es,nam hic signíficat locum præsentem ei,qui lóquitur.Istic, ad eum, qui áudit.Illic locum signíficat absentem ab utròq;.eodem modo signíficant pronŏmina, hic,iste,ille,& rĕliqua ómnia aduérbia ab eis deducta quemcunque motum signíficent.Partim ordo est,quàm qui istinc uéniunt,subaudi eorum.Partìm dicunt.i.pars dicit,ut declârat A.Gel.& probat exemplis. Superbum, elâtum,arrogantem.Quòd nihil respóndeas,superbórum enim est salutántibus,aut peténtibus non respondêre.Contumeliôsum,iniuriôsum.Malè,inhumanè,cum contumélia. Sed iam ne aduertat hæc seriò dicta,statim íntulit sed iam.Coram,uerbis,Quare,conclúsio.Fac,modus hortandi potiùs,q̃ imperandi. Quam-

Morem gerere est obsequi

Hic Istic Illic

Ordo

primùm

Quamprimum — Cumprimum — Appulia — Iapygia — Vlysses necatus a filio — Nemo — Nullus

primũ una est dictio compòsita,& significat ualdè citò. Quamprimùm uero duæ partes sunt, necesseque est eis adiungere duo uerba,ut est illud Vergilianum. Quamprimũ pasti repetè præsepia tauri. Si qua tui Corydonis habet te cura,uenito. Appuliam tuam, uel unde hic esset oriundus, uel in qua ille diutius cum aliqua gratia fuisset. Est autem Appúlia prouíncia Itáliæ mari Adriático contérmina,quæ & Iapygia dicta est ab Iapyge Dædali filio,qui eam regiónem ténuit usque ad Dauniam. Saluum incolumen scilicèt te uenisse hùc non in Appúliam. Illò, illuc. Tanquam Vlys. qui post longos maris errôres cum domum redisset tam a suis non cognoscebâtur,quàm eos non cognoscêbat,ita quòd a Thelógono filio,quem ex Circe suscéperat, per imprudéntiam est interemptus. Soli tamen canes,teste Homéro, caudárum adulatióne aduentum dómini excepêrunt. Néminem,nullum & elegantèr díctio negatiua locâtur in fine oratiónis,nullus autem generalitèr ad ómnia refertur, ut nullus homo,nullus ager,nullus lapis. Nemo uero tantum ad hómines,licet Virgi. dixit. Turne quod optanti diuûm promittere nemo Audêret. Nemo enim impropriè pro nullus pósuit,cum de deis loquerêtur,quod poetæ concêditur,oratóri nullo modo,

Vltimæ epistolæ argumentum.

IO.BE.V.

VALERIVM iurisconsultum irrìdens, hortâtur ad domum reuisendã,& suos, ne solus ibi esse uelit,ubi sápiens,inter insipientes uideâtur. Futûrum autem id planè testatur,ut cum domum reuiserit,propter tam longam absentiam agnoscat nèminem. Nihil respondeas,hoc peculiare iurisconsultorum est uerbum. ut dicantur iis respondêre,qui eos consuluerint. Vnde est illud apud Pomponium de origine iuris, quòd ante tempora Augusti ius non dabâtur a principibus publicè respondendi,sed qui fidùciam studiôrum suôrum habêbant, consulentibus respondêbant,neque responsa ùtique signâta dabant. sed plerũque iudìcibus ipsis scribêbant. primus hoc Augustus cauit,ut ex authoritâte sua respondêrent,quo maior uiri authòritas accèderet: sed Adriânus imperator,cum uiri prętôrii pèterent,ut sibi licêret respondêre,rescripsit,hoc non peti,sed præstâri solêre. & ideo siquis fiduciam sui habêret,non se id prohibitûrum,quò minus pòpulo respondêret. Concessum hoc est Massùrio dènique Sabîno a Tibèrio prìncipe,qui grandis natu quinquagenarius uidèlicet in equestrem òrdinem receptus est propter scientiæ opinionem.

ASCEN. — Ordo.

CVR enim & cætera. Ex hac epistola potissimùm conuincitur salutatiônem esse de integritáte epistolæ,ad eam enim réspicit princípium eius. Nam quia Valérium quendam arrogãtem hóminem per iocum díxerat iurisconsultum,salutando sic. Valério iurisconsulto. addit quasi dicat dixi iurisconsulto. néscio enim, cur non gratificer,id est in gratiam tuam fáciam,aut dicam hoc,id est,te iurisconsultum saltèm,præsertìm cum líceat uti his tempóribus id est,tam corruptis,audácia pro sapiéntia. Ego egi diligenter Lentu. nostro scilicèt amico grátias. Tuo nómine id est,pro te,per líteras,sed uelim ut supple tu désinas iam uti líteris nostris,& reuisas id est,iterùm uisum uénias nos, aliquandò .i. tandèm, & malis esse ibi scilicèt Romæ,ubi sis aliquo número,id est précio,quia hómines níhili non numerantur,quàm istic scilicèt in prouíncia,ubi nunc es,ubi uideâre solus sápere. quamquàm id est,tametsi. sup. ii, qui uéniunt istinc id est,ab eo loco,ubi es,dicunt partìm te esse superbum,quôd nihil respóndeas,partìm contumeliôsum id est inferre multas cõtumélias, quòd respóndeas malè. Sed ego cúpio iam iocâri tecum corã, id est in præsẽtia. quare fac,ut uénias quamprimùm id est, ualde citò neque accêdas in Appúliam tuam scilicèt pátriam, ut possimus gaudêre te uenisse saluum. Nam si uéneris illò id est in Appúliam néminem tuórum cognosces,tanquàm scilicèt esses Vlysses,qui post decennále bellum,& plúrium annórum errórem ad suos reuersus,& a nèmine ágnitus,tandèm a Thelógono filio est interfectus. Dixi plúrium annórum errôrem. Nam si Thelógonum, a quo interfectus est,ex Circe sustúlerat necessè est plus quàm decem annórum illi demus errórem, aut dicâmus longè post réditum ab illo interfectum. Licèt autèm a némine est cógnitus,néminemque cognósceret,canes tamèn,teste Home. caudârum adulatióne aduentum dómini excepérunt, quos longæuos fuisse necesse est,si dóminum agnouérunt.

Vlysses filio interfectus:

PETRI VICTO. CASTI.

CVR enim tibi hoc. n. g. n. Iam accuratè olim de hac re disputàuimus,totque argumentis sententiam nostram confirmàuimus,ut nihil nũc àddere possímus, neque etiã necessarium esse existimêmus. Nam quod putant nonnùlli,se exemplis iis (quibus declarârunt aliarum quoque epistolarũ initia ex titulis pendêre) quod uolunt comprobasse,nullam uim habet: neque enim nos id negâmus: Sed quod tunc docuimus, sententiam illam frigidam esse arbitrâmur. nunquam autem nobis obscurum fuit,quosdam sensus in principiis epistolarum ex titulis pendêre,nam ille etiam huiuscemodi est.

Finis Libri Primi.

PETRI VICTO. CASTI.

CVRIVS M. CICERONI SVO SAL. S.V.B. sum enim χρήσει μὲν tuus: κτήσει δὲ Attici nostri. Illud denique suspicionem nobis hanc mouit, quòd totam epistolam ante ad èxitum peruenisse uidêmus,quàm aliquid epistola dignum in expòsitum sit aliud dènique est,quod hic desiderâmus,& quod facit, ut non paruam partem ipsius amissam esse credâmus.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER SECVNDVS.

excusatoria, gratulatoria, hortatoria.

M.T.C. C.Curiôni. S.D. Epist. I.

QVanquàm me nómine negligéntiæ suspectum tibi esse dóleo, tamèn non tam mihi molestum fuit, accusâri abs te

HVBER. — Curio.

QVanq̃ me nomíe. Hic Curio ad quem nunc Cicero scribit. Auum, & patrem egrégios oratóres hábuit,& ipse in dicendi facultáte clarísimus, quod inter fortúnæ exempla annumerâri potest,hic posterior in initiis dissensiónum Pompeii,& Cæsa. tribúnus elect9 est pópulo acceptissimus. Cæsaris inimicissimus,addicẽdum paratissimus,quem posteà plùrimo ære aliéno oppressum,ut pro se âgeret Cæsa. facilè adêgit, author Appia. lib. II. Ante uero hęc témpora, cũ adhùc penè adolescens magistrátum gereret in Asia, per líteras accusauit Cic. negligéntiæ conquêrens, ꝙ ab eo nihil literârũ accíperet,ad quem Cicero respondet huiuscèmodi accusatiónẽ præ se ferre quẽdã amôrem,cũ ostendat se desyderâre officiũ Cic. inscribendo. Excûsat tñ se Cic. ꝙ non fúerit négligens,sed plures ad eũ lr̃as scrípserit,q̃ ab eo accéperit. Promittiq; se posthac sæpius scriptûrum. Deindè ostendit in q̃ta expectatióne sit ipse Cúrio,hortâturq; eum,ut spem de se susceptã sustíneat,& tueâtur,& ita se gerat, ut aliquandò cõsolatióni esse posit senectuti ipsius Cic. cuius p̃ceptis optimè fúerat institûtus. Quanquàm sensus est,licet dóleam, quod hábeas me suspectum negligéntiæ,cum quæreris,quòd nihil literârum ad te scrípserim, tamèn non tam molestè tuli, quòd accuses officium meum in scribendo prætermissum,quàm fuit mihi iucundum, quod ipsum re quæsiueris,& desyderáueris.

Sensus.

PHI.

QVanq̃ me. Appia. in Romãna histôria diligentissimus, Curiônem,de quo nunc ágimus,singulári eloquentia,graui cõsilio,& magno ánimo fuisse ostendit lib. secun. de bello ciuíli,& dissentiéntibus Cæ.& Põ. eũ in Senátu tribunũ ple. fuisse commémorat, & grauíssimas ante bellum ciuile cũ Cæsa. inimicítias habuisse. Exorto inde paucis post tempóribus inter Cæ.& Põ. bello ciuili,mutato cõsilio partes Cæ. secûtus est,& in Libyam missus a Cæ. cõtra Varũ,& Iubã Imperátor appellari uoluit,& pugnans apud Bragadam fluuiũ haud longe ab Vtica interfectus est, & ipsi caput abscissum,& Iubæ delâtum. Hic est,de quo méminit Hieronymus his uerbis,Curio promptus, & populáris orator Romę habêtur insignis,qui deincèps in Africa pudôre amissi exércitus mori máluit q̃ euádere. Et item Tranquil. in uita Cæ. Hunc autem mira quadã necessitúdine Cice. coniunctum fuisse, uel ex eorũ líteris facilè póssumus intuêri. Is adhuc admodùm adolescens quæstûram gerêbat in Asia,& per líteras conquæstus est,quantùm coniectúra collígimus,Cice. nimis inscribendo negligentem esse,nihilq; ad eũ literárum dare,tunc has ad eum literas scribendas putâuit,quibus duo compléctitur,in primis purgat obiecta,demonstrans se non esse in scribendo negligentẽ,inde ad tutandam opiniónẽ summæ uirtútis de se concitâtã, Curiónẽ uehementèr hortãt. Et quoniã,ut diximus quæstóres erãt in Asia,primo quid sit quęstura docébimus. A quęrenda pecunia publica,maleficiisq; indagandis,quæstôres dicti sunt. Duo primùm, inde plures tã ex plebe,q̃ ex gente patrítia constitûti sunt. Horũ autem triplex est genus,& qui público ærário, quos ætáte nr̃a camerários,siue camerlengos uulgus appellat,& qui maleficiis,dandisq; iudiciis p̃sunt,quos maleficiôrum iúdices hodiè nuncupâmus, & qui militiæ,senaschali exercitus uulgò nominantur. Est profecto antiquíssima huius magistratus origo adeo ꝙ multi a Romuli, & Numæ tp̃ibus institûtũ exístiment. Verũ ego ante Tullum Hostílium quæstôres fuisse non inuénio,qui fuit tértius a Rómulo. Gerendorũ præterea bonorum,dicendęq; in senatu sententiæ principium quæsturam fuisse comperio. Quãq̃ me nomine negligentiæ suspectũ tibi esse doleo. Tametsi dolori mihi est,ꝙ in scribendo ad teipsum,tu me suspicâris negligentem esse. Quãq̃,& aliis eiusdẽ significantiæ dictionibus,ut tametsi,& si cũ indicatiuo semper in principiis orationũ,ita uti debêmus, ut non modo Ciceronem, sed alios oẽs usos fuisse cõspicimus. In rhetoricis. n. sic habet. Etsi negociis familiaribus impediti uix satis ocii studio suppeditâre pòssumus. Et in officiis. Quanq̃ te Marce fili annũ iã audientem Cratippũ,idq; Athenis,abundare oportet. Et Teren. Quàm hæc inter nos nup̃ notitia admodũ est. Nolim tñ existimes quin etiam in aliis uerborũ modis interdum possis has dictiones appònere. Nam principiis orationum exceptis,quę sibi loca peculiariter ascíscunt,cum aliis modis uti pòssumus,ut Plinius ad Cornelium Priscum. Dedit. n. mihi q̃tum maximè potuit, daturus amplius si potuisset. Tametsi,quid homini dari posset maius, q̃ gloria,laus &, æternitas? Eiusdẽ etiam significationis sunt. licet,& quanuis,sed non eiusdẽ naturę, quoniã in oĩbus locis tã cũ indicatiuo,q̃ cũ subiunctiuo indifferenter coniungi possunt. Noĩe,appellatione,ꝙ me negligentẽ appellas. Nomẽ alii quasi notamen per cõtionem dicunt,nos grecum putamus ab eo dictum,quod illi νέμω quod est tribuo appellatũ uolunt. Nulla est. n. res cui non sit nomen aliquod attribûtũ. Illumq; uerè sapientem esse credidérunt, qui potuit rebus oĩbus nomẽ ostẽdere. Oẽ autẽ,quod lòquimur nomẽ est,omnesq; partes orationis noĩa appellari possunt,cũ prima noĩs significantia rerũ omniũ appellatione uersetur. Sunt & aliæ complures noĩs species,inter quas prænomen,cognomen,& agnomen inuenimus,quæ sic inter se discrepant. Pręnomẽ quod antefertur nomini,& id aut una,aut duabus,aut tribus literis explicatur,ut P. Publius, duabus,ut. Cn. Cneus. tribus,ut Sex. Sextus. Id quidem a Sabinis & Romanis exortũ esse percusso fœdere inter eos manifestũ est. Sabini enĩ Romanorũ noĩa suis noĩbus anteferre cœpérunt,eodem mõ Romani Sabinorũ suis, ut maiori b̃nuolẽtia iungerentur. Cognomen maiorũ est a sanguine uel familia deriuâtũ,ut Iulius a Iulio Ascanio. Cornelius a

Questura — Quæstor — Camerarius — Camerlengo — Quanq̃ — Ordo — Etsi — Tametsi — Quanuis — Licet — Nomen — Prænomẽ — Cognomẽ

Universidad de Deusto Biblioteca

Agnomen Corneliorũ familia appellatur.Agnomen tribus modis accipitur,a Fortuna ut Africanus,a Corpore,ut Craſ
Tamen ſus ab Animo,ut Pius Aeneas,& Tarquinius Superbus.Tamen . Senſus eſt,non tantum moleſte tuli, ꝙ tu me
negligẽtiæ accuſabas,q̃tũ profectò lætatus ſum,ꝙ dum me ita accuſabas, meũ ſcribendi ad te officiũ require-
bas.Solent plerĩq; poſt huiuſmodi dictiones,quãq̃ tametſi,quanuis,licet,& ſi adiungere nihilominus pro tñ,
barbarè faciũt nõ latinè, exigũt enĩ iſtæ dictiones,ut in oppoſitũ ipſarũ locetur tamen.Interdum etiã ſine illis
apponimus tamen,& tunc, aut præintelligimus quanquã.aut idem ſignificat,quod uerũ,& ſed cũ relatiuo cõ-
iunctum,ut ſi ſic dicas.Curio uir fuit eloquentiſsimus,cui tamen in eloquentia Cic.antepônas, quod eſt idẽ
ſi dixeris,uir fuit eloquentiſsimus Curio,ſed cui Ciceronem anteferendum putas.Hæc duo,ſed tamen,aut,at
& tamen,elegantia aliquantulum differunt,latinitate non differunt,& cũ alterũ eorũ ſufficeret,coniungunt,
Sed tamẽ ut Nil mihi reſcribas,attamen ipſe ueni.Et Cicero.Sed tamen dulcẽ,& optatũ amorẽ tuum.& ab eo quod an-
Attamen tiqui dicebant tamen idẽ dictum eſt & tandem,& tñ.Accuſâri,dicãt,quod uolunt alii,nos accuſare dicimus tã
Accuſo in redarguendis,reprehendendisq; uitiis,q̃ in deferendis criminibus iùdici,uel cenſôri , aliisq; quibuſcunq;.
Incuſo Incuſare uero in redarguendis moribus,adhibita quadam quærela ſine relatione ad iudices,& utroque ſic ad
omne genus indifferenter utimur. Terent.Quid me incuſas Clitipho?Et idem.Quam ob cauſam accuſet , ne-
A ab abs ſcio.Virgi.Talibus incuſat.Incuſo te iudici non dicimus,ſed accuſo te iudici.Abs te.Has tres ablatiuas præpo
ſitiones a,ab,abs.ſic cum literis collocamus.Abs cum te, ut abs te,& abs Tullio accepimus: Aliquando cum
qui,ut Terent. Abs quiuis homine beneficium accipere gratum eſt.ab uero cum duabus liquidis , ut ab Ro-
Numa mulo Roma nomen accêpit,& ab legibus Numa appellatus , cum omnibus pręterea dictionibus incipienti-
Vnde bus a uocali,ut ab Olympo Olympiadas dixerunt,cum iota conſono,ut ab Ioue principium. A uero cum cæ-
teris iungitur,ut a Sublica pons Sublicius dictus eſt.

ASCEN. QVanq̃ me nõie negligéntiæ &c.Hæc epíſtola prima ſecundi huius libri,ut multæ álię ſcríbitur ad Cu-
riõnem adoleſcentem magnæ ſpei,nã ad eloquẽtiã uidebâtur natus, & patrẽ,atq; auum oratóres p̃-
cláros ęquatũrus,quem tñ uernáli lingua Lucánus cécinit,ꝙ cũ in tribunátu, quẽ geſsit in princípio
diſſenſiónis Cæſaris,& Põpeii a ſenátu,grauis eſſet Cęſaris oppugnátor,poſteà in princípio belli ciuílis,quod
cõtra Põpeiũ ſuſcêpit,grandi pecúnia corruptus,eiuſdem factus eſt defẽſor.ſæua quidẽ mercéde, nã in Africa
ad Brágadã cõtra Varũ,& Iubã tanq̃ imperátor pugnãs ,p Cæſare,cẽcidit,eiuſq; caput ad Iubã allâtũ eſt.Nunc
aũt ad eũ ſcribit Cice.cũ adhùc quæſtũrã in Aſia géreret lõgè ante bellũ ciuíle,reſpondens epíſtolæ, quæ tardi-
tátis argũerat,ſignĩficansq; illã accuſatiónem ſibi non moleſtã,eo ꝙ ex amóre ſit profecta , tametſi immẽritã.
Ordo Deindè ad uirtũtẽ cohortâtur.Ordo eſt,q̃q̃.i.tametſi o Cúrio ego dóleo me eſſe ſuſpectum tibi,noĩe.i.ratió-
ne,aut p̃textu negligéntiæ,quia nõ ſcrípſerim ad te,tamèn non tam.i.non tantópere moleſtũ fuit mihi.

officium meum,quàm iucundum requi-ri,præſertìm cùm in quo accuſâbar, culpâ vacârem : in quo autem deſyderâre te ſignificâbas meas líteras , præ te fers perſpectum mihi quidèm , ſed tamèn dulcem , & optâtum amórem tuum. Equidèm nẽminem prætermiſi , quem quidèm ad te peruentûrum putârem ,

HVBER. ❧OFFICIVM,debitũ meũ,quod pro amicitia tibi pręſtare debeo ſæpe ſcribendo.Accuſari.reprehendi, ꝙ intermittatur.Requiri.deſyderari a te.Præſertim,probatio ſuperioris præpoſitionis. Cum uacarẽ.cũ carerẽ , & uacuus eſſem.In quo accuſabar.i.in eo , in quo accuſabar,hoc eſt in negligentia,quia nulla in me fuit. Significans,demonſtrans.Præ te fers,oſtendis , apertè iudicas, Perſpectum,cognitum.Sed tamen.q.d.licet cognoſcam me a te amari , tamen mihi dulce eſt,& optabile , ut iſtũ tuum amorem ita mihi teſtificeris exigendo à me literas,& ſcribendo officium.Equidem, incipit excuſare dicens ſe nèminem p̃termiſiſſe,quem putâret ad curionẽ uentũrum,cui literas ad eum non dèderit.

PHI. ❧IVCVNDVM, nullã ponas differentiã , ſiue iocũdũ,
Iocundũ ſiue iucundũ dicas,nã o.&.u.affinitate iunguntur ſine diſcrimine,& quodcũq; uoluptatẽ nobis,atq; lætitiã af-
Iucũdum fert,iocũdũ appellâmus.Errãt qui pro lætis iocundos uocant:Poteſt & Therſites,triſtis,infelix,& ſtultus meo
Lætus Thomæ iocundus eſſe,qñ ex eius infelicitate,& inſania capit uoluptatẽ.Tam,& q̃.non tantum ſuperlatiuis iũ-
Tanq̃ gi poſſunt,ut Terent.q̃ minima ſpe ſi tuus erit,tã maximè patris parem in leges conficiet ſuas , quantũ etiam
Speciali- comparatiuis,& poſitiuis ut Vergi. Tam magis illa tremẽs & triſtibus effera flãmis.Quã magis effuſæ crude-
ter ſcũt ſanguĩe pugnę poſitiuis uero hoc loco.Præſertim,p̃cipuè. Caue dicas ſpecialiter pro p̃ſertim , aliud eſt e-
Pręſertim nim ſpecialiter,aliud pręſertim,& præcipuè,& ſi nunc pònitur,ut quod dictum eſt còmprobet . Accuſâbar,
Præcipue Accuſabatur.n.negligentiæ ſcribendi,At Cicero dicit ſe fuiſſe diligẽtiſsimum, & complũres ad eum literas mi-
Culpa ſiſſe,unde mèritò ſe uacare culpa.Eſt autem culpa error,nec uelim intelligas culpam pro defectu,in qua mul-
Defectus ti errant.nã Defectus a deficiendo appellatur,qñ deeſt,& dèficit, ut deficiunt libri.ergo defectu librorũ lite-
ris operam dare non poſſum.Iuuenalis.Quod nil ſalit Arcadico iuueni culpa docentis.ſ.arguitur , ꝙ neſciuit
ipſum docêre,aut neglẽxit,non autem defectus argũitur ꝙ defũerit.Nam pręſto fuit,& non docuit.Tũc defe-
Careo cul ctus arguerêtur docentis quando defuiſſet.Vacârem,latinius,ac elegantius,quàm ſi dixiſſet,culpa carerẽ,n õ
pa enim propriè,dicimus,careo culpa,careo detrimento. tametſi Horati.dicat in epiſtolis,Stultitia caruiſſe , &
Cice.Miſinũ pręter culpã,ac peccatum,qua ſemper caruiſti,& carebis.Eſt enim propriè carêre,quibus indigẽ-
Vacat mus.Cicero in Tuſculanis quæſtionibus.Satiatis uero,& expletis iucundius eſt carẽre,q̃ frui, quãq̃ non caret
is,qui non deſyderat.Alias uacâre quãdo datiuo iùngimus,ſignificat operam dare,ut literis uacamus . Econ-
Deſyderõ trariò cũ a præpoſitionem ablatiuo iungimus,ut a literis uacamus,ceſſare ſignificat.Interdum uacet , imper-
ſonaliter dicimus pro placẽre,aut tempus uacuum eſſe.Virgi.Et uacet annales noſtrorum audire laborũ.De-
Præ me fe ſyderare.de re abſenti,& futura,a ſydere deductum.Vnde apud Liuiũ legimus.Deſyderata fũt decẽ millia ho-
ro minũ.i.defuerunt.Præ te fers.demõſtras,præ me fero dicimus.præ te fers.præ ſe fert , & præ ſe ferunt.In prima
Equidem uero ac ſecunda perſona multitudinis nunquam audiuimus,neq; legimus.Perſpectum,antea cognitũ multis
in rebus.Equidem,excuſationis initiũ quã diligens fuerit in ſcribẽdo demonſtrat,dicitq; nèminem p̃termiſiſ-
ſe,ad Curionem iturum putâret,quin per eum literas perferendas curâret . Equidem apud Virgilium non ni-
ſi cum prima perſona iungitur,ut Equidem per littora certos dimittam , & Haud equidẽ tali me dignor ho-
nore.

nore.Apud alios authores indifferenter legimus cũ omni perſona poſitũ. Perſius.Per me equidem ſint omnia
prõtinus alba,& Cicero multis in locis idem facit.Neminem , in utroq; gñe uſi ſunt uèteres.Terent.Vnũ hoc Nemo
ſcio neminem hĩc peperiſſe.Siquidem hanc diſtinctionẽ in fine clauſulæ locâre uolẽmus,ornatè dicẽmus.Ci.
illò ſi uèneris tanq̃ Vlyſſes cognoſces tuorũ neminẽ.Prętermiſi.prætermittere eſt negligentia, ſiue ignorantia Prætermit-
officium ſuũ non facere.Cic.Quod a Panætio prætermiſſum eſſe miror.Omittere eſt omnino relinquere.Te- to
ren.Omitte mulierem.& Horat.aut ſpem depõnas,aut partem illius omĩttas.Remìttere , quaſi ſuſpèndere eſt Omitto
& per aliquot tempora non exercêre.Intermittere uero ex aliqua uocatiõe ab opere ceſſâre,ut Cicero.in Tu- Remitto
ſculanis,Retuli me Brute te hortante maximè ad ea ſtudia, quæ retenta ànimo, remiſſa temporibus,longo in- Intermit-
teruallo intermiſſa reuocari. to
❧OFFICIVM meum accuſâri,id eſt culpâri nómine negligéntiæ abs te,q̃.i.quantũ, aut quantò periucundũ ASCEN. Or
fuit ſupple officium meum requĩri,id eſt éxigi abs te,præſertìm ꝙ uacârem,id eſt uácuus eſſem.culpâ ſup.ei⁹
aut in eo,quo accuſâbar.Autem,id eſt ſed in quo.i.in eo,ꝙ ſignificâbas te deſyderâre líteras meas,præ te fers,
id eſt indíciis manifeſtis oſtendis, amórem tuum ſup.in me.quidem.i.certè,perſpectum.i.ãgnitum mihi , ſed
tamèn.i.nihilõminùs,dulcem,& optâtum.Quidèm.i.certè,aut ego quidèm.i.certè néminem prætermiſi,qui-
dèm id eſt ne méntiar,dico nẽminem,quem putârem peruentũrum ad te.

cui líteras non dẽderim . Etenìm quis eſt tam in ſcribẽdo ĩnpiger, quàm ego? A te vero bis , ter ve ad ſummum , & eas perbreueis accêpi . Quarè ſi iníquus es in me iudex, condemnâbo eodem e-go te crímine,ſin me id fácere noles , te mihi æquum præbêre debêbis. Sed de líteris hactenùs, non enim véreor , ne nõ ſcribendo te éxpleam , præſertìm ſi in eo génere ſtúdium meum non aſpernãbere . Ego te abfuiſſe tandiù a nobis

❧CVI líteras non déderim,ad te p̃ferendas.Is enĩ,per HVBER.
quem literæ mittuntur,in datiuo frequentiſſimè póni- Do.indiffer
tur cum hoc uerbo do. Is ad quem mittuntur in accu-
ſatiuo cum præpoſitione ad,ut ducáli tabellário literas
ad te dedi,neq; eſt opus ãddere perferendas, aut áliud
ſímile,quia elegantiùs intellĩgitur,q̃ exprĩmit,etiam a-
pud Cic.miſi líteras ad te,& tibi per próprium tabellá-
rium.Tã ĩmpiger.i.tã promptus,& eſt liptote,minus e- Liptote fig
nim dicit & plus intélligit.A te uero.incipit accuſãre ip-
ſum Cice.quod rariùs ab eo líteras accẽperit q̃ ad ipſũ
dẽderit.Ad ſummũ.ꝙ dícimus ad plus.Et intereſt utrũ
ad ſummum dicas . Ad ſummùm enim rẽſpicit nũmeri
comprehenſiõnem, ut bis aut ter ad ſummùm te uidi, Ad ſũmũ
ad ſummã,orõnis antedictæ aut rei ante memorâtæ af- Ad ſũmã
fert cõcluſiónem.Sic Ci.Sõcratem,Ariſtõtelem,Demõ-
ſthenem ingénio doctrina,& dicendi elegántia ſuperâ-
uit.Ad ſummam uno Ci.dicendi facultáte nemo præſtã-
tior inuentus eſt.Tale eſt illud Iuue . Ad ſummam non
Máurus erat nec Sármata nec Thrax,Qui ſumpſit pennas,mediis ſed natus Athẽnis . Et eas , ornâtus eſt apud
Cic.poſt ſubſtantiuum ante adiectiuum ãddere hoc relatiuum.Is,ea,id,nulla tamẽ neceſſitáte niſi ornâtus cáu-
ſã.Vel etiam idem èadem idem.Quarè, cõcluſio ſuæ excuſationis,& accuſationis Curio.Iniquus, iniuſtus,qui
de me iniquè iùdices,falſoq; ſuſpicẽris me negligentem eſſe.Eodẽ cri.negligentiæ.Dícimus autẽ cõdẽno te cri- Condem-
mine & criminis.Sal.in Catil.Præter rerum capitalium cõdẽnatis,ùbi etiã notãdũ eſt præter iũctum cũ abltõ. no crimi-
Noles,nõ uoles.Id.ut te negligentiæ accũſem.Aequum.ne me inmèritò accũſes. Sed de li.quas quæreris a me ne & cri-
intermiſſas.Hactenus.ſit dictum.Non uèreor,non dubito.Ne èxpleam te.ne tibi ſatiſfaciã.Scribendo,ad te ſæ- minis.
pe.Non aſpernàbere,non faſtidies,non rèſpues.Studium meum,diligẽtiam ſcribendi.In eo ge.literarum,Ego Præter
artificioſe,incipit hortari ipſum Curionem.Tandiu tanto tempore,fuerat enim ferè duos annos in Aſia. iunctum
❧CVI literas non dederim,Qui fert literas in datiuo,ad quem p̃feruntur in accuſatiuo cum ad præpoſitiõe cum abltõ
pònimus.Criſpus,Vulturno literas ad Catilinam dat.Et qui fert,reddit.Ad quem feruntur,accipit.Scito eti- PHI.
am qui pro cui ueteres ſcriptitaſſe,& monoſyllabũ eſſe.Virgi.Cui pr̃ intactã dederat. Sed per diæreſim duarũ Qui ,p cui
ſyllabarum interdum apud poetas fieri,ut eſt illud.Ex ordine fulgens Cui dat nomen Sinopes, quod carmen
ſodaticum eſt,ex duobus ionicis a maiore,& tribus trocheis.Eodem modo huic,ut Statius. Falſus huic pen- Huic
nas,& cornua ſũmere terræ,A te uerõ.purgatis obiectis transfert culpam,ſiqua culpa eſt, in Curionem. Vero Vero
multis modis accipitur.Interdum cõſentientis aduerbium,alias confirmantis,aliquando cònuenit ironię, ut
Virg.Egregiam uero laudem,& ſpolia ampla refertis.Ad ſummum. ſpectat ad numerum,multi tamen ſummũ Ad ſũmũ
hic legunt nomen pro aduerbio,ut infandum,& Toruum,ut Nauibus infandum amiſſis,& toruum tuenti- Infandum
bus hircis . Sed non placet. Dicimus enim ad ſummum quando ad numerũ referimus,ut hoc loco,& alibi ,p Toruum
Milone.Vnus aut ad ſummum duo inimici ſunt,qui Milonis cãm non probârent.Et ad.L.Meſſenium,excepto
uno inquit,& ad ſummum altero.Quando uero ad ſummam dicimus,& in ſumma ad finem refèrimus alicu- Ad ſũmã
ius prædictæ matèriæ.Quintiliánus in còrpore proiẽcto.In ſumma non recẽdo.Et Iuue.Ad ſummã non Mau- In ſumma
rus erat,nec Sarmata nec Thrax.Qui ſumpſit pennas,mediis ſed natus Athenis.Etenim.i.nam eſt enim cauſalis Etenim
coniunctio.Perbreues.ualdè breues.Maiorem tñ uim habet incompoſitione præ q̃ per,nec cum oĩbus uoca- Præ,per.
libus indifferenter coniungi poſſunt.Nam præ quædam aſpernantur,quædam amant,& econtrario per,ut pre-
potens,præcelſus,prælâtus,non enim pèrpotens, percelſus,perlâtus dices . Item periucundus , pergrauis , per-
pulcher,perbreuis dicimus,præ autem iſta non admittunt.Accepi,accipere literas dìcimus,recipere literas nõ
dicimus,ſi Tullium uòlumus imitâri.At Pli.Ne quos recipere literas dicit frequentiſsimè.Quare.utriuſq; par-
tis querelarum concluſio. Iniquus iudex.ut me in ſcribendo negligẽtem exiſtimes.Eodem crìmine.eâdem ſu- Crimen
ſpitione negligentiæ.Nam nunc crimen pro ſuſpitione pònitur,ut Virgilius. Formidine crimen acceruat & ſẽ-
perq; odiis & crimine Drances Infenſus iuueni.In me.ut Quid meus Aeneas in te committere tantum.eſt enĩ In
in, tam in appoſitione q̃ in compoſitione dictio media,ut amor in te meus,hoc eſt erga te.& ſi iniquus in me
iudex,hoc eſt contra me.in compoſitione uero nunc intentionem habet,ut Teren.Quia me imitatum uidet,
& incuruum ſenem.Nunc diminutionem ut iniquum,non æquum.Inſanum non ſanum, ꝙ pro ualdè ſanum.
& magnum interdũ accìpimus,ut Perſius.Inſani dicta Catonis. Sin me id fàcere noles.ut negligentem dicam, Sin
Aequũ.appellando me in ſcribendo negligentem.Sin nunquam pònimus,niſi pręceſſerit ſi,ut Terent.Si illũ Si
relinquo,

Universidad de Deusto Biblioteca

relinquo,eius uitæ timeo,sin opitulor huius minas.Nec aliter differunt si & sin quã præcedentia.Errant, qui dicunt sin pro si non.Sed de literis hactenus,non modo poetis,sed oratoribus interdum dimittere uerbũ cõcessum est,quod pluribus in locis Cic.factitauit,ut de his alias pluribus.& nũc de literis hactenus.& ibi,hiccine est ille qui urbẽ,quem Senatus.Duobus uero modis accipitur Sed.aut discretiuè,ut non modo doctus,sed
Sed apprimè eruditus,& inceptiuè,ut Teren.Sed Pamphilũ uideo pro atq;.Hactenus.ex hac & tenus, quod signi-
Hactenus ficat finẽ,dictũ est,quã dictionem diuidit plerũq; thmesis, ut Virgi.Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta, quod prosa oratio non admittit,Non enim uereor tres plerũq; negationes idẽ significant quod duæ,quod sæ-
Vereor pissime Cic.facere consueuit.Huius uerbi natura est tã cũ negatione, quã siue negatiõe idẽ efficere,ut uereor
Dubito ne illum pater imprudentem opprimat,& uereor illũ pater imprudentem opprimat. Eiusdem naturæ sunt ti-
Timeo meo & metuo,quæ uerba differunt a uereri. hoc enĩ filiorũ,illa uero seruorũ esse dicimus.Expleã.reddã, satis
Metuo faciã,loquendi modus per translationem,& differt a satiari.Hoc ad immodestiam, illud ad modestiam perti-
Expleo net.Ci.queq; expleri ac satiari nullo modo possunt.Eo genere.officio scribẽdi.Non aspernabere. contemnes,
Satio aut respues.Studium.in scribendo diligentiam.Ego te abfuisse.aggreditur secũdam partẽ,quã diximus,& ar-
Diuisio tificiosa exhortatione est usus,& primo colligit ab eo beneuolentiã, quod tametsi exordiũ sit, possumus ta-
Cõsuetudo men per totum corpus orationis seruare. Tandiu.Nam per duos propemodum annos fuit in Asia.
☙CVI nõ dederim literas.Etenim.i.nã certè,quis est tam impiger.i.diligens in scribẽdo.qui.i.quantum, ego
Cõuersatio sup.sum?q.d.nemo, aut perquam rarus. Verò.i.sed.ego accepi su p.literas a te bis.ue pro uel.ter ad summum .i.ut plurimũ,& eas pb reues.i.ualdè breues. Quarè.i.quãobrẽ.si tu es iniquus iudex in me,condemnãdo.s.me
ASCEN. tarditatis,ego cõdãnabo te eodẽ crimine sin.i.sed si,tu noles me id facere.i.te condẽnare, tu debebis prebere mihi te æquũ.s.iudicẽ.Sed hactenus sup.scripsi de literis.q.d.confidenter. Non enim uereor ne non.i. ut non
Vereor ne & ut expleã.i.satiẽ te scribendo.Notum est cum uerbis timendi & uerendi idem efficere affirmationem & negationem,ut uereor ne facias,& ut facias,caue facias,caue ut facias, idẽ sunt & hic,uereor ne non & non,idem sibi uolunt,præsertim si non aspernabere studiũ.i.diligens obsequiũ, meũ,in eo genere, scilicet scribendi amico.

& dóleo ꝙ cárui fructu iucundíssimæ consuetúdinis,& lætor , ꝙ absens ómnia cum máxima dignitáte es consecútus,* quodq; in ómnibus tuis rebus meis optátis fortúna respondit . Breue est,quod me tibi præcípere meus incredíbilis in te amor cogit . Tanta est expectátio vel ánimi vel ingénii tui , vt ego te obsecráre, obtestárique non dúbitem , sic ad nos confirmátus reuertáre, vt quam expectatiónem tui concitásti, hanc sustinére , ac tuéri possis . Et quoniàm meam tuórum erga me meritórũ memóriam nulla unquàm delébit obliuio,te rogo, vt memíneris , quantæque tibi accessiónes fient , & fortúnæ, & dignitátis*, eas te non potuisse cónsequi, nisi meis puer olim fidelíssimis, atque amantíssimis consiliis paruísses.

HVBER. ☙ET doleo,& lætor , diuisio est, rem enim a re semouens utranque absoluit ratione subiecta, ut patet Doleo,ratio prioris partis.Fructu. uoluptate.Consuetudidinis,conuersationis.Et lętor, absoluit secundam partem.Quod absens,a nobis remotus. Omnia, laudem & de te spem optimam.Breue.facit docilem,ne existimaretur futur⁹ loquacior in principio.Breue.breuis res,breue quiddã.Quod.breue.Pręcipere tibi te docere uel admonere .Incredibilis. maximus,quod uix possit credi. Tanta.præceptum antecedente ratio.Expectatio.res bona.Animi tui.bene a natura instituti partibus honestis, hoc est prudentia,iustitia , fortitudine , & temperantia
Vel quæ omnia animi sunt.Vel ut diximus supra,uel pro &
Ingenium sępe ponitur ut hic,nam utrunq; in eo esse uult.Vel ingenii.ad omnia intelligẽda.Est enim ingenium uis quæ
Obsecro dam naturalis nobis insita ad intelligendum. Obsecrare.per sacra rogare.Obtestari.adiuuare,& plus est q̃ obsecrare,ut patet hic & apud Horatiũ lib.pri. epistolarũ. Quod te per genium,dextramq;, deosq; penates Obsecro,& obtestor uitæ me redde priori . Non dubitem. immo audeam.Redeas.ex Asia.Confirmatus.disposit⁹, & bene institutus.Tui.de te.Sustinere.seruare.Tueri. plus est quam sustinere,& significat defendere.Et quoniam rogat Cicero Curionem,ut meminerit quicquid fuerit assecutus se nunquam fuisse assecutum , nisi paruisset ei, cum puer esset sub præceptis & institutione Ciceronis.Quãtæcunq;.magnæ,uel etiam quot, nã quãtus interdum pro quot legimus apud diuum Ambrosium.raro tamen apud historiographos, melior tamen est prior sensus.Accessiones.incrementa.Fortunæ.conditionis.Et dignitatis,amplitudinis.Puer.tu cum esses puer.Fidelissimis.fidei plenis.Et amantissimis plenis amore,quæ duo,ut supra diximus,in omnibus consiliis esse debent.Paruisses,assensus esses & re ipsa fecisses. instituerat enim eum Cicero,ut rempu.ante omnia charam haberet,ac defenderet.
PHI. ☙ET doleo,& lætor.διλήμμα quod Cic.diuisionem appellat,& sic diffinit.Diuisio est quę rem semouens a re utranq; absoluit ratione subiecta,& est sensus.Tũ doleo ꝙ frui consuetudine tua non potui.tũ gaudeo,ꝙ absens multũ noĩs & gloriæ cõsecutus es,& in re tua uotis meis fortuna satisfecit.Abfuisse.b.nõ mutat in.f.differẽtiæ causa,ne a uerbo adsũ deduci uideatur.Cõsuetudinis.ꝑ cõuersatione.Sed tu ne dicas cõuersationẽ, hoc nomen apud Cic.nõ memini me legisse,licet alii utãtur.Et lætor.Secunda pars διλήμματος.Lætamur uultu, gau
Lætor demus aĩo.Oĩa,puta laudem,& gloriã,& spem.apud oẽs de te maximã.Respondet,assentitur, satisfacit. Virgi.
Respõdeo Dictis respondent cætera matris.Sed respondere ꝓprie est priorem alloqui,dictum sane quasi spondere.i.uer
Amor ba fundere.Breue est,hortatur ut quã de se apud Romanos opinionẽ cõcitarat,eã nõ modo sustinere,sed tue
Charitas ri,atq; defendere conaretur,& uno uerbo docilem facit.Cũ ait.breue est,breuis res.Pręcipere.tãquã ipsius ad
Expectatio monere & docere.Amor ad res oẽis referri potest. Charitas duntaxat ad hoĩes,a χάρις quod est gra.Incredibilis,adeo magnus,ut uix credi possit.Expectatio est,quasi,ut ita loquar,reputatio, & bona spes.Et aĩaduerten-
Animus dũ mistã esse rationẽ cũ præcepto.Animi,ad intelligentiã.Nã animus est ꝓprie quo sapimus,atq; intelligim⁹,
Ingenium quo uirtus,quo ferat error.Ingenii.ad naturæ subtilitatem, & ꝑ natura ingeniũ dicimus,& pro utroq; Græci

φύσιν

φύσιν appellãt. Obsecrare, obtestari ,plus est obtestari q̃ obsecrare.Sed obsecrare maiorẽ uim habet,q̃ rogare, Obsecro
aut orare,& orõ semp debet augeri.Obtestamur uero quẽpiã,cũ adiuram⁹ eũ,quẽ rogam⁹.Reuertare,ex ꝑuin Obtestor
cia redeas.Cõfirmat⁹,uirtute istitut⁹.Tui,de te ipso.Cõcitasti,cõmouisti.Sustinere,à sursum & teneo,cõserua Sustineo
re.Etqm̃ ,hoc est,quoniã quoad uixero tua bñficia recordabor. Quoniã & qa ut plurimũ tenẽt primũ locũ in orõne,nisi postponant interiectionib⁹,siue aduerbiis,& cõiunctionib⁹. Quãtæcũq;, ad magnitudinẽ potius, quã ad numerũ refert. Memoriã,quæ est,ut ait Ci.firma animi rerũ & uerborũ,& dispositiõis ꝑceptio. Te ro Memoria
go,ut tu etiã meorũ in te officiorũ memineris,ac si tecũ cogites,istas te nõ potuisse habere,fortunã,dignitates & gloriã,nisi tu meis,cũ puer esses,cõsiliis paruisses,& meã fuisses doctrinã secut⁹. Ex quo intelligim⁹ Cu.Ci. fuisse discipulũ.Accessiones,incremẽta,& amplificationes.Differt.n.Accessio ab accessu,nã Accessus est in ali- Accessio
quẽ locũ præfectio.Accessio aũt est amplificatio,& incrementũ quarũcunq; rerũ.Hæc autẽ duplici significãtia Accessus
uerbi,colligũtur,à quo descẽdunt,quod est accedo.Id.n.interdũ significat adire,& appropinquare,ut Ter.Accede ad hunc ignẽ,iam calesces plus satis,unde accessus.Interdum uero crescere,& adiungere, ut Aedilitati tuæ accessit dictatura,hoc est adiũcta est & increuit,unde accessio. Fortunę,fælicitatis, & amplæ cõditionis, unde Fortunæ
fortunas numero multitudinis diuitias nũcupamus. Dignitatis,status. Puer,à teneris annis,hoc etiã noĩe filiũ,Gręco more appellam⁹,ut Virg.Tuq; puerq; tuus.Gręci dicũt παῖς ut Home. ἀνδρὸς ἰθυκτου παῖς ἔμμεναι ἀλλαδέιοιο.
Olim ꝑteriti tpis,ut Ter.Aliũ nunc cẽses esse me,atq; olim cum dabã,alias futuri,ut Hunc tu olim cœlo spoliis Olim
orientis onustũ accipies.Aliqñ præsentis,ut tumidis qđ fluctibus olim tundit. Cõsiliis, hæc sunt hoĩm oĩa cõsilium,factum,successus,cõsilium animi est,factum corporis,successus fortunæ.Consilium uero plenum debet esse fide,& amore.Ideo adiunxit.Fidelissimis atq; amantissimis. Paruisses,obediuisses,& executioni mãdasses.
☙EGO,&.i.simul,doleo te abfuisse tãdiu à nobis,ꝙ.i.qa,carui fructu.i.uoluptate,iucũdissimę cõsuetudinis.i. ASCEN.
cõuersationis tecũ,&.i.simul,lætor,ꝙ tu absens cõsecut⁹ es oĩa.s.expectãda cũ maxima dignitate,quodq;.i.& ꝙ fortuna rñdet meis optatis.i.uotis,in oĩb⁹ reb⁹ tuis.Breue est qđ incredibilis amor me⁹ in te,cogit me ꝑcipere tibi.Tãta expectatio est uel animi.i.uolũtatis,uel ingenii tui.i.intellect⁹ & industrię tuę,ut ego nõ dubitẽ obsecrare.i.ꝑ sacra,utpote ꝑ amicitiã rogare,& obtestari.i.fidẽ deorũ,& tuã obtestãdo postulare,supple,ut reuertare.i.reuertaris ad nos cõfirmatus sic,ut possis sustinere.i.exhibere,& tueri.i.ꝓtegere,hãc expectationẽ,tui quã excitasti.i.ut tantus redeas,quantũ te rediturũ indoles tua & cœpta studia pollicentur. Et quoniã nulla obliuio delebit unquã memoriã tuorũ meritorũ erga me,rogo te,ut memineris quãtęcũq; accessiones.i.quãtacũq; incrementa & fortunæ,& dignitatis fient tibi,te nõ potuisse consequi eas.s.accessiones,nisi tu puer.i.cum esses adhuc puer,paruisses.i.obediuisses olim, consiliis meis fidelissimis atque amantissimis.i.ob amorem tui datis.
☙QVODQVE in oĩbus tuis rebus. Sunt qui existimẽt se solos hũc locũ rectè distinxisse, qui uereor ne dece *PETRI
pti sint:ego.n.sensum,qui ex priore interpũctione eliciebat,ueriorẽ esse puto:Cum.n.causam suprà diligenter VICTO.
reddidisset,cur unã,& eandẽ ob rẽ diuersis de causis,& dolorẽ,& uolptatẽ cepisset:addidit,se pręterea absentia CASTI.
illius lætatũ esse,ꝙ oĩbus in rebus fœlix,fortunatusq; fuisset,adeò ut nihil à fortuna postulare potuerit,quod ipsi prosperũ eueniret,quin illa Curioni cumulatè largita sit:id.n.est rñdere optatis:nam particula QVE si accuratè perpendãt,manifestò ostẽdit,cũ superiore sententia hanc partẽ cõiungi debere. Quia tñ magna in re leuiter Cic.illũ admonere uult,ne ferocis animi adulescens ægre ferret (iniquo enim aĩo ea ætas reprehensiones accipere cõsueuit)ideo breue esse dicit,& se ꝓpter admirabilẽ amorẽ illud reticere nõ posse affirmat.Quid aũt sit,stati exponit,postquã bñuolentiã illius sibi cõciliauit,& spũs nobilissimi adulescẽtis aliquãtulũ mitigauit.

Quarè hoc ánimo in nos esse debêbis vt ætas nostra iam ingrauescens in amóre, atq; in adolescẽtia cõquiescat tua. Vale.

☙QVARE,conclusio exhortatiõis. In nos,erga nos, HVBER.
quorũ cõsiliis es multa cõsecûtus. Ingrauescens,senescens. Cõquiescat,cõsolationem accipiat,& recreet. In adolescẽtia tua,& ingenii,& animi dotibus ornata.Ado Adolescẽtia
lescẽtia autem apud Cic.etiam pro iuuenta ponit ubique.Sed maximè id perspici potest in Catone maiore, ubi sic inquit. Qui adolescentia citius senectuti obre- Iuuenta
pit,& alibi.Atq; senex meliore conditione est quã adolescens,& multis aliis in locis. At iuuenta poeticum est.
☙QVARE,quapropter,quamobrem,in maioribus sane conclusionibus ergo, & igitur in minoribus uti so PHI.
lemus.Hoc animo,hoc est ita dispositus erga nos,qui bona tibi consilia dedimus. Ingrauescens,consenescens. Quare
Adolescentia,ab adolesco,quod est cresco appellata.In nulla enim ætate ita crescunt corpora,ut in adolescen- Quapropter
tia,quæ etiam pro iuuenta ponitur, cum ætas apud antiquos tripartita fuerit, in pueritiam, adolescentiam, & senectutẽ.Hinc ait Cic.in Cato.maiore.Quin adolescentia citius senectuti obrepit,quàm adolescẽtia pueritiæ. Quãobrẽ
☙QVARE tu debebis esse in.i.erga nos hoc.i.hmõi aĩo,ut ætas nrã iam ingrauescẽs cõquiescat in amore,atq; Ergo
adulescẽtia tua.Nihil enim iucundius est senibus ac uidere adulescentes,qui optime uolunt uirtuti incũbere. Igitur

M.T.C. Curióni.. S.P.D. Epist. 12

Consolatoria.

GRaui teste priuat⁹ sum amôris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro,qui cùm suis laúdib⁹, tùm vero te filio superasset ómnium fortúnam , si ei cõtigisset , vt te antè vidêret , quam â vita discẽderet . Sed spero nostram amicítiam non egêre téstibus:tibi patrimónium dii fortûnent : me certè habêbis,

☙GRAVI teste. Cúrio añ réditũ suũ ex Asia in Itáliã mi- Adolescẽtia
serat prẽm suũ. Romæ,q optimè nosset qtũ C.amâret filiũ suũ.Itaq; dolet Ci.i hac epístola ei⁹ testióniũ amóris ASCEN.
sui erga Curio.sibi ereptũ, callidè tñ cõfirmat sibi Cur. HVBER.
amicítiã,dicẽs se sperâre eã nõ egẽre testib⁹,cũ iã débeat esse cõfirmatíssima.Postremò pollicet se Cu.loco pr̃is. Graui,fide pleno, magna authoritáte, & existimatióne. Teste amóris mei,q optimè sciret meũ i te amórẽ, & de eo testis esse posset.Claríssimo, multis ꝑcláris reb⁹ gestis spectatíssimo.Cũ.i.&,sed ut díxim⁹, min⁹ significat Cùm
quã tũ.Suis laúdib⁹,ꝓpter láudes quas sibi mérito cõparâuit. Tũ uero,& maximè. Te filio,ꝓpter te filiũ.s.ta- Tùm
lẽ tãtę expectatiõis. Superasset oĩm fortúnã.i. oĩm fortunatíssimus fuisset, Fortúnã bonã,hoc est felicitátẽ,nã interdũ & mala intellígit ꝓ loco,ut apud Virg.i.Aenei. Fortúna
Nunc eádẽ fortúna uiros tot cásib⁹ actos inseqtur.Itẽ in.vi.Quæ fortúna uiros fortúnaue mersit. Si ei pr̃i tuo. Cõtigisset,euenisset,quasi res felix & optâta.Cõtingũt.n.optâta.i.si hoc mun⁹,& ut ita dicã,hãc grãm à Deo ob- Cõtingũt optâta
tinuisset. Vt antè,felicitátis.n.existimãt aut mori inter nostros,aut saltẽ eos,q sunt nobis charíssimi,posse ante mortẽ nostrã uidêre.Vnde quętitur Ariadne apud Ouid.Ergo ego nec matris láchrymas moritûra uidêbo.

Patrimonium PHI.

Nec mea qui digitis lúmina condat erit. Téstibus quia satis puto eam tibi perspectã,egent enim tẽstibus,quæ sunt dúbia,&obscúra. Tibi,optanti felicitátem. Patrimónium,rem à patre relictam. Fortũnent,secundent.

GRAVI teste.Aliud scribendi genus est epistolárum,aliud'orationum publicárum & forénsium. In his enim ut negocia ueniunt, ita etiam aut sine arte, aut cum artificio exponuntur, in orationibus autem semper uti artificio solémus,reddit hic eum de morte patris certiórẽ, cuius obitu se dolére ostendit,ꝙ grauissimum testem amiserat amoris,quo ipsum Curionem complectebátur.Verum se sperâre commemorat,suam in eum amicitiam tãtam esse,ut nullis egére tẽstibus uideátur,& se illum loco filii habitúrum pollicétur.Patri uero etiam nomen erat Curioni.Fuit & alius eodem nómine appellátus,eádemque disciplina insignis,eádem & familia & domo oriundus. Graui,seuero,& magno,cui máxima erat fides adhibenda. Sum, inquit,ego priuátus o Cúrio patre tuo uiro clarissimo,qui testis erat amóris summi erga te mei, obiuit enim mortis diem. Testimoniórum uero duo sunt génera manifestum,& cæcum . Manifestum est, cùm certos testes & præsentes habémus.Cæcum uero cum multitúdinem,aut ciuitátem non ignoráre dicimus,ut Cice.pro lege Manília.Testis est tota Sicília.In cæco etiam iusiurandum,tábulæ & absentes persónæ adhibentur. Clarissimo, quid generále,tùm áliquid speciále complectátur,& plus significat tùm quàm cùm.Adde ꝙ éxigunt ut semper ómnibus confidendum est,tum nobis præcipuè qui ratione dicendi à bono uiro non separámus. Suis,proprijs,ut sunt hic etiam sua præmia laudi. Laudátio est orátio,quæ alicuius láudem complécitur,ita laus continétur,laudátio cõtinet. Te filio,cum suo põndere dixit te,hoc est tali tantaque uirtúte prædito. Fortũnam,felicitátem. Contigisset,contingunt bona & optáta, áccidunt mala & insperáta, sed ista apud authóres confunduntur. Ante uidéret.Mori enim inter suos fortunátum putát,& mortem minus grauẽ.Hinc Aeneas. O terque quaterq; beáti,Queis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis Cõntigit oppétere. Et Ariadne. Nec matris,inquit,láchrymas moritúra uidébo.Nec mea qui dígitis lúmina condat erit . Ante & post habent uim quandam comparatiui tam in sensu,quàm in constructióne. A uita discéderet,morerétur. In eádem significatióne migráre,decédere,excédere dicimus,sed necesse est addámus oppósitum ex uita,ut Ci. Antequam ex hac uita migro,sine appósito nõ satis intélligam migráre pro mori.Sic excídere eum appósito dicendum, ut idem Cice.Meditatióne adeundi sui múneris excesit e uita.Decédere uero sine appositione uitæ,pro mori etiam súmemus,ut decesit,hoc est mortuus est. Spero idem est ꝙ credo.Martialis. Spero me assecutum esse tale temperamentum.Et Quint.innocentiam puellæ satis ut spero defendimus. Testibus, illa dicuntur testibus egére, quæ sunt ambígua,sed amicitia nostra non est ambigua. Patrimonium,quod posidémus à patre relictum,nõ tamen matrimoniũ pro eo quod est à matre relictũ,sed pro maritali teda dicimus. Dii,quasi optantis est.Fortúnent,secundent. Certè,affirmantis est,ut alibi Cice. Certè contra Cæsarem ingressus est armatus, Aeque, ac,hoc est sic ut,uel tam & quàm,eodem modo æquè & atquè, ut Brutus ad Cice. Hoc ego ad meum officium priuatarum rerum æque atque ullam aliam rem pertinére arbitror, & Terent.Aeque miser atque ego.

Ordo. Testimoniorũ duo génera Cũ,& tũ.

Laudatio Laus Cõtingũt bona Accidunt mala Ante, post Discedo Migro Decedo Excedo Patrimonium Matrimonium Certe Aeque Atq; ASCEN. Ordo:

GRAVI teste &c.significat sibi dolóri esse mortẽ patris Curiónis oratóris clarissimi & uiri grauissimi. Ordo est.Ego,inquit Cic.priuátus sum graui teste summi amóris mei.i.de summo amóre meo erga te, uidélicet patre tuo uiro clarissimo,qui.s.pater tuus cõscius amóris in te mei,& ita óptimus testis cum sup.superáuit fortúnã ómniũ,laúdibus suis.i.sibi própriis,tùm uero superasset te filio.i.eo ꝙ habuisset te filiũ si cõtigisset.i.cum difficultáte quadam datũ fuisset ei à diis aut fátis,ut uidéret te.s.reuersum è prouincia,nam áliter sæpè & diu uíderat,antequàm discéderet è uita. Sed spero amicitiã nostram non egére testibus. Dii fortúnent.i.secundẽt,& prósperum fáciant tibi patrimónium.i.quod derelictum est à patre, tu certè habẽbis me.

HVBER. Charus Iucundus

IOCVI, mihi. Aeque,tam. Ac,q̃. Charus & iocũdus. chari dicunt,quos in precio,habemus, utpotè qui aliqua necesitudine nobis sunt coniũcti,ut filii parentes, fratres.Iucundi,qui aut uirtutib⁹ aut morum suauitate nobis sunt uoluptati,& quoniã aliquis potest esse charus,& non iucũdus,ideo solent hæc duo iungi, ut apud Iuue.Iucũdum & charũ sterilis facit uxor amicũ, & multis in locis apud Cice.& præcipuè ostendit libr.i.de finibus bonorũ,& malorũ his uerbis. Nam diligi, & charũ esse iucundũ est.i.est uoluptati, nam eo in loco de uoluptate loquitur. Nẽpe, audíto nũcio de óbitu paterno Curio,ut eum méritis honóribus,proserequeꝛ,instituit ludos gladiatórios édere popu.Ro.ut hac liberalitate pop.Ro.fauórem,& gratiam sibi conciliáret,quoniã in funerib⁹ clarórũ uirórũ spectácula edi solebant,& in primis ludi circenses & gladiatorii.Sed cum abesset ipse Curio, id negociũ dederat Cice.& quibusdã aliis amicis,ut populo denũciárent ea múnera nómine Curi.quæ esset editúrus,cum uenisset,quod se diligenter fecisse rescribit Cice. sed tamen non placuisse sibi, ut ipse Curio ante aduentũ suum amicis declarasset se facturũ eos ludos,maluisset enim eum reseruare hanc declarationem usq; ad aduentũ suum,ut cum uenisset fuisset in eius potestate,an uellet fácere nec ne,& huius sententiæ suæ rationem dicit se scripturũ plúribus. Ad aduentũ eius reseruaturũ ut ei coram eam expónat,& tamen ei dicit fuisse melius facturũ,si alia ratione fauórem popúli sibi conciliandum putasset.Postremo ostendit quantũ onus sustineat satisfaciendi expectationi hominũ,quę de eo est maxima,cui satisfecerit,& dicit illud fore munus & maximum & gratissimum, & ipsi Cice.& ciuibus suis & uniuersæ reipublic.Nempe,legendũ est nempe,scilicet non nuper & certe. Studiũ, non placet ut hic pro noluntate ponatur,sed pro diligentia,quia non dicit se uoluisse hoc fieri, sed tamen diligenter fecisse. Declarandorum,denũciandorũ po.Ro. Tuo nomi.tuis uerbis. Munerũ,ludorũ, quæ esses editur⁹ in funere patérno cum primũ ad urbem uenisses, nec intelligamus ea dona fuisse, quæ ciuibus distribui suo nomine iussisset Curio, quia nõ dixisset declarandorũ,neq; enim declarátur dona ptiusquã dentur.Deinde ostendit contrariũ locus sequens cum dixit,nec quisquam est, quin iam satietate defessus sit , neq; enim fatigatio aut satietas donorum quenquam capit. Sed nec,quanquam dicit se diligenter declarasse populo ꝙ Curio esset editurus hæc múnera,tamen dicit,nec sibi nec cuiquam ex propinquis aut amicis Curionis placuisse hoc, ut aliquid fieret in eius absentia,quod postea non esset in eius potestate cum uenisset. Te absente,ab urbe.

cui charus æquè sis,& piucund⁹, ac fuisti patri. Nẽpe stúdiũ nõ défuit declarándorum múnerũ tuo noíe,sed nec mihi plácuit,nec cúiquã tuórũ , quicq̃ te absente fieri,quod tibi,cùm uenisses,nõ esset íntegrum . Meam quidèm sententiam aut scribã ad te posteà plúrib⁹,aut ne ad eam meditêre,imparátum te offendam,corãque cõtra istam rationem,meam dicam, vt aut te in meam sententiam addúcam, aut certè testátum apud ánimũ tuum relinquam,quidnam sẽnserim, vt siquã dò

IOCHARVS

IOCHARVS,gratia & amore coniunctus,unde charitas,& aspiratur.At pro penuria caritas,& carus sine aspiratione à carendo appellant,quo uerbo Terent. etiam est usus, ut Tum annona cara est. Consuetudo tamen usurpauit ut sine aspiratione carum pro gratum etiam scriberemus, sicut cætera multa, ut fama fuga, & quoniam unum ex his sine altero esse potest,ideo recte iunguntur, ut Iuuenalis.Iucundum & charum sterilis facit uxor amicum. Nempe,agitur de muneribus Curionis per Cic.& cæteros eius amicos declarandis Po.Ro.quæ in honorem funebrem patris sui Curio celebranda decreuerat,postquam de eius morte sibi renunciatũ fuit, hoc enim cum ipse non adesset.Cice.negocium dedit & quibusdam aliis familiaribus suis.At Cice.suam de his sententiam omnino non ostendit, sed omnem de ipsis disputationem in reditum Curi. differre commemorat. In calce uero literarum adiungit,maximo teneri desyderio Popu.Ro.Curionis aduentus, ut eius opera & auspicio respub.defendatur.Hoc ad argumentum.Sed quænam munera fuerant illa est hominum diuersa sententia.Nos autem ita sentimus.Mortuo Curione,quem huius Curionis patrem fuisse diximus , quadam coniectura colligimus,ut filius tanti nominis adolescens decreuisset,ut meriti honores paternis manibus præstarẽtur. Et quoniam,ut scimus,aberat in Asia tunc quæstor,ad Ci.literas dedit,ut huiusmodi futura munera Pop.Ro. declaranda curaret,quæ funebres ludos fuisse dicimus,& maxime gladiatores atque circenses,sed funerũ pompa,ut uaria,ita etiam maxima apud antiquos fuit.Placet autem quosdam exequiarum modos recẽsere,nec erit ab instituto nostro alienum.Essedones defunctorum funera cantibus prosequebantur, ossaq; capitum argento,gemmis,& auro cælata in poculorum usum tenere dicebantur.Adde,quòd ut ait Herodotus,eorum eadaueribus uescebantur ammistis pecudũ carnibus.Assyrii non prius condebant sepulchro corpora quàm laniarentur à feris.Parthi uero parentes extinctos feris & auibus deuorandos abiiciebant.Inde ossa carnib⁹ exuta sepeliebant.Aegyptii mortuos suos aromatibus conditos domi conseruabant. Persæ, ut corpora quamplurimum durarent cera circunlita reponebant.Plebs hircana publicos alebat canes,optimates uero domesticos, sic quisque pro sua facultate nobiles parabat canes,à quibus laceraretur . Quotiescunque etiam aut reges aut principes moriebantur,una cum ipsis ad eorum pompas dilecti equi aut serui , & apud indos una de uxoribus charior incendebatur.Adde quòd in fortium uirorum sepulchris captiuos necare consueuerunt,quod apud Homerum in Patrocli funeribus factum legimus ubi Achiles post multos cæsos boues & pecudes , post infusum mel & oleũ,post etiam occisos.iiii.equos.ii.canes.xii.captiuos Troianos occidit,& pyræ iniecit.Quid præterea Aeneas in palladis funere factitauit Virg.Homerum secutus carminibus suis inseruit.Et in funeribus institutum apud Romanos,ne crudum illum sequerentur morem mactandorum hominum,ut gladiatorum paria dimicarent,à bustis gladiatores Bustuarii appellati,& ea sacra Inferiæ dicebantur, quoniam in foris præstabátur, & quoniam per nouem dies fieri consueuerunt nouẽdiales dicti pro copia rerum,próque uirorum conditione colebantur, quos Aeneas Anchisæ patriludos in Sicilia faciundos curauit.Totus quintus Aeneidos plenus est,hic ergo munera funebres pompas accipiendas dico, non dona , quæ darentur populo, ut quidam intelligunt.Idque nobis probabilius uideri facit gladiatorum munus,& duo theatra,quæ Curio maxima ex ligno in paterno funere uersatili libramento post reditum faciunda curauit. Nempe studium , declarauimus, inquit, funebres ludos in honorem patris tui faciundos,ut tu iusseras declarare atque renunciare po.Ro.Sed nec mihi placuit,nec cuiquam amicorum tuorum,ut aliquid te absente fieret, quod cum uenisses non esset in potestate tua positum.Nempe,affirmantis est,& primum locum in oratione potissimum sibi uendicat.Sic Persius. Nempe hoc assidue,est interdum quasi respondentis aduerbiũ,ut Cui tot annos inseruio nempe principi gratissimo . Et nem pro nempe antiqui dicebant . Studium & exercitatio sic differunt . Studium animi ad aliquid agendum diligentiam,Exercitatiõnem uero suscepti actus continuationem appellamus. Defuit, de aliquando minuit,ut demens,desum.Interdum auget,ut defessus,ualde fessus. Tuo nomine,inepti dicunt tua parte. Tu dices,tuo nomine,meo nomine.Ex te,ex me.Verbis tuis,uerbis meis.Tuo iussu,meo iussu,ut meo nomine Aristophilo.S.P.dices. Nec,per apocopen nascitur à neque.c.n.&.q.literæ sunt affines, & eodem loco nec & neq; poni possunt,& à non differunt,quia non negat solum, nec & neque negant,& copulant,significantque & nõ. Aliquando nec pro non accipimus,ut Fabius,Persolui gratia non potest nec malo pati.

PHI. Charus Charitas Iucundus

De modis exequiarũ apud antiquos

Nempe Nem Studium Exercitatio De Tuo noíe Non,nec neque

IOCVI sis æque charus,& periucundus,ac.i.sicut fuisti patri. Nempe studium . Interrogãuerat Curio quare Cice.non curasset patri ludos fúnebres,ut gladiatórum pária pópulo in arena exhibẽri,credébat enim miserrima gentílium superstítio fraude demoniórum seducta sánguinis effusiónem defunctórum mánibus gratam, ad hoc respondet.Cic. Nempe &c.unde réctius nempè quàm nuper légitur.Et uérius noua est epístola quàm superióris pars,Ordo autem est.Nempè,id est certè,ut ratiónem assignem ad quæsita tua,stúdium,id est diligẽs cura múnerum, id est spectaculórum gladiatórii certáminis pópulo quasi pro múnere in fúnere parentis, declarandorum,id est exhibendórum,nómine tuo,id est nóminis tui,non défuit sup.mihi,sed nec plácuit mihi, nec cuiquam tuorum.

ASCEN. Ordo

IOFIERI, à nobis in declaratióne horum múnerum. Integrũ, in tua potestáte , ut posses tuo arbítrio cõmutáre,nam q̃d semel declarauimus nos esse factúros,non est nobis íntegrũ,hoc est non est in potestáte nõ facere, quia turpe omne est difficile uiro claro id non præstáre,quod semel promisit.Cum uenisses,Romã. Equidẽ dicit se posteà scripturũ sententiã suã, quare nõ placúerit ei hæc múnera declarári populo ante aduẽtum eius. Quid séntiam,quæ sit sententia mea. Posteà, alio tẽpore,non nunc. Plúribus,subaudi uerbis. Aut ne.i.reseruábo aduentum tuũ, ne interèa meditêris aliquã obiectiónem ad ea quæ dicã. Ad ea,cõtra ea, quę in me dicenda sunt. Meditêre,cógites,præpares. Offendam,inuéniam.Imparatũ,improuísum, nõ paratũ,impræmeditátum.Coram,non líteris,sed uerbis. Istam.i.tuam. Addúcam te in sen.i.persuadébo tibi,quod séntio, trahã te in opinionẽ meam. Testátum,apertum declarátũ,& ut diximus,habet significatiõnẽ passiuã. Vt siquando, quia

HVBER.

Testatum passiue

quia occurrebat eum posse respondere, ad quid adducès me in sententiam tuam, postquam res acta est, neque amplius mihi integra. Ideo dicit Cicero, ut saltem si tuum consilium cœperit tibi aliquando displicere, possis recordari meum consilium. Siquando, aliquando. TVVM consilium, de declarandis muneribus. Meum, quod tibi olim dederam, antequam declarentur. Debemus enim intelligere Cice. consuluisse ante Curioni, ne ederet hæc munera, neq; etiam declaret ante aduentum suum, etiam si uellet edere, sed Curione ita iubente Ciceronem diligenter declarasse, cum tamen ei hoc ut ipse dicit non placuisset. Recordari in memoriam reducere, quo pòteris cognoscere me tibi fideliter & amanter consuluisse.

Bonum triplex

❧QVOD NOLIM, quod utinàm ita non sit, ut tibi displicere incipiat consilium tuum, & est parenthesis. Breui, absolute ponitur, id est paucis uerbis. Sic habeto, sic existimato. Tuum reditum, ex Asia. Incidere, deuenire. Incurrere in eum statum, id est in talẽ statum & conditionem temporum. His bonis, his muneribus. A natura. Triplicia enim bona philosophi esse uolunt animi, corporis, & fortunæ. A natura quæ bona animi & corporis ferre solet. Animi bona sunt Iustitia, prudẽtia, fortitudo, & temperantia: quæ quidem à natura originem habent, ut uoluit Cicer. libro primo officiorum. Bona corporis, uires dignitas siue pulchritudo, agilitas, facundia, & similia, quæ omnia abundè erant in Curione. Studio, diligentia, ut est eloquentia, cognitio liberalium disciplinarum, quæ studio cõparantur. Fortuna, fortunæ bona, quæ & externa dicuntur, sunt honores diuitiæ, clientelæ, amicitiæ, affinitates & similia, quibus abundabat Curio, quibus omnibus rebus dicit Cice. cum potuisse facilius cònsequi omnia quæ erant amplissima in repub. quàm illis munèribus, quæ erat exhibiturus, quorum facietas iam multos cœperat quia à multis quotidie edebantur.

(quod nolim) displicère tibi tuum consilium cœperit, possis meum recordâri. Breuì tamen sic habeto, in eum statum temporum tuum rèditum incidere, ut iis bonis, quæ tibi naturâ, studiô, fortunâ data sunt, faciliùs ómnia, quæ sunt in republ. amplissima, cõnsequi possis,

PHI.

❧FIERI, in declarandis muneribus aliquid à nobis fieret, Cum uenisses. Coniunctiui modi particula indicatiuo dari non potest. Cum uenis non dicimus, nisi cum pro temporis aduerbio capiatur, ut cum pro quando uenis. Integrum, hoc est in potestate tua positum. Sic in Tusculanis. Atq; ei ne integrum quidem fuit. Sententiam, quare hæc populo declaranda fuisse non placuerit ante reditum tuum. Pluribus, scilicet uerbis. Ad eam meditere, ne quid ut contra sententiam meam cogitare possis, & obiicere, aut ea leges, & intellige quæ dicturus sum. Ad, contra, ut Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis: aut super, ut Terent. Tum si quis magistrum ceperit ad eam rem improbum. Ne, non solum negantis uim habet, sed imperantis: hinc est quòd nunquam cum prima persona singularis numeri iungi potest, nisi intelligatur pro ut non, ut si dixeris. Ne dicam doctus, sed admodum eruditus. In illa uero particula non uis negantis est, & cum omnibus personis indifferenter iungi potest. Imparatum, impræmeditatum. Offendam, inueniam. Terent. in Eunucho. Offendi adueniens quendam mei loci atque ordinis. Et Plautus in Amphitryone. Aduenientes tenebrosum offendi domi. Alias est lædere. Horatius in Poetica. Nec dicet cur ego amicum offendam in nugis. Idem, Et crassum unguentum, & sardo cum melle piper offendunt. Coram, præsentibus uerbis. Contra istam tuam rationem, ne funebria fierent munera. In meam sentẽtiam adducam, tibi persuadebo, ut quod ipse sentio, tu quoque faciendo existimes. Ad in compositione ualde significat, ut Terent. Sancte te adiurat. Testatum expositum, passiue dictum. Apud animum, in cogitatione tuæ mentis. Apud & penes ita differunt, ut inquit Pomponi⁹, quòd apud personam cum loco significat. Penes uero personam & dominiũ, ac potestatem, quod trahitur à penitus. Maioris itaque significationis est penes quàm apud. Penes me libri sunt qui mei sunt. Apud me libri sunt, qui mei non sunt. Siquando, interdum, quasi obiectioni respondet. QVOD nolim parenthesis est, quam latine interpositionem sententiæ appellamus. Consilium, de declarandis muneribus. Meum consilium, scilicet à tuo alienum, quod in reditu tuo audies de non declarandis. Recordari accusatiuo potius antiqui quàm ablatiuo iungebant, quo & nos uti possumus. Breui tamen sic habeto paucis uerbis intelige. Hæc oratio dicendi finem ostendit. Sunt enim quædam uerba, quæ ad operis finem pertinent, ut habes, Marce fili munus mea quidem sententia magnum: & alibi. Habes quæ sentiam Brute de ratione dicendi, & Fabius. Habes Marcelle Victori. & alibi. Hæc sunt quæ putaui dicenda hoc tempore. Statum, conditionẽ. Incidere, à fortuna uenire dedita opera, ut in reipu. tempus non incideris, sed ueneris. Iudicio enim tuo non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum. His bonis, uirtutibus, & auxiliis. Natura, à quâ animi bona oriuntur & corporis. Sunt enim animi bona uirtutes, corporis uero ualetudo, pulchritudo, & huiusmodi, quibus omnibus Curio erat ornatus. Studio, omnium bonarum artium disciplina. Fortuna, diuitiis, opibus & aliis huiusmodi, quæ peripatetici inter bona externa numerare consueuerunt, cum triabonorum genera prædicassent animi, corporis, & fortunæ. In repub. statu ciuitatis libero.

Parẽthesis

Recordor

ASCEN.

❧QVICQVAM fieri te absente, quod non esset integrum. i. intactum tibi cum uenisses è prouincia. Equidem. i. ego quidem, aut scribam ad te postea pluribus, sup. uerbis sententiam meam, aut ne meditère. i. exercendo te cogites ad eam, offendam te imparatum. i. omninò improuisum, ut non admonitum, & dicam coràm. i. tibi præsenti, rationem meam cõtra illam. s. tuam. i. tecum disceptabo, ut aut addũcam te in sentẽtiam meam, aut certè. i. saltèm, si non addúxero, relinquam testatum. i. protestatum apud ánimum tuum, quid sénserim, ut si quandò. i. aliquandò consilium tuum cœperit displicère tibi. QVOD, id est quam rem, nolim. s. accidere possis recordâri meum. Tamèn, id est nihilominùs, licèt aut pluribus aliàs aut nihil tecum de ea re ãgere constituerim, habèto. s. sententiam meam breui. s. narratióne, ut potè habèto, tuum réditum incídere in eum statum témporum, ut possis cónsequi ómnia, quæ sunt in repu. amplissima, faciliùs iis bonis. i. per hæc bona quæ sunt tibi data, natúra, stúdio, fortúna. Miror cur præcípuum hóminum bonórum datórem deum prætermittat, natúra datur facúndia, firmum latus, bona ualetúdo, & grátia ex eis, stú dio prudéntia & cæteræ uirtútes morales quas nisi Deus charitáte imbuat, nullæ sunt, fortúna, diuítiæ, & popularis áura.

❧MVNERIBVS. ludis. Facultatem, posibilitatem. Nemo admiratur, nemo laudat, aut amat aut existimat laudabilem. Est enim facultas mũnerum. Copiârum, diuitiârũ, significat & exèrcitum in plurali. Non uirtutis, hoc dicit, facultas ludorum publicè est diuitum, non uirôrum bonôrum, qui alia ratione amôrem populi sibi parâre studeant. Quin. qui non. Defessus, fastiditus. Satietate, tædio, quia quotidie non deerant ludi. Sed aliter ostendit ea sibi excidisse quæ supra dixit de sententia sua. Aliter, contra. Atque, id est quàm. Ostenderam, proposueram, quia dixerã me posteà scripturum pluribus quid sentirem, aut dicturum coram cum uenisses. Ingredior, incipio, procedo. Explicandam, declarandam. Omnem, totam. Disputationem, de ratione sententiæ meæ. Differo, reseruo, prorogo. Expectatione, ut etiam dixit in fine primæ epistolæ ad eum scriptæ. Expectari, scito. A summa, id est ab homine summæ uirtutis. Summo ingenio ab homine summi ingenii, qualem omnes te existimant. Ad quę, quæ à te expectãtur. Paratus, dispositus, instructus, ut ea præstare possis. Quod, te esse parãtum. Confido, certissimus sum. Plùrimis munèribus, id est æstimationibus nos plùrima màximaque mùnera à te accepisse, & multo plura & maiôra quàm sint ista quę es editur⁹, si satisfeceris expectationi, quæ de te summa est. Ciues uniuersos omnes usque ad unum.

quàm munèribus: quorum neque facultatem quisquã admiratur (est enim copiarum, non virtutis) neque quisquam est quin satietate iam defessus sit. Sed aliter, atque ostẽderam, facio, qui ingredior ad explicandam rationem sententiæ meæ. Quarè omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo. Summa scíto in expectatione te esse, eaque à te expectari, quæ à summa virtute, summoque ingenio expectanda sunt. Ad quæ si es, vt debes paratus (quod ita esse confido) plùrimis màximisque munèribus, & nos amicos, & ciues tuos vniuersos, & rempubl. afficies. Illud profectò cognosces, mihi te neque chariorem, neque iucundiorem esse quenquam. Vale.

❧MVNERIBVS. ludis funebribus, gladiatoriis. PHI. Facultatem, quod facere possis, cum diuitiis & opib⁹ abundas. Admirâtur, admiramur uirtutes. Cic. Sæpenumero admirari soleo. Miramur uero moles, ædificia, & huiusmodi. Mirâtur molem Aeneas Magalia quondam, dicit autem quòd nemo mirâtur quòd huiusmodi mùnera præstâre possis. Copiarum, ad copias rerũ & diuitias pertinet. Est enim copia tam singulari numero quàm multitudinis rerum abundantia, sed cum copias tantum pluratiuè dicimus, exercitum significam⁹. Teren. Proh quantas secum copias adducit. Non uirtutis, ad opulentos inquit ista pertinẽt edendorum munerum pòpulo, non ad bonos uiros, qui uirtùtibus nõ ludis pòpulo grati conantur efficere. Satietate, quasi tædio istorum, scilicet munerum quotidie spectandorum. Defessus, fastidio & despicientia affectus, à defatisc or. Sunt quædam participia quæ ciusdẽ significationis esse uidentur, sed longè discrepant: Fessus, defessus, lassus, lapsus, laxus, fatigatus, iactatus. Nam Fessus animi est & corporis, Defessus plus est quàm fessus, Lassus præterea animi est & corporis, sed quadam laboris molestia quasi cõfectus. Lapsus item corporis est, atque animi, sed qui làbitur. Laxus uero qui lentus, qui mollis est, ut habẽna, funis, chorda. Virgil. Et premere, & laxas sciret dare iussus habẽnas. Fatigatus dicitur terris. Iactatus mari. Sed aliter atq; ostenderam facio, hoc ideo subiunxit, ne contra institutum facere uideretur: dixerat enim rationem sententiæ suæ nolle, donec ipse redíret, explicare: unde quasi ista excedisse demonstrat. Atque pro quàm. Aliter, contra. Virgi. Diis aliter uisum. Hanc non bene dixisset istam uel illam. Differo pròrogo. Ostènderam, pollicitus fueram, cum ista constitùeram differre in aduentũ tuum. Ingredior, accedo, incipio. Summa scito, missa de muneribus quæstione ad aliam rem transit: quod tamen facere non solèmus, nisi primo fecerimus auditores attentos, interpositis huiusmodi uerbis, ut De his hactenus. De his aliàs pluribus. De his satis, & huiusmodi. A summa uirtute summoque ingenio, hoc est hominibus, qui summa uirtute summoque ingenio prædíti sunt, qualem te ipsum omnes intelligunt. Ad quæ omnia, quæ à te expectantur. Vt debes, debẽmus enim omnia pro salute reipu. uitam etiam liberôrum & nostram. Brutus & duo Decii sunt exemplo. Paratus, dispositus. Confído, certã fidem & spem habeo. Pluribus, ad numerum. Maximis, ad magnitudinem. Ciues & conciues dixissent multi. Qui enim dominus ciuitas est, is homines illius ciuitatis suos ciues appellat. Qui uero non dominus, sed ex eãdem ciuitate oriundus conciues suos dicit. Verum huiusmodi differentiam neque à Cice. neque ab aliis doctissimis uiris obseruatam inuenio, quorum exemplis nos uti potèrimus, & ciues & conciues indifferenter dicere milites uero cõmilitones, seruos, liberti collibertos, discipuli cõdiscipulos appellant. Vniuersos, quasi usque ad unum omnes appellatos. Afficies, afferes, & dabis plurima & maxima beneficia. Sed tam in bonum quàm in malum afficere dicimus, ut afficio te iniuria, dolore, molestia, damno, morte, & afficio te gaudio, uoluptate, diuitiis, munèribus. Et si uoles diffinire quid sit afficere dices, Afficere est affectionem quandam animorum afferre, unde affectus affectionesque dicuntur. Affectionem Cice. ita diffiniuit. Affectio est animi & corporis & tempore de causa mutatio, quam etiam perturbationem pòssumus appellâre. Affectus autem Cic. in huiusmodi significatione non est usus, sed Quint. & alii. Cognosces, considerabis, & intélliges nẽminem me habère teipso chariórem. Nam cognóscere est diligentèr & accuratè considerâre & intellígere.

Ciues

Conciues

Affectio

Affectus

Affectio

Cognosco

ASCEN.

❧QVAM munéribus, id est largitiónib⁹ munerum arenæ, quorum scilicet mùnerum, neque quisquam admiratur facultatem, est enim eà facultas copiârum, id est opulentiæ non uirtûtis, neque quisquam est quin sit iam defessus satietate, scilicet spectandi ea. Sed ego facio aliter atque ostenderam, id est indicaueram me factu rum, qui ingredior, ad explicandam rationem sententiæ meæ. Quare ego differo omnem hanc disputationẽ, in. i. usque ad aduentum tuum, scito te esse in summa expectatione, & ea expectari à te quæ expectanda sunt à summa uirtute, & summo ingenio, ad quæ, scilicet exhibenda, si es parâtus ut debes, scilicet esses qđ confido es: ita afficies & nos amicos & ciues tuos uniuersos, & rempub. plurimis & maximis munèribus, id est re, quæ gratior erit, quàm si dèderis plùrima & màxima mùnera. Profectò tu cognosces illud, quenquam neq; chariorem neque iucundiorem esse mihi, te, id est quàm tu es.

HVBER. EPISTOLARVM. propônit Ci.tria potiſsimùm epiſtolarũ genera, quorum cum nullo ſibi utendum eſſe probet, ad illud maximè deuenit quod intendit, ut Curionẽ cohortetur ad laudem & gloriam, quam dicit poſſe comparari bonis artibus, in quibus hortatur ut uehementer elaboret. Eſt autem artificioſum hortationis genus, qui non ex abrupto expoſuit quod uellet. Non ignoras, ſcis. Genera, ſpecies. Illud unum, illud præcipuum. Res ipſa, ipſa epiſtola.

PHI. EPiſtolarum. Ex quo reſpu. labefactari iam propè, & extingui uidebãtur, & Curionẽ Pop.Ro. aio eſſe magno & excelſo cognoſcebat, ſpem in eo maximam tutãdæ reip. collocãuit tanquam qui ex omnib⁹ unus audèret ac poſſet eam ipſam inuèterem dignitatem ac libertatem uindicãre. Quamobrem nil aliud huius epiſtolę uerba prę ſe ferre uidentur q̃ Curionem ad capeſſendam hanc immortaltem conſeruandæ libertatis gloriam adhortari, & quibuſdã quaſi inſinuationib⁹ ad id genus accẽdit. Non enim audet ex Cæſaris timõre apertius loqui de repub. Genera, amat Cice. pro qualitate genus dicere, quo uocabulo Cic. opera plena ſunt. Multa profecto epiſtolarum genera dicit eſſe, ſed duntaxat hæc tria complèctitur. Vnum, cuius cauſã inuenta eſt epiſtola. Alterum familiare & iocõſum. Tertium ſeuẽrum & graue, quæ in multas epiſtolãrum ſpecies diffunduntur. Sunt enim aliquæ paramythiacæ. Sunt & paracaleticæ, paratecæ, parangelmaticæ, & id genus innumerabiles ſunt Cic. & aliorũ epiſtolæ. Sunt etiam eroticæ, & id magis poetarum quàm oratorum. Extant eroticæ Ticas epiſtolarum ſpecies, ut Platonis de rebus diuinis, Pauli, Petri, Ioannis, Hironymi, Auguſtini, Cypriani, quæ leguntur hodie. Sunt item pragmaticæ, hypotheticæ, proſphoneticæ, proſeuticæ, & aliæ complures. Et nullam aliam facimus inter epiſtolam & literas differentiam, niſi quòd unam epiſtolam dicimus: unam literam non dicimus, numero tantùm multitudinis literas pro epiſtola pònimus: ex quo unas literas pro una epiſtola rectè ſcr ibimus, ut Cice. Vnis literis totius æſtatis res geſtas ad ſenatum perſcriberem. Vnus enim tunc pluralem nũmerum accipit quãdo cum nomine tantũ pluratiuo cõiungitur, ut nuptiæ, arma, literę. Terent. Ex unis nuptiis, duas propterea epiſtolas, non binas epiſtolas, & econtrario, binas literas, non duas literas dicimus, redarguit Cice. filium in hoc errantem. M.T. Poetæ uero maiore ſumpta ſcribẽdi licentia, litera pro epiſtola uti poſſunt, ut apud Sappho. Nũquid ubi aſpecta eſt ſtudioſæ littera dextræ, Pròtinus eſt oculis cognita noſtra tuis. Inuenta melius quàm reperta. Inuenimus enim ex induſtria & labore, reperimus caſu & fortuna, ut Oui. Tu non inuenta reperta es. Res ipſa, hoc eſt epiſtola.

M.T.C. Curiõni. S.D. Epiſt. 3.

EPiſtolârum génera multa eſſe nõ ignôras: ſed vnum illud certíſsimum, cuius cauſâ res ipſa inuenta eſt, vt certióres facerêmus abſentes, ſi quid eſſet quod eos ſcire, aut noſtra, aut ipſorum intereſſet. Huius géneris líteras à me profectò non expectas. Domeſticârum enim rerum tuárum habes & ſcriptóres & núncios. In meis autem rebus nihil eſt ſanè noui. Réliqua ſunt epiſtolárum génera duo, quæ me magnoperè delectant: vnum familiáre & iocóſum, álterum ſeuérum & graue, vtro me minùs déceat vti, non intélligo. Iocer ne tecũ per líteras?

Epiſtolarũ genera

ASCEN. EPiſtolârum. Diſertè tria enũmerat epiſtolârum gẽnera, quorum cùm nullius ſibi ſit argumentũ, non eſt quod ad Curiónem ſcribat, ne tamẽ nihil ſcribat ad uirtútem adhortãtur uerbis memorãtu digniſsimis. Ordo eſt. O Cúrio tu non ignôras multa, quia tria eſſe génera epiſtolárum, ſed illud unum certíſſimum, cuius cauſã ipſa res, id eſt epiſtola eſt inuenta.

HVBER. IOVT certióres facerêmus abſentes, id eſt admonêremus abſentes: & ſi quid eſſet quod propter eos, aut propter nos oportéret eos intelligere, hac enim cauſã maximè inuenta eſt epiſtola. Ouid. in Heroídibus. His arcana notis terrâ pelagóque feruntur, Inſpicit acceptas ab hoſte notas, & diuus Hieronymus ad Marcellam epiſt. decimoquinta. Epiſtolare officium eſt de re familiari, aut de quotidiana conuerſatione aliquid ſcríbere, & quodammodò abſentes interdum præſentes fieri, mutuóque quid aut uelint, aut quid geſtum ſit nunciãre licet: interdum confabulationis tale conuiuium doctrinę quoque ſale condiãtur, & Cicero ad Nigidium libr. iiii. epiſtola quæ incipit, Quærenti mihi, epiſtolarum quoque genera commẽmorat. Intereſſet noſtra, utile eſſet nobis. Aut ipſorum intereſſet, ipſis eſſet utile, & ad ipſos pertinẽret. Huius gẽneris, huius qualitatis, id eſt huiuſmodi literis, quibus te faciã certiorem. Tuarum enim, reddit rationem quare tales literas à ſe non expectet. Domeſticârum, familiarium, de quibus uelis fiericertior. Scriptores, qui ſcribant præter me. Nuncios, qui uerbis referant, ut ſe habeant, res tuæ. In meis autem, quia occurrebat ſcribẽdum fuiſſe Ciceroni de ſuis, reſpondet ſe nihil habẽre noui. Reliqua, ptæter illud unum, de quo diximus. Vnum, ex duobus. Familiare & iocoſum, in quo & familiariter ſcribimus & cum iocis. Alterum, ſecundum horum duõrum. Seuẽrum & graue, quod de rebus ſeuêris & gràuibus tractat. Vtro horum duorum: nam uter de duob⁹ tantum dicitur quis de pluribus & duobus. Non intelligo, neſcio utro horum generum minus conuéniat me uti, quia neutro omnino me uti licet Iocerne, prima pars horum duorum gẽnerum. Iocer ne, débeo ne iocâri. Per literas quia interdum iocamur etiam uerbis coram, & eſt interogátio.

Vter
Quis

PHI. IOVT certiores facerẽmus abſentes, hoc eſt abſentib⁹ ſignificarem⁹. Cauſa eſt q̃ dicit epiſtolã inuentã eſſe de quo Hierony. ad Marcellã ſic habet. Epiſtolare officiũ eſt de re familiari aut de quotidiana conuerſatione aliquid ſcribere, & quodãmodo abſentes interdum præſentes fieri, mutuóq; quid aut uelint, aut quid geſtum ſit nunciãre. Et Naſo inquit. His arcana notis terra pelagóq; feruntur. Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas. Facio te certũ, in proſa oratione non dicimus, ſed facio te certiorem. Poetæ tamen facio te certum dicunt. Virgi. Anchiſen facio certũ, nam uerſus heroicus & elegiacus certiorẽ non capit: & alia huiuſmodi multa breuẽ inter

Certũ facio
Certiorẽ facio

duas longas habentia, ut Ciuitas. Et caue etiam dicas, ago te certum aut certiorem, id nuſquàm lectum eſt. Si quid eſſet, quod eos ſcire aut noſtra, aut ipſorum intereſſet, hoc eſt aliquid eſſet, quod aut ad ipſorum aut ad noſtram utilitatem accèderet. Intereſſet enim utile eſſe ſignificat: & ideo appellatum quaſi in re eſſe, hoc eſt ùtile alicuius eſſe: nam res utilitatẽ plerunque ſignificat, ut Terent. Si in re eſt utrique: hinc puto intereſſe ab in & re & eſſe compoſitũ. Ex quo mea, tua, ſua, noſtra & ueſtra, & quia intereſſe dicimus, nil aliud profecto ſignificamus quàm in re mea tua & huiuſmodi eſſe. Sic etiã ipſorũ intereſſe, hoc eſt in re ipſorũ eſſe. Scriptores. Ratio eſt: quia ad eum eiuſmodi literas non mittat. Scriptor operis eſt auctor & conditor. Librarius, qui ſcriptoris opera tranſcribit aut uendit, quem bibliòpolã dicimus, ſed hic ſcriptôres qui ad te ſcribant, & nuncios qui nuncient & rèferant. Nil noui, nullũ nouum quod poſsim ut debeam tibi ſignificare. Nil literarũ, nullas literas: honeſtius genitiuũ neutro diuerſi caſus adiungemus. Ci. Id quod datur ocii libenti⁹ in philoſophia conſũmere conſueuimus. Idem ne parũ authoritatis eſſet in fãbula. Magnopere, pro ualdè & uehementer, quo etiam diſiunctiue uti poſſumus, ut magno delectant opere literæ tuæ. Familiare, quo ad amicos familiariter ſcribis. Iocoſum, quo plerunq; per literas animi gratiã iocamur cum amicis. Seuẽrum & graue, quo res graues præſertim ad ſtatum reipub. ad religionẽ, ad deos immortales pertinẽtes expònimus, quæ res aut mediocri figura dicendi, aut ubertate cõplectendæ ſunt. Tres enim ſunt ſtili, quos alii charactêres, alii genera, alii figuras orationis appellant: quibus omnis ſcriptorũ materia explicãtur. Gracilis, quẽ Cic. infirmũ & extenuatũ appellat, in quo cauendũ, ut inquit Hora. ne uergat ad unum, quod appellatur ſiccũ, aridũ & exangue. Mediocris ſiue medius, ad quẽ qui peruenîre non poſſunt, & per cõfinia huius ſtili uagantur, in uitiũ cadunt, quod diſſolutum & fluctuans appellatur. Grauis deniq; uberius, in quo maxime fugiendũ eſt quod ſuffultum, turgidũ & inflatum dici poteſt. Id autẽ cõmittitur, ut inquit Ci. cum aut nouis, aut priſcis uerbis, aut duriter aliunde trãſlatis, aut grauioribus q̃ res pòſtulat aliquid dicitur. Vtro, iocoſo, aut graui. Vter & alter de duob⁹ tantũ, Alius de pluribus. Quis de duobus & pluribus. Intelligo, intelligere eſt rem certã tenêre: compoſitũ ſane ab inter & lego, nam r. in. l. conuertitur, ut interlego, intelligo, perlego, pellego, perluceo, pelluceo. Iuue. Critice pelluces. Vti, utor, dicimus quãdo res ſaluo uſu nobis ſubminiſtratur amicis. Abutor uero, quando rem & uſum deperdimus. Iocer, interrogatio eſt ad illud: Vnũ familiare & iocoſum: iocamur uerbis, ludimus factis, ſic iocus in uerbis, ludus in factis. Sed interdũ iſta cõfunduntur, ut iocus in factis, ludus ſit in uerbis. Ouid. Hos ignara iocos tribuit natura puellis, Materia ludunt uberiore uiri. Et Iuue. Quoties uoluit fortuna iocari.

Vter
Alter
Alius

ASCEN. IOVT faceremus abſentes certióres, ſi quid eſſet quod eos ſcire intereſſet. i. in re & utilitáte aut damno eſſet, aut noſtra. i. qui ſcríbimus, aut ipſórum ad quos ſcríbimus. Tu profectò non expectas à me líteras huius géneris: habes enim & ſcriptóres & núntios rerum tuárum domeſticárum. Autèm. i. ſed, nihil eſt ſanè, id eſt multũ noui in meis rebus, ſcilicèt domẽſticis. Réliqua génera epiſtolárum ſunt duo, quæ delectant me magnoperè: unum familiáre & iocóſum, álterum ſeuérum & graue, ſed ſup. non intélligo, utro id eſt quo hórum duórum minùs déceat me uti. Iocer ne id eſt non decet ut iocer tecum per líteras, & ita utar iocóſo génere. Reſpõdet. Meherculè, ſcilicèt ita tractante ut uerum dico.

ciuem meherculè nõ puto eſſe, qui tempóribus his ridêre poſſit. An grauius áliquid ſcribam? quid eſt quod poſsit grauitèr à Cicerône ſcribi ad Curiónem, niſi de rep? Atq; in hoc génere hæc mea cáuſa eſt, vt neq; ea, quæ nunc ſéntio, velim ſcríbere. Quamobrẽ quoniàm mihi nullum ſcribendi argumẽtum relictum, eſt, vtar ea claúſula, qua ſóleo, teq; ad ſtúdiũ ſummæ láudis cohortâbor. Eſt enim tibi grauis aduerſária conſtitũta & parata incredibilis quædã expectátio: quam tu vna re facilimè vinces, ſi hoc ſtatúeris, quarum láudũ glóriam adamâris, quibus ártibus eæ láudes comparãtur, in iis eſſe

IOCIVEM, ſubiectio quæ latenter còntinet ſolutiónem, ut probet ſibi non eſſe iocandũ, quia nullus ciuis ſit qui hoc témpore iocâri poſſit, ergo ne ſibi quidem. HVBER.

An grauius, ſecũda pars. Quid eſt. q.d. nihil, ut oſtendat nihil ſibi grauitèr omnìno ſcribendũ eſſe. A Cice. habent ſignificantiã uel emphaſim hæc nómina à Cice. ad Curiónem. q.d. à uiro graui ad grauiſſimum. In hoc gẽnere, in hac conditióne. Quæ non ſéntio, quæ in animo non hábeo, quæ non probo. Fícti enim hominis eſt ea dícere & ſcríbere quæ non ſéntiat. Quamobrẽ, concluſio in qua oſtendit quid ſibi ſcribendum relinquatur. Argumentum, materia. Nullum, eorum generũ epiſtolarũ quæ eſſe ſolent. Clauſula, concluſione, particula orationis. Qua ſoleo uti, cum ad te ſcribo. Eſt enim, propônit cauſam exhortationis: deinde exhortationem, & eſt ſenſus. Eſt enim quædam expectatio de te, quæ tanquam grauis aduerſaria quædam eſt tibi conſtituta & parâta, quam ſolis bonis artibus & rectè factis poſsis ſuperâre. Aduerſaria, ſubſtantinum eſt, & eſt ordo: quædam expectatio incredibilis eſt conſtituta & parata tibi aduerſária grauis, id eſt tãquam aduerſária grauis, expectátio enim quæ de nobis eſt, tanquàm aduerſária & concertâtrix noſtra non ſinit nos quiéſcere, ut eam uel æquâre uel ſuperâre poſſimus aduerſária autem in fœminino génere quia de expectatióne lóquitur. Quam, expectationem aduerſáriam tuam. Vinces, ſuperâbis. Vna re. quæ ſequitur ſcilicet. Si con. ſi decréueris. Hoc, id eſt quarum láudum, & eſt ordo ſi hoc conſtítues eſſe tibi elaborandum in iis ártibus, quib⁹ ártibus hæ láudes comparantur, quarum láudum glóriam adamâris.

Aduerſari

elaborandum. In hanc ſentẽtiam ſcíberem plura niſi te tua ſponte ſatis incitãtum eſſe confíderem, & hoc quicquid ãttigi, non feci inflammandi tui cauſa, ſed teſtificandi amoris mei. Vale.

IOELABORANDVM, inſudandum, incumbẽdũ. His ártibus, honeſtis, uel his uirtútibus. Nam ars interdùm pro uirtúte pònitur. Quibus cõ. la. quia laus ſempèr ſequitur uirtútem, & uóluit Cic. in officiis. Omne quod honeſtum eſt, etiam ſi à nullo laudẽtur, tamèn per ſe laudãbile eſt, ſed rarò fit ut uirtútibus & bonis ártibus non comparentur láudes. Glóriam quarũ laudum tu adamâris, pro adamãueris. i. quarum laudũ gló-

Ars

Universidad de Deusto Biblioteca

ria ſemper es delectatus,quia ſemper amaſti gloriam quæ ex laudibus naſcitur. In hanc ſententiam,cohortandi te ad amorem laudum. Tu ſpon.per te ipſum,ſine ullius impulſione. Incitatum,ſtimulatũ. Et hoc quicquid.i.hoc quod. Attigi, leuiter & paucis tetigi & commemoraui. *Inflãmare* Inflammandi, incendendi, & eſt tranſlatio ab igni:ſed plus eſt inflammare quàm incendere.Virg.quarto Aeneid. His dictis incenſum animum inflammauit amore. Teſtificandi,apertè declarandi,quaſi teſtimonio quodam. Amoris mei,erga te.

PHI. Mehercule CIVEM Romanum intellige:ἔμφασις hoc eſt ſubiectio, quam demonſtrat ſe etiam iocari non poſſe, cum nullius ſit cuius qui iocari poſsit. Mehercule,per Herculem,per quem iurare poterant ſolum uiri, ut per Caſtora ſolum fœminæ,per Pollucem uterque ſexus. His temporibus,miſeris & afflictis, & his habet emphaſim. An grauiter,ad illud quod ait, alterum ſeuerum & graue. A Cicerone ad Curionem, ἐμφατικῶς iſta protulit, quaſi adamante rempub.ad amantiſſimum & ſtudioſiſſimum reip. In hoc genere,graui & ſeuero, in quo uerſatur reſpub. Quæ non ſentio,laudo & approbo. Quamobrem. Ex concluſione prædictorum demonſtrat quid ad ſcribendum relictum ſit. Argumentum,materia:hoc enim nomine, ut inquit Fabius, complectimur omnia quæ Græci ἐνθυμήματα ἐπιχειρήματα ἀποδείξεις uocant.Nos commentum ſententiam cum ratione & quo tertio diximus quandam concluſionem appellamus,ſed Valgius ἐπιχείρημα aggreſſionem uocat.Celſus argumentum,quo aliquid probaturi ſumus mente conceptum & ſi nondum uerbis explanatum ſit. Quidam rationẽ, Cicero ratiocinamentum & quaſi ſyllogiſmum quendam appellat: ὡταπόδειξιν uero Fabius audientẽ probationem eſſe demonſtrat, quam Cælicius ab epicheremate ſolo genere concluſionis diſtare commemorat. Natura uero omnium argumentorum eſt ratio quædam rei dubiæ faciens fidem per ea,quæ certa ſunt.Reliqua ſunt argumentorum genera duo.Vnum quo fabulæ comœdiarum exponuntur, quod à Cicerone ſic diffinitũ eſt. *Argumentum* Argumentum eſt res ficta,quæ tamen fieri potuit uelut argumenta comœdiarum. Alterum eſt omnis materia ad ſcribendum deſtinata,in cuius ſignificatione hic accipimus.Et Cicero ad Brutum.Et ſi,inquit,argumentum ſimile non erat. Hinc etiam opus,ut ait Fabius,paulo numeroſius uulgo appellatur argumentoſum. Clauſa. περίοδος, id eſt eo ambitu & breuitate. Ad ſtudium ſummæ laudis. In conſeruanda libertate ciuitatis eſt ſumma laus,de qua Virgilius.Vincit amor patriæ laudumque immenſa cupido. Eſt enim.ratio eſt futuræ exhortationis,& ait quandam incredibilem de eo expectationem eſſe, & eam ſibi paratam eſſe, ſicuti quandam aduerſatricem,quam ſolum bene faciendo ſuperare poſſet.Et ſicut aduerſarium dicimus ſic aduerſariã ſubſtantiuum. *Aduersaria. ...ensus est.* Et eſt ordo.Quædam incredibilis expectatio eſt conſtituta, & parata tibi grauis aduerſaria quæ tecum eſt certatura. Incredibilis,adeo magna quod uix credi poſsit. Expectatio, ut ipſe ſolus ſaluam rempublicam reddat.Eſt enim expectare impatienter cupere ſine præſcriptione temporis. Expecto uero uix certum tempus deſiderare. Si hoc ſtatueris,quaſi præceptum ponit,quo intelligat quid faciendum, ut aduerſariam ſibi conſtitutam & expectationem uincere poſsit.Ordo eſt,ſi hoc ſtatueris elaborandum eſſe in iis artibus, quibus artibus hæ laudes comparantur,quarum laudum gloriam adamaris.His artibus, his uirtutibus conſeruandæ libertatis. Ars enim conciſione primitiui,quod eſt apud Græcos ἀρετὴ nominatur, quo nomine uirtutem accipimus.Artis uero,hoc eſt uirtutis ſpecies ſunt quatuor prudentia,temperantia, iuſtitia, & fortitudo. Laudes-co. quoniam laudes ſemper ſunt comites uirtutum. Omne enim quod honeſtum eſt,ut ait Cicero, etiam ſi à nullo laudetur,tamen per ſe laudabile eſt. Gloriam,frequentem famam cum laude:ex laudibus enim naſcitur *Adamo* gloria, Adamaris,id propriè amatorum eſt,ut Quintilianus. Omnes matres liberos ſuos tanquam adamarẽt, *Comparo* amant. Comparantur,acquiruntur, & conſtituuntur. Terent.Atque ex incommodis alterius ſua ut comparet commoda. Incitatum,commotum,accenſum. Conſiderem.Certè & conſtanter crederem. Attigi,leuiter tetigi. Inflammandi tui,ut te ipſum inflammarẽ,ſed ut teſtificarer amorem erga te meum. Metaphora ab igni deducta,& plus eſt inflammare,quàm incendere.Maro, His dictis incenſum animum inflammauit amore. *Inflammo Incendo* Et eſt duplex loquendi modus.Grammaticus per gerundium,ut non feci te inflammandi gratiã,ſed teſtificandi amorem meum,& orationis per participium,ut inflammandi tui cauſã, & cum dicimus cauſã, dicere etiam poſſumus ſtudio uel gratia inflammandi.

ASCEN. NON PVTO ESSE ciuem,ſcilicet in tota urbe,qui poſsit ridere his temporibus. An ſcribã aliquid grauius.Sed ſupple quid eſt quod poſsit ſcribi grauiter à Cicerone ad Curionem niſi de republic. Atque,aut potius atqui,hæc mea cauſa eſt in hoc genere,ut neque uelim ſcribere hęc,quæ ſentio nunc. Quamobrẽ,quoniam nullum argumentum,id eſt nulla materia ſcribendi eſt relictum mihi, ego utar ea clauſula,qua ſoleo, & cohortabor te ad ſtudiũ ſummæ laudis. Enim,id eſt quia,aduerſaria grauis eſt conſtituta & parata tibi ſcilicet expectatio quædam incredibilis, quam tu uinces facilimè una re, ſi ſtatueris, id eſt conſtitueris in animo tuo hoc ſcilicet. Quarum laudum gloriam tu adamaris pro adamaueris,ergo adamamus etiam honeſtè,& quibus artibus eæ,id eſt eiuſmodi laudes comparentur, id eſt acquirantur,eſſe ſupple tibi laborandum in iis, ſcilicet artibus. Ego ſcriberẽ plura in hanc ſententiam,id eſt ad formam huius ſententiæ, niſi conſiderarẽ te eſſe incitatum ſatis tua ſponte,id eſt ſpontanea uoluntate, & quicquid attigi,hoc,id eſt huiuſmodi non feci cauſã tui inflammandi,ſed cauſã amoris mei ſcilicet in te teſtificandi.

HVBER. HAEC negocia,oſtendit Cice.quã in periculoſo ſtatu ſit reſpubl. & gratulatur Curioni, quod abſit duplici de cauſa,uel quòd reipu. pericula & uexationes non uideat,uel quòd abſens omnia cum ſumma laude conſequatur. Deinde cum dicit ſe dubitare utrum ei gratuletur quod ſit uenturus,an doleat,latenter eum incendit ad defenſionem reipubli.ad quam tamen in fine epiſtolæ cum apertè & modeſtè hortatur. Hęc ne,quæ Romæ geruntur in repub. Ne epiſt.quidẽ,quę ſolet eſſe liberior,multo ergo minus nunciis auderem narrare. Vbicunque es,etiam

gratulatoria

M.T.C.Curioni. S.P.D. Epist 4

HAEC negócia, quomodò ſe hábeant,ne epíſtolã quidem narrâre aúdeo tibi.etſi vbicunque es (vt ſcripſi ad te anteà) in eâdem es naui, tamèn quod abes grãtulor, vel quia non

in locis

vides ea,quæ nos,uel quòd excelſo & illuſtri loco ſita ſit laus tua in plurimorũ & ſociórum, & cíuium conſpectu: quæ ad nos nec obſcûro,nec vário ſermóne, ſed & claríſsima, & una ómnium voce perfertur. Vnum illud néſcio, gráтuler ne tibi, an tímeam, quod mirábilis eſt expectátio réditus tui.non quo vérear, ne tua virtus opinióni hóminum non reſpóndeat : ſed mehercule, ne cum véneris, non hábeas iam quod cures, ita ſunt ómnia debilitâta, & iam prope extincta. ſed hæc ipſa néſcio

Nauis in locis remotiſsimis.In eadem naui in eodem periculo,& eſt tractum à nauigantibus, qui cum ſunt in eadẽ naui in eodẽ ſunt periculo.Perdita enim republica cõmune eſt malum & abſentium & præſentium dolor,tamen maior præſentium,qui uideant. Anteà.alia epiſtola,quæ non eſt in hoc uolumine. Gratulor. tua cauſa gaudeo. Vel.&. Quæ nos uidem⁹.Vel alia cauſa.Excelſo,alto. Illuſtri,cõſpicuo, claro, eorũ eni qui ſunt in dignitate, nullum uerbũ aut factũ poteſt eſſe obſcurũ. Sita.poſita,conſtituta. Sociorum.populi Ro.erant enĩ ſocii Po. Ro. qui cum eo erant fœdere coniuncti.Ciuiũ Romanorum qui ſunt in Aſia. Quæ laus tua.Nec ob. ignoto.Nec uario.Varius ſermo dicitur de aliquo,cum non eadem dicuntur.Clariſsima, contra id quod dixit obſcuro.Et unà,eadem.& perſeueranter,& eleganter dicitur una uoce & uno ore pro uno conſenſu & uno fauore,ut Cice.in Lælio de amicitia. De quo omnes uno ore &c.Perfertur.nunciatur.Vnum illud.q.d.de abſentia ſcio me poſſe tibi gratulari, ſed illud unum eſt, de quo dubito an tibi gratuler,an potius timeam ꝙ aduẽtus tuus mirabiliter ab omnibus expectatur.Non ꝙ ue.excuſat hanc dubitationem ſuam.Ne.i.ut Non reſpondeat.non ſatisfaciat.Opinioni.expectationi.Mehercule.iurantis eſt aduerbium. Ne cum ue.Romę,& ſubauditur uereor.Quod cures,Curantur quæ habent ſpem ſalutis cum difficultate tamen, quia curari propriè teſte *Curare* Donato, dicitur ꝙ quaſi arduum & graue eſt,& ideo uſus eſt uerbo medicorum,ad quos curare pertinet.Ita debilitata,quia dixit cures,uſus eſt etiam uerbo ad ægrotum pertinente. Debilitata.male affecta.Et prope extincta:prope deleta,& conſumpta.Extingui enim eſt mori,ut Oui.in Heroidibus. primoq; extinguar in æuo. *Extingui* & Virg.in ſexto Aenei.Infelix Dido uerus mihi nuntius ergo Venerat extinctam ferro.ergo extincta, quaſi deſperata:quia de extinctis nulla eſt omnino ſpes,hæc autem dicit quia adminiſtratio reip.erat tantum modo in poteſtate quorundam potentum,qui magis pro libidine q̃ pro ratione agebãt Hæc ipſa.quę ſcripſi.cum multo plura ſint,quæ non audeam ſcribere.

PHI. HAec negocia.Cæſar,Craſſus & Pompeius ita rempu.oppreſſerant, ut omnino debilitata iam prope & extincta uideretur.Nec audebat Tullius timore trium potentiſsimorum apertè hæc ipſa dicere, uel maxime ꝙ Cæ.ad ſecundum conſulatum ſpirabat, & ad id hortatus erat, ut legem ferret. demonſtrat autẽ in quãto periculo reſpu.ſita ſit,& gratulatur ꝙ abſens ea nõ uideat mala,quæ ipſi uidebãt in rep.quodq; laudem propemodum immortalem abſentia conſequatur.Inde hortatur Curionem, tanq̃ in eo unicum præſidium libertatis ſitum ſit,ut ea paret,meditetur,cogitet,quæ debeat is cogitare qui ſit remp.defenſurus. Hęc .ſ.quę ſunt in rep.Negocium ſane in multas res diffunditur ,ſed apud oratores negocium eſt congregatio per- *Negociũ* ſonarum,locorum,temporum,cauſarum,modorum, caſuum, factorum, inſtrumentorum, ſermonum, ſcriptorum,& non ſcriptorum, & tale negocium Græci περίστασιν dicunt aliquando negocium pro labore ſumitur,ut Quinti.Quid negocii eſt iſta poetarum portenta conuincere,& Da mihi hoc negociũ.Ne epiſtola qui- *Ne* dem,quæ nec erubeſcere,nec timere conſueuit,ergo longe minus hæc ipſa nunciis narrare auderem. Aduerte animum,ꝙ ne & quidem nunq̃ iungi patiuntur ſine medio.Quintilia.Nam mihi ne dicere quidem uideretur. Cic.ad Herenniũ,ne ad ſolarium quidem.Et in Tuſculanis. Atq; ei ne integrum quidem fuit.Audeo.in rebus *Aure certior ẽ ocul⁹* arduis dicimus.Naui periculo, μεταφορικῶς à nauigantibus, ut dicitur, In portu nauigat, qui eſt ſine periculo. Si reſpu.peribat,communis omnium calamitas ſequebatur,tam abſentium q̃ præſentium. Et quæ nos.ſupple *Excelſum* uidemus.Magis enim mouent quę uidentur q̃ quæ audiuntur,nam ore certior eſt oculus. In excel.& illuſtri. *Illuſtre* plus eſt illuſtre q̃ excelſum. Sociorum.confœderatorum.P.R.Amicus & ſocius ita diſcrepant. Amicus eſt qui *Socius Amicus* alicui uſu uitæ ſimilis,pio ac ſyncero & perfecto amore coniungitur.Socius uero qui cum aliquo ad aliquid peragendũ aliquo pacto coniungitur.unde Ci. hæc duo coniungere ſolet, ut ſocios.P.R.atq; amicos,& in lib. de inuentione. Firmiſsimas ſocietates atq; ſanctiſsimas amicitias.Ciuium qui cum eo erãt in Aſia Curionis laudẽ uidebant.Clariſsima,exornationis genus quod Græci ἀντίθεσιν,noſtri contrarium uocant.breuibus & cõtinnatis uerbis perfectũ eſſe debet.Vna uoce.ut dicitur uno ore.i.uno conſenſu. Terent.uno ore omnia dicere.Vnum illud,ꝙ abſens ſis,congratulari me poſſe tibi cognoſco.Sed unum eſt quod uereor, an tibi congratuler,an timeam ꝙ tantopere deſideratur aduentus tuus.Non quod uerear. excuſatio dubitationis. Reſpondeat.ſatiſfaciat.Scio inquit ꝙ uirtus tua ſuperat omnium hominum opinionem.Virtus enim eſt habitus ani- *Virtus* mi in naturæ modum,ut ait Martius rationi conſentaneus.Ne,pro ut.Cures,quid arduum ſignificamus & graue, hoc uerbo quod eſt propriè medicorum,& ad hoc alluſit,cum ſubſecutus eſt.Ita ſunt omnia debilitata.i. quaſi uiribus confecta.Extincta,quaſi deſperata,μεταφορικῶς,unde extingui mori dicimus. ſed tranſitum ſignificat ad alterius rei mentionem.

ASCEN. Ordo. HAec negócia &c.Gratulâtur Curióni ꝙ abſit à tanta reip.perturbatiõe, cum neq; uexatiónes eius uideat,neq; abſens ſumma láude priuêtur,deindè monet ut ita inſtructus rédeat,ut poſsit rem priſtinæ dignitáti reſtitúere. Ordo eſt.Ego ne quidèm.i. non etiam aut non ſaltèm aúdeo narrâre tibi epiſtolã, quomodò hęc.ſ.reip.noſtrę negócia hábeant ſe,& ſi.i.q̃q̃,ubicunq; es,tu es in eâdem naui.i.in eodem perículo,ut ſunt qui in eâdem naui periclitantur,ut ſcripſi anteà ad te,ergò non omnes Cicerónis epíſtolæ collectæ ac ſeruâtę ſunt,tamen grãtulor.i.tibi de tuo bono appláudo,ꝙ abes,ſ.ab urbe,uel quia non uides ea,quæ nos ſup.uidêmus,uel ꝙ láus tua ſit ſita ſup.in loco excelſo & illuſtri.i.perſpícuo & claro,ut potè in conſpectu plurimórum & ſociórum & cíuium. Quæ.ſ.laus tua perfertur ad nos,nec obſcúro nec uário.i. uacilãte ſermóne, ſed uoce:&.i.ſimùl clariſsima & una ómnium.Ego néſcio illud unum an grãtuler tibi an tímeam.i. timêre débeam tibi.i.pro te,ꝙ expectátio réditus tui eſt mirábilis, non ſup. ideo tímeam,quod.i. ut uérear, ne pro ut

uirtus

Universidad de Deusto Biblioteca

uirtus tua respóndeat.i satisfáciat opinióni hóminum.Sed mehercule,sup.ideò tímeam,ne cum uéneris non hábeas iam quod cures, ita ómnia sunt iam debilitâta,& prope id est, quasi extincta . Sed néscio ne id est, an hæc ipsa sint commissa.

HVBER. RECTE.tuto.ne quispiã se à me tantum offendi putet. Cætera,quæ non audeo scribere.Tu tamen. subaudi quanuis dixerim omnia debilitata & extincta. Siue habes,hoc est siue speras remp.posse adhuc ad salutem redûci,siue nullam omnino habes spem. Para.rebus ipsis.Meditâre.consulta.Cògita.inueni,nam cogitare frequentatiuum est à cogo.& est sensus.cógere ad aliquid inueniendum. Viro.non ad Sextum nunc,sed uirtútem rètulit. Vindicatûrus,receptûrus, restitur9 Afflictam,debilitâtam. Oppressam. deiectam & uiolentia prostrâtam.Miseris,infelicibus. Pèrditis,pessimis. Vèterem.pristinam & solitam. Libertatem,quia timebat Cic.reip.quoniam Cæsar tribunus ple.iam hortatus erat,ut legem ferrent,quam Cæsari, quanuis absẽti secundum consulatum pètere licèret,præterea omnia in trium potestate erant.

Cogitare

rectè ne sint líteris commissa. Quare cætera cognosces ex aliis. Tu tamen siue habes áliquam spem de rep.siue despêras,ea para,meditâre, cógita,quæ esse in eo ciue ac viro debent,qui sit remp.afflictam,& oppressam míseris tempóribus, ac pérditis móribus in véterem libertátem,ac dignitátem vindicatûrus. Vale.

PHI. RECTE,sine periculo,ne ad aures Cæsaris peruenirent.Literis com.Committere,aut mandare,literis scribere. Cætera.s.detrimenta reip.quæ scribere non audeo.Spem.Spes incertârum rerum,Expectatio certarũ. Para.meditare,cogita,articulus est.Meditari uero est exercere à uerbo græco μελετάω.L.in D.conuerso,ut ecõtrario seda sella.parare ad rem meditari ad consilium,cogitare ad inueniendum retulit. Ac uiro. Exaggeratio est,nam inter ciues etiam uiles hòmines numerantur,sed uir nõ nisi qui uirtûte prẹditus sit dici potest,ut apud Grẹcos,& nunc uirum ad uirtutem propriè refèrimus Pèrditis.iniquissimis & improbissimis. Iuue. Audacia pèrdita.Mòribus.& bonus & malus mos esse potest,ut pharmacon uenẽnum , ualetudo. Vèterem quæ anteà sortita erat.Senex,antiquus, uetus hoc modo differunt. Senex, qui ad senilem peruenit etatem, & ad uitam duntaxat ipsius propriam referendum est.Vetus ad publica tempora superiora.Antiquus uero tam de senibus dici potest q̃ de ueteribus,ut homo iste est antiquus,& antiqui nostri fàcere consueuerunt,nisi ꝑ habet nescio quid plus uetus q̃ antiquus.unde Iuue.Antiquum & uetus est alienum posthume lectum Concutere. Vindicaturus in libertatẽ reuocaturus.Inter uẽdico,& uindico hoc discrimẽ est uendicamus nobis authoritatẽ.i.attribuimus,& quasi nostrã propriã esse facimus. Oui. Vèndicat ausonias Iunonis cura calendas. Vindicamus uero iniurias,hoc est ulciscimur,& punimus:uñ uindicta dr̃.Iuue . Vindicta nẽo magis gaudet q̃ fœmina.Vindicare etiam significat reuocare in libertatem ut hoc loco,& ad Cæsarem Iuniorem . Qui si nihil ad beneficium àddere , quo me unà cum rep.in libertatem ut uindicassent , & in academicis . Aliqua potestas sic uindicet in libertatem,& liberare atq; defèndere.Cice.in Catône maiôre.Senectus est natura loquacior,ne ab oĩbus eã uitiis uidear uindicâre.Quare hic uindicaturus ꝑ I.& nõ per e legendum est,in quo multi errant.

Spes · Expectatio · Paro · Cogito · Senex · Vetus · Antiquus · Vendico · Vindico · Vindicatus

ASCEN. REctè.i.decentèr lr̃is. Quarè.i.quamobrẽm quia de his dùbito, tu cognosces cẹtera ex aliis. Tñ.i.nihilominùs,tu siue habes áliquam spem de rep.s.restituenda,siue despèras.s.de ea , para.i.meditâre,& cògita ea quæ debent esse in eo ciue ac uiro,qui sit uindicatûrus.i.uindicando iniúrias restitutûrus in uéterem libertátem, ac dignitátem remp.afflictam & quod plus est,oppressam tempŏribus mĭseris,ac mŏribus pĕrditis.

Comendatoria

M.T.C. Curiôni. S.D Epist. 5.

NOndùm erat audítum , te ad Itàliam aduentâre , cùm Sextum Iŭlium Milônis mei familiârem cum his ad te líteris misi: sed tamẽ cũ appropinquâre tuus aduentus putarêtur , & te iam ex Asia Romam versus,

HVBER. (Clodius inimicus Ciceronis) NOndũ.Clódius,in primo lib. exposúimus non solùm Cic.sed eius amicorũ hostis atq; inimícus fuit,uerùm cum Clódius prætúram péteret, & eodem anno Annius Milo consulátum , in quo competitôres quosdam satis potẽtes habêret , Metellũ, Hypseum,& Scipiônem,cum uidêret Clodius præturã fore débilem & quasi mancam cónsule Milóne ei uehementèr aduersabâtur,ne consulátum adipiscerêtur , & eius competitòribus studêbat. Cic.autem quia à Milõe fuisset bene affectus in restitutione sua ab exilio, cupiens gratum animum in eum ostèndere , summoperè ꝓ eo laborabat, ut ipsum cõsulatum obtinèret.Itaq; cum Curio ex Asia Romam uenturus esset, quem cognoscèret posse multum in hac re & prodesse Miloni , misit ei obuiàm has lr̃as,in quibus primùm ostendit quantum sibi sit laborandum pro Milone & artificiosè ostendit necesse sibi esse,ut Curio cui plurimum debêret,nunc etiam in Milonis causa rogâret,ut ei in hac competitione consulatus ita faueat,ut omnino ipsum consequâtur.Adducit autem rationes multas quibus ostendit petitionem suam esse honestissimam.Deniq; ex quatuor rebus, quas Seruius in omni petitione seruandas dixit, nulla omnino deest.Siquidem honestatem habet,cum pro amico salutis suæ authore rogat.Possibilitatem,cũ ostendit Curionem posse id efficere,quod petit, si modò uoluerit . Modum etiam declarat cum fauorem eius in consulâtu Milònis se pètere ostendit,& ut præbeat se ducem suffragiis aliorum quæ se habêre dicit:postremò subdit spem remunerationis,& per se & Annium Milonem.Est autem hæc epistola,omnium commendatitiarum Cic. artificiosissima,& uehementissima. Aduentâre,propinquum esse,appellare. Appropinquare, propinquum esse non loco, sed tempore, ut si dixero.Circa festũ natalis C H R I S T I appropinquat aduẽtus Ducis Mediolani.i.propinquus est ut ueniat, quia eo tempore solet maximè Mediolanũ pètere.Ita in hoc & si Curio erat adhuc remôtus,& nondum ad Italiam aduentabat,tamen putabâtur eius aduentus esse propinquus,quia cum iam constâret eum ex Asia discessisse,paucis diebus erat uentûrus. Putaretur.existimaretur: quia finitum est tempus tui magistratus.Romam uersus.hẹc præpositio eleganter postpònitur, ut hic patet. Constâret,notum esset.

Aduento · Appropinquo · Versus

PHI. NOndum erat. In scribendis epistolis pòssumus uti uel non uti artificio. Id enim in nostro arbitrio situm est.Sed cum negocium habet aliquod ponderôsum, Cicero magna ex parte loqui studet . Hanc epistolam si quis diligenter attendat, ñihil inueniet quòd non sit laude & admiratione dignissimum Est enim arte & subtilitate dicendi àdmodum plena. In qua exordienda in primis auditorem facit attentum, cùm rem magnam pollicêtur allaturum,ut magnitudo reifecit,ut non uereremur ne nimis citò mitterêmus. Et ibi benèuolum reddit. Ego si mea in te essent officia solum Curio tãta.Item à persona auditôris.Sed quia tua in me uel nota omnibus.Docilem facit cum paulopost inquit.In Milonis consulatu fixi & locaui.Est aliud præterea animaduertendum hanc petitionem illis quatuor rhetoricis partibus constâre,ut sit præstandi facultas,sit honestum quod petitur,habeat modum,sequatur remuneratio . Possibilitatem ostendit , cùm ait. Huic te unum tanto adiumento esse si uolueris,posse intèlligo.Modum uero,cum ait. Habemus hẹc omnia, & ut subuenias huic meæ solicitudini,uel ut uerius dicam propriẹ saluti tuum studium dices: deniq; remunerationem ostendit,ut de ipso T.Annio tantum polliceor.Sed quod à Cicerone petâtur, facilius cognosci posset,brèuiter argumentum expònere uisum est.Id autem est huiùsmodi T.Annius Milo consulatum magna quadam contentione petêbat,cuius tunc erant multi competitôres potentissimi uiri,Scipio,Hypseus,& Metellus,quæ res non minori curẹ Ciceroni q̃ Miloni cum propter amorem inter se maximum,tum uel in primis propter magnitudinem meritôrum quæ in eum Milo contùlerat,nam eius òpera Tullius ab exilio reuocatus maxima cùm gratulatione ciuium in urbem.Romam reuersus est.Igitur Cicero tanti non immemor beneficii in rebus uel præsertim in eo consulatu benemeriti gratiam referre conabatur , ut talem magistratum Cic.industriâ consequerêtur,uel maximè ꝓ illi Clodius Ciceronis inimicus plurimùm aduersabatur,& competitoribus fauebat.Erat enim eodem anno Clodius prẹturam petitûrus,quo Milo consulâtũ,nec ignorabat Milône cònsule parui ponderis in repu.futuram esse prætûram suam. Quapropter omni arte Milonem infestabatur,ne consulatum adipisci posset. Tullius uero multùm ac diu in hac re perficienda laborauit. Nec dũ consecuta res erat,cum ex Asia Romam Curio reuerterêtur,Et quoniam non ignorabat ꝓ quicquid erat amplissimum in repu.Curio propter opinionem,quam de se concitâret,facilè consequi posset,non dubitauit id per literas ab eo pètere,quod erat illi maximum,maximeq; necessarium,ut ipse consulatum à senatu pro Milone pèteret quem certò sciebat non negaturum esse. Nondum.eiusdem fermè naturæ sunt dum & donec, sed elegãtia differunt.Nã ne,non,nec,commode coniunguntur cum dum:nunq̃ tamen cum donec.Significãt etiam dum & donec usq; ad,uel q̃diu,& donec subiunctiuo,dum indicatiuo conueniunt,ut literis inseruiam donec moriar.i.usq; ad mortem,& tua mèrita recordabor,dum uiuo.i. q̃diu uiuo. Ad Italiam.Varro & Timæus à copia boum,quæ in Italia esse dicitur,appellatam existimant.ἰταλὸς enĩ ueteri lingua Græcorũ bouem significat.Virgilius uero à duce dictam Siculo fuisse commemorat, ut Nunc fama minores Italiam dixisse ducis de noĩe gentem Aduentâre . Ventâre & aduentâre dicimus frequentatiuum à uenio. Ex Asia.in qua gesserat magistratum ab Oceani.& Thetyos filia, & Iapeti coniuge Asiam inquit Hesio dus appellatam. Lydi. uero ab Asio Eotyi filio nominatam fuisse commèmorat.Et etiam eius nominis palus in Lydia Caistro proxima gruibus abundantissima. Romam uersus.sic exigit elegantia,ut hẹc particula uersus postponatur dictioni.Sic Sulpitius ad Ciceronem.Megâram uersus nauigârem.Quid autem de urbis Romæ appellatione sentimus in libro de honoribus publicis diximus.

Dum · Donec · Italia Vnde · Vento · Aduento · Asia Vnde

ASCEN. NOndùm erat &c.Multo artifício & summa accuratióne commendat Curióni cáusam Milónis consulátum petentis,cuius adeptióne nihil grati9 contingere sibi posse latè declârat,ideòq; ostẽdit eum se líteris admonendum habuisse,ne aduersátii eius & præcipuè Clodii cáusa in contráriam sentẽtiam trahatur.Docetq; rei,quam petit,facilitátem si modò Cúrio annuerit.Sane nos docêmur ex hac epístola in re graui exornatiónibus uti posse.Ordo est.Nondùm erat audítum te aduentâre ad Itáliam,cũ ego misi Sextũ Iúliũ familiarem Milõnis mei.s.amíci ad te cum his líteris. Sed tñ cum tuus aduentus putaretur appropinquare.

Ordo · Misi

profectum esse constâret, & magnitúdo rei fecit,vt nõ vererêmur,ne nimis citò mitterêmus,cùm has ad te q̃ primùm líteras perferri magnòperèvellêmus.Ego si mea in te essent officia solùm Cúrio, tanta quanta magis a te ipso prædicâri q̃ à me ponderâri solent,verecundiùs â te, si qua magna res mihi petenda esset, contènderem. GRAVE est enim hómini pudẽti pĕtere áliquid magnum ab eo, de quo se benemĕritũ putet, ne id quod petat,exĭgere magis q̃ rogâre,& in mercédis potiùs q̃ in beneficii loco numerâre videâtur. Sed quia tua in me vel nota ómnibus vel ipsa nouitáte meórum tẽporum clarĭssima & mâxima beneficia extitêrunt.Estq; ánimi ingenui cui multum dèbeas, eidẽ plurimũ velle debêre.

HVBER. PROfectum,discessisse. Magnitúdo rei.i.res magna & magni momenti atq; pónderis. Vt non uererêmur. timerêmus. Ne,ut.Nimis citò,ante aduentum tuum, Cum uellêmus, cum cuperêmus. Has literas.nostras commendatítias pro Milóne. Quamprimùm,ut díximus suprà,subitò,ut ante aduentum tuum esses admónitus,quid ante fieri uellem. Ego.iam incipit sibi conciliare animum Curionis, non tam Curionem sibi debere,q̃ se Curioni.Ideoq; ut ei magis debeat, dicit se non dubitasse ab eo per literas pètere id quod esset omnium maximum & necessarium. Officia in te.merita mea collocata. Solùm,tantummodo. A te ipso prædicari,publicè laudari. Magis,potius. Ponderari à me.æstimari à me,quia non tãti ea æstimo,quantùm tu prædicâre ea soles. Verecundius.rõne huius uerecundiæ. Graue;molestum,difficile. Pudenti,uerecundo,pudoris pleno. De quo putet se benemeritum,cui præstiterit beneficia. Magis, potius. Loco mercedis,pro remuneratione sui mèriti. Exìgere,pòscere. Quam beneficii,pro quo ei debeat. Vel nota, cognita.Clarissima.nulli obscura. Nouitate meorum tem.quibus mihi noua & bonis ciuibus insueta accidèrunt,quæ autem beneficia præstãtur temporibus aduersis,solent esse maiora & clariora,quia non possunt latère. Estq;.iungitur cum superiori sic,& quia est animi ingenui &c. Ingenui.liberalis & simplicis. Velle debêre,

re,uelle esse obligatũ. Cui debeas,ei cui merito obligatus sis,id autẽ libẽter facit ingenuus animus. Rusticus aũt & seruilis animus spernit ei debẽre,a quo bñficia acceperit,& ne debeat,plerunq; non uult petere,aut capere beneficiũ. Debeas,secunda persona pro tertia eleganter ponitur tam in carmine quam in oratione soluta. Virgi.quar.æneidos. Migrantis cernas,pro cernat aliquis.

PHI. ☞PRofectũ,discessisse. Constaret,manifestũ esset. Magnitudo,attentum facit. Nimis citò,ante aduẽtum. Veldemonstrat se plus Curioni debẽre,q̃ Curio. Ci. debẽret. Sed pro magnitudine animi pollicẽtur se illi accumulatissime satisfacturũ. Magis,ꝓ maius,a positiuo magnũ,nõ.n.dicimus magis studeo,sed maius studeo, nec maius potuit Scipio q̃ Annibal. Põ.tñ ab eo dictũ existimat,quod græci μᾶλλον dicunt. Prædicari,apte laudari. Põderari,μεταφορικῶς ꝓ existimari. Contenderẽ,peterẽ. Graue est.n. Sensus est,ꝙ cũ quis hõ p rudẽs,& modestus aliquod in quempiã bñficiũ cõtulerit,sitq; postea ipse ab eo aliquid magnũ petitur⁹,molestũ est pẽtere, quonã putat ne bñficiũ,quod prior ipse contulerat,repẽtere,& ꝓ eo quasi mercedẽ exigere uideatur,& est exornatio,quam græci σχῆμα nostri sententiã dicũt. Petere,petimus grã,poscimus meritis, postulamus iure,expostulamus querela,flagitamus ardore,rogamus precibus. De quo se be.pu.in quẽ ipse bñficia contulerit. Loco mer.ꝓ remuneratione collati beneficii. Exigere,debitum repẽtere. Tua,beneficia. Nouitate meo. tempore fuit in exilio,nouitas.n.plerunq; pro tẽporũ perturbatione põnitur & tpa pluratiue ad felicitatẽ ut plurimũ referũtur. Cic. O tempora,o mores,& quæ aduersis temporibus bñficia pstantur, solent esse chariora & magis cognita,unde subiungit,clarissima & maxima extitẽre. Sunt & tpa felicitatis,sed raro sine epitheto pronuntur. Estq; animi ingenui. pertinet ad aĩm liberalem & nobilem,nã rusticorum animi recipiendis beneficiis iacent,nisi temeritate aliter se gerant. Ingenuus ille dicitur,qui liberis parentibus natus est,nec postea factus seruus,econtrario Libertinus,qui iusta seruitute manu missus est. Debeas,eleganter põnitur secunda persona pro tertia tam in uersu q̃ in prosa oratione. Iuuenalis. Dicas fortsitan unde ingenium patriæ. Debẽre, obligatum esse,hui⁹ uerbi significationem Cic. in paradoxis explicauit hoc modo. Tu posse te dicito, quoniã quidem potes,debere te ne dixeris,quando nihil quis debet,nisi quod est turpe non reddere.

Peto
Postulo
Posco
Expostulo
Flagito
Rogo
Tempora
Ingenuus
Libertin⁹

ASCEN. ☞ET constãret te profectũ esse iam ex Asia Romã uersus,magnitudo rei fecit,ut non uererẽmur,ne mittere-
mus nimis citò,cum uellẽmus magnoperè. i. magnã curã,& diligẽtiã,has literas perferri ad te. quãprimũ. i. ualde citò, o Curio si mea officia essent in. i. erga te,solũtãta,q̃ta solent p̃dicari magis a te ipso, q̃ ponderãri à me
obnixè conterderem id est obnixè peterem,uerecundius à te,siqua. i. aliqua magna res esset petenda mihi. Enimid est quia graue. i. molestũ est homini pudenti. i. habenti pudorem,aut uerecundo, pẽtere aliquid magnũ ab eo, de quo putet se bñmeritũ,ne uideãtur magis exigere. i. uiolenter expostulare q̃ rogare quod petat & numerare, sup. illud potiùs in loco mercedis,q̃ in loco bñficii. s. gratis facti. Sed quia tua bñficia in. i. erga me, extitẽrunt. uel nota oibus,uel clarissima. i. euidentissima & maxima. ipsa nouitate. i. propter ipam nouitatẽ. i. raritatẽ temporũ meorum. i. eorũ quæ accidẽrũt tpibus nris,hoc est quib⁹ cõsulãtũ gerẽbam⁹. Videntur. n. tpa esse cõsulũ quodammõ eo,qđ ab eis denoiabãtur olim anni. Estq; i. & est ánimi ingénui. sup. officiũ. i. pertinet ad animũ ingénuũ. i. minimè seruilem,uelle debẽre eidẽ,cui debeas plúrimũ, sup. ideò ego non dubitâui. i. nõ sum uerit⁹.

obnixè

animus
liberalis

HVBER. ☞NON dubitaui,ausus sum. & est ordo, sed quia tua í me uel nota oibus &c. non dubitaui. Per lras,quia es absẽs,nec possum tecũ corã loqui. Neq; enim,occurrit obiectioni dicens. ꝙ quis innumerabilia bñficia a Curione accipiat,confidit tñ se posse oia sustinẽre. Vel id est etiam. Grã,beneficiũ. Càpere in accipiendo. i. cuius bñficii animus meus non esset capax, quia liberalis animus,ut uoluit Aristoteles,etiã in accipiendo beneficiũ cognoscitur,quia non dubitat accipere qui se dignum cognouit. In remunerando,reddendo parem grã.
Vel cumulando,uel etiã augẽdo qđ accepissem. Illustrare,ornatiorem & clariorem rẽddere. Studia,affectus animi,desyderia. Oẽm mentem,intentionem omnem mentis. Fixi,posui,firmaui. Statui,iudicaui,uel decreui. Eructum,uoluptatem. i. existimaui me nõ solum debere ita fãcere,ut uidear in eum usus officio meo,sed ꝙ plus est,ut lauder fuisse pius tanq̃ in pẽm. Officii. meriti. Pietatis,quę plus est q̃ officium. Laudẽ, cõmendationem apud oẽs. Neq; uero,ex quadã cõparatiõe ostendit quãtæ curæ sit sibi,ut Milo cõsequaẽ hũc consulatũ, & est sẽsus,cũ quilibet naturaliter habeat curam suæ salutis & suarũ rerũ,nõ puto ꝓpriam salutẽ & ꝓprias res fuisse unq̃ tãtæ curæ alicui,quãte curæ sit mihi eius honor. Suam,ꝓpriã. Honos,ut cõsulatũ cõsequaẽ. Fortunas,res,diuitias. In quo uel honore uel Milone. Studia, fauores. Huic, petitionis posibilitas. Te unum,te solũ. Si uo. quasi astringit eum ut faciat. Præterea, præter te, uel postea. Habemus, ostendit adiumenta, quę habeat ad hanc causam,& ea numerat. Studium fauorem,& uoluntatem. Ex tribu. Milonis,qui tulit legem de reuocãdo Cicerone,cum esset tribunus plebis.

HI. ☞NON dubitaui,dirige sic uerba, Sed quia tua &cæ.
/el Per lras,nõ expectando reditũ tuũ. Neq; enim sum uèritus. refutatio est & quasi responsio obiectioni. Vel,pro etiã ut Teren. uel ex, & in Phormione,uel occidito. Interdũ ꝓ ueluti,ut Terẽ. uel hic Pãphilus. Alias est disiunctiua

non dubitâui id ate per literas pétere, quod mihi ómnium esset máximũ, maximéq; necessárium. Neq;.n. sum vérit⁹, ne sustinêre tua in me vel innumerabília beneficia non possẽ, cum præsertìm confidẽrẽ nullã esse grátiã, quá vel non cápere ánimus meus in accipiendo, vel remunerando, vel cumulando illustrâre posit. Ego oĩa mea stúdia, oẽm óperã, curã, indústriã, cogitatiõnẽ, mentẽ denique omnem in Milónis consulátu fixi, & locâui, státuíq; in eo me non officii solũ fructum, sed etiã pietátis láudẽ debêre quærere: neq; vero cuiq̃ salútẽ suam, ac fortúnas suas tantæ curæ fuisse vnq̃ puto, quantæ mihi sit honos eius in quo oĩa mea stúdia esse decrêui: huic te vnũ tãto adiumẽto eẽ, si volúeris, posse intelligo, ut nihil sit prætereà nobis requirendum. Habêmus hæc ómnia, bonórum stúdium conciliâtum ex tribunátu:

ctiua cõiunctio,plerunq; correptionem significat,ut Ci. uel optimã me sane uitã. Cõsiderẽ,ꝓ cõstãti haberem posse accumulatissime grãs referre. Grãm,bñficium. Capere,cũ ut id quod in nobis est,assumimus,capere dicimus,qui se dignũ in accipiendo bñficio cognoscit,illud accipere nõ dubitat & id magni & liberalis hois esse philosophi tradiderunt. Cumulando,plura referendo q̃ acceperat. Ego oĩa mea studia Articulus est. Studia uoluntates,& affectus animi. Curã differt a curatione,hæc ꝓprie medicorũ,cura uero reliquorũ esse dicitur, Cura nõ a curãdo,ut inquit Priscianus,appellata,sed ab eo ꝙ cor urat. Hinc Ennius quasi hui⁹ nois originẽ explicãs Curatio inquit. Curãue leuasso. Quæ nunc te coquit. Hãc græci μάρμαιραν dicũt. hãc etiã ꝓ amore latini capiũt. Virg. At regina graui iãdudum saucia cura. Industriã, a qua nõ fit industriosus,sed industrius,ficut nec a uirtute uirtuosus,licet Boetius uirtuosũ tu nõ dicas. Has.n. derivatiões latinitas aspernatur,sed ꝓ uirtuosũ Tul. dicit, bonũ,iustum,studiosũ,fortẽ,nũq̃ uirtuosum apud Cice. inuenies,ex quo ait,tametsi uitiosũ dicit,uirtuosũ tũ dicere nõ ausim. In eo. cõsulatu. Officii,qđ ꝓ meritis in me suis efficere debeo,fructus est uoluptas,gauderem. n. multũ nõ solũ uideri usus officio in Milonem, sed laudari pius in eũ fuisse. pietatis. nunc pro singulari amore pietatem accipimus,& plus est q̃ officium ut supra diximus. Laudem,cõmendationem. Debere,querere ut Milo cõsulatũ oino cõsequaẽ,& illud proprie queri dicit,qđ cũ difficultate inueniẽ. Nõ solum,& non mõ semper exigunt post se,aut sed,aut uerũ,ut nõ solũ Athenis cognomen deportasse,sed prudentiã & humanitatẽ intelligo,& in epistola ad Appiũ. Ita est hõ non mõ prudẽs,uerũtiam qđ uidi,curiosus. Sed caue dicas ne dum ꝓ nõ solum. Est.n. alius loquendi modus. Exigit. i. ante se oĩonẽ hoc mõ. Adirẽ pro te mortẽ nedũ uerba prote facerẽ,& sub uno uerbo utrãq; snĩam cõplecti hoc mõ. Adirẽ pro te mortẽ nedũ laborẽ. At nullo mõ dicendum est,sic. Nedũ laborẽ pro te adirem,uerũetiã mortem,in quo multi errauere. Neq; uero,ex quadã quasi cõparatione dicit, ꝙ null⁹ unq̃ tãti fecit aut fortunã,aut salutẽ suã,quãti ego cõsulatum Milonis mei. Et aĩadueꝛte ꝙ nec & neq; eleganter iũguntur cũ hac particula uero,sed autẽ nunq̃ pati possunt,quod iure sibi uendicat non. Dicimus. n. autẽ nec uero,& neq; uero. Salutem,neq; dicas salutes,numero. n. multitudinis non inueniẽ apud doctos uiros. Honos,ut adispiscatur cõsulatũ,honos & labos pro honor & labor nõ tam uersu q̃ prosa oĩone dici possunt. Sic in Tusculanis,honos alit artes,quod Vir. Semper honos nomẽq; tuũ. Oĩa mea, nihil excepit sed animi,corporis,& rerum æternarũ bona intellexit esse posita pro honore Milonis,ut magis Cui moueret, ad id agendũ,qđ Tullius pro milone petebat. Si uolueris,uim habent hæc uerba quasi ad cogendum ut faciat. Intelligo, plus est q̃ si dixisset Credo,nam quæ intelligimus certa sunt, quæ uero credimus fallã esse possunt. Credo Præterea,ꝑter te unum. Habemus hæc oĩa,petit statum causæ,& rei peragẽdæ facilitatẽ ostẽdit,& Milonis mores,& grãm,& adiumẽta,quæ habeat paucis enumerat. Bonorũ studiũ,habemus inquit in primis bonorũ ciuium,hoc est patriciorum uoluntatem,qui cõsulatũ Miloni uolunt. Conciliatum,in beneuolentiã Milonis & fauorẽ adductum. Ex tribunatu ipsius Milonis,quando de reuocando ab exilio Cicerone legem tulit.

Capere
Cura
Curatio
Industria
Industrius
Nõ solum
Non mõ
Nedum
Neq; uero
Mon autẽ
Honos
Labos
Intelligo
Credo

ASCEN. ☞PEtere id à te per lras quod esset mihi maximũ oĩm. s. expectandorũ,& est maxime necessarium. Artificiosissime, ut dixi, ad obtinen da quæ uult incepit. Nam quasi aliud agẽs rei quã petit,& honestatẽ & necessitatẽ ostendit. Vñ addit. Neq;.n. sum ueritus. ne. i. ut nõ possem,dico ne. i. ut. Nam satis esset ne possem siue nõ,cũ igiẽ apponat nõ,ne quod ualet per se ut,nõ ualet tantũ ut,qđ iõ accidit,ꝙ ut dixi,uerba timoris & uetãdi,quę tacitã negationẽ important,idem efficiũt cũ & sine negatione,& ita,tres negationes nõ plus efficiunt q̃ duæ,sustinere. tua uel. i. etiã,innumerabilia bñficia in me,ꝑsertim cũ cõsiderẽ nullam esse grãm,quã anim⁹ m eus nõ posset uel capere. i. cõprehendere in accipiendo. i. cũ acciperet,uel illustrare. i. illustriorem facere remunerãdo & cumulãdo. i. augẽdo eã. Ego &c. Post lõgã insinuationẽ tãdem aperit quid petat dicens. Ego fixi. i. firmaui & locaui in cõsulatu Milonis omnia studia mea,oẽm operã supple meã. oẽm sup. curã industriã cogitationẽ, deniq; oẽm mentẽ statuiq;. i. & cõstitui me debere querere in eo,nõ solũ fructũ. i. utilitatẽ officii. s. bene locati, sed etiã laudem pietatis. Neq; uero puto salutem ac fortunas cuiq; suas fuisse unq̃ tantæ curæ,q̃tæ. s. curæ. Honos eius. s. Milonis,sit mihi,in quo. s. honore eius, ego decreui omnia studia mea esse. Ego intelligo te unum posse esse si uolueris. huic. i. huiusmodi amice meo,tanto adiumento,ut nihil sit requirẽdum nobis,prẽterea: . i. præter te unum. Nos habemus hæc omnia. s. adiumenta. utpote studium. i. fauorem,bonorũ. s. ciuium. conciliatum. i. conquisitũ Miloni ex tribunatu. s. eius,quem decenter gesit, conciliatum, dico studium bonorum.

ASCEN.

☞PROPTER nostrã cãm. quia boni uiri cũ uidissent Ci. a Clo. uexatum,& a Milone reuocatũ atq; defensum, conciliati sunt ualde erga Milonẽ,qui de Ci. reuocatione tã diligenter egisset. Vulgi & multitudinis. i. plebis. Munerum,ludorũ,quos Milo magnificentissimos ante exhibuerat,quibus sibi cõciliauerat aĩos multitudinis, quoniã iis plebecula gaudet. Vulgi,&. m. subaudi studium habemus. Naturæ. Milonis qui nõ coactus,sed natura liberalis est. Iuuentutis,iuuenũ Romanorũ. Gratioso rum,qui apud populũ grãm habent. Suffragiis, fauoribus,sunt. n. suffragia quasi uoces, quæ dicebãtur in comitiis & in tabella scribebãtur, cũ quisquã suã declarabat uoluntatẽ de aliquo eligẽdo in magistratũ, inde ponitur ꝓ auxilio, & suffragari est auxiliũ & fauorem ferre,& refragari est pugnare, sed cauẽdum ne abutamur sic dicendo. Lacedæmonii suffragia miserunt Athenien-
sibus quia auxilia dicendũ est quæ ꝓprie de re militari dicũtur,q̃uis & alia referãtur. Suffragiũ uero in uoce tã tũ dicitur,& sic suffragari & refragari. Ipsius. Milonis. Diligentiã,quã adhibet ut oĩbus sit gratus. Nostrã mei Cic. Suffragationem, fauorem, ut diximus. Si minus si non. Potentem,magnę authoritatis. At sãtẽ. Probatam, bonam & laudatã. Iustam,propter eius probitatẽ. Iustũ est enim

HVBER.

Suffragiũ
Suffragor
Refragor

propter nostrã (vt te spero intelligere) causam. vulgi,ac multitudinis,propter magnificentiam munerũ, liberalitatẽq; naturæ: iuuẽtutis,& gratiosorũ in suffragiis studia, propter ipsius excellentem in eo generevel gratiã,vel diligentiam: nostrã suffragationem, si minus potentem,at probatam tamen,& iustam, & debitam,& propterea fortasse etiam gratiosã. Dux nobis & author opus est, & eorum ventorum quos proposui,moderator quidam,& quasi gubernator: qui si ex ex omnibus vnus exoptandus esset, quẽ tecum conferre possemus,non haberemus. Quamobrẽ si me memorẽ,si gratũ,

est enim fauere bonis. Debitã, propter eius in me merita. Propterea, propter id. s. qđ sit debita. Gratiosam, quia solent esse grata ea, quæ ex debito ab aliquo fieri putantur. Ingratum enim & immemorem nemo est qui non oderit. Dux, princeps, tractũ a militia, ubi milites sine duce minus audent & ualent. Vnde Virgi. Vrget p̃sentia Turni. Dicimus autem opus est mihi duce, & opus est dux. Ventorũ, uulgi & multitudinis, quam uentũ apella uit propter instabilitatem, aut quia ex multitudine, seditio plerunq; mouetur, quæ ut supra diximus tempe stati comparatur, sicut etiã tempestas seditioni. u t Vir. pri. Aenei. Ac ueluti magna in populo, cũ sæpe cohorta est Seditio, sæuitq; animis ignobile uulgus. Proposui, ante dixi. Moderator, rector. i. cuius sapientia & authori tate ducantur, ut idem Virgil. Tum pietate grauem ac meritis si forte uirum quem Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant. Gubernator, quia de uentis locutus est, Gubernatorẽ etiam trãsitiue dixit, cũ proprie de naui dicat gubernator, ut Vir. in. sex. Aenei. Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Ergo perseuerauit in transtatione nauigãtiũ, ut ita intelligat, p̃ quemadmodũ nauigãtibus, ut ad portũ pueniãt, opus est qui arte & prudẽtia sciat moderari uentos, & est opus bono gubernatore, ita & sibi opus est duce aliquo, qui regat istã multitudinem, & seruet eã in fauore Milo. ut cõsequat cõsulatũ, ne ipsa multitudo & uulgus tanq̃ uenti sine moderatore mutent. Vnus solus. Ex oĩbus. Ciuibus Romanis. Exoptãdus, eligendus, Optare enim eligere dicit. Virg. pri. ænei. Pars optare locũ tecto. Et Terentius in Andria Quæ sese optauit hic diuitias inhoneste parare potiusquã in patria pauper honeste uiuere, unde & optio dicitur electio pro optatio. Conferre, comparere, quia neminẽm potiusquam te eligendum putarẽ. Si gratũ, in referenda gratia, nam ut inquit Cic. beneficium male locatum maleficium puto, & stultum est in immemorem, & ingratum beneficium conferre.

Gubernator

Opto
Optio

PHI. ❧ PROpter nostrã (ut spero te intelligere) cãm, q̃ uenuste inter duas caulas similiter cadentes diuersa interpositas sũt uerba, p̃ causã uero nr̃am ab exilio reductionẽ intelligit, de quo sæpe dixim⁹. Vulgi ac multitudinis, repete habemus studium, & per uulgus ac multitudinem plebeios intelligit. Propter magnificentiam munerũ. Iudorum quos populo antea Milo p̃buerat, quibus maxime plebeiorũ aĩos ad se amãdũ allexerat. Iuuentutis, repete habemus studia iuuentutis, & aliorũ, qui gratiosi erãt in dãdis suffragiis. Oẽs. n. Miloni fauebãt, cum ip se in dandis suffragiis maxima prudentia uteret, ut neminem offendere & multis gratificari uideretur. Sunt enim suffragia, & suffragationes in eligendis magistratibus uoces & auxilia, quorũ uarius est modus. Alibi fabis utuntur, alibi pilulis ex pãno factis, alibi uocibus in tabella ascriptis, ut Senatus apostolicus in eligẽdo Põtifice facere cõsueuit. Inde Suffragari pro auxiliari dicimus, & Refragari pro repugnare, & Suffragiũ pro auxilio ponit, nõ tñ dicas, Carthaginenses suffragia miserũt Annibali & huiusmodi, tũc. n. auxilia dicim⁹, nõ suffragia, quæ huiusmodi uocibus, ut ita loquar, accõmodãda sũt in eo gñe, in dãdis suffragiis. Nr̃am suffragationẽ, intellige habem⁹. Minus potentẽ, nõ multæ gr̃æ uel authoritatis, quoniam omnes sciebãt, Ci. Miloni primum debere, ideo in hac petitiõe Milonis parũ authoritatis habebat. u debãt. n. non rõne, sed gr̃a & debito moueri, aut ad euitandã arrogantiã inquit minus potentẽ. At saltẽ. Gratiosã, ex debito. Solent. n. iucunda & grata esse, quæ a debito proficiscuntur, quis. n. laudat ingratũ? nẽo. Noĩa in osus desinentia, copiã, habitationẽ, uehemẽtiã, & quãdã affectionẽ præ se ferunt. Dux nobis & author, opus est, qui ad optimum finem hanc rem ducat, & metaphora a militibus esse potest, qui sine duce nõ multũ proficiũt. Opus est mihi illa res, illius rei, illã rẽ, & illa re dicimus. Ventorũ, a nautis metaphora, & uulgus ac multitudinẽ intellexit, in quibus nulla solet esse constantia tanq̃ in uentis, & facile ut uenti mutantur, & ut plurimũ in contrariã sententiã. Virg. Scindit incertum studia in contraria uulgus. Moderator, cuius persuasione moueãtur, ut est illud Maronis, Tũ pietate grauem, ac meritis si forte uirũ quẽ cõspexere, silent arrectisq; auribus astãt. Gubernator, μεταφορικῶς a naui, cuius rector gubernator dicit, ut Virgili. Ecce gubernator sese Palinurus agebat, & in metaphora nauigãtiũ perseuerauit, cũ uentos nominasset qui ut arte regũtur, ita regi a certo duce huiusmodi multitudinẽ oportebat, ne tanq̃ uenti mutaret, sed cõstans esset in fauore Milonis. Vnus, precipuus. Exoptandus, eligendus. Si memorẽ. s. bñficiorũ, ac uerborum iunctura te uti nolim, ut ab eadẽ syllaba sumat initiũ dictionis, in qua superior desinit, qñ facit incõcinã oronẽ. ut illud Maro. Et dorica castra. eodem modo ab eisdem syllabis dico. Videndũ est inquit Fabius, ne syllabæ uerbi prioris ultimę sint primæ sequẽtis. Id nequis p̃cipi miretur. Cic. excedit in carmine. O, fortunatã natã me consule Romã. Quamobrem, cõclusio in qua ostendit nihil sibi denegandũ. a Curio ne ex iis, quæ petit. Memorem beneficiorũ acceptorũ. Si gratũ, in referenda gratia, beneficium inquit Ci. male collocatum maleficium puto, & stultum est in immemorem & ingratum beneficium conferre.

Suffragiũ

Suffragatio
Suffragor
Refragor

Nomina in osus

ASCEN. ❧ PROpter nostram causam, ut spero te intelligere, & studium uulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum, & liberalitatem naturæ. i. naturalem Milonis, & sup. studium iuuentutis. i. multitudinis iuuenũ, & gratiosorum. i. eorum qui habent multam gratiam & prærogatiuam in suffragiis propter excellentem uel gratiam uel diligentiam ipsius in eo genere scilicet hominum conciliando, & sup. propter nostram suffragationem, si. i. licet forte minus potentem. at. i. certe, probatam & iustam & debitam, & propterea fortasse etiã gratiosam. Dux & author. s. huius petitionis, est opus. i. necessarius nobis, & quidam moderator eorum uento rum. i. aurarum, hoc est fauorum & suffragiorum, quæ sæpe facilime ut uenti leui momẽto mutantur. Et qua si gubernator, qui. s. moderator & gubernator, si unus sit exoptandus nobis ex omnibus, non habemus sup. quempiam quem possumus cõferre tecum. Quamobrem si, potest existimare. i. iudicare me uirũ memorem. s. beneficii habendi in animo si gratum in beneficio referendo.

Opus

HVBER. ❧ SI bonũ uirũ, cui iucũdũ & dignũ benefacere. Vel, ex hoc ipso, p̃ Miloni uiro bono faueat, posse existimari se esse uirũ bonũ. Laborem, curem, solicitus sim. De id est propter. Si dignũ, generaliter dicit, si me ob aliquã rem putas, in quẽ beneficia tua cõferas. Subuenias, succurras, auxilieris. Meæ solicitudini, labori & anxietãti, quã de Milone suscipio. Laudi, quia sperabat maximam laudẽ si eius studiis Milo adeptus sit cõsulatũ, uñ supra dixit, sed etiã pietatis laudẽ debere querere. Vel ut ueri us dicã, correctio est. Propriæ, meæ. Saluti existimat enĩ in Milonis cõsulatu cõsistere salutem suã. Dices, dicare

si bonũ uirum uel ex hoc ipso, quod tam vehemẽter de Milone laborẽ, existimare potes: si dignũ deniq; tuis beneficiis iudicas: hoc a te peto, vt subuenias huic meæ solicitudini, vt huic meæ laudi, vel (vt verius dicã) propriæ saluti tuum studium dices de ipso. T. Annio tantũ tibi

Dico

& dare

& dare uelis, est autem dico primæ cõiugationis, & est authore Donato plus q̃ dare, dicatur enim perpetuo. da tur ad tempus. Terẽ. in Phormione, operã hanc tibi dico. Vir. pri. ænei. Propriãq; dicabo. De ipso, ultima pars petitionis, hoc est remunerationis oblatio ex persona Milo. & ex persona sua. Ti. Annio Milone. appellatus est enim Titus Annius Milo. Complecti, suscipere defendendum.

polliceor, te maioris animi, grauitatis, constantiæ, beneuolentiæ erga te: si cõplecti hominem volueris, habiturum esse neminem. Mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, vt eundem te facile agnoscam fuisse in laude mea, qui fueris in salute. Ego ni te videre scirem, cum hæc ad te scriberem quantum officii sustinerem, quantopere mihi esset in hac petitione Milonis omni non modo contẽtione, sed etiam dimicatione elaborandum, plura scribe rem. Nunc tibi omnem rem, atque causam, meque totum commẽdo, atque trado. Vnum hoc sic habeto, si a te hanc rem impetraro, me pene plus tibi, q̃ ipsi Miloni debiturum. Non enim mihi tam mea salus chara fuit, in qua præcipue sum ab illo adiutus, quàm pietas erit in referenda gratia iucunda. Eam autem tuo vnius studio me assequi posse confido. Vale.

❧ ANIMI, fortitudinis in aggregandis rebus magnis. Grauitatis, authoritatis. Cõstãtiæ, perseuerationis erga te. Mihi nero, ostendit quã sibi gratum sit hoc futurũ, quod p̃ Milone faciet. Adiunxeris, pro adiunges. Vteũdem, ut cognoscã te ita fuisse promptum ad ea, in quibus agitur salus mea, sicut olim fuisti in salute. Eundem talẽ tã benignũ Qui, qualis. Ego nunc adducit causam, quare pluribus eũ non rogat, quia Curio satis intelligat q̃ obligatus sit Cicero ipsi Miloni. Quantum officii, quantum debiti. Sustinerem, esset mihi impositum. Cõtentione, uerborũ. Dimicatione, concertatione, si sit opus. Trado, tradere est fidei alicui⁹ credere. Vir. in Buc. Nuper mihi tradidit Aegon. Tibi, propter studium & fauorem tuum Miloni præstitum. Pene, fere. Quam ip si, qui adiutor fuit in salute mea. Neq; enim sensus est. Nam non tam mihi chara est salus mea, in qua ille præcipue me adiuuit, q̃ erat iucunda pietas in ferenda gratia. Præcipue, maxime, quia etiam ab aliis. Referenda gratia reddendo per meritum. Eam pietatem. Studio fauore. Tui unius, tui solius, si uolueris Miloni studere.

HVBER.

Trado

❧ SI bonum uirum. repetitio est, & conferre beneficia bono uiro iucundum est. Quod. s. me esse memorem. De Milone. qui est uir bonus. De. i. propter. Dices, præmæ coniugationis uerbũ, ut Virg. Propriamq; dicabo. Et plus est dicare q̃ dare, nam dicamus perpetuo, dam⁹ uero ad tempus. Vel ut di. correctio est. De ipso T. Annio. T. Annius Milo dicebatur, remuneratio petitionis Maioris animi articulus. Si complecti hominem mod⁹ loquendi apud disertos uiros frequentissimus, pro amare, & defendere, & fauere. Solent & addere amore, uel beneuolentia, fauore, & huiusmodi, & ita dicere, magno te amore complector, & hominem pro illum ponere, ut uidisti hominem, hoc est uidisti illum. Mihi uero, quam grande beneficium sit in eum collaturus ostendit, si hanc sumet pro milone prouinciam. Eundem, ita diligẽtem, & benignum. In laude mea, maximæ sibi laudi futurum existimabat si eius opera Milo consulatum adipisceretur. Qui qualis. In salute, quando ab exilio reuocatus est. ubiq; locorum suam ab exilio reuocationem salutem appellat. Ego ni te. ordo est. ego plura scriberem, ni te. &c. His uerbis causam ostendit, cur non pluribus uerbis secum agat, cum sciat Tullium Miloni plurimum debere. Officii, in me collati ab eo. Commendo, indocti, dicunt recommendo, & recommitto, & re commendationem. Tu fac dicas commendo, committo, commendationem, & interest multum cum commendo te principi dicimus, & commendo te apud principem. Nam commendo te principi, est committo te. Commendo te apud principem, est laudo te. Atq; tra. est enim tradere alicuius fidei se committere, & sub eius præsidio esse. Habeto ad finem spectat, ut diximus ante, Præcipue, ante alios. Pietas, singularis obseruantia amoris. te apud Studio, opera & diligentia, & fauore. Sane legendum, Tuo unius studio, non tui unius. Confido, constanter te principem neo, uel credo, ut alibi Cic. Quanquam Cratippo nostro principe huius memoriæ philosophorum hęc te assidue audire, atq; accipere confido.

Commendo

Principi

Cõmendo

❧ SI uirum bonũ, uel, id est etiam, exhoc ipso. s. facto meo, p̃ laborem tam uehementer de Milone, id est de honore Miloni augendo. deniq; si iudicas me dignum tuis beneficiis, ego peto hoc a te, ut subuenias huic solici tudini meæ, ut dices id est dedicas aut dedas & quasi consecres, & proprium facias studium tuum huic laudi, uel ut dicam uerius, saluti propriæ. Ego polliceor tibi de ipso Tito Annio. s. Milone, tãtum. i. tam multum aut id solum, te neminem, id est non aliquem, non esse habiturum aliquem maioris animi, grauitatis, constantiæ beneuolentię erga te, sup. quam ipsum, si uelis complecti, id est in amicitiam tuam acceptare hominem. Vero, id est sed, tu adiunxeris mihi tantum decoris, tãtum dignitatis, ut ego agnoscam facile te fuisse eundem in laude mea, qui fueris in salute, scilicet mea, hoc est in recuperando reditu ab exilio. Ego ni, ideſt nisi, scirem te uidere, id est perspicere cum scriberem ad te, quantum officii, scilicet Milonis in me sustinerem, & quantopere esset mihi elaborandum in hac petitione, scilicet consulatus Milonis, id est qua Milo consulatũ petit, non modo, id est non solum omni contentione, scilicet uerborum, sed etiam omni dimicatione, id est concertatione, qualis est armorum, scriberem plura. Nunc quia ita est, quod rem omnem nosti, commendo tibi omnem rẽ atq; causam, & me totum commendo, atq; trado: id est tibi dedo. habeto, id est firmiter teneto hoc unum sic si ego impetrauero hanc unam rem a te, me debiturum sup. esse tibi, plus quã ipsi Miloni. Non enim mea salus fuit mihi tam chara, in qua sum adiutus, Præcipue ab illo, scilicet Milone. quam, id est quantum, pietas, scilicet mea, in referenda gratia erit iucunda, id est delectabilis sup. mihi. Autem pro sed, ego cõfidome posse assequi, id est obtinere, eam scilicet pietatem in Milonem. studio, id est annixu & fauore tui unius, id est solius.

ASCEN.

Sera

Universidad de Deusto Biblioteca

HVBER.

Sera gra. post finitum tempus magistratus, quem Curi. gesserat in Asia. reuersus Romam creatus est Trib. ple. cui Cic. ex Cilicia scribens primum excusat se de sera gratulatione huius dignitatis, Deinde ei gratulatur, & simul hortatur, ut prudentia sua ita se regat ne aliorum consiliis auferatur. intelligebat. n. Ci. Curi. a Cę. solicitari in partes suas, quem ut diximus, ære alieno oppressum tandem adegit. Itaq; nūc Ci. eum laudans hortatur, ut sit fortis & constans in tuenda rep. & cum sit sapientissimus, ita ut aliis possit consulere, multo melius dicit eum posse consulere sibiipsi. Postea Ci. dolet ꝙ non sit Romæ, ut posset aut spectare quę p̄clara a Curione geruntur, aut etiam eum consilio iuuare. Postremo rogat eum, ut det operam ne tempus prouincię ei prorogetur, quemadmodum dicit se eum rogasse Romæ coram. Sera, tarda. Gratulatio, est gaudium ex aliena fęlicitate, alias uero pro actiōe gratiarum ponitur, & gratulari pro agere gratias. Teren. Desine mulier gratulando, deos obtundere. Prætermissa, ad temp⁹ omissa. Absum, quia Cilicia procul abest ab urbe Roma, & est accusatio seræ gratulationis. Sero audio, quæ Romæ fiunt propter longinquitatem locorum & itinerum difficultatē. Sed tibi, dicit se nunc facere quod distulit, ut gratulet̄ Ci. de tribunatu adepto. Exopto, uotis & precibus exposco. Iste, tuus. Sempiternæ laudi. ut ita eum geras, ut consequere sempiternam laudem. Gubernes, tractum ut diximus supra ab eo, qui nauem regit. Moderere, cum modo & ratione regas. Aliorum cōsilia, neminem nominat, sed latenter significat Cæsa. q nitebatur Curionem in partes suas, ut diximus, trahere. Auferant, abducant a recto proposito & sentētia defendendæ reipu. Suadere, consulere. Labere, penultima producta id est errabis, & est translatio. Audies te, auscultabis tibi, & consilium tuum sequi uolueris, nam audire præcepta alicuius dicimur, cum eis paremus. Temere, sine causa. Cui, quali quasi dicat sapientissimo & constantissimo ciui.

Gratulatio — Gratulor — Audio

excusatoria. & gratulatoria.

M.T.C. Proconsul Curioni Tri.Ple. S.P.D. *Epist. 6.*

Sera gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nulla negligentia prætermissa est, longe enim absum, audio sero. Sed tibi & gratulor, & vt sempiternæ laudi tibi sit tribunatus, exopto. teque hortor, vt omnia gubernes, & moderere prudentia tua ne te auferant aliorum consilia. Nemo est, qui tibi sapientius suadere possit te ipso. nunquam labere, si te audies. Non scribo hoc temere: cui scribam, uideo.

PHI.

Sera gratulatio, congratulatur Curioni, ꝙ ex Asia reuersus tribunatum consecutus sit, quemmagistratum adiisse & factum Cæ. inimicū Appianus scriptum reliquit. Sed eum tandem ære alieno oppressum Cæ. in suas partes adduxit, ut ante diximus. Hortaturq; Curio. ad suscipiendam reip. defensionem, & perpaucos intelligat esse Romæ, qui saluam remp. uelint adhibeat in consilium neminem, sed se solum audiat, sibi obtemperet, suum duntaxat consilium sequatur. Inde dicit se dolere ꝙ abest ab urbe, & spectare non potest, quæ ab eo geruntur in repu. Postremo rem suam Curioni commendat, ne sibi in Cilicia prorogetur imperium. Erat autem tum Cic. cum has ad eum literas scriberet, in Cilicia proconsul, Curio Romæ Tri. ple. Ex quo uidēdum in primis cuiusmodi magistratus isti fuerint. Procōsules erant, qui cum potestate consulari, extra ordinē in prouincias belli gerendi causa mittebantur, & eandem propemodum potestatem habebant, quam consules, nisi ꝙ sex tantum lictores secum ducebant, illi duodecim. Et siquidē is aliqua occupatus causa, ad prouinciam sibi traditam accedere, aut ibi adesse nequiuisset, legatum subrogabat, qui propemodum parem procōsulis potestatem gerebat. Res enim grauiores administrare nequibat, quæ proconsuli procurandæ deferebant. Proconsularis uero dignitas fuit primum eo tempore, ut arbitror instituta, quo posthumus Albus, & Sp. Fuscus consulatum gerebant, quorum alter aduersus Equos bellum gerens obsessus est, alter in urbe remaserat, & is ut collegæ ferret auxilium. T. Quintum proconsulem creauit, ante ipsum inuenio neminem. Hæc deinde ita diffusa & obseruari cœpta est, ut qui consules fuissent exacto eorum officio sequenti anno proconsules remanerent, & ad diuersas belli gerendi causa prouincias mitterentur. Tribunorum tria sunt genera. Celerum, Militum & plebis. Tribuni celerum. ccc. milites ad continuum & regis, & reip. præsidium sub se habebāt, quos primus omnium Romulus ex quaq; curia, quas ipse. xxx. constituerat. x. asciuit, & his tres uiros præfecit, eosq; quoniam a tribubus elegerat, tribunos uoluit appellari. Celeres uero celeritate pleriq; dictos existimant. Sūtq a Celere, qui Remum occiderat, & qui primo his ordinibus a Romulo præfectus fuerat appellatos putent. Tribuni uero militum totius exercitus defensores erāt, ne uis aliqua uel seditio inter milites oriretur. Et tres primum ad postulationem plebis constituti, qui eandem cum consulibus habebant potestatem, cum bella seuirent, & ex plebe delectus fieret, ne grauiter ferret. Tres inquam constituti fuerunt, Sempronius, Attracinus. L. Acti. &. C. Cælius uiri patritii. M. Geni. &. P. Curiatio. coss. Ante hos tamen tri. ple. erant. qui aduersus omnem Senatum plebem defenderent. Istorum uero creandorum causa initio fuit successio ple. a patribus in montē sacrum facta, qui tertio lapide distat ab urbe. Fuit & Menetii Agrippæ diligentia hac conditione reuocata, ut plebeios magistratus in urbe haberet. Tūc duo creati sunt Tri. pl. Aulo Virginio, &. T. Vetulio coss. Additi deinde fuerunt tres alii. T. Quintio & Appio Claudio coss. Demum. v. alii. Q. Minutio, &. M. Hora. Puluillo coss. quorum quidem tribunorum tanta erat authoritas, ut omnia Senatus decreta irrita tenerentur, nisi per eos approbata, ipsorumq; signata sigillo fuissent. Verum quæ & quanta fuerit tribunorum potentia A. G. Labeonis sententia, atq; Varronis ostendit, quod in eo legere poteris. Sera gra. quandam excusationem præmittit, quoniam aliquantulum tardus in gratulando fuisse uidebatur. Sera tarda. Martia. Nil facis, & serum est alium mihi querere regem. Longe absum, multum. n. distat ab urbe Ro. Cilicia, in qua tunc Ci. proconsul. Audio sero, quę Romę geruntur, hoc est tarde. Nec tu dicas bonum sero pro bona uespera, id. n. nusq̄ lectum est, tametsi non solum tarde significet, sed post solis occasum, unde Serotinus. Sed tibi. Nunc se gratulari dicit, ꝙ longinquitas locorum abstulerat. Gratulor. Gratari & gratulari significatione non differunt, sed stilo. Gratari. n. poetarum est, & historicorum, Gratulari uero oratorum, significantq; uerbis ostendere te gaudere alicuius fęlicitate apud eum, qui fęlix est, & datiuum uolunt, ut Gratare sorori, & tibi Gratulor, & ad nos ipsos interdum re

Procōsule — Tria tribunorū gn̄a — Sero — Serotinus — Grator — Gratulor

ferri

referri potest ob aliquam felicitatem nostram, ut si dicimus, Gratulor scriptis meis. Sempiternæ, nunquā periturae. Sempiternū diis damus. Perpetuum hominibus. Moderere, cum modo regas & ratione. Prudentia, quæ est rerum bonarum, & malarum per omne tempus scientia. Ne te auferant, in eorum sententiam ducat, defensionem reipub. deferendo, & hoc propter Cæ. dixit, qui eum in partes suas adducere conabatur, quod tandem fecit. Aufero ex ab & fero, &. b. in. u. mutatur. Laberis, in errorem cades, accentū in penultima, μεταφορικῶς dixit. Temere, stulte, sine causa. Si te audies, si tuum consilium sequeris. Cui scribam uideo, quasi dicat, se uidere ad prudentissimum uirum scribere. Emphasis est.

Sempiternum — Perpetuū — *Aufero*

ASCEN.

Sera gratulatio. Quo tempore Curio Romam redierat, & tribunus plebis creatus fuerat. Ci. Cilicā prouinciam regebat, e qua cum audisset tandem Curionis successum, gratulatur ei, purgans tarditatē gratulationis, & simul adhortans, ne quorumuis consiliis ab reipub. studio auferatur, in qua re tacite Cæsarem notabat, demum rogat, ut Curio faciat ne sibi prouincia prolongetur. Ordo est. Gratulatio de bono alterius, sera. i. licet tarda, non solet reprehendi, præsertim. i. hoc præasserto, si supple gratulatio, nulla. i. non ulla, non est prætermissa ulla negligentia. i. per ullam negligentiam, subaudi qualis est nostra. Enim. i. quia, ego absum. s. ab urbe longe, utpote in Cilicia, audio. s. quæ illic gerantur sero. i. tarde, aliquando sero est nimis tarde. Sed licet, sero, o Curio ego & gratulor tibi, & exopto ut iste tribunatus sit tibi sempiternæ laudi. i. ad perpetuam laudem. Et hortor te, ut gubernes omnia, & sup. ut moderere. i. temperes omni prudentia tua, ne consilia aliorum, præsertim Cæs. & Pom. auferant te. s. a recto tramite iustitiæ & curæ reip. Nemo est, qui possit suadere tibi sapientius te ipso. i. quam tu ipse. Tu nunquam labere. i. cades in errorem aut turpe facinus, si audies te. i. sequeris iudicium tuum. Ego non scribo hoc temere. i. inconsulte. uideo. i. animaduerto cui scribam.

Ordo.

Noui animum, noui consilium tuum: non vereor ne quid timide, ne quid stulte facias, si ea defendes, quæ ipse recta esse senties. Quod in id reipu. tempus non incideris, sed veneris (iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatū tuum) profecto vides; quanta vis in repub. temporum sit, quanta varietas rerū, quam incerti exitus, quam flexibiles hominū voluntates, quid insidiarum, quid vanitatis in vita sit nō dubito, quin cogites. Sed amabo te, cura, & cogita nihil noui, sed illud idem, quod initio scripsi: tecum loquere, te adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera. Alteri qui melius dare consilium possit, q̄ tu, non facile inueniri potest: tibi vero ipsi certe nemo meli⁹ dabit. Dii immortales, cur ego nō adsum vel spectator tuarum laudum, vel particeps, vel socius, vel minister cōsiliorum? tametsi hoc minime tibi deest, sed tamē efficeret magnitudo, & vis amoris mei, consilio te vt possem iuuare. Scribam ad te plura alias. Paucis enim diebus eram missurus domesticos tabellarios, vt quoniam sane feliciter, & ex mea sententia remp. gessimus, vnis literis toti⁹ æstatis res gestas ad senatum perscriberem.

HVBER.

ANIMVM, fortem, & studiosum libertatis. Consilium prudentiā. Timide, quia dixit noui animū tuum, est, enim timiditas cōtraria fortitudini. Stulte, propter id quod dixit noui consilium, quia stultitia est contraria prudētiæ. Senties, iudicabis. Recta, honesta, nam rectum dicitur, quod cum officio fit, idem & honestū dicitur. Quod, quia. Incideris, casu ueneris. Sed uene. i. iudicio & certa sententia ueneris, nam incidere est casu incurrere & uenire, ut incidi in latrones, incidi in magnam perturbationē reip. Iudicio. i. certa sententia, cōsulto. Non casu, nō inconsiderate, non fortuito. Contulisti tribunatū in ipsum discrimen. i. uoluisti esse tribunus in ipso periculo reip. Discrimen, nunc periculum, alias experientiā significat & differentiam. Rerū, imperii & status Romani, ut Virg. ii. Aenei. Postquā res Asiæ. Contulisti, coniecisti, distulisti. Vis temporū, impetus & uiolentia temporū, tempora autē pro cōditione temporū ponuntur, ut Cic. o mores, o tempora. Varietas, diuersitas, alii enim gaudent isto statu, alii dolent.
Incerti, ignorati, dubii. Insidiarū, fraudum, proditionum, ut, accipe nunc Danaum insidias. Vanitatis, mendaciorū, & infidelitatis, nam ut inquit. A. G. Vani sunt, non ut uulgo decipientes, & hebetes, aut inepti, sed ut ueterum doctissimi dicunt, mēdaces & infidi, & Nonius insidiosos & subdolos dici ostendit. Amabo, blandientis est particula comicis ualde familiaris. Initio huius epistolæ, repetit autē eandē sententiā diuersis uerbis. Tecum lo. idem est quod supra. Nemo est qui suadere tibi prudentius possit &c. Obtempera, obserua. Tibi, tuo iudicio. Alteri. i. alii. Tibi, argumentū à minori ad maius, ut qui aliis cōsulere sciat, se multo melius consulat. Dabit, cōsiliū. Dii immortales, exclamatio prę magno desiderio Curionis. Non adsum, Romæ. Spectator, inspectator, cognitor. spectam⁹ enim quæ sunt uoluptati, unde, & Spectacula laudū, uirtutum, uel re uera cōmendationum, quas ex tribunatu tuo adipisceris. Particeps, cōmunicator, uel passiue. i. cui tu participares consilia tua. Socius, in laboribus. Minister, suggestor. Hoc. s. habere consilia. Minime, deest, quia per te multum sapis.
Vis, uehementia, potestas. Iuuare, auxilio esse. Consilio, meo. Alias, alio tempore. Paucis diebus. i. intra paucos dies. Domesticos, proprios meos, nam erāt tabellarii publici. Tabellarios, nuncios, qui literas deferunt à tabellis ferendis. Vt quoniā, ordo est ut unis literis res gestas totius æstatis ad senatum perscriberem, quoniā sane feliciter &c. Feliciter, prospere, quia uictoriam habuerat aduersus Parthos. Ex mea sententia, secundū uota & optata mea. Gessimus, in hac prouincia. Vnis literis, una epistola. Totius æstatis, quas una æstate gessi, tunc enim tempus est gerendi belli.

Timiditas — Rectum — Incidere — Discrimē — Tempora — *Virg. ii. lib. Æneid.* — Vanitas — Vani — Spectacula

PHI.

NOVI animū. s. magnificū, laudem, & gloriā appetentē, & libertatis amantissimū. Noui cō. esse sanissimū, & reip. profuturū, quod ex aīo tuo nascitur. Timide, ad aīm refert. Timor enim est cōtra magnanimitatē. Stulte, ad consiliū, species est malitiæ, nā stultitia est prudentiæ cōtraria, ex qua nascitur consiliū. Senties, censebis. Nō incide. sed ueneris. Vnū in casu & fortuna, alterū in iudicio, & cōsilio positū est. Iudicio, cōsilio, consulto, &

Timor

G i dedita

Discrimen Res Æneid. 2.

dedita opera. Casu,fortuitò. Discrimen re.periculum reip.ut eam defenderet,nam res pro statu reip.posuit, ut.Res agamennonias,uictricíaque arma secutus. Virg. per tot discrimina rerum, alias differentiam significat. Virg.Tros,Tyriúsque mihi nullo discrimine agetur, Contulisti, conieciſti. Tribunatū tuum,ꝙ tribunus esse uoluisti,cum tanto periculo resp.laboret. Temporum,perturbationum. Quid insi.quoniam nusquam tuta fides,numero tantum multitudinis insidias dicimus,& fraudes atq; proditiones significant. Quid ua.refertur enim uanitas ad fingenda mendacia,& perfidiã,& differt à stoliditate, cuius rei meminit Apollinaris, authore Nigidio,apud Gellĩū his uerbis.Vanos propriè dici nõ,ut uulgus dicit,desipientes,hebetes,aut ineptos,sed ut ueterum doctissimi dixissent,mẽdaces,& infidos,& leuia inaniaq; pro grauibus & ueris astutissimè componentes. Stolidos autẽ uocari non tam stultos,& excordes,quàm tetros,& molestos & illepidos, quos græci ἀγρίους καὶ βλάκας dicunt. Quin ꝙ non,ut Quin autem insanã aspicias. Alias quin pro immo etiã, aut atq; etiam, ut quin aspera luno.Interdum pro cur non.Vir. Quin tu aliquid potius, quorũ indiget usus,Viminibus molliq; paras detexere iunco,& indicatiuo iungitur tam in prosa oratione q̃ uersu.Fabi⁹. Quin tu potius amittis iuuenis cõsilii rationem. Amabò,aduerbiũ blandientis est,& in antepenultima habet accentũ.Teren. Dic amabò. Cura & cõgita,imperãtis uerba,nam cura & cogitatione,ut quidã legunt. Nihil noui,nolo,inquit,aliquid noui cogites, aut cures. Sed illud idem, quod initio scripsi.s.ne te auferant aliorum consilia, & huiusmodi superius dicta.Tecũ lòquere,eundẽ sensum cum superioribus per diuersa uerba. Consiliũ,quia nemo ita fauebat reip. ut ipse Curio. Spectator,qui inspicerem laudes tuas,quas ex tribunatu cõsequãris.Spectare enim ad oia refertur,sed proprie ad uoluptatem pertinet,unde Spectacula nuncupant. Tametsi hoc tibi minime deest,quoniã per te sapis,& potes oía,& oẽs laudũ tuarũ spectatores esse poterũt. Tabellarios,literarũ latores. In ceratis emtabulis scribebat antiquitas,unde Tabellæ pro literis dicebantur,& tabellæ pro testamento.Iuuena. Signatæ tabulæ dictum feliciter. Ex mea sententia ut uolui,nam Parthos superauerat. Rempu.gessimus,cõmodum reipub.fecimus,ad euitandam arrogantiam nùmero plurali est usus.Tribus enim modis plurali pro singulari numero uti possumus. Ad magnificentiam stili Luca. Bella per æmathios plusquam ciuilia campos Iúsque datum sceleri canimus.Ad exprimendam indignationem.Vir.Moriemur inulti,sed moriamur ait. Et ad humilitatẽ ostendendam.Cic. Non spe moti uenimus ad scribendum. Vnis, nominibus adhærescit plurali numero tantummodo declinatis,ut arma,literæ. Res gestas,in administratione magistratus,& ad rempub. pertinentibus, inque rebus publicis,ac maioribus, & ad plurimos etiam spectantibus & maximè in re militari res gestas dicimus. Totius ætãtis,quas tota ætate gesserant.

Spectator Spectare Spectaculum Tabellæ ingularitas ro plumitate uod modis Res gestæ

ASCEN. Ordo.

Vanus Stolidus Quin Amabo

Amabo

Oro Rogo

HVBER. Sacerdotes

Iuis. idis. Iouis erdos. g. Dios:

IO AGNOVI ánimum,& noui consílium tuum, & uéreor ne fácias quid.i.áliquid timidè.s.ne pecces per timórem,ut fáciunt qui sciunt, qui faciendum sit, sed fáciunt quod potentióribus placet, & sup. ne fácias quid.i. áliquid stultè ut fáciunt imprudentes, qui cùm benefácere uelint nésciunt,si defendes ea,quæ ipsè.i.tu sénties esse recta. Tu uides profectò ꝙ non incideris.s.casu, fortuito, in id.s.tam turbulentũ tempus reip.cum.s.resp. est in periculo ne opprimátur,sed uéneris.i.spõte te immíseris.Enim pro quia.tu cõtulisti tribunãtũ tuum,in ipsum discrímen.i.periculũ rerum,in quo.s.discérnitur quis rerũ potiatur,iudício tuo.i.dẽditâ óperâ,nõ casu. Ego non dúbito quin cógites,quanta uis.i.uioléntia aut potestas témporũ.s.periculosórũ,cum resp.ad paucorum gubernatiónẽ lapsúra uideátur,& quanta uarietas rerũ sup.sit,quàm.i.quantũ incerti éxitus, q̃.i.quãtum flexíbiles.i.mutábiles sup.sint uoluntátes ómniũ,quid insidiárũ & quid uanitátis.i.mendácii & falsitatis sup.sit in uita.s.humána,aut eórũ,quos ipse nouit.Sed Amabò te, blandiendi uerbũ,quod cum casum regat licet blandè ponátur uerbũ manet & accentũ suũ rétinet;cura & cógita nihil noui,sed & illud idem quod scripsi inítio. Lõquere tecũ.i.cũ iudício tuo,ádhibe te in consíliũ,audi te.i. obẽdi tibi,obtẽpera.i. acquiesce tibi, sup.áliquis qui posit melius q̃ tu dare consíliũ álteri nõ potest inueníri facilè,uerò.i.sed certè nemo dabit tibi melius.i.cõcius,uel minister consiliórũ,tametsi.i.quanquã,hoc.s.habere ministrũ consiliórũ,mínimè deest tibi,sed tũ.i.nihilominus,magnitúdo & uis.i.abundántia amoris mei, efficeret ut possem iuuare te cõsílio. Ego scribã aliàs.i. alio tẽpore,plura ad te,enim.i.quia,sup.cũ hæc scríberẽ missúr⁹ eram,páucis diebus.s.post, hoc est post páucos dies, tabellários domésticos.i. qui pérferunt tabellas,& líteras domésticas,nõ públicas,ut quoniã gérsimus rẽp. sane.i.multũ feliciter,& ex sentẽtia mea.i.ex uoto meo, pscríberẽ ad senátũ res gestas totius ætátis unis líteris.

IO DE sacerdótio,sacerdótes oẽs à sacris dicti,ut uoluit Varro.Erant autẽ sacerdótũ uaria genera, alii enim põtífices à posse & fácere,secundũ Scæuolã dicti,uel ut maluit Varro à põte,quia sublícius pons ab his factus primum & restitutus sæpe,erant autẽ & máximi pontifices & minóres.pontificibus uero,teste Macro.erat permissa potestas memória rerum gestárũ in tábulas conferendi,& hos annales appellant máximos, quasi à pontificibus máximis factos, unde & Virg. ait ex persóna Æneæ Põtífici máximi.Et uacet annáles nostrórũ audíre laborum,ex aliis sacerdótibus alii appellant flámines, diáles alii Martiáles,& deniq; ab eo deo, cui essent sacrati nomen accipiẽbãt.Igitur Cúrio aliq̃d sacerdótiũ opa & fauóre Cic.de quo nũc scribit Cic.se multũ laborasse.Difficili,quia fortassẽ multos aduersántes habẽret.Mi Cur. íncipit ei blándiri. Incredíbili,máxima. Singulári,egrégia & incomparábili. Oro,plus est in sensu,q̃ Rogo.Ne patiáre,ne sinas, ne permittas. Moléstiam prouinciálẽ,

De sacerdótio tuo quantam curam adhibúerim,quanquàm difficili in re, atq; cáusa cognosces ex iis líteris, quas Thrasóni liberto tuo dedi. Te mi Curio pro tua incredíbili in me beneuolentia,meáque item in te singulári, rogo atque oro, ne patiáre mihi quicquã ad hanc prouinciálem moléstiã tẽporis prorogári. Præsens tecũ egi,cum te Tri.ple.ísto anno fore non putarem. Itaq; petiui sæpius per líteras, sed tum quasi à senatore nobilíssimo, tum adolescente etiam gratíssimo: nunc à Tri.ple.& à Cu.Tri. non ut decernatur aliquid noui,quod solet esse difficílius:sed & ne quid noui decernatur:& ut senatusc̃osultũ & leges defendas, eaq; mihi cõditio maneat,qua ꝓfectus sum. Hoc te vehemẽter etiã atq; etiã rogo. Vale.

quam

quam in hac prouincia capio,Ostendit enim se inuitum illic esse. Prorogari,id est differri. Egi te. rogani te, locutus sum tecum. Præsens,coram,cum essem Romæ. Sed tum,ostendit hanc suam petitionem maiorem habere uim debere,quia ante petiuerat à Cu.tanquã senatore solum,nunc uero à Cu.etiam tribuno. Fore,quia nondum erat facta mentio aliqua de tribunatu suo. Adolescente,iuuene. Gratiosissimo,ualde grato & accepto. A trib.pleb.q.d.à magistratu,qui nunc per te ipsum potes,quod ante per alios erat faciendum, & primo generaliter dixit à tribuno propter supradictam causam, quòd plus haberet authoritatis quàm ante, deinde subdit. Et à Curio.q.d.qui totus es meus,quem nihil mihi negare decet,& qui poteris quantum uoles.Magna enim uis est in nomine proprio.q.d. non à quouis tribuno hoc peto sed ad eo qui potest. Non subaudi peto.

Aliquid noui,id est præ hoc meo procõsulatu,uel imperio. Quod,decernere aliquid noui. Difficilius,quia difficilius aliquid noui deliberat pro aliquo in magistratu,quàm seruatur id, quod fuerat ei promissum. Sed scilicet peto. Vt ne,pro ne, id est ut non. Decernat quid noui,id est ut senatus nihil omnino decernat de hoc meo imperio, nisi ut qua conditione profectus sum in prouinciam, eadem mihi seruetur, quod declarat dicens. Sed,peto. Senatusconsultum,quo mihi decreta fuerat prouincia tantum in annum.Et leges,quibus cauetur,ut finito anno magistratui detur successor. Conditio,conuentio ea enim conditione iuerat in prouincia,ut post annum inde discederet. Maneat,constet, seruetur, ut Virgilius Aeneidos secundo. Tu modo promissis maneas,id est non discedas à promissis.

IO DE sacerdotio tuo, hanc sacerdotii dignitatem Curio affectabat,pro ea uero impetranda Cice.non medio- P H I. criter laborauit. Ex patribus enim,ut de huius dignitatis origine aliquid dicamus. Numa secundus à Romulo Martium.M.Fa.Pontificem primum elegit,eique sacra, ut inquit Liuius, omnia exscripta, exsignatáq; attribuit.Quatuor exinde ex gente patricia,& totidem ex plebeia pontifices constituti sunt,quorum unus dicebatur maximus, qui solus templo Vestæ palladiique custodiæ una cum sacerdote maxima præsidebat,& eius authoritate omnia sacra regebantur.Huic autem sacrorum rex suppositus erat, ne regis appellatione regiam dignitatem inuaderet,quibus sacra primum fuisse constituta manifestum est, quod tamen ne penitus ab hominum memoria extingueretur,unus tantum sacerdos post reges exactos à repub.institutus est,qui rex sacrorũ, sacrificulúsq; diceretur.Et quoniam erant uaria sacerdotum genera, Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salii,Pontifices minores,Pontifices maximi,reges sacrorum,sacrificuli,& qui etiam Cybelles sacra facerẽt,qui, Galli dicebantur,& quidam alii.Non ausim dicere quodnam sacerdotium ex iis omnibus Curio appetebat,satis est exponere quod sacerdotium cupiebat,pro quo Cic.adipiscendo diligenter operam dedit. Difficili,propter competitores. Te mi Curi.ad rem suam accedit,rogatq; Curionem,ut det operã,ut exacto tempore magistratus,quem tunc in Cilicia gerebat,ne sibi prorogetur imperium,sed ad constitutam diem redire possit in urbem Romam. Libentius enim manebat in urbe sine magistratu, quam cum magistratu extra urbem, quod & in ea demonstrauit epistola,Vrbem mi Ruffe cole,& in ista luce uiue. Mi Curio,suauitatem quandam dicẽdi & uim amoris ostendimus quando huiusmodi appellationes inserimus, Mi Curio, mi Marcelle, mi Ruffe. Molestiam,quam in hac prouincia patior,cum inuitus illic esset. Præsens, à minori ad maius. Prorogari, in longum & ultra constitutum tempus deduci. Sed tum,scilicet egi tecum,& locutus sum de hac re mea, quando non eras Trib.ple.sed certe senator nobilissimus,& adolescens gratiosissimus. Nunc uero, cum hæc eadem à te peto,es Tri.ple.ꝙ multo magis hanc rem mihi conficere poteris. Nunc à tri.ple.omnes codices, quos ego hactenus uidi hunc locum mendosum habent,dicúntque nunc à tyranno Pu.Lentulo est autem hoc modo legendum.Nunc à Tri.ple.& à Curione tribuno,nec tyrannus pro tribuno ponitur. Et à Curione tribuno, nõ diuersam personam dicit,sed eandem,& sic dicit,à Curione tanquam ab eo qui totus esset ipsius Cice. & proprium nomen artificiose posuit in exaggeratione quadam,& tãquam ab eo tribuno diceret hoc se petere, qui plurimum posset in republi. Quod solet esse difficilius, ut aliqui noui & præter patrum morem decernatur, quod tunc fieret, si tempus Cice. prorogaretur. Sed ut nequid noui decernatur, quod à contrario sensu solet esse facilius, ut finito anno è prouincia decedat. Vt senatusconsultum, quo decretum est per annum hoc mihi. Et leges defendas,quibus cauetur,ne quis ultra constitutum tempus in magistratu manere possit. Qua profectus sum, hac enim conditione & lege in prouinciam iuerat, ut finito anno è prouincia decederet. Legendum sane conditio sine. c. Distat enim conditio atque condictio,à condicendo enim condictio nascitur, quæ pronuntiationem quandam, & actionem significat, à condendo uero conditio deriuatur, quæ pro fortuna & sorte,& quasi electione, & conuentione quadam accipitur. Caue referas ad naturam, nam non moris est,sed fortunæ.Itaque maledicunt quidam bonæ aut malæ conditionis quempiam, si ad naturam referunt.At si ad fortunam optime dicunt bonæ,aut malæ,paruæ, aut magnæ conditionis hominem ut aut pauper sit, aut diues,& huiusmodi,quæ fortunæ sunt non naturæ,ut apud Liuium, multis in locis legimus conditiones pacis ablatas. In quo etiam animaduertendum,quòd qui offerunt conditionem nunquam aliis nerbis ferme quàm istis utuntur,fero,pono, offero conditionem, qui uero conditionem accipiunt, nunquam alio uerbo, quàm accipio.Sic Terent.de Glycerio, accepit conditionem. Et Liuius conditionem acceperunt. Verum si mentis qualitatem significare uoluerimus,non conditionem dicemus,sed naturam, aut ingenium, ut bonæ, aut malæ naturæ,benigni,aut maligni ingenii adolescens. Maneat,seruetur,firma sit.

Conditio Cõdictio

IO TV cognosces ex iis líteris quas dedi, scilicèt ad te Thrasóni liberto tuo, id est à te manumisso & libertáte donáto,quantam curam ego adhibúerim de sacerdótio tuo, id est quod me interessóre cõsequi speraſti, & in quàm.i.quantum difficili re atq; cáusa. O mi Cúrio,ego rogo atq; oro te,pro tua incredíbili beneuolẽtia in me,& pro mea singulári beneuoléntia in te, ne patiáre quicquam témporis prorogári.i. prolongári & extendi mihi,ad hanc moléstiam prouinciálem,id est regendæ prouínciæ. Ego præsens,id est cum essem tecum Romæ cum non putárem te fore,id est futúrum tribúnum plebis ísto anno,egi tecũ,& petiui sæpiùs per líteras ita, scilicèt ut non patiáris mihi prouínciam prorogári. Sed petíui sup.tum,id est tũc quasi à senatore,id est patricio nobilíssimo,& adolescente etiam gratiosíssimo,id est pleno máximæ grátiæ,nunc sup.peto à tribúno pleb.& à Curióne.q.d.potentíssimo & prudentíssimo & amicíssimo tribúno,non sup.peto áliquid noui decernátur,scilicèt per senatusc̃osultum,quod.s.decérnere áliquid noui solet esse difficílius,sed ut nequid noui decernatur, qualis esset,progátio imperii,quæ sine nouo decréto non fíeret, ut defendas senatusconsultũ & leges.s.uetátes

ASCEN. L

Universidad de Deusto Biblioteca

ultra præſcriptum tempus prouinciam tenere, & ea conditio, qua profectus ſum, ſcilicet ut expleto tempore legitimo redeam domum, maneat mihi. Ego rogo te hoc uehementer, etiam atque etiam, id eſt frequenter. Vt commentarii dicunt, ſed non declarant, minus eſt in rogando quàm in orando. Rogare enim eſt proprie diſquirere an uelis facere, & ita precari ut facias, ſi ita uideatur. Orare uero eſt quaſi oratorio more precari & implorare. Quia ergo parum eſt per ſe rogare, addit uehementer & etiam atque etiam.

Rogo
Oro

obiurgatoria. hortatoria. comendatoria.

M.T.C. Proconſ. M. Cælio. Rufo Aedíli Curúli. S.P.D. 7. Epist. 7.

HVBER.

QVID tu, Ci. in Ciliciam proficiſcens mandauerat Cælio Rufo, ut ad eũ de ſtatu reipu. ſæpe ſcriberet, in quo ut ei ſatiſfaceret Cælius ſcripſerat quæcunque etiam minutiſsima agebantur. Itaque ſcribit nunc Ci. ſe non expectare ab eo, quæ quotidie fiũt, quæ à multis aliis ſcribi poterunt, ſed expectare quæ putantur futura tanquam ab homine prudentiſsimo & reipub. peritiſsimo. Id autem dicit Cic. quia iam multo antè olfaciebat diſcordiam ciuilem, diſſentionẽ inter Cæ. & Pompe. quo cum dicit ſe multum locutum, & ab eo ſecreta intellexiſſe de repub. quæ literis non ſunt committenda affirmat tamen eum benè de repu. ſentire, hortatur itaque Cælium ut ei adhereat & eum ſequatur. Poſtremo rogat ipſum Cælium, ut det operam ne tempus prouinciæ ei prorogêtur, quia cupiebat finito anno magiſtratus Romam redire. Quid, modus eſt familiariter corripiendi, & eſt ſenſus, cum ego mandaui ut ad me ſæpe ſcriberes, quidquid exiſtimas me mandaſſe tibi, ut etiam ea ſcriberes, quæ priuata fiunt. Quid, deeſt uerbum, & ſubauditur uel dicis uel reſpondes. Mandaſſe, commiſsionem dediſſe: nam mandata propriè uerbis fiunt. Compoſitiones, propriè dixit, hoc eſt comparationes & coniunctiones, nam alter contra alterum gladiatorum eligebatur, ut pares pugnarent, & illa talis cõparatio appellabatur compoſitio, quia uidebatur ad cõparationẽ poni. Hor. in ſermonibus, Rupili & perſi par pugnat, uti non cõpoſitus melius cum Bitho Bacchius.

Mandata
Cõpoſitio

Vadimonia, fideiuſsiones. Dilata, à prætore. Iuue. Differt uadimonia prætor. Vadari eſt fideiubere, inde uades fideiuſſores, ut uoluit Feſtus, qui dantur in re capitali inueniuntur tamen & pro cuiuſlibet fideiuſſoribus. Chreſti, raptoris cuiuſdam nomen propriũ. Cõpilationes, furta, rapinas, à pilis telis Romanorum, non autem à pilis uellendis, quæ dictio corripit primam ſyllabam, Compilo autem producit. Hora. in ſermonibus. Ne me compillaſſe putes Criſpini ſcrinia Lippi. Dicuntur autem cõpilare milites, qui occiſis hoſtibus in bello tollũt inſignia. Mitteres, ſcilicet literis. Et ea quæ, non placet mihi ut carpat hic Pompe. Cæ. & Craſ. quoniam in hac epiſtola laudaturus eſt Pomp. Audeat, ne fortaſſe offendat aliquem narrando ea quæ ſunt contra ius & honeſtum.

Vador
Vadimonium
Vas
Cõpilatio
Compilo
Pilum

QVid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, vt mihi gladiatórum compoſitiónes, vt vadimónia dilâta, & Chreſti compilatiónẽ mittéres, & ea quæ nobis, cum Romæ ſumus, narrâre nemo aúdeat? Vide quantum tibi meo iudício tribuam, nec mehercule iniúriâ, πολιτικώτερον enim te adhùc néminem cognôui: ne illa quidem curo mihi ſcribas, quæ máximis in rebus reipubl. geruntur quotidiè, niſi quid ad me ipſum pertinêbit, ſcribent alii, multi nũciâbũt, perferret etiã multa ipſe rumor. Quarè ego nec prætérita, nec præſéntia abs te, ſed vt ab hómine longè in poſterùm proſpiciente, futûra expecto, vt ex tuis líteris cum formam reipúblic. víderim, quale ædifícium futûrum ſit, ſcire poſsim. Neque tamèn adhùc hábeo, quod te accûſem: neque enim fuit, quod tu plus ꝓuidêre poſſes, quàm quiuis noſtrum. In primíſque ego, qui cum Pompeio cõplúreis dies nullis in aliis, niſi de repub. ſermónibus verſâtus ſum:

Vide pro audi, uel intellige: nam ſenſus ſæpe pro ſenſu ponitur, ut uideo quantum me ames, pro intelligo & cognoſco, dictũ eſt ſuperius. Quantum tribuam tibi quanti te æſtimem. Iniuria, immerito, id eſt tibi tribuo multum. πολιτικώτερον. i. ciuiliórem: eſt autem comparatiuum ſecundum formã græcam, quoniam & à dictione græca dedúcitur πολιτικός, id eſt ciuilis & ciuitatis peritus. Nec il. dicit quæ nolit ad ſe ſcribi. Curo, cupio. Niſi. q. id eſt niſi quòd uidebitur tãgere uel rem uel honorem meum. Nunciabunt uerbis. Ipſe rumor, fama ipſa quæ nihil poteſt tacere. Prætérita nec præ quæ quiſque non ſtultus facile poteſt intelligere. Sed ut, id eſt ſicut. In poſterum, in futurum.

Longe proſpiciente, ualde prouido & futura etiam intelligente, quod contingit ſolum prudẽtiſsimis. Expecto, deſydero. Formam, quaſi deſignationem: tranſlatio ab architectis, ut Ci. in primo officiorum. Formã quidem ipſam. M. fili & tanquã faciem honeſti uides. Viderim, cognouerim. Aedificium, perſenêrat in tranſlatione, & eſt ſenſus, ut cum uiderim ex tuis literis qualem opinionem habes de repub. poſsim cognoſcere qualis ſit futurus ipſe ſtatus reipub. Nec tamen, more amici excuſat eum, quòd nihil adhuc de his rebus ad eum ſcripſerit. Adhuc, hucuſque. Fuit, aliquid. Prouidêre, proſpicere, ante uidere. Quiuis, quilibet. Noſtrũ, mei & cæterorum ciuium Romanorum, In pri. præſertim. Ego, ſubaudi quàm, ut ſit quàm ego. Complures, id eſt multos: abſolute enim ſine comparatione ponitur. Verſatus ſum, aſsidue fui: nam uerſari eſt in aliqua re eſſe.

Verſor

ASCEN.

QVID &c. Scribit ad Cæliũ Rufum, cui Cic. in Ciliciã proficiſcẽs mãdârat, ut ſæpiùs ad ſe de república ſcriberet, Cælius aũt lúdicra reſcripſerat. Vndè Cícero. Quid? modus eſt interrogãdi exíſtimas tu me mãdaſſe tibi hoc, ut mítteres mihi. ſ. in ſcriptis, compoſitiónes. i. paria, nam pares ferè componebant ad certámen gladiatórũ. ſ. in aréna, & uadimónia. i. fideiuſsiónes ſiſtendi ſe aut álium in iudício, dilâta. ſ. à prætóre, & compilatiónem. i. furta, & ſpoliatiónem Chreſti. i. rem quam Chreſtus fur notórius fécerit. Et ea quæ cum ſumus Romæ nemo aúdeat narrâre nobis, eo ꝙ nimis uília ſunt. Vide quantum ego tríbuã tibi meo iudício, nec mehercule iniuriâ ſup. tribui tibi tantum, enim. i. quia, ego néminem cognôui adhùc πολιτικώτερον politicoteron. i. ciuiliórẽ te, πολιτικός grece eſt ciuílis aut urbánus, unde fit cõparatíuus πολιτικώτερος. i. ciuilior & urbánior. Ne quidẽ. i. non etiã, curo, ut ſup. ſcribas mihi illa, quæ geruntur quotidiè in máximis rebus reip. niſi quid. i. áliquid ſup. eórum pertinêbit ad me: alii ſcribent. ſ. ea, multi nunciâbunt ſup. ea, & ipſe rumor, qui incertum habet authórem perferet etiam multa. Quarè. i. quamobrèm, ego nec expecto abs te nec prætérita nec præſéntia, ſed futûra, ut ab hómine proſpiciente longè in futûrum, ut cum uíderim ex tuis líteris formam reip. poſsim ſcire, quale ædificium. i. qualis ſtructûra ſtatus eius, ſit futûrum. i. futûra, aut futûrus, metáphora ab ædifício, cuius conſpecto fundamento facilè ſumma perſpícitur. Neque tamen hábeo adhùc quod, id eſt propter quod, ego accûſem te. Neque enim fuit ſup. áliquid quod, aut cáuſa quod tu poſſes prouidêre plus quàm quis noſtrum: & in primis. i. præcipuè ego, id eſt quàm ego qui uerſâtus ſum cum Põpéio cõplúres dies in nullis aliis ſermónibus niſi de república, in ſermónibus inquam eórum quæ &c. ſic expônit Hubertínus: poteſt etiàm ſic áccipi.

quæ nec poſſunt ſcribi, nec ſcribenda ſunt, tantum habêto, ciuem egrégium eſſe Pompéium, & ad oĩa, quæ prouidẽda ſunt in rep. & aĩo, & cõſilio parâtũ. Quarè da te hómini, complectêtur (mihi, crede) Iam iidẽ illi & boni & mali ciues videntur, qui nobis vidêri ſolẽt. Ego cum Athénis. x. ipſos dies fuiſſem, multúmque mecum. C. noſter Canínius, proficiſcêbar indè pridie nonas Quíntiles, cũ hoc ad te literárum dedi. Tibi cùm ómnia mea cõmendatíſſima eſſe cúpio, tùm nihil magis, q̃ ne tempus nobis prouínciæ prorogêtur, in eo mihi ſunt ómnia. Quod, quãdò, & quomodò, & per quos agendũ ſit, tu optimè conſtítues. Vale.

6. Iulij.

HVBER.

QVAE, ſubaudi eorũ, ut fit in ſermonibus eorũ. i. earũ rerũ. Quæ nec poſſunt ſcribi, propter multitudinẽ, quia penè infinita locûti ſumus. Nec ſcribenda ſunt, quia arcána ſunt, neque literis diuulganda. Habeto, ſcito. Egregium, optimum. Paratum, promptũ, animo, audaciâ, & fortitudine. Conſilio, prudẽtiâ. Prouidentiâ, præparandâ. Da te homini, ſequere hominẽ, & ei obſequere. Homini. Pompeio. Complectêtur, accipiet, cum amore & charitate. Illi. Pompe. Videntur, iudicantur. i. eoſdem exiſtimant, & bonos & malos ciues, quos ego bonos & malos iudico. Ipſos decem, id eſt totos decem dies. Multum, ſæpe per illos decem dies. Mecum, ſubaudi fuiſſet. Noſter, amicus utriuſque. Proficiſcebar, diſcedebã. Inde. Athenis. Quintiles. Iulias. Pridie nonas: ſexto die Iulii, qui eſt pridie nonas. Cum, quando, quo tempore. Hoc literarum, has literas, hoc ſubſtantiuè ponitur. Tum, maxime.

Nihil magis, cupio eſſe commendatũ. Quam, ſubaudi hoc. Ne tempus, ſpatium temporis, adminiſtratio.

In eo, ne tempus prorogetur mihi. Omnia ſunt, omnia conſtitui: quia nihil aliud peto, ſi modo id aſſequi potuero. Quod, quæ res, ne prorogetur tẽpus. Quando, quo tempore, an ſtatim acceptis literis meis, an expectata oportunitate alius tẽporis & diei. Quomõ, qua uia, qua ratiône. Per quos, quorum fauóre & ſuffragio. Agendum, tractandum. Tu, qui es ſapientiſsimus, & es Romæ. Conſtitues, iudicabis, uel diſpones.

ASCEN.

QVAE. i. quæ res hábitæ cum Pomp. nec poſſunt ſcribi, quia multa ſunt, & diſceptãdo ſine diffinitione aliqua inter nos dicta, nec ſunt ſcribenda. i. talia quæ debent ſcribi, eo ꝙ multa ſæpe cũ amicis fabulando dicimus quæ nolumus ſcriptis mandâre. Tantummodo habêto. i. pro certo tenêto. Pompeium eſſe ciuem egregium. i. non uulgarẽ, ſed excellenter laudabilem, & paratũ, & animo. i. uoluntate & conſilio. i. prudentia, ad omnia quæ ſunt prouidenda in rep. Quare. i. quamobrẽ, da. i. accõmoda, aut dede te homini. ſ. Pomp. cõplectetur ſup. te. i. te ſuſcipiet, crede ſup. id mihi. Illi iidem uidentur iam nobis & boni, & mali ciues, qui ſolẽt uideri, hoc eſt illi boni, qui ſolẽt uideri boni, & illi mali qui mali. Ego cum fuiſſem Athenis decẽ dies ipſos. ſ. quibus cum Pompeio in ſermonibus de rep. uerſatus ſum, & Caius Caninius noſter. ſ. amicus aut familiaris, fuiſſet multũ. i. pro multa parte temporis, proficiſcebar. i. diſcedebã inde pridie nonas quintiles. i. quæ nunc ſunt Iuliæ, cum. i. quo tempore, ego dedi. i. miſi, ad te hoc literarum. i. has literas. Attende non recte ſcriptum fuiſſe Nonas Iulias, quia quo tempore hæc ſcripta ſunt nondũ Quintilis. i. Iulius, qui quintus à Martio, & Sextilis. i. Auguſtus, qui ſextus eſt ab eodem, à Iulio & Auguſto denominationem ſumpſerant. Cum. ſ. ita ſit quod cupio, omnia mea. ſ. negocia eſſe commendatiſsima tibi, tum nihil magis. i. uehementius ſup. cupio, quàm ne tempus prouinciæ. ſ. gubernandæ prorogetur. i. prolongetur & extendatur mihi, in eo. ſ. obtinendo ſunt mihi omnia mea ſup. uota aut cõmoda. ſ. curare ne prouincia prorogetur mihi, quando. i, quo tempore, & quomodo & per quos ſit agendum cõſtitues. i. iudicabis & diſcernes, optiẽ. i. cõmodiſſime.

Quintilis
Sextilis

gratulatoria.

M.T.C. M. Cælio Rufo Aedíli Curúli deſignâto. S.P.D. Epist. 8

PRimùm tibi, vt débeo, grátulor, lætorq́ꝫ cùm præſenti, tùm etiam ſperâta tua dignitáte, ſerius, non neglegéntiâ meâ, ſed ignoratióne rerũ oĩm. In iis. n. ſum locis, quò & ꝓpter lõginquitátẽ, & ꝓpter latrocínia tardiſsime oĩa perferuntur. Et cũ grátulor,

HVBER.

PRIMVM tibi, creatus erat Cælius ædilis curulis, competitore, ut quidam uolunt, Attilio quodam homine & glorioſo iactatore, qui ante repulſam ædilitatis iactauerat ſe habere quoſdam iuuenes gratioſos, quorũ ſuffragiis omnia poſsit obtinere quæ uellet, quos & tunc etiam iactabat. Itaque primũ Cic. gratulatur Cælio, ꝙ factus ſit ædilis: deinde agit ei gratias quòd dediſſet ei quem poſſet ridere: nam ſcripſerat Cælius, quæ ſolitus eſſet iactâre cõpetitor ſuus Attilius, quem in petitione ædilitatis ſuperaſſet, de quo tantum ſe riſiſſe ſcribit Ci. ut penè uideretur deſipere. Poſtremo ſignificat ſuum erga Cælium amorem meritũ debitũ. Præſenti, ædilitate. Sperata, futura: quia poſtremum te ad maiora uenturum ſpero. Serius, tardius, ſubaudi gratulor. Ignoratione, rerum omnium, qui ignoro omnia quæ

nia quæ Romæ tam publica quàm priuata fiunt, propter longinquitatem locorum ut subdit. Quo, ad quæ loca. Tardissime, post multum tempus. Latrocinia, grassationes & pericula latronum, qui obsident uias.

PHI. PRimum tibi. Cice. Cælium Rufum singulari beneuolentia complectebatur, & amicorum est rebus secundis amicorum gaudere, aduersis dolere, lætatur itaq; Cice. plurimùm, itaque illi gratulatur, ꝙ ædilitatem Curulem consecutus sit, uel præsertim quòd in ea petenda. C. Attilium competitorem euicerat iactabundum hominem, qui dicere solitus erat omneis aduleſcẽtes Romanos habere se, qui in eo magistratu consequendo suffragarentur. Agitq; ex hoc illi gratias, ꝙ hominem dederat, quem semper ridere posset, scripserat enim Cælius quæ Attilius iactare solebat, quibus Ci. risu emori quodammodo uidebatur, singularem deinde suum amorem Ci. in Cælium ostendit.

Dignitas Dignitate, nunc ædilitatem intelligit, sed dignitas est, ut à Cic. diffinitur, alicuius honesta, & cultu & honore digna authoritas, cuius uero potestatis esset ædilitas superius diximus. In iis enim sum locis in Cilicia. Quo, inquam Ciliciam. Tardissimè, post longum temporis spacium.

Pyratæ Latrones Propter latrocinia, quæ à uiolatoribus fiebant, prius quàm Ci. prouinciam ingrederetur. Sed inquit Strabo quòd multa in latrocinia exercebantur, unde & pyratæ Cilices appellantur. Sed Cilices ut pyratæ fierent causa fuit Triphon, & regum ignauia, quia tunc Ciliciæ Syriæ exsuccessione imperabant. Latrones uero in bonâ partem accipiebant antiquitus, & pro eis qui conducti militabant, à λατρέυω quod est colo & seruio appellati, nunc autem pro grassatoribus & qui in uiis ex latere adoriuntur & grassantur, aut latenter & ex occulto insidiantur.

Fero Efferre Differre Perferre Perferunt tam in simplici quàm in composito multas id uerbũ significationes amplectitur. Est enim ferre, portare, ostentare, habere, pati, conserere, disturbare, dicere, dare, exhibere, dirigere, ducere. In compositione uero pro qualitate compositi significantiam sumit, ut efferre, ad sepulchrum portare. Terent. Effertur funus, & extra ferre. Liuius. Omnia ex oppido efferuntur. Differre, in longum trahere. Cic. In aliud tempus differendũ puto. Virg. Distulit in seram commissa piacula mortem, & differentiâ esse, ut murus & paries differunt, & hoc loco per ferre significat portare & denunciare, alibi uero tolerare & pati. Ter. Omnes perferre ac pati, & huiusmodi multa cum hoc uerbo composita uariam significationem accipiunt.

Cũ & tum Et cum gratulor. Cum & tum interdum significant quamuis & tamen, ut hoc loco intelligendum puto & alibi Ci. cum in omnibus causis grauioribus. C. Cæsar initio dicendi commoueri soleam uehementer quàm uel usus, uel ætas mea uidetur postulare, tum in hac ita me multa perturbant.

ASCEN. PRIMVM. Gratulatur Cælio quòd ædilitatem cum explosione aduersarii assecutus sit, quod quasi assentiatur facit, sed perplexè, unde obscurior est epistola. Ordo autem est. Ego gratulor primùm tibi, ut debeo, & lætor, id est gaudeo, cum præsenti dignitate tua, quia ædilitatem assecutus es, tum etiam separata quia sperat reliquos magistratus cum tempore assecuturum, aut sperata à nobis priusquàm obuenisset: gratulor inquam serius, id est tardius quàm deceat, aut aliquantulùm tardè, non negligentia mea, sed igno ratione rerum omnium. s. quæ geruntur Romæ. Ego enim sum in his locis, quò, id est ad quæ omnia perferuntur tardissime, & id est pariter, propter longinquitatem, & id est paritèr, propter latrocinia, id est impedimenta & pericula, propter latrones & obsessores uiarum. Et cum. s. ita sit quòd gratulor.

HVBER. ΤVM uerò, maxime præter gratulationem. Quibus uerbis, qua oratione. Grátias agam, quia hanc rem sibi adeò gratam ostendit, ut se ei obligatum existimet. Ita factus, ita consecutus quod uolebas. Semper, quia habebimus istum, de quo scribis, perpetuam risus & iocandi causam & materiam. Audiui, inanem iactantiam hominis. Ille ipse factus sum, repræsentaui illum & factus sicut ille. Scis. q. d. non ualet a parte nominare. Egi, repræsentaui, finxi: uerbum cómicum. Iactitat, ostentat, inaniter laudat. Adolescẽtes, iuuenes. Difficile est loqui, ne intelligatur ab omnibus. Contemplans, considerans. Absentẽ, à me, quia es Romæ. Quasi, tanquã.

Ago Facio Coràm, in præsentia. Egeris perfeceris consilio. Facinus, factum in bonam partem. Feceris, quia agimus animo & consilio: facimus rebus. Præter opinionem, præter expectationem, quia fortassẽ aliquid scripserat Cælius esse factum, quod Cice. nunquã esset opinatus, & est sensus. Ego contemplans te absentem, non cõtemplans quãtum egeris facinus, referebam me ad illud &c. quia contemplabar non autem id quod fecisses, ideóq; uidebatur mihi incredibile. Referebam me, reuocabã me, rediam. Ad illud, ostendit quid sit illud, scilicet.

Incredibile, gráuius est enim incredibile, quàm inopinatum & præter spem, & subaudi incredibile esse, uix enim poterat Ci. credere. Factum obii, id est occurrit mihi esse factum à te, quod scripseras. Obiicitur. i. quasi ante oculos offertur. Repentè, statim, ut crédidi esse factum. Incessi, ingrui, inuasi. Omnibus lætitiis, id est omnia gaudia. Incessere enim datiuo iungitur, ut Virg. quarto Geor. Nam sæpè duobus Regibus incessit magno discordia motu, quidam tamen uolunt hæc omnia uerba incredibiliusq; ad hunc locum, omnibus lætitiis esse ex ueteri cœmedia, quia lætitiis in plurali, non uideatur Ciceronianum uerbum. In quo, in qua re, quòd redundarem omnibus lætitiis. Obiurgarer, reprehenderet: quia uidebar facere præter grauitatem meam, nam nimia lætitia indicium est tum imprudentiæ, tum leuitatis, ideo dixit. Pene, fere. Desperem, insanirem. Defendebam, aduersus obiurgantes. Ego, subaudi existimo. Voluptátem lætitiam. Nimiam, immoderatam, hoc est non puto homines posse satis seruare modum in uoluptate sua.

Incessere

tùm verò quibus verbis tibi grátias agã, non repério, ꝙ ità factum sit, vt déderis nobis, quemadmodùm scripseras ad me, quẽ sempèr ridere possemus. Itaq; cum primùm audíui, ego ille ipse factus sum. Scis quem dico, egíque omnes illos adolescénteis, *quos ille iáctitat. difficile est loqui, te autem contemplans absentem, & quasi tecum coràm lóquerer, non ædepòl quantam égeris rem, neque quãtum fácin⁹ féceris, quod quia præter opinionem mihi accíderat, referebam me ad illud, incredíbile hoc factu obiícitur, repentè verò incêsi ómnibus lætítiis. In quo cum obiurgárer, quod nímio gaúdio penè desíperem, ita me defendebam, ego voluptátem hábui nímiam.

QVIBVS

PHI. QVIBVS uerbis tibi gratias agam adeo mihi rem gratam feci̇sti, ut tibi perpetuo me debiturum agnoscã, & quomodo satis tibi dignas agere gratias possim non reperio. Agimus uerbis gratias, habemus animo, referimus factis. Plancus ad Ciceronem. Immortales ago tibi gratias, agamque dum uiuam, nam relaturum me affirmare non possum. Cice. ad Vatinium. Nec enim tu mihi gratiam habuisti, uerum etiam cumulatissime retulisti. Sed referre gratiam tam in bonam quàm in malam partem dicere possumus. In bonam Cice. quàm pietas erit in referenda gratia iucunda. In malam. Teren. Quicquid uenire in mentem nunc mihi possit, qui referã illi sacrilego gratiam, qui hunc suppossuit nobis. Reddere uero & persoluere grates dicunt Poetæ. Virg. Grates persoluere dignas. Aliud præterea notandum puto, ut semper dicas. Ago gratias pluratiue, & habeo gratias uel gratiam utroque numero, & refero gratiam numero singulari, raro autem uel nunquam refero gratias numero multitudinis dicimus. Illud uero quòd in hac significatione multi regratior dicunt, non est latinũ sed barbarum. Nec referre deo gratiam dicimus, sed agere, aut habere, eodem modo quo salutamus deos. Quod ita factus. q. d. quod optabas adeptus sis. Dederis, constitueris. Quæ semper ridere possemus, ea uidelicet, quæ C. Attilius competitor tuus iactabat, aut quem legendum, ut de eo sic intelligat: dedisti nobis unum, qui nobis perpetuam præbebit ridendi materiam, contemplando eius ineptias. Cum primum audiui, quæ ad me de Attilio scripseras, siue ipsum Attilium quem mihi tuæ literæ attulerunt, tanquam loquentem me coram. Ego ille factus sum, præsentando illum tanquam minus, quasi sum factus ille Attilius. Scis quem dico, nolebat ab aliis intelligi, sed Attilium dicebat. Ego tãquam minus repræsentaui gestu & uerbis. Quos ille iactitat in laudem suam, & dicit omnes se habere adolescentes Romanos in suffragiis gratiosos. Iactare est inaniter gloriari. Virg. Illa se iactet in aula. Facinus, nunc factum bonum, interdum & malum, ut mos, & uenenum. Egeris & feceris, agimus animo & consilio, facimus re ipsa, & manu. Sed ista confunduntur. Opinionem, expectationem. Scripserat enim aliquid fortasse Cælius, quod Cicero minimè cogitabat, contemplans contemplatur enim non quid egerit sed illud absentem. Referebam, reducebam. Ordo est, contemplãs te absentẽ referebam me ad illud. Incredibile hoc factũ obiicitur. Verba, ut sint, quæ Attilius dicere solebat, & quo magistratum impetrare non potuit, quem Cælius consecutus & admirans, & dolens Attilius dicebat. Obiicitur hoc in factum incredibile, quòd Cælius potius magistratum consecutus sit, quàm ego, alii aliam afferunt sententiam, quæ mihi non placet. Omnibus læ. bene lætitiis & non gaudiis. Est enim gaudium sapientis, lætitia insipientis, ut in Thusculanis Cicero dixit. Et sunt ista non Cice. uerba, non enim ipse lætitiis pluratiue dixisset. Sed ex Cæcilio ueteri comico in hunc cum Cælio sermonem ad maiorem animi uoluptatem accepta.

Ego uoluptatem habui nimiam, deest uerbum puto, quod ex nimia lætitia, aut indignatione plerunque dimittitur, tam apud oratores quàm apud poetas. Et est sensus. Puto ego immoderatam hominum uoluptatem seruare non posse rationem & modum.

ASCEN. ΤVM uerò, id est multo uerius, non repério quibus uerbis agam tibi grátias, quòd ita factus sis, scilicet ædilis, ut déderis nobis quemadmodùm scripseras ad me, sup. C. Attílium hóminem uanum & fútilem, quẽ possemus ridére sempèr. Itaquè, id est & ita, cùm ego audíui primùm, ego factus sum ille, scilicèt per imaginatiónem, id est finxi quem dico, quasi dicat factus sum C. Attílius, & egi id est repræsentáui etiam me esse illum, tu scis per imaginatiónem, omnes illos aduleſcentes, scilicèt gratiósos. Quos ille iáctitat, scilicèt sibi suffragatũros fuisse. Difficile est loqui, scilicèt ne intélligar ab ómnibus, aut potiùs, quia risu impédior cum ista, quæ scripsisti recólo. Autèm, id est sed ego cõtemplans te absentem & quasi lóquerer tecum coràm, ædepol, id est per ædem Pollucis, non sup. contemplans, quantam rem égeris, nequè quantum fácinus féceris, scilicèt uincendo Attílium, quod. s. per imaginatiónem assúmpsisse pelonam Attilii sine contemplatione uictoriæ meæ, id est adhùc talis qualis erat antequàm uictus esset, accíderit mihi præter opiniónem, nihil tale optanti, nec putanti: quod persónam eius assúmpserim in ánimo meo, referebam me ad illud. i. totus uersábar in ea cogitatióne ac si essem Attílius, & sup. hoc incredíbile. s. quod tu eum sic uicisti, obiícitur. s. cogitatióni meæ, uerò. i. sed incessi, alii ab incesso, ego ab incedo deductũ puto. i. pompose ingressus sum, sup. cum ómnibus lętítiis. s. quod, cum illius persónam egissem repente ad me reuersus per imaginatiónem, tamen intellexi te uictórem, in quo. s. superbo incessu propter lætítias, cum obiurgárer. s. phãtastice, quod desperẽ pene. i. insanirẽ quasi nímio, gáudio defendebam. s. per imaginatiónẽ quasi in sumno, me ita. s. his uerbis. Ego hábui nimium uoluptátem, & ita nimiùm risi. Facilè adducar in eórum sententiam qui censent hunc locum esse totum in áliqua ueteri comœdia, sicut in primo libro locum ex Eunúcho Terentii non multo minórem assumpsit. Nam lætitiis Cícero non dixisset. Sunt ista uerba alicuius gloriantis de se, quæ cum quadrent hómini Cælio uicto, adducuntur à Cic.

*PETRI VICTO. CASTI. QVOS ille iáctitat. In ambábus suis editiónibus Manutii I A C T I T A B A T: in iis tamen, qui antea excusi erant, & in manu scriptis, quos uídimus I A C T I T A T, légitur, Quid illi secúti sint, non uídeo, nec ipsi expoſuerunt: cupio à doctioribus cogitari, an melius legi possit, I A C T I T A T: ut in eodẽ pene uerbo ludat. Mihi sanè hæc lectio uehementer placet, quamuis in nullo manu scripto còdice eam inuenerim. Nam quod in nostro legitur. Quod ita factus sis, è ueteribus libris erutum est, & sanè ita legi debet: quemadmodum enim supra ei gratulatus erat, ꝙ ædilitatem adeptus esset, ita nunc ipsi gratias agit Cicero, ꝙ ita ædilis factus sit. i. cum inimici sui ignominia: deiecerat enim Hirrum Cælius ædilitate, & industria sua, ut ille repulsam pateretur, effecerat, ita frequenter loquitur Cicero, ut in Pisonem: Sed omitto, ut sit factus uterque nostrum.

HVBER. QVID quæris, quid plura, quid opus est uerbis, est enim dicendi modus cum paucis uolumus ostendere aliquid, Hora. in epistolis. Quid quæris uiuo & regno fi mul ista reliqui. Illum, ciuem, dedisti mihi ridendum.

Quid quæris? dum illum rídeo, pene sum factus ille. Sed hæc plúribus, multáq; ália & de te, & ad te, quamprimùm ero áliquid nactus otii. Te vero mi Rufe díligo, quem mihi fortúna dedit amplificatórem dignitátis meæ, vltórem non modo inimicórum, etiam inuidó-

Sum factus ille, id est fere factus aliis deridendus, quia nimio gaudio pene desipiebam. Ille, id est ridiculus sicut ille. Pluribus. Subaudias uerbis, scribam de hac re.

Multa, alia, scribam. De te, de rebus tuis. Ocii, quietis, uacationis à negociis meis. Rufe, appellabatur enim M. Cælius Rufus. Amplificatorem, quia semper fauerat Cic. in obtinẽdis dignitatibus. Vltorem, uin-

Ago gras Habeo gratiam Refero gratias Reddo grates Persoluo grates

Iactare Facinus

Lætitia gaudium

Ædepol.

incedo incesso

dicatorem.

Universidad de … Biblioteca

rum meorum, vt eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. Vale.

dicatorem. Inimicorum,qui mihi nocuerunt. Inuidorum,qui fortunæ & dignitati meæ inuiderunt, quidam uolunt hic Pompeium à Cice.latenter pulsari,qui impulerat competitorem Cælii, ut candidatus peteret ædilitatem,quo succumbẽte dicit Pompeium, qui eum impulerat uindicatum esse à Cælio pro Cice.cui Pompeius uidebatur inuidisse, quoniam passus est eum mitti in exilium,sed non placet ut de Pompeio intelligatur,sed potius generaliter de omnibus inuidis eius. Scelerum,quia me inique eiecerunt ex urbe,& ad inimicos retulit. Ineptiarum,ad inuidos, qui multa inepte in me dixerunt & fecerunt.

PHI. DVM illum rideo C.Attilium. Pene ille factus sum, hoc est ut ego ita essem omnibus ridiculo habendus ex nimio risu & lætitia, ut Attilius nobis erat ineptiis suis ridendus. Cum primum, duæ dictiones. Ero nactus,inuenero. Sunt enim quædam participia quæ significationẽ sui uerbi non habent,ut nactus. (Diligo / Amo) Diligo,minus est diligere quàm amare.Cic. ad Brutũ.L.Clo.ualde nos diligit,aut ut uerius dicam,ualde nos amat.Et alibi.Sic facies,ut me aut amabis,aut quod contentus sum diliges. Inimicorum Clodianos intelligit.honestum, publicum,inimicum priuatum accipimus. Inuidorum,non audet aperte loqui,sed Pompe.intelligit, qui Cice.defensionem contra Clodium recusauit,& eum passus est in exiliũ mitti,& in petitione ędilitatis fauit Attilio,de quo nunc agitur,immo eum ad petendam ædilitatem in competentia Cælii compulit,in qua est superatus à Cælio contra uoluntatem & uim Pomp. Scelerum suorum,cum omnia Cice.bona dissipassent, quando in exilium iniectus est,& ad inimicos referendum est. Ineptiarum,quod Pompeius Cic. opem petenti aduersus Clodium præstare noluisset,& hoc inuidos. Potest & id esse generaliter dictum, sine aperta nota Pompeii,

ASCEN. QVID quæris.s. finem phantasiæ aut imaginationis meæ. Dum ego rideo illum.s. à te uictum Attilium, factus sum pene.i.quasi ille.i.ridiculus ut ille. Sed hæc sup.scribentur à me,pluribus sup.uerbis,multáq; alia: & de te.s.dicta,& ad te dicta,sup.scribẽtur à me pluribus,cum primum nactus ero aliquid ocii. Vero pro sed ô mi Rufe ego diligo te,utpote quem fortuna dedit mihi amplificatorem dignitatis meæ, & sup. ultorem non modo inimicorum,sed etiam inuidorum meorum,ut pœniteret eos, partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum,ut eum quem nunc taxat,in quo se ultum dicit Cice.eo ꝙ sibi quoque aduersarius esset.

aumsatoria. narratoria.

M.T.C. Impera. M.Cælio Rufo ædîli Curûli designâto. S·P.D. Epist. 9

TV vide quàm timide, cùm ad me líteræ non perferantur,non enim addûci possum,vt abs te, posteà quàm Aedîlis factus es, nullas putem datas:præsertìm cum esset tanta res, tantæ gratulatiônes de te,quia quod sperâbam,de nihilo,balbus.n.sum,quod nõ putâram. Atqui sic habêto,nullá me epístolá accepisse tuá post comítia ista præclára,quæ me lætítia extulêrunt, ex quo véreor,ne idem euéniat in meas líteras.

HVBER. TV uide,Primum Cic.dicit se nullas à Cælio literas accepisse postquam sit factus ædilis:uerériq; ne & suæ redditæ non sint Cælio : deinde breuiter exponit quid in Cilicia gesserit cum magna sui nominis laude &gloria. Tu uide,id est audi. Quàm timidè,quanto timore perferentium,& subaudi perferãtur.

Quàm non,correctio ꝙ dicitur, imo quàm non perferantur,quia non modò timidè perferuntur , sed nullæ omnino , puto tamen textum fuisse deprauâtum, ut pro uide,ádditum sit timidè,cum ita débeat legi, tu uide q̃ ad me líteræ tuæ non perferantur. Non enim probat quòd nõ perferantur:quia nullas ab eo accépit,nec sibi persuadére potest eum nullas scripsisse. Addúci, compelli,ad credendum persuadéri. Vt putem, ut existimem. Datas,tabellariis ad me. Tanta, tam magna, tanti põderis,scilicet ædílitas tua. Gratulatiónes,amicórum tuórũ:quia superáueris competitórẽ tuũ, fuit autem scripta hæc epistola ante superiorẽ, ut aperte patet. Quia de nĩhilo,eclypsis, deest enim uerbum & subaudîtur consequutus est de nĩhilo.i. de minima impensa tua. Quod sperâbam ædilitátem & uictóriam aduersus competitorem tuum. (Balbus) Balbus enim quia nõ exprésit uerbum:ideò subáudit balbus sum, nõ áudeo efferre quod séntio.Nam balbi dicuntur qui uítio línguæ non bene possunt exprímere uerba.Pérsius. Rancidulum quiddam balbâ de nare locûtus. Quod, quam rem, me esse balbum. Non putâram, quia putâram me posse libere loqui,sed ideo difficile esse loqui. (Aedilis — officia.) Comítia tua,postquam creatus es ædilis, nam in creatione ædilium fiebant comitia in campo Martio,ubi congregabâtur populus,ædilis autem magistratus erat qui non tantum sacrarum,sed etiam priuatárum ædium curam gerebat. Erat autem ædilis curulis qui ex patribus creatus sella curuli uehebatur,ædilis autem plebs hæc munera habebat,ludos instituere,& curare,ut cloacæ publicæ & aquæ ductus cæteráq; ædificia,lauta,munda,integráq; seruarentur.Item ꝙ uitiosum pro sincéro, malum pro bono,fractum pro integro uenisset ædilítio edicto redhiberetur, & mensuras & pondera iusta curabat & cætera similia. Præclara,quia cum magno honóre tuo declaratus est ædilis illis comitiis. Extulerunt, arrexerunt,& sublimauerunt me gaudio,nam ut dìcimus premi dolòre,ita arrigi lætitia.Virg. His animum arrecti dictis & fortis Achates, Et pater Aeneas. Ex quo,ob quam rem , quia nullæ tuæ literæ perlatæ sunt ad me. In meas,de meis literis ne ad te perferantur,sicut nec tuæ ad me.

ASCEN. TV uide.Quéritur se nihil ab Rufo literârum accepisse,reiciens culpam in tabellários:unde ueretur suas quoq; interceptas:scribit tamen quid in Cilícia gésserit, non sine lándis suæ amplificatiône. Ordo est Tu uide q̃ timidè sup.perferantur líteræ, aut agant tabellárii,qui propter latrocínia non áudent in Ciliciam proficisci,q̃.i. quantum nòn.i. ꝙ omnino non perferantur literæ ad me. Non enim possum addûci.s. in opinionem,hoc est persuadéri,ut putem nullas líteras datas abs te,postea q̃ factus es ędilis:pręsertìm cum esset tanta res & tantæ gratulatiônes de te. Quia qđ sperâbam de,uolêbat áliquid dícere,quòd quia non áudet líteris commíttere, addit Níhilo.q.d. de níhilo dico,sum enim balbus.i. factus sermóne imperfecto & semiplêno, quod non putâram.s.euentûrum. Atqui.i.sed,si dúbitas cur dúbitem ad te scríbere, habêto sic. Me nullam

epístolam

epistolam tuam accepisse post comitia ista pręclara.i.post tempora quibus coeunte populo ad creandos magistratus declaratus es ædilis curúlis,quę.s.comitia extulerunt.i.quasi èxtra me ipsum tulerunt & exultare fecerũt me lętitia,ex quo.i.eo quare hoc est ob quam rem,quia.s.nullam à te accepi,ego uereor ne idem.s. ꝙ nõ perferantur,eueniat in literas mea.i.in perniciem literarum mearum.

Equidèm nunquàm domum misi unam epístolam,quin esset ad te áltera, nec mihi est te iucúndius quicquam , nec chárius,sed balbi non sumus. Ad rem redeâmus,vt optasti,ita est. Velles.n.vt ais tantummõ vt haberem negocii , quod esset ad lauréolam satìs: Parthos times , quia diffîdis copiis nostris. Ergo ita àccidit. Nam Párthico bello nunciãto, locõrũ quibusdam angustiis, & naturâ móntium fretus, ad Amânum exércitum addûxi satis probè ornâtum auxíliis , & quadam authoritáte apud eos,qui me non norant, nóminis nostri. Multum est enim in his locis. Híccine est ille, qui urbem ? quem senatus ? nosti cætera. Cum venissem ad Amânum , qui mons mihi cum Bíbulo commúnis est , diuísus aquárum diuortiis : Cássius noster, quod mihi magnæ voluptáti fuit,feliciter ab Anthióchia hostem reiêcerat , Bíbulus prouínciam accéperat. Intereà cum meis cópiis ómnibus vexâui Amanienses hostes sempiternos. multi occîsi, capti , réliqui dissipâti. castella munita improuíso aduentu capta, & incensa.

HVBER. (Equidem) EQVIDEM.affirmatiua particula,& dicit se sæpe scripsisse. Domum.Romam,ad meos. Altera.epistola,quam ad te scribebam. Balbi non sumus.quia iam aperte loquitur. Ad rem . non ad mentionem ipsius Cælii intellexit,de quo supra dixit , sed ad rem suam, quia incœperat loqui de literis,quas ad Cælium sripserat. Vt optasti,de me fore. Ita est.ita euenit. Velles.dicit quod id optasset, nam Cælius dicebat ꝙ uellet Ciceronem habere tantum negocii in Cilicia,quantum satis esset ad obtinendam laureolam.ꝙ sibi euenisse dicit. Ais uelles. dicit ꝙ uelles & cuperes. Tantummodo.solummodo. Negocii.subaudi id negocii. Quod esset satis.quod sufficeret.

(Laurea / Ouatio / Parthi / Copiis) AD laureolam.non triumphum intelligit,qui dabatur confecto bello,quod nondum Cic.fecerat, quia infra dicet,dubitabat adhuc de anno futuro,sed ouationem dicit,quæ ob aliquam insignem uictoriam dabâtur unde & Domitianus deuictis Sàrmatis triumphum repudiauit. Lauream tantum uoluit , hoc est ouationem, quæ erat minor triumphus:dicebatur autem ouatio à uoce militum fiebat, geminata o littera per impositionem ut. Parthos.Populos Asiæ. Times.propter me. Quia diffidis. non credis , non es securus. Copiis. exercitu.i.quia non putas copias nostras posse eis resistere:Copiæ in plurali pro exercitu maximè ponitur.

Ita àccidit.ut dicam tibi:nam declarat quomodo acciderit, Bello Parthico.i.cum primũ nũciatum est mihi bellum à Parthis mouêri. Fretus.tutus , munitus.

Angustiis.faucibus.i.angustiis & strictis locis , quibus locis parua manu possem multos repellere. Natura montium.qui sunt difficiles hostibus ad ascendendum.& apti ad repellendum. (Amanus) Amanum.montem. Amanus mons, qui teste Strabone lib. xi.scinditur cum antitauro à quodam monte,qui à gręcia lyciaq; incipiens ibi nec latitudinem mentionem dignam ostendit, nec altitudinem,porrìgitur autem Amanus ad Euphratrem usq; ad Melitinam,ad quam commageena Capadociæ àdiacet:deinde montes sequuntur,qui trans Euphratrem sunt cum prędictis continui, nisi quantum flumen per medium fluens interrumpit. Ornatum.instructum,munitum. Probè.commodè , sufficienter.

Auxiliis.i.auxiliaribus militibus collectis ad auxilium meum. Auctoritate. fama & æstimatione. Mei nominis quod olim præclaris rebus gestis illustre reddidi in consulatu meo,oppresso furòre coniuratorũ.

Non norant.præsentia qui me nunquam uiderant, nec sciebant me imperatorem prouinciæ esse eum Ciceronem,de quo tanta audissent. Multum magnum, subaudi nomen meum. In his oris.in his regionibus totius Asiæ. Hiccine. probat magnum & celebre esse nomen suum,quia de eo ita dicitur. Hiccine.hic ne, admiratiuè. Vrbem.Romam seruauit à furore coniuratorum,est autem eclypsis, quia deest.uerbum. Senatus.subaudi pleno consensu ab consensu ab exilio reuocauit. Nosti cætera.quasi dicat non est opus dicere cætera,quæ nosti de me dici posse,ut pater patriæ,ciuis amantissimus reipu. Qui mons.Amanus. Communis cum Bibulo.quia Bibul⁹ pręerat Antiochiæ,quę & finitima erat Amano. Diuortiis aquarum.diuisionibus aquarum,quoniam à parte Australi,quæ est Taurus,qui Armeniam distẽrminat à Mesopotómia fluunt Tigris & Euphrates,qui Mesopotamiam circundant, inde exeunt & alii fontes. Cássius.qui præfuerat Anthiochiæ ante Bibulum. Reiécerat.expulerat. Hostẽ .i,hostes Parthos:& est intelléctio,cum singuláris pro plurali ponitur,ut pœnus pro pœni. Fęliciter.cum uictoria. Quod.eum reiecisse hostes. Amanienses.incolas Amani montis. Hostes.Po.Ro. (Vexare) Vexaui exagitaui:perturbaui:dicitur autem à ueho,sed maiorem habet uim q̃ primitiuũ,Virg. Dulichias uexasse rates. Dissipati.dispersi,fugati. Munita.rebus bellicis & muris ac fossis roborata. Improuiso.repentino,insperato,quia superato,quia superueni anteq̃ aduerterent,& præuiderent aduèntum meum.

ASCEN. EQVIDEM.i,ego certe,nũquàm misi domum unam epístolam,quin àltera,scilicèt epistola esset ad te,Nec quicquam est mihi iucundius,nec chárius,q̃.s.ad te.scrîbere,sed supple modo non sumus balbi.i. impediti lingua. Redeàmus igitùr ad rem,ita est.i.ita se res habet,ut optasti. Tu enim ais,uelles.i.ꝙ uelles, ut haberẽ, scilicèt in prouíncia,modò.i.solùm tantum negócii,quod esset satis ad lauréolam.i.minórem spéciem triumphi,hoc est ouatiónem,quę contingêbat in non satis ampla uictória, aut quæ esset in hostes non satis iustos, ut triumph⁹ in eos decernatur.Quia uero à triũphatûris laúrea mitti solêbat,dicit per diminutiónẽ lauréolã.

Tu

Universidad de Sevilla Biblioteca

Tu times Parthos.i.non uis me obire pericula iusti triumphi,qualia darent bella cũ Parthis.quia diffidisco-
piis nostris,id est multitudini exercitus nostri. Ergo accidit, ita ut laureolam metuerim. Nam bello Par-
manus quæ thico nunciato, ego fretus.i.adiutus & confisus quibusdam angustiis locorum,adduxi exercitum ad Amanũ
scilicet montem,qui cum antitauro à Tauro monte scinditur: & ad Euphratem & Melitinam usq; progre-
ditur. Crescit autem multùm in latum & altum & multifidus est,pars australior est Taurus,qui à Caria Lycia
q; incipiens,porrectus uerò ad orientem conualles apud Ciliciam complectitur,ut auctor est Strabo libr.xi.
Duxi inquam exercitum ornatum.i.instructum,probe.i.decenter. Auxiliis & quadam auctoritate nomi-
nis nostri apud eos,qui me non norant,scilicet prius. enim.i.quia,nomen,sup.nostrum.i.fama, est multum,
id est ampla,in his locis.scilicet in quibus sum. Dicunt enim qui me primum uident,hiccine est ille, scilicet
Cicero qui urbem,scilicet preseruauit à coniuratis,quem senatus.scilicet pleno consensu quasi in humeris to-
tius Italiæ ab exilio reductum uoluit? nosti cætera,quasi dicat non opus est tibi explanem quid de me dicant,
non tamen nunc balbus est. Sed ut Tacitus dicit. Quinetiam sapientibus cupido gloriæ nouissima exuitur. Cũ
uenissem ad Amanum,qui mons est communis mihi cum Bibulo,quia Bibulus Anthiochiæ præerat,quæ Ama-
no adiacet: diuisus.s.inter nos,diuortiis.i.interstitiis,& in diuersa uersis fluctibus aquarum, tunc sup. Cassius
Bibulus acceperat prouinciam,scilicet pacatam. Ego uexaui,id est excogitaui interea cum omnibus copiis
meis,id est simùl omnes copiæ meæ uexauerunt,aliter non dixisset cum. Amanienses. ut ab Athenæ Athenien-
sis.alii Amanenses,ut à Verona Veronenses,legunt.certum autem est in accusatiuo dici Amanienses,& scribi
posse Amanienseis, hostes sempiternos.s.Popu.Roma.multi,supple hostium sunt,supple occisi,multi supple
capti,reliqui dissipati,castella munita,scilicet mœnibus aut situ locali,capta & incensa sunt aduetu improuiso.

HVBER. VICTORIA iusta.legitima,quia talis fuit, ut merito possim appellari imperator. Apud Issum. nomen est loci in Syria,quæ Antiochia cognominatur,de quo Pomponius Mela lib.primo in descriptione ipsius Syriæ sic inquit. At in recessu intimo locus est magni aliquando discriminis fusorum ab Alexandro Persarum, fugientisque Darii spectator actestis, nunc ne minima quidem tunc ingenti urbe celebris Issos fuit,& hac re si-
Issos Issicus sin⁹ nus Issicus dicitur: hęc ille. nunc Cic. hanc historiam tangit,quę supradictis uerbis declaratur. Clytarchus. puto esse alium q̃ eum qui Alexandrum secutus illius gesta scripsit. Infestissimam. inimicissimam. Ibi. in ea
Pidenissũ parte quæ esset infestissima Ciliciæ. Pindenissum. oppidum Syrię, non Ciliciæ. Quinque & uiginti id
Agger est uigintiquinq; dies,sed eleganter minor numerus p̃ ponitur. Oppugnabam. premebam bello. Operibus
Vinea uiribus. Negocio, labore. Aggeribus. Agger dicitur proprie lapidum aut terræ coacerua tio improprie tamen,quanuis raro,de cæteris etiam rebus dicitur: ergo aggeribus quos erexi circa muros. Vineis. uinea instrumẽtum bellicum, quod testudinem appellant ob similitudinem,quod ea milites tanquam uitibus tegan
Phalæ tur. Turribus. aut lateritiis ex tempore factis, aut qđ magis placet ligneis & mobilibus, quas phalas uocant.
Nomen oppidi. nisi ut oppidum sit captum: nam ex oppugnationis arte & labore summam quidem gloriam sum adeptus. Cepero. Expugnauero. Publice. ad senatum populumq; Romanum. Optasses. ut laureolam obtinerẽ. Hæc. eæ. quæ ea gessi quæ scripsi. Exi-
Spissus tum. finem. Sequitur uentura est. Est in timore. s. mihi, hoc est ualde timetur à me. Vigila. diligenter cura. Sin id scilicet ut mihi succedatur. Erit spissius. difficilius aut tardius: quia spissus tardũ significat,authore Nonio Marcello. Illud,subaudi uigilia uel cura. Quid temporis aliquid spacium temporis. Antea. aut illa epistola, quæ incipit, quid tu, aut alia fortasse epistola, quæ non sit in hoc uolumine. Magis potius. Tanquam ab homine longe in posterum prospiciente,ut supra di-
Per ASCEN. xit. Perscribas. plene scribas: nam per auget significatum actus.

Ita victoria iusta * imperator appellatus apud Issum,quo in loco sæpe,vt ex te audiui, Clytarchus tibi narrauit Darium ab Alexandro esse superatum: adduxi exercitum ad infestissimam Ciliciæ partem. Ibi. v. & .xx. iam diem aggeribus, vineis, turrib⁹ oppugnabam oppidum munitissimũ Pindenissum tãtis operibus, tantoque negocio, vt mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi nomen oppidi. Quod sic (vt spero) cœpero, tum vero literas publice mittam. Hæc ad te in præsenti scripsi, vt speres te assequi id quod optasses. Sed vt redeam ad Parthos, hæc æstas habuit hunc exitum satis felicem: ea quæ sequitur, magno est in timore. Quare mi Rufe vigila, primum vt mihi succedatur, sin id erit, vt scribis, & vt ego arbitror, serius: illud quod facile est, ne quid mihi temporis prorogetur. De republi. ex tuis literis, vt antea tibi scripsi, cum præsentia, tum etiam futura magis expecto. Quare, vt ad me omnia hæc diligentissime perscribas, te vehementer rogo. Vale.

ITA. i. & sic ego, sup. sum appellatus ab exercitu Imperator uictoria iusta. i. satis magna, ut imperator appellet, apud Issum partem illam Syriæ. in quo loco, ut audiui ex te, Clytarchus author græcus narrauit sæpe tibi, Darium regem Persarum esse superatum ab Alexandro rege Macedonum. De Isso autem Pomponius Mela in descriptione Syriæ sic inquit. In recessu intimo locus est magni aliquando discriminis fusorum ab Alexandro Persarum. fugientisq; Darii spectator ac testis, nunc ne minima quidem, tunc ingenti urbe celebris Issos fuit,& hac re sinus Issicus dicitur. Hęc ille, referente Hubertino, qui alium putat esse Clytarchum, q̃ qui Alexandrum secutus illius gesta scripsit, quod nullo modo est dubitãdum, si accipimus Clytarchum narrasse Cœlio ore proprio. Nam multo post tempora Alexãdri hæc contigerunt. Verum ego intelligo Ciceronem id uel de dicere. Cœlium diligentem esse historiarum lectorem, atq; ita eum censere solitum, quæ legerit in libris authorum ea se ab illis audiuisse narrantibus, sed ad iudicium cuiusq; refero. Abduxi, scilicet ab Isso exercitũ ad partem

ad partem, scilicet Syrię infestissimam Ciliciæ, id est prouinciæ nostrę. Ibi oppugnabam, iam scilicet cum ista scriberem, quintum & uigesimum diem. Ecce quomodo minorem numerum rite preponit, & accusatiuo incõtinuato utitur, aggeribus, scilicet aggestis ante oppidum, ne quis exeat, uineis, id est testudinibus, hoc est contexturis ex scutis & pluteis supra capita militum contra immissa desuper tela, ut solemus sub uineis in latum ductis à sole protegi, & turribus id est phalis ligneis ad oppugnationem utilibus, Pindenissum oppidum, scilicet Syriæ, unde prius dixi, non partem Ciliciæ sed ad partem infestissimam Ciliciæ, munitissimum tãtis operibus. i. difficultatibus sustinendi belli, & tanto negocio, id est studio & labore, ut nihil desit mihi ad summam gloriam, nisi nomen oppidi, quod scilicet exiguum putatur, sic quidam. Alii quibus potius accedo, sic accipiunt, oppugnabam Pindenissum oppidum minutissimum, aggeribus, uineis, turribus, & sup. tantis opibus, id est, uiribus, & tanto negocio. ut nihil desit mihi ad summam gloriam, nisi nomen oppidi, id est ut dominet ab eo Pindenissus, sicut à Numantia Scipio Numantinus, quod oppidum, si cepero, scilicet me capturum esse tum uero. i. ad uerum & sine dissimulatione: unde innuit has literas missas ædili eo animo, ut senatui legẽdas det, licet illud aperte non dicat, mittam literas publice. i. ad senatum ut publicentur. Ego scripsi ad te hæc in præsenti, ut speres, te assequi id quod optasses scilicet ut haberem tantum negocii quod esset ad laureolam satis. Sed ut redeam ad Parthos. i. ad narrationem de Parthis, quos Cælius scripsit se timere, hæc æstas habuit hũc exitum satis felicem, quia nihil agẽdũ fuit cum Parthis, sup. æstas quæ sequitur est in magno timore. i. multum timenda, quare ô mi Rufe uigila. i. uigilanter cura primum, ut succedatur mihi. i. ut non prorogetur mihi prouincia, sin. i. sed si, id erit. i. succedetur mihi ut scribis & ut ego arbitror, serius. i. multum tarde. Aliquibus magis accedo q̃ legunt spissius, id est tardius. Nã ut inquit Nonius Marcellus, spissum duo signi cat, nam spissum dicimus densum. Virgilius secundo Georg. In sua posse negabunt Ire loca, & scrobibus superabit terra repletis Spissus ager. Cicero de oratore libro secundo. Et principia tarda sunt, & exitus tamen spissi & producti esse debent. Spissum significat tarde. Plautus in penulo. Heu quàm habeo aridos aurispices, quia quod boni promittunt pro spisso euenit, id quo male prętentare est. Næuius in Gymnasti. At enim tu nimis spisse atque tarde incedis. Hæc ille in quibus primum exemplum Ciceronis quod pro denso Marcellus citat mihi etiam pro tardo accipiendum uidetur: nam ut id se significare indicet, addidit & producti. Productũ enim est porro, id est in longum ductum, id autem tardum est. Sane spissum unum significat per se, uidelicet densum, alterum ex consequenti & per metaphoram uidelicet tardum, eo quòd res spissa tarde penetratur, terra spissa tardum iter facit homo spissus fere tardus ingreditur, & omnia spissa lenta sunt, unde contra, lentum in compositione plenum & quasi spissum uocamus. Sed hæc latius diximus, eo quòd quidam homines nõ indocti, forte tamen non accipientes uim uocabuli pro spissius serius supposuerunt. Sed cum ad hominem in primis literatum scribat Cicero, uidetur ex industria usus non uulgatis uocabulis, ut hoc quod proxime subditur, uigilane quid temporis. Non enim uigilia id prestare possit, sed uigilans cura: dicam statim fortasse illa epistola. Quid? tu &c. quia illa admonuit ne scribat præsentia, sed ad ordinem redeo: uigila, id est uigilanter cura illud quod facile est, ne quid temporis prorogetur mihi, id est ut successor suo tempore mittatur. Ego expecto, scilicet ut dicunt noua, de repu. ut scripsi tibi antea, fortasse illa epistola. Quid? tu &c. ex tuis literis, cum scilicet ita φ expecto pręsentia, tum etiam magis futura. Quare ego rogo te uehementer, ut scribas ad me omnia quàm diligentissime, id est ualde diligenter.

Productũ

IMP. appellatus apud Issum. Ad Att. de eadem rescripsit, uberiusque aliquãto totum hoc negotium narrauit: quo in loco se ipsum quoque lusit facetissimè. est autem. ccclxxiiii. Antipater poeta scripsit Epigramma, quod incidi uoluit in sepulchro Persarum, qui in eo prælio pro rege suo pugnantes ab Alexandro cæsi sunt, in quo etiam Issum appellauit: quia autem id elegantissimum est, placuit mihi hic illud scribere.

* PETRI VICTO, CASTI.

ἰσσὸ ἐπὶ προβολῇσιν ἀλὸς παρὰ κῦμα κυλίσσης
ἄγριον, ἀς περσᾶν πύξιθα μυριάδες.
ἔργον Ἀλεξάνδροιο μακηδόνος, οἱ ποτ' ἄνακτι
Δαρείῳ πυμάτην οἱ μογέφι σπομίθ.

petitoria. officiosa

M.T.C. Imper. Cælio ædili curuli S.P.D. Epist. 10.

PVtares ne vnquàm accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solum ista vestra oratoria, sed hæc etiá léuia nostratia? Desunt autèm propter hanc cáusam, quod mirificè sum solícitus, quidnam de prouínciis decernatur. Me mirum desydérium tenet urbis, incredíbile meórum, atque inprimis satíetas actæ prouínciæ. Vel quia uidémur eam famam consecúti, ut non tam accéssio quærenda, quàm fortúna metuenda sit: vel quia totum negócium

HVBER. PVtares ne. Primũ. Cic. ita solícitum esse dicit quid decernatur de prouiciis, ut nihil ei succurrat qđ scribat. solícitus autẽ erat quod uerebatur ne ei prorogarẽtur prouícia, ex qua iam discẽdere cupiẽbat deindẽ quoniàm petíuerat ab eo Cálius aliquot panthẽras quas posset exhibẽre populo in ludís quos erat factũrus, dicit Cice. miram esse paucitátem, se tamen datũrum operam ut capiantur, & ad eum mittantur, propterea φ magnæ curæ sit sibi ædílitas eius. Putáres ne. magis admiratio q̃ interrogátio est, quod némini débeat uidẽri uerísimile Ciceróni deesse uerba ad scribendũ. Accídere. euenire. Oratória, s. deesse, quia nunq̃ putáres, qui scis me habẽre miram quandá dicendi copiam. Léuia. uulgária, non exquísita. Nostrátia. patria, quæ uel sponte occurrunt, & óbuia sunt loqui uolénti bus. Desunt. dicit ea deesse sibi, & addúcit cáusam.

Quod. quia. Solícitus. ánxius. Decernatur. statuátur à senátu. De prouinciis. appropinquábant enim comítia quæ fiébant de prouínciis consuláribus, quibus comítiis aut nouis magistrátibus decernebátur in prouíncias, aut ueteres in senatusconsulto confirmabátur: timébat igitur, ne prorogarẽtur sibi prouíncia: in qua, ut in multis locis ostendit, erat inuitíssimus & iam propter multas cáusas quas in hac epístola & in aliis expõnit

ponit discedere cupiebat. Mirum.causa,quare cupiat
desyderiũ discedere propter desyderium urbis Romæ, desyderiũ
autem de absentibus semper dicitur,& sæpe pro absen-
tia ponitur. Incredibile.subaudi desyderium, Satie
tas. quasi fastidiũ quoddam,quod superius ostendit,cũ
dixit ad hanc prouincialem molestiam. Vel. quia, aliæ
causæ tres maiores. Vel.&c. Videmur.i.uideor mihi,
pluralis pro singulari. Consequuti.adepti. Accessio
incremẽtum,quia nihil uidetur posse addi ad gloriam
meam. Fortuna me.ne metuatur mihi quoniam rebus lætis libẽter solet inuideri,& ut inquit Luca.in se ma-
gna ruunt.& Terent.O fortuna ut nunquam es perpetuo bona. Vel quod.alia causa,quia ipse Cice.idone-
us sit maiori negocio q̃ administrationi illius prouinciæ. Totum ne huius prouinciæ. Qui antecedens hu-
ius relatiui inclusum est in pronomine Possessiuo nostris. Maiora, onera,quia dixit uiribus,perseuerauit in
translatione:nam qui plus ualent uiribus,plus oneris sustinere possunt. Soleam,quia gẽsit consulatum in ur-
be cum magna laude,quod fuit maius & difficilius negotium q̃ præesse prouinciæ. Vel quia.tertia causa im-
minet magnum bellum à Parthis,quod uidẽtur sibi posse uitare si ad tempus constitutum discesserit ex pro-
uincia. Impendet.imminet,futurus est. Timor.quia in precedenti epistola dixit. Hæc ætas habuit exi-
tum satis felicem, ea quæ sequitur in magno est timore. Quod. bellum. Videmur nobis id est quod ego
uideor. Effugere. euitare. Ad diem constitutam, ad tempus mihi statutum in prouincia. quia usque ad il
lud tempus non incipiebatur bellum.

PHI. PVtares ne:Duo complectitur,desydérium in primis quo à prouincia decedẽdi tenebatur, inde
cum Cœlius à Cicerone per literas petiuisset,ut eius opera Pantheræ caperentur,quas in apparã-
tu ædilitii muneris habere cupiebat,quid de illis captum sit.eum facit his literis certiorem. Putã-
res ne.cum admiratione mista cum interrogatione legendum est. Mihi ἐμφατικῶς dixit mihi,qui
totum ferme terrarum orbem impleui scriptis meis.Ista uestra. iste,audientis personam ostendit,
hic uero dicentis.Ille autem ad tertiam refertur. Teren.in Ecyra. Aut istæc mihi ætas,& forma essent, aut tibi
hæc sententia.Et Virg.Ille meos primus qui me sibi iunxit amores,Abstulit.ille habeat secum,seruetq; sepul-
chro. Leuia,extenuata,non exquisita,& quasi triuialia.Nostratia,ad contemptum dixit quasi uernacula.Soli-
citus,anxietate & perturbatione affectus. Errant qui solicitum pro diligente appellant. De prouinciis, quas
popu.Ro.diuiserat, & ad eas gubernandas cum magistram ciues mittebat.Sed, ut inquit Strabo,aliter atque
aliter diuidebantur,quarum aliæ Cæsaris,aliæ pŏpuli dicebantur.In suas prefecturas Cæsar ipse administrato-
res mittebat,In populi prouincias,pŏpulus imperatores,uel cŏnsules mittebat,sicut postulauerat.Ab initio
duas consulares fecerat Libiam,& Asiam,Cisthaliam,& montem Taurum.Prætores uero decem.Europam,Hi-
beriam,Sardiniam,Siciliam,Illyriam,Macedoniam,Achaiam,Cretam,Cyprum,Bythiniam.Cæteras Cæsar pro-
uincias habebat,in quarum alias procuratores mittebat consulares uiros,in alias prætorios,in alias homines
ex equestri ordine. Decernatur,instabant enim comitia,quibus aut noui eligebantur magistratus,aut qui in
magistratu erant,ex senatusconsulto prorogabatur imperium.Mirum,ratio est.Satietas,molestia enim afficie-
batur esse amplius in prouincia,quod & hoc loco & alibi plúribus demonstrauit.Fortuna poetæ deam faci-
unt,ut Nos te facimus fortuna deam, cœloq; locamus.Virg. fortuna omnipotens & inelutabile fatum,græci
fatum εἱμαρμένη dicunt,fortunam τύχην.Fatum uero Chrysippus diffinuit hoc modo. Fatum est sempiterna
quedam & indeclinabilis series rerum,& cathena uoluens seipsam,& implicans per æternos consequentiæ or-
dines,ex quibus arcta,nexaq; est.Homer9 uero nullo in loco uoluminis sui τύχην appellat,quod uocabulo gra
cis fortuna nominatur,sed θεὸν dicit deum rectum,& solum,cui omnia gubernanda committit. Negocium,
administratio huius prouinciæ. Maiora onera, μετάφορα ad uires,nec arroganter dictum, nam eius potissimũ
consilio resp.regebatur,cuius opera fuit salua,ex quo pater patriæ nominatus, & ipse de se dicit. fortunatam
natam me consule Romam,bene ergo soleam dixit.Magni.tres pósuit causas,quibus ad discedendum move-
batur,sed hæc tertia erat potissima,q̃ parthicum bellũ instabat,& id effugere posse uidebatur,si ad constitutã
diem decederet,hoc est finito anno.Impendet,imminet.

ASCEN. PVtares ne &c.dicit sibi prę solicitúdine penè uerba deesse,nimis se cũpere in urbem redire,& panthẽras,
quas Cœlius pópulo exhibendas pópulo petierat esse captu difficilimas. Ordo est.o Cœli putares non
posse accidere unquam,ut uerba deessent mihi,non solùm ista uestra oratória.i. quibus uos qui senátu
aut ad pópulum loquímini,utímini,sed etiam hęc léuia.i.facília,nostrátia.i.quibus nostræ sectæ hómines,hoc
est rei bellicę intenti utuntur.Desunt autem.s.uerba propter hanc cáusam,quod sum solícitus mirifice. Quid-
nã decernatur.i.senátu cónsulto & pópuli rogatióne cõstitui débeat,de prouínciis.s.abrogandis aut prorogã-
dis.Mirum desydérium urbis, & incredíbile desydérium meórum.s.familiárium & amicórũ,tenet.i. áfficit me
atq; in primis id est præcipue,satietas prouínciæ actę id est peractæ,uel quia nos uidẽmur consequúti eam fa-
mam,ut accéssio id est incrementum & additio ad eam,non sup.sit tam id est tantum,quærenda.q̃.i.quantum
fortúna.s.aduersa sit metuenda.Vel quia totum negócium,id est hoc bellum cum Bárbaris & indoctis homí-
nibus,non est dignum uíribus nostris qui possẽmus etiam doctos régere, quia ego & possim & sóleam sustí-
nere in rep.maióra ónera,uel quia timor magni belli impendet.i.imminet,quod.s.bellum nos uidẽmur effũ-
gere id est euitare,si decedemus.s.de prouíncia ad diem constitútam.i.ad tempus constitútum.

HVBER. DE pantheris,quas appetis tibi mitti.Panthera ani-
Panthera mal uarii colóris homini amícum,cui in cándido bre-
ues maculárum oculi sunt,nam Panthera & Tigris ma-
culárum uarietáte prope solæ bestiárum spectantur.
Sunt qui tradant in harmo huic,símilem lunę esse má-
culam crescentem in orbes,& cauantem pari modo cór
nua.Abundat autem præcipue in Africa & Syria, hoc a
nimal a Romanis in spectáculis ludórum sæpè exhibe-

De pantheris per eos, qui uenari solent
ágitur mandáto meo diligentèr:sed mi-
ra páucitas est,& eas quæ sunt,valdè aiũt
quæri, quod nihil cuiquam insidiárum
in mea prouíncia,nisi sibi fiat. Itaq; cósti
tuisse

tuisse dicuntur in Cáriam ex nostra pro-
uíncia decédere. Sed tamen sedulò fit,
& in primis à Patischo,quicquid erit,ti-
bi erit: sed quid plane esset,nescièbãm⁹.
Mihi mehercule magnæ curæ est ædíli-
tas tua:ipsa dies me admonẽbat. Scripsi
enim hæc ipsis Megalénsibus. Tu uelim
ad me de omni reip.statu quam diligen-
tíssimè perscríbas. Ea enim certíssima
putãbo,quæ ex te cognóuero. Vale.

bãtur,nam & Scáurus primus ædilitate sua uárias cen-
tum quinquaginta uniuersas misit.Deindè Pŏ. magnus
quadringentas decem.Diuus Augustus quadringentas
uiginti. Denique de hoc animáli,uide Pli.libro octáuo
capítulo décimoséptimo.Agitur,fit,inquiritur.Manda-
to,ita enim mandáui ut diligenter perquirantur. Mira,
magna. Páucitas pam.i.admodùm pauce sunt. Et eas
iocátur Cice.cum Cœlio.Queri,cõqueri,lamentári,nõ
autẽm quæri,inquiri. Insidiarum,quia huiúsmodi fe-
rę plerunq; insídiis capiuntur. Nisi fi.ipsis pantheris.
Cuiquam latenter se commendat,cum ostendit ita a se
teneri prouínciam, ut nulli fiant insídiæ. Constituisse,
decreuisse dicuntur panthéræ. In Ca.que est finítima
prouíncia. Nostra prouíncia.Cilícia. Sedulò instan-
ter, diligenter. A Patíscho,huic enim mandáuerat Ci. Patisch
ut inquireret pantheras. Quicquid, pantherárum.
Erit,inuenietur. Tibi erit,tuum erit.Quid esset.quid posset inueniri. Admonẽbat.s.ædilitátis tuæ.i.reducẽ-
bat mihi ad memóriam ædilitátem tuam.Scripsi,dicit quare admónitus sit ædilitátis Cœlii, quia scripsit, hæc
Megalénsibus festis magnæ matris,quibus ædiles solẽbant celebrare ludos.Certíssima,uerísima. Ex te, prudẽ-
tíssmo,qui perspicacíssime intélligis,& amicíssimè,qui non nisi uera scríberes. Cognóuero,intellexero.

PHI. DE pantheris,pro múnere ædilitio habendis a Cœlio.De his Pli.sic habet,Pantheris in cándido breues ma- PHI.
culárum óculi ferunt,colóre earum mire solicitári quadrupedes cunctas,sed capitis toruitáte terreri.Quam-
obrem occultáto eo réliqua dulcédine inuitatas corrípiũt.Sunt qui tradũt in harmo iis símilem lunæ esse má-
culam crescentem in orbes,& cauantem pari modo cornua,& quid mirandum de Panthera,Demétrius phýsi-
cus scriptum reliquit.Cum fœta esset,cátulis procúl in fóueam delapsis,hóminem ad illos fóuea extrahendos
blándiens & múrmurans duxit.Sýria atq; Lýbia his animálibus abundant,quæ in spectáculis Romani pluri-
múm adhibébant.Et primus sua ædilitáte Scáurus misit centum & quinquaginta.Pom. quadrigentas uiginti.
Panthera a πᾶν appellatur,& θὴρ φ tota omninò fera sit.Valdè aiunt quæri.iocus Cic.quo institiam, & uirtutes Panthera
suas ostendit,cum dicat illa animália solum de Cic.querelas afferre,φ nihil insidiárum cuiquam nisi sibi fie-
ret,& φ in ea prouíncia omnes præter ipsa tuti erant,ex quo ait illa constituisse ex Cilícia in Cáriam decédere
Est enim Cária regio post Rhoddum,& ab Eleunte & Lorýmis,ut ait Strabo,flexum quendam habet ad Aqui-
lónem.Cares,ut idem inquit,sub Minoe fuérunt,& tunc Léleges dicebãtur,& ínsulas hábitant,postèa facti sũt
continentis habitatóres,multùmq; maritimę oræ,& mediterráneæ occupauerunt. Dicta quidem a Cara rege, Caria uũ
qui primùm augúria reperit,ut inquit Pli.Est Cária,quæ in minóri Asia sita est inter Ióniam , & Lýciã.In mea Cilicia
prouíncia , Ciliciam dicit a Cilíce Agẽnoris filio appellátam,minóris Asiæ regiónem,& ut ait Pli. Sýriæ próximam,& Tauro monti suppósitam.Strabo ultra Táurum inquit esse,& diuidi in Cilíciam,Thráciam,& cam-
pestrem.Thrácia oram habet maritimam.Campestris uero a sólis,& Tharso Issum usque pertendit. A Pati-
scho,uenatóre primário,cui Cice.hanc uenandi curam déderat. Tibi erit,ad te mittétur. Erit, cápitur.Aedi- Aedilitas
litas,quem græci.ἀγορανόμιν dicunt,& ædiles ἀγορανόμιοι Horum duo génera,Plebẽi,& Curúles, Quorum duo ex Duo ædili
patríbus Curúles,Duo plebẽi ex plebe constitúti sunt.Maióris tamèn dignitátis Curúles, qui à sella in qua um gña
uehebantur appellãti,quam Curúlem sellam Tullus Hostílius Romæ primus habendam in magistrátibus in-
stítuit,cum debellasset Hetrusćos,quorum magistrátibus hæc erant insígnia. Primi autem ex pátribus ædíles
creáti sunt,dictatóre pópulum rogante.Cn.Quíntius Capitolínus,&.P.Cornélius Scípio áddidit duos.C.Cæ-
sar,qui annónæ præésset,& Cereales nuncupáti sunt.Aediles uero plebẽi & curúles édibus públicis, priuátis Aedilitũ
q; clóacis , aquárum dúctibus, & aliis quibuscunq; públicis ædificiis, ludis,ac templis,rebus emundis, uen- munus
dundisq;,ac mensúris præerant,ab ædibus appellãti.Aedilítium uero munus id erat cuiusq; ædílis próprium,
prius ædílis factus theatrum suum tanta impensa fundátum incredíbili ludórum pompa dicáuit. Nonne etiã
Attílius Serránus,&.L.Scribónius ædiles facti,&senátus,& plebis loca in celebrandis ludis sacrauerunt. Mini-
mè igitur mirandum,si Cœlius pro ædilítio múnere faciundo,uel ex Cilícia panthéras deferẽdas curábat.Ad-
monẽbat,in memóriam reducẽbat ædilitátem tuam,quoniàm hæc ipsis Megalénsibus scripsi , quibus ipsi ædi-
les in honórem Cybélis ludos celebrare solébant.Megalénsibus,ludis Cybẽli consecrátis.M.Iúnius Brutus,ut Ludi
inquit Liuius de bello Macedŏnico,edem magnę matris deum in magno palátio dedicauit,& ludos ob eam de- Quam
dicatiónem factos Megalénsia appellátos. Hi etiam ludi diis magnis præstabantur.Erant enim ludórum spéci- Per
es quatuòr Megalenses,Fúnebres,Plębei,& Appollinares.Quàm diligentíssimè,quàm pro ualde duntaxàt su-
perlatiuo iúngitur.Per autem pro ualde tantum modò posítiuo,non ergo dícimus per diligentíssimè,per o-
ptimè, per maximè , sed quam diligentíssime,q̃ optimè.Item non dicimus q̃ diligenter q̃ bellè, sed perdiligen-
ter perbellè.Et si q̃ pro quantum accípimus,nunquam superlatiuo,sed posítiuo semper adiúngitur, ut quàm
mites sunt líberis suis parentes.Certíssima,uerísima.Ex te.qui sólitus es sẽpèr uera dícere.

ASCEN. AGITVR diligentèr mandáto meo de Pantheris.i.eo quod petísti,ut tibi mittam Pantheras.i. animália il-
la maculósa,& aspectu iucũda,per eos qui solent uenári sup.eas,sed mira páucitas sup.earum est,& aiunt.s.hó-
mines,eas quæ sunt,queri id est conquéri ualdè,quod aut nihil insidiárum fiat cuiquam in prouíncia mea ni
si sibi,itaq; ipsæ Panthéræ dicuntur constituísse.i.proposuísse decédere ex prouíncia nostra in Cáriam.Sed tã-
men sup.negócium aut uenátio fit sedulo.id est diligentèr,quasi sine dolo,& in primis.i.præcipuè.A Patíscho Patischus
proprium est uenatóris.Quicquid erit,scilicet captum,erit tibi,sed nos nesciebámus plane quid esset.s. captũ Sedulo.
cum hęc scriberẽmus. Aedilitas tua est mihi,mehercule magnæ curæ,ipsa dies.s.qua hæc scribẽbam admonẽ- Cybeles
bat me.scripsi enim hęc ipsis Megalénsibus.i.eo témpore quo spectácula exhiberi solẽt Cybẽli,seu magnæ ma-
tri deum.Ego uelim sup.ut tu perscríbas ad me q̃ diligentíssime de omni státu reip. Ego enim putábo ea cer-
tíssima,quæ cognóuero exte.

Universidad de Deusto Biblioteca

Solicitus. Miratur Cice. se nihil literarum accepisse a Cœlio, de his quæ Romæ facta essent, cum tumultuosas quasdam conciones quinquatriis concitatas audisset. Dende, ut ostendat se inuitum esse in prouincia hortatur eum ad colendam urbem, ad quam dicit se prope diem uenturum rerum propter desyderiũ sibi charissimarum. Solicitus, anxius, plenus perturbationis. De De rebus, propter res quæ in urbe fierent, nam de interdum propter significat, ut alibi declarauimus. Tumultuosæ, plenæ tumultus & seditionis. Conciones Concio Concio, ut docet Au. Gel. ex authoritate Valerii Flacci, tria significat, locum, suggestumq;, unde uerba fiunt. Item significat cœtum populi assistentis, ut Cice. in Lælio de amicitia. Cõcio quæ ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet &cæ. Item orationem ipsam quæ ad populum dicitur, ut conciones, quas quidem in Pompeiũ fuisse existimant. Quinquatria Quinquatriis. quinquatria dicebantur festa, quæ fiebant quinto die post idus, a quinque enim dicitur quinquatrus dies, ꝙ quinque ab idibus dierum numerus, nam atrus nihil significat, author Gel. his autem diebus fiebant maxime sacra Palladi, ut innuit Iuue. in satyra. Omnibus in terris. Eloquium aut famam Demosthenis aut Ciceronis, Incipit optare & totis quatribus optat. Quisquis adhuc uno partam colit asse Mineruam. Declinatur autem substantiue in plurali tam tertiæ q̃ secundæ declinationis, sicut cætera nomina festorum, ut uoluit Macrobius, audierat igitur Cice. quinquatriis factis esse quasdam conciones ualde tumultuosas sibi molestas, quia aut in Pom. ut diximus, aut in aliquem ex amicis suis fuisse. Afferebantur, nũciabantur. Molestæ, graues. Citeriora hoc est quæ citra quinquatria acta sunt. q.d. recentiora nondum audiebã. His mo. quas capio de huiusmodi tumultibus, quia dixit se solicitum esse. Si qua ridẽda. præter ea quæ me cruciant, si qua essent digna risu, ut pote, aut dicta, aut facta. Non audeo, quia fortasse erant in Pom. uel Pompeianos. Illud. q.d. præter cætera. Nihil tuarum literarum. nullas tuas. Quare. rogat eum ut ad se scribat, & instruat de iis, quæ Romæ geruntur. Etsi. quanuis. Confecero, finiero. Munus, officium, magistratum. Annuum, prouinciale, quod in annum dabatur.

M.T.C. Imper. M. Cælio ædíli- curûli S.P.D. Epist. II.

Hortatoria.

SOlícitus equidèm eram de rebus vrbánis, * ita tumultuósæ conciónes, ita molestæ quinquatriis afferebantur, nam citerióra nondum audiebâmus. Sed tamen nihil me magis solicitâbat, quàm in his molestiis non me, si qua ridenda essent rídere tecum. Sunt enim multa, sed ea non áudeo scribere. Illud molestè fero, nihil me adhùc his de rebus habêre tuárum literárum. Quarè & si cum tu hæc leges, ego iam annuum munus confécero: tamèn óbuiæ mihi velim sint líteræ tuæ, quæ me erúdiant de omni repu. ne hospes plane véniam. hoc mélius quàm tu, nemo fácere potest. Diógenes tuus homo modestus a me cum Philóne Pessimõte discêssit, Iter habêbant ad De iótarum regem, quamquàm ómnia nec benigna, nec copiósa cognóuerant. Vrbem mi Rufe cole, in & ista luce viue. Ois enim peregrinátio (quod ego ab adolescéntia iudicâui) obscúra, & sórdida est iis, quorũ indústria Romæ potest esse illustris. Quod cum probe scirem, vtinàm in senténtia permansissem: cum vna mehercule ambulatiúncula, atque vno sermóne nostro omnéis fructus prouínciæ non cónfero. Spero me integritátis láudem consecûtum. Non erat minor ex contemnenda, quàm ex conseruata prouíncia spes triũphi. In qua satis gloriosè triumphârẽ, si non essem tándiù quidem in desydério rerum mihi charissimárum. Sed (vt spero) propédiẽ te vidêbo. Tu mihi obuiá mitte epístolas te dignas. Vale.

PHI. SOlícitus équidèm. Tametsi Túllius longe distâbat, tamẽ habebat Romæ scriptóres, & núncios, ut nõ ignorâret quę in urbe tractabantur. Qua propter cùm quinquatrus celebrarentur, quasdam ibi seditiones exortas accêpit, atq; cum id potiùs aliorũ q̃ Cœlii líteris cognouisset, aliquántulũ moleste tulit, de quo nũc facit eum per has líteras certiórem, & ut inuítus in prouíncia esse uideâtur, hortatur Cœlium ut urbẽ colat, neq; cesset ad eum scríbere, quod tametsi propediẽm uentúrus sit, obuias tamen sibi literas ab eo mitti uehementèr exoptat, de quibus plane erudiâtur de omni statu reipúblicæ, cuius uisendæ incredíbili desydério tenebatur. Solicitum Solícitus, uexâtus, & perturbâtus, dictus quidem quasi solo citâtus, hoc est ex suo loco motus, hinc Solicitudo Solicitudo, quę méntibus inhæréscit, & Solicitatio Solicitátio, quæ ab álio fit. Ex quo illum locum apud Teréntium ita légere debémus. Amor, misericórdia, nuptiárum solicitátio. De, propter, ut suprà, De me non conquiesti. Conciones, nũc oratiónes in Pompéium factæ & Attílium. Sic enim Cícero sénserat, nam cóncio tria signíficat, locũ in primis, in quo conuéniunt, & suggestum in quo habêtur orátio, de quo méminit Géllius authoritáte Ciceronis in oratione, quę inscripta est contra conciónem Quinti Metelli. Ascendi, inquit, in conciónem, cõcursus est populi factus. Secundo signíficat oratiónem, ut in título libri Ciceronis, qui inscriptus est contra conciónẽ Quinti Metelli, hoc est contra oratiónem, quam egit Quintus Metellus. Et Cícero in epístolis ad Dolobellam, legi enim conciónem tuam, nihil illa sapientius. Tertiò multitúdinem uno loco ad audiendum congregâtam, ut Cícero in oratóre, Conciónes exclamâre sæpè audiui, cum apta uerba cecidissent. Tumultuosæ, turbulentæ. tumultus plenæ. Quinquatrus Quiuquatriis, solennis dies quinquatrus est dictus, ꝙ quinq; ab idibus dierum sit númerus, in quo atrus nihil præter supplementum nóminis affert. Varro hic ait, ꝙ erat post diem quintũ idus quinquatrus dies, ut a Thusculánis post diẽ sextum uocâtur Sexátrus, & post diẽ séptimũ Septimátrus. Sexatrus Septimatrus Decimatrus Sic præterea apud Faliscos Decimátrus. Et Festus inquit, ꝙ post diem quintum iduũ celebrâtur quinquatrus, dictus, ut triâtrus, sexâtrus, septimâtrus, & decimâtrus. Ludi uero, qui illis diebus, Quinquatria dicebantur Mineruæ. xiiii. Calẽ. Apriles, de quibus meminit Naso his uerbis, Vna dies media est, & post fiũt sacra Mineruæ Númina quę adiectis quinq; diebus habet. Sanguĩe prima uacat, nec fas cõcùrrere ferro, Causa ꝙ est illo nata Minerua die. Altera tresq; super rasa celebrantur arena. Ensibus expertis bellica læta dea est. Et Iuue. Incipit optare & totis quinquatribus optat, Quisquis adhuc uno partã colit asse Mineruam. Quinquatri Nec mirandũ si quinquatriis & quinquatribus inuenitur, nam omnia festorum nomina, ut Saturnalia, Bacchanalia, tam tertiæ sunt declinationis, q̃ secundæ, tantum numero multitudinis declinata. Saturnalia Bacchanalia Si qua ridenda. Tangit Pomp. & Attilium, de his enim ad Ciceronem rumor accesserat, & ideo miratur magis nihil ad eum a Cœlio scriptum. Non au. scribe. propter Pompeiũ, quem aperte non audebat offendere, & alios quosdam. Illud moleste fero. præ cæteris illud mihi molestum est, quare rogat ad eum scribat. Annuum munus, proconsulatum meum in Cilicia. Munera Munerarius Magistratus enim munera dicebantur, quoniam petentibus tanq̃ munera donabantur, ut ludi gladiatorii quos in munus. P. R. recipiebat, & qui illos donabat munerarius dicebatur.

SOlícitus &c. Rursus mirâtur se nihil literárum à Cœlio accepisse, cum tamen quinquatriis nouæ incíderint conciónes, dicitq; urbẽ, cuius desydério teneretur, Cœlio colendam. Ordo est. Equidèm, id est ego certè eram solícitus de rebus urbánis, id est quę in urbe transactæ essent, ita, id est usq; adeò tumultuósæ, ita, id est in tantùm molestæ conciónes, id est oratiónes hábitæ ad pópulum conuocâtum, afferebantur, id est annunciabantur mihi. Quinquatriis, id est ludis & festis Mineruæ, hábitis ex more, quinto die post idus, dico inquit, quinquatriis, nã nondũ audiebâmus citerióra. i. quæ facta essent citra quinquátria aut tẽpore uiciniore nobis, quia minus prętérito, q̃ sint quinquátria. Sed tamen nihil solicitâbat me magis. i. uehementiùs, q̃ me non ridére tecum in his moléstiis, scilicèt quas pátior in prouíncia, si qua, id est áliqua essent ridenda. Sũt enim multa, sup. ridenda. Vidêtur contrárium quod dixit siqua essent, & posteà dicit sunt enim multa, sed nõ est. Nam sensus est, priusq̃ cértior essem factus per álios, nihil solicitâbat me magis q̃ me non posse ridére tecum, siqua essent ridenda, ubi autem cértior factus sum, scio multa fuisse ridenda. Sed ego non áudeo scríbere ea, ne fortè íncidant in manus eorum, quos rídeat. Ego fero moleste illud, scilicèt me nihil habêre adhùc literárum tuárum de his rebus scilicèt quæ tunc contigêrunt. Quare & si, id est q̃q̃ cum tu leges hæc, ego conféceró, id est finíero iam munus, id est offícium ánnuum, tamen uelim ut sup. líteræ tuæ sint obuiàm mihi, quæ scilicèt líteræ erúdiant me de omni, id est, tota rep. ne úeniam plane, id omnino, hospes, id est ut hospes & peregrinus, ignárus ómnium rerum urbanárum.

Quinquatria 19 Apr fiebant

* PETRI VICTO. CASTI. I T A tumultuosæ conciones, ita molestæ quinquatrus. Siue conciónes molestæ, & non tantùm tumultuosæ, à Cicerone appellâtę sunt, siue quinquatrus ipsæ molestæ appellatæ sint, quòd eo potissimùm die túrbidæ, & nefáriæ conciónes hábitę sint, necessário intellígimus diem, quo res illæ Romæ gestæ sunt, non quo Ciceróni in prouínciam allâtæ: non enim lectiónem illam ullo pacto probâmus, quæ in impressis anteà erat. Docúimus enim olim bonos scriptóres potiùs hoc gẽnere in hoc nómine usos esse, quàm néutro, castigáuimusq; locum Táciti, qui in hac uoce corruptus erat. Cícero etiam ad Cornifícium inquit, Quinquatribus frequenti Senátu cáusam tuam egi.

HVBER. OBVIAE, cum uéniam Romam. Erúdiant, informent, ut ita dicam. Hospes, quasi ignárus omninò reipu. quoniàm hóspitum atque peregrinórum offícium, ut uoluit Cice. est quid in aliénis ciuitátibus fiat, nescire. Modestia Modestus, ad maximam laudem priuatis hominibus tribuitur modestia. Pessimon Pessimõte. Pessimon locus est Phrygiæ, unde Cybéle Romam aduecta est ob quam rem appellata est Pessimontia Pessimóntia. Iter habêbant. Omnia nec be. nõ dicit Cice. quamquàm omnem meam benignitátem nõ dum cognóuerant, sed hoc sentit, quamquàm ómnia nec benigna nec copiosa esse cognóuerant apud eum, ad quem proficiscebantur, ad illum tamen ibant. Benigna, exprompta, liberália, & ad ánimum refertur benígnitas. Vrbem. Romam, hortâtur eum ad colendũ urbem, in qua uirtus potest elucére. Ista lu. quasi alia loca sint tenebræ, ubi nõ possit emergere & elucêre uirtus hòminis. Peregrinatio, ἀποδημία peruagatio locórum, absentia a patria sua. Obscúra, ignóbilis, quia parum láudis cómparat. Sórdida, inhonesta, quia habèt interdum suspitionem quæstus, & auaritię. Industria, ingénium, honesta exercitátio. Illustris. clara, nóbilis. i. qui tales sunt, ut eorũ industria Romæ cognosci possit.

HVBER. PROBE. optime. In sententia, qua dixit se ab adolescentia id iudicasse. Ambulatiuncula, congressione breui consuetudine, id est cum breui spatio temporis, quo tecũ delectationis gratiâ deambulare possim. Fructus, utilitates & uoluptates. Confero, comparo, quia omnia minoris puto, quam unam ambulatiunculam. Integritatis, innocentiæ, hoc est spero me id esse assecutũ, ut omnes láudent me nulla re corruptum unq̃ fuisse, sed prouínciam integerrime administrasse. Nõ erat, occurrit obiectióni, ꝙ remaneat in prouíncia, & hoc dicit, cum in mea potestate sit remanêre in prouincia, non minus triumphũ spero ex contẽnenda & omittenda ipsa prouincia, q̃ ex eo ꝙ cõseruáuerim eam ab impetu Parthorum. In qua. prouíncia. Triumpharem. animo lætarer quasi triumphans. Nisi. hoc est nisi desyderarem multa, quæ hãbeo Romæ mihi charissima, quæ non sinunt me esse ánimo tranquillo. Obuiam mitte, aduenienti.

PHI. DE omni repu. ad maiorem significantiam mutauit nominis proprietatem. nam omne, totum, & cunctũ discrepant. Omne Omne de uniuersis, ut oẽs homines qui sese studẽt prę stare cæteris animãtibus, sũma ope niti decet. Totum Totũ oĩs de unius corporis plenitudĩe dicimus, ut Cice. Meq; totũ tibi cõmendo. Cunctum Cunctũ uero quasi omne, & totum in uno loco coniunctum, ut cuncti Cic. concionantem audiebant. Confunduntur tamen ista plerunq;, ut hic, & Statius. Totos in pœnam ordire nepotes. & Maro. Omnemq; reuerti per Troiam. Obuiæ mihi uelim sint literæ tuæ. Variatur is loquendi modus, dicimus. n. Obuius sum tibi, obuio tibi. Fio obuius tibi. Do me tibi, atq; offero me tibi obuium. Eodem modo aduerbialiter obuiã dicimus, ut obuiàm profectus sum regi. Et paulopost, mihi obuiam mitte epístolas te dignas. Hospes. quasi omnium rerum ad remp. pertinentium ignârus. Est enim hospitum ignorâre, quæ in aliénis ciuitatibus fiunt. Diogenes Diogenes. Libertus Cœlii. Philonæ. Milesius fuit, & Cice. amicus. Pessimon Pessimonte. Emporium est Phrygię, & ut inquit Strabo, templum maximũ habet magnę uenerationis matris deum, quam Angidistam uocant.

uocant. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus ſtructus eſt,& templo,& porticibus ex albo lapide Romani celebre reddiderũt,educta inde deæ ſtatuta,& Peſſimontia appellata.Nec be.nec copioſa, non ad ſe referunt ſed ad regem.Hyacton.regem Aſiæ maximi nominis.Vrbem mi Rufe cole.Multi diuidunt hãc epiſtolã a ſuperiori,& aliam eſſe uolunt.Nos unam cum ſuperiori facimus,& deſyderio urbis Cælium ad incolendam urbẽ uehementer hortatur.Vrbis nomine per excellentiam Romam accipimus,ut per Poetam apud Græcos Homerum,apud nos Vir.ab urbo urbs dicta quę mœnia,muros, parietes,domos ſignificat,ut a ciendo ciuitas, quæ uitos urbem habitantes ac iure in ea uiuentes oſtendit.Iſta luce,bene lucem dixit ubi poteſt uirtus eluceſcere,& ita alibi ſicut Romæ.Peregrinatio,quaſi nauigatio quædam per aliena loca.Obſcura,ſine luce alicuius laudis,Sordida.ex ſuſpitione lucri & auaritiæ.In ſententia pærmanſiſſem,ut nunq̃ Roma diſceſiſſem ſicut ab adoleſcentia iudicaui.Confero,in comparationem pono,pluris enim minimam uoluptatem faciebat,quam cum amicis Romæ cãpere poterat,q̃ quosq; ampliſſimos fructus,quos ex prouincia colligere potuiſſet.Integritatis,ut omnes me laudent innocenter,& ſine auaritia prouinciam gubernaſſe.Leguntur hæc lib.quint.epiſtolarum ad Atticum.Ex contemnenda.cum in meo ſit arbitrio,& uoluntate in prouincia remanendi, ſpero non minorem triumphum ex contemnenda,& dimittenda q̃ ex cõſeruata prouincia me habiturum .Triumpharẽ, lętarer,ut Teren.Id uero ſerio triumphat,& alluſit uero triumpho,qui dabatur uictori pro re bene geſta,& ẽ ſenſus,Lætarer ego plurimum in hac prouincia niſi tanto deſyderio tenerer urbis,& incredibili meorum. Rerum chariſſimarum.has res chariſſimas intelligit eſſe urbem,remp.amicos & domeſticos ſuos.Propediem,ac cẽtum pone in antepenultima , aduerbium eſt,quaſi prope ſit dies appellatum,ut propemodum quaſi prope menſuram dictum.Te dignas.tui dignas non dicimus.

Vrbs
Ciuitas
Vnde
Propediẽ
Propemodum
Te dignus
ASCEN.

¶ NEMO poteſt fãcere me liũs hoc,ſcilicẽt ne plane hoſpes uẽniam,q̃ tu. Diógenes tuus ſcilicẽt procurator rerum tuarum,homo modeſtus,diſceſſit a me cum Philone,Peſſimunte , id eſt ab eo loco inſigni in Phrygia, quod inde Cybeles Romam tranſuecta ſit,quæ Peſſimũntia dici ſolet,declinãtur autem Peſſimus Peſſimũtis, ut opus opuntis,amathus amathunthis,hiericus hiericuntis &c.Ipſi ſcilicẽt ambo,Diógenes & Philo habebãt iter,id eſt ire debebant ad Lãium regem,ſcilicet Aſiæ.Alii legunt ad Deiótratum alii ad Hyacton,quamquam ipſi cognorant omnia,ſcilicẽt quæ eſſent agẽda cum rege,nec benigna nec copioſa,id eſt magni fructus. O mi Rufe cole,id eſt inhãbita, urbem,ſcilicẽt Romam,quæ cum urbs per ſe ponitur ſemper intelligitur,& uiue in iſta luce,ſcilicẽt clarórum uirórum.Omnis enim peregrinãtio eſt obſcũra & ſordida, quod ego iudicaui ab adoleſcentia,iis quorum indũſtria poteſt eſſe illuſtris Romæ.QVOD cum ego ſcirem probe,id eſt decenter & probabiliter,utinam permãſiſſem in ſententia. Meherculẽ,ſcilicẽt ita tractante,ut uerum dico,ego non confero,id eſt non cõparo in ualore & iucunditate,omneis fructus prouinciæ,cum una ambulatiũncula,ſup. noſtra,atq; uno ſermone noſtro,quam & quem ſimul habere ſolemus.Ego ſpero me conſecutum laudem integritatis,id eſt q̃ integram & minime auaram geſſerim in prouincia uitam,ſpes triumphi non erat minor ex prouincia contemnenda,id eſt quam contemnerem amplius tenere,quam ex prouincia conſeruata,ſup. fuiſſet ſi eam conſeruare,id eſt diutius cum império ſeruare uoluiſſem, aut minor ſpes triumphi, id eſt magnæ gloriæ erat.ex prouincia,ſi eam contemnere uoluiſſem q̃ ex conſeruata,id eſt per curam meam. In qua , ſcilicẽt prouincia conſeruata,ego triumphãrem glorioſe quidem,id eſt certe,ſi non eſſem tandiu in deſyderio rerum charisſimarum mihi,id eſt amicorum & familiarium. Sed ut ſpero ego uidebo te propediem id eſt tempore mox futuro,tu mitte obuiam mihi epiſtolas dignas te.i.quæ cenſeantur a te miſſæ & ſcriptæ.

multas

HVBER.

RAras tuas.oſtendit Cic.quanti faciet literas Cæl. quas & ſi raras,ſuaues tamen ſibi eſſe dicit,præſertim qualdam quibus dicit ſe admonitũ fuiſſe a Cælio, ut concorditer ageret cum Appio, quod tamen ſe ita facere conſtituiſſe dicit , & adducit rationes & cauſas multas quare debeat amare Appium, oſtendit q; quæ fuerit cauſa,quare quidã falſo ſuſpicati ſint eos diſſentire.Poſtremo optat Ci.eſſe Romæ,cum ut poſſit ridere cum Cælio & aliis amicis , tum ut poſſit ædilem uidere.Fortaſſe e.Parentheſis,& excuſat Cælium, quod fortaſſe,ille ſcribit,ſed eius literæ non perferantur.Suaues,dulces,iucundas. Vel.etiam, aut præcipuè. Proxime,nouiſſime. Quam prudentis.ſ.officii & conſilii. Et quam multi.quam magni. Officii.humanitatis. Conſilii quia conſulebas,ut fugerem omnium inimicitias, & præcipuè Appii. Cõſtitueram.decreueram. Vt tu admonebas ſcilicet mihi eſſe agenda.Confirmantur,deliberatoria fiunt,& certiora.Sentimus,cognóſcimus. Prudentibus qualis tu es.Fideliter.ſyncere,ſine dolo.Idem uideri idem iudicari,eandem ſententiam haberi.Ego iam ſerio,oſtẽdit ſe nullam cauſam habere quare oderit Appium,ſed potius cauſam diligẽdi. Cœptum,inceptum. Me diligi ab eo.i.inceptum eſſe,ut ego ab illo diligerer Vt.poſtq̃.Simultatẽ,odium quoddam occultum, quod ante erat inter nos, & dicta eſt ſimultas a ſimulatione. Depoſuimus.quia fuerant reconciliati Ap.& Cice.cum ante fuiſſet inter eos ſimultas, propterea quod in cauſa quam Cice.egit apud pontifices de domo ſua.Ap.uehementer eum oppugnauit.Vnde Ci.lib.ter.ad Appiũ.

M.T. C.Imper.M.Cælio ædilicuruli S.P.D.Epiſt. 12.

RAras tuas quidèm(fortaſſe enim non perferũtur) ſed ſuauéis accípio líteras,vel quas proxime accéperam, q̃ prudentis,q̃ multi & offícii, & cõſilii? Et ſi ómnia ſic cõſtitúeram mihi agenda,vt tu admonébas, tamẽ cõfirmantur noſtra cõſília,cũ ſentim⁹ prudéntibus,fidélitérq; ſuadétibus idévidéri.Ego Appium (vt ſæpè tecum locútus ſum)valdè díligo, meq; ab eo díligi ſtatim cœptum eſſe,vt ſimultátem depoſúimus; ſenſi. Nam & honorificus conſul in me fuit,& ſuáuis amicus,& ſtudióſus ſtudiórum etiam meórum. Mea verò offícia ei nõ defuiſſe,tu es teſtis : quoniàm κωμικὸς μάρτυς (vt opinor) áccidit Phania, & meherculè etiam pluris eum feci, quod te amári ab eo ſenſi. Iam me Pompeii totum eſſe ſcis. Brutum a me amari intelligis

Reditus illuſtris in gratiam , in quo ne per imprudentiam quidẽ errari poteſt ſine ſuſpitione perfidiæ. Nam honorificus,arguit in cauſis probabilib⁹, quare debuerit eum diligere. Honorificus in me, id eſt cũ eſſet conſul proſecutus eſt me honore. Studioſus,fautor. Studiorum,uoluntatum,quia quod uolui,ille cõfirmauit.

Mea uero , dicit ſe idem feciſſe contra Ap. ut in nullis ſtudiis,& officiis ei defuerit,teſte Cæl. Tu ſcis, tu es teſtis, quoniam κωμικὸς ſententia ex aliqua uetere comœdia,in qua Phania aliquis teſtis alicuius rei introduceretur,nam de Phania Terent.non ſatis placet,nec uidetur conuenire, ſenſus autem eſt, tu ſcis mea officia ei non defuiſſe,quia Phania comicus teſtis accidit,id eſt quoniam tu accidiſti tanquam Phania comicus teſtis,loquitur enim de Cæl.tanquam de tertia perſona,hoc eſt ſicut Phania teſtis eſt in comœdia, ita tu teſtis es quid pro eo egerim μάρτυς teſtis, dicitur autem & μάρτυς attice,& μάρτυρ lingua communi,κωμικὸς Comicus,qui in comœdia de aliqua re certiſsime teſtificatur . Et ideo dixit, ut opinor. Eum , Appium. Quod , quia. Te amari ab eo,cauſa tua,quia ſcio eum tibi eſſe charum. Iam me,alia ratio quod cauſa Pompe.& Bruti , quos habet amiciſsimos,diligat etiam Appi. iis neceſsitudine cõiunctum,ſi enim diligit Pom.& Bru. debet etiam diligere, qui cum eis ſunt affinitate & neceſsitudine cõiuncti.erat autem Appius ſocer Bruti,& filii Pompe. ut oſtendit Cic.ad Appium.lib.tertio,epiſt.iii.his uerbis.Duos enim duarum ætatum plurifacio.Cn.Pompe.fi.tuæ ſocerũ, & M.Brutum generum tuum,& in epiſtola,quæ incipit.Cum eſt ad nos allatum,circa finẽ. Quis unquam tanti quenquam fecit,quanti ego Cn.Pomp.ſocerum tuæ filiæ,& in epiſtola ſequenti quæ incipit.Cum eſſem in caſtris,ſic inquit.Lætor uirtute,& officio,cum tuórum neceſſariórum,meorum amiciſsimorũ &c.Ergo cum dixit. Iam me to.Põp.eſ.ſc.uoluit quaſi innúeret neceſſe Ap.qui ſit ſocer filii Pom.à ſe amari,qui totus ſit Pom. Brutum,eius generum. Quid ca. quæ cauſa. In op.inter optata mea, inter ea, quæ maxime ſunt mihi chara & optata. Complecti,amare.Hominem.Appium. Florentem æta.adhuc uiridi ætate,quia ſenes ideo facilius contemnuntur,quoniã non poſſunt diutius,aut prodeſſe,aut obeſſe,cum ſint propinqui morti, dicit igitur hunc fuiſſe amandum,quia florebat ætate. Opibus,erat enim App.opulentiſsimus, uel opibus, potentia, qua ualet in urbe noſtra,unde & lib.iii.ad App.Quid cõmodis meis aptius,q̃ hominis nobiliſsimi,atq; honoratiſsimi cõiunctio,cuius opes ingeniũ,líberi,affines,propinqui mihi magno,uel ornamẽto,uel præſidio eſſe poſſent. Honóribus,quibus affuerat App. Liberis,habebat enim multos filios & filias,& clariſsimis familiis collocatas,eſt autem in his dictionibus articulus. Collegam,in augurátu,ut oſtendit Cic.inferius ad ipſum Ap. Ampliſsimi ſacerdotii collegiũ in quo nõ modo amicitiam uiolari,apud maiores noſtros fas non erat,ſed ne optari quidẽ ſacerdotem licebat,qui cuiquam ex collegio eſſet inimicus,fuerunt igitur collegæ Ci.& App. Ipſa laude ſua.

ASCEN.

RAras &c.Dicit líteras Cælii Raras quidèm,ſed iucundas ad ſe dari & gratas,& præſertim eas, quibus hortátus erat Cælius,ut ipſe Cic.cum Appio grátiam ineat, ad quam ineundam idem Cic. dicit multas ſibi cáuſas eſſe,rurſúſq; deſydério urbis ſe teneri,ut cum amícis rideat,ſcribit.Ordo eſt.Ego accípio tuas líteras quidèm.i.certe raras, licet multas fortè ſcripſeris, fortaſſe enim non perferuntur, ſed ſuaues.i.iucundas, uel.i.etiam,eas quas acceperam proxime,quàm.i.quantum prudentis,& quàm.i.quantũ multi & officíi & conſílii.q.d.plúrimi,Et ſi.i.quanquàm,ego conſtitúerã.ſ. prius quàm admonéres ómnia agenda mihi ſic ut tu admóneas,tamèn noſtra conſilia confirmantur.i.ſtabiliuntur,cum ſentímus idem uideri prudẽtibus & ſuadéntibus uidélicèt,ſup.quod nobis. Ego ualdè díligo Appium,ut locutus ſum ſæpe tecum,& ſenſi me cœptum diligi ab eo ſtatim, ut.i.poſtquàm,depoſúimus ſimultatẽ.i. latens ódium & æmulatiónem ſimulátam. Nam ipſe fuit &.i.ſimùl honorificus.i.honorẽ fáciens,cõſul in.i.erga me,& amícus ſuáuis,& ſtudióſus, etiam ſtudiórum meórum,uerò pro ſed,tu es teſtis,mea offícia.i.débita obſéquia nõ defuiſſe ei. Quoniàm μάρτυς.i.martyr, hoc eſt teſtis,κωμικὸς comicus,hoc eſt qualis inducitur in comœdia utriq; nota,ex comœdo.ſ. Phania libertus, áccidit ut opinor mihi,hoc eſt ſicùt in comœdia áliquis,qui rem optimè norat,eo q̃ iam fere géſſerat,aut uíderat, ita Phania libertus eius de quo in prima epiſtola.iii.lib.q̃ rem optime nouit,mihi certiſsimus eſt teſtis,martys dícitur attice,& cõmuni grecórum língua martyr teſtis. Et meherculè, ego feci.i.æſtimâui ſup. Appium etiam pluris,q̃.i.quià ego ſenſi te amâri ab eo. Tu iam ſcis,me totum Pompeii,& intélligis Brutũ amâri à me, quid igitùr cauſæ eſt,cur non ſit mihi in optâtis.i.inter cætera optâta, complecti hóminem florentem ætáte.i. qui eſt in flore ætâtis,uidelicet Appium,& florentẽ opibus,honoribus,ingenio, líberis.i.ligitima prole propinquis.ſ. conſanguinitáte,affinitáte.i.propinqui uxóris amicis ſcilicet acquiſitis, præſertìm collégã meum ſcilicèt in collégio augurum,& ſtudioſum mei in ipſa láude,& ſciéntia collegii.

Phania
Appius q
Brutus q
Simulta
Phania

ET ſcientia,hoc eſt,cum ex ſacerdotio magnã laudẽ aſſequerer,& eſſet peritiſsimus, mei tũ ſemp ſtudioſus fuit. Eo,ꝓpter id. Significabant,tacite demonſtrabãt. Subdubitare, paululũ dubitare. Voluntate, aío. Erga illum Ap. Credo,quia ſubdubitas de uolũtate mea erga illum. Falſum eſt,qđ audiſti. Genus,dicit ꝓpter qđ hoíes exiſtimáuerint Ci.nõ eſſe bono aío erga Ap.quia cũ ſucceſsiſſet ei Ci.in ꝓuincia, & mutaſſet quædã, quæ App.ante inſtituiſſet, alitérq; adminiſtraret prouinciã, q̃ ipſe adminiſtraſſet, exiſtimauerunt quidam hoc fieri, quia eſſent inimici,quod nõ ita erat, ſed quia plerunq; accidit,ut in eadẽ re uaria ſit opinio, ſed tñ utraq; bona,ſicut erat Ap.& Ci. in adminiſtratione prouinciæ,& ideo nũc dicit. Genus,modus, forma quædã. Inſtitutorũ,decretorũ, ordinationũ mearũ quas feci in ꝓuincia poſt diſceſſum Ap. Illius.Ap. Diſſimilitudinem,differentiã,quędã cm mutauit Cic.ut pleniꝰ apparet li.iii.ex

HVBER.

& ſciétia ſtudiósum mei? Hæc ego plúribus ſcripſi,*quod mihi ſignificábat tuæ líteræ ſubdubitâre, qua eſſem erga illũ voluntáte . Credo te audiſſe áliquid: falſum eſt,mihi crede,ſi quid audiſti.Genꝰ inſtitutórũ,& ratiónũ mearũ diſsimilitúdinẽ nonnullã habet cũ illius adminiſtratióne prouínciæ.Ex eo quidã ſuſpicâti fortaſſe ſunt animórũ contentióne, nõ opinionũ diſſenſióe me ab eo diſcrepare.Nihil autèm feci vnquã,neq; dixi,qđ contra illius

oibus epistolis,quas ad Ap.scribit. Ex eo,ꝙ mea institutа habẽt quandã disimilitudinẽ cũ illius administratione.Quidã,maleuoli,& ut infra diceť,nos quo animo inter nos sumus esse nollent. Suspicati sunt,existimauerunt. Contẽtione,cõtrouersia. Animorũ,in quib⁹ stat beneuolentia & maleuolẽtia. Dissentione uolũtatum, quæ etiã inter eos,qui nõ sint inimici, esse potest, ut in eadem re diuersam habeãt uoluntatẽ,nam dissensio est sententiarũ diuersitas. Discrepare,discõuenire,discordare. Feci,re. Dixi,uerbo. Existimationẽ,authoritatẽ, reputationẽ. Post hoc negociũ, hoc est præter hoc,ꝙ aliter sensi de administranda ꝓuincia q̃ ipse. Et te. no. Do.hoc dicit,cum Dolabella gener Cic. quiddã temere egisset cõtra Ap.accusando eũ ambitus, oppugnabatur ab Ap.Cic.quia erat gener suus,eũ defendit,& ideo dicit,post temeritatẽ defensam à me,temeritatẽ autẽ attribuit Dola.quia erat audacissimus,qđ & Ap.Alexandrinus lib.iii.cõfirmat. Nostri,uel generi, uel nr̃i utriusq; rem,plusquam si diceret defensorem. Illius,non Dolabellæ,sed Ap. Periculo, quia præter ambitũ etiam maiestatis fuerat accusatus, ut lib.iii. patebit defendebatur autẽ à Ci. absente per literas deprecante multos pro eo.

Erat ueteranus ciuitatis,sunt uerba Cælii,quib⁹ut quibusdã placet,latẽter pulsat Pom.nam Cæl.eum ueteranum ciuitatis appellauerat. Gaudebã.s.ꝙ ad me scripsisti de ueterano ciuitatis,qđ,quid,aut quale esset non satis intelligere possumus. Congelasse,refrixisse,cessasse. Nostrum ami.non ausim affirmare,quẽ intelligit,nam & ipse intelligi noluisse demonstrat,cum dicit nostrũ,ita enim loquimur,cum ab eo tãtum intelligi uolumus, cum quo loquimur. Lætabor ocio,quia dixit congelasse,siue enim Pom.siue alium quempiã intelligit, fortasse ille aliquantulũ dimiserat animũ ab aliquo cœpto, in his autẽ epistolis satis sit,ꝙ ex uerbis capiamus fructum,& ex sententiis,quæ mores respiciũt,nam in sensibus occultis, qui nihil adferunt ad commoditatẽ dicendi,nihil refert si minus sagittã ipsam in meta figere possumus.Extrema pagella,in fine epi.qua erat, aut liberti, aut alicuius scribę sui manu exarata,addiderat Cæl.manu propria hæc uerba. Cæla.non defendit Curio, quod Cic.quasi ridens ostendit se credere,quia sciebat Cur.corruptũ esse à Cæsa. qui ut supra diximus, eum grandi ære alieno liberauerat,de corruptiõe autẽ Cur.uisus est suspicari Cic.in epi.quæ incipit,Sera gratulatio,in qua tam multis uerbis eum hortatus est ad defensionem reip. Pagella externa.i. extrema pars pagellæ tuæ, hoc est
Pagina epistolæ,siue chartæ.Paginæ autẽ sunt,ut uoluit Festus,ꝙ suam quæq; obtineant regionẽ,ut pagi,uel à pagendo,ꝙ in illis uersus paguntur.i. infiguntur. Pupugit,percussit. Tuo chirographo, tuo scripto, quod manu tua exaratti,nam solebant interdũ dictare aliis scribentibus. Quid ais,admiratiue. Cæsarem, cum admiratione etiam pronunciandũ,& subauditur ais. Quis hoc putaret,ironice.q.d.non credo. Præter me,qui noui Curio. In uia putaram,modus est dicendi, ita putarã in itinere. Risum uestrum , quem scio uos habere propter huiusmodi mutationes rerũ. Mihi,dicit Cic.quid constituerit facere. Mihi erat in animo,constituerã, proposueram. Locupletare,ditare ciuitates Ciliciæ. In publicanis,quibus eram daturus modum exigendi uectigalia nam hi sunt,qui maxime spoliant ciuitates,genus,ut uoluit iurisconsultus,audax.Quoniam cõfeceram,finieram.Iurisdictionem lustrationem iurisdictionis meæ.

ASCEN. ❡EGO scripsi hæc pluribus,id est compluribus sup.uerbis,aut pluribus quàm alioqui feciſſem, quòd literæ tuæ significabant mihi,te subdubitare,id est occulte,aut aliquantulũ dubitare,qua uoluntate ego essem erga illum,uidelicet Ap. Credo te audisse aliquid,id est simultatis,aut odii mei in eum. Crede mihi Rufe,si audisti quid.i.aliquid.s.tale supra id esse falsum. Genus.i.ratio,& forma institutorum.i.morum,& rationum mearũ, scilicet uiuendi,habet nonnullam.i.quandam disimilitudinem, cum administratione prouinciæ illius . Nam Cic.Appio succesſerat in prouinciam,quidam suspicati sunt fortasse ex eo.i.ex ea disimilitudine regendi , me discrepare ab eo,contentione,id est pertinaci pugna, animorum.i. uoluntatum, non dissensione opinionum.

Autem.i.sed,ego nihil feci,aut dixi unquam,quòd uellem esse contra existimationem.i.iudicium illius. Alii legunt æstimationem.i.reputationem,& authoritatem illius. Autem.i.sed,post hoc negocium.s. quòd in forma gubernandæ prouinciæ ab eo dissenserim. Et post temeritatem Dolabellæ nostri.s.generi,nam post mortem Crassipedis,Tulliam duxit Cice.filiam,præbeo me deprecatorem.i.intercessorem & supplicatorẽ,ut ignoscatur pro periculo illius.s.App. In eadem epistola.s.tua,erat Veteranus ciuitatis.i.scripsisti de ueterano quodam ciuitatis,qui cum molestiam inferret communi amico repulsus est, unde ait Cicero. Gaudebam sane.i. multum,& lætabar amicum nostrum congelasse.i. torpuisse ocio.i. sic illo Veterano cessante ab infestatione, refrixisse,ut congelari censeatur. Extrema pagella,id est tabella,in qua scripta erant superiora à manu secretarii Cælii,pupugit,id est stimulauit,me tuo chirographo, id est scripto tua manu,nã qui dictãt epistolas priusquam claudantur,& obsignentur,pars solent interdum quædam ascribere manu propria,quæ nolunt scribas, suos scire.scripserat autem Cælius Curionem non defendisse causam Cæsaris, unde Cicero. Quid ais ? Curio non defendit Cæsarem. Quis putaret hæc præter me?quasi dicat nemo. Ego tamen debebam putare, ut qui Curionem ad hoc induxerim , ut nullis consiliis præter quàm suis acquiesceret, postea tamẽ nimium Cæsari adhæsit.Affert tamen Cicero aliam rationem de industria dicens,nam ego putaui ita , scilicet ꝙ non defenderet Cæsarem,in uia. O dii immortales,quàm,id est quantum,ego desydero risum nostrum. Hactenus ad epistolam Cælii. In animo erat mihi,scilicet cum hæc scriberem,quoniam confeceram, id est finieram , iurisdictionem,id est tempus,quo ius prouincialibus dicerem,locupletare,id est ditare,ciuitates,scilicet Ciliciæ,etiã in publicanis,id est in publicanorum exactione refrenanda.

*PETRI VICTO. CASTI. ❡QVOD mihi significabãt tuæ literæ subdubitare. Medicæus codex. Quod nihil significabãt. Quare animaduertendum est,an melius legi possit, Quòd nonnihil significabant.hoc intellectu,ut dicat Cicero,in Cælii epistolis quædam uerba esse,quæ obscure significent hanc suspitionem in animo illius residere,de alienata uoluntate

luntate ipsius erga Appium,dictio illa MIHI non magnam ullam uim habere uidetur eò in locò,nam si id significabant literæ Cælii,non magis Ciceroni quàm omnibus aliis qui eas legissent,significabant,nec tamen firmitudinem aliquam hoc argumentum habet,quare de tota re nihil adfirmamus.

etiàm, superióribus lustris réliqua sine sociórum vlla queréla conseruâta: priuâtis, summis, ínfimis, fúeram iucundus: proficísci in Cilícià Nonis Maiis, & cùm prima æstíua attigíssem, militâremq; rem collocâssem, decédere ex senatusconsulto.Cúpio te ædîlem vidêre, miróq; desydério vrbs áfficit, & omnes mei,tuíq; in primis. Vale.

❡ETIAM, superioribus, sensus est, etiam cum ante HVBER. lustraui prouinciã,reliqua quę ad publicanos non pertinebant,conseruata sunt sine ulla querela.Sociorum.i. ita,ut nullus ex sociis nostris,hoc est ex iis qui nobis cũ fœdere essent iuncti,queri possent,solebant autem magistratus lustrare,hoc est circuire totam iurisdictionem suam,& prouidere ubi opus esset , quod dicit se feciſſe Cic.& nunc,& ante,sine ulla querela sociorũ.ergo, In superioribus lustris.i.cum ante lustraui prouinciã. Cõseruata , subaudi sunt. Iucundus, quidam codices habent iustus. In priuatis,sensus est,fui iucundus in omni ordine,& genere hominum,quod declarat dicens.In priuatis sine magistratu. Sũmis,principibus. Infimis, plebeis. Proficísci,subaudi erat in animo. In Ciliciam, erat enim in locis finitimis prouinciæ, quia lustrauerat eam. Aestiua,loca ubi milites æstate sunt,sicut hyberna ubi habitant hyeme. Attigíssem,aduenissem. Nonis maii.vii.die maii.Nec uideatur cuiquam inconueniens,ꝙ dixerit æstiua,cum tunc nondum uideatur esse tempus æstatis,quoniam ut uoluit Vlp.iurisconsult.Aestas,ut peritiores uoluerunt,incipit ab æquinoctio uernali,& definit in æquinoctio autumnali,ita æstas sex mẽsium,& hyems totidẽ generaliter dicitur. Collocassem, in æstiuis. Decedere,subaudi erat in animo. Ex senatusconsulto,quo erat decretum , ut finito annuo magistratu Cicero posset discedere,ut ostendit supra ad Curionem,ut senatusconsultum, & leges defendas,&c. Te ædilem,qui erat factus ædilis absente Cicerone.

❡RELIQVA, præter publicanorum negocia conseruata sunt superioribus lustris , id est lustrationibus, ASCEN. & censuris, sine ulla quærela sociorum. Iucundus,aut iustus fueram in priuatis , id est non gerentibus magistratum,in summis, & infimis, & repete. In animo erat proficisci in Ciliciam forte ex Cypro , nam utranque partem tenebant proconsules in Ciliciam missi,aut ab ea parte,quæ est iuxta Amanum montem , nonis maiis, scilicet tunc proxime futuris. Et in animo erat decedere ex senatusconsulto,id est sicut senatus decreuerat,cum attigissem prima æstiua,id est tempora apta militiæ,& bello gerendo,& collocassem, id est deposuissem rem militarem. Ego cupio uidere te,& urbs, scilicet Roma afficit me miro desyderio, & omnes mei sup. afficiunt, & tu in primis sup. afficis me miro desyderio. Sunt, qui superiora sic ordinent. Sine querela sociorum in priuatis,summis,& infimis,iucundus.i.lætus fueram proficisci in Ciliciam & cætera,sed sequar priorem sensum.

Comendatoria.

M.T.C.Imperat.M.Cælio Aedîli Curûli. S.P.D.Epist.13

❡FAbio.Commendat Ci.Fábium Cælio,ea ferè forma,qua solet uti in cõmendandis amicis,rogatq; ut eum in omnibus rebus cõmendãtũ habeat. Fabio,láudat Fabiũ à bonitáte,& doctrína.Mirificè uehementèr,mirabilitèr.Cum propter,dicit propter quæ eũ maximè amet. Modestiã,probitatẽ. Negociũ, causam, quã fortasse ille habẽbat Romæ in qua ei op⁹ erat auxilio Cælii. Suscípias,defendendũ cápias. Vt,sicut. Si'esset res mea,quã nõ dúbito tibi esse cõmẽdatíssimã. Noui,iocátur cum Cælio, & fortasse etiam seriò lóquitur. Vos.i.símiles tui. Patrónos,causídicos. Hóminẽ, hoc dicit,adeò estis magni patróni, qđ non suscípitis cáusas nisi magnas,& in quib⁹ agat de cápite alicuius,ex qbus plus emolumenti cõsequímini. Hoíem,ordo est,oportet ut is occídat hóiem,qui uelit uti uĩa ópera.i. uestro patrocínio,& defensióne. Occídat hoíem , hábeat cãm cápitálẽ,& magnã,qualis est de cæde hoís. Sed.q.d.q̃is nõ nisi magnas cáusas suscípere sóleas. In hoc hoíe,Fabio. Accípio,admítto. Relinques, nõ solũ postpónes, sed omíttes. Res Románas qd Romę agãt. Hyémis,tẽpestátis, quę ꝓhíbeat quempiã ex Roma hùc nauigare. Hyems aũt interdũ ꝓ tpe pónit,ut Vir.in Geor.Hyems Hyems ignáua colóno,interdũ pro tẽpestáte,& ui uenti,ut idẽ in.i.Aenei.Vicit hyems.Itẽ Sepe illos aspera põthi Intercluſit hyems. Nil noui,de rebus Románis. Ad nos,hùc in Cilíciam.Afferebãtur,nunciabatur.

❡FAbio uiro.Multæ in hac sententia reperiuntur epistolæ Cic.imitatione dignissimæ.Vult Cælio amici cau- P HI. sam cõmendare,& initio quanta eum beneuolentia prosequatur ostẽdit.Inde causam eius cõmendat,& hominẽ.Postremũ,quãto cognoscendarũ rerũ Romanarũ desydero teneatur,adiungit. Viro op.& hoíe doc.Laus est à bonitate,& doctrina,sed contra rationem dicendi,quod minus est secundo loco posuit,crescere enim debet ratio.Vir autẽ maiorem uim habet,q̃ homo,ut ad Marcellũ.Neq; monere te audeo præstanti prudentia uirum,neq; cõfirmare maximi animi hoíem uirúmq; fortíssimũ.Et ad Sextiũ,Hortarer, ut & hoíem,& uirum esse meminisses.Præterea plus est bonum esse,q̃ doctũ esse.Et Cic.primũ dixit optimo,inde doctíssimo. Eodem ordine est usus in epistola ad Thermum,aut.A.Malio iam pridẽ utor familiarissime optimo uiro,atq;

homine gratíſsimo. Et ad eundem álibi dixit. Hoc ípſo uincit uiros óptimos, hóminéſque innocentiſsimos legátos tuos. Sed animaduertêdũ eſt, ꝙ in omni cõpoſitione, ut ait Fabius, tria ſunt neceſſaria, ordo, iunctura, numerus. In ordine cauendũ, ne decreſcat oratio, & fortiori ſubiungatur aliquid infirmius, ut ſacrilego, fur. Augeri enim debent ſententiæ, ut ibi Cice. Tu inquit iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatória totius córporis firmitáte. Eſt & alius naturális ordo, ut uiros ac fœminas, diem ac nocte, ortum & occaſum dicas potius quàm

Vtor
Hortor
Conſolor
Vereor
Vt quomodo
Susum
Sursum

retrorſum, quo ordine, & hic eſt uſus Cice. & alibi, ut diximus. Vtor. Commune apud antiquos uerbum erat, ut hortor. Eodem modo conſólor, & uereor, lege. A. G. lib. xv. Suſcípias ſupra te capias ad defendendum. Antiqui ſuſum pro ſurſum dicebant, & ſuccipio pro ſuſcipio, & ſic Virg. poſuit, ut Suſcepit ignem foliis, & ſuſcipere & capere ita utimur, ut ad curas, ſũptus, inimicitias ſuſcípere potius referámus. Cápere uero ad labores, moleſtias, & dolóres potiùs accommodémus. Vt, tanquam, multis enim modis hæc particula in oratione colligitur, interdum pro poſtquam, Virg. Vt belli ſignum. Aliquando pro ſicut, hoc modo. Ita Pompe. rem oppreſsit, ut Cæſar. Plerunq; ſignificat quomodo. Virgi. Vt uidi, ut perii, hoc eſt poſtquam uidi, quo modo perii. Aliàs pro quod. Interdum cauſam amplectitur ſuperioris ſenſus, ut do óperam literis, ut doctus euádam. Interdum ad exornandum orationem accipitur, ut Fabius. Quis credat me feciſſe, ut ſtipitem filio negárem, hoc eſt quis

Patronus

credat ſtipitem me negaſſe filio. Noui uos ma. pa. Confutatio eſt, & patronos cauſarum defenſores dicimus, ut Terent. Huic opus eſt Patrono, quem defenſore paro. Et eos, qui ſeruos manumiſerunt ſuos, ut Mar. Cáuimus, & domini ius omne remíttimus ægro. Múnere dignus erat conualuiſſe meo. Senſit deficiens ſua præmia, méq; patronum Dixit ad infernas liber iturus aquas. Vos, ac ſi dixiſſet te, & tui ſimiles. Hóminem oc. opor. hoc eſt ut habeat cauſam capitalem, & arduam, qualis eſt de homicidio, quoniam parua cauſa nõ eſt digna patrocinio ueſtro, & eloquentia, qui res graues defendere poſsitis, & ſoleátis, non leues, ut hæc ipſa eſt Fabii, quam tibi cõmendo. Eſt autem loquendi modus, ad oſtendendam magnam uiri authoritátem, qui rebus uílibus, & abiectis non ſe miſceret, ſed magnis & gráuibus, qualis eſſet, ſi quis hóminem occidiſſet, & eum iſte offénderet, ut Cic. Milónem. Sed in hoc homine. Fábio, hoc eſt tametſi nõ niſi árduas cauſas ſuſcipiatis, tamen in Fabio meo, nullam excuſationem, ut uel parum, uel magnum ſit negocium eius. Tua óperâ, patrocinio, & defenſione, opera eſt

Opera
Opus

actio, opus eſt finis, & fructus. Sed interdum Opus pro Operâ ſúmitur. Virg. Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. Hyemis. Varro latinum facit ab hiando appellatum. At ego magis græcum puto, ab ὗω quod eſt pluo

Hyems V.

denominatum, & anni partem ſignificat, & tempeſtatem, nunc anni.

ASCEN.

FAbio &c. Cõmendat Cælio Fábium dicens. Ego utor familiariſsimè Fábio uiro óptimo, & hómine doctíſsimo, & díligo eum mirificè, cum ſcilicèt ita ſit, ꝙ propter ſummum ingénium eius, & ſummã doctrinam, tùm ſupple multò magis propter ſingulárem modéſtiam eius. Ego uelim ſup. ut ſuſcípias, ſcilicèt ad iuuandum negóciũ eius ſic, ut ſi eſſet res mea. Ego noui uos, hoc eſt te, & tui ſimíleis magnos pa. id eſt defenſores magnórum reórum, oportet ſup. ut is, qui uelit uti operâ ueſtrâ, occidat hóminem, iocoſè id dictum eſt. Sed ego nullam accípio, id eſt admitto, excuſatiõnẽ in hoc hómine, tu relinques ómnia, ſi amábis me, cùm id eſt, quãdo. Fábius uolet uti operâ. i. diligentia, & labóre tuo. Ego expecto uehemẽtèr, & deſýdero res Románas, id eſt ut res Románæ ſcribantur ad me, & cúpio imprimìs ſcire quid agas. Nam propter magnitúdinem hyémis nihil noui afferebatur, ſcilicèt cùm hæc ſcriberem, iamdiũ id eſt à multis diébus, ad nos.

HVBER.

NON pótuit. Re benè geſta in Cilícia à Ciceróne procurauerant Cælius, & Cúrio ei ſupplicatiónem decerni, quod cum obtinuiſſent, láudat Cícero eórum in hac re & diligéntiam & prudéntiam: dicitq; ſe ſperâre triumphum: deindè ſcribit de Dolabella género, & Túllia fília, quæ Dolabellæ, abſente Cic. locâta fúerat, ut ipſe Cice. ſcribit libr. iii. ad Appium: poſteà oſtendit ſe eſſe ſolícitum de república, & excúſat ſe ꝙ de prouíncia decendens Célium quendam adoleſcentẽ ei præfécerit, oſtenditque id tùm óptima ratióne tùm exemplo, & imitatióne excelléntium uirórum hoc feciſſe. Accuratiùs, diligentiùs, ſtudioſiùs. Supplicatióne, mihi decernenda, ob rem benè in Cilícia geſtam. Nam ſuprà dixit. Hæc ætas hábuit éxitum ſatis felícem. Cõfecta res impetrâta ſupplicátio, & decrêta mihi. Ex ſententia, ut uolébam. Tùm celeritáte, propter celeritátẽ dicit, dúplici de cáuſa eſſe confectam rem ex ſenténtia ſua: primùm quia celeritèr, deindè quia Attílius competítor ipſius Cælii aſſenſus eſt huic rei. Quod is. Attílium ínnuit, de quo díxim⁹ ſuprà. Competítor, tu. & idem me. hic enìm Attílius qui paulò antè fúerat competítor Cælii in ædilitáte, uidétur etiam fuiſſe competítor Cic. in petitióne prouínciæ Cilíciæ: ideò dicit. Iratus, quia non pótuit obtinére quod uolébat. Eſt aſſenſus, fauit, dedit ſuffrágium. Ei, ínnuit Cicero, cum quo Cælius égerat de ſupplicatióne. Ornâuit, commendâuit. Res meas, geſtas à me in prouíncia. Diuínis, máximis, immortálibus, habúerat enim Cúrio oratiónem de láudibus rerum geſtárum Cicer. Sperâre, expectâre. Quæ ſequuntur, triumphum dicit ſe ſperâre, cum iam obtinúerit ſupplicatiónem. Ad quæ, ad quem triumphum. Para, ut ita mihi adſis, ſicut affuiſti in ſupplicatióne. Dolabellam, locâta erat Túllia Ciceróni filia matrimónio Dolabellæ, eo témpore, quo Cícero præerat Cilíciæ. Itaque ſcripſerat Cælius honorificè de Dolabella, & laudáuerat eum apud Ciceronem, quare

responsoria ad nuntiatoria.

M.T.C. Imperâtor. M. Cælio Aedîli Curûli. S.P.D. Epist. 14.

NON pótuit accuratiùs agi, nec prudẽtiùs quàm actum eſt à te cũ Curióne de ſupplicatióne, & me hércule cõfecta res ex ſentẽtia mea eſt, cum celeritáte, tùm quod is, qui erat irâtus, competítor tuus, & idem meus, aſſenſus eſt ei, qui ornâuit res noſtras diuínis láudibus. Quarè ſcíto me ſperâre ea, quæ ſequuntur, ad quæ tu te para. Dolabellam à te gáudeo primùm laudâri, deindè etiam amâri. Nam ea, quæ ſperas Túlliæ meæ prudẽtiâ temperâri poſſe, ſcio cui epiſtolæ tuæ reſpóndeant. Quid ſi meã legas? quã ego tùm ex tuis líteris miſi ad Appium, ſed quid agas? Sic viuitur. Quod actũ eſt, dii ápprobẽt.

quare dicit ſe gaudêre optaréque, ut ſibi & filiæ ſuæ, hæc affínitas ſit félix. Laudâri à te, placêre tibi, commendâri. Amâri, charum eſſe. Nam ea ſcripſerat Cælius Dolabellam eum temerárium, ſicut eum appellâuit ſuprà Cic. ſed ſperâre poſſe aliquandò ad meliôra reducì. Tulliæ, uxóris eius prudentiâ, quod Cic. affirmat ita fore dicens. Scio, confido, quia noui filiam meam. Poſſe temperari, mitigâre, mínui: quia uítia naturæ, aut etiàm longi bábitus mínui quidèm poſſunt, tolli autem minimè. Ea quæ ſperas, ſcilicet poſſe temperari: intelligit autem prodigalitátem & temeritátem, alii tamèn accípiunt, ſperas times, ut ſit acyrologia, ut illud Virgília. Hunc ego ſi tantũ pótui ſperâre dolórem: placet tamèn magis prior ſenſus. Cui, Tullię meæ. Reſpóndeant, ad eam dirigantur. i. cui fac út tuæ líteræ reſpóndeant, hoc eſt ad eam, non ad me mittantur de Dolabella. Quid ſi, dicit ſe etiam ſcripſiſſe de Dolabella ad Appium, oportêre eum ferre, quem fortúna ſibi génerum dederit, non ipſe elégeritérat enim abſens Cice. Meam, epiſtolam. Ad Appium, puto eſſe illam epiſtolam tertii libri, quæ incipit, Grátulor tibi priùs. Ex tuis líteris, propter tuas líteras, id eſt nactus matériam ex tuis líteris, quibus ad me de Dolabella ſcripſeras multa. Sed quid agas, prouerbiális dicendi modus, cum irreuocábile eſt quod ſemèl actum. Sic uíuitur. q. d. non cum perfectis, ſed qui áliqua ex parte poſſunt reprehendi. Sic Pérſius. Sic uíuitur illa Subter Cæcum uulnus habes. Dii ápprobent, dii fortúnent, & félix faciãt. Quod actum eſt, hoc matrimónium. Fore, Dolabellam. Iucundum, ex quo etiam poſsim aliquandò uoluptátem & iucunditátem cápere.

ASCEN.

NON pótuit &c. Re benè geſta à Cicerône in Cilícia, procurauêrunt Cælius & Cúrio ſupplicatiónem ei decernendam, pro qua eis grátias agit, dicítque ſe ſperâre triumphum, demùm nonnihil de Dolabella género ſuo méminit. Ordo eſt. O Cæli, non pótuit agi accuratiùs. i. cum maióri curâ, quàm actum eſt à te cum Curióne, de ſupplicatióne, ſcilicèt mihi pro re benè geſta decernenda. Eſt autem ſupplicátio, quam rogatiónem, ac proceſsiónem generálem uulgò appellant, quæ pro ſumma uictória decerni ſolet, unde magna óritur illi glória, qui eam pepérerit, & me hercule res eſt confecta, ex ſenténtia mea, cùm ſcilicèt ita ſit, quòd cõfecta eſt celeritáte, tùm quòd is competítor tuus, ſcilicèt in ædilitáte, id eſt qui tecum petíuerat ædilitátem, íratus, ſcilicèt quòd repulſam acciperet, & idem meus ſcilicèt competítor in obtinenda prouíncia, aſſenſus eſt ei, ſcilicèt aut Pompe. aut Cæſ. aut álteri amico, qui ornâuit, id eſt decorâuit res noſtras diuínis láudibus. Quarè ſcito me ſperâre ea, quæ ſequuntur, id eſt quæ ſequi ſolent, ſupplicatiónem, uidelicèt triumphum, ad quæ ſcilicèt obtin ẽda mihi tu para te. Ego gáudeo primùm Dolabellam génerum meum laudâri abs te, deindè etiàm amâri. Nam ea, quæ tu ſperas poſſe temperâri, id eſt moderâri prudéntiâ Túlliæ meæ, ſcilicèt ffiliæ, uxóris Dolabellæ, ſcio cui epiſtolæ tuæ reſpóndeant, id eſt undè id te ſperâre ſignificas. Quid, ſupple ſcríberes, aut díceres, ſi legas meam epiſtolam, quam ego miſi. tùm, id eſt tùnc, ex líteris tuis ſcilicèt excerptam, ad Appium. Et cùm per imaginatiónem Ciceróni, ad hæc Cælius miraretur, quaſi dicat non debuiſſe ex líteris ſuis epiſtolam mitti, reſpondet Cícero. Sed quid agas? uíuitur ſcilicèt nunc ferè ab ómnibus ſic, id eſt ut tália fáciant. Dii immor. ápprobent, id eſt ſecundent quod actum eſt.

Supplicátio

IONAM ſpero eum mutatûrum mores prudẽtiâ filię meæ, uxórum enìm prudéntia multùm ſolet medêri uitiis maritórũ. In eo, ut ſit nobis iucundus gener. Humánitas, doctrina, ſapiéntia, uel ingenii manſuetúdo & facílitas. Adiuuâbit, ſi eum tuis in conſíliis moderâtus fúeris. Reſpúbli. dicit Cice. ſe eſſe ſolícitum ualdè de república, & maximè quia quamuis amet Pompe. Cæſa. & Curiónem, qui uidentur eam perturbâre, tamen magis amat ipſam rempu. Cúpio Cæſarem honeſtíſsimè, ſubaudi eſſe. i. opto, ut Cæſar ualdè honorêtur. Terent. in And. Vel quod ipſi benè cupio Glycério. Émori, uitam effúndere, quod plus eſt quàm uel fauére, uel honeſtíſsimè cúpere. Iactas, exerces, immíſces, labóras. tractum à nauigántibus, qui in mari tempeſtáte iactantur. Nam ſuprà díximus perturbátio reipublicę tempeſtáti comparâtur. Diſtrictus, illigâtus, in neutram partem declínans, hoc eſt neque ad iſtórum, quos ſuprà nominâui, neque ad reipu. fauórem inclinâtus. Quod quia, reddit ratiõnem quarè Cælius in neutram pendet partem: quia neque rempúblicam neque amícos uellet deſérere. Bonus ciuis, cuius offícium eſt rempúblicam nõ oppugnâre, ſi non poſsis tuêri. Bonus amícus, quia nõuis etiam propter defenſiónem reipúbl. amicitiam deſérere, ergo dixit. Vidêris diſtrictus, quod uulgò dicimus, uidêris mihi tenêre pedem in utroq; cálceo, & latentèr eum carpit, ꝙ propter amicítiam, rempúblicam déſerat. Ego: nunc dicit ſe diſcedentem ex prouincia reliquiſſe loco ſui Célium quendam adoleſcentẽ, quod ne uideâtur temerè feciſſe, excuſat multis rationibus factum ſuum. Quæſtórem, meum. Præpóſui, præféci, ſcilicèt loco mei. Púerum, obiéctio, quam ſibi poſſet fácere hic Cælius, ad quem ſcribit. Inquis, tu ô Celi. Púerum, ſubáudi prępoſuiſti ô Cícero: nõ quòd eſſet puer, ſed adoleſcens. Sed ita ſolet nobis óbiici, ut ꝑ adoleſcente puer quíſpiam dicatur. Ad quęſtórem, reſpónſio Cice. & hoc dicit, púerum quidèm Célium prępó-

HVBER.

Spero fore iucundum gẽnerum nobis: multùm in eo tua nos humánitas adiuuâbit. Reſpúblic. me ualdè ſolícitat, fáueo Curiôni: Cæſari honeſtíſsimè cúpio: pro Pompéio ẽmori poſſum: ſed tamèn ipſa república nihil mihi eſt chárius, in qua tu nõ ualdè te iactas. Diſtrictus enìm mihi vidêris eſſe, quòd & bonus ciuis & bonus amícus es. Ego de prouíncia decędens, quæſtórẽ Célium præpóſui prouínciæ, púerum inquis? at quæſtórem, at nóbilem adoleſcentem, at ómnium ferè exemplum. Neq; erat ſuperióre vſus honóre, quem præficerẽ. Pontínius multo antè diſceſſerat. à Quint. fratre impetrâri non póterat: quem tamèn ſi reliquiſſem, dícerent iníqui non me planè poſt annum, vt ſenát⁹ voluiſſet, ex prouíncia deceſsiſſe, quoniàm álterũ me reliquiſſem. Fortaſſe & illud ádderẽt, Senátum eos voluiſſe prouínciis præeſſe, qui anteà non præfuiſſent, fratrem meũ triénnium Aſiæ præfuiſſe. Deniq; nunc ſolícitus non ſum, ſi fratrẽ reliquiſſem ómnia

ſui, ſed

timêrem. Postremò non tam mea sponte, quàm potentissimorũ duórum exemplo, * qui omneis Cásios Antoniósq; complêxi sunt, hóminem adolescentem nõ tam allícere vólui, quàm alienâre nólui. Hoc tu meum consilium láudes necesse est, mutâri enĩ non potest. De Ocella parum planè ad me scrípseras, & in actis nõ erat. Tuæ res gestæ ita notæ sunt, vt trans montem Táurum etiàm de matrimónio sit audîtum. Ego nisi quid me Ethésiæ morabuntur, celeritèr (vt spero) vos vidêbo. Vale.

sui, sed tamen questorem meum & nobilissimum adolescentem, & qui compósitis móribus omniũ fere possit esse exemplum. Neq; erat, subaudi quispiam. Vsus functus. Superiore, quàm hic Cæli. Quem præficerem, id est quem possem præficere prouinciæ, & est sensus, non erat alius qui fuisset in maiore honore, aut dignitate quàm Cæli. quem præpónerem, præponebâtur enim qui essent usi maioribus honoribus, ut ostendet in epistola penúltima huius secũdi libri ad Thermũ cũ dicit. Habes enim neminem honoris gradu superiorẽ.

Pontinius, antipophora est, quia occurrebat Cæl. responsurum Põtinium potuisse præfici: dicit eum è prouincia discessisse, neque Quintum fratrem uoluisse remanêre, neque etiam sine reprehensione sua eum relinqui potuisse. Impetraui, obtinui, ut præesset prouinciæ me discedente. Alterum me, dicitur enim frater (Frater) ferè alter: ego non uisus fuissem discedere. Fortasse, alia causa, quia frater eius ante triennium Asiæ præfuisse, senatum autẽ uoluisse eum præesse prouinciæ, qui antea non præfuisset. Denique, concludit se longè melius præfecisse Cæli. adolescentem prouinciæ quàm fratrem. Omnia, infamiam, reprehensionem, & reliqua quæ de fratre possunt timêri. Postremo excusat factum suum imitatione aliorum, & maximè Pompe. & Cæli. Complexi, scilicet amauerunt, charos habuerunt. Cassios, ad Pompe. refertur, qui plurimum amauit Cassium. Antonios, propter Mar. Anto. quem Cælius charum habuit. Hominem adolescentem. Cæli. Non tam allícere, hoc non tam feci, ut hunc Cælium allicerem hoc beneficio quàm alienârem, negando ei quod meritò possem præstare. Hoc tu, familiariter cum amico loquitur, de re enim acta deliberare stultum est. Consilium meum, quia maluerim præficere prouinciæ Cæl. quàm alium. Necesse est, quia mutâri non potest quod ipse declârat. (Ocella) De Ocella, quidam uolunt blandimenti causâ appellâtam uxórem Cæl. ego uerò puto esse nomen próprium non uxóris, sed cuiusdam uiri qui áliquid in urbe egisset, quod esset dignum referri in acta, quamuis relâtum non esset, & de eo à Cæl. non satis plane ad se scriptum, & hic postérior sensus magis probábilis uidêtur: nam si de uxóre intellexisset, dixisset de Ocella tua.

(Acta) In actis, in gestis públicis, quæ acta dicebantur. Iuue. Fient ista palàm, cupient & in acta referri. Non erat, ex hoc patet quòd non intelligit de uxore: quia in actis non ponebantur nisi ea, quæ ad reipub. rationes pertinebant. Res tuæ gestæ, omnia quæ agis. Notæ, célebres, claræ. De matrimonio, quod inter Dolabellam & Tulliam filiam tuis auspiciis est factum. (Táurus) Trans Táurum montem. Taurus mons Cilíciæ, qui (ut inquit Solînus) ab Indico primùm mari surgit: deindè à scópulis Cælidônis inter Aegyptum & Pamphíliam pélagus obiectus septentrióni déxtero latere, leuo meridianæ plagæ: occidenti obuersus fronte profusa. Is quoque uersus mari allûitur, procêdit in prominentias, & pro gentium & linguarum uarietate plurifariam nominatur, eius nomina uideantur apud ipsum Solinum, ubi de Cilicia scribit, & de hoc monte longè multa. (Ethésiæ) Ethesiæ, uenti quos Strabo libr. iii. eosdem subsolanos, id est éuros appellat, hos uentos libr. xvii. idem dicit incipiente æstâte flare è Boreâlibus plagis, & à pelago apud Alexandriam Aegypti urbem, quare Alexandrini optimam æstatem agunt. Diodorus idem uidetur sentire dicens. Nilum crescere incipere solstitio æstiuali, nondum ethesis flâtibus, cum decrescat æquinoctio autumnali eisdem ethesis quiescentibus. Item affirmat Pomponius Mella libro primo, ubi de incremento Nili tractat.

ASCEN. EGO spero Dolabellam sup. fore, id est futûrum esse, génerum iucundum nobis. Tua humánitas iuuâbit nos multùm in eo. Respública, id est status reipub. solícitat me ualdè. Ego fáueo Curióni, qui Cæsarem oppugnat. Ego cúpio honestissimè, id est ut honestíssima contingat Cæsari, possum, id est eo ánimo sum, ut possim émori pro Pompêio, sed tamèn nihil est mihi chárius republ. in qua tu non iactas, id est ostentas, te ualdè. Tu enim uidêris mihi esse districtus, id est arctâtus ne liberè agas, quòd, id est quia tu es, & id est simùl bonus ciuis, & ita nihil uis contra rempúblicam ágere, & bonus amícus, scilicèt eórum, qui cum repúblic. contendunt, & ita nihil uis contra eos ágere. Ego decêdens prouíncia, scilicèt Cilícia, præpósui prouínciæ Cæli. scilicet álterum quæstórem, id est qui erat quæstor, quem receptórem uulgó dicunt. Tu inquis, id est dicis mihi suprà, præposuisti prouínciæ púerum, sup. præpósui, fáteor: at, id est sed quæstórem, at id est nóbilem adulescẽtem, at exemplum ferè ómnium. Neque erat supple alter in exércitu usus superióre, id est altióre honóre, quã præficere scilicèt prouínciæ. Nam Pontínius discésserat multo antè, & non póterat impetrâri à Quinto fratre scilicèt meo, ut præficerêtur, quem tamèn si reliquissem, iniqui dícerent me non decessisse ex prouíncia planè post annum, ut senátus uoluisset, quoniàm reliquissem scilicèt in prouíncia álterum, quia frater dícitur quasi ferè alter. (Frater … dderent.) Et supple iniqui âdhærent fortassè illud, senâtum uoluisse eos præesse prouinciis, qui non præfuissent anteà, & supple fratrem meum præfuisse Asiæ triénnium, id est per spátium trium annórum. Denique ego non sum nunc nec solícitus, & si reliquissem pro me in prouíncia fratrem, ego timêrem ómnia. Postremò non tam sponte, id est propria uoluntáte, & inclinatióne mea, quàm exemplo duórum potentissimórum, scilicèt Cæsa. & Pompe. qui complêxi sunt, id est charos habuêrunt, & fouêrunt omnes Cásios, ut Pompêius & Antónius, ut Cæsar, ego non tam uólui allícere, scilicèt in amicítiam meam hóminem adolescentem, scilicèt Cælium, quàm nólui sup. eum alienâre à me. Necesse est sup. ut tu láudes hoc consilium meum, non potest mutâri, id est alitèr se habêre, quia iam factum est. Tu scrípseras ad me parùm, id est non satis planè, id est plenè, de Ocella, id est de actis Ocellæ, & non erat, scilicèt factum eius in actis, scilicèt ad me missis. Res tuæ gestæ, ita sunt notæ, ut sit audîtum etiam de matrimónio, scilicèt tuo, trans Táurum montem, scilicèt máximum in con- (Ethesias) finio Cilíciæ. Ego uidêbo uos celeritèr, ut spero nisi Ethésiæ, id est uenti illi subsoláni. i. Euri: æstáte tamẽ à Boreâli parte flantes, morabuntur, id est distinêbunt in mora me.

AT omnium fere exemplo. Nonnulli se ita hunc locum, qui mendosus erat, castigasse aiunt, de quo cum illis non pugnamus, neq; tamẽ furti nos reos agere statim oportebat, præsertim cũ in oĩbus manu scriptis nullo discrimine, quemadmodum legi debet, scriptũ inuenerimus. Præter antiquorũ codicum fidem ita illam tractauimus, ut diu nos, diligentérque de ea quæsiuisse planum omnibus fecerimus. *PETRI VICTO. CASTI.

QVI omnes Cassios, Antoniósque complexi sunt. Sunt qui in sensu horum uerborum tradendo non parum decepti sint: non enim narrat Cicero, se iccirco Cælium præposuisse prouinciæ, quòd uellet sibi gratiam reliquorum eiusdem familiæ conciliare, neque arbitratur Pompeium & Cæsarem id consilium in præficiendis Quæstoribus secutos fuisse: sed inquit, se id penè fecisse coactum, exemplo potentissimorũ uirorum, qui Quæstores suos omni ratione, qua potuerunt, ornarunt, & illorum gratiam omni beneuolentiæ genere iniuerunt: id enim est COMPLEXI SVNT, ut paulo ante cum de App. Claudio sermo esset. Quid est causæ cur mihi non sit in optatis, complecti hominem florentem ætate, opibus, &c. Nisi enim Quæstorem & ipse præposuisset, timebat illum iratum, qui iniquo animo tulisset se honorẽ illum à Cicerone impetrare nõ potuisse: quem antea Quæstores Cassius & Antonius à suis proconsulibus & Imp. accepissent. Quòd autem Cassios & Antonios numero multitudinis dixit, non nouum est apud Ciceronem, sed usitatum & elegans: ut in episto. ad Pætum. cxxvii. Itáque te cum uideo, omnis mihi Granios, omnis lucilios, uerè ut dicam, Crassos quoque, & Lælios uidere uideor. Sed etiam doctissimus & politissimus scriptor Plato in Symp. ἐξ ὀρῶν αὖ φαίδρος ἀγάθωνας, ἐρυξιμάχους. παυσανίας ἀριστοδήμους σωκράτη δ' αὐτὸν τί δεῖ λέγειν. Hanc esse sententiam huius loci inde etiam intelligi potest, quòd epistola ad Quint. Thermum Prop. quæ penultima huius libri est, Cicero magnopere ei suasit, ut prouinciæ præficeret Quæstorem: docens id rectum esse, & fieri debere: ostendénsque, nisi ita fecisset, multas fortasse molestias, ac pericula illum sibi conciliaturum esse: quòd quæstor ignominia affectus merito illi semper iratus erit, & nactus aliquam accasionem nocendi cum sibi id iure posse facere uideatur, nunquam illam dimittet. *PETRI VICTO. CASTI.

M.T.C. Imperator. M. Cǽlio Aedîli Curûli. S.P.D. Epist. 15

excusatoria. deliberatoria.

Magno dolóre me affecissent tuæ líteræ, nisi iam & rátio ipsa depulisset ómneis moléstias, & diuturna desperatióne rerum obduruisset ánimus ad dolórem nouum. Sed tamèn quarè accíderit, vt ex meis superióribus líteris id suspicarêre, quod scribis, néscio. quid enim fuit in illis præter querélam témporum, quæ non animum meum magis solícitum habêret, quàm tuum? Nam non eam cognôui áciem ingénii tui, quod ipse vídeam, te id, vt non putem vidêre. Illud miror, addûci potuisse te, qui me pénitus nosse debêres, vt existimâres, aut me tam impróuidum, qui ab excitâta fortúna ad inclinâtam & propè iacentem descíscerem, aut tam inconstantem, vt collectam grâtiam florentíssimi hóminis effúnderem, à meq; ipse deficerem, & quod inítio, sempèrq; fugi, ciuíli bello interessé.

HVBER. Magno dolóre. Functus Cic. magistrâtu prouínciæ cum in Itáliã uenisset, ostendissetq; iam bella ciuília exardêre inter Cǽsarem & Pompeium, in Cumânum se recéperat, quia cum non esset locus in urbe auctoritâti uirórum, quia pudêbat eum esse in urbe cum cõtemptu: qui in prouíncia triumphum meruisset, quem tamèn nóluit, quia existimâuit indignum pátria lugente triumphâre: scrípserat autem ad Marcum Cǽlium líteras, quibus conquerebâtur de tempóribus ita turbulentis, quibus lectis existimâuit Cǽlius Cic. contra Cæsa. esse animâtum pro Pompêio, deindè quia erat in locis marítimis suspicâtus est eum elegisse illa loca ut cõmodiùs posset ad castra Pompeii nauigâre, quarè hortâtus fuerat ipsum Cælius ne immiscêret se his bellis ciuílibus, maximè contra Cǽsarem, idque fáceret sui ipsius, & filii sui Mar. Cice. & géneri Dolabellæ, & filiæ causâ, ad quæ ómnia ita respõdet Cic. plenè, ut ostendat Cǽlium falsò ómnia de se suspicâtum, séque nihil unquàm magis cupiuisse quàm pacem, quam etiam si cónsequi nõ possit, uult tamen ut omnes intélligant se fugisse bella ciuília. Réliqua uidebuntur in textu epístolæ. ¶ Tuæ lîteræ. quibus declarâsti mihi magnas discórdias ciuîles, & perícula reipúbl. Rátio, prudens & considerâta cogitátio, ratióne enìm docêmur non esse inconsolabilitèr dolenda, quæ necesse est pati. Depulisset, amouisset ex ánimo meo. Obduruisset, indurât⁹ esset, & assuefactus, & iam quodammodò (ut ita díxerim) calum fecisset.

Ad dolórem, tolerandum. Diuturna, longi témporis, quod enim desperâtur necesse est æquo ánimo ferre. Nam (ut ait Séneca) Stultum est timêre, quod uitare non possis. (Senecæ) Desperatióne, quia uidêbam nullam esse de repúblic. spem, ideo indurúerat ánimus meus ad dolôrem. Sed tamèn nunc ostendit eum falsò suspicâtum esse Cicerónem studêre pártibus Pompeiânis, uel profectûrum ad bellum. Literis superióribus, non puto eas líteras esse in hoc uolúmine, quicquid alii dicãt.

In illis, líteris meis. Quærêlam témporum, querêbar enim de tempóribus quibus ciues ita esse ut inter se discordes, ut nullam habêrent ratiónem reipúblicæ. Quæ, querêla. Habêret solícitum, prǽmeret solicitúdine. Quam tuum, à quo scio amâri remp. uel legâtur, habêrent, & tunc intelligêmus quæ tempora nõ magis afferent mihi solicitúdinem quàm tibi. Nam non, probat ánimum eius non minus solícitum, quàm suum, & est sensus, ego non noui ingenium tuũ tale, ut non putem te uidêre, & cognóscere, id quod ego ipse uideã. Eam aciem, id acúmen. Eam. i. talem & tam hébetem. Vidêre, cognóscere. Illud, accûsat eum, ꝙ facilè credíderit Cice. desertûrum Cæ. ut fauêret Pompe. (Acies q.) Addûci, persuadêri tibi. Pénitus, intùs, & incúte, ut dícitur. Nosse. prudentem & considerâtum. Impróuidum, inconsiderâtum. Desciscerem, deficerem, discéderem. Excitâta, erecta scilicèt Cæ. qui iam coégerat Pomp. ex Itália discédere. Inclinâtam, pendentem, & ruinæ próximã, & ut

diximus supra,tractum,ab ædibus minántibus ruínam. Iacentem, quasi prostrâtâ, & sine spe, & intélligit fortúnam Pompeii, quæ iam fuerat multis cladibus afflicta. Aut tam inconstantem, subaudi existimares. Inconstantem,instábilem,mutábilem. Vt effúnderem,abiícerem,translatio à rebus liquidis,quæ effundi solent, Gratiam,beneuolentiam,amicitiam. Collectam,comparatam,acquisitam. Nominis florentissimi,non Pompe.intelligit,sed Cæs.cuius gratiam sibi collégerat,ut uisum est in primo libro in epistola longa,ergo hoc dicit Ci.Miror quòd eum penitus nosse debeas qualis sim, potueris tibi persuadere me esse,uel improuidũ,uel inconstantem.Improuidum,ut desérerem uictorem,& hærérem quasi uicto.Inconstantem, ut mítterem gratiam Cæs.charissimi & florentissimi victoris, quam ipse mihi collégi, & comparaui ei fauendo. Defícerem me,relinquerem me: ille dicitur deficere se,qui abiicit uel spernit ea quæ ad tuendum sunt necessaria, ne,perstat in proposito. Initio,quo bellum est incœptum. Semperque,in toto processu bellorum. Interesse,id enim uidetur inconstantiæ,ut nunc interessem bello,quod semper effugi & damnaui.

Deficio me

ASCEN. ❡MAGNO dolóre &c.quia rédiens è prouíncia intellexerat bella ciuília inter Cæ.& Pom.orta,nóluit in urbem redíre,sed in Cumânum agrum se recépit,quéstus per líteras ad Cælium missas de calamitátibus témporũ suorum,quibus prohibebâtur triumphâre,immò locum se dignum in rep.recípere.Intellexerat autem Cælius eo consílio in Cumâno mansisse,ut faciliùs posset ad Pompéium transíre contra Cæsárem, quod ne fáciat dehortâtus erat idem Cælius per salútem filii & genetis.Vnde nunc se purgat Cic.nihilominus adhæsúrus Pompeio. Ordo est.Líteræ tuæ affecíssent me magno dolóre,nisi iam cùm allâtæ sunt,&.i. simùl rátio ipsa depulísset omnes molêstias,&.i.simùl ánimus.s.meus obduruíisset.i.obdurâtus fuisset, diuturna desperatióne rerum, ad.i.contra,dolórem nouum. Sed tamèn nescio quare acciderit, ut suspicareris ex superioribus literis meis, id quod scribis.s.me in Cumâno mansisse,ut à Pompe.contra Cæsa. transírem. Quid enim fuit in illis.s.superióribus líteris meis,præterquá querélam témporum.i.de tempóribus nostris, quæ.s.queréla,non habêret ánimum magis solícitum quàm tuum. Nam ego nõ cognóui áciem.i.acúmen ingenii tui,eam.i.talem aut tale,ut nõ putê te uidêre,id qđ ipse.i.ego uídeã. Ego miror illud,uidelicèt te potuisse addúci,qui debêres nosse pénitus me,ut existimáres,aut me tam improuidũ,qui.i.ut dessíterem.i. transírem, ab fortúna.s.Cæs. excitâta.i.uigente & exurgente,ad fortúnam sup.for.Pompeii,inclinárem.s.ad casum,& propè.i. quasi iacentem,aut tam inconstantem,ut effúnderem.i.penitùs pérderem,grátiam hóminis florentíssimi,uidelicèt Cæs.collectã.i. longa manu,& defícerem à me.i.à salúte,& bono meo,& interessem bello ciuíli,quod fugi in initio & semper.

Cumanum

HVBER. ❡QVOD est, facit interrogationem,quæ sibi fieri posset,& ad eum respondet. Consiliũ, deliberatio. Triste,quia his temporibus nihil potest deliberâri,nisi triste. Vt discederem,subiectio interrogationis. Solitúdines,in loca sola,& deserta. Nosti enim, reddit rationem huius subiectionis. Stomachi mei hoc est animi, & est translatio,quia ut stómachus facilè mouêtur,cum sentit aliquid à quo abhórret, ita & ánimus delicatus.

Quod est igitur meum triste consilium? vt discéderem fortassè in áliquas solitúdines? Nosti enim non modò stómachi mei,cuius tu símilem quondam habêbas, sed etiàm oculórum in hóminũ insoléntium indignitáte fastídium. Accidit etiã molesta hæc pompa lictórum meórum, nomenq; imperii,quo appellor, eo si óne re carêrẽ, quamuis paruis Itáliæ látebris contentus essem. Sed incúrrit hæc nostra láurus non solũ in óculos,sed iam etiã in

Cuius,stomachi. Símilẽ,qui ita facilè indignáberis, cum uidebas aliquid,qđ tibi displicêret,sicut ego nunc Quondam, nam nunc assuefecísti. Fastidiũ, molestia, tedium,indignatio. Insolentium,arrogantium. Fastidium oculorum,indignatio uisus. Indignitate hoc est, cum uideo hómines insolentes esse indignitate. i. cum nullam habeãt dignitatem. Accedit,ad supradictas causas. Hæc Pompa lictórum, quos habeo propter dignitatem imperatoriã. Pompa omne spectaculum dicitur

Pompa lictorum

in lætis,& aduersis à græco πέμπω.i.mitto dicitur enim pompa nuptiarum,pompa sacrorum, pompa fúnerum,

Lictores Vnde

Lictóres uero dicuntur ministri cónsulis,proconsulis,præsidis,prætóris,siue imperatóris, cónsuli autem dantur duodéni, aliis tantum seni dicti,ut uoluit A.G.ex authoritate Valgii,à ligando, & cum magistrátus pópuli Románi quempiam uerberâri iussísset,crura eius & manus ligâri uinciríque à uiatóre sólita sint, ísque qui è collégio uiatórem offícium ligandi habêret,lictor sit appellátus.Sed idem dicit Tirónem Túllium.M.C.líberũ scripsísse lictores à lino uel à licio dictos:nam qui magistratibus (inquit) præministrabant cincti erant, addit alia multa.A.G.quæ licet apud eum uidêre.Nonius etiam à ligando lictorem dictum uoluit. Festus Pompeius, quòd fasces uirgarum ligatos ferunt,& parentes magistratibus delinquéntibus plagas inferunt. Molesta,grauis mihi,alii códices,& quidem uetusti habent,accedit huic molestiæ, Quo appellor, quia ab omnibus dicor imperator. Eo honore,ut non nominarer imperátor. Quibusuis.q.d.etiam incommodis & minus claris. Latebris recessu aliquo,& loco ubi possem latêre. Laurus nostra, gloria triumphi, quem merui ob res præclarè gestas in Cilicia,Lauro autem coronabantur triumphantes & uictores. Incurrit,obiicitur,hoc est non solum clarè uidetur à maleuolis meis,sed etiam de ea loquuntur ipsi maleuoli ut uolunt.

HVBER. ❡VOCVLAS, detractiones,oblocutiones. Quod, nostram laurum incurrere in oculos, & noculas maleuolorum. Cum ita esset,id est quamuis ita esse scirem.

vóculas maleuolórũ, quod cum ita esset, nihil tamèn nunquàm de profectióne, nisi vobis approbátibus,cogitâui. Sed mea prædíola tibi nota sunt: in his mihi necesse est esse ne amícis molestus sim. *Qđ autẽ in marítimis sum,facilè móueo nõnullis suspitiónem velle me nauigâre,qđ tamèn fortassè non nollem, si possem ad

De profectione,discessu meo ex Italia. Nisi uobis approbantibus,nisi uobis assentientibus& laudátibus me ita facere, Prædiola, meæ possessiunculæ. In iis, prædiolis. Molestus amicis, si sim urbe. Maritimis, uicinis mari. Mouet,facit,iniicit. Enauigare,nauí discedere. Quod,enauigare. Non nollẽ,uellem. Ad otiũ, ad pacem,& ad tranquillitatem uitæ. Qui,quomodo. Cónuenit, consentaneum est.q.d.nullo modo præsertim cum sim cupidior otii quàm belli. Præsertim,pro-

bat quare

ótium. Nam ad bellum quidèm qui cónuenit?præsertìm contra eum, cui spero me satisfeciísse,ab eo,cui tamen satisfíeri nullo modo potest.De indè sententiá meam tu facilimè perspícere potuísti iam ab illo témpore,cum in Cumânum mihi obuiàm venísti *. Nõ enim te celâui sermónem. Sed nonnè tum prouidísti,q̃ abhorrêrem ab vrbe relinquenda? quod cũ audíssem, nõne tibi affirmâui, quiduis me potiꝰ perpessúrũ, q̃ ex Itália me ad bellũ ciuíle exitúrum? quid ergo áccidit,cur consílium mutârem? nonnè

❡QVOD autẽ in maritimis facilimè sum. Sic in meo libro scribi uolui, quia in antiquis codicibus ita scriptum inueni,& eum sensum,quem ita collocata uerba præ se ferrent,meliorem iudicaui.In aliis cũctis impref sis.Quod autem in maritimis sum,facilè moueo.Quod in maritimis facilimè sum,id est, Quod in maritimis prædiis libenter maneo,quòd ualde delector uíllis meis,quæ mari propinquæ sunt: id enim significat facilimè sum lib.ii.de Orat.ccix.Quod & dici ornatíssimè possunt,& audiri facillimè,id est,cum delectatione & suauitate.libro xiii.ad Atticum:Locum habeo nullum,ubi facilius esse possim, quàm asturæ. Qui autem me uident in maritimis esse,non existimantes me id facere inductione animi,neq; scientes me mirificam capere uoluptatem ex his meis uíllulis,suspicantur me id facere,quòd nauigationem expectem,& hinc auolare cupiam, nec tamen illi hoc stultè cogitabant,& rationem habebat hæc ipsorum suspicio: Quod autem facilimè in maritimis esse consueuerat Cicero,cum causa etiam ipse faciebat,nam iuxta mare uillæ in mediterraneis locis positis præponebantur,& ut Græci dicunt, παραθαλάσσια, uel παράλια ὡρία magni æstimabantur.Id etiam confirmat Plutarchus grauíssimus scriptor in Sympos.libro primo cap.quar. Qui, inquit,usurpari à multis in sermone hanc sententiam,ambulationem iuxta mare,& nauigationem iuxta terram suauíssimam esse:cuius rei ipse causam quoq; reddit,οὐδὲν ὧν πολλῶν λεγόντων ὄπιπλοῦς μᾶλλον ὁ παρὰ γῆν, πλοῦς ἢ ὁ παρὰ θάλασσαν ἡδίστους ἐστίν. Ad quam sentẽtiam arbitramur nos respexisse doctíssimum poetam Vergilium libro secundo. Georgicorum, cùm inquit, sermonẽ cũ Mœcenate habens,ades,& primi lege littoris oram:declarauit ènim iis uerbis se illum ad rẽ iocũdam inuitare. Astura autem Ciceroni uilla maritima erat,ut Plutarc.quoq; in Cicerone his uerbis, docet: πυθόμενοι δὲ τὰς προγραφὰς ἐγνωσμένας ἄνυσμα μεταβῆναι ὡρίου παράλιον τοῦ κιλίκιος.

* PETRI VICTO. CASTI.

❡NON enim te celâui amorem. Cùm hic locus antèa manifestò corruptus esset,à me est,quem admodùm in nostris uides,restitútus:quod tamẽ diligéntia potiùs,quàm indústria ulla mea factum est:uéterẽ enim scriptúram repósui, quam ne parua quidem immutatióne facta in Medicæo reperi:illam cur reiícerem nihil erat. Si qua in hoc loco obscúritas est,ea ab história náscitur,quam ignorâri mirum uidêri non debet.

* PETRI VICTO. CASTI.

OMNIA

IVBER. OMNIA.subaudi acciderunt. Miseriis. malis. Ali quando.tandem. Ea desperata, id est pacis spe amissa.

Puto, scilicet spero futurum. Nunquam pœniteat.ut semper læter me fuisse in hoc proposito, & in eo perseuerasse. Et enim.exemplo extollit factum suum, & consilium fugiendi bellum ciuile. Nam si Hortensius gloriabatur non interfuisse bello, à quo propter ignauiam abstinuerat, quanto magis gloriari potest Cicero, qui uoluntate ipsa bello non interfuerit.

Hortensium.oratorem optimum, eum qui Cato. uxorem ad procreandam sobolem concessit, familiarẽ Cic.ut ipse testatur.

IVBER. IN HOC genere.in hac causa,in simili conditione. Illustrior.clarior,maior. Ignauiæ,timiditati.est enĩ ignauia contraria fortitudini. Id.quod simus ignaui,qui multa ostendi documenta fortitudinis, in consulatu meo,&in administratione prouinciæ. Nec me ista,respondet ad ea quæ Cælius dixerat esse respicienda propter suos,quibus Cic.dicit se non tẽrreri. Proponuntur,commemorantur, & quasi ante oculos mihi ponuntur. Fidelissime.quia scio te hoc & fideliter & amantèr facere,quia nolles incommoda mea. Ad timorem.mihi faciendum, ut terreas me. Nulla est enim. hoc dicit si quid mali ex hoc bello accidet, omnibus accidet,& hoc malum si possem meis incommodis & damnis à repu.remouere,libenter facerem. Acerbitas calamitas. Perturbatione. tumultu ciuili. Impende re.imminere. Priuatis.propriis. Incommodis. damnis iacturis. Vel istis.i.etiam istis:& significat omissionem fortunarum infelicitatem liberorũ & generi Dolobellæ. Redimissem.remouissem.quasi dando mea priuata, ut respub.careret illis incommodis.illud enim proprie est redimere,ut captiuitatem tuam meis fortunis redimi.i.dedi fortunas meas pro captiuitate tua. In memoria nominis mei.quia nullum pulchrius & præstantius relinqui patrimonium à parentibus potest suis filiis, q̃ rerum præclare gestarum gloria & memoria,unde & ipse Ci.lib.pri.officiorum. Licet enim mihi M.fili apud te gloriari, ad quem & hæreditas huius gloriæ & factorũ imitatio pertinet. Nulla erit.s.resp.hoc est si perdita & oppressa fuerit. Separatim. seorsum.i.nihil ei accidet, quod non accidat cæteris. Cum scias. hoc est cum duplici de causa scias eum mihi esse charissimum, & propter eum quẽ semper amaui, & propter filiam meam. quę cum sit mihi charissima,necesse est eius maritũ mihi charum esse:nam generi maxime amantur propter filias. Respiciã.intueat,& ipsius respectũ habẽam. An dubitas.Ordo est.quod rogas, ut respiciã &c. an dubitas, quin ea cura me uehementissime solicitet. Eo magis solicitet. Specula.non pro loco edito & eminenti in hoc accipitur: unde aliquid uidere & speculari possumus:ut apud Virg.in Buc. Specula de montis in altum Deferat.sed blandimenti gratia usus est diminutiuo à spe,ut sit,Hac specula,hac una parua spe, ut enim à res recula,ita à spes specula. Speculam autem intelligit filiam Tulliam,in cuius sermõe & suauitate,ut ipse ad Servium Sulpitium lib.IIII.ait omnes curas & molestias deponẽre consueuerat. nam ut ita ordinetur textus: hac tamẽ oblectabar specula. Dolabellam meum ab his molestiis uacuum fore,nõ placet neq; conuenit,cum de filia fecerit mentionem dicẽs:an dubitas,cum scias quãti cum illum,tum uero Tulliam meam faciam, quin ea cura me solicitet:deinde subdidit,& eo magis ꝙ in cõmunibus molestiishac tamen oblectabar specula,quam sine dubio intellexit de filia sua,sequentem autem textũ ita ordinare. Dolabellam meum uelim esse uacuum ab his molestiis & c.ostendit inferius,ubi dicit de Dolabella,ꝙ scripsi suadeo uideas tanq̃ si tua res agatur:nam significat uelle,ut opera Cælii liberetur.

ASCEN. NOnne oĩa sup.acciderunt potius,ut permanerem in sententia.q.d.maxĩe. Ego uelim sup.ut credas mihi hoc qđ puto te existimare.i.iudicare me,sup.me nihil querere aliud ex his miseriis.s.quas patiebar in agro,ni si ut hoies itelligãt aliqñ me nihil maluisse,.i.magis uoluisseq̃ pacẽ. Et ea desperata.i.cũ esset desperata à me nihil fugisse tã.i.tãtopere, q̃.i.q̃topere,bella ciuilia. Ego puto me fore.i.futurũ esse huius cõstantię, ut nunq̃ pœniteat sup. me huius sententiæ. Etenim ego memini Hortensium familiarẽ nostrũ solitum esse gloriari in hoc genere.s.uiuẽdi,ꝙ nunq̃ interfuisset bello ciuili. Hæc laus nostra,ꝙ abstinebimus à bello ciuili erit illustrior.i. clarior & nobilior, q̃ Hortensii, & non interfuisse bello ciuili tribuebatur illi.s.Hortẽsio ignauiæ.i. ad ignauiã,& imbecillitatẽ,& arbitror id.s.ꝙ propter ignauiã abstinuerim⁹ nos,nõ posse existimari.i.iudicari de nobis,quia prouinciam impacatã petierat, unde uix dum reuersus erat cũ merito triũphi. Nec & non,& ista quę

proponuntur mihi fidissime,atq; amantissime.i.ut ab amico fidissimo,utpote à te,ad terrorem.i. ut deterreat à susceptione belli ciuilis,ne uidelicet filio & filiæ ac genero graue inimicum paret,non terream me. Nulla enim acerbitas est,quæ non uideatur impendere .i.imminere hac perturbatione terrarum, omnibus.s.uiuentibus siue bello interlint,siue non,quam.s.perturbationem.ego quidem redimissem libẽtissime à rep.meis incommodis priuatis & domesticis,uel.i.etiam idipsis,quæ tu mones me,ut caueam. Hoc est libenter passus essem,ut liberi me paterentur,quæ illis impendere mones incommoda, & respu.his malis sit libera. Qui enim aliquid redimit unũ pro alio dat.& ita Cicero uellet redimisse perturbationẽ reip.perturbatione domus suæ .i.effecisse per incõmoda domus suæ,ut respu.nulla acciperet,unde addit,ego relinquam filio meo.s.M.Ciceroni satis amplum patrimonium,uidelicet memoriam nominis mei,si ulla resp.erit.s.futura finito bello,sin autem.i.sed,si nulla erit nihil accidet ei seperatim à cæteris ciuibus.i.quod non idem acciderit cæteris ciuibus & ita dilemmate concludit frustra timeri pro filio. Nam quod rogas,ut respiciã,scilicet miseranter,generum meum,uidelicet Dolabellam adolescentem optimum,& mihi charissimum. an dubitas quin ea cura solicitet me uehementer,cum scias quanti faciam,id est æstimem,cum.s.ita sit ꝙ plurimi faciam illũ, scilicet generum meum Dolabellam,tum uero multo apertius est,ꝙ plurimi faciam Tulliam meam. scilicet filiam, & eo magis supple solicitet me, ꝙ ego oblectabar in communibus malis tantum.i.duntaxat hac specula.i.parua spe, de filia mihi reliqua Notum est diminutiua in quinta declinatione fieri deponendo.s.& addendo cula,ut dies diecula,spes specula, res recula, uerumtamẽ ego hoc loco non damnem eos,qui sic exponunt.hac specula.i. speculatione aut loco ad spectandum apto,sup.qua.

IVBER. DOLABELLAM.ordo est.uelim Dolabellã fore uacuum &c. Velim.cupio,& quasi te rogo. Fore uacuum.caritarum per te & opera tua. Communibus.quę non ad me solum,sed alios quoq; ptinent. Liberalitate sua.ad excusationem Dolabellæ dixit liberalitatem, cum melius prodigalitatem dixisset:potest legi libertate,ut sit audacia quadam,& quasi temeritate.nam liber dicitur qui nullius habito respectu,quod sentit dicit & facit. Contraxerat.sibi fecerat. In urbe dum fuit,nam tunc cum Cice.scribebat,erat in castris cum Cæsare.

Sustinuerit. tolerauerit, nam sustinemus quæ sunt oneri & molestiæ. Acerbos.graues. Non honestos mihi,quia multa oportuit me facere pro eo quæ non erant satis conuenientia dignitati meæ. Hispaniensem calum. hoc bellum quod in hispania nunc geritur à Cæsare contra Petreium & Afranium, quos apud Illardam obsederat. Expecto. ut multi existimant qui credunt me expectare, ut pro euentu illius belli nouũ capiam consilium, & deliberem quid sit agendum. Hispanum, dicimus hominem ex Hispania, Hispaniensem uero qui licet sit in Hispania tamen nõ est de Hispania:unde dicimus Romanum exercitum Hispaniensem.i.qui in Hispania militat. Exploratum.certum manifestum. Vt tu scribis.ꝙ Cæsar omnino sit futurus uictor.sic.n.coniicimus à Cælio scriptũ fuisse.astute,callide,ut mearum rerum rationem habeam & non dignitatis publicæ. Locus.in ipsa ciuitate sicut cæteris. Non erit.ciuitas. Tu ipse.quia perdita ciuitate & rep. non magis erit tibi locus q̃ mihi. Solicitudines.recessus, loca remota. Consedisse.constituisse, commoratos esse.

Sed ego.ꝙ fortasse omnia erunt meliora q̃ dicit,quia uaticinatur,& non ex certa ratione dicit. Vaticinor. diuino. Et hæc omnia.quæ tantum timoris nobis offerunt. Exitus fines. Meliores.q̃ uaticinamur & putamus. Recordor.argumentum ab ætate,se enim senem nunc desperare dicit, sicut olim adolescens uidit alios senes desperasse,quæ tamen meliora euenerunt, ex defectu enim sanguinis senes sunt timidiores, & ideo ut plurimum desperant,cum adolescentes contra ex abũdantia sanguinis multum audeant & sperent. me adolescente.cum essem adolescens. Imitor.eos & facio sicut illi faciebant. Aetatis uitio.nã senes semper solent prædicere multa futura,& ut diximus,promptiores sũt ad desperationem & timorem q̃ ad spem. Velim ita sit.utinam ita sit,ꝙ uaticiner more senum, ꝙ hæc omnia meliores habeant exitus. Sed tamẽ. hic locus est difficilimus propter depranationem textus, nam alii legunt,

Dolabellam meum, uel potius nostrum uidebam fore ab iis molestiis, quas in liberalitate sua contraxerat,liberum. Velim quæras,quos ille dies sustinuerit in urbe dum fuit,q̃ acerbos sibi q̃ mihi ipsi socero non honestos. Itaque neque ego hunc Hispaniensem casum expecto, de quo mihi exploratũ est,ita esse,ut tu scribis,nec quicquam astute cogito. Si quã do erit ciuitas,erit profecto nobis locus sinautem non erit, in easdẽ solitudines tu ipse(vt arbitror) venies,in quib⁹ nos consedisse audies.* Sed ego fortasse uaticinor: & hæc omnia meliores habebũt exitus. Recordor enim desperationes eorum,qui senes erant adolescente me, nunc eos ego fortasse imitor, & vtor ætatis vitio.velim ita sit. Sed tamen togã prætextam texi Appio,puto te audisse. Nam Curtius noster dibaphum cogitat, sed eum infector moratur. Hæc aspersi, vt scires me tamen in stomacho solere ridere. De Dolabella,quod scripsi,videas suadeo,tanquam si res tua agatur. Extremum illud erit:nos nihil turbulente, nihil temere faciemus. Te tamen oramus,quibuscunq; erimus ĩterris,vt nos, liberosq; nostros ita tueare, vt amicitia nostra,& tua fides postulabit. Vale.

IVBER. Ex.xv.epi. Magno dolore.

Vt existimares, aut me tã improuidũ, q ab excitata fortuna ad inclinatã,& ꝓpe iacentẽ disiungerẽ,aut tãincõstantẽ, ut collectã gratiã florẽtissimi hois effunderẽ,& quod initio,sempq; fugi,ciuili bello interesse,à meq; ipse deficerẽ. Quod ẽ igit meũ triste cõsiliũ?ut descẽderẽ fortasse in aliquas solitudies? Non enim te celaui sermonem tam pium, uidisti q̃ abhorrerem ab urbe relinquenda, cum audiuissem, nonne tibi affirmaui? Dolabellam meum,uel potius nostrum fore ab his molestiis,quas libertate sua contraxerat,liberum cupio.

Redimo

Specula Recula

Liber

Sustineo

Hispania Hispaniensis

Solitudo

Ab ætate

Apio / Appio / Toga / Prætexta

gunt,togam prætextam texi apio, alii Appio:placet tamen melius apio,ut ſit ſenſus coniunctus cum ſuperiori,hæc omnia fortaſſe meliores habebunt exitus , ſed tamen texi togam prætextam apio: hoc eſt imperatoriã ueſtem meam texi amaritudine.Toga enim ueſtis communis omnium Romanorum tam mulierum q̃ uirorũ. Prętexta uero erat inſigne magiſtratuum,ab Ethruſcis â Tullo Hoſtilio rege Romanorum tertio ad Ro.tranſlatum,quem habitum eo tempore pueri non uſurpabant,ſed poſtea à Tarquinio Priſco cum de Sabinis triũphaſſet,data eſt prętexta cum bulla aurea filio annorum quatuordecim,ꝙ hoſtem manu percuſſiſſet,& inde uſurpatum ut pueri quoq; ea uterentur:quoniam igitur erat inſigne magiſtratuum,& Cicero procõſul & imperator in Cilicia fuerat,ideo dixit. Texi.ornaui. Togam prętextam.imperatoriam dignitatem. Apio Amaritudine,quaſi dicat,quam magis decebat tegi & ornari lauro,nam ut ſupra diximus, licet meruiſſet triũphum Cicero,non tamen exiſtimauit triumphandum lugente patria. Apium enim pro amaritudine & dolore poſuit,eſt enim herba amara. Virgilius.Floribus atque apio crines ornatus amaro , licet Seruius in eo loco exponat amaro,id eſt uiridi. Puto te audiuiſſe me texiſſe togam prætextam apio. Curtius noſter is erat utriuſque amicus. Dibaphum.purpuram bis tinctam ſignificat.nam δὶς bis, βαπτῶ tingo ſignificat.ponitur etiam pro ueſte duplicis coloris,ut puto hic intelligi,ut dicat Cice. Curtius cogitat ueſtem duplicis coloris, ſed eum tinctor expectat,qui faciet eam unius,metaphorice enim loquitur,Curtium utriuſq; partibus & Cæſarianis & Pompeianis ſtudere,ſed neceſſe fore ut unius tantum ſit. Infector.βάπτης tinctor. Moratur expectat. Aſperſi , leuiter tetigi. & iocatus ſum:In ſtomacho in moleſtia,in indignatione: Quod ſcripſi.ut ſit liber à moleſtiis ſuis. Extremum.epiſtolæ.id eſt hæc erit concluſio. Turbulenter.iracunde, impetuoſe, temere.inconſiderate. Liberos.filios. Literas ad te. Caninius Saluſtius quæſtor erat Bibuli,qui præerat Antiochiæ,is ad Ciceronem duas epiſtolas ſcripſerat,unam plenam uariis petitionibus & interrogationibus,quibus omnibus reſpondet Cice.ut ex prima parte epiſtolæ colligitur,nam ſuperfluum eſt numerare partes. In alia epiſtola petiuerat Caninius à Cice.ut eum Bibulum prætori diligenter per literas ſuas commendaret: q̃d q̃uis ſe facere dicat Cice.adducit tamen quaſdam rationes , quibus oſtendit commendationem ſuam parum ponderis apud Bib.habituram.

Apio q̃ lauro / Appium / Dibaphũ

ASCEN. VIDEBAM Dolabellam meum.ſ.generum uel potius noſtrũ.ſ.amicum cõmunem.fore uacuum.i.immunẽ: alii legunt liberum ab iis moleſtiis quas contraxerat,liberalitate.i. largitate ſua.alii tamen prodigum dicunt, & ſunt qui hic libertate legendum cenſerant , ut ſit , quas contraxerat liberius in loquendo in Pompeium, eis autem tunc uacuus fore uidebatur ꝙ in caſtris Cæſaris militans ab eo tutandus eſſet, ſi liberalitate legendum eſt,ſenſus eſt.eum ſuſpectum fuiſſe Cæſari propter liberalitatem fore in Pompeium aut aliquem amicorum eius,qui difficilis eſt in re huiuſmodi,quã ſatis erat & ſcribentem,& eum ad quem ſcribebat intelligere: præſertim cum ex induſtria ſæpe mentem ſuam alios ſi forte in eorum manus inciderint literæ celet. Velim quæras.i.diſquiras,quos.i.quales dies,ille.ſ.Dolabella ſuſtinuerit.i.paſſus ſit dũ fuit in urbe,q̃.i.q̃tũ acerbi q̃.i. q̃tũ non honeſtos mihi ſocero.ſ.illius.q.d.acerbiſsimos,& minime honeſtos, forte indigna cõtumelia ꝓpter Cęſarem à Pompeianis affectum dicit, non tamen palam propter Cic. & liberalitatem ſuam læſum , unde tacite laudat ꝙ ad Cæſarem in caſtra profectus eſt,id tamen facit qui ita Cælio placere uidet,cum tamen Dolabellam retrahere à Cæſare aliquando conatus ſit. Itaq; neq; ego expecto hunc caſum Hiſpanieñ.i.qui continget in Hiſpania.quo contra Petreium & Afraniũ Pompeianos duces,Cęſar exercitũ ſuum duxerat.hoc eſt non ſimulo me alterius amicum,donec de caſu Hiſpanienſi certior fiam : caſum autem dicit aut dubium euentũ belli,aut potiꝰ cladis reip.uteruter uicerit,de quo.ſ.caſu exploratum,id eſt perſpectum & clarum eſt mihi ita eſſe ſicut tu ſcribis,hoc eſt ꝙ maleres pro Cæſare militem,nec cogito quicquam aſtute.i.callide & diſſimulãter,ſi ciuitas.i.communicatio & libertas ciuium erit quando,id eſt aliquando ſup.Romę, profecto locus erit nobis,ſup.in ea:ſinautem.i.ſed,ſi ciuitas non erit.ſed ſup.dominium alicuius in urbe: non enim uidetur ciuitas niſi ubi ciuilia mea.i.ex ſententia ciuium dominantur:tu ipſe,ut arbitror,uenies.ſ.tandem,in eaſdem ſolitudines.i.deſolationes, & uacuitates ciuium, in quibus audies nos.ſ.ſeniores conſediſſe.q.d.licet pro tempore forſan ſperes tibi aliquam remp.& ita aliquam ciuitatem fore,tamẽ nos uidebis ſolitudinem ciuium in urbe,etiam ſi plena ſit hominum,ut propheticum illud,Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo,ad intelligẽtiam huius loci faciat. Sed ego uaticinor.i.diuino fortaſſis.i.ut diuinantes uana coniectura futura hæc dico, & hæc omnia habebunt meliores exitus. Recordor enim deſperationes eorum qui erant ſenes me adoleſcẽte.i.cum eſſem adoleſcens,tempore forte Syllano & Mariano,ego imitor fortaſſe nunc eos , & utor uitio ætatis.ſ.ſenilis, quæ ꝙ parum habet ſanguinis meticuloſa eſt. Velim ita ſit,ut.ſ.uitio ætatis hæc licet non euentura,metuunt. Sed tamen &c.locus hic ſane obſcurus eſt,& per metaphoram intelligendus:intelligitur autem dupliciter,nam alii texi à tergo deducunt,alii à texo, & priores apio legunt,poſteriores Appio,priorum ſenſus eſt. Sed ego texi.i.operui togam prętextã,i.ueſtem triumphalem apio.i.herba illa qua triumphantes olim utebantur,unde ille.Eſt apium dictum ꝙ apex hoc ferre ſolebat Victoris,ueterum fieret dum more triũphans.q.d.Cicero,ego paro iam mihi apparatum triumphalem,prius enim dixerat ſe ſperare triumphum.Hubertinus quidem legit apio,& texi à tego præteritum,ſed in alio ſenſu,ut ſit apio.i.amaritudine, eſt enim herba amara,ſed id non placet,quia ſe ridere cũ hęc diceret fatetur,puto te audiſſe.ſ.ꝙ texerim prętextã apio.Poſteriorum ſenſus eſt. Sed puto te audiſſe togam prętextam.i.ueſtem triumphalem, texi.i.operi textorio fieri, Appio.ſ. pulchro , hoc eſt ſperandum eſt, ꝙ ille triumphum obtinebit in ea calamitate temporum, quod per irriſionem dicit,cum ſciat illum id fruſtra ſperare. Nam curtius noſter cogitat.i. prætendit obtinere dibaphum,id eſt ueſtem purpuræ bis tinctam:nã δὶς dicitur bis,& βαπτῶ tingo.Hubertinus tamen intelligit ꝙ Curtius utriuſq; partis eſſe uelit , & ita ab utraq; purpuram expectet,ego mallem de utriuſq; uana ſpe in obtinẽdo triumpho intelligere,ſed infector.i.tinctor græce βαπτὸς,moratur.i.tenet in mora eum ſcilicet Curtiũ,quominus haberet dibaphum. Ego aſperſi hæc ſcilicet de Appio & Curtio,ut ſcires me tamen.i.tametſi in ſtomacho.i.cum bili,& indignatione ſumma,ſolere ridere. Quod ſcripſi de Dolabella ſuadeo uideas.i.proſpicias, tanquam ſi tua res agatur. Illud erit extremum.ſ.huius epiſtolæ, uidelicet ꝙ nos nihil faciemus turbulenter nihil temere,tamen nos oramus te,in quibuſcunq; terris erimus,ut tueare nos & liberos noſtros,ita ut amicitia noſtra & fides tua poſtulabit. Vale.

SED ego fortaſſe uaticinor.Rectè hoc uerbum declarat Paulus,eodemq; & ipſe intellectu accipiendum puto:quam autem uim hic habet uaticinor,eandem in Phormione par huic aſsimileq; uerbum habet Ariolor. potuiſſet hoc aliquos fallere,quôd & rarior eſt hic ſignificatus huius uerbi,& ſenes etiam oraculis diuinationibusq; gaudent,& ip ſi res futuras diuinare libenter ſolent,quod lepidiſsimus poëta Ariſtophanes in ſua comœdia docuit , cũ inquit, ὁ δ' γέρων σιβυλλιᾷ.Sed ut diximus uerus ille ſenſus eſt,nam inquit ſtatim: Recordor enim deſperationes eorum,qui ſenes erant adoleſcente me:& quæ ſequuntur. Ariſtot.autem lib.II. de arte dicendi,quo loco mores & ſtudia omnium ætatum refert, appellat ipſos δυσέλπιδας, quòd nihil unquam boni ſperent,aut uix omnino ægreque ſperent:quod duabus de cauſis fieri affirmat,quas ipſe acutiſsimè,quemadmodum alia omnia,excogitauit. * PETRI VICTO. CASTI,

responsoria. expostulatoria.

M.T.C.Caninio Salúſtio Proprӕt. S.P.D. Epist 16.

Literas à te mihi ſtator tuꝰ réddidit Tharſi ad ſextum décimum calen.ſextileis. His ergo órdine,vt vidêris vellé,reſpondêbo. De ſucceſſôre meo nihil audîui, nec quemquam fore árbitror.

Literas.epiſtolam. A te,noīe tuo,uel literas ad te.i. literas ſuas,ut ſi dicam,hæc ſẽténtia eſt ab Ariſtótele,pro eſt ſenténtia Ariſtótelis. Stator. is.dícitur qui apud magiſtrátum aſſidue eſt à crebra ſtatióne,pónitur pro ſatéllite & apparitôre , qui reos in ius uel in cárcerem ducit quiſpiã,igitur ſtator Caninii réddiderat eius literas Cicero. Tharſi . Ciliciæ Metrópolis,quam Perſéus Dánaes proles nobilíſsima locâuit hanc Cydnus flúuius intérfluit . fuitq; Pauli Apóſtoli pátria. His.líteris tuis. Ordine. Particulatim , ut ómnia ſoluam,quæ à me petiuiſti. De ſucceſſôre.prima reſpónſio,cupiêbat enim ſcire Canínius utrum eſſet uentûrus ſucceſſor Ciceróni. HVBER. / Stator / Tharſis / Pátria Páuli.

QVIN diſcêdam.ut non diſcêdam. Ad diem.ſtatûtam.ſ. mihi ad hanc prouinciálem adminiſtratiónem ad finem anni Metu.Parthôrum.quem de Parthis habebâmus.Sublâto.amôto,quiá tranſiêrunt in prouīciam ſuã, poſtq̃ a nobis multas accepêrunt clades.Commoratûrum,ceſſatûrum,factûrum moram. Nuſquã. nullo loco, ſignificat autèm in loco,& ad locũ,ut nuſquã fui & nuſq̃ uado. Hora.in ſermo.Quæ nuſquàm prorépit. HVBER. / Nuſquam

Quin ad diem decêdam,nulla cáuſa eſt, præſertim ſublâto metu Párthico . Cõmoratûrum me nuſquàm ſanè árbitror. Rhodum Cicerónum cauſâ puerôrum, acceſſûrum puto, nequè id tamèn certũ. ad vrbem volo quamprimùm venîre: ſed tamen iter meum reipúb. & rerum vrbanárum rátio gubernâbit. Succêſſor tuus non poteſt ita maturâre vllo modo vt tu me in Aſia poſſis conuenîre.De ratiónibus referendis,non erat incómmodum te nullam refêrre,quam tibi ſcribis a Bíbulo fieri poteſtatẽ: ſèd id mihi vix vidêris per legem Iúliam fácere poſſe, quam Bíbulus certa quadam ratióne nõ ſeruat : tibi magnoperè ſeruandã cénſeo. Quod ſcribis Apamêa præſídium dedûci non oportuiſſe , vidêbam idem cæteros exiſtimâre , moleſtèq; ferêbam de ea re minꝰ cómmodos ſermónes maleuolôrum fuiſſe. Parthi tranſiêrunt nec ne,præter te vídeo dubitâre néminem. Itaquè ómnia præſídia, quæ magna, & firma paráueram, commónitus hóminũ non dúbio ſermóne dimiſi . Ratiónes mei quæſtóris nec verũ fuit me tibi míttere,nec tum erant cõfectæ.eas nos Apameæ depónere cogitabâmus. De præda mea præter quæſtóres vrbános id eſt pó-

Rhodum. ibi enim erat filius Cicero.& nepos ideò dixit,cáuſa Cice.puerôrum.Eſt autem Rhodos ínſula in mari Pamphýlio una ex cyclàdibus,dicta ut quidã uolunt,ꝙ augúrio cápuli roſæ illic inuentæ ſit cóndita,nã ῥόδον græcè roſa dícitur,Diodôro tamen placet dictam, à Rhodo filia Neptuni a Ioue dilecta,ut Homêrus cécinit.dicitur autem & urbs & inſula eodem nómine , ſicut & Chios.Certum eſt mihi.i.conſtitûtum & deliberâtum,ut accêdam Rhodum. Vrbem. Romam , per anthonomáſiam. Rátio. reipu. Gubernâbit.hoc eſt licèt díxerim me nuſquàm commoratûrum , & uentûrum quamprimùm ad urbem, tamèn regam iter meum, ut uidébitur intereſſe reipú. Maturâre,accelerâre aduentum ſuum. Vt poſſis conuenîre me.quia antè diſcéſſero ex Aſia,q̃ tuus ſucceſſor uénerit.cupiêbat enim Canínius loqui cum Cice.ſed non licêbat ei diſcédere,niſi ſucceſſor eius priùs ueniſſet , quem in dies expectâbat. De ratiónibus. ad aliã partem reſpondet, quia conſúlúerat Canínius Cicerónem utrum conſúleret reddendã ratiónẽ pecúnię,quia erat quęſtor,cùm Bíbulus pętor fáceret ei poteſtátem,uellet ne referre an non.Itaq; cónſulit Cice.ne rédderet ratiónem ullã ſi poſsit , licèt dicat eũ cogi ad referẽdum per legem Iúliam,quam & ſi Bíbulus non uult ſeruâre, dicit tamèn ſeruandam eſſe Canínio.Referendis.reddendis ratiónibus pecúniæ, & adminiſtratiónis prouínciæ.Incommodum.tibi , liptote.i.tibi erat ualdè útile.Quam poteſtátem.arbitriũ .ſ.non reddendi. A Bíbulo.prætóre tuo. Id.ſ.ut nullam réferas ratiónem.Legem Iúliam.quam túlerat Iuliꝰ Cęſar,quæ quæſtóres & cæteros magiſtrátus ratiónem adminiſtrâtæ prouínciæ réddere iubet.Quam legem Iuliam. Bíbulus.quaſi per contemptum eum ſæpiùs nóminat. Certa ratióne.propter uéteres inimicítias, quæ ſibi fúerant olìm cum Cæſare in conſulátu,ut declaráuimus lib.pri.in epiſtola lõga.Tibi qui es quæſtor, & qui fortaſſè non habêbis eam executiónem, quam habêbit Bíbulus. Apamêa,urbs eſt Aſiæ,in quam Antiochus Soter hómines tránſtulit ex Celínis,& urbem appellâuit de nómine matris Apamêæ, auctor eſt Straboli.xii. & Solínus,ex ea urbe remóuerat Cic.p̃ſidia, ſublâto iã, ut ſupra dixit,metu Párthico quod Canínius non probâuit,& multi alii ea de re Cicerónem imprudentiæ arguêbant, Rhodos / Liptote f / Apamêa

pulum Roma. Triúncium nec áttigit, nec tactûrus eſt quiſquam. Laodicêæ me prædes acceptûrum árbitror omnis pecúniæ públicæ,vt & mihi,& pópulo cáutum ſit ſine vectûræ perículo. Quod ſcribis ad me de drachmis ccclii. nihil eſt quod in iſto génere cúiquam poſſim cōmodâre. Omnis enim pecúnia ita tractâtur,vt præda a præfectis, quæ autem mihi attribûta eſt a quæſtóre curâtur.

arguebāt quod urbem immunitā reliquiſſet,quos ſermones ſibi moleſtos eſſe dicit. Præſidium.milites quos ad tutelam loci in ea urbe poſúeram. Nam ſubſidium dicitur quod datur laborantibus & poſt periculum.Deduci.remoueri.Non oportuiſſe.non decuiſſe,neq; útile fuiſſe.Idem.quod tu.ſ.non oportuiſſe. Minus cómmodos.i.non honeſtos. nec mites.Ea de re. deductione præſidii.Tranſierint.in prouinciā ſuam.Præter te. quia cæteris omnibus eſt certiſsimum. Omnia præſidia quæ non ſolum Apameæ,ſed ubiq; erant.Commotus.adductus. Nõ dubio. certiſsimo.Firma ualida,& robuſta, Di- **Dimittere** miſi.deduxi ex locis ubi erant, a me dimiſi. Dimittere enim ad multitudinem & maximè ad mílites pértinet. Terent.in Eunucho. Iam iube exércitum dimitti.Rationes,ſcrípſerat Canini⁹ ꝙ intellexerat Ciceronem ad ſe mittere rationes ſui quæſtóris,quod Cice.negat eſſe uerum,quia nec miſit,nec potuiſſet mittere cum nondū eſſent confectæ. Eas.rationes. Depónere.relinquere apud aliquem. De præda.quam de Parthis uictis ſum adeptus,uolebat autem Caninius ſcire quid de ea actum eſſet.Itaq; dicit Cic. nihil a quoq̄ eſſe de ea tactum, niſi a quæſtoribus Populi Roma. Vrbanos.quia erant & alii quæſtores prouinciales,ſicut queſtor Cice. & Caninius quæſtor Bibuli.Hi autem urbani quæſtôres remiſſi a pópulo accéperant partem prædæ,ideo declarat. Præ- **Triunciū** ter quæſtores.i.populum Romanum,nam ꝙ iſti accéperant,nomine Populi Romani accéperant. Triuncium. Triuncius dicitur a tribus unciis,ut uoluit Varro,eundē Feſtus appellat triuncium,eadem ratione,ꝙ ſit triū unciarum,eſt enim genus nummi. Laodiceæ.urbs eſt Anthiochiæ. Prædes, fideiuſſores, dicuntur tamen pro- **Præs** prìe,ſecundum Aſconium Pedianum,prædes ſatiſdatôres locuplètes pro re,de qua apud iúdices lis eſt, ne interea qui tenet diffidens cauſæ poſſeſſionem deteriorem faciat,tecta diſſipet,excídat arbores, & culta deſerat. Feſtus autem dicit ꝙ præs eſt is qui populo ſe obligat, & interrogatus a magiſtratu ſi præs ſit, ille reſpondet præs.Cautum ſit mihi ut tuus ſim per ipſos fideiuſſores de pecunia publica. Sine periculo uecturæ.ut poſſit tuto aduehi in Italiam ſine periculo meo & P.R.quia prędes tenentur ad omnia perícula. Quod.ſ.coniicimus Caninium petiuiſſe mutuo a Cice.quingentas drachmas,cui reſpondet ſe non poſſe mutuâre, quia illa præda **Drachma** non ſit in poteſtate ſua.ſed eorum,qui a Pop.Rom.eſſent prefecti illi pecuniæ. Drachma, Δραχμὴ pro pondere. ponitur & conſtat ex decē & octo ſiliquis,uel tribus ſcrupulis. Idem etiā ſentit Priſcianus,& dicit octo drachmis unciam confici,ſignificat etiam genus monetæ,eâdem ratione quam dixim⁹ de póndere, quia omnes mo- **Cõmodo** netæ ponderabantur, a pleriſq; latinis ſcribitur per g dragma. In iſto ge.pecuniarum publicarum. Commo- **Mutuo** dare notandum uerbum improprìe poſitum,nam commodantur,quæ redduntur eadem numero & ſpecie,ut ueſtis,equus,liber. Mutuantur ea quæ non redduntur eadem numero,ſed ſpecie,ut uinum,frumentum,num- **Incommodo** mi.Interdum tamen commodare pónitur ſimpliciter pro eo quod eſt commodum,& utile facere & gratificari,ſicut contra incommodare permoleſtum eſſe & nocêre.Terē.in Andri. Magis adeò ut mihi incommodet, quam ut obſequatur Gnato.Itaq; forſan non abſurdè hoc in loco accipietur commodâre pro commodum fácere gratificari & inſeruire.Vt præda.tanquam præda,quę non mea eſt,ſed publica. A præfectis.ab his qui pręſunt ipſi pecuniæ. Attributa eſt mihi.pro portione mea mihi aſſignata & data.Curatur.adminiſtratur. A quęſtore. qui eſt mihi datus a Populo Romano.

ASCEN. Literas &c. Scribitur hæc epiſtola ad Canínium Salúſtium e Cilícia, undè in epiſtolárum collectiōe nō hábitus eſt reſpectus témporum,ſed perſonárum,ad quos miſſæ ſint,cum loco undè miſſæ. Quia ergo e Cilícia ferè miſſæ ſunt huius ſecundi libri epiſtolæ, prius collêgit Tyro quæ ad Curiónem datæ ſunt, deindè quæ ad Cælium,tum treis ad álios datas,quæ tamèn priùs ſcriptæ erant quàm ſupérior.Nam ſuperiôrem a Cumâno miſit. Erat autem Canínius iſte quæſtor Bíbuli qui præerat Anthiochiæ,qui ad Cicerónem duas miſerat epiſtolas,unam plenam uariárum petitiónum,ad quas Cícero reſpondet,álteram qua petiit a Cicerone,Bibulo prætori ſuo commendâri,quod Cícero ſe factûrum dicit,ſed uerêri ut literæ ſuæ parū ſint habituræ pōderis apud Bibulū. Ordo eſt.Stator.i.miniſter,ſtare ſólitus,parâtus ire quò eū míſeris,réddidit mihi Tharſi.i.cū eſſē Tharſi ad.xvi.Cal.Sextîlis.i.Auguſti,líteras,ſup.datas uel ſcriptas a te.Ego rñdêbo his órdíe .i.ad ſingulas partículas,quo órdíe ſcriptæ ſunt,ut.i.queádmodū,tu uíderis uelle.De ſucceſſôre meo.i. quod petiſti de ſucceſſóre meo,an habêrē,& quis eſſet, ego nihil audíui, neq; árbitror quemq̄ fore.i.futûrum eſſe, & tamèn nulla cáuſa eſt quìn decêdam ad diem.ſ.conſtitûtam a ſenátu præſertìm metu Párthico.i.de bello cū Parthis gerendo,ſublâto.i.de médio lato,& amôto. Ego árbitror ſanè.i.multùm,me cōmoratûrum.i.tractûrū moram.nuſq̄.i.in nullo loco.Puto ſup.me acceſſûrum Rhodum ad urbem aut ínſulam illam in mari Pamphílio,unam ex Cycládibus,cauſâ Cicerónum puerórum.ſ.filii & nepôtis,qui illic erāt,neq; tamèn certum. ſup. eſt id,uolo uenîre q̄primùm.i.ualdè citò,ad urbem.i.Romam. Sed tum rátio .i.quálitas & ſtatus reipú.& rerum urbanárum gubernâbit iter meum. Succéſſor tuus.i. qui tibi ſuccêdet,nō poteſt ullo modo matûrâre.i. accelerâre,ſup.iter ſuum,ità ut tu poſsis conuenîre me in Aſia.De ratiónibus.i.cómputis,ut dicunt,referendis.i.reddendis de quæſtûra,coram deputâtis & prætôre,non erat incómmodum.ſ. tibi,qui nullam.ſ.ratiónē, referre,quam poteſtátem ſcílicèt non referendi ratiónem,ut ſcribis fíeri tibi a Bíbulo.ſ. prætóre tuo. Sed tu uix uíderis poſſe id fácere,per legem Iúliam,quæ iubet unūqueq;, legem,ratiónem,magiſtrátus a ſe geſti,& p̄cipuè quæſtûræ referre debêre.quam ſcilicèt legem,Bíbulus non ſeruat quadam ratióne certa.ſ.ſibi, ego cénſeo ſeruandam tibi magnópere.Quod ſcribis non oportuiſſe præſídium.i.illud militū,quod erat impóſitū ut urbem defendat ab hóſtibus & in fide téneat,dedûci Apamêa,ab ea urbe Aſiæ. Ego uidêbam cæteros exiſtimare.i.cenſére,idem,& ferêbam moleſtè ſermónes maleuolórum fuiſſe minùs cómmodos de ea re.i.de abductióne præſidii. Ne.i.an,Parthi tranſíerint.ſ.in prouínciam noſtram,nec ne.i.an non,uídeo néminem dubitâre p̄ter te,quia omnes ſciunt ꝙ non. Itaq; ego commónitus non dúbio ſermóne hóminum,dimíſi ómnia Pręſidia.ſ.urbium,quæ paráueram magna & firma,nec fuit uerum me míttere.i.ꝙ mítterem tibi ratiónes,i.cómputos,

quæſtóris mei,nec erunt confectæ tùm.i.tùnc,cum eas decêret míttere. Cogitabâmus,depónere.i. relínquere quaſi depóſito apud áliquem Apamêæ. Quiſquam præter quæſtóres urbános.i.urbis Romæ.i. pópulum Roma.nec áttigit,nec tractatûrus eſt de prę da mea,triúnciū.i.ualórem trium unciárum æris.Ego árbitror me acceptûrum Laodicêę,quæ urbs Antióchię eſt,prædes.i.fideiuſſóres omnis pecúniæ públicæ,hoc eſt quæ ad ærárium Ro.pértinet,ut cáutū.i.cautè proſpectū ſit,& mihi,& pópulo,ſ.Románo, ſine perículo uectûræ.i. quod eſt in uehendo per regiónes,unde inuenti ſunt quos bancários uocant.Quod tu ſcribis ad me de. D.i.quingentis,alii tantum.ccclii.drachmis.i.pondéribus æris conſtántibus octódecim ſiliquis uel tribus ſcrúpulis.ſ. tibi mútuo dandis,nihil eſt quod poſſum commodâre id eſt cómmodum fácere aut præſtâre cuíquam in iſto génere, ſcilicet offícii. Omnis enim pecúnia tractâtur ita a præfectis. Vt præda,autem.i. ſed, ea pecúnia quæ eſt attribûta mihi, curâtur a queſtóre, id eſt in manu eſt quæſtóris.

Quod quæris, quid exiſtimem de legiónibus,quæ decretæ ſunt in Syriam, antea dubitabam venturæ ne eſſent: nunc mihi non eſt dubium,quin, ſi ante auditum erit otium eſſe in Syria, venturæ non ſint. Marium quidem ſucceſſorem tarde video eſſe venturum, propterea ꝙ ſenatus ita decreuit, vt cum legionibus iret. Vni epiſtolæ reſpondi: venio ad alteram. Petis a me, vt Bibulo te quàm diligentiſsime commendem,in quo mihi voluntas non deeſt,ſed locus videtur eſſe tecum expoſtulandi. ſolus enim tu ex oibus,qui cū Bibulo ſunt,certiorem me nunq̄ feciſti, q̄ valde Bibuli voluntas a me ſine cauſa abhorrêret. Permulti enī ad me detulerunt,cum magnus Antiochiæ metus eſſet,& magna ſpes in me,atque in exercitu meo,ſolitū dicere,quiduis ſe perpeti malle, quam videri eguiſſe auxilio meo. Quod ego officio quæſtorio te adductum reticere,de prætore tuo non moleſte ferebam: quamquam quemadmodum tractarere,audiebam. Ille autem cum ad Thermum de Parthico bello ſcriberet, ad me literam nunq̄ miſit,ad quem intelligebat eius belli periculum pertinere. Tantum de auguratu filii ſui ſcripſit ad me: in quo ego miſericordia commotus, & quod ſemper amiciſſimus Bibulo fui,dedi operam, vt ei quâm humaniſſime ſcriberem. Ille ſi omnibus eſt maleuolus, quod nunquá exiſtimaui, minus offendor in me. ſin a me eſt alienior, nihil tibi literæ meæ ꝓderunt. Nam ad ſenatū,quas Bibulus literas miſit,in iis,quod mihi cū illo erat cōe,ſibi ſoli attribuit,ſe ait curaſſe,vt cū quæſtu populi pecunia permutaretur.

HVBER. QVOD quæris.ad áliam partem. Decrêtæ.in Sýriā, quæ in Sýriam mitti debêbant.Anteà.ſuperióribus diebus priuſquàm Parthi tranſírent.Nunc.ſenſus eſt,nunc certus ſum ꝙ omnìnò non uénient,ſi modò antequàm diſcêdant ex Itália audítum fúerit Sýriam eſſe pacâtam & ſine perículo propter diſceſſum Parthôrum. Quin non ſcilicèt ut quin omnìno non ueniant.Si ante,ſcilicèt q̄ diſcêdant ex Itália.Ocium.pacem.Succeſſórem.tuum. Iret.uenîret. Cum legiónibus.quas ſi dúxerit non ita properâre póterit,ſicut ſi ſolus uenîret, ſolûtus cura exércitus regendi. Petis.íncipit reſpondêre ſecundæ epiſtolæ. Bíbulo. prætóri Sýriæ ſiue Anthióchiæ, nam utróque nómine eádem prouíncia appellâtur. In quo. ut commendem te. Voluntas,quia libentèr fácio. Expoſtulandi. querendi de te,& te accuſandi.Locus.occáſio, tempus. Ex ómnibus. qui erant apud Bíbulum, a quibus factus ſum cértior de eius erga me ánimo, a te ſolo nihil unquàm mihi ſcriptum eſt.

HVBER. ABHORRÊRET a me.alienâta & diſiuncta eſſet. Sine cáuſa.quia nulla re eum offénderam. Permulti,probat apertíſsimo & certíſſimo multórum teſtimónio,ꝙ Bíbulus a ſe abhorrêret.nam imminente magno perículo Antióchiæ,cum multi dícerent uirtúte & exércitu Cicerónis poſſe ei prouínciæ facilè ſubueníri, ſolêbat dícere Bíbulus ſe poti⁹ paſſūrum quoduis malū & periculum,quàm uidêri eguiſſe auxílio Cice.quod eſt argumentum magnæ alienatiónis ánimi & péſsimæ uoluntátis.nam in magnis perículis, niſi ſimus omnîno ánimo peruerſiſſimo,ſolemus ab omnib⁹ uel inimiciſſimis auxilia libenter accípere, & néminem prorſus aſpernâri. Solitum.ſ.Bibulum,ſólitum autem quia non ſemel,ſed ſæpiùs id dixiſſet. Quiduis.quodcunq; malum incommodum.Quod.ſ. dictum Bibuli. Non moleſtè non grauiter,indulgebam.n. tibi. Adductum.motum. Officio quæſtorio,quod ſub eoprętore gerebas,propter quod non auſus es id ad me ſcribere,ne fortaſſe tibi illud officium eriperet. Tractarere. ab ipſo Bibu.a quo te male tractari audiebam,licet tu non auderes dicere, q̄ ille de me dixiſſet. Ad Thermum.is etiā in Aſia proprætor erat,ut ex ſequenti epiſtola cognoſcetur. Præerat autem ei parti Aſiæ,quæ dicitur Bithynia. Literam, non epiſtolam dicit,ſed literam pro elemento ponit,ut eſt a.b c.q.d.Cū ad Thermum,qui erat remotior ſcriberet de bello quod Parthi inferrent Ciliciæ, ne unam quidem literā ad me miſit, ad quē ſciebat pertinere illud bellū quia eram uicinior Parthis. Tantum. hoc dicit, ſolum ſcripſit ad me de auguratu filii ſui,quia res ſua erat.filius.n.Bibuli uoluerat fieri augur,in quo quærebat fauorem Ciceronis,qui auguratum cum ſumma gloria geſſerat,& in ea magnam habebat auctoritatem. In quo.in qua re.Miſericordia propter filium eius,qui fortaſſe erat uir bonus, & oppugnabatur iiuſte a quibuſdam ne auguratum aſſequeretur.Ei.non ad eum,ut pleriq; omnes male arbitrantur,ſed pro eo, dicimus enim ſcripſi tibi literas pro pretura tua,hic enim tibi ſignificat pro te.Scriberem.commendatitias literas. Offendor, ledor .i.non moleſte fero.In me eſſe maleuolum,quia puto eſſe ferendum in me,quod facit in alios omnes. A me.ſolū,& non ab aliis.Proderunt. quas accipiet ab eo a quo ſit

Universidad de ... Biblioteca

ſit alienus. Nam ad ſenatum alias probationes eius,ſeu maleuolentiæ,ſeu alienationis animi adducit,quia cū ſcripſiſſet Bibulus ad ſenatum,quæ ſibi communia eſſent cum Cicerone, ſibi ſoli attribuebat; quia erant ad laudem,quæ uero erant ſua ſolius communicabat cum Cicerone,quia ex eis aliquid reprehenſionis merebatur,quę autem ea ſint Cicero declarat. Se ait curaſſe.i.quod ſibi ſoli attribuit, cum id eſſet ſibi commune cū Cicerone. Pecunia.quam ex præda contraxi. Quæſtu.lucro. Permutaretur uel in aliam pecuniam quæ redderetur poſtea Romæ,uel in aliquas merces,quibus aliquod lucrum haberetur,ut interdum fieri ſolet, quod cū fuiſſet conſilium tam Cice.q̄ Bibuli.Bibulus tamen ſibi ſoli attribuebat.

ASCEN. QVOD quęris quid exiſtimem de legionibus,quę decretæ ſunt in Syriam,ego dubitabā antea , ne pro an, uenturæ ſint,nunc non eſt dubium mihi quin ſi auditum erit antea,otium.i.ceſſationē a bello,eo quod Parthi abierunt,eſſe in Syria,legiones ſup.uenturę non ſint. Ego uideo quidem Marium, hominem illius ætatis, ſucceſſorem.i.qui debeat ſuccedere aut prætori aut tibi,eſſe uenturum tarde,propterea quod ſenatus decreuit ita,ut iret.ſ.in prouinciam cum legionibus.i. certorum numerorum copiis. Ego reſpondi uni epiſtolę.ſ.tuę.uenio ad alteram. Petis a me ut commendem q̄ diligentiſsime,Bibulo.ſ.pretori tuo,te,in quo.ſ.negocio,uoluntas non deeſt mihi,ſed locus expoſtulandi.ſ.agēdi de iniuriis aut querelādi tecum uidetur eſſe ſup. mihi. Tu.n.ſolus ex omnibus,qui ſunt cum Bibulo,nunquam feciſti me certiorem,q̄.i.quantum ualde,uoluntas Bibuli ABHORreret.i. aliena eſſet & aduerſa a me ſine cauſa. Permulti.n.detulerunt.occulte nunciauerunt mihi,cum magnus metus eſſet Antiochię,de aduentu Parthorum,atq; magna ſpes in me & in exercitu meo,Bibulum ſup.ſolitum dicere,ſe malle perpeti quiduis.i.quodlibet incommodum aut malum,q̄ uideri eguiſſe auxilio meo.Quod.ſ.dictum Bibuli,ferebam nō moleſte te adductum.i.ad hoc inductum , officio quęſtorio.i.eo quod eſſes quęſtor Bibuli,& ita illi deuinctus,reticere de prætore tuo,q̄q̄ audiebam quemadmodum.i.ad quem modum & formam,tu tractarere.i.tractareris a Bibulo.q.d.miſeris modis. Autem.i.ſed,ille.ſ. Bibulus, cū ſcriberet ad Thermum,proprætorem Aſię,ſeu Bithiniæ,de bello Parthico,nunquam miſit literas ad me,ad quem intelligebat periculum eius belli.ſ.Parthici,pertinere.eo ꝙ Cilicia Antiochiæ propinquior é q̄ Aſia ſup.Bibulus ſcripſit tantum ad me de auguratu filii ſui.i.ut filius ſuus adoptaretur in collegium augurum,quod ſine Ciceronis aſſenſu facere non poterat,cum Cicero augur eſſet,in quo ſcilicet facto aut filio eius,ego commotus miſericordia,& ꝙ fui ſemper amiciſſimus Bibulo dedi operam ut ſcriberem ei q̄ humaniſſime. Si ille.ſ.Bibulus eſt maleuolus omnibus,quod nunquam exiſtimaui.i.iudicaui de eo,ego minus offendor in me.i.ſi eſt maleuolus in me. Si autem.i.ſed,ſup.eſt alienior a me q̄ a cæteris,literæ meę.ſ. commendatitię,nihil proderunt. Nam in iis literis quas Bibulus miſit ad ſenatum. ipſe ſup.attribuit ſibi ſoli , quod erat mihi commune cum illo. Nam ait ſe curaſſe ut pecunia populi,ſcilicet Romani,permutaretur,id eſt daretur negociatoribus in prouincia,& reciperetur alia Romæ cum quæſtu.i.cum lucro.

Quod autem meum erat proprium , vt alariis tranſpadanis vti negarem,id etiā populo remiſiſſe ſe ſcribit . Quod vero illius erat ſolius , id mecū communicat: Equitibus auxiliariis egere ſe inquit, cū amplius frumenti poſtularemus.Illud vero puſilli animi,& ipſa maleuolentia ieiuni,atque inanis,quod Ariobarzanem, quia ſenatus per me regem appellauit, mihique commendauit , iſte in literis non regem , ſed regis Ariobarzanis filium appellat. Hoc animo qui ſunt deteriores fiunt rogati. Sed tibi morē geſſi:literas ad eum ſcripſi , quas cum acceperis,facies quod voles. Vale.

HVBER. QVOD autem,ecce puerſi animi indiciū,qui ſibi ſoli attribuebat,quod erat ei commune cum Cicerone,& quod eſſet proprium ipſius Ciceronis,ſibi quoq; aſcriberet. Id autem hoc erat, nam cum haberet Cicero in Cilicia milites Italos ad tuendam prouinciam miſſos, ea pacata diſceſſu Parthorum,Cicero milites dimittendos cenſuit,ut Populum Romanum eius ſtipendii impenſa leuaret, cuius rei cum Bibulus ne conſcius quidē fuiſſet,ſcripſit ad ſenatum ſe quoque milites illos cenſuiſſe dimittendos,ut uſurparet Ciceronis de ea re cōmendationis partem. Proprium,non alius cuiuſquam .ſ.ut negarem uti,ut dicerem me nolle uti. Alariis.equitibus , qui alarii dicuntur,ꝙ uice alarum pedites tegāt. Militaria autem uocabula,ut uoluit A u.Gel.tradita ſūt ab ipſis rebus,quæ ita nominantur proprie,quarum rerum in acie inſtruenda ſui cuiuſq; uocabuli imagines oſtenduntur. Sunt autem fere hæc quibus inſtructa certo modo acies appellari ſolet.Frons, ſubſidia , cuneus, orbis,globus,forfices,ſerra,alę,turres,cornu.Et itē quędam alia inuenire eſt in libris eorum,qui de militari diſciplina ſcripſerunt. Tranſpadanis , Longobardis ultra Padum habitantibus. Id etiam ſicut ego,cum nihil omnino ſciret.Populo,ut eius gratiam hoc facto quærat. Quod uero erat ſolius,quod ipſe ſolus fecerat me inſciente mecum communicat , & quod hoc ſit declarat.ſ. equitibus auxiliariis,hæc ſūt uerba Bibuli , quæ ſcripſerat ad ſenatum & populum Romanum,cum enim peteret plus frumenti a populo Romano pro uictu equitū, qui erāt in Aſia a ſociis in auxilium miſſi,immiſcuit Ciceronem qui nihil petebat,quoniā ſatis prouiderat ſuis.Bibulus autem ſcribebat id plurali numero.Poſtularemus,quaſi dicat ego & Cicero , eſt autem oratio imperfecta,cuius pars tantummodo poſita eſt ad indicandum maleuolentiam Bibuli , qui Ciceronem admiſceret ei rei,cuiꝰ omnino eſſet ignarus, debuerat enim dicere cum poſtularem. Illud uero.aliud euidentiſſimū argumentum maioris maleuolentiæ, ꝙ Ariobarzanem

Alarii Militaria uocabula

Ex.xvi. Epiſtola.Literas a te mihi Stator.

Nec quicquā fore arbitror,quin ad diē diſcedā,nulla cauſa eſt,præſertim ſummoto metu Parthico.De rōibus referēdis nō erat incōmodū te nullā referre,quā tibi ſcis a Bibulo fieri poteſtatem. Itaq; oīa pſidia,quæ & magna,& firma paraueram, cōmotus hominū nō dubio ſermōe dimiſi. Ratiōes mei quæſtoris nec uerū fuit me tibi mittere, neq; tn̄ erāt cōfectę.Laodicę me p̄des accepturū arbitror oīs pecuniæ.Vt p̄da a præfectis, quæ haud mihi attributa ē, a quæſtore curetur.Mariū quidē ſucceſſorē tandē uideo eſſe uenturū.Solꝰ enim tu ex oībus,qui cum Bibulo ſūt,certiorē me nuſquā feciſti.Qđ nūq̄ exiſtimaui,minꝰ offēdit me.Sinautē a me ē alienior.Literas ad eū ſcripſi , q̄s cū acceperis,facies ut uoles.

literis

literis ſuis dedignatus eſt appellare regem,quia ſenatus cum opera & ſuffragio Cic.regem appellaſſet, & ipſum Ciceroni commendaſſet. Ariobarzanes Rex Cappadocum , quem ſenatus Romanus regem appellauit, commendauitq; Cic.ut eius regnum ſalutémq; defenderet,ut optime apparet libr.xv. huius uoluminis in epiſtolis ad Marcum Catonem & Senatum,hunc bibulus ob maleuolētiam in Cic.in literis quas ad ſenatem ſcripſit,ubi opus erat eum nominare,noluit regem appellare, ne uideretur Cic.honorare,cuius cauſa fuerat à Senatu Rex appellatus.Puſilli animi,parui,& minuti & uilis animi,id enim faciebat, ut ulciſceretur odium & maleuolentiam ſuam in Cic.uindicta autem delectari,puſilli animi eſt.Iuuena. Quippe minuti ſemper & infirmi eſt animi exiguíq; uoluptas ultio. Ieiuni & inanis,inſatiabilis,inexplicabilis, tractum à ieiuno & à uacuo & eſurienti ſtomacho,qui non facile ſatiatur cibo,ita & animus iniquus non facile expletur maleuolentia, Iuue. Satyra penultima.Hinc ieiunium odium. Per me,opera mea. Commendauit,ut eius quaſi patronus eſſem,& ſalutē regnúmq; tueret. Iſte.Bibulus,ad contemptū autem dixit iſte,quaſi iniquus & maleuolus , qui dedignatus eſt quod Senatus eſt dignatus,ſcilicet appellare eum regem Ariobarzanis, nam & pater eodem nomine appellabatur. Hoc animo,tali,tam malo & peruerſo.Fiunt deteriores,fiunt peiores. Rogati.ſ.ab aliquo,cum quiſpiam rogauerit eos,ordo, qui ſunt hoc animo quo eſt Bibulus, rogati, fiunt deteriores. Sed.q.d. licet ſit tam malo animo,ut rogatus à me uideatur futurus deterior. Sed tibi morem geſſi,obſecutus ſum tibi , quia te ei commendaui. Literas,commendaticias pro te. Quas,literas,miſit enim eas Cic. ad ipſum Caninium. Quod uoles,uel reddes ei uel omittes,ut tibi faciendum uidebitur.

Ariobarzanes rex Cappadocum

ASCEN. AVTEM, id eſt ſed,ipſe ſcribit ſe remiſiſſe.i. relaxaſſe, tanquam onus,populo, ſcilicet Romano,id quod erat meum proprium.i. meo ſolius conſilio & adiutorio factum,ut.ſ.negarem uti Alariis.ſ. militibus,in alis.i. cornibus aciei locandis,tranſpadanis.i.ſumendis ex populo tranſpadū incolenti , ut ſunt Patauini Veneti &c. Vero,pro ſed,ipſe communicat mecum.i.mihi etiam attribuit,id quod erat illius ſolius.ſ.conſilio aut opera factum,inquit enim in epiſtola ad ſenatū,cum poſtularemus equitibus.i.pro equitibꝰ auxiliariis,amplius.i. pluſquam,frumenti &c.id autem Cicero pro ſuis non poſtulauerat. Illud uero quod ſequitur,ſupple fuit animi puſilli & ieiuni.i.ſterilis & infœcundi,quantum ad liberale facinus,ipſa maleuolentia.i.propter maleuolentiam ipſam,quod quia ſenatus appellauit Ariobarzanem,per me.i.ſuaſu meo,regem.ſ. Cappadocum,commendauit mihi eum.ſ.tutandum, iſte.ſ.uilis, quia maleuolus & turpiter agens, uidelicet Bibulus, appellat in literis ſuis non regem,ſed filium regis , quia pater eius etiam Ariobarzanes nomine Rex fuerat. Ii, ſupple qui ſunt hoc,id eſt huiuſmodi animo,ſcilicet tam maleuolo,fiunt deteriores,id eſt adhuc minus boni,rogati,id eſt ſi rogentur,ſed ego geſſi morem,id eſt obſecutus ſum tibi, ſcripſi literas ad eum , quas cum acceperis , facias quod uoles,id eſt aut dabis aut retinebis eas.

Suasoria.

M.T.C. Imperâtor. Qu.Thermo Proprætôri. S.P.D. Ep.17.

OFficium meum erga Rhodônem, cæteraq; mea ſtúdia,quæ tibi ac tuis præſtiti,tibi hómini gratíſſimo grata eſſe vehemētèr gáudeo:mihiq; ſcito indies maióri curæ eſſe dignitátem tuam,quæ quidèm à teipſo integritáte , & cleméntia tua ſic amplificâta eſt,vt nihil addi poſſe videâtur.Sed mihi magiſq; quotidiè de ratiónibus tuis cogitanti , placet illud meum conſilium,quod inítio Ariſtôni noſtro , vt ad me venit, oſtendi , graueis te ſuſceptûrum inimicítias,ſi adoleſcens potens,& nóbilis à te ignomínia affectus eſſet , & herclè ſine dúbio erit ignomínia . Habes enim néminem honóris gradu ſuperiórem.

HVBER. OFficium.Scribit Ci. ad Thermum prætorē ſiue procōſulem Bithyníę,qui ſcrípſerat ad Ci.ſibi grata fuiſſe officia quæ in Rhodônē cōtuliſſet & etiam quæ in ipſum Thermū & cæteros præſtitiſſet, quare dicit ſe uehementèr gaudêre. Deinde quia diſceſſuro Thermo ex prouincia cōtendebat quęſtor eius cū legatis, ut potiùs ipſe præpónerē q̄ ipſi legati, & Thermus magis uidebâtur inclinâri ad legátos præficiēdos, hortâtur Ci.ne hoc faciat,ne írritet animū ipſius quæſtoris nobiliſsimi,probátq; intereſſe & utilitátis & honóris Thermi præpónere ipſū quęſtórē legátis,quis autem fuerit hic quęſtor,neq; Cic.hîc dicit,neq; adhuc mihi eſt compertū.Rhodônē,hunc intellígimus fuiſſe amicum quempiā aut fortè etiā neceſſáriū Thermi . Officium, bn̄ficiū , & prōptā humanitátē. Studia, fauóres. Indies,dietim,ſed hoc minus eſt in uſu,nō incongruū tamèn. Dignitátē , autoritátē. Integritáte,continētia, cōtra auaritiā.Clementia,māſuetúdine, & eſt contraria iræ,remittit aūt clementia de eo quod poſſet quiſpiam de iure pérſequi & punîre. Sed mihi,dat ei conſiliū ut præpônat potiùs quæſtórē prouínciæ q̄ legátos,& reddit rationē ſui conſilii. Rationibus,negociis & utilitátibus tuis.Ariſtóni.is à Thermo ad Cic.miſſus fúerat de hac re,cui Ci.dedit hoc idem cōſilium, quod nunc dat Thermo per líteras, qđ graueis eſſe ſuſceptûrum inimicítias , ſi legátis quæſtórē præpóneret. Quod oſtendi, quod declarâui.Vt,poſtq̄. Ignomínia,iniúria, dedécore . Ignomínia (auctore Nónio) dícitur nóminis nota. Potens,rebus & amicis. Et herclè,affirmatio ſententiæ ſuæ. Habes enim, ratio quarè erit ignominia. Superiorem,maiorem.Gradu honoris,quia apud prætôrem maior dígnitas erat quæſtúra,æquū autē erat eum præpóni,qui honóre eſſet ſupérior,ut uiſum eſt ſupra in epiſtola quæ incipit.Non potuit accuratius.

Rhodo officium. Clemētia. Aristo. Ignominia.

PHI. OFFICIVM meum.Valde iucundum eſt,cum quis officium in quempiam confert,ut illud accipiendi gratū eſſe cognoſcat.Hinc eſt illud Terentiani Soſiæ dictum,gaudeo ſi quid feci,aut faciam,quod placeat Simo,& id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiam.Eodem modo nunc Cice.qui in Thermum,& Rhodónem eius beneficia cóntulit , Illa Thermo grata fuiſſe uehementer gaudet , erat autem Thermus proprætor in Helleſponto & de prouincia diſceſſûrus, & quēnam in prouincia ſuo loco dimítteret, agitâbat. Contentio erat inter quæſtórem eius & legátos máxima,cum quiſque ipſorum Thermi loco relinqui conarêtur.Thermus autem magis aſſentîri legâtis,quàm quæſtóri uidebâtur,unde has Ci.ad eum líteras perferendas curâuit,quibus eum uehementèr hortâtur,& multis rationibus ꝓbat,ut uelit quæſtórem ſuū legátis anteferre. Sed priuſq̄ hanc epiſtolā

Thermus

Prætôres explicemus,pauca de hoc magistratu dicamus.Prætorum tria esse genera diximus,cum de honóribus públicis
tractarémus,urbánum,peregrinum & prouinciálem.Prouinciáles autem ad gubernandas,tutandásq; prouin-
cias cum exércitu legebantur,qui & proprætóres dicebãtur,quæstórésq; secum ducebãt,& legátos,& tot pro-
prætôres creabantur,quot urbes in deditiónẽ.P.R.deuénerant. Vrbáni uero prætôres ubi præsidebant , apud
quos ius omne & públicum,& priuatum erat.Et côrum quidem tanta erat auctóritas,ut ob honórũ ius,quod
Ius hono- ab ipsis ferebãtur,Honorárium diceretur,& nouum ius concédere,& uetera abrogâre póterant,& consulârem
rárium propemodum dignitatẽ obtinebant.Lictóres tamen sex duntaxàt habebant.Sed cum Páulus Aemilius in His-
pániam prætor proficisceret.xii. lictóres secum duxisse à Po.Ro.concessos inuénio . Trábea item ipsius erat &
Curulis sella,& cum ipsi abessent præfectus urbis constituebãtur eorum loco,& post tribunórũ mílitum digni-
tatem fuerunt béllica tempestate instituti,propter grauissimũ onus,quod cónsules sustinebant. Peregrini po-
stremum additi urbanis prætóribus fuerant,cum admodũ impediti essent,rebúsq; gerundis satisfacere nequi-
Prætor Vde uissent,qui peregrinos audirent.Prætóres uero ideo appellati,ꝙ populo præirent.Id Lucilius, quẽ Varro testa-
tur,ait.Ergo prætôrẽ est ante & præire,& eodem auspicio creabantur,quo cónsules,hinc & consulum collegas
Præsto fuisse dicebant. Officium,nunc beneficiũ. Rhodonem,sororiũ Thermi.Præstiti,accommodaui ad id facien-
Præstantia dum quod pétitur.Sed huius uerbi significatio peculiaris est melius esse.Item excéllere,unde dicitur præstãtia
Indies excellentia.Hi uero loci pleni sunt omnes beneuolentia,ut auditórem allíciant. Indies,hoc est quotidie.Verũ
Indiem indies,& indiem,& quotidie differunt.Indies enim utplurimum cum comparatiuo iungimus,& ἄυξησι habet,ut
Quotidie hoc loco,indies maiori curæ.Etiam sine cõparatiuo,sed sua cum ἄυξησι. Indiem uero multi duntaxat in præsen-
In horas ti die rationem accipiunt,& cum hoc uerbo uiuo,ut plurimũ coniungi uolunt. Sic Fabius, non ut feræ uólu-
In horam cres præsentis modo temporis memores indiem uiuunt.Verum ego in longi temporis rationẽ Terentianã Py-
thiam accepisse intélligo cum ait.Credo,sed indiem istud Parmeno fortasse quod minitâris,tu iam pendebis.
Eodem modo in horas,& in horam dicimus.Quotidie uero tam cum ἄυξησι quàm sine ἄυξησι dici potest unde,ex
elegantia sermonis quotidie lego dicimus,indies lego nõ dicimus,& cum cõparatiuo,ut paulopost. Mihi ma-
gis magisq; quotidie de rationibus tuis cogitanti. Dignitatem,prætûrã in Hellesponto.Quod autẽ ibi magi-
stratum gessisset,aliæ nobis ad eum literæ significauerũt.Omnia (inquit) tibi cõmendo negocia eius,quę sunt
in Hellesponto,& alibi.Siquid habebit cum aliquo Hellesponto cõtrouersiæ,ut in illam administrationẽ reii-
cias. Integritate & clementia, de his etiam alia in epistola. Sed tamen cum me nõ fugiat quanta sit in prætore
auctoritas,præsertim ista integritáte,grauitáte & clementia,qua te esse in omni constat . Sed mihi consiliũ su-
um áperit,ut quæstórem relinquat in prouincia suo loco non legátos.Rationibus,de rebus ad remp.pertinẽti
bus,& honorẽ, & salutem tuam. Aristoni.is.n.ad Ciceronẽ pro hoc negocio à Thermo missus fuit,& idem de-
dit illi consiliũ,quod nunc dat Thermo. Grauíssimas.s.inimicitias suscepturũ,si legatos quæstori præpóneret.
Inimicitiæ Inimicitias. Caue dicas inimicitiam numero singulari.Nusquam.n.inimicitiam leges nisi apud Ennium,qui
sic habet.Ego eo ingenio natus sum,amicitiam atq; inimicitiã in fronte promptã gero. Adolescens,quæstorẽ
Ignomi- dicit. Ignominia affectus, si tu de prouincia discessurus alterum relíqueris, q̃ quæstorem tuum. Ignominia,
nia iniuria,est.n.hæc nominis nota,atq; mácula. Habes,argumentum ab auctoritáte. Et est ratio quare sit ignomi
nia. Honôris gradu seperiorem,quoniam quæstúra pluris apud prætorem erat q̃ legatio.Thermus enim quę-
storem habebat & legatos.Nam uice imperatoria quæstóres in exércitu ex decrero.Po.Ro.fungebantur.

ASCEN. OFFICIVM &c.Thermus proprætor seu procõsul Bithýnię scripserat ad Ci.sibi eius officiũ in Rhodônẽ
gratũ fuisse,de quo se gaudêre nunc dicit Cic.monétq; ne legátos quæstóri,pręsertim tam nóbili & po-
tenti præferat. Ordo est.Ego gáudeo uehementèr officiũ meũ erga Rhodônẽ,& cętera stúdia mea,quę
Ordo: præstiti tibi ac tuis.s.amícis esse grata tibi hómini gratíssimo,& scito dignitátẽ tuam esse mihi curæ indies ma-
ióri,quæ quidẽ dígnitas tua amplificâta est à teipso,integritáte & cleméntia tua, sic ut nihil uideâtur posse ad
di.s.ad eam. Sed illud meum cõsilium,quod ostẽdi Aristóni nostro.s.cõi amíco,inítio,ut.i.postq̃,uenit ad me,
placet mihi quotidiè magis magisq;,uidelicèt te suscepturum esse gráueis.i.molestas tibi inimicítias , si adole-
scens.s.quæstor tuus,quem non nóminat,potens & nóbilis,affectus esset à te ignomínia.s.in præferendis illi le-
gátis , & herclè erit ignomínia sine dúbio. Enim pro
quià,tu néminem habes superiórem gradu honóris.

HVBER. ILLE autẽ, ostendit quarè præponẽdus sit legátis,
quia præter nobilitátem familiæ suæ máximã, est etiam
quæstor,neq; questor altérius,sed ipsiꝰ Thermi, ex quo
magis addũci debet Thermo, ut ei fáueat , & præpônat
prouínciæ. Viros óptimos,láudat legátos,ut magis láu-
det ipsum quæstórem,quẽ in óĩbus eis antepônit. Hoc
ipso,hac ipsa re,præcipue. Qđ,quia. Et quæstor tuus.
nã si quęstor cuiussuis esset,deberet tñ eum præpónere,
nunc multo magis,ꝙ quæstor tuus est.Nocere.Antipó-
phora útitur,dicit enim quæ à Thermo possent óbiici,
quòd paruifacit inimicitias ipsius quæstoris, quia nihil
à quoquã ei nocêre potest,ad qđ sapiẽter respõdet Cic.
& cautè innuit,ꝙ si nunc nõ posset nocere,posset tamẽ
in futurũ. Sed tñ.s.licèt uideã néminem tibi posse no-
cêre. Treis fratres, habêbat enĩ ille quæstor duos ãlios
fratres uiros præstantíssimos, quos nunc Cícero metuẽ-
dos esse dicit. Summo loco,illustri prosápia,extollit.n.
ánimũ,& audaciórem facit oríginis nobílitas. Prõptos
Liptote fig. intrépidos,fortes. Nõ indisertos.Liptote,eloquentissi-
mos.Prodest autem multum eloquẽtia ad conciliandũ
fauórem pópuli,& hęc oĩa posuit,ut detérreat Thermũ
ab eorum inimicitiis. Inimicos, quia si unum ex ipsis

Ille autem,vt omittam nobilitâtẽ,hoc ip-
so vincit viros óptimos,hómínesq; inno-
cẽtíssimos legátos tuos,quod & quæstor
est,& quæstor tuus. Nocêre tibi irãtũ né-
minem posse perspício : sed tamen treis
fratres summo loco natos, promptos nõ
indisertos,te nolo habêre irâtos,iure præ-
sertìm,quos vídeo deincèps trib.ple.per
triénnium fore. Témpora autèm reipúb.
quália futûra sint, quis scit?mihi quidèm
turbulenta vidétur fore. Cur eo te velim
incídere in terróres tribunítios? præser-
tìm cum sine cuiusquam repræhensióne
legátis quæstórẽ possis anteferre?Qui si
dignũ se maióribꝰ suis præbúerit(vt spe-
ro,& opto) tua laus ex áliqua parte fúerit.

læseris.

læseris. Iure,quia plærunque aliqui fiunt nobis inimici nullo iure,nulla nostra culpa,quôd non est magnope-
re curandum,sed nunc timendum est cum iure fácimus nobis inimicos. Quos, fratres. Deinceps, per ordi-
nem.Per triennium,per tres annos, quia alius succéderet alii. Nam simul & eodem tempore tres fratres tribu-
ni esse non póterãt. Fore,futûros. Tribuni ut habêtur digestis de orígine iuris à plebe creati sunt,qui essent
plebei magistratus,iisdem temporibus cum plebs successisset,anno uero.xvii. post reges exactos dicti tribuni, Tribuni
quia tunc in treis partes populus diuisus erat,& ex singulis singuli creabantur , partes autem in quas populus
esset diuisus,erãt Rhãnenses,Luceres,& Tatienses.Tribuni autem plebei ex tribunis militum,ut uoluit Varro,
primum facti sunt,qui plebem defénderent in secessione crustumerina , acceperunt autem nomen tribu.mili.
quòd terni tribus tribubus Rhãnium, Lucerum, Tatiensium olim ad exercitũ mittebantur , horum officium
quando tribunorum mentio incepta ádmonet, non uidetur esse absurdum referre , ut & aliis locis possit hæc
cognitio succúrrere.Tribunorum igitur militarium officium,ut est digestis de re militari,uel eorum qui exer- Officium
citui præsunt,erant mílites in castris continêre,ad exercitationem prodúcere,claues portarum suscipere uigi- Tribuno-
lias interdum circuîre,frumentationibus cõmilitonum interesse,frumentum præbêre,mensuræ fraudem coer- rum
cere,delicta secundũ suam auctoritatẽ his modis castigâre,principiis frequenter interesse, quærelas cõmilito-
num audire,ualitudinarios inspicere,officiũ regentis exercitũ non tantũ in danda, sed etiam obseruanda disci-
plina consistere. Quis scit.q.d.nemo,quia quotidiè aliqua innouantur. Mihi,dicit iudicium suum. Videntur
putantur. Turbulenta,tristia,plena perturbationis. Incídere,deuenîre, incúrrere. Terróres tribu.ut timeas,
illos treis fratres futûros tribúnos,quoniã magna erat auctóritas,& potestas tri.ple. qui plerunq; populũ quo
uellent flécterent. Cur uelim, quare debeo uelle.q.d.nulla est causa,cum & te diligã,& tu facilè prouidêre pos-
sis. Præsertim,ostendit quomodo possit prouidêre. Præsertim.q.d.præcipuè existente causa. Cum pos. ante
cum possis præpónere quæstôrem legátis sine reprehensióne cuiusquam,quia quisq; scit id esse iustum & ho-
nestum. Qui,quæstor. Dignũ ma.si imitâtus fuerit maióres suos,& se pro fama illorũ gésserit. Ex aliqua par-
te,quia ex una parte erit laus eius,qui se bene gésserit, ex altera tua,qui eum in aliam prouinciam eréxeris.
NOBILITATEM, raro sine adiuncto pónimus.Meson est.In laudem uergit,& in uituperatiónem, dicta PHI.
quidem quasi noscibilitas,& nobilis quasi noscibilis,unde nobile scortum,nóbilem latrónem dícimus.Eiusdẽ Nobilitas
sunt naturæ exímius & insignis,unde meretrícem insignem & eximiam appellâmus. Hoc ipso hac re quod est Nobilis
quæstor. Nocêre.Antipophora est.Respondit,enim tacitæ obiectioni, quam Thermus facere potuisset, & dat Eximius
ei consiliũ,ut euitet inimicitias.Perspicio,antiqui spicio sine cõpositione dicebant,hoc tempore sine compo- Insignis
sitione utimur,& pro qualitáte coniuncti significatiónẽ ampléctitur.Tres fratres,habêbat, enim quæstor eius Perspicio
fratres duos.Dictus frater,quasi fere alter,unde Cice.de Quin.fratre dixit, quòd alterum me reliquissem. Siue Frater
à lingua græcorum antiquissima, φρήτηρ qui ἀδελφὸς hodie nuncupâtur. Summo lòco natos , dat his auctoritatẽ
& locũ pro nobilitáte géneris cápimus,alias argumentum significat extra notam eius nominis significationẽ.
Promptos,diligentes,& strenuos. Non indisertos,eloquentes,máximam.n.uim habet ad concitandum pópu-
lum eloquentia . Dicuntur enim hæc omnia ad perterrendum Thermum , ne quæstori tuo legatos antéferat.
per triennium fore,quoniam tres erant fratres,& quisq; per se tri.ple.futurus erat. Triplex est enim in his quæ
tempus significant dicendi modus.Aut in accusatiuo sine præpositione.Teren.Tandem non ego illa caream si
sit opus,uel totum triduum.Aut in ablatiuo sine præpositione.Ci.paucis enim diebus eram missurus domésti-
cos tabellários,aut in accusatiuo cum pręposítione.Quintilia.Post impetratam studiis meis quietem,quam per
xx.annos erudiendis iuuenibus impénderam. Turbulenta.Metaphora,uidebat enim Cǽsarem & Pomp. uelle
rempub.occupâre. Tribunitios.t.ex quo tres fratres dixit per triennium trib.ple.futuros,& bene terróres di-
xit,maxima enim erat tribunórum auctóritas,omnia enim decréta Senatus írrita habebantur , nisi per eos ap-
probata fuissent. Adde quòd.q.t.p.licet uocationem non habêrent,ut inquit Varro non modo priuatum,sed
etiam consulem in rostra uocari iusserunt.Sed quare ius uocandi non habêrent, cum summã coercendi pote-
statem habuissent.A.G.explanauit. Et alibi nos de tribunis locuti sumus. Præsertim,hac potissimum ratione.
Sine re,quoniam iustum & honestum.
AVTEM.i.sed,ille scilicèt quæstor tuus,ut omittam.i.táceam nobilitátem eius,uincit hoc ipso,legátos tuos ASCEN,
óptimos,& hómines innocentíssimos,quòd est,& id est simùl quæstor,& id est simùl quæstor tuus.Quæstor au- Ordo
tem à conquirendo,& colligẽdo dictus est,qui pública uectigália recípiat,& stipéndium milítibus ponit. Ego
perspício,ne fortè id dicat aut cógitet aut addit,néminem irâtum,id est licèt sit irâtus posse nocêre tibi sed ta-
men nolo te habêre inimîcos tres fratres natos summo loco,id est clarissimis natálibus promptos,id est expe- Quæstor
dîtos ad dicendum & faciendum,non indisertos,id est non imperîtos artis dicendi,quos uídeo.i.animaduer-
to,fore deincèps.i.per órdinem trib.ple. per triénnium. Autèm.i.sèd,licèt nemo tibi his rebus stántibus nocê-
re possit,quis scit quália témpora sint reipúb.futûra?q.d.nemo. Quidèm.i.certè, ea uidentur mihi fore turbu-
lenta,sicut maximè fuêrunt,ut ex última epistola ad Cǽlium ædîlem pátuit,igitùr,cur.i.qua de cáusa.q.d.nulla
iusta. Ego uelim te incídere in terróres tribunítios.q.d.licèt nocêre fortè non póterunt,terrêre tamen póte-
runt. Præsertim cum possis anteférre legátis quæstórem sine reprehensióne cuiusquam,qui.s.quæstor, si præ-
búerit se dignum maióribus suis, ut spero & opto, sup.
eum se præbitûrum esse, fúerit, sup. id láus tua ex áli-
qua parte, quia tu primus eum ad dignitátem promó-
ueris,sin id est sed si.
SIN offen.peccáuerit. Quid,áliquid. Sibi,contra HVBER.
se,in dédecus suum. Nihil tibi, nihil in dédecus tuum,
& ita árguit,quod utcunq; sit ille administratûrus pro-
uínciã,ipsi Thermo nulla omninò futûra est reprehén-
sio. Quæ enim ostendit Cice. se adductum iure amicí-
tiæ hæc scripsisse.Quæ.u.in.m.quæ cogitatióne ipsa cõ-
prehendêbam.Nam uenîre in mentem interdùm est re- Vénio in
cordâri,interdùm cogitâre. Pertinêre ad te,spectâre ad mentem
tuum cõmodum. Oportêre,decêre, propter amicítiam

sin quid offenderit, sibi totum , nihil ti-
bi offenderit . Quæ mihi veniebant in
mentem,quæ ad te pertinere arbitrabar,
quod in Ciliciã proficiscebar,existima-
ui me ad te oportere scribere . Tu quod
egeris,id velim dii approbent. Sed si me
audies , vitabis inimicitias , & posteri-
tatis ocio consules. Vale.

 nostram.

Universidad de Deusto Biblioteca

nostrã. Quod,quia. Proficiscebar in Ciliciã, fuerat.n. in Cappadocia cum Ariobarzane rege. Tu quod, sensus est,dii bene uertant quod egeris,& id tibi bene succedat. Audis me,mihi credes,mihi oscultabis,& obtemperabis. Consules,prospicies prouidebis. Ocio posteritatis,quieti etiam tuorum qui post te futuri sunt.

Ex.xvii.Epistola.Officium meum. Cur ergo te uelim incidere in rumores tribunitios? præsertim cũ sine cuiusq̃ reprehẽsione quęstoris legatis quęstorẽ possis anteferre? Sin quẽ offenderit, sibi totũ,tibi nihil offenderit.Quod in prouinciam ꝓficiscebar,existimaui me ad te oportere scribere.

PHI. OFFENDERIT,in aliquo errauerit. Nihil ti.of.in nullum detrimẽtum tuũ siue dedecus cadet.Sed si quid mali & dedecoris erit,sibi erit. Proficiscebar in ci. nam cum Ariobarzane rege ibi steterat. Oportere,conuenire,iure amicitiæ nostræ,qua motus hæc omnia ad te scribenda putaui. Dii ap.ꝙ tibi bene succedat.Dii bene uortant,apud antiquos dici solebat, quando aliquid præter spem ueniebat, cum aliter euenire timuissent, quibus rebus ita se in utranque partem uertentibus, Vertũnũ deum præesse putabat antiquitas. Si me au.mihi auscultabis,& si meis uerbis audiens fueris. Nec ausim dicere. Si meis uerbis audies, licet in Captiuis Plautus dixerit.Haud audiebat facto. dicimus enim audiens sum tibi, pro obedio tibi, & audiens sum te,audio te. — Bñ uortat

Posteritatis.o.ut tu & posteri tui omnes tranquille & quiete uiuatis,hoc consequi poteris, si quæstorẽ istum beneficiis tuis afficies. Est enim tibi cõsulere,tibi prouidere.Lucanus.Consulite extremis angusto in tempore rebus.sed ad corporis & rerum extremarum magis quàm ad ánimi bona pertinêre uidêtur.

ASCEN. IPSE offénderit,id est peccáuerit,totum sibi, id est detrimentum & dédecus suum, nihil tibi,quia tu eum quem debes,prætúleris. Ego existimâui me oportêre scríbere ad te ea,quæ ueniêbant mihi in mentem,quæ arbitrâbar pertinêre ad te,quòd scilicèt hæc scribens proficiscêbar in Ciliciam, ego uelim dii ápprobẽt id,quod tu égeris.Si âudies me,id est obédies mihi,tu uitâbis inimicítias , & cónsules, id est prospícies,ótio,id est paci, posteritátis,id est post te futurôrum,quia ex simultáte iacta longa súrgere solet discórdia.

Suasoria.

M.T.C. Imperatôr. C. Cælio Lucii filio. S.P.D. *Epist. 13.*

CVm optatíssimum núnciũ accepissem, te mihi quæstôrem obtigisse, eò iocundiôrem mihi eam sortem sperâbam fore, quò diúti⁹ in prouínciam mecum fuisses. Magni enìm videbâtur interesse ad eam necessitúdinem, quam nobis sors tulisset,consuetúdinem quoq; accédere. Posteà quàm nihil mihi neq; à teipso , neq; ab vllo álio de aduentu tuo scriberêtur, verêbar,ne id ita cáderet, qđ etiam nunc véreor,ne antequàm tu in prouínciã venisses,ego de prouíncia discéderem. Accêpi autem à te missas líteras in prouínciam,cùm essem in castris ad.xii.calend. Quintíleis scriptas humanissimè,quib⁹ facilè & offícium, & ingéniũ tuum pérspici possit:sed nequè vndè, nequè quo die datæ essent , aut quo tẽpore te expectârẽ, significâbât:nec is, qui attúlerat, à te accéperat, vt ex eo scirem , quo ex loco,& quo témpore essent datæ. Quæ cũ essent incerta , existimâui tamèn faciendum esse,vt ad te statôres meos, & lictôres cum líteris mítterem:quas si satìs oportûno témpore accepisti , gratíssimũ mihi féceris si ad me in Cilíciam q̃primùm véneris. Nam qđ ad me Cúrius cõsobrînus tuus,mihi(vt scis) maximè necessárius.quod itèm cõsul Virgíli⁹ propinquus tuus familiaríssimus noster de te accuratissimè scripsit : valet id quidẽ apud me multùm,sicutì debet hóminum amicissimórum díligens commẽdátio: sed tuæ líteræ de tua præsertìm dignitáte,& de nostra cõiunctióne máximi sunt apud me pónderis . Mihi quæstor optátior obtíngere nemo pótuit.Quamobrẽ quæcunque à me ornamenta in te proficiscentur,elaborâbo , vt oẽs intélligant à me hábitam esse ratiónem tuæ , maiorumq; tuorum dignitátis. Sed id iam facilius cõsequar,si ad me in Cilíciam véneris:ꝙ ego & mea, & répúb. & máximè tua interesse árbitror. Vale.

HVBER. CVm optatissimum. Voluptátem ostẽdit, quam cœperat quòd Cælius sibi quæstor obtigisset,& moléstiam quòd nimìs tardâre uidebâtur,timêbat enìm ne antequàm Cælius in prouínciam uenîret ipse de prouíncia decessisset.Demũ ómnia pro eo se factûrum pollicêtur,& maximè hortâtur,matûret accessum,& id reip. ac utriusq; ipsórum plúrimùm interesse commémorat. Is est ille Cælius, quem Ci. de prouincia decédens prouinciæ prępôsuit,ut in superióri dixit epi. ex quo appâret has epístolas non esse órdine collocâtas. Inquit,enim ego de prouíncia decêdens,quęstôrem Cęlium præpôsui prouinciæ. Núncium , tam pro eo qui nunciat , quàm pro re ipsa quæ nunciâtur , masculino génere dicimus.Eam sortem,fortûnam,quòd scilicèt mihi quæstor obtigisset. Eo & quo,tanto & quanto. — *lius* — *Nuncius*

HVBER. MAGNI enim, facta propõne rationem adiungit, pro qua maximè has dictiones locâre solêmus , nam.n. nanq;. Magni.i.plurimę utilitatis, & magni momenti.

Necessitudo. — *Necessitas* Necessitúdinem, coniunctiônem & amicítiam . Est.n. necessitûdo, ut inquit Géllius quoddam uínculum religiosæ coniunctiónis & eiusdem significatiónis dicit esse necéssitas,à qua necessarii aliquo iure affinitátis,atq; familiaritâtis coniuncti appellantur.Altera utriusq; uocábuli significántia nota est ómnibus. Quod autem necéssitas pro iure amicítiæ ac affinitâtis uínculo pósita sit,Cæsa.in Pláncia rogatiône ostendit his uerbis. Equidem mihi uideor pro nostra necessitâte,non labôre,nõ óperâ,non indústriâ defuisse.Est autẽ sensus,mihi quid præstantissimum esse uideâtur,quod ad nostram cõsuetudinem , quæ diu inter nos fuit etiam ista necessitudo & coniunctio quęstúræ accéderet,quam sors ipsa, & fortuna nobis dedit,ut quæstor meus esses. Consuetúdinem.Ci.nunquam dixit conuersationem. Accédere, adiungi in Cilícia.huius prouincię initiũ dicũt esse Coracesiũ,oppi.sed Artemiodórus Celedérim ciuitatẽ,ad xii.calen.quintileis,circiter.xx.diem Iunii.Sed animaduerte cum décim⁹ décimo calen.& addécimũ calen.nam per.x.calen.dies certus osténdiť,qui est décimus à calẽ. futûri mensis.Sed cũ dicimus,ad decimũ calẽ.nõ ipsum decimũ diem accipimus, qui est ante calen.futuri mensis,sed aliquẽ diẽ illis próximũ.Itaq; ad pro circitèr accipiendũ est. Quintilis uero mensis à número appellâtus est,qui erat quintus à mártio,à quo annus cœpit inítiũ Inde q̃m Cæ.eo mense natus est,in eius honôrem Iúlius nominâtus est & qui séquiť séxtilis dicebâť, nũc Augustus ab Octáuio Augusto dictus est . September Germánici nomen accêpit.Indè Octobrem Domitiânus iussit suo noie appellâri.Sed ubi infaustum, ut ait Macro.uocabulum uisum est,ex omni ære uel saxo plácuit eradi. Menses quoq; usurpatione tyránnicę appellatiónis exuti sunt.Cautio postea principium diri hominis infausta uiuentium ménsibus à septem usq; ad decem prisca nómina reseruâuit.Faciendum,caue dicas fiendum. Vale. — Necessitas — Necessari⁹ — Coracésiũ — Celéderis — Quintilis

Ex.xviii.Epistola. Cum optatissimũ nunciũ. Magis enim interesse uidetur ad meam necessitudinem,quã nobis sors attribuisset cõsuetudinẽ quoque accedere.Ne antequam tu in prouinciam uenisses,ego de prouincia decederem. Accepi autem à te & missas literas in Ciliciam, cum essem in castris ad x.calen.quintileis,& humanissime scriptas.Qđ item cõsul Virgilius propinquus tuus,familiaris noster, de te humanissime,accuratissiméq; scripsit,ualet id quidem apud me multũ,sicuti debet hominũ amantissimorum diligens commendatio . Sed tuæ literæ præsertim de tua dignitate. FINIS.

potest,& habet mágnum pondus. Sicuti.d.c.quia commendatio amicissimórum nostrórũ multum apud nos ualêre debet. De tu.q.d.si multum ualêrent pro dignitate altérius,quanto magis pro tua. De nostra coniunctione, de nostra beneuolentia , & necessitudine huius tuæ quæstúræ. Máximi ponderis,maximę auctoritátis, máximi effectus. Quæcunque ornamenta , omnes honóres,pónitur enim hic quæcunq; simpliciter pro omnia,neq; habet áliquam uim relatiui in hoc loco. Proficiscentur.a.t.uenient ad te, in te conferentur. Hábitam ratiónem,hábitum respectum hábitam consideratiónem . Tuorum.m.qui hómines clarissimi fuêrunt.

Consequar,efficiam. Interesse,útile esse, hunc autem Cælium eum sine dubio esse puto,quem Ci.de prouincia discêdens,prouinciæ præpôsuit,ut uisum est in epistola quæ incipit.Non potuit accuratius, unde appâret non esse obseruatum,ut epist.in hoc uolúmine ex órdine ponerentur,quo essent scriptę,nam hanc scriptã ante memorâtam ad Cæl.ædilem omnibus sane intelligéntibus facilimè cõstat. Itémq; est de multis aliis in aliis libris dispósitis & maximè,quæ sunt in sequẽti libro ad App.scriptæ , qui fuit procõsul & imperator in Cilicia ante Cic. cum in præcedentibus appáreat eum iam fuisse in prouincia & successisse App. debuerat igitur hic tertius liber,qui séquitur præpôni secundo.

PHI. CVM &c.C.Cælius adolescens nobilissimus & optimus designâtus fuerat quæstor Cice.in Cilicia, quare primum Ci.se ualdè gaudêre ostendit.Deinde quia iam diu neque à Cælio, neq; à quoquam alio líteras accéperat de eius aduentu in Ciliciam , & appropinquabat finis magistratus. Ci.dicit se uerêri ne Cælius tantum differat aduentum suum,ut ipse Cic.ante discésserit ex prouincia.Ex quibusdã autẽ líteris eius dicit se nihil percípere potuisse quia,in his neq; dies neq; locus erat scriptus, unde essent datæ, déniq; ostendit Ci.ꝙ licèt Cæl.à quibusdam sibi amicissimis fuerit cõmendatus: nulla tamen cõmendatio maior apud se esse potest de eius dignitáte,q̃ litera ipsius.Quamobrẽ rogat ipsum,ut ueniat q̃primũ,pollicêtur enim se omnia in eum collocatûrum,quod faciliùs effícere póterit,si fuerit in Cilicia apud eum. Optatíssimũ, gratíssimum,iucũdissimũ. Te obtigisse,te uenisse,electum esse eam sortem,eam fortunam,ꝙ obtigisses mihi quæstor:nam sorte eligebantur.

Eo,tanto. Quo,quanto. Diutiùs,longiori tempore, quia multum témporis fuerat hic Cælius cum Cic.in prouincia , antequam factus esset quæstor. Magni interesse , plúrimi referre, magni esse pónderis & momenti. Consuetudinem,conuersationem,quam habuissemus ante simul in prouincia. Necessitudinem, coniunctionem scílicet quæstûræ. Sors,fortuna. Accédere,addi,adiungi.i.uidebâtur mihi esse máximum quiddam ꝙ ad conuersationem , quæ antea inter nos fuisset in prouincia adiungerêtur etiam ista necessitudo quæstûræ, quam fortunam,quæ te quæstôrem meum esse uoluit nobis dedisset. Scriberêtur,pro scribebâtur, eleganter apud Cic.sæpe ita légitur. De aduentu tuo, quando esset futûrus. Verêbar, timêbam uel dubitâbam. Cáderet, accíderet, simplex pro compósito. Decéderem, abîrem de prouincia ante tuum aduentum. Accêpi,dicit ex eius literis cognouisse eius ingeniũ óptimum,sed nõ quo tempore esset uentûrus. Humanissimè,eruditissime. Officium erga me. Ingenium eruditíssimum. Pérspici,cognôsci. Sed neque significâbant , non indicâbant. Vnde, ex quo loco , an Roma, an aliunde. Quo tempore , an serò an citò. Nec is, nec ille. Attúlerat, ad me líteras tuas. Accéperat a te, sed ab alio , cui fortasse tu ante dedisses ferendas. Ex eo,quia qui accipit líteras ab eo,qui scripsit aut misit,scit quo loco & quo tempore sint datæ,quod scire non possunt,qui interdum per iter ab aliis accípiunt. Quæ de aduentu tuo. Statôres , ut diximus supra satellites. Lictores, ministros meos,ut dictum est supra:existimaui faciendum,ut mítterem,eleganter útitur Cice. pro existimaui mittendos,existimaui faciẽdum,ut te admonêrem,pro existimâui te admonendũ,& sic de reliquis.Oportuno, idoneo,ut possis accelerâre,anteq̃ ego finîto magistratu discêdam. Quàmprimũ,raptissimè,celerrimè. Nam ꝙ dicit nullius literas commendatitias de Cæl. plus apud se ualêre q̃ literas ipsius Cæl. licet istórum,quos nóminat literas plurimùm ualere dicat. Necessarius , amicus. Propinquus , sanguine non habitatione. Statores , hos uernaculo sermone prouisionatos dicimus, à sistendo uel stando appellatos , unde Iupiter stator, quòd stare fecerit fugientes Romanos , & qui apparitôres magistratuum nuncii tabellariiue fuerint statóres appellati sunt. Lictores, à ligando appellatos uult Gellius ex opinione Valgi Ruf. Tiro tamen Ci. libertus à lino , uel à litio , quo cincti erant & magistratibus ministrabant , lictores dictos refert. Propinquus,ad genus, loca & sánguinem, uicinus ad loca. Consobrînus , quasi sororius dictus est . Sobrini enim sunt ex duabus sororibus ex fratre.Cõsobrini uero ex fratre , ac sorore cum alter ex fratre ex sorore alter natus sit.Ac ex duobus fratribus patrueles nominantur. Necessarius,amicus. Maximè.Pom.plurimũ facio pro cuiuscunq; cõmendatione:sed præsertim pro dignitate & honore tuo. Proficiscíscentur,conferenť. Ornamenta honores & commoda. Habitam esse rationem , habêre rationem , cum genitiuo positum significat respectum habere, — *Eo. quo.* — Stator — Stator — Lictor — Propiqu⁹ — Vicinus — Consobrînus — Sorórius — Patruêlis — Hábeo rationem

ASCEN.

Ordo

sed quando ablatiuum ponimus, cum hac præpositióne cum significamus habere commercium atque negocium. Ci. in Cat. maiore. Rationem habet cum terra quæ nunquam recusat imperium.

CVM optatíssimum &c. Gratulâtur Cælio Lucii filio, non quidem superiori sed álteri, quòd sibi quæstor sit designâtus. Ordo est. Cùm ego accepíssem núncium optatíssimum, utpotè te obtigísse, id est sorte quadã euasísse quæstórem mihi, id est in prouíncia mea mecum, sperâbam eam sortem, id est sortiónem fore mihi iucundiórem eò, id est tantò, quò id est quantò, fuísses diutiùs mecum in prouíncia non enim solébant quæstóres assiduè aut statim esse in prouíncia, sed cum pecúnia pública recipienda & militibus persoluenda esset, enim id est quià, uidebâtur, scilicèt mihi interesse, id est referre magni ad eam necessitúdinẽ, id est uínculum amóris, quam sors tribuísset nobis quoq;. i. etiàm. Consuetúdinem. i. familiárẽ conuersatiónem accédere. i. addi sup. Posteaquã nihil scribarêtur mihi, neq; à teipso, neq; ab ullo álio, de aduentu tuo uerébar, quod etiàm nunc uéreor, ne id cáderet. i. eueníret ita, ne pro ut, priusquàm uenísses in prouíncià decéderẽ de prouíncia. Accépi autem, cum essem in castris, ad. i. circitèr. Duodécimum. s. diem, calendas. i. ante, aut inter calendas, quintiles. i. Iúlias, líteras missas à te, scriptas humanissimè, quibus & officiũ, & ingénium tuum posset pérspici facilè. Sed líteræ illæ neque signíficâbant, id est neque exprimêbant, undè. i. de quo loco, neque quo die essent datæ, aut quo témpore ego expectârem te. Nec is attúlerat, supple eas à te, ut scirem ex eo, ex quo loco & quo tempore essent datæ. Quæ, scílicèt quo loco, & quo témpore &c. cum essent incerta, tamen. i. nihilóminus ego exístimâui esse faciendum, ut mítterem ad testatóres meos. i. satéllites, & núncios ad hoc parâtos, quales sunt, quos postos dicunt Galli, & lictóres. i. ministros públicos, cum insígnibus suis, cum líteris meis, quos si accepísti témpore satis opportúno, ut scilicèt ea quæ mandârem exequi posses, tu féceris mihi gratíssimum si uéneris, quàm primùm, id est ualde citò ad me in Cíliciam. Nam quòd Curtius consobrínus tuus, id est sororis patris tui filius, necessárius mihi maximè, id est máxima necessitúdine deuínctus mihi, ut scis: item quod Vírgilius propinquus, id est consanguíneus tuus familiáris noster scripsit accuratíssimè de te, id quidẽ ualet multum apud me. Tantum enim uáluit, quod eum posteà uicárium relíquerit, sicùt díligens commẽdátio hóminum amicíssimórum debet, scilicèt multum ualére, sed líteræ tuæ præsertim de tua dignitáte, & de nostra coniunctióne, scilicèt per uínculũ amicítiæ, sunt apud me máximi ponderis. Nemo pótuit obtíngere, id est sorte euenírẽ mihi, quæstor optátior, scílicèt quàm tu, quamobrẽm quæcunque ornamenta proficíscentur à me in te, hoc est, quibuscunque te ornâbo, ut omnes intélligant rationẽ, id est respectum & curam, dignitátis tuæ, & maiórum tuórum esse hábitam à me. s. in te ornando. Sed ego consequar iam faciliùs, id. s. ut te ornem pro dignitáte tua, si uéneris ad me in prouínciam, quod scílicèt te uenírẽ in prouínciam priusquàm discéssero, ego árbitror interesse. i. in re, & utilitáte esse, & mea, & reipúb. & maximè. i. præcipuè tua. Quia decréuerat eum derelínquere uicárium donèc successor aduenírẽt, quo detiàm ex superioribus fecísse constat. Vale.

Postus

Interest

N. Selsii Luttarei in Epistolarum Familiarium. Ciceronis Librum. ii. additiones.

¶ In. i. Epistola. Quanquam me nomine

Etenim quis est tam impiger tibi in scribendo, q̃ ego? Et eas quidem perbreueis accepi. Quódq; in omnibus rebus tuis fortuna meis optatis respondit. Eas te non potuísse cõsequi, nisi meis puer olim fideliíssimus, atq; amantíssimus consíliis paruísses. Vt ætas nostra iam in graueíscens in amore atque adoleíscentia tua conquieíscat. Non enim uéreor ne non scribendo te expleam, id est satisfáciam animo tuo, quod sic in Ecyra. Terentius. Exple illius ánimum.

¶ Ex. ii. Epistola. Graui teste priuatus sum

Quam è uita decéderet. Me certe habebis, cui & charus æque sis, & periocundus, ac fuísti patri. Nempe studium non defuit. Hic in uetustíssimis quibusdam codicibus ad Curionem principium est alterius epistolæ. Alii legunt. Nuper studiũ non defuit. Equidẽ sententiam meam aut scribam ad te uerbis pluribus, aut ne ad ea meditêre, imparâtum te offendam. Quidnam sénserim. Vt iis bonis, quæ tibi natura, studio, fortuna data sunt. Ingénium, natura, doctrina, studiũ, amicitia, auctoritas, dignitas, Fortuna, diuitiæ solicitudines consequuntur, quæ omnia hæc à Cicerone dinumerantur in Curionis gratiam

¶ Ex. iii. Epistola. Epistolarum genera.

Atque in hoc genere mea causa est hæc, ut neque ea, quæ non sentio uelim scribere. Quarum laudum gloriam admiráris.

¶ Ex. iiii. Epistola. Hæc negocia.

Hæc negocia, quomodo modo sese hábeant, ne epistóla quidem audeo narrâre tibi. Non quod uéreor, ne tua uirtus, quæ & in eo ciue, ac uiro esse debent. Qui rempubli. afflictam, & oppressam, míseris temporibus ac perditis hominum moribus in ueterem dignitatẽ, & libertatem uendicatúrus sit.

¶ Ex. v. Epistola. Nondum erat.

Cum Seruilium Milonis mei familiarem. Nonnulli sic. Cum Sextum Seruium Milonem esse. Ego omnia mea studia, omnémque operam, curam, industriam, cogitationem, mentémque, dénique omnem in Milonis consulâtu fixi & locâui. Studia uoluntatis, ópera córporis, cura animi, industria exercitii, cogitatio consiliórum, mens ingenii sunt. Quod tam uehementer de Milóne labóro. Eam autem tuo uníus studio me ássequi posse confído.

¶ Ex. vi. Epistola, Sera gratulatio.

Noui ánimum, noui consilium tuum, non enim uéreor, ne quid timidè, ne quid stultè facias, si ea defendas. Timíditas ánimo, stultítia consíliis tribúitur. Vnde magnanímitas & pusillanímitas, ac propterea noui animum, noui consilium. Te mi Curio pro tua incredibili in me beneuolentia, meâq; item in te singulâri fide. Præsens tecũ egi, cum te tamen Tribúnum Plebis Tiranno cum P. Lentulo fore non putarẽ, idémq; petiui sæpius per literas, sed tum quasi à Senatore nobilíssimo, & adoleíscente etiam grauíssimo, nunc uerè à Tribuno Plebis, & à Curione homine mihi amicíssimo. Adoleíscente grauíssimo placet potius quàm gratíssimo, itaque cum grauitáte adoleíscentiæ leuitátem moderâtur. Sed ut ne quid noui decernâtur, itaq; senatusconsultum & leges defendendas.

¶ Ex. vii. Epistola. Quid? tu me hoc.

Et Chresti compilatiónes mítteres. Alii sic. Et Chresti compositiones mitteres. Nisi quid ad me ipsum pertíneat. Quo te accuísem. Multúmque mecum Gallus noster, Caninius proficíscebat inde, pridie nonas Quintileis cum hoc ad te literârum dedi. Tibi cum laturum omnia mea commendatíssima esse cupio.

Ex. viii. Epist.

¶ Ex. viii. Epistola. Primum tibi.

Serius uero non negligentia mea, sed ignorantia ómnium. Tũ uero quibus tibi uerbis gratias agam non repério, quod ita factus sis. Scis quem dicam. Qui semper ridêre possémus. Repentè uero incesi omnibus lętitiis, in quibus cum obiurgârer, ita me defendêbam. ego uoluptatem habui nimiam? quid quæris? Nonnulli sic legunt, & fortasse rectius. Ego uoluptatem homini nimiam, quid quæris? Sed hæc pluribus, multàq; alia & de te, & à te cum primũ ero aliquid nactus ocii scribam. Te uero mirificè diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatórem dignitatis meæ.

¶ Ex. ix. Epistola. Tu uide.

Tu uide quàm tardè, quàm ad me líteræ non perferantur. Nec est te iucundius mihi quicquam. Præsertim cum esset tanta res tantæ gratulatiõnis. Et quadam etiam auctoritáte apud omneis, qui me non norant. Ibi quintum & uicesimum iam diem aggéribus, turbinibus oppugnâbam óppidum munitíssimum Pindenúsium. Sin id erit, ut scribis, & ut ego árbitror, sæpiùs illud, quod facile est. Sæpiùs ad illud uígila referendum esse uidêtur.

¶ Ex. x. Epistola. Putares ne.

Vel quia totum negocium non est dignum uiribus nostris, qui maiora onera in repub. sustinere & posimus, & soleamus. Ipseus me admonebat, scripsi hæc ipsis Megalensibus.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIB. III.

M. T. C. Appio Pulchro Imperatori. S. P. D. Epist. I.

Benevolentiæ significatrix commendatio.

SI ipsa respúbli. tibi narrâre posset, quómodò sese habêret, non facili ex ea cognóscere posses, quàm ex liberto tuo Phánia, ita est homo non modò prudens, verum etiam (quòd vidi) curiósus, quapropter ille tibi ómnia explanâbit. Id enim mihi & ad breuitátem est áptius, & ad réliquas res prouidénti. De mea autẽ beneuolétia erga te, & si potes ex eodẽ Phánia cognóscere, tamẽ vidéntur etiã áliquæ meæ partes. Sic enim tibi psuâde, charíssimũ te mihi esse, cũ pro-

¶ Ex. xi. Epistola. Solicitus equidem.

Nam certiora nondũ audiebâmus. Diogenes tuus homo molestus, à me Pesimonte discesit. Iter habêbant ad Ithacum regem, quanquam omnia nec benigna, nec copiosa, nec facilia cognórant. Cum una me hercules mihi etiam ambulatiuncula, atq; uno sermone uestro omneis fructus prouinciæ non confero.

¶ Ex. xii. Epistola. Raras tuas quidem.

Cum sentímus prudenter, fidelitérq; suadétibus idem uidêre. Mea uero officia ei nõ defuisse tu optimè scis, & es testis, quoniam comico μάντις, ut opinor, audit Phania. Cneus institutorum, & rationum earum dissimilitudinem habet cum illius administratione prouinciæ. Mihi erat in ánimo quam iuris dictionem conferam, cunctæ res locupletantur in publicánis etiam superióribus lustris.

¶ Ex. xiii. Epistola. Fabio uiro optimo.

Sed in hoc homine nullam excipio excusationem.

¶ Ex. xiiii. Epistola. Non potuit accuratius.

Cæsarem honestíssimè esse cupio. Distractus enim mihi uideris. Ego de prouincia decédens, quæstorẽ Cęlium propósui à dignitate prouinciæ. Multo antè discésserat à Qu. fratre, unde imperâri non póterat. Nõnulli sic recipiũt lectionem istam. Pontinius multo ante discésserat à Qu. fratre Pontinio imperari non poterat. Senatum eos noluisse prouinciis præesse, qui ante præfuíssent. Dénique nunc solícitus non sum, nam si fratrem reliquíssem, omnia certè timérem.

HVBER.

SIPSA respub. Rogâtus Cic. ab Appio pulchro imperatore in Cilicia, ut sępe ad eum scríberet, quid in rep. agerẽtur, dicit se brevius scríbere, quia Phánia eius libertus uir curiosíssimus ómnia diligentíssimè explanâbit, quẽ summópere laudat. Itaque hac causa de rep. parciùs scribit, de amóre autem suo erga eum ita summatim scribit, ut dícat eum sibi charíssimum, & propter humanitátẽ eius, & propter gratitudinem. Itaque pollicêtur se esse reſartúrum quicquid intermíssum est, officiis, & literis. Postea laudat etiam Cílicem libertum Appii, ita tamen ut ei uideâtur antepónere Phániam, de quo in principio epistolæ dixit. Postremò commendat ei. Val. quendam iuris professórem quem & gratum erga Len. esse ostendit, & máximam, habêre fiduciam in literis Ci. de se cõmendatiis ad Len. Ipsa, quæ optimè se nouit. Narrâre posset. haberet linguam, ut posset ipsa statum suum exprímere. Quómodo, in quo statu. Faciliùs, clariùs. Liberto. Libertus is dicitur, qui cum esset seruus manumíssus est, & libertâte donâtus. Ita est non modo prudens, intélligens & memor eorum quæ uidit, aut audi-tes prudẽ uit. Nam prudéntiæ tres sunt partes, intelligéntia præsentium, memória præteritórũ, prouidéntia futurórũ.

Cilix

Ordo

Libertus

Tres partes prudẽtiæ

Curiosus, solícitus diligens in inuestigandis rebus.

Quòd uidi. i. quantùm uidi & cognóui. Explanabit, plane declarâbit. Id enim dicit dupliciter sibi prodesse, quod Phánia ómnia Ap. explanâbit. Id. s. ꝙ oĩa tibi explanâbit. Ad breuitátem literárum, ut breuiùs scribam, prima commóditas. Et ad reliquas res. i. cæteras in repu. tractandas: secunda commóditas. Prouidentiùs, aptiùs & utiliùs. De mea, dicit sua interesse aliquid scríbere de suo erga Appium amóre, licet Phánia possit etiam aliquid referre. Alique meę partes, aliquantum mea interesse, & esse ex áliqua parte officium meum. Persuáde ti. certíssimum habe, cõfide. Suauitátes, delectatiónes ingenii quo plúrimum polles, ego autẽ ualdè delector ingeniosis. Humanitátis doctrinæ. Officii, quod assiduè præstas

in seruanda amicitia nostra. Tum, alia causa quare habet ipsum amicissimum, quia nouerit ipsum gratissimum acceptorum à se beneficiorum. Accidisse, euenisse. Quæ.p.s.quæ collata sunt à me in te.

pter multas suauitátes ingénii, officii, humanitátis tuæ, tùm quod ex líteris tuis, & ex multórum sermónibus intélligo, ómnia, quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratíssima.

PHI.
SI IPSA respu. Fuerat olim inter Cic. & Ap. singularis beneuolentia, & iucundissima consuetudo, quæ aliquantùm intermissa, hic nunc literis reuocâtur in gratiam. Méminit uéteris inter se consuetudinis, & ita narrat omnia, ut simultátis oblítus esse uideâtur. App. in Cili. procon. & imperator, erat exércitus, ad eum Phánia se confert, cum cōfert, cui dat Ci. ad App. líteras breuióres quàm instituerat, quoniam relaturum esse Phánniam omnia diligentius putábat, quæ in repub. gerebantur. Tangit adhuc quædam de amóre suo in Ap. quem dicit esse sibi charissimum, & longi témporis usûram, qua caruerunt literarum crebritate resarturū. Laudat & item Phanniā, & in calce literárum ei. L. Vale. commendat. Respu. Roma. apud Diony. inquit se audire multas esse apud Græcos & Bárbaros rerum publicárū formas: tres uero ex ómnibus esse ab eis, qui utantur summè laudâtas, nec ullam tamen earum esse sincêram, uerum pestes adesse quasdam unicuique ingénitas, ita ut difficilis fieret optimè eléctio, uidebâtque eos per ócium consultántes dícere utrum se ab uno gubernári, an à paucis uellent, an constitútis légibus pópulo permíttere reipu. patrocinium. Narrare, tanquam res animâta. Quómodo, quo in statu & fortuna. Prudens, ut méminit omnia, quæ uidit & audiuit in repu. Pruden-

Prudentiæ partes
tiæ partes sunt: memoria, intelligentia, & prouidentia. Curiósus, diligens, & accurátus ad indagandas & perscrutandas res. Id enim quòd Phannia sit ita prudēs, & quod facilius omnia explicâbit. Ad reliquas res prouidentius, cum ea quæ sunt secreta rerum in rep. tractanda, quæ tuis líteris committi non possint, ipse tibi omnia explicâbit. De mea autē beneuoléntia. Id nunc non diceret, nisi simultas inter eos fuisset exorta intermissa amicitia. Meæ partes, officia & effectus, partes enim numero pluratiuo, idem significant quod officium, ut
Pars
meæ partes sunt, hoc est meum officiū, & ad me áttinet, ad me pértinet, mei múneris est. Persuáde, certíssimum puta. Suademus facilia, persuademus difficilia. Et suadére facientis est, persuadere perficientis. Ingenii, optimæ
Hūanitas
naturæ: & est διαλύτορ. Officii, quo me proséqueris. Humanitatis, nūc mansuetudinē, quam Græci φιλανθρωπίαν
Suadeo
dicunt, alias eruditionē significat, in qua significatióne nunc etiam cápere póssumus: unde humánitatis studia
Persuadeo
nuncupantur. i. eruditionis, quā παιδείαν Græci uocant, quod in Ca. maiore uidêtur accepisse, cum ait. Non solum Athenis cognomen deportasse, sed prudentiam, & humanitátem intélligo. Quod tamē apertius Varro demonstrauit. Praxíteles inquit, qui propter artificiū egregium némini est paulum modo humaniori ignôtus.

ASCEN.
SI IPSA respúb. &c. Hæc est prima. iii. lib. epístola ad Appium pulchrum, ad quem réliquæ ferè scribentur. Est autem amicítiæ reconciliatiua, & imitatióne digna. Primùm commendat Phániæ prudéntiam. Deindè, amórem suum in Appium modestè cōmémorat, & Ap. mirificè láudat, tùm Cílicem libertum eius extollit, & demùm Valē. láudat. Sanè, quia Cic. Ap. in Cilíciam succêssit, undè. ii. libri epístolæ missæ sunt, constat argumenta tertii libri ante. ii. argumenta euenisse. Vndè non contéxitur hæc históriа in epistolárum série. Ordo

Ordo
autèm uerbórum hæc est. Si ipsa respúb. posset narrâre tibi ô Ap. quómodò ipsa habêret sese, tu posses facilius cognóscere. s. id ex ea, quàm ex Phánia liberto tuo, ita. i. usq; adeò est ipse homo, non modò, id est non solùm prudens, uerum etiàm, quod. i. quantū uídeo, uir æquus. i. iustus & curiósus. i. solers, scrutâtor rerum, quaproptèr ille explanâbit tibi ómnia. s. negócia reipúb. id enìm est mihi, & . i. simùl aptius ad breuitátem, & prouidentius. i. consultius ad réliquas res. Et si. i. quanquàm, tu potes cognóscere ex eódem Phánia de beneuolētia mea erga te, tamèn etiam áliquæ partes uidentur meæ. i. ad me spectâre, ut insínuem tibi. Enim. i. quià persuâde tibi sic, te esse charíssimum mihi, cùm. s. ita sit φ propter multas suauitátes ingénii. Officii, humanitátis tuæ, tùm. i. multò magis, quod intélligo ex líteris tuis, & ex sermónibus multórum, ómnia, quæ profecta sunt à me, in te, idem ómnia beneficia, quæ in te cōtúlerim, accidisse gratíssima tibi.

HVBER.
QVOD, quæ res. i. quòd ómnia quæ in te cóntulit tibi accíderint gratíssima. Effíciam, cónsequar re ipsa & effectum faciam. Sárciam, refíciam, emendam. Translátio sumpta à uéstibus, quę scissę & ruptę dicuntur resarcîri. Terent. in Adelph. Vestes scindit resarcientur, ita per translatiónem dicūtur resarcîri res, quæ sunt interruptæ & intermissę. Vsûram, usum fructum. Qua, usura. Intermissa, interrupta, cessante. Et gratia, beneuolentia, & hæc sunt quibus uult resarcîre usuram temporis. s. gratia ad amorem crebritáte & magnitúdine, ut frequētióra, crebrióra & maiora fiant quàm consueuêrūt. Id, ut resárciā, & grátia & crebritáte & magnitúdine officiórum. Non inuîta Minerua, non repugnante natu-
Minerua Inuita.
ra & ingenio meo: nam Minerua plerunque apud Cicerónem pro ingenio pónitur. Item Hora. Tu nihil inuita facies dicésue Minerua. Quoniam tu ita uis quoniam ita tibi placet, & sentis quòd nō inuita Minerua omnia faciam. Quam quidem, Mineruam. i. promptitudinem ingenii. De tuis, scriptis & officiis súmpsero. i. si súmpsero idem ingenii officium, quod præsto non solum
Pallas Appias
appellabo. i. Mineruam tuam. Pallada, hoc est suo nomine, sed Appiada, ut à te accipiat nomē. q. d. ingenium & mansuetudinem quandam Appianam. Appias autem habet formam patronymici ab Appio, hæc Appias Appiadis. Cilix. laudat hunc libertum. Serui enim

Quod cùm ita sit, perfíciam profectò, vt longi témporis vsûram, qua carúimus, (intermissa nostra consuetúdine) & grátia, & crebritáte, & magnitúdine officiórum meórum sárciam. Idque me (quoniàm tu ita vis) puto (non inuîta Minerua) esse factûrum: quam quidèm ego, si fortè de tuis súmpsero, non solùm Pállada, sed etiam Appíada nominâbo. Cilix libertus tuus anteà mihi minùs fuit notus, sed vt mihi réddidit à te líteras plenas amôris, & offícii, mirificè ipse suo sermōe subsecûtus est humanitátem literárum tuárum. Iucunda mihi eius orátio fuit, cum de ánimo tuo, de sermónibus, quos de me habêres, quotidiè mihi narrâret. Quid

plerunq;

quæris? bíduo factus est mihi familiâris ita tamèn, vt Phániam valdè sim desideratûrus: quem cum Romam remíttes, quod (vt putabâmus) celeritèr eras factûrus, ómnibus ei de rebus, quas agi, quas curâri a me voles, mandáta des velim. Lúcium Valérium iurisconsultum valdè tibi commendo, sed ita etiàm, si non est iurisconsul. meliùs enim ei cauêre volo, q̄ ipse áliis solet. Valdè hóminem díligo. Est ex meis doméstícis, atquè íntimis familiáribus. omninò tibi agit grátias sed idem scribit, meas líteras máximum apud te pondus habitûras. Id eum ne fallat, te etiam atq; etiam rogo. Vale.

Cilix.
plerunq; à prouinciis accipiunt nómina, ut à cilicia Cilix, à Syria Syrus, eádem nómina rétinent facti liberti. Minus notus, incógnitus. Sed ut. sed postquam amoris tui erga me, illis líteris demonstrati. Mirificè. ualdè. Subsecûtus. imitâtus: nam sicut tu humanè scripseras ita & ipse humanè mecum loquûtus est suo sermóne quem mecum habuit de te. Iucunda. grata. Oratio. sermo. Cum de. hoc est, cum máximè mecum loquerêtur, & φ me ames, & φ de me quotidiè honorificè loquâris. Quos. sermónes. Habêres. díceres. De me, de mea commendatióne honorificè. Bíduo duóbus diêbus. q. d. breui spatio témporis. Ita tamèn subáudi est factus familiáris, & præpônit Phániā huic Cílici. Sim desideratûrus. expectatûrus. Quē Phániam. Cum remíttes. ex Cilícia. Quod remíttere ipsum Romam. Celeritèr. breui. Vt putabâmus. quia sciebâmus multa esse, quæ Romæ esses missûrus. Des mandáta. ei mandes & cōmittas. Agi. tractâri. Lúcium Valérium. commendat ei amícum & familiárem suum. Iurisconsul. iurisperítum & sapientem. Ita enìm se appellâbat, ut dictum est in última epístola primi libri. Sed ita etiā. subáudi commendo. Si quis. Non est. nam árrogat sibi id nomen: dicit ergo Cic. eum tibi commendo, etiam si non est is, quem profitêtur. Cauêre. consúlere, prouidêre. Quàm ipse áliis, qu ia propter imperítiam iuris plerunq; amíttit cáusas, quas súscipit defendendas. Hóminem. Valérium. Intimis propinquióribus: ab intra enim dedúcitur intimus. O-
Intimus
mnino, ostendit eum esse gratum erga App. quia grátias agit Appio de his quæ erga eum fecit. Idem. Len. Scribit. ad me ex Cilícia. Líteras. commendatítias. Id. quod meæ líteræ habêbant magnum pondus apud te. Ne eum fallat. ne hac opinione decipiâtur.

PHI. Vti Vsura
VSVRAM, commercium illius témporis, quo simùl usi non sumus. Et uti pónitur pro uíuere. Terent. Dédéris unde utâtur, id est uiuat. sic usura dicitur etiam uita, ut est illud. Vnius usura more gladiatóris isti uim dedisset. Sárciam. refíciam, à scissis uéstibus ducta metáphora, quæ resarcîri dicuntur quando scissæ sunt. Quoniam tu ita uis. ita uíderis pétere a me. Non in. M. non repugnante natura. Sic Maro. Quid faciam crassa Minerua mea est. & Horat. Tu nihil inuita facies dicésue Minerua. Quam mineruam, & promptam naturam. Non solum Pallada, sed Appiada: allusit utriq; nomini Mineruæ, quæ etiam Palla nominâtur & Appiū: unde à
Pallas
Minerua dixit Pallada. ab Appio Appiada. q. d. ingenium quoddam Appianum, & Minerua à uerbo πάλλω, qđ
Vnde et Minerua
est quatio Pallas nominata, & ab Appia Appiados. Quòd autem uim minêtur, Minerua nuncupatur. Cilix Phania. Errant qui alium credunt. Seruorū nómina multis sumebantur modis. Aut à nationibus, ut Cilix Misis Syrus. aut à mo ribus, ut Pseudulus. Dauus. aut a negocio, ut Dromo. aut ab accidentibus, ut Lesbia, aut ex specie formæ, ut Pinatius, nec mutabant nomina, & si liberti fiebant. Literarum tuarum. Nota quòd sicut uerba benè in fine adaurescunt, sic etiam pronómina. Iucundæ. quę mihi lætitiam & uoluptatem áttulit. Quotidie. non semel, sed assiduè. Quid quæris. quid opus plúribus. Sed ita. scílicet tibi commendo. Et si nō est iureconsultus, quanuis non sit iurisconsultus, id enim sibi nóminis arrogâbat. Cauêre. prouidêre, con-
Caueo.
súlere: iocâtur Tullius commendando Vale. Ap. Erat homo fortasse non multum erudítus, ideò sic de ipso lóquitur. Solet interdum cum amicis iocâri, cum esset ádmodum facétus, in Lentu. enim génerum suum inquit, Quis génerum meum gladio alligauit? Et in Vatinium cónsulem. Magnum inquit ostentum anno Vatinii fa-
De Ciceronis facetiis
ctū est, quod illo cōsule nec bruma, nec uer, nec ęstas nec autumnus fuit. Item in eundē. Volui in cōsulatu tuo uenire, sed nox me comprehendit. Itē semel interrogatus post Cæsaris uictóriam, cur in electione partis errasset, respondit iocâtus in Cæsa. Præcinctura me decêpit. Et item ad Cassium de Cæsa. morte, uellem Idibus Martiis me ad cœnam inuitasses, profecto reliquiárum nihil fuisset, nunc me reliquiæ uestræ exercent. Plúrimùm his iocis Cic. delectatus est, ex quibus Tiro eius libertus libros fecit. Dícitur autem iureconsultus & iuriscon-
Iurecōsultus
sultus à consultando appellatus, unde etiam consultor. Sed consultus est, qui doctus & sapiens, dignus quidē à quo petâtur consilium, tam participio q̄ nómine. Consultor uerò qui consilium dat aliis, & qui ab aliis con-
Cōsultor
silium capit. HOMINEM illum. L. Valerium. Etiam atque etiam. pro uehementèr: interdum etiā significat ad
Cōsultus
huc. Teren. Non satis me pernosti etiam qualis sim Simo. Et alibi, nil suspicans etiam mali.
Etiam

ASCEN.
QVOD. id est quæ res, scilicet omnia à me perf ecta tibi gratissima accidisse, cum sit ita, ego perficiam pro-
Ordo
fectò, ut sarciam id est reficiam, hoc est refíciam profectò, usuram, id est usumfructum, commercium & mutuum nostri usum longi témporis, id est quo & quanti potuissêmus, & non sumus usi per longum tempus, utpotè quo carúimus consuetúdine, id est familiari conuersatione. intermissa, id est ad tempus omissa, sarciam inquit, & gratia & crebritáte, id est fauôre meórū, & frequentia & magnitudine officiorum, scilicet in te collocatórum, & ego puto me facturum, id quoniam tu uis, ita scilicet ut id putem, Minerua, id est naturali indû-
Minerua
stria mea, ac ui ingenii mei non inuîta, id est astipulante. Vnde Flaccus. Tu nihil inuîta facies dicésue Miner-
Pallas
ua: quam scilicèt Mineruam. si ego fortè súmpsero de tuis scilicèt rebus ordinandis, ego nominâbo non solū
Appias
Pallada, ut uulgo dícitur, sed etiam Appiada, hoc est nomie à te ducto, ut sit Minerua Appias, aut quasi Appii filia, aut quòd ad Appium pértinens: nam forma patronymici fœmínei, sæpe pro possessiuo útimur. Cilix,
Cilix
id est homo è Cilicia, non Phania, sed alter, libertus tuus, fuit mihi minus notus anteà, sed ut reddidit mihi literas à te, scilicet missas plenas, & amoris & officii, id est honorifici obsequii, ipse subsecutus est, id est, comprobauit sermone suo mirificè humanitatem literarum tuarum. Oratio eius fuit iucunda mihi, narrâret mihi quotidie, de ánimo tuo, scilicet in me, de sermónibus, quos habêres de me. Quid quæris, scilicet éxitum rei, ipse factus est mihi familiaris biduo. i. spacio duorum dierum, ita tamen, ut sim ualdè desideraturus Phaniam,

Universidad de Deusto Biblioteca

niam, ergo non idem est, quod Phileticus tamen asserit, quem scilicet Phaniam, cum tu remittes Romam, qđ facturus erat, s. cum hæc scriberêmus celeriter, ut putabamus, uelim supple ut des ei mandata, id est ut dicunt commissiones de omnibus rebus, quas uelles curari à me. Ego commendo tibi Lucium Valerium iurisconsultum, quo nómine eum irrisit in ultima epistola primi libri, quæ ideo forte ad finem huius erat ponenda, qđ non sub Léntulo, sed sub Appio in Cilicia esset, unde nunc addit. Sed ita sup. commendo eum, etiam si non est iurisconsultus, ego enim uolo cauêre, id est consúlere, & prouidêre melius ei, hoc addendo. posset enim dicere Appius se nullum Valerium iurisconsultum illic nosse. q̄ ipse solet, scilicet cauêre aliis, scilicet quos deferédit. EGO diligo hominem ualdè. ipse est ex meis domesticis, atque intimis familiaribus. Ipse agit omnino tibi gratias, scilicet de impensis beneficiis, sed idem scribit meas literas habitûras maximum pondus apud te, rogo te etiam atque etiam, ne id quod scribit fallat eum. Vale.

¶ In M.T.C. Epistolarum Tertium librum additiones.

Ex. pri. Epistola. Si ipsa respu.

Si ipsa respu. tibi narrare posset quómodo sese habet non facilius ex ea cognoscere posses, quàm ex liberto tuo Phania, ita est homo non modo prudens, uerum etiam (quod uidi) æque curiosus. Alii sic uerum etiam (quod uidi) æquus, & curiosus. Nonnulli sic. Ita est homo non modo prudens uerum etiam æquus & (quod uidi) curiosus. Id enim mihi & ad ueritatem est aptius, & réliquas ad res prudentius. Quod cū ita sit, perficiam profecto, ut lōgi temporis amicitiam, qua carúimus intermissa nostra consuetudine & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum nostrorum reficiam. Sed ut mihi réddidit à te literas & amoris & officii plenas. Iucunda mihi eius oratio fuit, cum de aio tuo, de sermonibus, quos de me tu quotidie habêres, mihi narrâret. Léntulum Valerium iureconsultum tibi ualdè commendo. Valde hominem diligo, & est ex meis domesticis, atque intimis etiam familiaribus.

IVBER. CVM &. Nec queras órdinem epistolārū non enim extat. nam supra Cice. in prouinciam procónsulem fuisse légimus, nunc uero nondum profectum uidemus. Successit Appio, & illi priusq̄ in ꝓuinciam se contulisset hac epistola blādiendum putauit. Sciebat enim Appiū molestè latûrum dari sibi in prouīcia successórem maximè Cic. cuius administratione eius laudes, & benè gesta facilè obscurâri possent. optabat etiam Appius in ꝓuincia diutiùs permanêre. Quapropter nunc Cice. contra uoluntatem suam sibi accidisse conâtur ostendere, ut in prouinciam proficiscâtur, sed ad consolationem suam hoc duntaxat unum inquit accédere, quod nemo unquā Appio succédere potuisset, q esset ei amicitior q̄ Cice. nec Ciceroni quispiam trádere prouinciam quā expeditissimam maluisset, q̄ Appius, & ad id faciēdum, & ad mutuum inter se amorem conseruandum uehementer hortâtur. Hanc ob causam Cic. in Ciliciam mittebâtur, quoniam máximus Parthici belli timor instâbat. Contra uoluntatem. Inuitus enim ab urbe discedêbat. Cum imperio. præessem exercitui, contra Parthos. Hæc una pręcipua. & quasi sola. Occurrêbat. eueniebat mihi, ueniêbat in mentem. Quod ne. hæc est illa consolatio. Qui mallem. magis uellet q̄ tu. Explicâtam. líberam, ómnibus controuersiis solûtam. Ab ullo. a quoq; alio. Quod. dixit quid speret ab Appio, nunc dicit quid si App. eádem habuerit spem de eo minimè fallêtur.

Amicus, Amicior

M.T.C. Procon. Appio Pulchro Imperatôri. S.P.D. Epist. 2. petitoria.

CVm & contra volūtâtem meam, & præter opinionem accidisset, vt mihi cum império in prouínciam proficisci necesse esset: in multis & váriis molestiis, cogitatiónibusq; meis, hæc vna consolátio occurrêbat, quod neq; tibi amicítior, q̄ ego sum, quisquā posset succédere: neq; ego ab vllo prouínciam accípere, qui mallet eam mihi q̄ maximè aptam, explicâtamq; trádere. Quòd si tu quoquè eandem de mea voluntáte erga te spem habes, ea te profectò nunq̄ fallet. Ate máximoperè pro nostra summa coniunctióne, tuaq; singulári humanitáte etiā atq; etiam

Nunq Ea. spes. Nunq̄ pro non. ut Nunq̄ hodiè effugies, & Nunq̄ hodiè omnes moriêmur inulti. possumus tamen intelligere nunq̄ nullo témpore. Ea te. adiûrat nunc ipsum Appium, ut ei tradat prouinciam

PHI. CVM &. Designâtus Cice. imperátor in Cicília, & successor Appii, cum eius ingénium nosset, quod ægrè latûrus esset dari sibi successôrem, quia uoluisset diutiùs esse in prouíncia, & maximè Cicero. qui singulári prouidéntia potuisset láudes Appii, si quas esset adeptus in administratióne prouinciæ, obscurâre. existimâuit Cicero hac epistolā Appium esse leniendum, & sibi conciliandum. Itaq; ad executiónem suam ostendit, quod contra uoluntátem suam, & opiniónem accidisset ei, ut imperâtor in Ciliciam proficiscerêtur, succéderetq; Appio in multis & uariis molestiis suis hanc consolatiónem áccipit, quod neq; quisquam posset succédere Appio qui esset ei amicítior q̄ ipse Cícero, nec Cic. posset succédere alii, qui mallet ei trádere prouínciam líberam & expedítam q̄ Appius. quod quidèm ita de se affirmat esse, hortâturq; Appium, ut eodem modo erga eum sit affectus, ut ei prouínciam tradat líberam, & expedítam, ut faciliùs sit ei administrátio, quod si fécerit pollicêtur, & affirmat fore, ut ipse Appius magnam ex hac re cápiat uoluptátem. Contra uoluntátem. quia nolêbam hoc negócium prouínciæ administrandæ, cum multò libentiùs essem Romæ. Opiniónem, quia nunquam opinâtus essem, ut qui sólitus sum gérere consulâtum ad proconsul. & minôrem magistrâtum elígerer. Accidisset. euenisset. Cum imperio. cum dignitate imperiali, & exércitu. In prouincia. Cilicia, cui tu præes. Necesse esset. cógerer ex senatusconsul. In multis. ad numerum: quia multas habebat molestias. Variis. diuersis ad qualitatem. Necesse est. quasi cogerêtur à senatu. Consolatio. solatium & solamen in re est, consolatio in uerbis. Occurrêbat. in mentem ueniêbat, alias obuiâre significat

Solatiū
Solamen
Cōsolatio

significat. Iuuenalis. Occurrit matrona potens. Amicitior. ab eo quod est amicus amici fit amicitior, errant qui amicior dicunt. Amicus

ASCEN. CVM & contra &c. Argutissimè signíficat Appium gaudêre debêre se illi successórem esse designatû m cum sciat Appium id minimè uelle; uel ꝙ prouínciam sibi prorogâri mallet, uel mi nôrem successórē, dari, ne Cícero sui nóminis splendóre & uitæ integritáte, famam ac glóriam Appii déprimat: dicit ergò contra uoluntátem suam accidisse, sed quià áccidit se curatûrum, ut Appio gratum sit. Ordo est. Cum accidisset, &, id est páriter contra uoluntátem meam, &, id est páriter præter opiniónem, ut necesse esset mihi proficisci in prouínciam. sup. tuam, quod tamèn non dicit, cum império, id est tanq̄ imperatóri, hæc una consolátio, quam dictûrus est, occurrêbat mihi in multis, & uáriis molestiis & cogitatiónibus meis, uidélicèt ꝙ neq; quisquam amicítior. Errant ergo qui amícior dicant tibi q̄ ego sum, posset succédere tibi neq; ego supple possem accípere prouínciam ab ullo, qui mallet, id est uellet magis, scilicèt q̄ tu, trádere mihi eam, q̄ maximè. i. summè aptam, & explicâtam. i. euácuam & expedîtam, ómnibus curis & impedimentis. Quòd si tu quoquè habes eandem spem de uolūtáte mea erga te, profectò ea. s. spes, nunquàm fallet te.

Ordo

peto, & quæso, vt quibuscunq; rebus póteris (póteris autē plúrimis) prospícias, & cónsulas ratiónibus meis. Vides ex senatusconsulto ꝓuinciā eē habēdam, si eā (quo ad eiùs fácere potúeris) q̄ expeditíssimā mihi tradíderis, facílior erit mihi

HVBER ¶ QVAESO. rogo. Peto. gratis éxigo. Coniunctióne. amicítiâ. Prospícias. prouídeas, quod declarâuit cum dixit cónsulas, nam Cōsúlere hoc in loco pro prouidêre accípitur. Ratiónibus. utilitátibus & negóciis. Póteris autem. parénthesis est. Ex senatuscon. non mea uoluntáte, sed quia ita senâtus decrêuit. Si eam. ordo est. si tradíderis eam mihi q̄ expeditíssimam, quod quidem fácere póteris, quasi decursus mei témporis erit facílior.

HVBER. ¶ QVASI decursus. administrátio: translátio est, ideò dixit quasi. Quod qui. quam rem. s. trádere eam mihi mihi expeditíssimam. Tui consilii. tuæ deliberatiónis. i. tuum est consúlere & deliberâre. In eo génere. in hoc negócio componendæ, & expediendæ prouíncię, quam mihi tradas. Ego, sensus & ordo est. Ego ualdè rogo te id, quod uéniet tibi in mentem, interesse mea, hoc est mihi esse útile, & ad me pertinêre. Veniet in mentē cogitábis. Plúribus. dicit tribus de cáusis se non plúribus ad eum scríbere. Si autem. prima cáusa: humáni. n. uiri non expectant longam oratiónem. Aut. n. a. amíco enim satis est significâre, quid ab amíco uelit. Paterêtur. síneret, permítteret. Id. scríbere ad te plúribus.

Decursus

quasi decursus mei témporis. Quid in eo génere effícere possis, tui consilii est. Ego te, quod tibi véniet in mentem, mea interesse valdè rogo. Plúribus verbis ad te scríberem, si aut tua humánitas longiôrem oratiónem expectâret: aut id fíeri nostra amicítia paterêtur: aut res verba desiderâret, ac non pro se ipsa loquerêtur. Hoc velim tibi persuádeas, si ratiónibus meis prouîsum a te esse inteléxero, magnam te ex eo, & perpétuam voluptátem esse captûrum. Vale.

Aut res. tértia cáusa. i. si res egêret uerbis: honesta enī res non eget multitúdine uerbórum, quia spōte sua sese commendat. Ac non. subáudi si. Ipsa, res. Non loquerêtur. pro se. pro commendatióne sua: uidêtur autē honesta res loqui pro se, quia inuîtat, & quodam modo cogit hómines ad se suscipiendam aut faciendam.

Hoc uelim. pollicêtur remuneratiónem huius petitiónis, si eam impetráuerat: quia Appius cápiet magnam & perpétuam uoluptátem ex eo quod fécerit, quia cognoscet se præstitisse offícium grato uiro.

¶ Ex. secunda. Epistola Cum & contra uoluntátem.

Cum contra uoluntâtem meam, & præter opiniónem etiam meam. Quod neq; tibi amicitior, q̄ ego sum, quisquam posset succédere. Qui mallet eā q̄ maximè mihi aptam, explicatamq; trádere.

Quoadeiu
PHI. ¶ QVAESO. nūc rogantis est, aliás obiurgātis. Quo ad eius. hoc est inquantùm. Sic in rhetóricis. Cū assentióne auditórum, quo ad eius fieri póterit. Coniunctione. familiaritate. Rationibus. utilitatibus & negociis. Decursus. administratio prouinciæ μεταφορικῶς. Tui consilii. ad te pértinet consilio tuo decérnere. Génere expediendę prouinciæ. Plúribus. treis enim causas adducit non plura scríbere oportêre. Rationibus. negociis: & est remuneratio beneficii, si quod petit Cicero faciet Appius. Magnę enim uoluptati est se cognóscere grato & bono uiro beneficium pręstitisse, & sic à sensu cōtrario, magno dolôri est ingrato & malo uiro beneficium præstitisse. Magnā uoluptatē. remuneratio, quæ secutura est, si quod petitum est, conferêtur.

Quæso

ASCEN. ¶ EGO peto à te, & quæso. i. quęro maximópere. i. máxima diligéntia & óperâ, etiàm atque etiàm. i. iterùm atque iterùm. pro summa nostra cōiunctióne, & tua singulári humanitáte. i. propter uel summam coniunctiónem nostram, & singulárem humanitátem tuam, ut prospícias & cónsulas ratiónibus, i. rebus meis in prouíncia obeundis, quibuscunque rebus tu póteris (póteris autem plúrimis). Tu uides, quia scit ei scriptum esse, ꝓuínciam esse habendam. i. oportêre habêri à me, ex senatusconsulto, si tradíderis mihi eam expeditíssimam. i. minimè implicâtam: quod quidèm póteris fácere, facílior erit mihi quasi decursus. i. leuis tránsitus mei témporis. Est tui consílii. i. pértinet ad consílium tuum prospícere quod possis effícere in eo génere. Ego rogo ualdè te. s. ut fácias, id quod uéniet tibi in mentem. i. quod considerâbis interesse. i. in utilitáte esse mea. Ego scríberem ad te plúribus uerbis, si aut humánitas tua expectâret oratiónem longiórem, aut nostra amicítia paterêtur id fieri. aut res desiderâret uerba, ac ipsa. s. res non loquerêtur pro se. Ego uelim sup. ut persuádeas tibi hoc, si intelléxero esse prouîsum. i. consultum ratiónibus. i. rebus meis, à te, te captûrum ex eo. i. ex ea re, uoluptátem magnam & perpétuam. Vale.

Ordo

HVBER. A D.XI.Cal.Electus imperâtor, ut díximus Cice. proficiſcens in Ciliciam, cum eſſet Brunduſii, dicit ſe edoctum à Quinto. Fabio legato Appii ex eius mãdatis,opus eſſe plúribus milítibus ad tutandam prouinciam,rogabâturq;,ut daret operam, ut hi mílites mitterentur. Itaque ſcribit hoc uenisſe in mẽtem,non ſibi ad quem pertinêret,ſed uniuerſo ſenatui, ſeq; id diligenter agitaſſe,antequam diſcéderet Româ ſed nihil potuiſſe cõfici ante diſceſſum, quia omnes inſtabant,ut celéritèr diſcéderet. Poſteà uero rogat Appium ſicut in præcedenti epíſtola, ut ſtudeat ei trádere prouinciam q̃ expeditiſſimã. Deĭde quia ſcrípſerat Appius ad ſenatum ſe dimiſiſſe multos mílites,Fabius autem díxerat eum nondum dimiſiſſe, ſed tantúmmodò cogitaſſe dimíttere,rogat eum , ut ſi nondum dimiſit, nollit ullo pacto dimíttere,nec uelit imminúere illas p uas quas habet,ne Ci.inuéniat poſteà prouinciam uacuam,& ſpoliâtam milítibus, quod à ſenatu ita decretũ eſſet idem.Poſtremò dicit ſe nauigatûrum Ciliciam uerſus,cum primùm.G.Pontinius legatus uénerit Brunduſium,oppidum eſt(auctor Pomp.Mella)in Calabria. Mihi præfuit mihi præſto ſe óbtulit. Ex màndatis tuis.ſecundum mandata tua,ita enim ei mandâueras. Ad quem pertinêbant. qui debuerant hæc multo magis q̃ aliis cogitâre. Firmióri.ualidióri. Præſidio,mílitum munitióne,nam ut ſupr a díximus,quæ ad tutelam locórum ponuntur,præſidia appellâmus à prȩſidendo,ꝙ ante ponantur quàm periculum aduéniat.Nam ſubſidia dicuntur,qui laborantibus periculo mittuntur,ergo firmiori præſidio,maiori copia militum.Iſtam ubi tu es,& ſubaudit tuendam.

Præſidia
Subſidia

M.T.C.Appio Pulchro Imperatori.S.P.D. Epist 3.

A D.XI.Calen.Iúnias Brundúſium cùm veniſſem, & Quintus Fábius legátus tuus mihi præſtò fuit,eaq́; me ex tuis mádatis mónuit, quæ non modò mihi, ad quem pertinêbant, ſed vniuerſo ſenátui vénerant in mentem, præſídio firmióri opus eſſe ad iſtam prouínciam.

ASCEN. A D.XI.&c.Significat ſe ſolicitaſſe ſicut Appii legâtus monúerat,ut ſuplementum prȩſidii firmiôris pro tuenda prouíncia ſcriberêtur.Deindè rogat Appium,ea curet,quæ ſibi conducibília norit.Demùm tacitè ínnuit ideò ſupplemento opus eſſe,quod intelléxerat Appium multos dimiſiſſe. Ordo eſt. Cùm ego ueniſſem Brundúſium.i.in eam urbem marítimam Itáliæ, ad undécimum Calen.Iúnias. Quintus Fab.legatus fuit mihi præſtò.i.præſens, & mónuit me ex tuis mandâtis,ea,quæ uenérant in mentem, nõ mihi,ad quẽ pertinêbant,ſed uniuerſo ſenátui,uidélicet op⁹ eſſe ad iſtam prouínciam.ſ.quam regis,utpotè Cilíciam tutandã,p̃ſidio.i.ꝓtectiõe,& cuſtódia milítũ fidéliũ,firmiôri .ſ.q̃ hábeas. Enĭ.i.quia,omnes ferè.ſ.patres conſcripti.

HVBER. CENSEBANT.dicit quo pacto uénerat in mentem ſenátui,quia ferè omnes iudicâbant,ut mílites cõſcriberentur in Itália,qui ſupplêrent legiônes & Bibuli,& Cice. Cenſêbant.iudicâbant. Scriberêtur.uerbum militâre:ſcribi enim & conſcribi dicuntur mílites , qui ad milítiæ ſtipéndium capiuntur. Supplemẽtum. quia cum legiônes continêrent ſex milia ſexcentos ſexaginta ſex milites:interdum déerat legítimus númerus, & qui conſcribebantur ad ſupplendas illas legiones, dicebantur ſupplementum. Meis.quas habeo in Cilicia. Bibuli,qui præeſt Sýriȩ,quæ eſt meæ prouínciæ finítima. Se paſſûrum,ſe permiſſûrum, ut ſcriberêtur ſupplementum. Nos. ego Cícero. Multa.multùm. Sed cõ.commúnis uoluntas,& concors ſenténtia. Vt profi.ut diſcederêmus Ro.& uenirêmus in Cilíciam. Parendum ut.ſ.ut obediendum , & obſequendum fúerit. It aq;.duæ ſunt dictiónes.i.& ita fécimus, quia celeritèr diſcéſſimus, nulla facta concluſióne de hoc ſupplemento conſcribendo. Líteris.ſuperiórem epíſtolam ſigníficat,in qua idem petîuit. Commodâre.commodum fácere,ut notâuim⁹ ſuprà in epíſtola,quȩ íncipit, Líteras â ſtatóre. Tradit.finîto magiſtrâtu,& qui poteſt ſi uult fácere multa commoda ſucceſſóri. Ea.quæ poteſt commodâre. Complectâre.conficias. Pro noſtra. adiûrat eum. Exemplum. copiam,ut uulgo dicitur:literarum enim quas ad ſenatum Appi⁹ ſcrípſerat, míſerat etiam exemplum ad Cice. Recitâri.pronunciâri. Dimiſſos.licentiatos,gratiâ enim declarationis utor uerbis minus uſitatis. Demonſtrâuit. ſignificâuit,narrâuit. Cogitaſſe.deliberaſſe,in ánimo dimíttere. Integrum.nulla ex parte diminûtum , nullis adhuc militibus dimiſſis. Cum.d.a.t.nam quid poſt eius diſceſſum féceris,non ſatis ſciri poteſt, Id ſi ita eſt,ut adhuc ſit integer númerus militum. Iſtas cop.exi.iſtum tuum paruum exércitum. Quia mínimũ.i. nulla omno ex parte. Imminúeris.pro immínues,dimittendo áliquos. Quas de re ſenatuſc.ut non diminuas iſtas cópias. Quæ facta ſunt.quæ ſenatus decrêuit. Pro eo quanti te fecit.pro tanto,quãti te facio.i.pro meo erga te amore,pro tanto , quanti te exíſtimo. Approbâbo. laudâbo, affirmâbo , ratum habêbo. Quicquid. ſiue benè,ſiue malè factum. Accommodâta.utilia. Facultas.poteſtas. Ea. facultate.

Scribo
Cõſcribo
Lego
Supplementum.

Cenſêbant enim omnes ferè, vt in Itália ſupplementum meis, & Bíbuli legiónibus ſcriberêtur, id cùm Sulpítius conſul paſſûrum ſe negâret, multa nos quidèm queſti ſumus,ſed tantus conſenſus ſenát⁹ fuit, vt maturè proficiſcerêmur, parendum vt fúerit.Itaquè fécimus.nũc quod à te petii líteris iis,quas Romæ tabellâriis tuis dedi, velim tibi curæ ſit,vt quæ ſucceſſóri cõiunctíſsimo,& amicíſſimo commodâre poteſt is,qui prouínciam tradit, ea * pro noſtra conſtantíſsima voluntáte curâ,ac diligentiâ tua complectâre,vt omnes intélligăt, nec me beneuolentiôri cuiquam ſuccédere, nec te amicitiôri potuiſſe prouĭciam trádere. Ex iis líteris, quarum ad me exemplum miſiſti, quas in ſenátu recitâri voluiſti, ſic intelléxeram permultos a te mílites eſſe dimiſſos. Sed mihi Fábius idem demonſtrâuit,id te cogitaſſe fácere, ſed cũ ipſe â te diſcéderet, íntegrum mílitum númerum fuiſſe. Id ſi ita eſt, pergrâtum mihi féceris,ſi iſtas exíguas cópias,quas habuiſti, q̃ minimùm imminúeris, qua de re ſenatuſconſul.quæ facta ſunt,ad te miſſa eſſe árbitror. Equidèm pro eo q̃ti te fácio,quicquid féceris, approbâbo.

Sed

Sed te quoquè confído ea eſſe factûrũ, quæ mihi intélliges maximè eſſe accommodâta. Ego C. Pontínium legâtum meum Brũduſii expectâbam , eumque ante cal. Iúnias Brundúſium ventûrum árbitror. Qui cum vénerit, cum primùm nauigâdi nobis facultas data erit, ea vtêmur. Vale.

Ex.tertia Epiſtola.Ad.xvi.Cal.Iunias. Sed mihi Fabius eidem demonſtrauit id te cogitaſſe facere. Pergratũ mihi feceris,ſi iſtas tam exiguas copias minime imminueris.

ASCEN. CENSEBANT.i.iudicâbant,ut ſupplementum ſcriberêtur in Itália,legiónibus meis.i.mihi decrêtis,& legiónibus Bíbuli,i.Bíbulo,ut Antióchiam ducat,aſſignâtis. Idque.i.& id,& cum Sulpítius conſul.i.anni illi⁹, negâret ſe paſſûrum id.i.talem deſcriptiónẽ mílitum, nos quidèm.i.certè,queſti.i.cõqueſti ſumus multa , ſed tantùm conſenſus ſenátus fuit,ut profiſcerêmur.ſ.in ꝓuínciam,maximè.i.celéritèr,ut fúerit parendum.i.ut neceſſe fúerit parêre ſenátui,& nos fécimus ita.i.ſtatìm ꝓfecti ſumus. Nunc uelim id ſit tibi curæ,quod petii a te iis líteris,quas dedi Romæ tuis tabellâriis, ut complectâre.i.ſuſcípias pro noſtra conſtantíſſima uoluntáte erga te,curâ & diligentiâ tuâ, ea,quæ is,q prouínciã tradit, poteſt commodâre.i.commodè fácere, ſucceſſóri ſup. ſibi coniunctíſsimo.ſ.neceſſitúdine amicítiæ, ut omnes intélligant , nec me potuiſſe ſuccédere cúiquam beneuolentiôri , nec te potuiſſe trádere prouínciam amicitiôri.magis amíco hómini. Ego intelléxeram ex iis líteris,quarum exemplum.i.quod dicunt duplum,& imperíti cópiam,miſiſti ad me,& ſup.quas uoluiſti recitâri in ſenátu ſic,uidelicèt permultos mílites eẽ dimiſſos à te.Sed idem Fab.ſ.legâtus tuus demonſtrâuit mihi,te cogitâſſe fácere id,ſed íntegrum númerum mílitũ fuiſſe,cùm ipſe diſcéderet à te. Sed.i.ita.ſi dimíſeris multos,tu féceris mihi pergrâtum, ſi imminúeris q̃ minimùm.i.ualdè parùm,& q̃ minimè poteſt iſtas.ſ.tuas cópias.ſ.mílitum exíguas, de qua re ego árbitror miſſa eſſe ad te ea,quæ facta ſunt,ſenatuſconſulto.i.per decretum ſenátus ſuper ea re conſulti. Equidèm.i.ego quidẽ, áprobo quicquid féceris pro eo.i.tanto,quanti te fácio,ſed ego confído te quoquè factûrum ſup.eſſe ea, quæ tu intélliges eſſe accommodâta mihi maximè. Ego expectâbam Brũduſii Caium Pontínium legátum meum, id eſt ad Cilíciam regendam mihi datum,& árbitror eum uentûrum Brũdúſium ante Calendas Iúnias quaſi dicat intra decem dies, qui cùm uénerit, cùm id eſt ubĭ primùm , facultas nauigandi erit data ſcilicèt à Deo, & naturâ.nobis,nos utêmur ea.

*PETRI. VICTO. CASTI. PRO noſtra conſociatíſsima uoluntáte.Multis modis probâri poteſt,ueriórem,melióremq; eſſe antiquã lectionem â nobis reſtitûtam:non enim lóquitur tantùm Cicero de uoluntate ſua erga Appium, ſed de mutuis animis:& hoc maiórem uim habet ad perſuadendum Appio quod uult,ſi oſtendat ánimos ipſorum inter ſe coniunctos eſſe,nec ſe ullo pacto dubitâre de uoluntate ipſi⁹,& ánimi propenſione erga ſe: nam reſpondet hæc uox ſuperiori CONIVNCTISSIMO, & aliis etiam in locis Cicero hȩc uerba copulâuit tertio libro de Finib.Ad ciuilem communitatem coniuncti,& conſociati ſumus. Si acutè perpẽdãtur ſuperiora uerba, declarâbunt, CONSOCIATISSIMA legi debêre:nam & coniunctiſsimo & amiciſsimo conueniunt ánimis mutuis,ac páribus uoluntatibus:quod incluſum quoque eſt in ea uoce CONSOCIATISSIMA, minimè uero inCONSTANTISSIMA: nam in uulgata lectione eſt , ERGA TE, ut de uoluntate tantùm Ciceronis erga Appium intelligi opórteat,non de Appii quoq; erga Cicerônem : nam ſi ſine uerbis illis ERGA TE legâtur,falſum omnino eſſet,quamuis ita quoque non ualde uerum ſit:nam dubitâri non poteſt, quin graues inter illos inimicitiæ fuerint.Quamuis autem Cicero oſténdere poſteà conêtur uoluntatem ſuam erga illum imminûtam non eſſe,parcius tamen lóquitur , neque quemadmodum hic facit conſtantiſsimam illam appellat ſed conſtantem,& adiungit cõſcientia:aliis enim áliter uidebâtur. In uétere lectione NOSTRA compléctitur etiam uoluntatem Appii: in uulgata uerò Ciceronis tantùm quanto magis hæc officia expectari debeant ab illis,quorum uoluntates tuis reſpondent , & cum tuis conſociatæ & coniunctæ ſunt , quàm ab illis: qui quamuis tu illos diligas,parem erga te ánimum non habeant,apertum eſt.Addo etiam minimè hic accommodatum fuiſſe uerbum CONSTANTISSIMA , & potius quâm Appium hortâri , aut impéllere poſſet(ſi ita locutus eſſet)ad id quod ſtudebat,læſurum fuiſſe: cùm negâre non poſſet ſimultátes inter eos interceſſiſſe: nã exprobraſſet,culpa illius factum fuiſſe,quôd amicitia interrupta eſſet, ſi affirmaſſet uolũtatem ſuam erga illũ conſtantiſsimam fuiſſe.infra autem ubi ita lóquitur,ſe purgat,& apertè culpam huius incommodi in illum transfert, inquit enim, Itaq; conſcientia meȩ conſtantis erga te uoluntatis reſcripſi tibi ſubirâtus. Vox autẽ ipſa CONSOCIATISSIMA,nemini moleſta aut ſuſpecta eſſe debet,qua Cicero multis in locis uſus eſt.Horatius Diſſociari,oppoſito ſẽſu dixit in epiſtola ad Quintiũ:Cõtinui mõtes niſi diſſociẽtur opaca ualle . Quare cũ in óptimis ea exẽplaribus reperiâtur,& huic ſentẽtiæ ualdè accõmodata ſit,nõ uideo cur debeat repudiari.

M.T.C.Appio Pulchro Imperatori. S. P. D. Epist 4

PRidiè nonas Iunii,cum eſſem Brunduſii, líteras tuas accêpi, quibus erat ſcriptum,te L. Clódio mandaſſe, quæ illum mecum loqui vellés , eum ſanè expectâbam, vt ea,

HVBER. PRidiè.cum Ci.adhùc eſſet Brunduſii,dicit ſe expectâre Lent. Clo.quem Ap.ſcrípſerat ſe ad eum míttere cum multis mandâtis ſuis , ut intélligat quid áfferat ab ipſo Ap.& quanuìs exiſtimet ánimum,amórẽq; ſuum in Ap.eſſe ei ſatis cógnitum,tamèn dicit ſe declaratûrum in his , in quibus póterit maximè ſibi eſſe curȩ,eius auctoritátem,& dignitátem. Addit etiam intellexiſſe a quibuſdam , quos nóminat in epiſtola , ſe plúrimi fíeri ab App.quod etiam multis ſignis dicit ſe intellexiſſe , ſed præcipuè quia Ap. ad eum augurálem

librum

Universidad de Deusto Biblioteca

librum scripsisset. Itaque pollicêtur se omnia pro eo facturum, quem ut amet dicit multas esse causas, quas cõmémorat. Pridie nonas. quarto die Iunii. Mandasset. mandata dedisset, commisisset. Quæ subaudi ea. Illum. Clo. A te afferret, quæ nómine tuo esset mihi narraturus. Studium prómptam uoluntatem, ánimum. Maximè. præcipuè. Significâre. osténdere. Existimatiónẽ. auctoritátem. Egomet. etiam sine demonstratione eorum. Argumentis, signis, Augurali. in quo de iure augurali tractasti, nam in eo erat Ap. peritissimus. Amantissimè. cũ summo amóre. Necessitúdinis. amicítiæ. Cõstabânt. apparêbant. Nam dicit quare ómnia necessitúdinis officia débeant in eum constâre, quia ex quo incepta est inter eos beneuoléntia Cice. non solùm propter ipsum semper pluris fecit, sed etiam propter Põp: & Brutum, qui essent ipsi Appio affinitáte coniuncti.

Accessêrunt. ádditæ sunt. Duos enim. declarat qui sint his necessarii. Duárum ætátum, Pomp. enim iam senex, Brutus autem iuuenis erat. Sócerum. nam filio Pompeii núpserat filia Appii, áltera Bruto. Collegii coniunctio. quia Ci. & Appius fuerant collégæ in collegio áugurũ. Honorificè. quia semper me honorasti, ut supra in epistola quæ ĩcipit. Raras tuas, ubi dicit de Ap. præsertim in ipsa collegii & laude & scientia studiósũ mei. Non mediocre. máximum. Copulandas. coniungendas. Ex sermóne, secundum sermónem illius, hoc ẽ secundum ea, quæ mihi retúlerit nómine tuo. Manendi. in Cilicia, diutiùs quàm fueras factûrus. Eam causam. eum respectum. Vt conuenîres. alloquerêris me priusquã istinc discéderes. Ne mentiar, ut uerum dicam. Scripserat Ap. se fuisse discessûrum citiùs ex prouincia, nisi expectasset Cic. cum quo loqui uolêbat eaque causa se mansisse diutiùs, quod Cicero scribit sibi gratum fuisse.

ASCEN. PRidiè nonas &cæ. Rursùs índicat beneuoléntiam suam in Ap. pulchrum, commémoratq; se gráuiũ uirórum testimónio comprobâtum habêre Ap. in se amórẽ. Quapropter multas cáusas affert cur Ap. non uulgáritèr colat. Ordo est. Ego accêpi líteras tuas pridiè id est die immediatè præcedẽte nonas Iunii, quę sunt quinto eiusdem mensis die, cum essem Brundúsii, ergo nondùm discésserat illic, quibus erat scriptum te mandasse Lent. Clódio sup. ea quæ uelles illum loqui mecum. Ego expectâbam sanè. i. multùm eum. s. Clo. ut cognóscerem quamprimùm. i. ualdè celériter, ea, quæ afferret. s. in mandâtis à te. Tametsi ego spero, meum stúdium erga te & offícium, esse iam cógnitum tibi multis rebus, tamèn ego declarâbo. s. stúdium & offícium meum erga te. Maximè in rebus, quibus pótero significâre, plurimùm. i. abundantissimè, existimatiónem. i. iudícium, & auctoritátem tuam, & dignitátem tuã, esse charíssimam mihi. Qu. Fab. Virgiliánus, & Ca. Flaccus fili⁹ Lucii, sup. demõstrauêrunt, & Mar. Octaui⁹ filius Cnęi s. Octauii, monstrâuit diligentissimè, me fieri. i. ęstimari, plúrimi. i. máximo précio, aut uirum máximi precii à te.

Ordo ¶ 4. iunij.

quæ à te afferret, quamprimùm cognóscerem. Meum stúdium erga te, & offícium, tametsi multis iam rebus spero tibi esse cógnitum, tamèn in iis maximè declarâbo, quibus plurimùm significâre potúero: tuam mihi existimatiónem & dignitátem charíssimam esse. Mihi & Quintus Fabia. Virgiliânus, & C. Flaccus. L. filius, & diligentissimè M. Octáuius Cn. filius demonstrâuit me à te plúrimi fieri: quod egomet multis iam argumentis antè iudicâram, maximèque illo libro augurâli, quem ad me amantissimè scriptum suauíssimũ misisti. Mea in te ómnia summa necessitúdinis offícia constâbunt. Nam cùm te ipsum, ex quo tẽpore tu me dilígere cœpisti, quotidiè pluris feci, tùm accessêrunt etiam coniunctiónes necessariôrum tuôrum. Duos enim duárum ætátum plúrimi facio, Cn. Pomp. filiæ tuæ sócerum, & M. Bru. génerum tuum. Collegiique coniúnctio præsertìm tam honorificè à te approbâta non mediôcre uínculum mihi quidèm attulisse vidêtur ad uoluntátes nostras copulandas. Sed si Clódium cõuénero, ex illius sermóne ad te scribam plura, & ipse óperam dabo, vt te quamprimùm vídeam. Quod scribis tibi manendi cáusam eam fuisse, vt me conuenîres, id mihi, ne méntiar, gratũ est. Vale.

¶ Ex quarta Epistola. Pridie nonas.

Pridie nonas Iunii cum essem Brundusii, literas tuas accêpi, quibus erat scriptum te Léntulo, & Clódio mandasse, quæ illos mecum loqui uelles, eos sane expectâbam, ut quæ à te sufferrent, quamprimùm ea cognóscerem. Duos enim duárum ætátum plúrimi facio, Cn. Pompeium filię tuæ sócerum, & meum Brutum, génerum tuum.

Quod. i. quam rem, egomèt, hoc est ego per meipsum iudicâtam pro iudicáueram antè multis argumentis: i. approbatiónibus, aut mediis approbandi, & maximè illo libro augurâli. i. de arte augurandi, quem scriptum amantissimè ad me. i. ad illustratiónem nóminis mei, tu misisti mihi suauíssimum. i. iucundíssimum. Omnia mea offícia necessitúdinis. i. coniunctiónis necessárię tecum constâbunt. i. euidéntia erunt in te, summa. i. máxima. Vndè licèt non aptè díxeris, ómnia summa offícia, quod tamèn non pénitus absurdum sit, tamen aptissimè dícere licet, ómnia offícia mea constant, aut sunt in te summa. Nam cum. s. ita sit, ꝙ ego feci quotidiè pluris teipsum, ex sup. eo témpore. i. post id tempus, quo témpore tu cœpisti díligere me, tùm. i. multo manifestiùs, accessêrunt etiam coniunctiónes. i. deuinctiónes necessariórum tuórum. Ego. n. fácio plúrimi, duos. s. uiros, aut próceres duárum ætátum. s. Cn. Põpéium sócerum filiæ tuę, quia filia tua nupsit filio eius, & ita Põpe. iam sénior est, & Mar. Brutum génerum tuum. i. cui filia tua nupsit, & ita iúnior est. Vndè eos duárum ætatum dixit coniúnctio. i. commércium aut sócietas, collegii. s. augurális, præsertìm approbâta a se. s. in libro tuo aut sciéntia, & uita tua, tam honorificè, uidêtur mihi quidèm attulisse non mediócre, immò ingens uínculũ. ad copulandas uoluntátes nostras. Sed si ego conuénero. i. adíero Clódium. s. Léntulum, non Públium, qui summus inimícus Cice, erat, ego scribam plura ad te ex sermóne illius, & ipse. i. ego dabo óperam, ut uídeam te quamprimùm, id est ualdè citò: Quod scribis eam fuisse tibi causam manendi. s. in prouincia, ut conuenires me. i. loquerêris mecum. id est mihi gratum, ne mentiar, si aliter dixero.

beneficij comemoratio.

M.T.C. Appio Pulchro Imperatôri. S.P.D. Epist. 5.

13 TRálleis veni ad. xiii. Cal. Sextíleis, ibi mihi præstò fuit. Luc. Lucílius cum líteris, mandâtisque tuis: quo quidèm hómine némĩnẽ potuisti, nec mihi amicitiórem, nec (vt árbitror) ad ea cognoscenda, quæ scîre volêbam aptiórem, prudentiórem ve míttere. Ego autèm & tuas líteras legi libentèr, & audîui Lucílium diligentèr. Nùnc quóniàm & tu ità sentis, scribis enìm quæ de nostris offíciis ego ad te scrípseram, & si tibi iucunda fúerint, tamèn quóniàm ex alto repetîta sunt, non necessária te putasse, & re verà confirmâtâ amicítiâ, & perfecta fide, cõmemorátio officiórũ superuacánea est, eam partem oratiónis prætermittam. Tibi tamẽ agam, vt débeo, grátias. Animaduerti enim, & dídici ex tuis líteris, te ómnibus in reb⁹ habuisse ratiónem, vt mihi cõsúleres, restitúeresque, & præparâres quodammodò ómnia, quô mea rátio facílior, & solútior esse posset, hoc tuum offícium cùm mihi gratíssimum esse dicam, séquitur illud, vt te existimâre velim, mihi magnæ curæ fore atque esse iam, primùm vt ipse tuique omnes, deindè etiàm vt réliqui scire possint, me tibi esse amicíssimum. Quod quibus adhùc non satis est perspectum, ii mihi nolle magis hoc ánimo nos esse, quàm non intellígere videntur. Sed profectò intélligent. neque enìm obscúris persónis, nec paruis cáusis res agêtur. Sed hoc fieri mélius, quàm dici, aut scribi volo. Quod itínerum meórum rátio te nonnullam in dubitatiónem vidêtur addúcere, visûrus ne me sis in prouíncia, ea res sic habet. Brundúsii cum lóquerer cum Phánia liberto tuo, veni in eum sermónem, vt dícerẽ, libentèr me ad eam partem prouínciæ primũ esse uentûrum, quo te maximè

HVBER. TRalleis. signíficat Cic. se accepisse ab Ap. líteras, quas libentèr légerit, & audiuisse diligenter. Lu. Lucílium, quem Ap. ad se misisset, cum multis mandâtis, quem hóminẽ plurimùm láudat, agitq; gratias Ap. de officiis inter se collâtis. Deindè ostẽdit quánti fáciat, quod cognóuerit Ap. consuluisse eius rationibus administrandæ prouinciæ, sicut ab eo petiuisset duâbus epístolis superiùs declarâtis. Et quóniam scrípserat in præcedenti epístola se eâ causâ remansisse in ꝓuíncia, ut conuenîret Cice. & líteris, quibus nunc respõdet, dicêbat se nunc dubitâre, quod iter esset factûrus, Cic. profectûrus in prouínciam, dicit se accommodatûrum iter suum ad uoluntátem Appii, páucis tamẽ ostendit, quod iter fácere instituérit, seq; secundum processum facturum certiórem ipsum Ap. de omni ratione suórum itínerum, magniq; interesse dicit ut prius colloquantur, q̃ ipse discêdat. Postremo quoniam scripserat Ap. & rogáuerat Scæuolam quendam, ut uellet præesse prouinciæ se absente, donec Cice. uenisset, cautè & honestè ostendit Ci. id nõ esse uerum, quia inuênit hũc Scęuolam Ephesi, neque ei aliquid de ea re dixit, quod fecisset, si fuisset uerum, ꝙ Ap. ab eo id petiuisset. Trallis. urbs Asiæ sita est in uértice quodam plano, qui promõtorium naturâ munîtum habet, cuius circúitus satis bene septus est, ea optimè habitâtur, & ab omnibus opulentis, si qua alia Asiaticárum úrbium, hanc autem urbem ab Argîuis cónditam dicunt, & a Thracibus quibusdam. Hæc Stra. lib. quar. quo etiam auctóre sunt alię Tralleis in Phrygia Meandrum fluuium tránseunt, in medio ferè itínere, ubi sunt Cariæ fines. Declinâtur autem tantùm pluratiuo número, & mittit tam nominatiuũ, q̃ accusatiuũ in is tantum sicut Alphis, Syrtis, Sardis, auctor Priscianus. Quo hómine, laudat hunc. L. Lucilium. Aptiórem. magis idóneum. Cognoscenda. s. mihi. Scîre. intellígere ex mandâtis tuis. Prudentiórem: quem uulgò dicimus magis discretum. Nũc autem. scripserat. Cic. de officiis inter se & Ap. mutuo collatis antea, quæ Ap. superuacanea esse dicebat, quia confirmata amicitia non est opus hac commemoratione officiorum. Itaq; nunc Ci. confirmat ita esse, & ideò nullam facit amplius de eis mentionem, tantum agit eis gratias. Nunc. ordo est. Nunc eam partem orationis prætermittam, quoniam tu ita sentis, scribis enim &c. Sentis. iúdicas, ita tibi uidêtur. Scribis enim. per parenthesim omnia dicta sunt usque ad eum locum, eam partem orationis. Exalto. ex remoto, longè repetîta inchoâta. Et uera, ex persona sua confirmat senténtiam Ap. dicit. n. re uera ita est, inter eos, qui habent inter se firmam amicitiã & qui fidem mutuam perspexerũt, superuacaneum est commemorâre prætérita officia. Eam partẽ orationis. de commemoratione officiorum. Animaduerti. perspêxi. dídici, intellêxi. Rationem. considerationem. Consúleres. prospíceres. prodesses. Restitúeres, ordinâres. Rátio. uia, modus administrandæ prouincię. Solutior. liberior, expeditior. Officium. præparationis & ordinationis rationum prouinciæ. Séquitur. consequens est, nam si est mihi gratissimum, quod fecisti pro me consequenter debes existimâre te esse mihi magnę curæ. Primum. duplici ratione dicit tum sibi magnæ curæ esse, primo ut ipse Appius, & eius propinqui, secundo ut & cæteri omnes intelligant, ꝙ sit ei amicissimus. Quod. me esse amicissimum tibi. Quibus. antecedens est ii, ut sit ii, quibus non est. Satis perspectum, bene cógnitum. Magis nolle magis dolêre, & non esse contenti. Hoc ánimo. ita amico & coniuncto. Quam non intellígere, quia re uera intélligunt quo ánimo simus, sed quia dolent, nolunt clare intelligere. Intelligent. etiam inuiti. Res agêtur ostendêtur beneuoléntia. Obscuris. ignobílibus

Trallis

in

in quibus minus apparent beneficia collata. Paruis.parui ponderis,sed in maximis. Sed hoc.hoc est malo hæc rebus & effectu ostendere,q̃ uerbis. Fieri.a me,quod respondet alii parti epistolæ Appii.Ratio,dispositio institutio. Adducere in dubitationem,facere te dubitare. Sis uisurus me antequam discedas. Ea res.ratio meorum itinerum. Brūdusii.dicit nunc non satis esse certum,quod iter faciat,ut conueniat Appium,quoniã Phania eius libertus dixerat eum discessurum naui.Itaq; fore ei accommodatum,si Cicero ad illam maritimã partem accessisset & nauigasset,ex qua esset discessurus Appius,quod cum ita instituisset Cicero facere,ostendit se postea aliter intellexisse a Lentulo Clodio, qui fuerat,ab Appio ad Ciceronem,cum multis mandatis missus, ab eo enim intellexit Cice. Appium fore Corcyrę ad aduentum suum,quod quidem erat commodum Ciceroni,quia iter erat breuius.Postea uero dicit Appium mutasse propositum itineris prius instituti,permittit tamen ei,ut statuat quid fieri possit.Quo.ad quam partem.

HVBER.

TE uelle,scilicet me uenire. Classe. nauibus. Perfore,futurum, subaudi dixit. Accommodatum. utile & commodum scilicet tibi. Maritimam. uiciniam mari. Partem. unde eras discessurus. Itaque. duæ partes,hoc est,& ita fecissem. Corcyræ.aduerbialiter ponitur, id cum esset Corcyræ, quæ insula est in mari Ionio olim cum Phæa patria Alcinoi regis. Minime,nullo pacto.

Corcyra

Id esse faciendum.ut accederem ad illam partem maritimam. Te Laodiceæ fore.id est te futurum Laodiceæ, subaudi nisi dixisset. est autem Laodicea urbs Syrię,teste Pōponio Mella,in ea pte cui antiochię cognomē est.

Laodicea

velle arbitrare,tunc mihi ille dixit, classe te velle decedere, perfore accommodatum tibi, si ad illam maritimam partē prouinciæ nauibus accessissem. dixi me esse facturum, itaque fecissem, nisi mihi Luc. Clodius noster Corcyræ dixisset,minime id esse faciendum: te Laodiceæ fore ad meum aduentum. Erat

ASCEN.

TRalleis ueni &c.Primum dicit se Trallibus conuentum ab Lucio cum literis,& mandatis App. Deinde eundem aptissimum fuisse ad indicanda ea,quæ maximopere scire uolebat.Tum gratias agit Appi.de beneficiis eius,ac demum quod Ap.de Scæuola scripserat refellit. Ordo autem est. Ego ueni Tralleis.i.in eam urbem Asiæ ad.xiii.calendas sextilis.i.Augusti.ibi Lucius Lucilius fuit præsto.i.præsens & paratus mihi ab expedienda ea,quę uellet mecum agere,cum literis & mandatis tuis.Quoquidem homine,neminem.i.non aliquem hominem,non potuisti mittere aliquem nec amicitiorē mihi,nec ut arbitror aptiorem ad cognoscēda,scilicet ex eo,ea,quæ uolebam scire, ue pro uel, prudentiorem. Ego autem & legi literas tuas libenter,& audiui Lucilium diligenter. Nunc quoniam tu sentis ita,scribis enim ea,quæ ego scripseram ad te de officiis nostris & si ea fuerunt iucunda tibi,tamen quoniam repetita sunt ex alto.i.ex primordiis causarum,amicitia confirmata, id est postquam amicitia est confirmata,& fide facta,aut potius perfecta.i.perfecte cognita,commemoratio officiorum est superuacanea.i. superflua,ego prætermittam eam partem orationis.s.quæ esset de commemoratione beneficiorum. Tamen.i.nihilominus ego agam tibi gratias,ut debeo. Animaduerti.n.& didici ex literis tuis,te habuisse in omnibus reb⁹ rationem.i.consideratione & propositum,ut cōsuleres.i.quasi consulendo prodesses,mihi, & ut restitueres .s.ablata,& præparares quodammodo omnia tam uetera,q̃ restituta,quo id est ideo,sit mea ratio.i.meum negociū in prouicia, posit esse facilior & solutior.i.liberior & expeditior.Cū ego dicam hoc officiū tuū esse gratissimum mihi,illud sequitur,ut uelim te existimare,fore.i.futurum esse,atque esse.s.nunc, mihi magnæ curæ, iam primum.i.illud primum,ut tu ipse,& omnes tui,deinde etiam,ut reliqui possunt scire,me esse amicissimū tibi,quod.s.me esse amicissimum tibi,ii,quibus non est adhuc perspectum satis, uidetur mihi nolle magis nō esse hoc.s.tam beniuolo animo, quam non intelligere, quia licet intelligant,tamen quia inuident nobis, & nolint nos esse concordes,dissimulant se perspicere amicitiam nostram. Sed profecto ipsi intelligent, neque enim res agetur personis obscuris nec causis paruis. Sed ego uolo hoc fieri melius, q̃ dici aut scribi. Quod rō itinerum meorum uidetur te adducere in nonnullam dubitationem,ne,id est an, sis uisurus me in prouincia, ea res habet sic. Cum ego loquerer Brūdusii,cum Phania liberto tuo, ueni in eum sermonem,ut dicerem me libenter uenturum esse primum ad eam partem prouicię,quo.i.in quam,ego arbitrarer te uelle maxime.s.me uenire,tunc ille,scilicet Phania,dixit mihi,perfore.i. multum fore accommodatum tibi,si accesissem nauibus ad illam partem maritimam prouinciæ.quo id est ad quam, Velles decedere classe,ego dixi me esse facturū sup.id.Et ita fecissem,nisi Lentulus Clodius noster.s.communis amicus dixisset Corcyræ.i.in Corcyra insula id minime.i.nequaq̃ faciēdum,& nisi dixisset,sup.te fore ad,id est usq;,ad meum aduentum.Laodicee.Quæ est urbs Syriæ,teste Pomponio Mella in parte cui Antiochiæ cognomen est.

Ordo

Laodicea Vrbs

HVBER.

ID. uenire Laodiceam. Accommodatius,aptius. Te ita malle, id est potius uelle, quam id quod dixisset Phania. Arbitrarer. quia mihi ita dixerat Lentulus uir prudentissimus, cui mandata dederas. Tua ratio tuum propositum. Statues. iudicabis. Possit fieri. an possis me uidere an non, quia id erit secundum rationem tui discessus. Consilium.deliberationem. Accipitur. a me. Ex publica perturbatione. quia illic erat accepturus pecuniam,quæ postea Romæ erat reddenda ei,qui mutuasset,ita enim iusserat senatus, ideo dixit, ex publica permutatione, quod uulgo dicimus per literas cambitionis.Deinde. postquam accepero dictam pecuniam. Iconium. oppidum Cappadociæ optime olim habitatum fortunatiorem regionem habēs alterum est in Asia in pontica regione apud Trogetem lacum,autor Strabo.

Iconium

id mihi multo breuius,multoq; commodius,cum præsertim te ita malle arbitrarer. Tua ratio postea est commutata. Nunc quid fieri possit,tu facilime statues, ego tibi meum consilium exponam. Prope Calen. Sextileis puto me Laodiceæ fore per paucos dies,dum pecunia accipitur, quæ mihi ex publica permutatione debetur commorabor.deinde iter faciā ad exercitū, vt circiter idus Sextileis putē me ad Iconiū

HVBER.

SI quid fallit me, si quid erro. In scribendo.s.itinere quod sum facturus. Procul, parenthesis. Simul ac, postquam,ut primum. Progredi,procedere ulterius prouinciam uersus. Quam creberrimis,pluribus. Oneris,significat Cice.latenter Appium fugere ne conueniatur,ideo dicit magni interesse,ut conueniant,& colloquantur,sed non audere tamen ei instare,nisi quantum cōmodo eius fieri posit. Nec debeo, quia non sum ita de te meritus,ut liceat tibi aliquid oneris imponere. Quod,quę res.s.ut conueniamus. Tuo cōmodo,tua cōmoditate. Quam facultatem,quam possibilitatē. Constabunt,apparebūt.i. faciam tamen omnia quæ pro te debuero. Secus,aliter minus. Ac,q̃ ut,non secus ac iussi faciunt. Mandaturus,commissurus. Desperaro, spē amisero. Agere,loqui. Corā in præsentia. Quod te,latēter innuit falsum esse,quod scripserat de successore prouinciæ. Eum.Scæuolam. Ephesi,quæ urbs est Ioniæ celeberrimo Dianæ tēplo clara. Mecū,apud me, Triduum,totos treis dies. Illud.s.triduum. Quod, quia tantum triduum commoratus sum Ephesi. Nec ex eo.Scæuola. Quicquam, quod ab eo petiuisses,ut tibi succederet,quod declarat dicens. Quod me, scilicet ut tibi succederet,quod quidem dixisset mihi,si esset uerum & ita latenter & callide conuincit eum mendacii. Potuisse,subaudi Scæuolam. Voluntati tuæ,in succedendo tibi.

Ephesis

fore.Sed si quid nunc me fallit in scribēdo(procul enim absum à re ipsa,& locis) simul ac progredi cœpero,quam celerrimis potero, & quam creberrimis literis faciam vt tibi nota sit omnis ratio dierū, atq; itinerum meorū. Oneris tibi imponere nec audeo quicquā,nec debeo. Sed, quod tuo commodo fieri posit, vtriusque nostrum magni interest, prius vt te conueniam,quàm decedas.Quam facultatem si quis casus eripuerit, mea tamen in te omnia officia constabunt, nō secus ac si te vidissem. Tibi de nostris rebus nihil sum ante mandatur⁹ per literas,quàm desperaro coram me tecum agere posse. Quod te à Scæuola petisse dicis, vt dum tu abesses,ante aduentum meum prouinciæ præesset:eum ego Ephesi vidi, fuitq; mecum familiariter triduum illud,quod ego Ephesi commoratus sum: nec ex eo quicquam audiui, quod sibi à te mandatum diceret. Sanè autem vellem potuisse obsequi voluntati tuæ,nō enim arbitror noluisse. Vale.

ASCEN.

ID, scilicet iter,erat mihi breuius multo, & multo cōmodius, præsertim cum arbitrarer te malle.i. magis uelle,ita.s.me facere.Sequentia statim explanabo. Sane Corcyra est insula in mari Ionio, unde mirandum est, quod nomen insulæ in genitiuo posuit,quasi aduerbialiter,nisi dixerimus in ea insula urbem esse eiusdē nominis,quod sæpe cōtingit, ut de rhodo supra diximus.

Tua ratio.i.propositū tuū cum ratione,est mutata.i. mutatum postea,nunc tu statues.i.constitues, & ordinabis facilime quid posset fieri,ego exponam.i.declarabo tibi meū consiliū. Ego puto me fore Laodiceæ prope Calendas Sextileis.i. ad primum diem Augusti per dies paucos, dum.i.donec, pecunia quæ debetur mihi ex permutatione publica,uulgo cambium dicunt, alii bancā,accipitur.s.à trapezitis aut negociatoribus, quā restituendam acceperant,deinde iter faciam, id est iterabo ad exercitum,ut putem me.

FORE ad Iconium oppidum Cappadociæ optime habitatum olim,circiter Idus Sextileis.i.decimum tertium diem Augusti. Sed si quid fallit.i.decipit me nūc in scribēdo.i.dum hæc scribo, ego enim absum procul à reipsa,& locis,faciam quàm.i.quantum,potero celerrime, & quàm creberrimis.i. plurimum crebris literis, ut omnis ratio dierum atq; itinerum meorū sit nota tibi simul ac.i.statim, postquam.i.aut potius eodē tempore,quo cœpero progredi. Ego nec audeo,nec debeo imponere tibi quicquam oneris, sed quod posit fieri sup.commodo tuo,interest.i.refert magni,utriusq; nostrum.s.& tua & mea,ut conueniam prius te quam decedas.s.de prouincia. Quam facultatem.s.conueniendi,si

Iconium.

Ex.v.Epistola. Tralleis ueni.

Scribis enim quæ de nostris officiis ego ad te scripseram,& si iucunda fuerant.Animaduerti enim & didici ex tuis literis,& per alios,te oibus in rebus habuisse rationem. Te mihi magnæ curæ fore atque esse, iamprimum,ut ipse tu,tuique omnes, deinde etiam ut reliqui,maximeque maleuoli, scire posint,me tibi esse amicissimum.

quis casus eripuerit,tum.i.nihilominus,omnia officia mea constabūt.i. constanter fient in te, non secus.i.nō aliter,ac.i.quam,si uidissem te. Ego nihil sum mandaturus tibi de negociis nostris per literas ante quàm desperaro pro desperauero,me posse agere tecum coram.i.in præsentia. Quod dicis te petisse à Scæuola,ut præesset prouinciæ,dum.i.donec,tu abesses ante aduentū meum,supple non est sperandum,quia. Ego uidi eum Ephesi,quę urbs est Ionię,olim propter templum Dianæ clarissima,& fuit mecum familiariter triduum illud, quod ego cōmoratus sum Ephesi,nec audiui ab eo quicquam,quod diceret mandatum, supple esse tibi à te. Autem.i.sed ego uellem sane.i.multum, aut sano consilio, supple eum potuisse obsequi uoluntati tuæ, non enim arbitror sup.eum noluisse obsequi.i.obtemperare uoluntati tuæ. Vale.

M.T.C. Appio Pulchro Imperatori. S. P. D. Epist. 6.

CVm meum factum cum tuo comparo,& si nō magis mihi faueo in nostra amicitia tuēda quàm tibi tamē,multò magis meo facto dele-

HVBER.

CVM meum. Maxima pars huius epistolę in precedenti epistola aperitur, in qua cum uideretur dubitare Appius uisurus ne esset Cic.ante discessum suū ex prouincia,exposuit Cic. rationē & propositum itineris sui, & cōmemorat oēm institutionē & disputationē factā iter se & Appiū,de literis& nūciis de ratione itineris,in quo & officiū suū laudat,quod quantum potuit intelligere uoluntatē Appii studuit ei satisfacere,ut eum conueniret,cum eum longe aliter fecisse queratur,qui ne conueniretur à Ci. non expectauit eū Laodiceæ ueluti constituerat,quæ erat in finibus pro-

Laodicea

uinciæ,sed in interiórem prouinciam se recêpit itinere multórum diérum,ut quamuis esset iam functus magistratu,reddêbat iura, & prouinciam tractâbat quasi ad se pertinêret,cum id nõ licêret fácere iam dato sibi successóre,quod tamen Cl. ostendit se non modo nõ molestè tulisse,uerum etiam gauísum esse, quia uidêret se leuâtũ molestia administratiónis prouinciæ unius mensis,quo ille administrasset, quasi adhuc esset procõsul. Deinde accũsat eum,quod dimíserit treis cohortes, cũ esset rogâtus à Cic.per líteras,ut uisum est superiùs, ne id fáceret,& grauíssimè conquéritur quod nullo pacto scire posit ubi eum cõuéniat, dicit tamen se factũrum ut omnes intélligant se bonum amicum fuisse,cum Appius áliter fécerit, quod errâtũ rogat eum,ut uelit corrígere.Postremò ostẽdit ubi sit,& qd iter faciat. Cum meum factum,id quod ego feci. Comparo,ad comparationẽ adduco utrum sit magis ex officio. Non.f.m. non magis tueor partem meam quàm tuam,quod uulgò dícimus non magis do ius mihi quàm tibi,& est ornatè dictũ. Delector.m.f. laudo quod ego feci, quàm id quod tu feciſti. Ego enim, répetit nunc omnem disputationem itíneris factam per núncios & líteras, & primum quæ dixerat Phania libertus eius,& Len.Clodius,quem ille míserat cum mandatis, ut uisum est plenè in præcedéntibus epístolis, deinde quod scripserat ipse Appius ad Cice.cum adhuc esset Romæ,in quibus ómnibus dicit se studuisse quantum potuit satisfácere eius uoluntáti. Et nosse locum,scire quem locum ille habêret apud te,quia erat ex íntimis Appii,cuius consílio maximè utebâtur,laudat autem eum Cic. ut probet fuisse credẽdum quod ille dixisset. Quam, in par. textus hic est facilis,& in superiore epistola declaratus.

Sydam. Sydam.Syda urbs Lyciæ portum habens,autor Pompe. Mella libr. primo. Minus.d. minus honóris.i.etsi non erat mihi satis honestus aduentus meus Sydam. Mínime a.i. etiam incómmodus ad multa faciẽda. Tamen quia intellexeram te ita uelle. Ita.f.i.uentũrum Sydã.

Idem.e.q.d.in eo quod Phánia dixisset, officium amicitiæ & beneuolentiæ erga te declarâre constitúeram.

Corcyræ, ut in superiore epistola. Tecum, id est ut uidêrer audíre álterum te,uel potius teipsum, ita uidebâtur nosse mentem tuam, & quicquid in pectore habes. Te.u.c.subaudi dixit. In.p.p.in prima parte prouinciæ Italiam uersus. Quin,pro quinetiam,id est insuper præter id. Te.f.d.subaudi dixit,nisi ego essem tibi successor, quem præcipuè cúperes uidêre. Quod quidem, te cúpere me uidêre, ne ꝙ uelles áliter discédere, nisi me conuenisses. Erat consentáneum, conueniébat, concordâbat. Festinâres, properâres. Ita.s.ut Laodíceam irem. Quod.p.Pha.s.ut irem Sydam,sicut ille díxerat te uelle. Consílium, sententiam, ne irem Sydam. Mea,quasi dicat propria, ut ostenderem tibi promptum ánimum meum in obsequendo tibi quocunque iubêres me uenîre. Satis.m. satis in témpore. Nam maturè dícitur fieri, teste.A.G.auctóre Nigidio, quod neque citiùs neque seriùs fit,sed medium est quiddam temperâtum,unde scite Virg.primo Aeneid. dixit Maturate fugam,id est nõ celeritèr,sed temperatè fácite,ne ex celeritáte euersæ forent naues Troianórum. Ex tuis,quas ad me scripsisti ex argumento mearum.

Quin

Mature

ASCEN. CVM meum &c. Conquéritur Cic. quòd Appius uisus sit occasiõnem quæsisse ne conueniâtur à se, & nolle magistrâtu ire cum illo adhùc fũgâtur in prouíncia,quod tamèn Cic. in æquiórem partem áccipit.Accũsat tamen Appium, ꝙ treis cohortes dimíserit,& rursùs ꝙ Appiũ conuenîre non potest,polliceâtur tamèn se amicítiæ in illum pártibus functũrum. Ordo est. Cùm, id est quandò, ego cómparo factum meum cum tuo,etsi.i.quanquã,ego non fáueo magis in amicítia nostra tuenda.i.protegenda mihi q̃ tibi, tamèn ego delector multò magis meo facto q̃ tuo. Ego.n.quæsiui ex Phánia.s.liberto tuo. Cuius.i.Phánię,ego uidêbar mihi,&.i.simùl,perspexisse fidelitátẽ erga te,&.i.simùl nosse.i.cognóscere, locũ.i.gradũ æstimatiõnis, quem is tenêret erga te,in quam partem prouinciæ ipse pútâret te uelle maximè,ut ego uenîrẽ primũ,in succedendo.s.tibi,cum ille.s.Phánia,respõdisset mihi,me nihil gratius posse fácere tibi,q̃ si nauigassem ad Sydã.i. urbem illam Lyciæ,aut portũ eius,habet enim portũ urbs ea,etsi.i.quanquã, ille aduentus.s.in Sydã, habébat minus dignitátis, & erat minùs aptus.s.quã cæteri, mihi ad multas res.s.honestè gerendas,tamèn ego dixi me esse factũrum ita.s.ut illic consulúerat. Ego cum conuenîssem Corcŷræ.i.in ea ínsula,aut urbe eius, Léntulũ Clódium,hóminem ita cõiunctum tibi,ut cum lóquerer cum illo,uidêrer mihi loqui tecum,dixi me factũrũ esse idem.i.eandẽ rem,aut idem dixi ita,ut uenîrẽ primũ in eam partẽ,quã Phánia rogasset, tunc ille cum egisset grátias mihi,petíuit à me magnopere,ut irẽ,ptinùs Laodiceã,&sup.dixit,te uelle esse in prima,pũncia.i.in prima

Ordo

Syda Corcyra

actor,quàm tuo. Ego enim Brũdulii quæsiui ex Phánia, cuius mihi videbar & fidelitátem erga te perspexisse, & nosse locum,quem apud te is tenêret:quã in partem prouínciæ maximè putâret te velle vt in succedẽdo primùm venîrem. Cum ille mihi respondisset, nihil me tibi grátius fácere posse, quàm si ad Sydam naugâssem:& si minus dignitátis habébat ille aduentus,& ad multas res mihi minùs erat aptus, tamèn ita me dixi esse factũrũ. Idem ego cùm L. Clódium Corcýræ cõuenissem, hóminem ita mihi coniunctũ,vt mihi, cum illo lóquerer,tecum loqui vidêrer: dixi ei me ita factũrum esse, vt in eam partẽ, quam Phánia rogasset, primũ venîrem. Tunc ille mihi cum grátias egisset, magnoperè à me petîuit, vt Laodiceã prótinùs irem:te in prima prouíncia velle esse,vt quamprimũ decéderes,quìn nisi ego successor essem, quẽ tu cúperes vidêre te antèa,quàm tibi successum esset,decessũrum fuisse. Quod quidèm erat consentáneum cum iis líteris, quas ego Romæ accéperã:ex quibus perspexisse mihi vidêbar, quàm festinâres decédere.respõdi Clódio me ita esse factũrum,ac multo quidèm libentiùs,quàm si illud esse t faciendum quod promíseram Phániæ. Itaquè & consílium mutâui : & ad te statìm mea manu scriptas líteras misi,quas quidèm ex tuis líteris intellêxi satis maturè ad te esse perlâtas.

prima parte Romam uerius,ut decederes quamprimũ, id est ualde cito, quin id est insuper dixit,te fuisse decessũrum, nisi ego essem successor, quem tu cúperes uidêre antèa quàm successum esset tibi. Quod.s.dictum Léntuli,erat quidèm.i.certè consentáneum.i.cõsonũ & einsdem sententię,cum iis líteris,scílicet tuis,quas ego accéperã Romæ. Ex quibus.s.líteris,ego nidêbar mihi perspexisse.i.clarè uidisse,& intellexisse,quàm.i.quantùm,festinâres decedere.s.è prouíncia,undè decédere non est per se mori,sed de loco,aut officio, aut prouíncia cédere,sicut nec defungi est mori,sed à rerũ functióne abíre, quod morientes fáciunt. Ego respondi Clódio.s.Léntulo me factũrum esse ità,ac quidèm multo libentiùs, quàm si illud quòd promíseram Phániæ esset faciendum. Itaquè.i.& ita,ego,&.i.simùl, mutâui consílium, & misi statim ad te líteras scriptas. Manu mea, quas quidèm ego intellêxi ex líteris tuis,esse perlâtas ad te satis maturè.i.tempestiùe,aut cito.

Hoc ego meo facto valdè delector: nihil enim pótuit fieri amánti⁹. Considera nũc vicissìm tuum, non modo ibi non fuisti vbi me quamprimùm vidêre posis, sed eò discessisti,quò ego te ne pérsequi quidèm possem triginta diêbus, qui tibi ad decedendum lege (vt opînor) Cornélia constitûti essent:vt tuum factum illis,qui quo ánimo inter nos simus ignôrât,aliéni hóminis (vt leuissimè dicã) & fugientis congrêssum:meũ vero cõiunctíssimi, & amicíssimi esse videâtur. At mihi tamẽ ante,quã in prouínciã venîssem, réditæ sunt à te líteræ: quib⁹ & si Tharsum proficíscí demonstrâbas,tamèn mihi nõ dúbiam spem mei cõueniendi afferẽbas: cùm interèa credo équidẽ maléuoli hómines (latè enìm patet hoc vícium,& est in multis) sed tamèn probábilẽ matériã nacti sermónis,ignâri meæ cõstántiæ,conabantur alienâre à te voluntátẽ meã:qui te forum Tharsi ágere,statúere multa,decérnere,iudicâre dícerent,cũ posses iam suspicâri tibi esse successum : quæ ne ab iis quidèm fieri solêrẽt,qui breui témpore sibi succẽdi putârẽt.Horũ ego sermóne non mouebar, quinetiã (credas mihi velim) si quid tu ágeres,leuâri me putâbã moléstia,& ex ánnua prouíncia, quæ mihi longa viderêtur,prope iam.xi.ménsiũ prouínciá factam esse gaudêbã,si absenti mihi vnius mensis labor detractus esset.

HOC ego,répetit commẽdationem & officium sui facti. Amantius,cum maiori amore, amorosius. Cõsidera inspice. Vicissim,contra,sicut meũ aperui. Tuũ, factum. Non modo,ostendit ꝙ non solum fefellit fidẽ in eo quod promiserat,quia non uenit ad loca constituta,sed etiam ita abiit longe,ut Cice. non posit eum persequi triginta diebus, nam ut diximus in interiorẽ prouinciam se receperat,quæ quidem erat maxima. Lege Cornelia,qua permittebatur ut finito annuo magistratu liceret tantũ esse in prouincia triginta dies. Cõstituti,decreti. Ad.s.ut tibi succederetur,nam aliter nõ essent tibi constituti. Vt, subauditur ita discessisti, ut diximus longe,ut illi qui nesciunt animum nostrũ inter nos coniunctissimũ, dicant factũ tuum fuisse homi nis alieni à beneuolentia. Leuissimi,nullius existimationis,uel etiam inconstantissimi. Et fugientis cõgressum,collocutionẽ amici &conuentionẽ. Meum,factũ, subaudi ut. Videatur,putetur. Coniunctissimi, contra id quod dixit alieni. At mihi, adhuc cõuincit eum incõstantiæ ex promissione literarum suarum,quibus ille promittebat fore,ut cõueniret Cice.licet iret Tharsum, quam urbem diximus esse Ciliciæ, erat autem ex interiore parte. Nõ dubiam,quasi dicat certam. Cum interea,laudat Cic. constantiã suam aduersus incõstantiam Appii,ꝙ cum multi tentarent alienare eum ab Appio,dicentes Appiũ Tharsi ita statuere,iudicare, decernere,quemadmodũ antea,cum esset procõsul,quod uideretur præiudicare dignitati Cic.dicit tamen se nunq̃ moleste tulisse,sed potius gauisum esse. Late enim,parenthesis. Hoc uicio,maleuolentiæ,& detractionis. Late patet,in multis locis regnat. Nacti,adepti. Probabilem,uerisimilem,& latenter mordet Appium,quẽ licet maleuoli, tamen ob aliquam iustam causam accusarẽt.

Ignari meæ cõstantiæ, qui nesciebãt me ita esse cõstantem,ut non facile eorum detractionibus mouerer,nec uerbis ab amicis alienarer. Conabantur, frustra tentabant,& uolebant. Qui,maleuoli. Agere forũ.Forum multa significat,ut Scribit Festus Pompe. at agere forũ dicitur præfectus prouinciæ,cum ciuitatibus conuocatis de earum negociis & controuersiis cognoscit,ergo forum agere iura réddere, & causas audire. Statuere, facere statuta. Decernere,firmiter deliberare,sancire, unde & decreta dicuntur sanctiones quædam eorum, qui habent autoritatem, ut principum, consulum,senatus. Iudicare, de causis & controuersiis ferre iudicia, quæ non debuisses facere cum posses. Suspicari, opinari. Esse successum, datum sibi successorem, ad quem pertinet supradicta facere. Quæ succes. scilicet forum agere, statuere &c. Ne ab his quidem,quasi dicat si hæc non facerent,qui breui expectarent successorem,quanto minus tu facere debuisti, qui poteras existimare iam tibi esse excessum. Non mouebar nõ irascebar tibi. Credas uelim,hoc dicit, quia uix est credíbile, ut magistrátui successũro placeat prædecessorem suum ágere, quæ ad se pertineant. Si quid ágeres,si quid statúeres & iudicâres, ut audiébam à te fieri. Leuâri,exonerâri. Moléstia,labore. Et ex ánnua,sensus est,& ex administratióne unius anni,quod tempus uidêtur mihi longum, gaudébam iam unum mensem esse confectũ te administrante, remanerêtque mihi tempus breuius, & moléstiam quæ erat annua rédactam esse in undecim menses. Prouinciam, undecim mensium, id est administrationem undecim mensium. Esse factam. m. quia iam unum mensem administrasses. Longa,quia contra uoluntatem meam mittor in prouinciam. Labor,administrationis. Detractus,diminutus tua administratione.

Forum

Decernere

Decretum

HOC &c. Ego delector ualdè hoc facto meo quod prænarrâtum est. Enìm pro quìa, nihil pótuit fieri amántius.i.magis amanter,aut cum maióre amóre meo in te. Considera nunc uicissìm tuum.s.factum. Tu

ASCEN.

non modo,id est non solum non iuisti tibi.i.Laodiceæ,ubi posses uidere me quamprimum.i.ualde cito,sed discessisti eo quo ego ne quidem.i.non etiam,triginta diebus.i.spacio triginta dierum, possem persequi.i.ad cõ summationem sequi,hoc est sequendo attingere te,qui.s.triginta dies essent constituti tibi,ut opinor,ad succedendum tibi.i.Quibus lege Cornelia decedendum tibi erat prouincia. Hoc,aut ut,factum tuum uideatur illis,qui ignorant quo animo sumus inter nos.i.qui ignorant beneuolentiam nostram mutuam,esse hominis alieni,ut dicam leuissimi.i.cum leuissima nota simultatis, aut hominis fugientis congressum meum non coniunctissimi & amantissimi mei. Attamen literæ sunt redditæ mihi à te.s.scriptæ antequam uenirem in prouinciam,quibus.s.literis,etsi.i.quanquam demonstrabas te proficisci Tharsum.i.ad urbem Ciliciæ,tamen afferebas mihi non dubiam.i.certam spem,conueniendi mei.i.ꝙ conuenires me, cum interea, credo equidem, hõmines maleuoli. Nam hoc uitium.s.maleuolentiæ & inuidiæ,patet.i.extenditur late, & est in multis,sed tamen.i.nihilominus, quamuis maleuoli suspicari possent, nacti materiam probabilem sermonis.s.de nobis faciendi,aut quem de nobis habuerunt,ignari constantiæ meæ,conabantur alienare uoluntatẽ meã à te,qui dicerent te agere Tharsi Forũ.s.iudiciale,statuere.i.statuta condere,decernere,& indicare multa,cum possis suspicari successum esse iam tibi. Quæ.s.iã dicta officia,forũ agere,statuere&c.solerent quidẽ.i.certe,fieri ab iis, qui putarẽt succedi.i.successionẽ fieri sibi breui tempore.i.ut Hubertinus intelligit,post breue tempus,nam quando decedendũ est,solent diligentissime reliqua munera prouinciæ explere,sed Appius sero id tunc faciet,cum sibi successum esse suspicari debebat. Aliis uidetur hoc dicere Appiũ eo animo id facere quo qui putaret successionem Cic.breui tempore fore.i.parum duraturã,& ita noluisse intermittere munera prouinciæ. Ego non mouebar.s.à constant amore,sermone horum.i.huiusmodi hominũ, quinetiam (uelim credas mihi) ego putabã me leuari.i.deonerari,molestia.i.molesto negocio,si tu ageres,quid.i.aliquid in prouincia.s. Et gaudebam prouinciam esse factam mihi prope.i.quasi.xi.mensium ex prouincia annua.i.xii. mensium,quæ uideretur mihi longa,gaudebam inquam si labor unius mensis esset detractus mihi absenti.

HVBER. ILLVD, cum accusat de tribus cohortibus præmissis. Mouet, turbat, molestum est. Paucitate militum, in tam exiguis copiis militum, ut in superioribus epistolis dixit. Abesse,à prouincia. Nec me scire,subaudi mouet me,nec scire,id est quòd nescià ubi sint. Plenissime, integerrime, conscripto ab ipsis cohortibus supplemento. Molestissime,quasi dicat,licet quòd dixi moleste feram, tamen hoc molestissime fero,quòd &c. Eo,propter. Teipsum, te præsentem non amplius literas tuas aut nuncios. Interea,dum te expecto. Ne literas quidem quod minus est quàm teipsum. Edocerẽt, instruerent,informarent. Fortem,magni animi hominem. Probatum, spectatum, & mihi gratum. Præfectum euocatorum,qui præest euocatis militibus. Tria autem erant militiæ genera, ut Seruius in primo & in septimo Aeneid.declarauit,legitima eorum qui singula iurabant pro repu.esse facturos,nec discedebant nisi completis militiæ temporibus. tumult9 uero eorum qui ad unum bellum militabant,utputa si fuisset bellũ Gallicum,uel Italicum, in quibus ex periculi uicinitate erat timor multus. Euocatio uero fiebat cum ad diuersa loca diuersi propter cogendos mittebantur exercitus. Cui.Antonio.Traderes,cõmitteres meo nomine. Si tibi uideretur, si putares tradendas, mansuete enim cum eo loquitur tãquam cum homine superbo, ne irritet eum ad iram,aut indignationem,quod fortasse feciset si dixisset cui traderes cohortes sicut debes. tempus anni, quia erat æstiuum tempus aptum bellis gerendis. Erat enim Augustus mensis, ut in superiori epistola uisum est, & in fine huius. Aliquid negocii, aliquid belli. In quo,in qua re,scilicet ut possem gerere aliquid negocii. Amicitia, quæ mihi dabat spem de te optimam. Et literæ, quibus multa mihi pollicebaris. Fecerant,persuaserant mihi. Tuo consilio,ut etiam mihi consuleres quomodo mihi esset agendum.

Tria militũ genera

Quod.s. me usurum tuo cõsilio. Ne despero, non sum sine spe. Quando, quo tempore. Aut ubi quo in loco. Suspicari, opinari, existimare, multo minus scire. Aequi,boni & amici. Iniqui,maleuoli & inimici. De tuo, accusat eum, quòd dederit materiam maleuolis suspicandi de animo suo erga Ciceronem aliter quàm sit, quia existimauerunt eum esse alienatum. Ordo est,uideris dedisse nonnihil loci iniquis existimandi secus de tuo animo in me. Nõnihil loci,aliquid occasionis. Secus aliter,uel quàm ego dederim,uel quàm sit,quia existimant te esse alienatum à me, cum non sis. Id scilicet quòd dedisti occasionem &c. Si correxeris,si emendaueris, ut nunc des occasionem existimandi bene. Et scilicet subaudi gratum erit. Habere rationem,constituere. Salua lege Cornelia,quæ non plures,quàm triginta dies constituebat ei, postquam uenisset successor. In prouinciam,in Asiam.

Illud(vere dicam) me mouet in tanta militũ paucitate abesse treis cohortes, quæ sunt plenissimæ: nec me scire vbi sint. Molestissime autẽ fero,quod te, vbi visurus sim,nescio: eoꝙ ad te tardius scripsi, quod quotidie teipsum expectabam, cum interea ne literas quidem vllas accepi,quæ me docerent,quid ageres,aut vbi te visurus essem. Itaꝙ virum fortem,mihiꝙ in primis probatũ Antonium præfectum euocatorum misi ad te,cui (si tibi videretur) cohortes traderes:vt dum tempus anni esset idoneum, aliquid negocii gerere possem. In quo, tuo cõsilio vt me sperarem esse vsurũ, & amicitia nostra, & literæ tuæ fecerant:quod ne nunc quidem despero, Sed plane quando, aut vbi te visur9 sim, nisi ad me scripseris,ne suspicari quidẽ possum. Ego,vt me tibi amicissimum esse & æqui & iniqui intelligãt,curabo. De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse. Id si correxeris,mihi valde gratum erit. Et vt habere rationem possis, quo loco me salua lege Cornelia conuenias,ego in prouinciam veni pridie Calend. Sextileis, iter in Ciliciam facio per Cappadocia, castra moui ad Iconio pridie Calẽ. Septẽbreis. Núc tu & ex diebus,& ex rõne itineris, si putabis me esse cõueniendũ,cõstitues,quo loco id cómodissime fieri possit,& quo die. Vale.

Ex.vi.Epistola.Cum meum factum.

Idem ego cum L.Clodium Corcyræ cõuenissem hominem ita tibi coniunctum ut mihi,cum illo colloquerer,tecum loqui uiderer,dixi ei me ita facturum esse,ut in eam partem quam Phania rogasset, primum uenirem. Tunc ille mihi cum gratias ẽgisset. PER Cappadocia,quæ est Ariobarzanis. Castra,exercitum,milites,interdũ enim pro loco ubi stant milites,interdum pro militibus ipsis ponũtur castra,ut nos castra mouemus. Iconio,oppido, ut diximus.Cappadociæ. Ex diebus,quib9 dixi me mouisse castra, & est sensus, computatis diebus mei itineris,& diebus quibus per legem Corneliam, licet tibi esse in prouincia,si existimabis,quòd possis me conuenire,constitues quo loco,&quo die id cõmodissime fieri possit,scilicet ut me conuenias. HVBER. Castra Iconium

ILLVD,dicam uere,mouet.i.afficit dolore me,treis cohortes quæ sint plenissimæ.i.perfectissimæ, abesse.i. dimissas à te,in tanta paucitate militũ,nec me scire ubi sint,ut uidelicet eas reuocem. At.i.sed, ego fero molestissime,ꝙ nescio ubi uisurus sum te,& eo.i.idcirco,scripsi ad te tardius,ꝙ expectabam quotidie teipsum,cum interea ne quidem.i.non saltẽ, accepi ullas literas.s.à te,quæ.s.literæ docerent me,quid ageres, aut ubi uisurus essem te.Itaq;.i.& ita,ego misi ad te uirum fortẽ & probatũ mihi in primis,uidelicet Antoniũ prefectum.s. militum,euocatorũ.i.qui per euocationẽ militãt.Tria enim,ut Seruius docet,erant militũ genera,legitimum unum,eorũ qui singuli iurabant pro rep.se esse facturos,& ii nõ discedebãt nisi cõpleto militiæ tempore,alterum tumultus,eorũ uidelicet qui orto tumultu ad unum bellũ militabãt,ut in bello Gallico & Italico,tertiũ euocationis,cum ad diuersa loca diuersi propter cogendos mittebantẽ exercitus.Cui.s.præfecto euocatorum, tu traderes cohortes, si uideretur tibi.i.ita faciendũ, ut possem gerere aliquid negocii, dum.i.donec tempus anni esset ideoneũ.s.ad bellũ gerendũ. In quo.s.negocio gerendo,& amicitia nostra, & literæ tuæ fecerant,ut sperarẽ me esse usurũ consilio tuo. Sed plane.i.omnino,ne quidẽ.i.non saltẽ suspicari possum, ubi aut quando sim uisurus te. Ego curabo, ut æqui & iniqui intelligant me esse amicissimũ tibi,tu uideris dedisse iniquis nonnihil loci.i.occasionis,& quasi ansam,existimãdi.i.iudicandi,secus.i.aliter de animo tuo in me, si tu correxeris id,erit ualde gratũ mihi. Et tu possis habere rationẽ.i.modũ, quo loco conuenias me, lege Cornelia salua.i.intra trigesimũ diem,ego ueni in prouinciã pridie Calen. Sextileis.i.ultimo die Iulii,& facio iter in Ciliciam Per Cappadociam. Ego moui castra ab Iconio oppido illo Cappadociæ,pridie Calen. Septembreis.i. ultimo die Augusti,nunc tu constitues,& ex diebus, & ex ratione itineris, si putabis me esse conueniendum, quo loco & quo die,is scilicet conuentus noster possit fieri commodissime. Vale. ASCEN.

apologetica, præfatoria.

M.T.C. Appio Pulchro Imperatôri. S.P.D. Epist. 7.

HVBER.

PLúribus. discésserat Appius ex prouíncia, & iam Romam se recéperat, undè ad Cicerónem legátos cum líteris plenis querimóniæ míserat, quòd Cice.edicto impedísset eorum ædificatiónem, quam fácerent in memóriam & glóriam Appii, exactis tribûtis ex prouíncia,ad quod respondet Cice.plenè,& se excûsat,callidè accûsans Appium,quòd prouínciam ita opprésserit,ut plures sint, qui recûsent sóluere tribúta p hac ædificatióne,quàm qui uelint.Deindè quia quest9 erat Appius,quòd Cicer. ei uenienti ex prouíncia obuiàm non exísset,dícerétque id feciísse, quòd se contẽneret.Primùm Cice.se excûsat diligenter, ostenditque se usum omni diligéntia, ut in hoc satisfáceret officio suo,sed culpam fuísse Appii, qui non reddíderit eum certiórem, qua uia esset uenturus, ostenditque multas fuísse cáusas quibus ei obuiàm prodíre debúerit, quas commémorat,ipsum tamen Appium,quodámodò irrídens,& quoniàm cõmemoráuerat Appius Lent. exísse sibi obuiàm,Ci. autem noluísse, quasi comparatióne Sen.nobilíssimi deprímeret Ci.irritátus Cice.cõparatióne eius superbiam apertâ reprehensióne retundit,ostendẽs se nulla re esse inferiórem uel Appio, uel Léntulo, quia uera nobílitas non cõsístit in uetustáte, & splendóre generis sed in uirtútibus, & rectè factis, quibus dicit se ei parem esse, idque opinióne clarissimórum uirórum ita esse affirmat.Postremò dicit, ꝙ si contemnerétur ab ipso Appio,habébit tamèn álios nõ eo inferióres à quibus honorábitur,se tamèn seruatúrum beneuolentiã suam in eum quãdiù ille uolet.Plus ocii, plus cõmoditâtis tẽporis.Nactus ero,habuero.Cito.raptim,properanter. Pueri, serui. Præter, id est ad alium neminem præter quàm ad te.Postponenda est enim dictio,quàm,nam nisi postponatur,dicetur præter te,& non præter ad te.Legáti,hi enim ab Apamea ad Cicer.misi fúerant propter ædificatiónem, quam essent facturi in honórem Appii. Volumen,inuidiosè dixit.q.non literas,sed uolumen,id est uerbosíssimam epistolam. Plenum querélæ,tuæ querimoniæ.Eorum,legatorum. Literis meis,quibus scripséram, ne quid facerẽt, priusquam ego rem cognouíssem. Eadem epistola, quam supra appellauit uolumen. Liberarem, líberos facerem, darem eis licentiam, quia impediebantur mandato Cice. Ne in hyemem, cum incommodíssime fiunt ædificationes propter frigora. Incederent, denenírent, scilicet tempore ædificationis. Et simul,id est

etiam. Peracute,calide,altute, quasi innueres tibi iniuriam fieri. Tributa, quæ imposita erant propter illã ædificationem. Exigere,reposcere. Vetarem,prohiberem. Permisissem,concessissem,scilicet exigere tributa. Re cognita,honestate rei intellecta. Genus,id est quod acute dixit eum esse questum, cum enim Cicer. uetaret fieri ædificationem priusquam rem cognouisset, dicebat Appius hunc esse quendam prohibendi modum quia cum non posset Cice.cognoscere rem propter remotionem locorum, uetabat tamen ædificationẽ fieri,donec cognosceret,qđ quidem quid aliud est quàm quodammodo aperte dicere se nolle fieri? Quoddam genus,quandam rationem,quendam modum. Me recepissem,rediissem. Ad hyemem,ad hyberna,tempore enim hyemis recipiunt se milites in hyberna. Accipe,audi, ut Accipe nunc Danaum insidias. Ad omnia,quæ tu scribis. Aequitatem,ironice,quasi dicat quæ nulla est sed potius iniquitas.

❡EXPOSTVLATIONIS, querimoniæ. Additum ad me aduentũ ad me.Dicimus enim adeo te,& ad te. Intolerabilia,nimis grauia. Exigit,propter istam ædificationem. Quid iniquitatis,quid iniustitiæ,quasi dicat nihil. Habuit.s.hoc. Me scribere, ad eos qui exigebãt tributa. Ne facerent,ne exigerent ea. Rem causamq;, id est causam rei. Non poteram,obiectio. Quasi uero, uerba ironica cõfutationi apta. Ad me,qui essem pro consul.cuius opera agebant. Tam longe,obiectio,quę posset ab Ap.fieri. Quid,confutatio obiectionis.

ASCEN. Apameæ

L

Ordo.

Laodiceæ

PLũribus uerbis &c. Discedendo Appius ex prouincia cum Apamẽæ esset, indẽ ad Ciceronem legatos miserat cum literis plenis querelarũ,quòd Cicero edicto impediuisset ædificationem, quam Apameãni cœperant, in gloriosam memoriã Appii, exactis tributis ex prouincia.Ad quod respondet Cice.se purgans,& Appium callide accusans,q prouinciam oppressserit. Deinde purgat, q Appio non ierit obuiàm, refellitque, q Lẽtuli nobilitatem suæ nouitati tantoperè, pretulerit Appius.Ordo est.Ego scribam ad te plũribus uerbis.s.quàm nunc, cum nactus ero plus otii. Ego scripsi hæc subitò,cum pueri.i.serui Bruti conuenissent.i.uenissent ad me Laodiceæ.i.in ea urbe Antiochiæ,& dixissent se properãre.i.properantèr iter parare Romam. Itaquè.i.& ita,ego nullas.i.non ullas,nõ dedi iis.i. eis ullas literas præterquàm ad te,& ad Brutum. Legati Apameãni,id est ab Apamẽa urbe Antiochiæ. Sunt tamẽ qui Appiãni legant,sed errant,ut patẽbit in epistola quæ incipit.Vix tandẽm, reddidẽrunt mihi à te,scilicet missum,uolũmen.i.libellum plenum querelæ iniquissimæ.i.iniustissimæ, q.i.quia ego impediuissem literis meis ædificationem eorum,scilicẽt legatorum, uidẽtur potuisse dicere suam. Tu petẽbas eãdem epistolã,ut liberãrem.i.liberos facerem,& potestãtem eis facerem ad facultãtem ædificandi,id est ut possint ædificare,quamprimùm,id est ualde citò,statim uisis literis tuis,ne incíderent in hyemem,quia magna ædificia fieri non solent,& querebãre,id est querebãris simul.peracutè,id est multum subtiliter,quòd ego uetãrem eos exigere tributa.s.ad ædificationem perficiendam,erat autem in honorẽ Appii cœpta,priùs.i.antequàm ego permisissem re cognita,hoc est,quòd non priùs exigerent quàm permissem,& nollem permittere nisi re cognita. Autem,id est sed,querebãre.i.querendo dicebas,fuisse quoddam genus,id est formam aut rationem impediendi, me non aliud quæsiuisse , quàm ut impedirem ædificationem, cùm ego non possem cognoscere.s. rem,nisi cùm ad hyemem recepissem me ex Cilicia,in hyeme autem,ut dixi,ædificatio minus aptè fieret. Accipe,sup.responsum ad omnia,& cognosce dignitatem,quam nullam putas,expostulationis tuæ, id est manifestæ postulationis iniuriarum de me primùm,cùm aditum.i.accessum esset ad me,ab iis.s.Cilicibus,qui dicerent tributa intolerabilia.i.grauissima exigi à se,quid iniquitatis hãbuit me scribere.i.quòd scribẽrem,ne.i.ut non facerẽt antequã cognoscerẽ rem & causam. Credo,sic enim scribis,nõ poterã sup.cognoscere rem & causam ante hyemẽ,& est per ironiam dictũ undè addit. Quasi uerò ego debuerim ire ad illos.s.legatos,qui pecuniã exigebant,& illi nõ debuerint uenire ad me. Inquis.i.scio q iam dicis,uenirent illi ad te,tam longè?

HVBER. ❡QVID,subaudi dices. Nũ.an. Arbitrabare, existimabas.q.d.immo existimabas.Hoc ergo infert Ci.quare non ita poterant uenire ad me longe , ut hac causa cognosceretur sicut erant uenturi, allaturi ad me literas tuas. Tametsi,quanquã. Ridicule.i.irrisorie. Post brumam, cum iam esset præteritũ tempus æstatis, quo tempore petebatur in literis,ut posset ædificare. Bruma.breuior pars hyemis,à breuitate dierum dicta,quasi βραχύμερον, Recusent,renuãt,ut exigatur. Hactenus.s. dictum sit. A Pausania , accusat nunc arrogantiæ Appium , & se excusat. Lentuli, is enim præfuerat Ciliciæ ante Appiũ,nam ei Appius successerat. Secũ,cum ipso Pausania. Prodiissem,exissem. Obuiam, cum discedere ex prouincia, & ego uenirem. Scilicet, dictio apta ad Ironiam,ut.s.is superis labor est. Contẽpsi te ita.n. dicis. Nec potest fieri,dicis nihil omnino me esse superbius,qui dedignat sim tibi obuiã prodire. Cũ puer, incipit Ci.se excusare,q usus sit omni diligẽtia,ut exiret obuiã,sed nescisse uiã,qua ille esset uẽturus.Puer seruus. Secũda uigilia.Nox.n.apd milites i uigilias diuidit, qm seruãt castra uicissim per uigilias,& dicebat prima, secũda,& tertia uigilia, & ipsi custodes dicebant uigiles.

Scilicet

Noctẽ in uigilias diuidi

Prima secũda & tertia uigilia.

expostulatiónis tuæ.Primùm cum ad me ádditum esset ab iis,qui dícerent à se intolerabília tribúta éxigi: quid hábuit iniquitátis, me scríbere, ne fácerent antè, q̃ ego rẽ cáusamq; cognóscerẽ?non póterã credo ante hyémẽ: Sic enim scribis,quasi verò ad cognoscẽdũ ego ad illos, nõ illi ad me venísse debúerit. Tã lõge inqs? Quid, cũ dabas iis líteras, per quas mecum agẽbas ne eos impedirẽ,quo minùs ante hyémẽ ædificârẽt,non eos ad me vẽtûros arbitrabâre? tametsi id quidẽ fecêrunt ridiculè. Quas.n.líteras afferẽbant, vt opẽ æstâte fácere possent,eas mihi post brumam reddidêrũt. Sed scito, & multo plureis esse,q de tribûtis recûsent, quàm qui éxigi velint:& me tamèn, qđ te velle exístimem,esse factûrũ. De Appiânis hactenùs à Pausánia Lẽtuli liberto,ac Cestónio audîui,cum dícerent,secum te esse questũ, quod tibi obuiã non prodiissem, scilicèt contempsi te: nec potest fieri me quicquam superbius . Cum puer tuus ad me secũda ferè vigília veníisset, isq; te ante lucem Icóniũ mihi ventûrũ núciâsset,

incertumq; vtra via,cum essent duæ: álitera Varrônem tuum familiarissimum, álteráque Leptam præfectum fabrũ meũ tibi obuiàm misi, mandâui vtrique eórum , vt antè ad me excúrrerent , vt tibi obuiàm prodíre possem.Currens Lepta venit mihíque núciâuit te iã castra prætergressum esse. confestìm Icónium veni, cætera iam tibi nota sunt. An ego tibi obuiàm non prodírem? primùm Appio Claúdio? deindè imperâtori? deindè more maiórum? deindè (quod caput est) amîco? præsertìm cum in isto génere multo etiàm ambitiosius fácere sóleá quàm honos meus, & dignitas póstulat. Sed hæc hactenùs . Illud idem Pausánia dicẽbat se dixisse,quid ni Appius Léntulo,Léntulus Appio processit obuiá, Cícero Appio nóluit.Quæso, etiàm ne tu has ineptias, hõ mea sententia summa prudéntia,multa etiã doctrîna, plurimórũ vsu, *addo vrbanitâtẽ, quæ est virt9,vt Stóici rectissimè putãt:vllã Appietatẽ, aut Lẽtutitâtẽ valêre apud me pl9,

HVBER.

bo non dicitur,nisi cum præcesserint duæ dictiones,ut Ci.& Virg.ambo docti,uel hæc dictio duo,ut uidi duos homines ambos mihi amicissimos, uel postremo cum de his loquimur quæ tantummodo sunt duo,ut ambos perdidit ille oculos,& ambas aures,& ambas manus. Præfectum fabrum, qui præesset fabris, hoc est architectis meis,uel fabris lignariis,qui in castris haberi solent ad faciendas machinas. Fabrum,pro fabrorum persyncopam. Vtriq;,& Leptæ,& Varroni. Excurrerent,approperarent. Prodirem,prodire possem. Prætergressum,transiuisse te. Cætera,quæ à me facta sunt pro officio amicitiæ. An obuiam, nunc ostendit multas sibi fuisse causas , quare ei obuiam prodiret , irridet tamen eum. An non prodirem, id est nonne debueram prodire obuiam? Primum Ap.Clodio,quasi dicat nobilissimo ciui. Deinde impe. gerenti dignitatem & magistratum amplissimũ. More maiorum, instituto maiorum nostrorum,qui uoluerunt, ut successores descendentibus magistratibus obuiam prodirent. Quod caput est,quod est summũ omnium,nam uis amicitiæ omnibus ante dictis præstat. In isto genere , præstandum officium meum honorandi magistratus. Ambitiosus, quia interdum plus facio quàm debeo,quod solent facere ambitiosi , ut sibi postea reddantur uicissim pares honores. Hactenus dicta sint,id est satis. Quid ni,scilicet certe:exprimit autẽ affectũ animi indignãtis. Appius Lẽtulo , quasi dicat nobilissimi nõ indignati sunt se uicissim honorare prodeundo obuiã alter alteri. Et Cic.noluit,quasi dicat ignobilis,& nouus ciuis. Quæso,interrogantis est cũ reprehensione. Has,id est subaudi dixisti. Vsu,experientia,qua deberes esse sapientior. Vrbanitatem, quæ græce dicit ἀστεισμούς morum facilitas & honestas, media inter scurrilitatem & austeritatem. Stoici,ut ostenditur in ethicis. Putant,opinantur. Appietatẽ,cum contemptu dicit gentem uel nobilitatem Appiorum & Lentulorum, quia dixerat Appius Lent. Lentulus Appio processit obuiam. Valere apud me,pluris à me fieri. Ambitiosus

❡QVID? modus interrogandi, cum dabas iis literas per quas mecum, ne impedirem eos, quo minus, id est ut non aut quia ædificarent ante hyemem,non arbitrabare eos uenturos ad me? Tametsi , id est nihilominus , tamen etiam si non arbitratus esses ipsi fecerunt quidem id est uenerunt ad me,ridicule, id est stulte,ita ut rideri possent. Enim id est quia, ipsi reddiderũt mihi post brumam,id est breuissimũ tempus lucis,hoc est post medium hyemis,eas literas,quas afferebant,ut possent facere opus æstate,scilicet durante. Sed scito,& idest simul,plures multo esse qui recusent,scilicet exactionem de tributis,quàm qui uelint sup.ea exigi,& tamen,id est nihilominus,me esse facturum, quod existimem te uelle. Hactenus sup. respondi aut scripsi de Apameanis,scilicet legatis. Ego audiui à Pausania liberto Lentuli,ac à Cæronio cum dicerent,id est audiui eos dicentes,te questum,id est conquestum esse secum,quòd non prodissem obuiam tibi,scilicet redeunti è prouincia. Scilicet id est scire licet, quamobrem quia cõtempsi te, nec quicquam potest fieri superbius me. Cum puer,id est seruus tuus,uenisset ad me secunda uigilia noctis, & is nunciasset te uenturum Iconium,id est in eam urbem Cappadociæ,ante lucem,& incertum sup. esset utra uia,id est qua duarum uiarum,scilicet uenturus esses,cum duæ scilicet uiæ essent , ego misi altera uia obuiam tibi,Varronem familiarissimum tuum, & altera, scilicet uia Leptam , præfectum meum fabrum pro fabrorum & mandaui utrique eorum , ut excurrerent , id est extra ordinem ac pompam præcurrerent ad me, ut possem prodire obuiam tibi. Lepta currens uenit & nunciauit mihi, te iam prætergressum esse castra scilicet Romana. Ego ueni confestim, id est cum festinatione Iconium,id est in eam urbem Cappadociæ. Gætera sunt iam nota tibi quasi dicat scis quòd aperte steterit,quo minus te cõuenerim. An.i. utrum uerisimile est quòd ego non prodirem obuiam,primum Appio Clodio,scilicet pulchro?quasi dicat homini nobilissimo,deinde imperatori, deinde more maiorum.i. ex uetere instituto, deinde quod est caput, id est præcipuum momentum rei amico præsertim cum soleam facere in isto genere,scilicet officiorum,etiam multo ambitiosius,id est copiosq & curiosius,quàm honor meus & dignitas sup.mea postulat. Sed hæc hactenus sup.sint dicta. Illud &c.Idem Pausania,scilicet libertus Lentuli dicebat te dixisse illud. Quid ni?id est cur non ita fieret:est ironia . Appius, sup.processit obuiam Lentulo redeunti è prouincia,cum ille succederet, Lentulus processit obuiam Appio.s. ex eadem redeunte,hoc est nobilissimus nobilissimo,Cice. homo nouus, noluit.s. procedere obuiam Appio.

Quæso,id est quæro ex te,tu ne,sup.effutiuisti. Has.i.huiusmodi ineptias,homo,cum sis homo,mea sententia.i.quantum ego de te sentio,summa prudentia.i.habens summam prudentiam,etiam multa doctrina.i. habens multam doctrinam,& plurimam,usu rerum,addo urbanitatem.i. asteismon,hoc est morum honestatem, quæ in urbibus potius quàm in agro est,quæ scilicet urbanitas est uirtus,ut Stoici putãt.i. censent rectissime, existimas,id est iudicas tu,illam Appietatem,id est nobilitatem & gentilitatem Appiorum,aut Lentulitatem,id est nobilitatem Lentulorum,ualere plus,id est esse maioris æstimationis apud me.

ASCEN.

L

Lepta

*PETRI VICTO. CASTI. ADDO urbanitate, quæ est uirtus, ut Stoici recisime putant. Multum hinc nomini tribuere Stoicos ostendit etiam plutharcus in commentario, quo declarauit, quomodo deceat adulescentes legere poetas: diuersam enim & penitus contrariam uim apud illos habere ἀστεῖον nomen alteri quod est ἀμαθὴς intelligitur ab eo qui locum eum Plutharchi accuratè animaduertit: differit autem qnemadmodum Stoici nihil commune esse iudicarent uirtuti, ac uitio: & quemadmodum Vrbanus apud illos (ita autem uocabant uirtute preditum) omni culpa uacaret, & omnes res rectè facere posset. Imperitus autem (id erat apud illos uitiosus) omnibus criminibus obnoxius esset, & in omni semper negotio laberetur, uerba ipsius hæc sunt: πολλὰ πάνυ τοῖς στωϊκοῖς χαίρειν φράζουσα μήτε τι φαῦλον ἀρετῇ προσεῖναι μήτε κακίᾳ χρυσὸν ἐξεῖναι, ἀλλὰ πάντως μὲν καὶ ἐν πᾶσιν ἁμαρτωλὸν εἶναι τὸν ἀμαθῆ περὶ πάντα δ' αὖ κατορθοῦν τὸν ἀστεῖον. Hæc adnotasse mirifice utile esse credo ad huius loci perspicuitatem qui aliter obscurissimus esset.

HVBER. ORNAMENTA uirtutis, uirtutem ipsam, quæ ornat hominem. Amplissima, maxima.s. honores & dignitates. Opinione, quia secundum Stoicos non sunt bona. Ista uestra nomina. Appiorum & Lentulorum, quæ ita iactatis. Viros magnos, excellentes, qui uirtute sua nobilitassent familiã suam. Ea, nomina. Posteaquam ante non admirabar, sed postquam administraui magna imperia & magistratus amplissimos, ita ut nihil deesset ad honorem & ad gratiam populi acquirendam, non putaui me superiorem uobis.i. uobis anteponendum, qui habuistis uestros maiores claros. Sed parem, æqualem, nec omnino inferiorem. Nec me Hercule, locus ab autoritate ne uideatur ipse temere de se præsumpsisse, & indicasse. Lentulum, eum qui præfuerat Ciliciæ ante quàm Appius, ad quẽ scriptę sunt epistolæ primi libri. Aliter, quàm Pompe. & Lent. qui iudicant me esse uobis parem. Paulo diligentius, acutiore iudicio ἐξοχή.i. excellentia, εὐγένεια.i. nobilitas, quæ differt ab excellentia, quæ est generis & maiorum. Nobilitas uero est generis, & sui ipsius, ut ostendit Iuue. Tota licet ueteres exornẽt undique ceræ Atria, nobilitas sola est atq; unica uirtus

Excellẽtia Nobilitas

Athenodorus. Athenodori, ut scribit Strabo libr. xiiii. duo fuerunt, quorum unus Cordilion dictus est: alter Sandonis filius, à uico quodam Cananita dict⁹. Cæsaris prætor fuit, & in summo honore apud illum habitus, is nobilitatem sola uirtute metiebatur. Vt ad rem, quia inter multas causas quas dixerat sibi fuisse, ut ei obuiã prodiret. Dixerat deinde quod caput est, amico postea diuerterat ad eum reprehendendum. Ita, scilicet me tibi esse amicissimum. Tu autem, ego inquit omnibus officiis faciam, ut intelligas me tibi esse amicissimũ. Tu autem, si agis id, ut in absentia mea uidearis minus, debere & esse obligat⁹ mea causa, quàm ego laboraui tua causa non curo, nolebat enim Appio uideri debere Cice. qui multum antea eius causa laborauerat, & dedignabatur eum laudare à quo fuerat & multum & sæpe laudatus. Laborauerim, curauerim, effecerim. Tua, scilicet causa. Libero, absoluo. Ista cura, ne uidearis debere mihi, hoc est non curo, quia si nõ honorabor ab Appio, honorabor ab aliis, quod declarat uerbis Agamemnonis apud Homerum in primo Iliados, sic loquentis aduersus Achillem πάρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι, οἵ κέ με τιμήσουσι μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς, id est apud me, & alii qui me honorabunt, maxime autem consiliarius Iupiter φιλαίτιος querulus uel litiũ cupidus & amator φίλος amicus αἰτία causa & accusatio. Illud nõ perficies, hoc est non assequeris, non obtinebis. Quo minus, duæ sunt partes. Quo id est ut. Velim minus, tua causa, id est minorẽ pro te, & utilitate tua habeam uoluntatem. Assequere, perficies. Vt mi. laborem ut minus curem. In quam partẽ, an in bonam an in malam. Accipias, scilicet id quod tua causa uelim. Liberius, apertioribus & pluribus uerbis. Fretus, tutus, cõfisus. Officii mei erga te, quod in nulla re tibi defuit. Et beneuolentiæ meæ erga te. Certo indicio, non temere. Susceptam, incœptam, Quoad, quousque, quandiu.

Atheno-dorus

Versus Homeri

Quoad

ASCEN. QVAM ornamenta uirtutis? quasi dicat longe erras, nam cum nondũ consecutus eram ea, quæ sunt amplis-

quàm ornamenta virtutis existimas? cum ea cõsecutus nondum eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima, tamen ista vestra nomina nunquam sum admiratus: viros eos, qui ea vobis reliquissent, magnos arbitrabar. Postea vero quàm ita & cœpi, & gessi maxima imperia, vt mihi nihil neque ad honorem, neq; ad gloriam acquirendam deesse putarem: superiorem quidem nunquam, sed parem vobis me speraui esse factum. Nec me Hercule aliter vidi existimare vel Cn. Pompeium, quem omnibus, qui vnquam fuerunt vel P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono. Tu si aliter existimas, nihil errabis, si paulo diligenti⁹, vt quid sit ἐξοχή, quid sit εὐγένεια intelligas: & si Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat, attenderis. Sed vt ad rem redeam, me tibi non amicum modo, verumetiam amicissimũ existimes velim: profecto omnibus meis officiis efficiam, ut ita esse vere possis iudicare. Tu autem si id agis, vt minus mea causa, dum ego absum, debere videaris, quàm ego tua laborari: libero te ista cura. πάρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι, οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς. Si autem natura es φιλαίτιος, illud non perficies, quominus tua causa velim: hoc assequere, vt in quam partem accipias, minus laborẽ. Hæc ad te scripsi liberius, fretus conscientia officii mei, beneuolentiæq;, quam à me certo iudicio susceptã, quoad tu voles, conseruabo. Vale.

Ex. vii. Epistola. Pluribus uerbis. A pausania Len. liberto, ac à Cosso meo audiui, cum dicerent. Tamen ista uestra nomina nunquam sum admirat⁹, uiros eos qui ea uobis reliquisset, magnos arbitrabar. Tu si aliter existimas, q̃ hi senserint, uide, errabis. Tu autẽ si id agis, ut mea causa minus, dũ ego absũ, debere uidearis, q̃ ego tua laborari, libero ista te cura, & adsunt mihi alii qui me honorabunt, maxime autem cõsilio plenus Iupiter. πάρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι, οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς. Sin aũt natũ est φιλαίτιος, illud non perficies, quo minus tua causa uelim. Hoc assequere, ut quam in partẽ accipias, minime laborẽ.

simo

...ego nunquam sum admiratus. s. tanquam rem admiratione dignam, ista scilicet quæ iactatis nomina uestra, sed sup. arbitrabar uiros, qui reliquissẽt uobis ea. s. noia præclara, magnos, nã nisi illi magni fuissẽt, nõ reliquissent posteris suis noia preclara. Vero, id est sed postea q̃ ego cœpi, i. audiui, & gessi imperia maxia. ita ut putarẽ nihil deesse mihi, neq; ad honorẽ sup. acquirẽdũ neq; ad gloriam acquirendã, speraui me esse factũ nunq̃ quidem superiorem, sed parem uobis. Nec me Hercule ego uidi uel Cnæum Pompeium, quem antepono omnibus, qui unquam fuerunt, uel Lentulum quem antepono mihi ipsi, existimare, id est censere & iudicare aliter, scilicet q̃ ꝙ par uobis factus essem. Tu ô Appi si existimas. i. iudicas aliter, nihil errabis, si ut intelligas quid sit ἐξοχή exoce. i. excellentia, quid sup. sit εὐγένεια. i. nobilitas & bona natiuitas. attenderis, id est animaduerteris, quid Antenodorus filius Sandonis, additur autem id, quia ut Srabo refert fuit etiam alter Cordolion dictus: hic autem Sandonis filius fuit prætor Cæsaris, dicat de his rebus, quia nobilitatem uirtute metiebatur, dicebatq;, quod Iuue. Tota licet ueteres exornent undiq; ceræ Atria, nobilitas sola est atq; unica uirtus. sed ut redeam ad rem. i. quod ad utilitatem faciat. Ego uelim sup. ut existimes, me non modo. i. non tantum, amicum tibi, uerum etiam amicissimum. Profecto ego efficiam omnibus officiis meis, ut tu possis iudicare ita esse uere. Tu autem si agis. i. prætendis id, ut tu uidearis debere minus sup. laborare mea causa. dum. i. donec ego absum, q̃ ego laborarim pro laborauerim tua sup. causa, ego libero te ista cura. i. sum contentus, ut mea causa nõ labores: nam ut inquit Agamẽnon Homericus ad Achillem iratum in primo Iliados, πάρ' ἐμοί γε. i. apud me καὶ ἄλλοι. i. & alii sup. sunt οἵ κέ με τιμήσουσι qui me honorabunt μάλιστα δὲ, maxime autem μητίετα cõsiliarius Ζεὺς Iupiter. quasi dicat Cic. si tu minus honorabis, me honorabunt alii, si autem es natura. i. per naturam φιλαίτιος. i. querulus, tunc non perficies quominus. i. ut nõ uelim, scilicet laborare aut prodesse in causa tua, aut sic quo, id est ut uelim minus sup. propterea in causa tua, sed sup. tu assequere. i. obtinebis hoc, ut laborem. i. curẽ, minus in quã partẽ accipias, scilicet hæc à me scripta, siue in bonam, siue in malam. Ego scripsi has ad te liberius. i. multũ libere aut liberius q̃ par est, fretus conscientia officii mei, & beneuolentiæ sup. meæ. quam susceptam certo iudicio à me, conseruabo quoad. i. quandiu tu uoles.

apologetica, excusatoria.

M.T.C. Appio Pulchro Imperatori. S.P.D. Epist.

ET si quãtùm ex líteris tuis intellígere pótui, vidêbã te hanc epístolam cũ ad vrbem esses, esse lectũrum, refrigerâto iàm leuíssimo sermóne hóminũ prouinciálium. tamèn cùm tu tàm multis verbis ad me de improbôrũ oratióne scripsisses, faciendũ mihi putâui, vt tuis líteris breuì respondêrem. Sed prima duo cápita epístolæ tuæ tácita mihi quodámodò relinquenda sunt. Nihil enĩ habent, quod aut definîtũ sit, aut certũ: nisi me vultu & taciturnitâte significasse tibi non esse amîcum. Idq; pro tribunáli, cum áliquid agerêtur, & nonnullis in conuíuiis intélligi potuisse. Hoc totũ nihil esse possum intellígere: sed cũ sit nihil, ne quid dicâtur quidẽ intélligo. Illud quidẽ scio meos multos & illustres, & ex superiôre, & ex æquo loco sermónes hábitos cũ tua summa láude, & cum magna significatiône nostræ familiaritâtis, ad te verè potuisse deférri. Nã quod ad legátos áttinet, quid à me fieri pótuit, aut elegántiùs, aut iústiùs, q̃ vt sumptus egentissimárum ciuitâtum minúerem sine vlla imminutióne dignitátis tuæ, præsertìm ipsis ciuitátibus postulántibus? Nam mihi totum genus legatiónum tuo nómine proficiscéntium, notum non erat. Apameæ cum essem, multárum ciuitátum

HVBER. ET si. Hæc epístola ferè tota est responsiua epístolæ Appi. nisi in fine. conquestus enĩ fúerat primùm, quod Cice. uultu & taciturnitáte significasset se non esse amícum Appii, quod Cice. dicit se non intellígere quia nihil fuit. Deindè conquestus erat, quod cum ciuitátes prouínciæq; decreuissent míttere público sumptu legatiônes Romam ad laudãdum Appium in senátu, Cic. edicto suo, & decrêto prohibuisset ipsas legatiónes, de qua re se excûsat diligentèr. Addíderat Appius ꝙ Cice. de eius famâ in prouíncia detraxisset, quod omnino negat Cice. & dicit Appium aut hoc improbè finxisse, aut si audîuit ab áliquo eum errasse, tamèn quod nimis temerè & leuitèr credíderit. Postremò ostendit sibi gratum esse, quòd admónit⁹ fúerit de rebus urbánis ab Appio quem rogat, ut agat cum Horténsio familiâri suo, ut omninò non ápprobet ꝙ Cícero remáneat in prouíncia per duos annos. Breuius demùm ádmonet Appium ubi nunc sit, & quid noui sit in Cilícia. Vidêbam. intelligêbam. Hanc meam. Ad urbem. in urbe. Significat enim nùnc in loco, ut prima quod ad Troiã pro charis gésserat argis. Refrigerâto. remisso, diminûto, cessante, sicut contra feruêre pónitur pro créscere, & frequentâri. Leuíssimo sermóne. id est leuissimôrũ hóminum sermône. prouinciâlium. illius prouínciæ, id est Cílicum, qui gáudẽt inter nos diffídium pónere. Multis uerbis. longiôre epístola. Faciendum putaui. id est uisum est mihi. Breui. i. páucis uerbis. Cápita. capítula, primæ partes, uel claûsulæ primę. Tácita. sine ulla mentiône & responsiône. Diffinitum. determinâtum. Certum. exprêssum: uidentur enim esse sómnia quæ in princípio epístolę scribis. Vultu. faciêi qualitâte, qua póssumus significâre ánimũ nostrũ, ut puta si rideâmus, cùm quíspiam détrahit de honôre altérius, significâmus nos non esse ei amîcos, quia non riderêmus. Cum uerò propter illas detractiónes obdúcimus aut rugâmus frontem, osténdimus nos amîcos, qui reuólumus audîre eius detractiônes, deprehẽdi autem uultu ánimi qualitâtem osténdit. Iuue. Deprehendas ánimi tormenta latentis Et ægro córpore, deprehẽdas & gáudia, sumit utrunq; Indè hábitum fácies. Taciturnitâte. quia si detrahéntibus nihil contra respondemus

Ad urbem significâre nunc in loco

demus,uidemur confirmare,ergo. Vultu.ostendendo lætitiam cum tibi detrahebatur. Facturnitate.facendo,& quodammodo affirmando quæ de te dicebantur,id.me non esse tibi amicum. Pro tribu.i.in tribunali. Nam pro hic pro in ponitur.In tribunali autem.i.cum ius redderem. In conuiuiis.quibus interfueram.

Hoc totum quod dicis me significasse uultu & taciturnitate in tribunali & in conuiuiis me non esse amicũ tibi. Nihil esse â me,nũq; â meesse factũ. Ne quid dicatur.quia ex nihilo nihil potest elici. Illud.dixit se nulla re ostendisse se esse inimicum Appio,nec unq; ei detraxisse,nunc dicit se etiam eũ sæpe laudasse. Illud.qđ sequitur.i.meos sermones. Habitos.dictos à me. Illustres.claros, honorificos. Ex superiore loco.in tribunali. Ex æquo inferiore,ut in conuiuiis & cæteris locis. Laude tua. cum magna tua cõmendatione. Ex significatione.demonstratione,testificatione. Quod ad legatos.respondet alii parti epistolæ de impeditiõe legationum. Elegantius.dignius. Aut iustius.cum maiori iustitia. Egentissimarũ pauperrimarum. Sumptus.qui imponebantur pro mittendis legatiõnibus. Postulantibus à me,ut imminuerem sumptus earum, neq; enim mea sponte motus sum,ut id facerem. Genus legationum.i.quales essent omnes legati,qui proficiscuntur Romam. Tuo nómine.tua causa,ut te laudarent.

ASCEN. ¶ Lordo

ETSI. Respondet epistolæ Appii,quâ multa obiecerat,quæ purgat,utì legenti facilè patèbit. Ordo autem est.Etsi.q̃q̃,ego uidêbã quãtùm pótui intellígere ex líteris tuis,te lectũrum sup.esse hanc epístolam cùm uenísses ad urbem.s.Romam,sermóne leuíssimo.i.inconstantíssimo,hóminum prouinciálium,qui iniq; conquesti fuêrunt de Ci.refrigerâtũ.i. temperâtum & sedatũm iam tũ cùm tu scripsísses ad me tam multis uerbis,de oratióne.i.locutióne hóminum improbórũ,ego putâui faciendũ mihi.i.me debêre fácere,ut respondêrẽ breuì.i.breuiter,uel breui,sup.epístola uel responsiõe,líteris tuis. Sed duo prima cápita.i.principáles sentẽtiæ epístolæ tuæ.relinquenda sunt mihi quodámodo.tácita enim.i.quia.nihil habent quod sit aut difinítum.i.determinâtum,aut certum,nisi me significâsse uultu & taciturnitáte.i.eo ꝙ uultum irâtum habêrẽ, & nihil dícerem,me sup.non esse amícum tibi,idq;.i.& id potuísse intélligi pro tribunáli.i.ante tribúnal,cùm áliquid ageretur,& nonnullis.i,quibusdam conuiuiis. Ego inquit Cícero,possum intellígere hoc totum nihil esse.i.ex uana suspitióne esse ortum.sed cùm nihil,scilicèt in te,nec quidèm.i.non etiam aut non saltèm,intélligo quid dicâtur. Quidèm.i.certè,ego scio illùc multos sermónes meos hábitos & illustres.i.claros, & ex superióre loco.i.cùm in sede magistrâli sedêrem, & in loco æquo.i.plano,cùm ut priuâtus lóquerer cum summa láude tua,& cũ magna sollicitũdine.i.anxietáte,& significatiõe familiaritátis nostræ,potuísse deferri.i.delatoriè afférri ad te,uere.i.uerácitèr. Nam quod áttinet ad legátos qui communibus súmptibus uolébant Romam proficíscì,ut Appium publicè laudârent,quid pótuit fieri à me,aut elegantiùs.i.decentiùs,aut iustiùs, q̃ ut minuérem,sumptus.i.expensas ciuitátum egentíssimârum,sine ulla imminutióne dignitátis tuæ,præsertim ipsis ciuitátibus postulántibus super illud,quasi dicat nihil. Nam totum genus legatiónum.i. legatórum proficiscéntium.i.abeúntium tuo nómine,non erat notum mihi.i.non erat approbátum à me,cum nescírem iustam ratiónem eárum. Cum ego essem Apamẽæ.i.in ea urbe Antiochiæ,aut(ut alii dicunt)Phrygiæ,sed Strabo dicit sic.Antiocénsibus ad Austrum Apamẽa est,in mediterráneo sita. Et paulo ante de Antiocẽsi prouíncia, quæ est pars Syríæ loquẽs,dicit.Vocátur etiam tetrápolis ex insígnibus úrbibus quæ ibi sunt,& si plures sint, maxi me tamẽ quatuor sunt Antiochia apud Daphnem,& Seléucia in Piéria,& Apamẽa & Laodícea,quæ propter concórdiam soróres dicebantur.Eas Seléucus cóndidit. Máxima ab eius patre Antiodóco Antiochia dicta est,minutíssima ab eo,Apamẽa uero ab eius uxóre,

Apamea
Antiochia
Seleucia
Laodicea

Laodicea autem à matre nominâta est. Alibì tamèn dicit Apamẽam & Laodicẽam Phrygiárum urbium maximas.Sed Phrygia generálitèr ea quoquè pars dícitur.

HVBER. Soluendo non essent Hic

¶ PRINCIPES.primates. Detulerunt ad me.renuncia uerũt mihi. Decerni.statui in prouincia, Soluẽdo nõ essent,soluẽdi facultatẽ nõ haberent. Hic.tunc:est enì aduerbiũ tẽporis,ut hîc Regina grauẽ gemmis, auroq; poposcit,Impleuitq; mero paterã.aliàs loci,ut,Hic illi⁹ arma,hîc currus fuit. Vrbanũ.ciuilẽ, cultis maioribus.

Vrbanus

Vt nunc loquimur.quia uerbũ erat temporibus Cic. nouum.ut ostendit Quintilianus lib.viii.ubi tractat de ornatu orationis,& adducit hunc locum Cice.ísto genere legationum.i.talibus legationibus, quæ nulla necessítate proficiscerentur,sed tantum ut te laudarent.

Synnadis
Synnadica marmora

Synnadis,quod est oppidum Phrygiæ ad Cariæ fines unde marmora effodiuntur, quæ synnadica dicuntur.

Id.s.te non delectari hoc genere legationum. Primum,scilicet dicebam.Appium Claudium.s.te. Myndesium. Myndum oppidum Cariæ. Sponte per.ipsum.i.sua causa & nõ testimonio legationum.In ea.n.dicit quare potius dixerit Myndesium q̃ aliorum populo tum,quia in ciuitate mentio facta est de hac re. Senatui.à senatu,datiuus pro ablatiuo. Deinde.s.dicebam. Accidisse.contra eorum uoluntatem euenisse. Eorũ causa,ut eos laudarẽt. Tempus.occasionem dari. Laudandi.eos quorũ causa uenissent. Studia.dicebam mihi placere uoluntatem eorum, quod essent grati erga te,propter merita tua bene administratæ prouiciæ,sed.

Consilium. deliberationem proficiscendi Romam tua causa. Minime.nec quia ut dixi tua sponte satis est laudatus senatui & Populo Romano. Officiũ suũ

principes ad me detulêrunt sumptus decerni legátis nimìs magnos, cum soluendo ciuitátes non essent.Hîc ego multa simul cogitaui. primum te hominem, non solum sapientem, verum etiam(vt nunc lóquimur)vrbanum, non arbitrabar ísto genere legationum delectari: idq; me arbitror Synnadis pro tribunali multis verbis disputauisse. Primum Appium Claudium senatui, populoque Romano non Myndesiũ testimonio (in ea enim ciuitate mentio facta est)sed sua sponte esse laudatum. Deinde me ista vidisse accidere multis, vt eorum causa,legationes Romam venirent:sed his legationibus non meminisse vllum tempus laudandi,aut locum dari. studia mihi eorũ placere, quod in te benemerito grati essent:cõsiliũ totũ videri minime necessariũ. Si autẽ vellent declarare in eo officiũ suũ,laudaturum me,si quis suo sumptu functus esset officio: concessurum,

id est,

id est, si uellent demonstrare se esse gratos,sicut eos esse decet. Laudaturum.subaudi dixi. Esset functus officio, uenisset Romam ad laudandum te. Sumptu suo.proprio: non autem sumptu publico, qui exigitur contra uoluntatem multorum. Concessurum.permissurum,ut fungeretur officio.

si legitimo:nó permissurum, si infinito. Quid enim reprehẽdi potest? nisi quod addis,visum esse quibusdã, edictum meum,quasi cõsulto ad istas legationes impediendas esse accommodatum? Iam vero non tantum mihi videntur iniuriam facere ii,qui hæc disputant, quam si cuius aures ad hanc disputationem patent. Romæ composui edictum,nihil addidi, nisi quod publicani me rogarunt, cum Samum ad me venissent, vt de tuo edicto totidem verbis transferrem in meũ diligẽtissime scriptũ. Caput est,quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatum. quo in capite sunt quædam noua,salutaria ciuitatibus, quibus ego magnopere

¶ LEGITIMO.s.sumptu.i.honesto,moderato. Infinito nimio,& immoderato. Esse enim,quasi dicat quosdã existimasse. Quasi consulto.q.d.dedita opera & tantummodo ad hoc,ut impedirem legationem, & non ꝓ dessem prouinciæ. Accommodatum.adaptatum factũ,

HVBER.

Iam

Iam.incœptiua particula in hoc loco. Disputant.ꝓferunt. Hæc talia.s.me feciſſe edictum de industria,ut impedirem legationes tua causa profecturas. Cuius.alicuius. Patent.sunt expositę,quod est signum inconstãtiæ & amoris nõ ueri.Nam inquit Ci.in Lelio de amicitia.Addendum eodem utnec criminibus inferendis delectetur amicus, nec credat oblatis,quæ pertinẽt omnia ad inconstantiam.Idem in eodem libro paulo inferius.Iam deinde non solum ab alio oblatas criminationes repellere, sed neq; ipsum quidem esse suspitiosum semper aliquid existimantem ab amico esse uiolatum.

Edictum.decretum. Publicani.qui publica tractãt & cõducunt. Samum.Samos tantummodo dicitur ꝓ insula,Same uero & Samus ꝓ urbe dicitur,autor Strabo lib.x. Romæ. cum essem Romæ, ubi nihil suspicabat de huiusmodi legationibus. Addidi. occurrit obiectioni,ne diceret eũ forte postea consulto id addidisse. Caput.capitulum,quod ego transtuli de tuo edicto in meum. In capite.de minuendis sumptibus.Nouã.à te nõ cogitata. Salutaria.utilia.Quibus.salutarib⁹

ASCEN. ¶ Soluendo

¶ PRincipes multatum ciuitatũ detulerunt ad me.i.claúsula insinuauerunt mihi,sumptus nimis magnos decerni.i.decreto adiudicari,legatis.s.Romam ituris,cum ciuitátes non essent soluendo.i.ut soluant.Ego cogitaui multa simul,hîc.i.in hac re,aut hoc tempore.primum arbitrábar te hominem,non solum sapientem,uerũ etiam,ut nunc lóquimur,urbánum.i.politũ,sermóne & móribus,non delectari ísto genere legationum.s.quæ in uanum exhaurirent egentíssimas ciuitates. Ego arbitror me disputasse id multis uerbis. pro tribunali.i. in tribunali Synnadis.i.in eo oppido Cariæ,ubi uis est marmorum,quæ synnadica inde dicuntur. Alii Phrygiæ quoq; eam addicunt:quia uicina sunt loca, Phrygiaq; maior ea complectitur. Est autem forma ablatiui pluralis.Primum sup.dixi disputãdo,Appium Claudium esse laudatum senatui & Pop.Ro.i.a senatu & populo Ro.aut coram senatu & Populo Ro.non testimonio Myndensium.i.legatorum è Myndo oppido Carię,mẽtio enim legationis mittendæ facta est in eo oppido,sed sua sponte.i.sine alicuius intercessione.Nam senatus de republica benemeritos sponte laudare solebat.deinde sup. dixi,me uidisse ista accidere multis ut legationes uenirent Romam,causa eorum.s.laudandorum,sed dixi me non meminisse,ullum tempus aut locum laudãdi darihis.i.huiusmodi legationib⁹.Sicut Agrecius dicit.memini exigit præsens tempus,ut memini uidere non uidisse & hic dari non datum esse.Idq; Cic.fere obseruat.Valla tamen in Raudensem improbat. Certum autem est Vir.in Geor.dixisse. Memini Coritium uidisse senem,& Persium,memini somniasse,sed frequẽtior est per præsens locutio. Dixi sup.studia eorum qui ire aut mittere uolebant,placere mihi,ꝙ essent grati in te benemeriti, sed sup.dixi consilium totum.s.de mittendis legatis uideri minime necessariũ. Si autem uelent declarare officium suum in eo.s.consilio aut incœpto,dixi sup.me laudaturum,si quis functus esset officio.s.legationis Romam tui laudandi gratia, suo.i.proprio sumptu,non ciuitatum egentium,& dixi concessurum,si sup.functus esset suo sumptu legitimo.i.rationabili,qualem leges permittunt, & sup.dixi me nõ permissurum si infinito.s.sumptu, quia cederet in detrimentum reip.cui expedit ut unusquisq; re sua bene utatur. Disputaui autem,publice,aut fateor me disputasse publice: quid enim potest reprehendi.s.in meo facto,nisi quòd addas uisum esse quibusdam edictum meum,esse accommodatum.i.applicatum, quasi consulto.i.consilio prævio ad istas legationes impediendas. Iam uero ii qui hæc disputant.i.uariis sermonibus agitant,non uidentur mihi facere iniuriam,tantum.i.in tantum,q̃.i.quantum,sup.is si cuius.i. si quis talis sit ꝙ eius aures patent ad hanc disputationem,tácite notat Appium,qui detractores libenter audit,modestius tamen dicit si cuius,q̃ si diceret ut multi legunt.q̃ ii quorum &c.aut,Is cuius &c. Ego composui edictum Romæ.i.cum adhuc Romę essem,nec quicquam de legationibus istis suspicarer,& nihil addidi,nisi id quod publicani.i.qui pub.ut uectigalia conducunt & tractant rogarunt me cum uenissent ad me Samum.i. in eam urbem insulæ eiusdem nominis,sed urbs etiam Same dicitur:insula tantum Samos, ut transferrem.i. transmutarem,

Samos

delector.Hoc vero,ex quo suspitio nata est me exquisiuisse aliquid,in quo ego te offẽderem,translatitiũ est.Neq;.n.erã tã desipiens,vt priuatæ rei causa legari putarem,qui & tibi non in priuato, & pro re non priuata sua, sed publica, non in priuato,sed in publico orbis terræ con-

de edicto in meũ.s.edictum,scriptum diligentissime,totidem uerbis,quot esset scriptum in tuo edicto,hoc est ut quod erat in tuo edicto,ponerẽ aliter,in quo capite sunt quædam noua salutaria ciuitatibus, quibus ego delector magnopere.

HVBER.

¶ DELector.quia cum præsim prouinciæ,omnia referro ad eius utilitatem. Offenderem te,facerem contra te. Translatitium.fictitium in me falso translatum.

Neq; enì reddit rationem quare hoc sit trãslatitium.

Priuatæ rei.sed potì⁹ causa publica.Legari.mitti.subaudi eos. Qui mittebantur.i.Romam. Tibi non.p.

qui

qui gesseras magistratum. Non priuata sua. non ipsorum tantum prouincialium. Edixi decreui, statui. Iniussu meo.sine meo mandato.Exclusi.excepi. Persequi me.uenire ad me,qui eram admodum longe. Taurum.montem quem Cice.transierat. Ridiculum.dignum risu,quia sine ratione dictum

silio.i.in senatu,vt gratias agerent,mittebâtur.Neq; cû edixi nequis iiussu meo pficisceretur, exclusi eos, qui me in castra,& q trâs Taurû psequi nô possét.Nã id maxie est in tuis literis irridendum.

HVBER. QVID enim erat. hoc dicit nullam fuisse causam quare eum persequerentur trans Taurû, quia anteq̃ transiret Taurum,ita egerat iter suû, ut non modo illæ legationes, uerû etiã legationes oĩm ciuitatû potuerint eû côuenire. Ad Iconiû.unde paulo ante mouerat castra,ut in superioribus epistolis ostendit. Diocesiû Diocesis scribitur per œ diphtongû,& significat gubernationem,administrationem:nã διοικέω significat guberno,ergo diœcesium iurisdictionû,gubernationum prouinciæ. Cis,citra. Magistratus,officiales Philomeli.quod ẽ oppidum Phrygiæ in magna planitie à septentrione,autor Strabo. Istius ge.huiusmodi quæ mitteretur causa laudandi te. Atq;. dicit se nihil decreuisse sua sponte de huiusmodi legationibus, nisi quod postulationibus principum ciuitatis coactus est facere. Remittẽdo.pro dimittendo Postulauissent.rogassent. In uenditionem tributorum.quia plerunq; uenduntur tributa his qui postea ea exigunt sine ulla clementia. Acerbissimam.crudelissimam, accipiendo pignora & subhastando bona eorum qui debent tributa. Capitum atq; ostiorum quæ per capita & per ostia fit & imponitur.

Diœcesis

Philomelû

Inducerentur.imponerentur, & quasi in malam consuetudinem reducerentur. Minime necessarii.& ideo non tolerabiles:nam sumptus necessarii etiã si sint graues,æquius tolerantur. Ego autem cum hoc suscepissem.aggressus essem,ut defenderem. Adductus.motus.

Miseriis.calamitatibus. Perditas. afflictas, consumptas. Per suos magistratus.latenter pulsat Appium.

Non negligens.liptote.i.diligentissimus. Non debuisti.ut ostendimus supra,esse officium boni amici & constantis. Aliis.multi enim sunt qui multa fingunt, & ea falsa attribuunt amicis, quos pessimos esse ostendit Horati.in sermonibus his uerbis. Fingere qui non uisa potest,secreta tacere Qui nequit, hic niger est hûc tu Romane caueto. Minime liberale.minime honestû.

ASCEN. VERO pro sed.hoc ex quo suspitio nata est,me exquisiuisse.i.excogitasse aliquid, in quo offenderem te, est tralaticium.i.seu translatitium.i.fictitium & falso in me translatum,ex malitia eorum qui talia cogitãt & faciunt. Neq; enim eram tam desipiens ut putarem sup. eos legati causa rei priuatæ,qui mittebantur ut gratias agerent,& tibi non priuato sed publico magistratu functo,& nô pro re priuata sua id est, sibi propria, sed sup. & non .s.gratias agerent,in priuato scilicet loco, sed in pub.consilio orbis terrę.i.in senatu scilicet Romano.

Neq; enim cum edixi.i. publico mandato iussi,ne quis proficisceretur.s.Romam iniussu.i.sine iussu, meo, exclusi eos qui non possent persequi.i. ad finem usque sequi.Non enim semper in malum accipitur,me in castra & qui non possent persequi me trans Taurum scilicet montem.quia qui ne quis dicit, omnes includit sub uetatione sua. Nam id est maxime ridendum in literis tuis. Scripserat enim Appius mordendo Ciceronem, ꝙ cum prohibuisset quenquam iniussu suo pficisci Romam,non prohibuerit proficisci secum in castra & trãs Taurum,immo dicit Cicero generalem se fecisse prohibitionem,neque opus fuisse ut legationes mitterentur secum aut in castra aut trans Taurum. Quid enim erat quod.i. propter quod persequerentur in castra, ue pro uel,transirent Taurum,nomen est maximi montis

Persequi

Quid enim erat, quod me persequerentur in castra, Taurumve transirent: cum ego Laodicea vsque ad Iconium iter ita fecerim, vt me omnium illarum diœcesium,quæ cis Taurum sunt,omniumque earum ciuitatum magistratus, legationes conuenirent. Nisi forte postea cœperunt legare,quâm ego Taurum transgressus sum:quod certe non ita est. cum enim Laodiceæ,cum Apameæ,cum Synnadis,cum Philomeli, cum Iconii essẽ, quibus in oppidis omnibus commoratus sum,omnes iam istiꝰ generis legatiões erant constitutæ. Atque hoc tamen te scrire volo, me de isto sumptu legationum aut minuendo, aut remittendo decreuisse nihil,nisi quod principes ciuitatum me postulassent,ne in venditionem tributorum,& illam acerbissimam exactionem,quam tu non ignoras, capitum,atque ostiorum,inducerentur, sumptus minime necessarii.Ego autem cum hoc suscepissem, non solum iustitia,sed etiam misericordia adductus, vt leuarẽ miseriis perditas ciuitates, & perditas maxime per magistratus suos:non potui in illo sumptu nô necessario negligẽs esse.Tu, cû istiusmodi sermones ad te delati de me sût,nô debuisti credere.Si aût hoc genere delectaris, vt quæ tibi in mẽ tẽ veniãt,aliis attribuas,genus sermonis inducis in amicitiam minime liberale

Armeniã à Cilicia dirimentis.cum ego fecerim iter à Laodicea.i.ab ea urbe Antiochiæ aut Syriæ seu Phrygiæ maioris,usque ad Iconium oppidum Cappadociæ,ita ut magistratus & legationes omnium diœcesium.i. iurisdictionum ac gubernationum, à uerbo διοικέω, quod est guberno, unde secunda per œ scribitur, & tertia à Græcis per κ.& ita ambæ sunt longæ:est διοικήσεις diœcesis,dispositio,gubernatio,iurisdictio,quæ sunt cis,id est citra Taurum,& omnium illarum ciuitatum,conuenirent me,scilicet agendi mecum de rebus suis gratia,nisi forte legati sup.cœperunt legari.i.mitti postea q̃ ego transgressus sum Taurum,quod certe non est ita. Cum enim essem Laodiceæ,cum essem Apameæ,cum, repete essem,Synadis,cum.s.essem Philomeli,cum essem Iconii,quæ sunt oppida iam nota in prouincia sita:Iconium quidem in Cappadocia, Philomelum in Phrygia.s. maiore,

Diœcesis

Philomelû

maiore,quod situm est in magna planitie à septentrione: cætera prius dicta sunt. Synnada quidem urbs est Asiatica ad Cariæ fines,& ut Strab.dicit,non magna est,ad quam planicies iacet oleis cõsita. LX.fere stadiorû. Vlterius est Dorci uicus & Synnadici lapidis fodina.De declinatiõe aût ne quid hæsites,quia Ci.Synnadis aduerbialiter dicit:credam uti abltõ plurali ut sit nominatiuus Synnada synnadorû.Calepinꝰ tñ dicit apud Sydonium declinari Synnas synnadis,quod hoc dici nõ posset,nã ab eo ntõ diceretur hoc Synnade aut synnadi nõ synnadis,in quibꝰ omnibus oppidis ego cõmoratus sum.i.moram traxi,oẽs legationes istius generis,s.quæ mitterẽtur tui laudãdi gratia,erãt cõstitutæ.i.translatæ. Atq; ego uolo te tñ scire,hoc me nihil decreuisse.i.decreto constituisse,de isto sumptu legationum,aut minuendo aut remittendo.s.illis qui eo onerabantur, nisi quod principes ciuitatum postulassent mane.i.matutino tempore eius diei quo decreueram, ne sumptus minime.i.omnino non necessarii.ducerentur in uenditionem tributorum:interdum enim tributa uenduntur, & qui ea emunt acerbissime exigunt,& illam acerbissimam exactionem capitum atq; ostiorû.i.de singulis capitibus atq; ostiis domus,quã tu non ignoras,quia eius tẽpore uigebat,aut ab eo ut eius gratia instituta erat.

Synnada

Ego autem cum suscepissem.i.faciendum recepissem hoc.s.ne fierent sumptus non necessarii,adductus.s.ad hoc non solum iustitia,quæ nimiam exactionem prohibet,sed etiam misericordia,ut leuarem.i. deonerarẽ miseriis ciuitates perditas.i.pereuntes,& perditas maxime per magistratus suos,nõ potui negligens esse in illo sûptu nõ necessario.s.uetando. Tu cum sermones istiusmodi.s.detractorii & inimicitiarum generatiui,essent delati ad te de me,non debuisti credere. Si autem delectaris hoc genere.i.fictionum aut sermonum,ut attribuas aliis.i.dicas tibi dicta esse ab aliis,quæ ueniant tibi in mentem.i.quæ putaris dicta aut facta esse potuisse, tu inducis in amicitiã genus sermonis minime.i. nequaq̃ liberale.i.libero homine dignum.

Ego si in prouincia de tua fama detrahere vnquam cogitassem, non ad generû tuum Lentulum,neque ad libertum tuum Brundusii, neque ad præfectum fabrum Corcyræ, quem in locum me venire velles, retulissem.Quare potes,doctissimis hominibus autoribꝰ, quorum sunt de amicitia gerenda præclarissime scripti libri,genus hoc totum orationis tollere. Disputabant, ego contra differebam.dicebant,ego negabam.An mihi de te nihil esse dictumvnquam putas?ne hoc quidem,quod cum me Laodiceam venire voluisses Taurum ipse transisses?quod iisdem diebus meus cõuentus erat Apameæ, Synnadis, Philomeli.tuus Tharsi? non dicam plura, ne in quo te obiurgem, idipsû videar imitari.Illud dicam,vt sentio,si ista,quæ alios loqui dicis,ipse sentis, tua summa culpa est.Sin alii tecû hæc loquûtur,tua tamen,quod audis, culpa nonnulla est. Mea ratio in tota amicitia nostra constans, & grauis reperietur. Quod si quis me astutiorem fingit: quid potest esse incallidius,quàm cum te absentem semper defenderim, cum præsertim mihi vsu venturû nô arbitrarer,vt ego quoque absens à te defendendus essem,nunc committere, vt tu iure optio me absentẽ deserere posses? Vnû genus excipio sermonis, in quo persæpe aliquid dicitur, quod te putẽ nolle dici: si aut legatorû tuorû quispiã, aut præfectorû, aut tribunorû militû maledicit.

HVBER. EGO.probat ꝙ nûquam detraxerit de fama Ap.neq; enim consequens est,ut qui studeat alium honorare,detrahat de eius fama. se autem dicit studuisse honorare Appium,cum retulerit ad generum eius, ad Phaniam libertum, & leptam præfectum fabrum suorum,in quẽ locum Appius uellet eum uenire,se enim uenturû quocunque uenisset. Ergo non est uerisimile quod cogitauerit ei detrahere. Ad li.ad Phaniam, ut supra in aliis epistolis. Præfectum fabrum, Leptam ut supra.

Venire. ut mecum loqui posses. Quare.concludit huiusmodi sermones delatos,quod Cicero ei detraxisset.oĩno non fuisse credendos. autoritatem eorum qui de amicitia scripserunt,ut probauimus supra ex Lælio Ciceronis. Autoribus. doctoribus, suasoribus.i. doctissimorum uirorum sententia. Gerenda.colenda, seruanda. Orationis,detractoriæ, & transferendi criminationes falsas in amicum. Tolere remouere,non credere. Disputabant. ostendit quid debuerit facere Appius, quia debuerat refellere criminationes, quæ ad se deferebantur de Cice.sicut ipse refellebat ad se delatas.

Differebam.disputabam credo esse uerba sumpta ab aliquo,qui dicat in amicitia ita esse faciendum.Contra ea quæ mihi deferebantur, ita ut facere debueras. De te.quod faceres contra honorem meû. Nec hoc quidem.s.putas esse dictum. Venire me.sicut indicauerât mihi Lucius Clodius,ut in pręcedentibus epistolis est uisum. Conuentus.i.iurisdictio, quia illuc conueniebant populi ubi erat proconsul. Apamea,& Laodicea. Phrygiarum urbium maximę sunt. Tuus Tharsi.quia illic decernebas,statuebas,iudicabas,forum habebas,ut supra in epistola quæ incipit Cum meum factum.Tunc enim maleuoli homines detulerant Cice.Appium præiudicare eius honori:quia adhuc ita prouinciã administraret,quasi Cice.pro nullo esset. Idipsum quod attribuam tibi,quod in mentem uenerit. Obiurgem.accusem te, quia te accuso ꝙ id feceris. Si ista.dilemma argumentum, quod ex utraq; parte concludit. Ipse sẽtis.ipse iudicas & credis. Culpa.quia temere credis.

Apamea
Laodicea

Dilemma

Sinautem.altera pars argumenti. Quod audias.ꝙ his patefacias aures,quia non deberent aures tuę patere delationibus istorum. Nonnulla. aliqua sed maior q̃ superior. Quod si quis.argumentatur aliis rationibus,ꝙ nulla fieret causa,quare debuerit ei detrahere, & occurrit obiectiõi,si quispiam fortasse diceret eû esse calidû & uersutum, quod quidem esse non posset, si ei detraheret, quem ante laudasset eo tempore, non sperabat euenturum,ut in aliqua re posset postea laudari ab Appio,nunc autem cum egeat huius fauore,quomodo uerisimile est quod egisset ut mereretur ab eo deseri. Fingit.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vsu uenire

git.putat. Astutiorem.comparatiuum pro positiuo. Quid potest.ostendit ꝙ hæc essent contra astutiam, quæ dicitur fecisse. Incallidius.stolidius,simplicius. Vt.ordo est, quid potest esse incallidius, q̄ committere ut tu optimo iure me deserere posses,cum te absentem defenderim,cum præsertim non arbitrarer &c. Defenderim.olim Romæ. Te absentem.ab urbe,cum esses in prouincia. Præsertim.non fortasse dicatur fecisse,ut idem ab eo postea acciperet. Vsu uenturum.euenturum.Nam usu uenire,euenire & contingere significat. Ablens.nunc cum sum in prouincia. Quoq;.sicut te defenderam. Committerem.facerem. Iure optimo.merito ipso iustissima causa,qui si tibi detraherem,nunc merito me deserere posses. Vnũ genus.in uno tantum dicit Cic.se fortasse offendisse Appium,si fortasse audiuit aliquos ex tribunis uel præfectis Appii minus honorifice de eo loquẽtes,quod tamen etiã dicit ratum fuisse.Excipio,quia dixi me nũquam cogitasse detrahere tibi,excipio. Vnũ genus sermonis.quendam loquendi modum. Nolle dici.quia non uideatur esse tibi honorificum,& declarat quod sit illud. Si aut quis,id est aliquis. Male dicit male loquitur de te.

ASCEN.

☞SI ego cogitassem unq̄ detrahere de tua fama in prouincia,nõ tulisse ad Lentulũ generũ tuũ.i.ad iudicium & uoluntatẽ generi tui Cnæi Lẽtuli,neq; ad libertũ tuũ.s.Phaniã Brundusii, cũ adhuc essem Brũdusii,quæ est urbs Italię,neq; ad p̄fectũ fabrũ ꝓ fabrorũ,Corcyræ.i.cũ essẽ Corcyræ aut in Corcyra insula,in quẽ locũ uelles me uenire.s.ad cõueniẽdũ te,aut ut cõueniar à te.Quare tu potes doctissimis hoibus autoribus.i.id approbãtibus,quorũ.s.authorũ libri sunt.i.extãt scripti p̄clarissime de amicitia gerenda,tollere hoc totũ genus oro nis.s.quale est dicẽtiũ. Sup.hoies aut inimici disputabãt.s.de alicuius pfidia.Ego differebã.i.diuersa ab eis asserebã cõtra. Ipsi dicebãt.s.aliquid mali de te aut de alio,ego negabã.Talia enim solẽt dicere,qui uolũt uideri amici cũ nõ sint,quia fingunt se refellisse ea quæ nũq̄ dicta,sunt,ut nõ ipsi,sed alii ea dixisse putent,sic tũ ut licet dicãt se cõtradixisse,putẽt inimicos illorũ de qbus talia dicta narrãt,uera censere,nõ oẽs intelligunt hũc locũ. An o Appi,putas nihil unq̄ esse dictũ mihi de te?ne quidẽ.i.nõ saltẽ hoc,qđ cũ uoluisses me uenire Laodiceã,ipse trãsisses Taurũ, & ꝙ meus cõuẽtus.i.iurisdictio erat Apameę,Synnadis,Philomeli,& tuus cõuẽtus erat Tharsi iisdẽ diebus,qđ argumẽtũ erat te nolle ꝓuincia decedere. Nõ dicã plura,ne uidear imitari id ipsum in quo ego obiurgẽte. Ego dicã illud ut sentio,si ipse.i.tu,sentis.i.ex snĩa tua asseris ista quę dicis alios loqui,ẽ tua sũma culpa,sinantẽ.i.sed si, alii loquũtur hæc tecũ,tũ tua culpa est nõnulla.i.ex aliqua pte, qđ audis.s.tales. Mea rõ.i.forma faciẽdi & dicẽdi reperietur cõstans & grauis in tota amicitia nostra. Quod si quis singit me astutiorẽ.i.callidiorẽ,qđ põt esse incallidi⁹.i.magis nõ callidũ.hoc est stultius & simplicius,q̄ cũ ego defenderim semp te absentẽ,præsertim cũ ego nõ arbitrarbar usu uenturũ.i.euẽturũ mihi.Vt ego essem defendẽdus à te absens,ego committerem nũc ut tu possis optimo iure.i.æquissimis rationibus deserere me absentẽ.i. existentẽ in ꝓuincia. Ego excipio unũ genus sermõis.i. nihil dico de eo ĩ quo aliqd dicit plępe,qđ putẽ te nolle dici.i.ut dicat.si aut q̄spiã legatorũ tuorũ.i.q tui in ꝓuincia legati fuerãt,aut tribunorũ militũ,male dicit,s.de te

HVBER.

☞QVOD ipm.ut malediceret de te. Me audiente. corã me. Grauius.asperius. Impurius.inhonestius. In eo gñe.in ciusmodi sermone. Minus fœlicem.moderate eũ rep̃hendit,nolim dicere,te male tractasse ꝓuinciã, sed fuisse infelicem,nõ tua culpa,sed aliorũ improbitate,iniquitate aliorũ,qui essent sub te in administratiõe prouinciæ quorum improbitate dedecus ad te redundauit.Hos tales, dicit quare hos sermones audierit, & eos non represserit,ne audiret. Tuam existimationem, tuam autoritatem & dignitatem,quia non tua sed aliorum culpa diceris minus fęlix fuisse. Non lac.i.non captaui,nõ prouocaui,non quæsiui aut inuitaui. Repressi.i.uetui dici. Si quis est.dilemmate quodã ostendit omnino contemnendos esse eos qui ista deferunt Appio de Cice.Dicit.n.se reconciliatum esse Appio bona fide, quod si quis fortasse credit,dicit propter hoc se nõ probari perfidum, sed potius eum qui nõ credat,& est prima pars argumenti. Coarguit.comprobat. redierat enim in gratiam ut uisum est superius, reditus in gratiam illustris & cætera.Indicat suam.quia qui perfid⁹ est, credit & existimat alios esse perfidos . De te quem eodem modo existimat non bona fide esse reconciliatum, sicut nec me . Sin autem. altera pars argumenti à dissimilitudine,quia alia sunt mea alia fuerunt tua instituta. Recte fecerit, quia uterque nostrum habuit rationem iustitię & honestatis in his quæ a nobis statuta sunt. Non idem. quia ego aliter & tu aliter statuisti . Hunc talem uirum, cui non placent mea instituta,cũ sint recta,quia dissentiũt a tuis,quia mea magis restrinxerunt impensas q̄ tua.Liberalitas. latẽter & caute mordet Ap. ꝙ prouinciã nimis magnis sumptibus

Qđ tamẽ ipsũ nõ me hercule adhuc accidit me audiẽte: vt aut graui⁹ diceretur aut ipuri⁹,quã mecũ Corcyræ Clodi⁹ est loquutus:cũ in eo genere maxie querere tur,te aliorũ iprobitate minus felicẽ fuisse.Hos ego sermões,ꝙ&multi sũt,&tuã existimationẽ,vt sẽtio , nõ offendũt,lacessiuivnq̄,sed nõ valde repressi.Si quis est,qui neminẽ bona fide in gratiã putet redire posse,non nostrã iis pfidiã coarguit,sed indicat suã : simulq̄ nõ de meis peius,q̄ de tuis existimat.Sin aũt,quemq̄ mea instituta in ꝓuincia nõ delectãt:* & quadã dissimilitudine institutorũ meorũ ac tuorũ,lædi se putat,cũvterq̄ nostrũ recte fecerit, sed non idẽ vterq̄ secutus sit:hũc ego habere amicũ non curo. Liberalitas tua, vt hois nobilissimi latius in ꝓuicia patuit.nostra si angustior erit: & si de tua ꝓlixa,beneficaq̄ natura limitabit aliquid posterior ãn⁹,ꝓpter quãdã tristitiã temporũ:nõ debent mirari homines cũ & ipse natura semp ad largiendũ ex alieno fuerit restrictior,&tpib⁹,q-b⁹ alii mouẽtur,iisdẽ ego mouear: nõ eẽ acerbũ sibi,vt sim dulcis mihi. De rebus vrbanis quod me certiorẽ fecisti, cum p se mihi gratũ fuit, tum quod significasti oĩa mea mandata tibi curæ fore.in quib⁹ vnũ illud te præcipue rogo,vt cures, ne quid mihi ad hoc negocii , aut oneris

oneraſſet,

oneraſſet,quoniam cum large expenderet,large etiam pecuniã exigebat,quod se facere,nolle dicit, & propter asperitatem temporum,& quia natura est restrictior ad largiendum de alieno, quod latenter significat fecisse Appium. Liberalitas.noluit dicere largitas,aut prodigentia,quam tamen intelligit.Patuit.apparuit. Vt tanq̄. Nobilissimi.cui a natura sit ingenita liberalitas,quia nobiles solent esse liberaliores. Nostra,liberalitas. Angustior.tenuior. Prolixa.larga,ut Teren.Accipit nemo melius neq; prolixius,id est largius. Limitabit. moderabitur,minuet,præscribet. Posterior.sequens post tuum magistratum. Tristitiam infelicitatem, quia sunt aliqui anni asperiores,qui nõ possunt ferre sumptus solitos. Natura.ingenio meo,naturaliter,quod officium est iustitiæ,neque enim ut in primo officiorũ inquit, eripiendum est alii quod aliis largiamur. Temporibus.i.tristibus. Mouentur,efficiuntur,& est alia ratio quare sit restrictior.est autẽ sensus & ordo , & cum iisdẽ temporibus tristibus & malis quibus alii mouentur. Iisdem ego.mouear me non esse acerbum eis,ut sim dulcis mihi.i.ut mouear non uelle quẽrere commodum meum cũ in commodo aliorum,quod qui facit est acerbus aliis ut sit dulcis sibi. Acerbum,iniquum. Sibi.i.ipsis.s.aliis.nõ esse legendum est,& non me esse,quoniam ita in emendatis codicibus legitur,& aliter sensus stare non potest. De rebus.ostendit duplici de causa sibi gratum fuisse,ꝙ ab eo redditus sit certior de rebus quę ratione fierent, & quia intellexit ea quæ cupiebat de rebus urbanis , & quia cognouit mandata sua fuisse curæ Appio,cui mandauerat ut sæpe ad se scriberet.Per se sponte sua. Tum alia causa. In quibus.mandatis. Negoci.administrandæ prouinciæ. Oneris. onerosi officii.i.ne aliud onus addatur mihi ut faciam plura q̄ facio aut feci.

Prolixum Limitare

ASCEN.

☞QVOD ipsum.i.male dicere de te,me hercule,non accidit adhuc me audiente,ut sup.quicquam diceretur, aut grauius.i.molestius.aut impurius.i.obscœnius.s.de te,q̄ Clodius.i.Lentulus est locutus mecum Corcyræ, cum quereretur.i. conquereretur,maxime in eo genere scilicet sermonis te fuisse minus fœlicẽ scilicet in gubernanda prouincia,improbitate.i.propter improbitatem aliorum,hoc autem dicendo significauit non bene rexisse prouinciam. non infelix est,qui bene regit.Ego nunquam lacessiui id est,prouocaui hos id est, huiusmodi sermones de te,quod ipsi sunt,& simul multi,& ita non erant lacessandi id est captandi aut prouocandi,cum gratis fierent , & ꝙ non offendunt existimationem id est autoritatem tuam, nescio an rectius legatur æstimationem tui,ut ego sentio,sed ego non repressi ualde,id est , permisi eos fieri. Si quis est. putat neminem posse redire in gratiam bona fide id est sine deceptione,is non coarguit perfidiam nostram,quia non sumus tales,aut non scit nos tales etiam si sumus,sed indicat suam scilicet perfidiam. simul.i.& simul.is,id est,talis non existimat.i.iudicat.peius de me quàm de te. Sinautem.i.sed si,mea instituta.i.mores mei in prouincia,non delectant,quem.i.aliquem,ac putat se lædi quadam dissimilitudine institutorum meorum.i.morum meorum,aut rerum iustitutarum à me,cum uterque nostrum fecerit recte,sed uterque nostrum non sit secutus id est ego non curo habere hunc id est huiusmodi amicum. Liberalitas patuit latius in prouincia , ut hominis nobilissimi,si nostra sup.liberalitas erit patebit angustior.i.strictior & minus lata.& si annus posterior .i.qui tuum annum secutus est. Tacite autem taxat profusionẽ Appii. Quia sicut agricolis raro sunt duæ messes fertiles continuæ,eo ꝙ prioris abundantia fœcunditatem terræ exhaurit,ita cum Ap.anno suo quem fertilem censet,tantum pecuniæ exhauserit,non est mirandum si posterior sit sterilis . limitabit.i.arctabit & restringet aliquid.de tua natura.i. tuo ingenio.prolixa.i.larga.Vnde Comicus. Accipit nemo prolixius. quod tamen ad tempus referri potest, & benefica.i.inclinata ad benefaciendum, limitabit dicit propter quandam tristitiam.i.infelitatem & infœcunditatem temporum,quia sicut læta dicimus quæ fœcunda sunt, ita tristia quæ sterilia,sane argute uitia Appiana in tempora transfert,homines non debent mirari,cum ego fuerim semper restrictior.i.parcior.&.i.simul natura.i.per naturã & indolem meam ad largiendum ex alieno,quod Ap. fecit. Et.i.simul mouear id est commouear iisdem temporibus scilicet tristibus, quibus alii mouentur me esse acerbum sibi,ut sim dulcis mihi.i.ut non lædam conscientiam meam largiendo de alieno.Vnde quia non largior quibus Ap.largitus est,sum illis acerbus,aut mihi quia rectæ sententiæ conscius sum,dulcis sum.Sunt qui in emendatis codicibus scriptum asserant,non esse acerbum,ubi nos legimus me esse acerbum,dicamque sensum aliter stare non posse,sed ego contra sentio,quod fecisti me certiorem de rebus urbanis.cum scilicet ita sit quod fuit gratum mihi per se, tum sup.magis fuit gratum quod .i. quia significasti omnia mandata mea fore tibi curæ. In quibus scilicet mandatis,ego rogo te illud unum præcipue , ut cures ne quid aut oneris aut temporis.i.prorogationis.

Prolixus Tristitia

* PETRI VICTO. CASTI.

☞ET quadam dissimilitudine institutorum meorum ac tuorum lædi se putat.Si accuratè perspicies, bone lector,hunc locum uidebis TE PVTAT, legi debere, te inquam ò Appi: de illo enim agitur: & quidam suspicabantur,nullam aliam ob rem tanta continentia,& æquitate uti in prouincia Ciceronem , nisi ut Appii furta,& improbitatem argueret.demumque ut existimationem illius uiolaret,quos tamen Cicero ipse diligẽter refellit,& in his epistolis,& ad Atticum. Nihil enim aliud significat totus ille locus ad Cælium xxviii. Genus institutorum,& rationum mearum & cætera.& ille ad Attic.ccclxxix. Hanc nonnulli amici Appii ridiculè interpretãtur,qui me iccirco putent benè audire uelle,ut ille malè audiat,& rectè facere nõ meæ laudis, sed illius contumeliæ causa.

accedat,aut temporis Hortensiumque nostrum collegam , & familiarẽ roges, vt si vnquam me a causa quicquam aut sensit,aut fecit , de hac quoque sentẽtia bima decedat,qua mihi nihil potesse inimicitius. De nostris rebus,quod scire vis , Tharso nonis Octobris Amanum uersus profecti sumus. Hæc scri-

☞ACCedat. addatur. Aut temporis.i.plus temporis maneam in prouinciam,q̄ erat mihi statutum.i.ultra annum. Aut sensit.iudicauit sentẽtiam, & opinionem habuit propter me. Decedat de hac sententia bima.omittat etiam hanc sententiam duorum annorum, senserat enim Hortensius cum multis aliis,ut Cice. per duos annos remaneret in prouincia,de qua sentẽtia ut recedat, uult eum rogari ab Appio. Quo.qua sententia bima. Inimicitius. magis aduersum,quia nihil est quod min⁹ uellem. Amanum uersus.hæc præpositio uersus elegan ter nominibus locorum postponitur,ut Italiam uersus, Romam uersus.Amanus autem mõs est, ut supra docui mus,inter Ciliciam & Antiochiam. Põponius Mella pri

HVBER.

Versus Amanus

ma

ma est reliqua pars Syriæ,cui Antiochiæ cognomen addi-
tur,& in ora eius urbs Seleucia,Hippatos &cæ. Tum
mõs Amanus,& ab eo statim Mirtandros, & Cilices. Po
stridie ei9 diei.i.die quiest post nonas Octobris. Moshe
stiæ.nomen est loci in Asia. Adiungam.illis quas mitto ad meos. De Parthis.quęrierat Appius a Cice.an Parthi ingressi essent prouinciam,quia audiuerat tumultũ in ea fuisse,itaque rescribit Cice.se arbitrari nullos fuisse. Qui fuerunt. in prouincia. Admisto ornatu Parthico. quia Arabes acceperunt habitum armaturæ Parthorum,qui omnes dicebãtur reuertisse in prouinciam suam.Hostem. pro hostes. De quo, statu reipu.

Solicitus.anxius. Nostrum. mihi amicum, tibi etiam affinitate cõiunctum,quia filius Pompeii erat gener Appii,ut supra uisum est.

ASCEN. ¶ ACCEdat.i.addatur mihi,ad hoc negocii.s.prouincialis,& sup.ut roges Hortẽsium collegam nostrum in auguratu, & familiarem,ut si unquã aut sensit,aut fecit quicq̃ mea causa, decedat quoq;.i. etiam de hac sentẽtia bima.i.biennii mihi prorogãdi, qua.s.sentẽtia nihil potest esse mihi inimicitius.i.magis cõtrariũ.Quod uis scire de rebus nostris.Nos sumus ,pfecti Amanum uersus, semper postponitur uerſ9,& est Amanus mõs inter Ciliciam & Antiochiam. Tharso ex ea urbe Ciliciæ,nonis Octobris.Ego scripsi hæc postridie eius diei.i.die sequẽte nonas Octobreis, cũ haberem castra in agro Mosthestiæ,quę in Asia est.Scribã ad te si egero quid.i.aliquid neq; mittã unq̃ literas domum ad meos, quin adiungã sup.literas quas uelim reddi tibi. Id quod quæris de Parthis,an.s.uenerint contra Romanos,ego puto nullos,scilicet Parthos fuisse,& Arabes qui fuerunt parthico ornatu admisto,quia partim uestiti erant more Parthico,dicuntur omnes reuertisse sup.se in patriam.Negant.s.homines aut exploratores, ullum hostem esse in Syria.Ego uelim sup. ut tu scribas ad me q̃ sæpissime.i.ualde sæpe,& de tuis rebus.s.priuatis, & de meis, & de omni statu reipub.de quo sum solicitus,eo magis quod cognoui ex literis tuis Pompeium nostrum.s.cõmunem amicum,iturum in Hispaniam.

HVBER. ¶ VIx tãdẽ.Vt ex superioribus epistolis cognitũ est,cõquestus fuerat Appius,quod Cic.ædificationẽ quãdã quæ in honorẽ Appii fieret,impedisset,& quod legationes quæ Romã ad eũ laudãdũ erãt ,pfecturę ,phibuisset.Ita enĩ maleuoli quidã retulerãt Appio,anteq̃ ex Asia discederet,sed postea quã Romã aduenit intellexit in suis qua obseruantia & constãtia tuendis oĩbus officiis erga Appiũ fuisset.Ci.itaq; scripserat ad eũ humanissimè,ostẽderatq; se falsum intellexisse.Quãobrẽ Ci.nũc cũ eo iocãt,dicẽs se nũc tandẽ accepisse ab eo humanitãtis plenas literas, quia postq̃ uenit ad urbẽ,urbanitãtẽ pristinã recuperauit,cũ ante ex itínere scripsisset aliq̃ rusticiùs & asperi9.Deide ei gratulat̃,q scripserat se sperãre triũphũ,quẽ cũ prim cõsecut9fuerit,rogat ut eũ lõga epistο.certiorẽ reddat.Postea uero rogat eũ ut absoluat libros Augurales,quos ei ,pmiserat,,p quorũ remuneratiõe dicit sibi diligẽter cõsiderandũ,qd dignũ afferre possit.Eũ postremo rogat,ut det operã,ut supplicatiões ei decernãtur,p re bñ gesta i ,puincia,de qua dicit,q̃re seri9 ad senatũ scripserit.Vix tãdẽ.post multũ tpis,ut uix tandẽ magnis Ithaci clamorib9actus,cõpõsito rũpit uocẽ.neq; tñ tã refertur ad diuturnitãtem temporis,q̃ ad effectum expectantis.Dignas App.quasi dicat hómine nobilissimo, quem quidem humaniórem esse decet. Aspectus.u. ostendit magni interesse quibus in locis uersẽmur, quia ex aliis rusticitatem,ex aliis urbanitatem,trahimus. Vrbis.Romæ. Pristinam. consuetam,solitam,non autẽ rectè dicemus priscam,quia priscus alienę & remotæ ætatis est,pristinus autem ante actæ,sed tamen nostræ ætatis,neque ualdè remotæ. Reddidit.restituit,quia eam amiseras cum esses inter barbaras gentes in prouincia.

Pristinum Priscus

ASCEN. ¶ VIx tãdèm.Multa questus fuerat de Ci.Appius,ut suprà uidimus,sed postquã in urbẽ redierat,& fauorẽ Ci.in se intelléxerat,amicas scripsit lras.unde nũc familiarius omissã simultãte ad eũ scribit dicẽs. Ego uix.i.cũ difficultãte,legi tãdèm lras dignas Appio Clódio.i.quæ scriberẽtur ab Appio Clódio, ut potè plenas humanitãtis,officii,diligẽtiæ. Vidélicet.i.uidere licet,undè euênit,quia aspectus urbis.s.Romæ reddidit tibi urbanitãtem.i.comitãtem & ciuilitãtem pristinam.i.quam habueras priusquàm urbe exíueras.

HVBER. ¶ NAM quas.dicit quare nunc tandem acceperit ab eo literas plenas humanitãtis, quia superiores fuerant plenę quærẽlæ. Ex itíne. ex uia, cum Romam uersus proficiscẽris. Egressus.exiuisti. Vnas.distinguit quę sunt illę litęræ, unas quibus respondit in præcedenti

M.T.C.Appio Pulchro Imperatori.S.P.D.Epist.9.

VIx tandèm legi líteras dignas App. Clódio plenas humanitãtis, officii, diligéntiæ, aspectus vidélicèt vrbis , tuam tibi pristinam vrbanitãtem réddidit.

¶ Ex.xviii.Epistola. Et si quantum ex literis. Nihil enim habent,quod diffinitum sit,aut certũ, nisi me uultu taciturnitatis significasse, tibi nõ es se amicum.Illud quidem scio meos multum & illustreis,& ex superiore,& æquo loco sermones habitos cum tua summa laude, & cum magna solicitudine significationis nostræ familiaritatis ad te uere potuisse deferri. Alii sic. Illud quidem scio, meos multos etiam illustres & ex superiore, & ex æquo loco, sermones habitos cum tuæ summę laudis solicitudine & magna cum significatione familiaritatis nostrę,ad te iure potuisse deferri.Iã uero tantũ mihi uiden tur iniuriã facere ii, qui hoc disputãt q̃is,cuius aures ad hanc disputationẽ patẽt.

Nam quas ex itínere ante , q̃ ex Asia egréssus esses,ad me literas misisti , vnas de legâtis â me phibitis,pficisci,alteras de

de Apameôrum ædificatióne impeditâ, legi perinuítus.Ita conscientiâ meæ constátis erga te volútátis rescripsi tibi subirâtus.Hisverò líteris lectis,quas Philôtimo liberto meo dedisti,cognôui, intelléxique in prouíncia multos fuisse , qui nos , quo ánimo inter nos sumus , esse nollent. Ad vrbem verò, vt accésseris, vel potiùs,vt primũ tuos víderis, cognoscere ex iis, quâ in te absentem fide, quâ

cognoscere

Cic.sed ubi ille dixerat quam dignitatem tuam.Ci.quia de se loquitur,dicit dignitatem meam. Etsi. quanquam. Vix fieri posit.uix fit posibile,ut mihi parem referas gratiam. Relaturum.redditurum,ut ita pro me faceres sicut ego pro te feceram. Tu uero. quia App. dixerat uix fieri posse, ut parem ei gratiam referre posset.Ci.refútat, & dicit id facile fieri posse , quia nihil est tam difficile quod non facile sit uolenti. Facies, id est réferes mihi parem gratiam. Facile.quia ille dixerat uix. Nihil.ratio facilitatis. Studio, prompta uoluntate . Vel amore potius . correctio est , quia plus amor quàm beneuolentia,quia ex eo beneuolentia nascitur, ut ostendit Ci. in Lælio de amicitia his uerbis. Amor enim ex quo nominata est princeps est ad beneuolentiam coniungendam . Ego. nunc ei gratulatur quòd scripserat se sperare triumphum,quod & si à suis se ante intellexisse dicit , tamen ostendit sibi gratissimum fuisse se eius literis cognouisse.Ita.scilicet te non dubiam habere spem triumphi tui. De spe.tua.Triumphi tibi decernendi , propter res in prouincia gestas. Explorata.certa. Neque uero.occurrit obiectioni , ne dicatur cœpisse lætitiam de hac spe ttiumphi causa sua, ut si trinmphus decernerẽtur Appio , etiam ipse qui multo plura egisset,honestius posset pétere. Ipse.ego. Conſequerer . obtinêrem , scilicèt triumphum , si tu obtinuisses. Ideo,scilicèt optârẽ triumphum tibi meâ causâ. Est ἐπικούρειον, id est epicureũ. Epicurei enim ut Ci. multis in locis,ómnia ad suâ uoluptátẽ,& ad suum cómmodum réferunt. Sed mehercule. aduérbium est iurãtis,& subaudi,cœpi máximâ lætítiam, scilicèt ideò.

Epicurei

Quod.quia. Per se.sua sponte, ppriâ causâ suâ. Quare.infert ex supradictis sibi gratissimum fore sicut primum adeptus fuerit triumphum cum literis suis admonuerit. Plureis . accusatiuus est casus pluralis numeri, plúreis autem intellige ipsos núncios uel tabellários.

Quam cæ.qui sunt Romæ, ne fortasse diceret Appi. eum posse admoneri aliorum literis. Quos . nuncios.

Quod.ratio quare sciat plures proficisci in prouinciã quàm alii,quia nemo fere ibat in prouinciam, qui nõ adiret ipsum Appium,& peteret si quid uellet scribere quia cum fuisset ante imperator in prouincia , existimabant omnes eum aliquid etiam habere, de quo uellet scribere.Velis.aut scribere, aut ãgi per eos pro te in prouincia. Simulatque.dictio composita, & significat cum primum uel postquam. Quod tu confidis,quod certo credis te adepturum , & intelligit triumphum.

Simulátq;

Longi sub.Subsellia dicuntur sedes & pulpita, in quibus spectabantur ludi à subsedẽdo.Per. Trossulus exultat tibi per subsellia leuis,hic autem per contemptum rostra senatorum appellauit subsellia,dixit ergo literas lõgi subsellii.i.longe consultationis& iudicationis,quia in subselliis longo tempore morantur,qui delectant spectaculis. huiusmodi autẽ loquendi modũ usurpauit Pompeius in contemptũ senatorũ,qui tam diu in rostris morarentur in subselliis,hoc est pulpitis,qui spectarent ludos,est autẽ sensus,mihi rem gratissimã feceris si cumprimũ adeptus fueris triumphum quem confidis te adepturum,miseris ad me literas illius longæ deliberationis senatus,quia quotidie differebat senatus hanc deliberationem decernendi triumphum ipsi Ap.

Subsellia

¶ NAM ego legi inuítus,id est ualdè inuítus líteras,scilicèt binas , quas misisti ad me, exítinere priusquàm egressus es ex Asia,unas de legâtis prohíbitis â me,proficisci scilicèt Romam,álteras de ædificatióne Apameôrum impedíta,scilicèt ut quærebâris à me.Ex hoc loco patet supra legendũ esse Apameâni legâti, non Appiâni. Itaquè,id est & ita,ego subirâtus,id est aliquantulùm irâtus tibi,conscientia mea,id est propter conscientiam meam.uoluntatis constantis erga te.i.quia mihi cónscius eram nihil in te peccasse , uerò.i.sed, his líteris quas dedisti Philótimo liberto meo,lectis,cognôui intelléxiq; multos fuisse in prouincia,qui nollent nos esse,id est uellent nos non esse eo ánimo,id est ea benevolentia inter nos,quo & qua sumus. Verò pro sed, ubi

ASCEN.

HVBER.

receſſeris ad urbem,uel potiùs,ut primùm uideris tuos,ſcilicèt amicos & neceſſarios,intellexi ſup.te cognoſſe pro cognouiſſe,alii legunt cognoſcere,ex iis,ſcilicèt tuis, qua fide, id eſt fidelitate fuiſſem , in te abſentem, qua obſeruantia & conſtantia fuiſſem erga te in tuendis,id eſt protegendis & conſeruandis.

OMNIBVS officiis,quæ.ſ.amicus amico debet. Itaquè.i.& ita, quanti putas me æſtimare.i.appreciâri illud quod eſt ſcriptum in literis tuis. Si quid incíderit quod pertíneat ad meam dignitátem.i.quod noris ad meâ dignitátem pértinens te poſſe fácere, etſi id eſt quanquàm, uix poſſet fieri, ſcilicèt ut réferas mihi parem grátiam,tamèn.i.nihilominùs,te relaturum ſup.eſſe mihi parem gratiam.q.d.nimírum maximè. Verùm.i.ſed,tu fácies facilè.ſ.id quod uix fieri poſſe díxeras,enim.i.quià,nihil eſt quod non poſsit effici ſtúdio & beneuolén tia,uel potius amóre. Et ſi ipſe.i.ego per me iudicábam ità,& fiébam crebrò.i.frequentèr cértior per líteras à meis.ſ.datas ad me,tamèn ego cœpi máximâ lætitiam ex líteris tuis de ſpe triumphi tui minimè dúbia & explorata.i.tanquâ explorata & perſpecta. Neq; uerò ſup.cœpi máximam lætítiam de ſpe triumphi tui,ob eam cáuſam,quo.i.ut,ipſe.i. ego cõſequerer.i.obtinérem facilius.ſ.triumphum in conſímili negócio. Nam quidẽ id eſt certè,id.ſ.lætári de bonis amici,quatenus ad ſuum cõmodum faciant,eſt ἐπικούρειον.i.epicúreum & ad epicúreos pértinens,qui ómnia ad ſuam uoluptátem & cómmoda própria metiuntur bona, ſed meherculè, ob eam,ſup.cauſam lætábar,ꝙ dignitas tua atq; amplitúdo ipſa eſt cara mihi per ſe.i.etiàm ſine reſpectu cõmodi mei.Dixi priùs rarò Cicerónem compónere pronomen ipſe & ſe,unde non dixit per ſeipſam , ſed ipſa per ſe.

Quarè quoniàm tu habes plures quàm cæteri. Quos ſcias proficiſci in hanc,ubi ego ſum,prouínciam, uidélicèt in Cilíciam,ꝙ.i.quia ferè omnes uenientes.ſ.in Cilíciam ádeunt te.ſ.ſciſcitátes ſi quid uelis , tu feceris mihi gratíſsimum, ſi míseris ad me líteras , ſimulatque.i.ſtatim poſtquàm aut eódem témpore , quo adeptus eris id quod & tu confídis,ſcilicèt te adeptúrum eſſe,& ego opto uidelicèt triumphum.

HVBER. Endiadis

IVDICATIO & mora.endiadis eſt, id eſt iudicationis mora,iudicatio autem hoc loco ſignificat deliberationem.Quem unum, aliquem unum. Alterum ſecundum,id eſt unũ duos aut treis dies , prouerbialiter locutus eſt intelligens aliquot dies, ſic Terent.in And. poſtquam amator acceſsit unus atque item alter &c.id eſt aliquot amatores. Abſtulerit.eripuerit, ne tam ci to decernatur tibi triumphus. Quid enim.parentheſis.Amplius quam , ſcilicet auferre aliquot dies. Locum,ſtatutum ſuum,eundẽ tamẽ obtinebit triumphũ.

Sed. oſtendit quàm ſit cupidus audiendi & intelligendi, ab eo ttiumphum eſſe impetratum. Vt afficiar læti.ut læter tua cauſa non mea ut ſupra dixi.Et uelim. nunc rogat ipſum , ut perficiat libros augurales , quos Ci.promiſerat. Reliquum mu. quod reſtat de munere promiſſo,nam partem iam ad Ci. miſerat. Perſoluas,perficias,cõpleas.Cum.dicit duab⁹ de cauſis ſe expectare hos libros. Primum quia cupidus ſit auguralis diſcipline,quę in illis libris optime explicabatur ab Appio,ſed multo magis quia incredibiliter delectetur omnibus muneribus & ſtudiis, quæ ab Appio proficiſcuntur,& ita uidetur magnifacere ingenium eius. Sed quo
Cum & tũ niam poſuit Cum & tum , plus ponderis oſtendit eſſe in ſecunda cauſa,nam tum (ut ſæpe diximus) magis ſignificat quàm cum. Cognitione.ſcientia. Iuris.erat ius augurum ſicut hodie ius pontificum. Quod autẽ. excuſat ſe apud Appium, qui aliquid tale ab ipſo Cice. petiuerat,id eſt ut Ci.etiam aliquid componeret quod ad ſe inſcriberet,ad quod reſpondet Cic.diligenter ſibi conſiderandum eſſe , quo munere eum remuneret, ut aliquid tale faciat,ne uideatur fuiſſe negligens erga eũ, in quem etiam poſſet uideri ingratus, niſi aliquid magnum redderet. Tale quiddam.aliquid tale,quod ex ſtudiis meis proficiſcatur. Non eſt meum. non decet me,non eſt officii mei. Qui.ego. Induſtriæ.diligẽtiæ.
Committere Committere. facere, & ut plurimum in malam partem accipitur,ſignificat enim peccare, unde & commiſſum
Commiſſum peccatum dicitur. eſt autem ordo,non eſt meum qui ponam tantum induſtriæ in ſcribendo , ut tu ſoles admirari committere,ut negligens in ſcribendo fuiſſe uidear,præſertim &c. Admirari.admirabatur enim Appius ſcripta Cice.ita eſſe terſa & emendata, ut nihil addi aut reprehendi poſſe uideretur,de quo nunc ſe Ci. latenter laudat. Videar negligens.quod quidem mihi accideret,niſi pro tali & pro tanto tuo munere aliquid egregium excogitarem,quo te remunerem. Præſertim. addit unam uehementiſsimam cauſam huius diligentiæ adhibendam , quia non ſolum uideretur negligens, ſed etiam ingratus erga talem uirum. Crimen.culpa,imputatio. Videbimus.conſiderabimus. Illud. rogat
Polliceor Promitto Ci. Appium,ut det operam ſupplicationis ei decerni , ſicut ſponte promiſerat. Polliceris. ſponte promittis,pollicemur enim ſponte,promittimus rogati,licet interdum hęc confundantur. Fide.quia dicis eſſe factum ut fiat quod polliceris. Pro fide.tua mihi ſcilicet promiſſa. Non inſtituta.nõ noua, & nũc incepta. Inueterata.

iudicatio & mora , ſi quem tibi item vnũ alterumve diem abſtulerit(quid enim poteſt amplius?) tua tamen dignitas ſuum locũ obtinebit . Sed ſi me diligis, ſi à me diligi vis,ad me literas,vt quamprimum lætitia afficiar , mittito . Et velim , reliquum,quod eſt promiſsi, ac muneris tui mihi perſoluas . Cum ipſam cognitionẽ iuris augurii cõſequi cupio,tum me hercule tuis incredibiliter ſtudiis erga me, muneribúſque delector . Quod autem à me tale quiddam deſideras , ſane mihi conſiderandum eſt , quonam te remunerer potiſsimum genere . Nam profecto non eſt meum,qui in ſcribendo (vt ſoles admirari)tantum induſtriæ ponam,committere , vt negligens in ſcribendo fuiſſe videar : præſertim cum id non modo negligentis, ſed etiam ingrati animi crimen futurum ſit . Verum hoc videbim⁹. Illudquod polliceris,velim pro tua fide, diligentiaꝙ, & pro noſtra non inſtituta, ſed iam inueterata amicitia,cures· enitare , vt ſupplicatio nobis quàm honorificentiſsime,quamprimũ decernatur.Omnino ſerius miſi literas, q̃ vellem, in quo cum difficultas nauigandi fuit odioſa,tũ

ueterata,iam diu inter nos apta, & quodammodo facta uetera. Enitare, re ipſa perficias. Supplicatio , quæ præcedebat triumphum.Iam enim multa in prouíncia ſeliciter geſſerat Ci.pro quibus petebat ſupplicationẽ ſibi decerni. Quam honorificentiſsime , quia ſupplicationes poterant fieri interdum cum maiore honore, interdum cum minore. Quamprimum,petit enim ut cito decernatur. Omnino , excuſat tarditatem ſuarũ literarum ad ſenatum de rebus à ſe geſtis.Serius,tardius. In quo,in qua re,ut ſerius mitterem literas. Difficultas na. oſtendit duo incommoda ſibi fuiſſe in his literis , & ꝙ non facile poſſent nauigare qui uenirent ex Cilicia,ꝙ credit literas ſuas in diſceſſum ſenatus incidiſſe,ſed hãc ultimam cauſam,ꝙ literæ ſuæ in diſceſſu ſenatus inciderint,dicit non fuiſſe ſine ratione,quia Ap.eum hortatus fuerat ut ita faceret. Odioſa,moleſta,& ingrata mihi. Incidiſſe,deueniſſe,allatas & redditas eſſe. In ip.d.ſ.quidam uolunt intelligi, cum ſenatus faceret ſententiarum diſceſsionem, de qua ſatis multa in primum librum diximus,cum exponeremus illum locum in ſecunda epiſtola,ante oportere ſe facere diſceſsionem,quàm conſules. Alii diſceſſum legendum putãt à diſcedendo,ut intelligamus in ipſum diſceſſum.i.in contentionem & diſcordiam ſenatus. Harum duarũ ſententiarum,prima eſſet fortaſſe probabilior ſed utraque nequaquá uera,quia neque diſceſſus uſquam legitur pro diſceſſione de qua diximus ex autoritate A.G.neque Ci. abſens potuerat ſcire quando ſenatores facerent ſententiarũ diſceſsionẽ.i.expeditionẽ, ergo melius eſt intelligere diſceſſum , cum ſenatus ab urbe diſcederet, quia in maximis caloribus ſolebãt ſenatores rus ſuccedere ualetudinis cauſa,qđ quidẽ, quando eſſet Ci.ſatis ſcire poterat ex conſuetudine, nam hoc maxime Auguſto menſe fiebat. Hora.in epiſtolis . Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum.Sextilem totum mendax deſideror,atqui Si me uiuere uis ſanum rectéque ualentem,Quam mihi das ægro,dabis ægrotare timenti Mecœnas ueniam &c.

IVDICATIO & mora longi ſubſellii.i.plurimorũ qui in ſubſelliis ſunt, qui & multi ſunt & diu conſultãt, cum ſi perperam iudicent facile reprehendantur,ut Pompeius noſter.ſ.cõmunis amicus,appellat,ſi abſtulerit tibi quem.i.aliquem diem.ſ.priuſquam triumphus,item.i.ſimiliter, adhuc unum diem, ue pro uel,alterum.i. tertium,quid enim poteſt amplius.ſ.auferre.q.d.nihil.tamen dignitas tua tenebit ſuum.i.ſibi debitum locum id eſt ſtatutum triumphum. Sed ſi tu diligis me,& uis diligi à me,mittito ad me literas,ut afficiar lætitia.i.lęter,quamprimum.i.ualde cito. Etiam uelim perſoluas mihi reliquum quod eſt promiſsi ac muneris tui,hoc eſt quod de augurali ſcientia te perfecturum promiſiſti, quod tamen quia priuſquam promitteret non debebat,addit ac muneris.In ſuperioribus ante conſtat librum de augurali ſcientia Appium Ciceroni dicatum miſiſſe. Nam ſup.cum ita ſit,quòd cupio conſequi ipſam cognitionẽ iuris augurii,tum me hercule,ſup. multo magis eſt,quòd delector incredibiliter ſtudiis tuis erga me & muneribus tuis,quod autẽ deſideras à me quid dam tale,id eſt literarium munus tibi nuncupatum, ſane id eſt ualde conſiderandum eſt mihi quonam genere potiſsimum,id eſt è plurimis , ego remunerer, id eſt referendo munus donem te. Nam profecto , non eſt meum,id eſt officii mei,qui ponam (ut ſoles admirari) tantum induſtriæ.i.ſtudioſæ operæ,in ſcribendo,committere.i.pati,ut uidearis fuiſſe negligens in ſcribendo,præſertim cum id futurum ſit crimen,non modo.i.nõ ſolum,animi negligentis,ſed etiam ingrati,uerum.i.ſed,nos uidebimus hoc.i.quid de hoc agemus.Illud quod polliceris &c. Sunt qui putent de augurali adhuc libro perficiendo loqui,& ita legunt.Enitare autẽ &c.quaſi duo precentur,alii utrunque ad ſupplicationem referunt ſic. Fgo uelim cures & ſup.enitare,illud quod polliceris.ſ.te curaturum,pro fide & diligentia tua,& pro noſtra amicitia,non inſtituta,id eſt incepta ſup.nuper, ſed iam inueterata.i.longa conſuetudine firmata. Vt ſupplicatio.i.ut dicunt totius populi,ut nunc fit in ꝓceſsione generali gratiarum actio pro re bene geſta,decernatur.ſ.per ſenatuſconſultum nobis quam honorificentiſsime,quamprimum ego miſi.ſ.ad ſenatum de uictoria omnino ſerius.i.tardius , quàm uellem literas. In quo.ſ.in mittendis literis,cum.ſ.ita fuerit quod difficultas nauigandi fuit odioſa.i.moleſta nobis,tum ſup. magis odioſum fuit,quod credo literas meas incidiſſe in ipſum diſceſſum ſenatus.i. cum uacationes fierẽt in ſenatu,nõ enim ſemper ſenatus cogebatur,alii aliter intelligunt.

ASCEN.

in ipſum diſceſſum ſenat⁹ incidiſſe credo meas líteras . Sed id feci autoritáte, adductus, & conſílio tuo : idꝙ à me rectè factum puto,quod non ſtatìm, vt appellatus imperátor ſim , ſed aliis reb⁹ ádditis, æſtíuiſꝙ confectis líteras míſerim . Hæc igitùr tibi erunt curæ , quemadmodùm oſtendis:meꝙ totum,& mea,& meos cõmendátos habẽbis. Vale.

Ex.ix.Epiſtola.Vix tandem legi
Quare,quoniã plureis tu habeto q̃ cæteri , nuntios. Pręſertim cũ id nõ modo negligentis,ſed etiã ingrati animi crimen futurũ ſit. Verũ hæc prguidebimus.

FECI id.ut meæ literæ inciderent in diſceſſum ſenatus. Adductus.motus. Autoritate.grauitate,qui talis es qui facile potueris mihi perſuadere. Et conſilio,ita enim conſuluiſti ut facerem. Statim. repente , ſubito.

HVBER.

Vt.poſtquam. Appellatus imperator,id eſt quia non ſtatim cum datum eſt mihi nomen imperatoris , uolui ſcribere ad ſenatum. Aliis de rebus,ut puta prouincia bene conſtituta,multis etiam uictoriis partis. Additis ſcilicet ad nomen imperatoris. Confectis æſtiuis.finitis.i.educto exercitu ab æſtiuis ad hyberna, nam ut ſupra diximus æſtiua dicuntur loca militum in æſtate.Hyberna uero in hyeme. Hæc. & de libris auguralib⁹ abſoluendis,& de ſupplicatione mihi decernenda. Oſtendis,i. literis & promiſsionibus tuis ſignificas te eſſe facturum. Me totum. hoc ſatis poterat eſſe ad declarãda quæ infra dicet , nam me totum ſignificabat perſonam meam dignitatem & rem, & meos omnes ſed à genere, ut plerunq; facit,deſcendit ad ſpeciem,declarauit quid ſit me totum,ſcilicet & mea & meos.

Aeſtiua Hyberna

SED feci id.i.ſerius miſi literas meas,adductus.i.perſuaſus & ad hoc induct⁹ autoritate,& cõſilio tuo,& puto id factũ à me rectũ,quod nõ miſerim ſtatim, ut ſum appellatus.ſ.ab exercitu pro iuſta uictoria imperator. Obtenta.n. legitima uictoria ſolebat exercit⁹ ducem ſuum ſalutare imperatorẽ,& nõ aliter literas.ſ.ad ſenatũ aliis rebus additis & æſtiuis confectis.i.eo qđ aliæ res etiam honore dignæ ſint additæ,& æſtiua iam ſint confecta,ut non ſit timor de nouo bello. Igitur hæc erunt tibi curæ.i.ad curã,quemadmodum oſtendis,& habebis me totum & mea.ſ.negocia aut bona,& meos.ſ.amicos & neceſſarios commendatos,ſcilicet tibi.

ASCEN.

M.T.C. Appio Pulchro Imperatori. S. P. D. Epist. 10.

CVm est ad nos allâtũ de temeritáte eórum, qui tibi negócium facésserẽt, & si grauiter primo núncio cómôtus sum, quòd nil tam præter opiniônem meam accídere pótuit: tamen vt me collẽgi, cætera mihi facílima vidébantur, quòd & in te ipsum máximã spem, & in tuis magnam habêbam: multáq; mihi veniébant in mẽtem, quamobrèm istum labôrẽ tibi etiam honôri putárem fore. Illud planè molestè tuli, qđ certíssimũ & iustíssimũ triumphũ hoc inuidórum consílio, esse tibi ereptũ vidêbã.

Negociũ

Quòd tu si tãti fácies, quanti ego sempèr iudicâui faciendũ esse, fácies sapientèr, & ages victor ex inimicórũ dolôre triũphum iustíssimũ. Ego.n. vídeo planè fore neruis opus, sapiéntiáq; tuâ, vehementèr, vt inimícos tuos pœníteat intẽperántiæ suæ. De me tibi sic obtestans ómneis deos promitto, atq; confirmo me pro tua dignitáte (malo.n. dícere q̃ pro salúte) in hac prouíncia, cui tu præfuisti: rogando deprecatôris: laborãdo propinqui: autoritate chari hoîs (vt spero) apud ciuitâtes grauitâte, imperatôris susceptũrũ offícia, atq; partes. Oía volo à me & póstules, & expectes. Vincâ meis officiis cogitatiônes tuas. Quintus Seruílius perbreueis à te mihi líteras réddidit, quæ mihi tamèn nimis longæ visæ sunt. Iniúriã.n. mihi fieri putâbã, cũ rogábar. Nollẽ accidísset tempus, in quo perspícere posses, quanti ego te, quanti Põpeiũ, quẽ vnũ ex ómnibus fácio, vt débeo, plúrimi: quanti Brutũ fácerẽ, quanquã in consuetúdine quotidiâna perspexísses, sicutì pspícies. Sed quoniã áccidit, si quid à me prætermíssum fúerit, cõmissum fácinus, & admíssum dédecus confitêbor. Pontínius, qui à te tractâtus est præstanti ac singulári fide, cuius tui beneficii sum ego testis: præstat tibi memóriam, beneuoléntiámque, quã debet. qui, cum máximis suis rebus coactus à me inuitíssimo decessísset, meritatis, qua usi sunt in te. Contestans, adiurans, & in testimonium adducens. Confirmo, certifico. Malo.n. parenthesis. Malo, est sensus magis contentus promittere tibi pro dignitate quàm pro salute, quæ pluris solet fieri quàm dignitas, quia illa semel amissa nunquam recuperatur, dignitas uero potest recuperari. In hac prouin. Cilicia. Præfuisti, quã administrasti ante me.

Deprecatoris. s. me susceptũrũ officia atq; partes deprecatoris, quia pro te precabor quẽcunq; uidebo esse necesse. Laborãdo, quia propinqui maxime solẽt suscipere laborẽ, p nobis. Autoritate chari, quia qui charus est plurimum ualet autoritate, qua plurima & maxima plerunq; efficiuntur. Grauitate, ueneratione, quæ mihi habetur propter nomen imperatoris quo appellor, & est ordo. Cõtestans omnes deos, sic, pmitto atq; cõfirmo de me, me in hac, puincia cui præfuisti, susceptũrũ officia atq; partes deprecatoris rogãdo, ppinqui laborando, hois ut spero chari apud ciuitates autoritate, imperatoris grauitate, horũ autem genitiuorũ cuiuslibet subaudiendũ est officia atq; partes, & est distributio ornatio rhetorica, quia negocia quædã certa in plures personas distribuunt, & articulos, quoniã singula uerba interuallis distinguntˉ cæsa oratione. Chari, dilecti.

Vt spero, uitat arrogantiã, ne affirmet se esse charũ ciuitatibus, dicit autẽ Cic. se nihil prætermissurũ esse, qđ pro Appio efficere possit. ut postules, potsis familiariter & iure quodã amicitiæ petere. Expectes, speres, credas omnino te impetraturũ. Vincã, sensus, plura in te beneficia conferã, q̃ tu cogitare potsis. A te, noíe tuo.

Nimis magnæ, propter causam frequentẽ, quia existimabã mihi iniuriã fieri, cum à te rogábar, qui potius uelpetere familiariter, uel iubere debuisses. Pompeiũ, filiæ tuæ socerũ. Brutum, generũ tuum, hos.n. duos cum magnificaret Ci. propter eos ostendit necesse esse, ut & Appium, qui eis affinitate coniunctus erat, in omni retueretur. Quanquã in cõ. quo. q.d. etiam si non accidísset, ut in prouincia ostenderẽ tibi meũ erga Pompe. & Bru. amorẽ & obseruantiã, tum etiã ratione in cõsuetudine, hoc est cõuersatione quotidiana tibi declarassem. Sicuti perspi. quia cum ero Romæ faciã, p cognosces quãti faciã & Pompeiũ & Bru. quia eorũ causa nihil erit quod pro te nõ suscipiã. Sed quando. i. quoniã, nam quãdo hoc loco causatiuũ est non temporale. Ita ac. ita Quando euenit, ut propter negocia tua, & hic in prouincia & Romæ, propter accusationẽ uel ereptionẽ triumphi perspicere quanti facerẽ Pompeiũ & Bru. & te. Facinus &. adhoc est confitebor me & male fecisse, & fecisse contra decus & honorem meum, si quid prætermisero, quod pro te à me fieri debeat. Pontinius, hic fuerat cum Appio in Cilicia, & postea remanserat cum Cic. hunc autem ab Appio optime tractatum dicit Ci. esse in eum & gratum & beneuolum. Tui be. erga ipsum Pontinium. Præstat, exhibet, ostendit. Quam de. propter singulare beneficium à te acceptum. Coactus ma. suis re. i. non libenter, sed compulsus negociis suis magni ponderis & momenti. A me inui. i. qui omnino noluissem ipsum discédere.

IQVOD, id est quam ereptionem triumphi factam esse tibi, si tu fácies. i. æstimâbis tanti, quanti ego iudicâui sempèr faciendum esse, hoc est mínimi. Quia Cic. nunquàm in tálibus felicitâtem constituit, nec triumphũ inter expetenda locâuit, tu fácies sapienter, & tu uictor. i. uoti cõpos spernẽdo, sicut Christiâni boni uincunt mundum, ages triumphum iustíssimũ ex dolôre inimicórum. s. tuórũ, quibus dolẽbit quòd tibi non dóleat, & quòd tam constantèr contuméliã erepti triumphi feras. Ego.n. uídeo fore opus planè. i. omninò, neruis. i. uíribus, constántiâ, & sapientiâ tuâ uehementer, ut pœníteat inimícos tuos, intemperãtiæ. i. immodéstiæ, aut potiùs petulántiæ & insoléntiæ. Ego obtestans. i. in testimóniũ uocans omnes deos promítto atq; cõfirmo tibi de me susceptũrũ pro dignitáte tua, malo.n. dícere sic, q̃ pro salúte. s. tua. i. quàm dícere me susceptũrum pro salúte tua, non.n. putat salútem in períclo esse, aut si putat, euitandi mali hóminis gratiâ dícere non uult, in hac prouíncia cui tu præfuisti, offícia atq; parteis. i. múnera & débita obsẽquia deprecatôris. i. præcãtis, ne cui pæ detur, rogando. s. pro te, offícia propinqui. s. consanguinitâte, laborando. s. pro te, officia hóminis chari, ut spero. s. me esse apud ciuitâtes, autoritâte. i. per autoritatẽ meam intercedendo & offícia ac parteis imperatoris, grauitâte. i. per grauitatẽ, qua utar in te laudando. Ego uolo sup. ut póstules & expectes ómnia. s. offícia à me, ego uincam. i. superábo, cogitatiónes tuas officiis meis. i. plus fáciam pro te quàm cogitáre póteris. Quintus Seruílius réddidit mihi à te. s. datas perbreueis líteras, quæ tamẽ uisæ sunt mihi nimis longę, ego. n. putãbã iniúriam fieri mihi, cum rogábar. s. à te. Ego uellẽ sup. ut tempus accidísset, in quo posses perspicere. i. clarè uidére, quanti ego fácerẽ te, quãti ego fácerẽ Pompeiũ. s. sócerũ, fíliæ tuæ, quẽ unũ præ ómnibus, ego fácio ut débeo plúrimi, quanti fácerẽ Brutũ, quanquã perspexísses in quotidiâna consuetúdine. i. conuersatióne. s. cum in urbe fuissem. Et perspícies. s. quoniã ádero, sed quoniã sup. tale tempus áccidit, si quid. s. officii, fuerit prætermíssum à me, ego cõfitẽbor fácinus. i. factũ turpe cõmíssum, & dedecus admíssum. s. a me. i. me incurrísse in ipsum. Pontinius. Argumento à beneuolentia Pontinii sumpto, argumentatur multorũ studiis rem Appii adiutũ iri. Fuerat is Pontinius cum Appio in Cilicia, & cum discédere pararet, quia intellexit Appii interesse, uti illic diutius eius nomen defensus maneret, ab itinere reuersus est. Ordo est. Pontinius, opinor publicanum esse, qui tractatus est à te in Cilicia. s. præstãti & singulari fide, cuius beneficii tui. i. in eum, ego sum testis, præstat. i. exhibet tibi memoriam. i. gratitudinem, sicut memores gratos dicimus, & beneuolentiam quam debet, qui cum coactus maximis rebus suis decessísset à me inuitíssimo, quia uoluíssem eum retinere.

ASCEN.

T

Ordo.

HVBER.

IQVOD, hoc relatiuum refert sensum totius clausulæ ut sit quod, scilicet triumphũ tibi ereptũ esse inuidorum consilio. Quanti ego iudicaui faciendum, qui nunquam in talibus felicitatẽ esse exístimaui, neque in maxime expetendis esse duxi. Facies sapienter, quia si non magnificeris, nõ multũ etiam cruciaberis, p eis prióueris, nam his quæ expetenda existimantur, molestè caremus. Hora. in epistolis. Siquid mirábere ponas inuitus. Ages tri. ex dolóre inimicórũ. i. triumphâbis de dolóre inimicórũ, qui nolent te triumphare, neq; intelligit eum esse re uera triumphũ, quẽ meruerat acturũ, sed tantũmodo habiturũ triumphũ de dolore inimicorum, si ipse æquo animo tulerit hanc iniuriã, & de ereptione triũphali. Neruis, robore, uiribus. Terent. Vbi tu neruos intendas tuos, qui locus non est, ut quidam exístimant, obscœne intelligendus, sed neruos robur & uires. Sapientia. t. ut sapienter te geras, ut facias inimicos tuos pœnitere temeritatis suæ. Intemperantiæ, te-

ASCEN.

L

HVBER. Reuerto& reuertor

VT uidit,id est postquam cognouit. Interesse tua, tuum esse cõmodum, ad rem tuã pertinere. Reuertit, redit,dicimus autem reuerti & reuersus sum. Reuerto autem raro legimus.Reuertor enim utimur frequentius. Talia,sensus est latis clarus talis,cum uideã te habiturum talia studia, hoc est tales uolũtates & animos promptos talium uirorũ qualis est Pontinius,qui omnia diligenter facit,quæ ad tuam utilitatẽ pertinere existimat. Non pos.d. id est omnino confido, quod hæc.

Solicitudo,id est anxietas,quam nunc tibi præbẽt inuidi tui,erit tibi. Amplitudo, id est incrementũ dignitatis,& conuertetur in honorẽ tuum. Sin uero,procurabat enim Appius ut censores crearentur, inter quos & ipse creari uolebat. Gesseris,administraueris.Vt de, propter imitationem illius proaui tui clarissimi censoris Appii cæci. Et po. quia es sapientissimus & doctissimus. Præsidio,adiumento,plurimum.n.prodest posteris uirtus & gloria maiorum suorũ, causa & memoria multa assequuntur,quæ aliter assequi nõ possent. Pugna,contende contra eorum sententiam, qui in alterũ annum administrationem prouinciæ mihi prorogari

Hic Istic Illic

uolunt. Hic,in prouincia, Istic quoque,etiam Romę ubi tu es, nam (ut supra diximus) hic ad personam loquentis refertur, istic ad personam secundam, illic ad personam absentem. Satisfecerimus pro te,quæ debuerimus & potuerimus. Nauare,diligenter præstare. Voluntate,scilicet bona & prompta. Minime mi.minime digna admiratione. Et, pro sed ponitur. Eadem, quæ scripsi.Cum tri.i.

Et Cum

HVBER. Cum Tum

CVM tri.i.tribui. Tum.i.sed,magis significat quàm cum,ut sæpius diximus. Studia, uolũtates promptas.

Quæ mihi,quod præmiũ,scilicet studiorum. Omniũ prope consensu,quia semper habuisti studia prope omnium bonorum. Dicit autem se duplici de causa gaudere,& quia ea tribuuntur Appio quæ debentur, & quia uideat adhuc prõptas uoluntates erga uiros bonos remanere fere omnium consensu. Laborum, quos protuenda repub.suscepi. Vigiliarum,propter studia literarum,quæ maxime uigiliis consecutus sum, uel uigiliarum,cum diligentia mea & uigilantia oppressi coniurationem Cati. Iuue.Sed uigilat consul, uexillâque uestra coercet. In eo adolescente, quidam intelligunt Dolabellam àquo Ap.fuisset accusatus.Alii malunt Vatinium, quod magis probo, licet & Dolabella fuerit acerrimus inimicus & oppugnator Appii. Salutem, uitam. Duobus periculis ca.quia bis accusatus est capitis Vatinius, & bis à Cic. defensus. Obliuisceretur, qui cum sciret te à me amari,debuerat ratione mei,qui fueram eius patronus, & defensor desistere à te accusando & oppugnando,& à suscipiendis inimicitiis tuis.

Ornamẽtis, propter honores à te administratos opime. Vel præsidiis,propter nobilitatem familię,& multitudinem propinquorum & amicorum,quę omnia solent essent præsidio,maior enim respectus solet haberi horum his qui omnibus prædictis abundant. Redundares,plenus esses, Illi.Vatinio,accusatori tuo. Vt leuissime dicam,id est ne iniuriose dicam & acerbe. Multa deesecce quomodo leuissime dixit,noluit enim dicere,cum ille nihil eorum haberet,quod fuisset acerbius & iniũriosius. Stultus,insipiens, sine consideratione.

Puerilis,sine ratione,quia puerorũ loquacitas est sine ratione. De quo,scilicet sermone. Item,etiam. Ego autem,sensus est.Si ille qui tuas inimicitias suscepisset,fuisset mihi coniunctissimus, potius diremissem & dimississem ueterem coniunctionem cum eo causa tui, quàm conciliassem nouam, ut intelligeret quanti te facerem. Diremissem,dimisissem,abstuliss em.

ASCEN. Miranda

TAMEN ut.i.postquã,ut uidit.i.cognouit, interesse tua.i.in re & utilitate tua, esse reditũ suum in prouincia,conscendens iam nauẽ,scilicet ut in Italiam transfretaret,reuertit.i.rediit.Epheso Laodicẽ. Cum ego uideam te habiturum esse innumerabilia talia studia.i.fauores in te,ego non possum plane.i.omnino,dubitare quin ista solicitudo sit futura tibi amplitudini,id est ad amplitudinem & maiorem dignitatem. Si uero efficis ut censores creentur,& si tu gesseris censuram,ergo uidetur consequens esse si censores creentur,Appium censorem fore,quod ex eo forte argumentatur Cic. q nouit Appiũ id maximopere contendere,aut quia qui anno

tamen vt vidi tua interesse,cõscendẽs iã nauem,Epheso Laodiceã reuertit. Talia cum te studia videam habiturum esse innumerabilia, plane dubitare nõ possum, quin tibi amplitudini ista solicitudo futura sit. Si vero efficis, vt censores creẽtur,& si ita gesseris censuram,vt & potes & debes non tibi solum, sed tuis omnibus video in perpetuum summo te præsidio futurum.Illud pugna,& enitere, ne quid nobis temporis prorogetur:vt cum hic tibi satiffecerimus, istic quoque nostram in te beneuolentiam nauare possimus. Quæ de hominum atque ordinum omniũ erga te studiis,scribis ad me, minime mihi miranda, & maxime iucunda acciderunt, eadémque ad me perscripta sunt à familiaribus meis.Itaq; capio magnam voluptatem, cum tibi cuius mihi amicitia non solum ampla,sed etiam iucunda est,ea tribui,quæ debeãtur:tum vero etiam remanere nunc in ciuitate nostra studia prope omnium cõsensu erga fortes,& industrios viros: quæ mihi ipsi vna merces semper tributa est laborum, & vigiliarũ mearũ. Illud vero mihi permirum accidit tantã temeritatẽ fuisse in eo adulescente, cuius ego salutẽ duobus capitis iudiciis summa contentione defendi: vt tuis inimicitiis suscipiendis, obliuisceretur patroni omniũ fortunarũ ac rationũ suarũ præsertim cũ tu omnibus vel ornamentis,vel præsidiis redundares:illi (vt leuissime dicã) multa deessent.Cuius sermo stult⁹, & puerilis erat, iam antea ad me à M.Cælio familiari nostro perscriptus:de quo itẽ sermone multa scripta sunt abs te. Ego autẽ citius cũ eo,qui tuas inimicitias suscepisset, veterẽ coniunctionẽ diremissem,quàm nouã

anno præterito prouinciam laudabiliter rexerit, censuram fere adeptus sit, ita ut debes, ne à maioribus tuis præcipue ab Appio Cæco degeneres,& potes,quia uir prudens,ego uideo id futurum summo præsidio, non solum tibi,sed sup.etiã omnibus tuis.Sunt qui legant summo te præsidio,ut sit,uideo te futurũ summo præsidio &c.sed decentius dicitur quæsturam laudabiliter gessisse, futurum Appio præsidio,quàm ipsum Appiũ sibi. Pugna.i. quasi pugnando contende & enitere illud, uidelicet ne quid temporis prorogetur nobis.s.in prouincia,ut cum satis fecerimus tibi hic,ubi nunc sumus, possimus nauare.i.grauare exercere,nostrã beneuolentiam in te,quoque.i.etiam istic.s.Romæ ubi tu es.Ex hoc loco potuit Valla facile agnoscere quod de hic & istic præcipit. Et quæ tu scribis ad me de studiis omniũ hominũ atque ordinum erga te, acciderunt mihi minime miranda, quia miramur quorũ causam ignoramus, aut quæ tam magna sunt,ut uix agnoscamus aut tam bona ut imitemur,& acciderũt maxime iucunda,& eadẽ sunt perscripta ad me à familiaribus meis. Itaq; capio magnam uoluptatẽ,cum scilicet ita sit,quòd capiam uoluptatẽ,ea tribui quæ debeantur tibi,cuius amicitia est mihi non solum ampla,id est honorifica,sed etiã iucunda,tum uero,id tunc magis uerũ est,quod uoluptatem capiã,stultitia,scilicet hominũ:remanere etiã nunc,quasi dicat in perditissimis temporibus, in ciuitate nostra,erga fortes & industrios,id est solertes uiros,prope id est quasi,consensu omniũ, quæ merces,scilicet quòd studia hominũ fere sint erga fortes & industrios: est & tributa semper mihi ipsi, una id est sola,laborum & uigiliarũ mearũ. Vero,id est sed,illud accidit mihi permirũ, id est ualde mirũ, tantam temeritatẽ fuisse in eo adulescente,cuius salutẽ, id est uitã, ego defendi summa cõtentione in duobus iudiciis capitis, id est in quibus agebat de periculo capitis eius,uidelicet Vatinii, ut ipse obliuisceretur tuis inimicitiis suscipiẽdis id est dum tuas inimicitias susciperet,patroni,id est protectoris oim fortunarũ & rationũ,uidelicet mei.q.d. Cicero,si ad me respexisset cum sciret me tibi summũ esse amicũ.non susc pisset tecum inimicitias,præsertim cum tu redundares omnibus uel ornamentis uel præsidiis,& sup.multa deessent illi,ut dicam leuissime,id est minime grauiter in eum,quia si uerum uellet aperte dicere,diceret illi omnia deesse. Cuius.s.adulescentis,ut pote Vatinii sermo stultus & puerilis erat iam antea perscriptus ad me à marco Cælio familiari nostro,de quo item sermone multa scripta sunt abs te, id est à te, sed abs uenuste præponitur q & t. Ego autem sup.si Romæ fuissem citius diremissem,id est soluissem & dirupissem, ueterẽ coniunctionẽ cum eo qui susc pisset tuas imicitias,citius inquam quàm conciliassem nouam,scilicet cum eo,si non fuisset coniunctus.

Hic & istic

Miranda

conciliassem. Neque enim de meo erga te studio dubitare debes:neque id est obscurum cuiquã in prouincia, nec Romæ fuit. Sed tamen significatur in tuis literis suspitio quædam,& dubitatio tua,de qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessarium. Vbi enim ego cuiquam legationi fui impedimento, quo minus Romam ad laudem tuam mitteretur? aut in quo potui,si te palam odissem,minus, quod tibi obesset,facere? si clam,magis aperte inimicus esse? Quod si essem ea perfidia, qua sunt ii qui hæc in nos cõferunt,tamen ea stultitia certe non fuissem,vt aut in obscuro odio apertas inimicitias, aut in quo tibi nihil nocerem, summam ostẽderem voluntatem nocẽdi.Ad me adire quosdam memini, *nimirũ ex Epicteto, qui dicerent nimis magnos sumptus legatis decerni:quibus ego nõ tam imperaui,q̃ censui, sumptus legatis quammaxime ad legem Corneliam decernendos, atque in eo ipso me nõ perseueraſſe,testes sunt rationes ciuitatum:in quibus, quantũ quæque voluit,legatis tuis datum indixit. Te autẽ quibus mendaciis homines leuissimi onerarũt: nõ mõ sublatos sumpt⁹, sed etiam à ꝓcuratorib⁹ eorũ qui iam ꝓfecti essent,repetitos & ablatos,eamq; causam

HVBER.

CONCILIASSEM, coniunxissem. Studio,uoluntate. Id,studium meum. Obscurum, incognitum.

In prouincia & Rom.ubi ostendi omnibus quo animo in te essem. Dubitatio,de meo studio erga te. Alienum,non aptum,nec congruum,quia alia sunt mihi facienda. Expostulandi,conquerendi. Purgandi, excusandi. Necessariũ,ne tacẽdo uidear esse in culpa. Vbi enim,incipit excusare quod ei obiecerat Appius quòd impediisset legationes, quæ pro laudibus eius Romam mittebantur, quod probat optimis rationibus & argumentis omnino esse falsum. Quo minus, ut non. Ad tuam laudem,ut te laudaret in senatu Romano. Aut, ratio approbabilis, si inquit palam te odissem in quo potui tibi minus nocere quàm impedimẽto huiusmodi legationis. Palam,aperte. Sic,impedidiẽdo ea quæ pertinerent ad laudem tuam. Magis aperte,magis clare,cum deberem quærere potius esse occulte inimicus, quia te palam non oderam. Quod si,confutat rationẽ aduersariorum, qui cum essent perfidi,non erubescebant hęc dicere de Cicerone,& hoc dicit,si etiam essem ita perfidus sicut sunt illi qui in me hęc conferunt,tamen non essem ita stultus & demens, ut cum odium meum sit in te occultũ, uellem in occulto odio sumere inimicitias apertas: illud enim esset stulti nec etiam essem ita stultus, ut uellem ostendere me habere summam uoluntatem nocendi in eo quo nihil tibi nocerẽ Sapiens enim si uidet se non posse nocere, dissimulat etiam uoluntatẽ nocẽdi,quod ego etiam feciss em,quẽ scis non esse stultum. Nocerem nihil,quia si etiam impediuissem legationem,tu tamen nihil amisisses de dignitate tua,& ita nihil tibi nocuisset. Ad me, has fere sententias etiam dicit supra in epistola quæ incipit. Et si quantum. Adire memini, notandum est elegantissime iungi huic uerbo memini præsens tempus infiniti ui,ut hic,ut memini audire, memini legere.Rarissime autem memini audisse, memini legisse, nisi necessitate carminis,ut apud Virg.in Geor.Namq; sub œbaliæ memini me turrib⁹ altis Corcyrũ uidisse senẽ. Imperaui, iussi,quod si fecissem, fortasse posses me accusare. Cẽ sui,probaui,iudicaui. Ad legem Corneliam.i.secundũ legem Corneliã, quæ sumptum legatis diffiniebat. In eo ipso.i.in ea sententia.s.ut sumptus ad legẽ Corneliã decerneretur. Non perseueraſſe,nõ permansisse. Ra-

 tiones,

tiones,comparationes.In quibus,ciuitatibus. Quantum uoluit,non autem quantum decernebat lex Cornelia,sicut ego consueueram prius,& ita apparet quòd non perseueraui in ea sentẽtia. Quibus,qualib⁹.q.d. perfide confectis & compositis, & cum admiratione legendum est. Onerarunt,impleuerunt. Leuissimi,uilissimi,nullo honore digni. Sublatos,remotos ipsis legatis. Repetitos,exactos,reuocatos. Procuratorib⁹, gestoribus negociorum,quos uulgus factores appellat Profecti essent,uenissent Romam. Ablatos,ereptos.

Fxpostulo

Eámque causam,quia uiderem me tollere sumptus legatis profecturis,uel repetere à procuratorib⁹ eorum, quia iam essent profecti,multos uoluisse proficisci Romam ad te laudandum. Atq; pro & ponitur:nam expostulare quanti significat. Id,scilicet pugnare me potius quàm quæri tecum. Rectius,honestius. Nam si,

Quid sit dilemma

utitur argumento quod græce dilemma dicitur, latine uero diuisiõ,cum rem semouentes è re utramque absoluimus,ratione subiecta Dicit enim quod siue bonus uir & sincerus,siue malus & astutus ab Appio est existimatus,nihil tamen omnino fuisse facturus existimandus est. Nam si,prima pars argumenti. Studiis, humanitatis & eloquentię,quę non possunt nisi in uirum bonum cadere:quia oratorem uirum bonũ esse oportet,& ad iustitiam hoc retulit,propter quam maxime,ut in officiis inquit,uiri boni nominantur. Magni animi,satis fortem in grauitate constantiáque seruanda,quod ad fortitudinem & magnificentiam pertinet. Non mi.uitauit arrogantiam ne diceret de se magni consilii. In max.rebus, in quibus maxime cognoscitur hominis prudentia: maximis autem dixit præcipue propter oppressam coniurationem. Perspectum, cognitum, quod plus est quàm existimare. Nihil, subiicit rationem primæ partis.

ASCEN.

IONEQVE enim debes dubitare de studio meo erga te,neq; id.s.studium meum in te est obscurum cuiquã in prouincia,nec fuit,scilicet cum illic essem,obscurum cuiquam Romæ. Sed tamen suspicio quædam significari tuis literis, & dubitatio tua, de qua tempus est alienum.i.importunum,expostulandi tecum,id est arguendi te iniuriarũ, quod inique suspiceris ac dubites tempus autem purgandi mei, id est ut me purgem, est necessarium.Nam quæ obiecit,uera non erant.Vnde dicit. Enim.i.quia, ubi fui ego impedimento cuiquam legationi,quominus,id est ut nõ mitteretur Romam ad tuam laudem? Aut si ego odissem te palam, in quo potui minus facere quòd obesset,id est noceret tibi,si essem iam magis aperte inimicus? quod si essem ea perfidia,qua sunt ii qui conferunt hæc in nos,tamen ego certe non fuissem ea stultitia,ut aut ostenderem in odio obscuro,si obscure te odissem,inimicitias apertas, aut ostenderem summam uoluntatem nocendi, sup. in eo in quo nihil nocerem tibi,ut in impedienda legatione. Ad me &c.Memini,hoc uerbum ut dixi præsente gaudet,id est memoriam teneo quosdã adire,id est quòd quidã adirent me,qui dicerent nimis magnos sumptus decerni,id est decreto prætorio attribui legatis,scilicet Romam mittendis, quibus ego non tam imperaui,id est iussi auctoritate imperatoria,quàm,id est quantum,censui id est probaui & iudicaui tanquam consilii dator,sumptus decernendo quàm maxime,scilicet fieri posset, aut proxime ad legem Corneliam, id est secundũ legem Corneliam,quæ diffinierat sumptus legatis decernendos. Atque me non perseuerasse, id est permansisse,in eo ipso,scilicet iudicio aut cõsilio meo,testes sunt rationes,id est supputationes ciuitatum, in quibus, scilicet rationibus,quæque ciuitas indixit,id est inscripsit sup.tantum,quantum uoluit gratum sup.esse legatis,non quantum lex Cornelia uelit. Autem pro sed, quibus id est qualibus mendaciis homines leuissimi, id est uanissimi onerarunt te uidelicet sumptus legatorum,non modo,id est non solum sublatos,id est subductos & imminutos,sed etiã repetitos,& ablatos à procuratoribus eorum,qui iam profecti essent,id est discessissent,& eam causam fuisse multis omnino non eundi? Quererer tecum,id est de te,atque postularem tecũ, id est agerem de iniuriis,nisi ut supra scripsi,nollem purgare me tibi hoc tempore tuo, scilicet aduerso & periculoso cum potius iuuandus ab amico quàm accusandus sis,quàm accusare te,& nisi putarem id,scilicet ut me purgem,esse rectius,quàm ut te accusem. Itaque nihil sup.dicam de te quod credideris,scilicet non credenda de me,& sup.dicam pauca,quamobrẽ non debueris credere,scilicet talia de me. Nam si tu habes perspectum,id est euidenter cognitum & exploratum in maximis rebus,me sup.uirum bonum,& dignum iis studiis & ea doctrina,cui dedi aut dedidi,id est addixi me à pueritia,si sup. perspectum habes me esse uirum satis magni animi,& non minimi consilii in maximis rebus,quod superiori quadrat,uidelicet particulæ perspectũ, tu nihil debes agnoscere in me,non modo,id est non solum.

*PETRI VICTO. CASTI.

IONIMIRVM ex Epicteto. Mirantur nonnulli quòd dixerim, in omnibus quos uidi manu scriptis, tria hæc uerba esse,cum ipsi in nullis inuenerint:quod tamen sine causa faciunt: illa enim merito admirationem mouere debent quorum causa obscura est & facile explicari non potest:huius rei ratio procliuis & aperta est quia tantæ uetustatis,ac probitatis codices nacti non sunt. Quòd si illi,qui & eruditi satis,& diligentes sunt, ea repudiarunt,postquàm à me declarata & confirmata sunt,miratur librarios imperitos,& negligentes homines,quamuis in libris,unde exscribebant,inuenerint,ea reliquisse? Omnes qui nescirent Epictetum regionem esse,monstra uerba illa putarent.Cur autem tantopere displicere debeant non uideo,nec ipsi aliquid afferũt. Num barbara sunt,& parum Cicerone digna:aut illarum sententia absurda est? Atqui docebo aliis in locis, cum de simili re ageret, Ciceronẽ eodem pacto locutum esse:nam de puritate harũ uocum ambigi nõ potest. In Verrem.lxxxi. De qua expugnatione cum legati ad C. Neronem in Asiam, Samo uenissent: eandem enim uim hic habet Samo,quod supra ex Epicteto.Neque ego tam impudens,aut stultus essem, qui hæc fingerem, quæ facilè redargui possunt:semper enim præ me tuli ex duobus maxime hæc exemplaribus accepisse, quorũ alterum est in Diui Marci,alterum in nobilissima Medicæ familiæ bibliotheca, illa autem omnibus diei horis ab unoquoque uideri,ac tractari possunt.Conferam iam hunc libellum,quum Lodouicus Faber,ac Donatus Janoctius humanissimi,atque eruditissimi uiri,hunc iudustria sua, ac diligentia laborem meum adiuuare uolentes,

multis omnino nõ eundi fuisse. Quererer tecum,atque expostularem nisi (vt supra scripsi)purgare me tibi hoc tuo tempore,quàm accusare te mallem,idq; putarem esse rectiꝰ.Itaq; nihil de te,quod credideris de me: quamobrem non debueris credere,pauca dicam.Nam si me uirũ bonum,si dignum iis studiis, eaq; doctrina, cui me à pueritia dedi: si satis magni animi, nõ minimi cõsilii in maximis rebus perspectũ habes:nihil in me non mõ

lentes,ut qui his ingenuis literis ualde delectantur,& mihi honorique meo amicissimi sunt,ad me scripserũt, se quoque hæc sæpe suis sedibus iniustè exturbata uerba in duobus manu scriptis exemplaribus repperisse, qui sunt optimi,ac liberalissimi hominis Ioannis Gaddii,quod mihi audire iucundum fuit: illa enim Romæ posita in illustri,ac studiosis hominibus semper aperta,atque hospitali domo,fidem meam defẽdent & me ab omni crimine uindicabunt.

perfidiosum,& insidiosum,& fallax in amicitia,sed ne humile quidem,aut ieiunum debes agnoscere. Sin autẽ me astutum,& occultum libet fingere,quid est quod minus cadere in eiusmodi naturam possit,q̃ aut florentissimi hominis aspernari beneuolentiam? aut eius existimationem oppugnare in prouincia,cuius laudem domi defenderis? aut in ea re animum ostendere inimicum, in qua nihil obsis? aut id eligere ad perfidiam, quod ad indicandum odium apertissimum sit, ad nocendum leuissimum? Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis essem, cum te ex fratre meo ne tunc quidem, cum tibi prope necesse esset eas agere partes,inimicũ mihi fuisse cognouissem? Cumvero reditum nostrum in gratiam vterq; expetissẽt, quid in consulatu tuo

HVBER.

IPERFIDIOSVM & insidiosum.cum perfidia & insidiis factum,quod esset cõtra iustitiam & fortitudinem, quia quem fortem dicimus,eundem bonum & iustum philosophi etiam uolunt. Ne humile. quod esset simpliciter contra fortitudinem,& magnificentiam,cuius est ut res magnas & excelsas expetere & gerere, ita res humiles omnino cõtemnere, ergo humile retulit ad id quod dixerat magni animi,aut ieiunum, insatiabile,ut supra diximus. Iuuenalis. Hinc ieiunum odium. Sin autem.altera pars Astutum. simulatorem. Fingere. facere,mentiri cum non sim. Quid est. subiectio rationis huius secundæ partis, qua diluit propositionem id est se non esse astutum nec occultum. Eiusmodi naturam,id est in omnes talis naturæ,quia astuti & occulti non aspernant beneuolentiam hominum potentum & florentissimorum,sed potius eam captant,etiam si eos oderint. Aspernari.relpuere, contemnere,fastidire. Existimationem.autoritatem,reputationem. In prouincia.ubi nimis possem tibi nocere. Domi. Romæ. Defenderis.secunda persona pro tertia pro defẽderit aliquis,hoc est defenderim ego. Aut.alia ratio.

Nihil obsis.nihil nocere possis: quia hoc esset contra astutiam. Aut.alia ratio. Indicandum odium. quod astutus potius occultaret. Leuissimum.minimũ, quia si hoc fecissem indicassem apertissime odium meum in te,neque tamen tibi multum nocere potuissem.

Quid erat.postquam Cicero arguit ex ingenio & natura sua hoc nõ fuisse faciendum,quòd Appius ei obiiciebat,nunc arguit ex partibus & causis Appii, contra quem oppugnandum ostendit nullam fuisse causam, cum cognouerit eũ nõ fuisse sibi inimicum, tunc cum maxime esse posset eo tempore,quo Cicero oppugnabat Clodium,qui erat de familia Appii. Implacabilis. iratus,inimicus. In te.contra te. Fratre meo teste, cui omnino credo. Prope.fere. Necesse esset. quia sine reprehensione non possumus deserere propinquum, cum agitur de eius salute. Eas partes agere.id est id facere,ut scilicet esses mihi inimicus:quia oppugnabam Clodium gentilem tuum, cuius causa erat fere necesse te mihi inimicum esse. Cum uero.alia potior causa.Vterque expetisset.uterq; desiderasset & quæsisset,tũc maxime firma debet esse reconciliatio, cum ex utriusque uoluntate prouenit. Quid.quasi dicat nihil,omnia enim feci,quæ me rogasti. Egisti.rogasti.

fruſtra mecum egisti, quod me aut facere, aut sentire voluisses? Quid mihi mandasti, cum te Puteolis prosequerer,in quo non expectationem tuam diligentia mea vicerim? Quod si id est maxime astuti,omnia ad suam vtilitatẽ referre: quid mihi tandem erat vtilius, quid commodis meis aptius, quàm hominis nobilissimi, atque honoratissimi coniunctio?cuius opes,ingenium, liberi,affines, propinqui mihi magno vel ornamento, vel præsidio esse possent?quæ tamen ego omnia in expetenda amicitia tua, non astutia quadam, sed aliqua potius sapientia secutus sũ.

HVBER. Mandasti Puteolis.

IFRVSTRA.fine effectu. Sentire.iudicare,ex sentẽtia mea in senatu dicere. Mandasti.dixisti faciendum, commisisti:mandamus enim uerbis. Puteolis.ciuitas Campaniæ,quæ secundum Festum dicta est ab aquę calidę putore,licet alii putant à multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorũ: dicta est autem Dicæarchia à iustitia administrationis & gubernationis,& cõdita est à Samiis, ut uoluit Eusebius,eo tẽpore quo Tarquinii à Bruto ab urbe expulsi sunt. Prosequerer. assidue sequerer,tecum uenirem. In quo. quod mihi mandasses. Non uicerim expectationem.i. non facerem plusq̃ sperasset,& putasses me esse facturũ. Quod si.comoratio est &exornatio:permanet enim in hoc ut probet contra astutiam fuisse,ut eum oppugnaret. Si est.i.quia est:affirmatiue enim ponitur hæc dictio si. Maxime.quia cum alios curet,aut curare uideatur astutus,maxime tamen utilitatem suam quærit. Tandem. compendiosam significat conclusionem. Aptius.conuenientius. Hominis.tui Appii.s. Nobilissimi. ex familia. Honoratissimi. propter doctrinam, uel propter dignitates administratas. Cuius opes.hæc omnia quę sequuntur in Appio esse significat. Opes.ingenium,articulus est exornatio. Ornamento. honori. Præsidio.adiumẽto ad consequenda ea quæ uellem.

Quæ tamen.occurrit obiectioni,quia negauerat se esse astutum,ne respectus & enumeratio supradictorum uideatur eum mouisse,dicit se esse secuturum supradicta omnia non astutia sed sapientia quasi sapientis est

ea

ea considerare in amico.

ASCEN. SUPERfidiosum.i.plenum perfidiæ,& insidiosum & fallax in amicitia, sed ne quidem.i. non saltem humile.i. uile & abiectum. Nunq̃ enī humile laudatur à ueteribus, aut ieiunū.i. timide & dissimulāter dictū aut factū ut uiri minus integri solent. Sinautem.i.sed,si libet.s.tibi fingere,non enim id uere dicere posset,me sup. uirū etiam astutum,id est uersipellem & pernicioſe callidum,& occultum.i.tectum & fraudulētum,quid est quod minus posset cadere in naturam huiusmodi.s.tam astutam & duplicem,q̃ aut aspernari beneuolentiam homi nis florentissimi,qualis erat Appius,aut oppugnare in prouincia existim.i. authoritatem, aut æstimationem .i.famam eius,cuius laudem defenderis domi,aut ostendere animum inimicum in ea re,in qua nihil.i.in nullo,obsis.i.noceas?Id Cicero callide non semel asserit,ut saltem id credidisse putetur,nam Appius credidit plu rimum obfuisse,si enim legati ipsum laudaturi Romam uenissent forte ambitus accusatus non fuisset. Aut eligere id ad perfidiam.s.exercendam:quod sit apertissimum aut potius apertissimum ad indicandum.i.prodendum odium,latens.s.prius in animo,& sup.leuissimum.i.minimi momenti & ualoris ad nocendum?Autē .i.sed,quid erat,cur.i.quamobrem,ego essem tam implacabilis in te?cum cognouissem ex fratre meo.s. Quin. Cicerone,te ne quidem,id est non saltem tunc fuisse inimicum mihi cum esset tibi prope.i.quasi necesse age re eas partes.s.inimici,hoc est cum agerem reum Publium Clodium propinquum tuum,nam hic Appius dictus est Clodius,cognomento pulcher. Cum uero uterque nostrum expetisset reditum in gratiam.i.reconci liationem:quid egisti mecum,modestius dicit q̃ quid petisti à me in consulatu tuo.i.cum consul esses, frustra .i.sine obtentione eius,quod uoluisses me facere aut sentire,quasi dicat nihil. Quid mandasti mihi cum pro sequerer,id est honorifice sequerer te,puteolis .i.cum essemus puteolis urbe Italiæ, in quo ego non uicerim .i.superauerim diligētia mea expectationē tuam?quasi dicat nihil,quod si id est sup.hominis astuti maxime re ferre omnia ad utilitatem suam,quid tandem erat mihi utilius,quid aptius commodis meis,q̃ coniunctio ho minis nobilissimi atq; honoratissimi,cuius opes,ingenium,liberi,affines,propinqui,possent esse mihi magno uel ornamento uel præsidio?quasi dicat nihil. Quæ tamen omnia ego secutus sum in expetēda amicitia tua, non astutia quadam.i.malitiosa calliditate,sed potius sapientia.

HVBER. QVID. subaudi dicam. Vincula. urgentissimæ & strictissimę causæ. Quanta.quasi dicat maxima. Studiosorum. humanitatis & philosophiæ. Similitudo. quia ita es eis delectaris sicut ego.Consuetudinis.con uersationis, quæ ut Cic. in Lælio de amicitia inquit, auget beneuolentiam. Vitæ ac uictus.uita cum multa alia significat,tum uero teste Donato,fortunam acci dentem uiuentibus,& accipitur pro moribus uiuendi, ut hic.Victus autem uerbo,ut est digestis de uerborum significatione continetur,quæ esui, potuique corporis atque huiusmodi necessaria sunt, utrūque igitur dicit sibi fuisse cum Appio scilicet uitæ & uictus consuetudi nem. Sermonis.collocutionis, quæ maxime uel contingit,uel auget beneuolentiam. Literæ interiores.secretiores. Hæc. supradicta. Domestica.s.sunt. Popularia.magis nota populo, & quæ sint declarat. Reditꝰ, restitutio in gratiam,cum inter eos,ut supra uisum est, fuissent magnę simultates. Illustris.clarus omnibus notus. Per imprudentiam per ignorātiam: & est sensus, in quo etiam si quicq̃ ertare per imprudentiam possum,putaui potius erasse perfidia q̃ imprudentia. Sacerdotii.auguralis dignitatis,quæ apud antiquos sacerdotium erat. Amplissimi maximi & dignissimi.Violari.offendi. Fas.licitum. Sed ne optari.i.nec eligi quidem, quod minus est.

Vita

Victus

Quid? illa uincula, quibus quidem libentissime astringor,quanta sunt? studiorum similitudo,suauitas cōsuetudinis,delectatio uitæ atque uictus,sermonis societas, literæ interiores. atq; hæc domestica. Quid illa tādem popularia? reditus illustris in gratiam, in quo ne per imprudentiam quidem errari potest sine suspitiōe perfidiæ:amplissimi sacerdotii collegium,in quo nō modo amicitiam uiolari apud maiores nostros fas nō erat, sed ne optari quidem

HVBER. SACERDOTEM.augurem. Ex collegio augurum quia erat horum sacerdotum collegium. Quæ.ante dicta omnia. Omittam.præteream. Tam multa.tot numero. Tanta.tam magna,tanti ponderis,quæ potuerant prohibere ab inferenda tibi iniuria. Quis unquā. addit alias causas,quibus ostendit sibi nullo pacto fuisse offendendum Appium.s.respectu Pompeii & Bruti, quos Cicero ostēdit sibi esse charissimos, quorum causa innuit oportuisse etiam Appium esse sibi charum, qui esset eis affinitate coniunctus. Et enim si merita.beneficia maxima. Valent.ad obligationem amoris. Patriam,liberos,articulꝰ,quia cum opera Pompeii sit hæc omnia consecutus,propter restitutionem, dicit se existimare hæc omnia sibi à Pompeio restituta. Si consuetudinis.alia ratio de beneuolentia sua erga Pompeium scilicet iucunda consuetudo,quia fuerunt omnium ciuium Romanorum coniunctissimi.Iucunditas, suauitas:& subaudi ualet. Signa.indicia. Commisit, credidit,meæ fidei tradidit, quod est signum amoris. Communicauit scilicet mecum.i.quid est cuius me participē non fecerit,quod nō fecisset nisi me summopere amasset. Agi.tractari. Maluit potius uoluit.s.q̃ per me. Cū abesset.cum non esset in urbe.Quibus rebus.q.d.omni

sacerdotem licebat,qui cuiquam excollegio esset inimicus. Quæ ut omittam tam multa atque tanta:quis vnquam tanti quemquā fecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti ego Cn. Pompeium socerum filiæ tuæ? Et enim si merita valent,patriam,liberos,salutem,dignitatem,memetipsum mihi per illum restitutū puto. Si consuetudinis iucunditas, quæ fuit vnquam amicitia consularium in nostra ciuitate coniunctior?si ulla amoris atque officii signa, quid mihi ille non commisit? quid non mecum cō municauit?quid de se in senatu,cum ipse abesset, per quemq̃ agi maluit?quib?

ille me in rebus nō ornatum uoluit amplissime? qua deniq; ille facilitate, q̃ humanitate tulit contentionem meam p Milone,aduersante interdum actionib? suis?quo studio, puidit?ne q̃ me illi? tpis inuidia attingeret,cū me cōsilio,cū authoritate, cū armis deniq; texit suis?

bus. Ornatissimum.honoratissimum. Amplissime. cum magna dignitate. Qua.quali,admiratiue.q.d.incredibili. Facilitate.mansuetudine. Tulit.passus est.

Contentionem. orationem uehementissimam prodefensione Milonis, qui Clodium interfecerat. Actio nibus:institutionibus, gestis illius Pompeii. Quo studio. qua diligentia,quasi dicat maxima. Inuidia. homines inuidi. Illius temporis. quo defendebam homicidam Milonem. Attingeret. læderet, quia disposuit armatos ad defensionem meam, ut tuto posse dicere:hoc idem ostendit in exordio orationis Milonia næ. Consilio.sapientia. Armis.quæ pro templis dispositerat,ut diximus. Texit.defendit. Virgilius, Nec Apollinis insula texit.

ASCEN. QVID illa uincula.s.necessitudinis,quibus ego astringor libentissime,quanta sunt.q.d. maxima nimirum uidelicet,similitudo studiorum,suauitas consuetudinis,delectatio uitę atque uictus.i.conuictus, societas sermonis,literæ interiores.i.secretiores,ut de re augurali,aut alia quæuisarcana,atque hęc domestica.s.negocia?

Quid tandem sup.sunt dicenda aut censenda,illa popularia.i.populo nota & plausibilia, uidelicet reditus in gratiam.i.reconciliatio nostra,illustris.i.clara & perspicua omnibus.in quo .s.reditu,ne quidem.i. non etiā aut saltem, potest errari.s.ab aliquo.i.error aliquis committi per imprudētiam.i. licet esset per imprudentiā & non per malitiam,sine suspitione perfidiæ,quia si quid peccetur post reconciliationem, licet per ignorantiam factum fuerit,putabitur per perfidiam factum.item collegium.i.compar munus & societas sacerdotii amplissimi.s.auguralis,in quo.s.collegio,non modo.i.non solum, fas non erat apud maiores nostros amicitiam uiolari.i.ut uioletur,sed ne quidem,id est non saltem aut non etiam licebat,optari.i.eligi sacerdotē, qui esset inimicus cuiq̃ ex collegio.Notū est eleganter inter ne & quidē id poni,cui quid conuenire maxime uidetur,& tamen non conuenit,ut ne deus quidem facta infecta facere potest,ne optare quidē licebat &c.hac autem Cicero frequenter & eleganter utitur. Quæ.s.popularia aut necessitudinum uincula,omittam tam multa atque tanta.i.tam magna,scilicet alias:quis unquam fecit aut facere potuit aut debuit unquam tanti quemquā, quāti sup.fecit Cn.Pompeium socerum.i.patrem mariti filiæ tuæ. Etenim si merita ualent.id est ad aliquem magni faciendum,ut certe ualere debent. Ego puto patriam,quo donatus erat,liberos,salutē,dignitatē, memet ipsum restitutum mihi per illum. Si iucunditas consuetudinis sup.ualet ad hoc, quæ amicitia consularium sup.uirorum,id est eorum,qui aliquando consulatum gesserunt fuit unquam in nostra,id est Romana ciuitate coniunctior,quàm scilicet nostra,id est mea & Pompeii?quasi dicat,nulla. Si ulla signa amoris atque officii,repete ualent ad hoc. Quid ille,scilicet Pompeius,nō commisit.i.credidit ac mandauit mihi. q.d.nihil, & ita omnia commisit:quid non communicauit mecum.q.d.etiam nihil,& ita omnia communicauit mecum. Quid maluit agi per quemquam alium scilicet quàm per me,de se in senatu cum ipse abesset,quasi dicat nihil per quemcunque. In quibus rebus,ille scilicet Pompeius non uoluit,me ornatum amplissime?quasi dicat, in nullis non uoluit, & ita in omnibus uoluit. Legi potest sine negatione in eadem tamen sententia sic. In quibus rebus ille uoluit meornatum amplissime.q.d.in omnibus. Et quadrat cum sequenti particula,priore modo quem magis sequor cum præcedentibus. Denique.i.ut simul multa dicam,ac tandem concludā,qua felicitate.q.d.maxima,qua humanitate.i.mansuetudine,ille tulit.i.passus est contentionem meam pro Milone, aduersantem interdum actionibus suis.q.d.etiam maxima.Pompeius autem,propter affinitatem cum Clodianis interdum pro Clodio egerat.Quo studio.i.qua diligētia,sup.Pompeius prouidit.i. prospexit & cauit, ne qua inuidia.i.molestia illius temporis, attingeret mecum,texit.i.Protexit me,consilio.s.suo,cum texit me authoritate.s.sua,deniq; cum texit me armis sup.suis:non est igitur ordo,texit cum armis suis,sed cum.i.quando.pro quo etiam cum scribitur,texit armis suis &c.q.d.maximo nimirum studio.

Quibus quidem temporibus hæc in eo grauitas, hæc animi altitudo fuit, non modo vt Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis fecisti sed ne sūmorum quidem hominū maleuolis de me sermonibus crederet.Huius igitur filius cum sit gener tuus, cū q̃ præter hanc coniunctionem affinitatis q̃ sit Cn. Pōpe.charus q̃q̃ iucundus intelligam,quo tandem animo in te esse debeo?cū præsertim eas ad me is literas miserit, qui bus etiam si tibi,cui amicissimus sum, hostis essem,placarer tamen,totumque me ad eius uri ita de me meriti voluntatem,nutumq̃ conuerterem? Sed hæc hactenus. pluribus etiam fortasse ver-

HVBER. QVIBVS temporibus.Clodianis. Phrygii aut Lycaonis alicui.i.alicui leui homini & mēdaci, quales sūt Phryges & Lycaones:nam Phrygia & Lycaonia regiones sunt Asiæ. Quod.quam rem scilicet credere leuissimis hominibus. In legatis. qui dicebantur à me impediti.

Fecisti.credidisti. Summorum.quorum dignitas potuisset excusare Pompeium,si eis de me credidisset. Maleuolis sermonibus.sermonibus maleuolorū, qui apud eum de me detrahebant, quibus quidem ille non credidit. Huius Pompeii. Quo.q.d.optimo & amicissimo.

Debeo.propter supradictas causas omnes. Cum præsertim.addidit aliam causam, quia Pomp. miserat literas ad Ciceronem,ut eius causa haberet commendatam dignitatem Appii. Is.Pompeius.Placarer.redderer amicus.Conuerterem.traducerem. Demeriti.qui tot & tā tis me affecit beneficiis. Nutum.signum & significationem,quam mihi solo nutu faceret. Hactenus dicta sint. Perfecta.peracta, ad exitum deducta. Instituta.incœpta. Pro dignitate.pro honore tuo amplificādo. Quā pro periculo.i.q̃ ut tibi noceamus & periculū aliquod afferamus. Propediem.cito. Censorem. scilicet factū Censor & creatum. Cuius magistratus.s.censuræ. Officia.administrationem. Quæ sunt maximi animi. quia censuræ officium ad uitos maximi animi pertinet: quia censo-

res

bis, q̃ neceſſe fuit, ſcripta ſunt. Nũc ea *quæ a me perfecta,quæq; inſtituta ſunt cognoſce. Atq; hæc agimus,& agemus magis pro dignitate, q̃ ꝓ periculo tuo. Te enim (vt ſpero) propediem cenſorem audiemus,cuius magiſtratus, officia,quæ ſunt maximi animi,ſummique conſilii tibi diligentius & accuratius, q̃ hæc,quæ nos de te agimus,cogitanda eſſe cenſeo. Vale.

Ex.x.Epiſtola.Cum eſt ad nos allatum.

Pontinus,qui à te tractatus eſt præſtanti,ac ſingulari fide cuius tui beneficii ſum ego teſtis, præſtat tibi memoriam,beneuolentiamque & immortalitatẽ.Qui,cum maximis ſuis rebus coactus,à me tã iniquiſſime deceſſiſſet,tamen tua ut uidit intereſſe,conſcendens iam nauem,Epheſo Laodiceam reuertit.Talia te cum ſtudia uideam habiturum eſſe innumerabilia,plane non dubitare poſſum, quin tibi amplitudo iſta ſolicitudo futura ſit. Aut idelígere ad perfidiam,quod ad indurandum odium aptiſſimum ſit,ad nocẽdum leuiſſimum? Quibus quidem temporibus hæc in eo grauitas,hæc animi altitudo fuit non modo ut Phrygi alicui, aut Achaico Lycaoni,quod tu in legatis feciſti. Sed ne ſummorum quidem hominum maleuolis de me ſermonibus crederet unquam.

res dicuntur magiſtri morum,dicti a cenſendo.i. arbitrando,quia illis ſummum erat arbitrium aliorum morum,licet Feſtus dicat dictos, quòd quiſque tanti ſuam exiſtimare ſoleret,quantum illi cenſuiſſet, quod quidem non eſt abſurdum, nam & rerum erant cenſores & morum. Agimus. facimus. Accuratius. maiori cura,quia hoc magis pertinebit ad laudem tuam ſi diligenter cogitaueris quomodo geras officia cẽſuræ, potius quàm quæ me contra te feciſſe dicis.

ASCEN. QVIBVS quidem temporibus, ſcilicet propter factiones multorum periculoſis,hæc,id eſt, huiuſmodi grauitas,& hæc altitudo animi fuit in eo, non modo ut nõ crederet de me alicui Phrygi aut Lycaoni id eſt, nato in Phrygia aut Licaonia,quod tu feciſti ĩ legatis,ſcilicet quos illi credidiſti à me prohibitos,ſane Phrygia & Lycaonia regiones ſunt Aſiæ,& plurimæ urbes in quib9 ſe Cicero egiſſe in ſuperioribus commemorauit ſunt Phrygię,ſed nec quidem ꝙ tamen magis debuiſſet,credidit maleuolis ſermonibus hominum ſummorum de me. Priuſquam cætera proſequar aperiendus eſt mihi locus de uſu negationum:nam cum Laurentius Valla argutiſſime doceat has praticulas nõ ſolum,non tantũ affirmatiuam conſtituere orationem, niſi altera ſubditur negatio,dum enim dico,non modo te diligo,ſed etiam amo, non nego me diligere te, ſed tantum diligere,& ita negatio nõ cadit in uerbum,ſed in particulam reſtrictiuam: Guillielmus tamen Budęus uir acutiſſimo ingenio & multa exercitatione prędìtus, q̃plurimis exemplis probat ſummos uiros dictis particulis tanquam negatiuis uſos ut uidere eſt in annotationibus Pãdectarum,id autem mirum eſt aut Vallam non animaduertiſſe aut illos commiſiſſe,niſi dicamus Vallam putaſſe errore imperitorum librariorum negationem ſublatã, quæ tamen repetenda non eſt,ubi principali uerbo negatio præponitur,ut hoc loco,ſed ne ſummorum quidem,tunc enim negatio pro utraque clauſula agere cenſebitur:quapropter cum repetii,& putem ſic loqui potuiſſe ſi uoluiſſet,non modo ut non Phrygi alicui aut Lycaoni &c. Phryges autem & Lycaones,ut Cretes & cæteri fere Græci mendaces ſunt, unde græca fide mercari apud comicos eſt pręſenti pecunia: Græcis enim propter mendacia & perfidiam non creditur. Igitur, id eſt ut ad rem redeam,filius huius Pompeii,cui tantum tribuo,cum ſit gener tuus.i.maritus filię tuæ,cumque intelligam q̃.i.quantum charus,quanq;.i.& quantum iucundus ſis Cnæo Pompeio, præter hanc coniunctionem affinitatis,quia filius eius tibi gener eſt, quo tandem animo debeo eſſe in te pręſertim cum is ſcilicet Pompeius miſerit ad me eas,id eſt eiuſmodi literas,quibus,id eſt cuiuſmodi, etiam ſi eſſem hoſtis tibi.cui ſum amiciſſimus,tamen,id eſt nihilominus placarer,id eſt fierem amicus & tranquillo in eum animo,& conuerterem me totum ad uoluntatem & nutum,id eſt ſignum uoluntatis eius,id eſt talis uiri meriti,ita.i.taliter de me,ſed hæc ſupple ſcripta ſunt hactenus , id eſt in hanc uſque partem , &ꝉ in hunc locum aut hoc tempus. Sunt enim ſcripta fortaſſe pluribus uerbis quàm fuit neceſſe. Nunc.i.deinceps cognoſce ea quæ ſint perfecta,id eſt conſummata à me. Quæq;,id eſt & ea quæ ſint inſtituta,id eſt incepta. Atq; nos agimus & agem9 hæc magis pro dignitate,ſcilicet tua,id eſt ut nihil detrahatur de dignitate tua,quàm pro periculo tuo, id eſt ut euites periculum ſalutis tuæ,quod nullum putamus tibi impendere, enim pro quia,nos audiemus prope diem,id eſt ſtatim,quia prope eſt dies(ut ſpero)te cenſorem,cuius ſcilicet cenſuræ, magiſtratus, id eſt magiſtralis honoris & poteſtatis,officia quæ ſunt maximi animi,ne ſcilicet formidet potentes notare,& ſummi cõſilii, ne meritos notet, ego cenſeo eſſe cogitanda tibi, id eſt à te diligentius,id eſt maiore opera, & accuratius.i.maiore cura,quum hæc quæ nos agimus de te, id eſt ut accuſationem ambitus expugnes , aut q̃ hæc quæ nos in prouincia agimus .i.diſputamus,de te,de quibus ſupra conqueſtus erat,ꝙ non amice agerentur à Cic. Cenſor dicitur arbiter motũ & rerum, quia eius officii erat mores taxare , & ab ordine priſtino ſi meruerint amouere,& ornamenta ut equos & phaleras adimere,præterea quantum aliquis licitè poſſideret æſtimare , & pro eo cenſum imponere.

*PETRI. VICTO. CASTI. QVAE à me profecta atq; inſtituta ſunt. Medicæus codex profecta,habet, & alter etiã non melius , quorũ autoritatem ſecuti ita & nos legimus. Huius autem nominis in hoc loco uis aperta eſt: quo etiam ſenſu accepit in epiſtola ad Catonem,cùm inquit:A me autẽ hæc ſunt profecta,quę ego in beneficii loco nõ pono,ſed in ueri teſtimonii ac iudicii.Incluſam autem illud in ſe habet alterius uerbi uim,quod quidem malunt:nam niſi perfecta,& abſoluta eſſent,non rectè dici poſſent profecta ,ſed adhuc eſſent inſtituta,& inchoata . Sed hæc minuta,& puſilla ſunt:illud momẽti maioris,ꝙ noſtram animaduerſionem iidem nõ probant, qua iudicauimus,quædam paulo poſt deeſſe.illa autem mirificè nobis placet,& ut audio aliis doctis,& ingenioſis uiris:nã quod illi arbitrantur in commentario de iis rebus egiſſe Ciceronem,quem ad Appium miſerit, hoc uerũ eſſe nullo pacto credere poſſum:nã ſtatim inquit,Atque hæc agimus,& agemus, &c. quaſi cõmentarius inter hæc & ſuperiora uerba inculcari poſſet,aut de commentario in his epiſtolis unquam Cicero locutus ſit.

Universidad de Deusto Biblioteca

CVM eſſem.Cic.primum dicit ſibi gratiſſimum iucundiſſimumq; fuiſſe,quod ex literis Appii intellexit,quod tamen antea nunciis & fama cognouerat,eum abſolutum eſſe maieſtatis,cuius,ut ſupra uidimus,fuerat accuſatus,& eo magis ſe eſſe lætatum,ꝙ intellexit eum ab uniuerſa repub.eſſe defenſũ & ꝙ Pompei & Bruti ſingularẽ fidem & beneuolentiã laudauit.Deĩde alterni eius literis reſpondẽs ſignificat gratiſſimum quoque ſibi fuiſſe,ꝙ Appius formam reipub.ita ad eum miſiſſet epiſtola ſua expreſſã, ut facile potuerit cognoſcere, quo in ſtatu eſſet reſpu. & quo animo eſſet Appius erga eam . Poſtea uero dicit ſe nunc in eis magnis negociis non expectare ab eo libros augurales,quos ſe miſſurum promiſerat,quorum loco expectat eius orationes. Poſtremo quia Appius ſcripſerat ſe accepiſſe à Cice. quaſdam ſtomachoſas literas, quas cognouerat cum animi perturbatione à Cicerone ſcriptas,quia eſſent minus elegantes.Primo Cice.excuſat illam indignationem qua ſcripſerat, & petit ab eo ueniam. Deinde iocans dicit eum exiſtimare debere quaſcunque literas uiderit minus diſertas & elegantes non eſſe Cice. In caſtris.apud milites,nam caſtra in plurali numero dicuntur loca ubi ſtant milites, quaſi caſtrata,uel ꝙ ibi caſtretur libido , quia mulieres inde diſciplina militaris abeſſe iubebat. Ad, apud,ut Virg.pri.Aenei. Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat argis.Idem,Phrygii Simoentis ad undam . Pyramum. fluuium Ciliciæ ad Aminodem promontorium, qui autore Pomponio Mella,urbem Maloſen præterfluit. Tharſo.ex Tharſo,de qua diximus ſupra,fuiſſe(autore Solino)à Perſeo conditam,licet Euſebius à Sardanapalo. Dies.quæ data erat. Aſſcripta.ſubſcripta,notata. Nonarum. quæ ſunt die quinto. Recentior. poſterior,magis noua. Non erat.ſ.aſcripta. Superiori.priori,ſcilicet epiſtolæ. Per multum antea.i.ualde antea,hoc eſt multo tempore ante. Literis.quia ad me fuerat hoc ſcriptum te fuiſſe abſolutum. Nunciis. qui uerbis id mihi retulerũt. Fama.publico rumore. quia ubique ferebatur. Nihil enim parentheſis eſt uſque ad tamen. Clarius. magis notum. Non quo. non quia.

VBER. Iocus Caſtra Pyramus

glatulatoria.

M.T.C.Appio Pulchro (vt ſpero) Cenſori. S. P. D. Epist LI

CVM eſſem in caſtris ad flumen Pýramum,rédditæ mihi ſunt vno témpore à te duæ epíſtolæ quas ad me.Q. Seruíli9 Tharſo míſerat. Eárum in áltera dies erat adſcripta nonârũ April.in áltera, quæ mihi recéntior videbâtur, dies non erat.Reſpóndeo igitùr ſuperiôri priùs, in qua ſcribis ad me de abſolutiône maieſtátis,de qua & ſi per multum antè cértior factus eram líteris , núncijs, fama deniquè ipſa,(nihil enim fuit clárius,non quod quiſquam alitèr putaſſet, ſed nihil de inſígnibus ad láudem viris obſcurè nunciári ſolet) tamèn éadem illa lætiôra fecérunt mihi tuæ líteræ,non ſolùm, quia planiùs loquebantur,& vberiùs, quâm vulgi ſermo, ſed etiàm,quia magis tibi vidêbar gratulâri,cùm de te,ex te ipſo audiêbam. Complêxus igitùr ſum cogitatióne te abſentem:epíſtolá uerò oſculâtus, & ipſe mihi gratulâtus ſum (quæ enìm à cuncto pópulo, à ſenátu, à iudícibus,ingénio, indúſtriæ,virtúti tribuuntur: quia mihi ipſe aſſéntior fortaſſè, cùm ea eſſe in me fingo:mihi quoq; ipſi tríbui puto)

Aliter.q̃ eſt factum.i.ꝙ non abſolueris , quia omnes putabant te abſolutum iri, quia nulla re maieſtatem læſeras. inſignibus.præclaris,egregiis. Ad laudem. nã ea quæ nunciantur ad uituperationem timidius nunciantur & obſcurius , quæ uero ad commendationem inſignium uirorum ſpectant,ea apertiſſime efferuntur.

Tamen.quanuis literis & nunciis intellexiſſem. Nõ ſolum.duplici de cauſa oſtendit ea ſibi fuiſſe lætiora ex eius literis q̃ ex nunciis,& quia Appius apertius & abũdantius ſcripſerat, q̃ alii nunciaſſent,& quia uidebatur ei magis gratulari, cum de eius rebus ab eodem ipſo intellexiſſet. Planius.apertius Vberius.copioſius abſolutione tua. Sermo uulgi.i.fama ipſa,ſcilicet loquebatur. Complexus ſum uiſus ſum te amplecti cogitatione & imaginatione.ipſa enim uoluptas quędam imaginaria,ut oſtendit Seruius in Buco.Virg.qua etiam abſentibus fruimur,ut patet in ſecunda Aegloga de Corydone & Alexi. ea autem eſt & de rebus honeſtis, ut cũ amicum abſentem cogitatione ipſa alloquimur,oſculamur,complectimur:& de rebus turpib9,ut de Biblide, quæ cum Cauno fratre cogitatione & imaginatione ipſa concumbebat. Cogitatione. animo. Oſculatus. quod ſolemus facere cauſa magni amoris,cum literæ ab amicis de rebus lætis nobis redduntur. Gratulatus. gauiſus etiam mea cauſa. Ingenio.ingenioſis uiris,& uirtute præditis,qualis tu es. A populo.à ſenatu. horum enim conſenſu abſolutus fuerat Appius. Aſſentior.blandior mihi,placeo mihi: melius enim aſſentor q̃ aſſentior legitur. Fingo,puto. Ea,ſcilicet ingenium, induſtriam , uirtutem. Mihi quoque. ſicut tibi: quia ea quæ tribuuntur ſimilibus noſtris uidentur tribui nobis:ordo eſt,quæ enim tribuuntur ingenio &c. à cuncto populo,à ſenatu & iudicibus,puto ea quoque tribui mihi: quia ipſe fortaſſe aſſentor mihi,cum fingo ea eſſe in me,ille uero ſibiipſi dicitur aſſentari, qui ſibi perſuadet ea in ſe quæ non ſunt , quod plerunque faciunt aſſentatores aliis,

ASCEN. CVM eſſem &c.Gratulâtur primùm ꝙ abſolûtus ſit maieſtátis uniuerſę penè reipúbli.ſuffrágio.Deindè alternis eius líteris reſpondens grátias agit formam reipúbli.ab Appio ſibi exprêſſam. Et quià in magno negócio fuit Appius non petit ab eo libros augurâles,quos ſuprà perficiendos monebat, ſed oratiónes eius.Purgans demùm quod uiſus eſt ſcripſiſſe ad Appium líteram ſtomachôſam. Ordo eſt.Cùm ego eſſem in caſtris apud flúuium Pýramũ,qui eſt in Cilícia.duę epíſtolæ tuæ ſũt rédditæ mihi uno témpore,quas Quintus Seruílius míſerat Tharſo.i.ex ea urbe Aſiæ. Dies,ſcilicèt qua data erat aſſcripta in áltera earum, uidelicèt nonárũ Aprílium,in áltera quæ uidebâtur mihi recéntior dies non erat,ſ.aſſcripta. Reſpóndeo igitur Ordo.

tur prius superiori, scilicet in qua dies asscripta erat. In qua scribis ad me de absolutione maiestatis, scilicet affectatæ. De qua.s.absolutione,& si.i.quanquam certior factus eram per multum, scilicet temporis antè literis.i.per literas,nunciis.i.per nuncios,deniq;.i.tandem,fama ipsa.i.per famam ipsam. Nihil enim fuit clarius.i.euidentius aut illustrius nunciatum,non sup.ita fuit clare nunciatum,ꝙ quisquam putasset aliter, scilicet futurum.sed ꝙ nihil solet nunciari obscure de uiris insignibus.i.insignitis laude,aut non segnibus ad laudem,quia sũt etiam insignes ad uitia,tamen literæ tuæ fecerunt mihi eadem illa.s.à tot nunciata,lætiora,id est iucundiora,non solum,quia scilicet literæ tuæ loquebantur planius.i.manifestius,eo quòd in plano sita melilius uidentur q̃ inter colles.uberius.i.abundantius,q̃ sermo uulgi,sed etiam quia ego uidebar magis gratulari tibi,cum,i.quãdo,ego audiebam,scilicet tam lęta,de te ex te ipso.Igitur ego complexus sum cogitatione.i.per imaginationem,te absente. Vero pro sed,ego osculatus sum epistolam,& ipse.i.egomet,gratulatus sum mihi.i.fœlicitati,quæ mihi in tua fœlicitate speranda erat. Quæ enim tribuuntur ingenio.i. bonæ indoli & ui nobis ingenitæ,industriæ.i.solertiæ,exercitatione acquisitæ aut auctæ,& uirtuti iam ratione stabilitæ,à cuncto populo,,à senatu,à iudicibus,qui omnium suffragiis absolutus fuerat,ego puto tribui,quoque.i. etiam mihi ipsi quia ipse.i.ego assentior.i.blandior fortasse mihi,cum ego fingo.i.imaginor ea.s.iam dicta ingenium, industriam & uirtutem esse in me.

nec tam gloriosum exitum tui iudicii extitisse, sed tam prauam inimicorum tuorum mentem fuisse mirabar. De ambitu vero quid intersit inquies, an de maiestate? Ad rem nihil: alterum enim non attigisti, alterum auxisti. Veruntamen est maiestas (vt Sylla voluit) vt in quemuis impune declamare liceret. Ambitus uero ita apertã vim habet, vt aut accusetur iprobe, aut defendatur. Quî.n.facta,& non facta largitio

HVBER. Gloriosus ❧GLORIOSVM.splendidum, cum tanto tuo honore & gloria.Et notandum gloriosum hic in bonam partẽ accipi, cum alias iactabundum significet. Iudicii quo maiestatis absolutus es. Exitus Exitũ finem, quia q̃to maior fuit oppugnatio,tanto gloriosior fuit absolutio. Tam prauam.tam iniquam, ut te innocẽtem & immeritum oppugnarent. Ambitus De ambitu uero, quia quidam dicebant Appium non solum maiestatis,sed etiam ambitus accusandum fuisse.Ideo nunc Ci. ostendit nihil interesse utrum ambitus an maiestatis fuisset accusatus,quia utriusq; æq; fuisset absolutus. Inquis.dicis mihi ô Appi.

Quid interest.quid refert,quæ differentia. De ambitu.s.fueris accusatus, qui erat crimen affectati honoris largitionibus & corruptionibus. Nihil interest. q̃tũ ad te pertinet: quia in neutro peccasti, nihil enim interest utrum aliquis accusetur furti an homicidii, cum utriusque est innocens. Alterum,ambitum, quia honores potius merere studuisti q̃ petere. Alterum.maiestatem Pop.Ro. Verũtamnen.ponit quandam differentiam inter ambitum & maiestatem. Veruntamen quamuis dixerim nihil interesse de maiestate an de ambitu &c. Vt Sylla uoluit.i.legibus cauit. In quemuis.in quemlibet,nisi omnino posset probari maiestatẽ esse læsam. Declamari Declamari.dici,exhortationis causa.Solebant enim Romani adolescentes eloquentiæ studiosi exercendi ingenii gratia inuehi orationibus suis in eos,quos scirent aliquo crimine posse notari.accusabant enĩ eos,ut dicit Quintilianus,& Cicero primo officiorum. Sylla uero lege cauit, quòd si quispiam accusaret alium maiestatis,qui non posset probare crimen,teneretur ad pœnam talionis,& ideo dixit. Impune.sine pœna. Declamationes Declamari.dici:nam declamare est in ficto themate se exercere:unde declamationes Quintiliani & Senecæ. Declamari in quemuis.i.quemuis sub prętextu exercitationis & declamationis accusari. Aptam uim. manifestã naturam:ita aperte cognoscitur. Aut accusetur improbe.i.aut iniusta fiat accusatio ,ita ut prima facie ab omnibus cognoscatur esse improba. Aut defendatur.si etiam non excusetur improbe. Qui,quomodo.Ratio quare accusetur improbe,quia si quisquam largitionibus corrumpit senatum aut populum, nõ possent illæ largitiones esse occultę, ergo si nullis apparentibus largitionibus quispiam accusetur,improbe accusatur,sicut Appius accusabatur. Largitio. Largitio.corruptio, quæ fit pecunia,aut cæteris muneribus:de ea dictum est in prima epistola primi libri.

ignorari potest? Tuorũ autẽ bonorũ cursus,cui suspectus vnquã fuit? me miserũ qui non affuerim: quos ego risus excitassem? Sed de maiestatis iudicio duo mihi illa ex literis tuis iucũdissima fuerũt. vnum quod te ab ipsa republica defensum scribis, quæ quidẽ etiam in sũma bonorum,& fortium ciuium copia, tueri taleis viros deberet: nunc vero eo magis, quo tãta penuria est in omni vel honoris, vel ætatis gradu, vt tam orba ciuitas taleis tutores cõplecti debeat. Alterũ,quod Põpeii,& Bruti fidẽ beneuolẽtiamq; mirifice laudas: lætor virtute, & officio cum tuorũ necessariorũ, meorũ amicissimorum tum maxime alteri, omnium sæculorũ, & gentiũ principis, tum

HVBER. Cursus Honro Suspectus ❧IGNORARI.nesciri, q.d.nullo modo. Cursus.continua administratio,dicitur enim cursus honorum gradus,cum Honor honori succedit, ut ædilitati prætura, consulatui censura. Suspectus.i.æstimatus, male quęsitus. Cui.q.d.nemini. Me miserum. ex magno affectu amoris hoc dixit. Affuerim. Romæ tunc,cum es accusatus maiestatis. Quos risus.q.d. magnos. Excitassem. commouissem.s.de accusatoribus tuis,quos ostendissẽ ridicule fecisse,cum te immerito accusarunt. Illa duo, illæ duę partes. Vnum.s.fuit mihi iucundissimum , & est prima pars. Ab ipsa repu. quod fuit maximi honoris,ꝙ respu.susciperet defensionem tuam. Quæ respu. In summa copia.i.quæ etiam si abũdaret uiris bonis & fortibus deberet tamen tueri tales uiros,qualis tu es,ergo multo magis cum magna sit penuria similium tui.

Penuria Penuria.inopia. Honoris,dignitatis,ut puta in ordine ædilitio,uel prætorio,uel senatorio,uel aliorum bonorum. Vel ætati.i.& iuuenum & senum. Cõplecti Complecti.amare,fouere. Alterum.subaudi fuit mihi iucundissimum in literis tuis. Fidem erga te. Virtutem. quan-

tum ad fidem. Officio.quantum ad beneuolentiam,quæ & amicis & affinibus ex officio præstanda est Cum tuorum.i.& quia sunt tui necessarii & affines. Tum maxi.i.& præcipue, quia sunt uiri clarissimi. Alterius. Pompeii. Principis omnium sæculorum & gentium.i.qui antecellit omnes, qui omnibus sæculis unquã fuerunt,aut qui nunc in omnibus gentibus usquam sunt.

❧NEC mirabar tam gloriosum exitum iudicii.i.de te habiti fuisse,sed sup.mirabar mentem tuorum inimicorum,fuisse tam prauam, iniquam & peruersam. ASCEN. Tu uero quia ego prius dixi ꝙ in epistola ad me scribis de absolutione maiestatis,inquies,quid interest de ambitu.s.sim accusatus & absolutus,ac.i.q̃ aut an de maiestate.q.d.nihil,unde & Cice.respondet. Nihil sup. interest ad rem.i.ad litem & negocium tuum , cum utrisque sis innocens.enim.i.quia tu non attigisti alterum.s.ambitum & auxisti alterum,s.maiestatem,quam tam gloriose gessisti,alii exponunt ad rem.i.molem criminis , quia conuictus maiestatis,non minus punitur, quã ambitus, sed facilius est conuincere ambitus q̃ maiestatis. Maiestatis enim reus est qui arguitur ambitione quadam affectasse maiestatem , aut decerni sibi aut protogari indecenter. Ambitus uero , qui largitionibus,precibus,minis,pollicitationibus & aliis corruptionibus,ad magistratum uiam affectat. Vnde ambitio & crimen maiestatis in animo est ambitus in opere ipso & rebus exterioribus, & ideo quia de occultis nõ est agendum sine testibus, Sylla noluit declamationes fieri in reum maiestatis,reum autẽ ambitus licebat unicuique agere, dum in probationibus non deficeret. unde addit. Veruntamen maiestas est sup.talis ut Sylla uoluit.i.lege cauit & sanciuit,ne.i.ut non liceret declamari.i.declamationem fieri de crimine maiestatis, in quemuis.i.quemlibet,impune.i.passim sine punitione.Declamatio autem est ad utranque partem de crimine & absolutione alicuius,& de faciendo aut non faciendo aliquo negocio disputatio, quã exercitationis gratia rhetorum discipuli facere solebant,non sine clamore,ut induerent animos & formam in ueris causis agẽdis, uero.i.sed ambitus habet uim ita apertam.i.manifestam,ut aut cẽseatur improbe,utpote , quando accusatur innocens,aut defendatur improbe.s.à patrono manifesti criminis.Enim.i.quia.qui.i. quomodo potest largitio facta,& non facta.i.an facta an non facta sit ignorari?quasi dicat nullo modo, cum fiat publice nec paucis, imperium enim aut dominatio non potest a paucis dari.Sed dubium est dum largitiones fiunt quo animo fiant,quod coniectura quadam ex uerbis & cæteris factis largientis perspicitur. Autem pro sed,cursus.i.continuatio,honorum.i.magistratuum tuorum,cui fuit unquam suspectus quasi dicat nulli. Me miserum. Modeste ne excandescere uideatur subticet particulam o,qui nõ affuerim.s.in absolutione tui. Quos risus ego excitassem.i.in accusatores tam temerarios?q.d.maximos.Sed de iudicio maiestatis,quo.s.absolutus erat, illa duo fuerunt mihi iucundissima ex literis tuis. Vnum ꝙ scribis te defensum ab ipsa rep.quæ.s.respu.hoc est omnes eius gubernatores,deberet tueri id est,protegere tales uiros scilicet qualis tu es,quidem.i.certe, etiam in summa copia ciuium bonorum,& fortium,nunc uero sup.debet eo magis quod tanta penuria.i,paucitas & difficultas inueniendi tales uiros,est in omni gradu uel honoris.i.tam magistratuum q̃ priuatorum,uel ętatis.i.tã senum quàm iuuenum,ut ciuitas tam orba.i.priuata patronis,debeat complecti.i.fouere tales tutores.Alterũ scilicet mihi iucundum fuit,ꝙ laudas mirifice fidem & beneuolentiam Pompeii & Bruti.lætor uirtute & officio id est,propter uirtutem & officium,cum.s.ita sit quod tuorum necessariorum.s.Pompeii & Bruti qui sũt tibi affines & ita necessarii,& amicissimorum meorum,tum maxime.s.lætor uirtute & officio,alterius.s.Pompeii,principis omnium sæculorum & gentium.i.omnium hominum , qui sunt aut fuerunt in quauis natione,& sup.uirtute & officio alterius.s.Bruti, iampridem.i.iam à plusculo tempore, principis sup.iuuentutis.s. Romanæ,& sup.futuri celeriter ut spero , principis ciuitatis.s.totius , excepto tamen Pompeio,hoc est lætor primum tantum uirtutis & officii esse in uiris tibi maxime necessariis & mihi amicissimis , deinde & multo magis in uiris summis & principibus,altero totius mundi & omnium temporum , altero nunc iuuentutis , & mox totius ciuitatis futuro.

alterius, iampridem iuuẽtutis, celeriter (vt spero) ciuitatis. De mercennariis testibus suis ciuitatibus notandis nisi iã factum est aliquid per Flaccũ, fiet à me,

❧ALTERIVS. Bruti.Iuuentutis, subaudi principis.i. qui excellit iampridem omnes iuuenes Romanos,erat enim & ipse iuuenis. HVBER. Celeriter Celeriter id est , mox cum erit paulo maturior. Ciuitatis.omnium ciuium Romanorum. De testi.quidam testes mercede compulsi falsum testificati erant contra Appium , quos puniendos curauerat Appius,rogaueratque Ciceronem,ut hoc faceret,cui Cicero respondet,ꝙ si Flaccus cui mandauit, de hoc nihil egit,omnino ipse faciet.

cum per Asiam decedam. Nunc ad alteram epistolam venio. Quod ad me quasi formam commũnium temporum, & totius reipũ. misisti expressam, prudentia literarum tuarum valdè mihi grata est. Video enim & pericula leuiora, quã timebam, & maiora præsidia, si quidem (vt scribis) omneis vires ciuitatis se ad Pompeii ductum applicuerunt, tuumq; simul promptum animum, & alacrem perspexi ad defendendam rempub. mirificamque cœpi voluptatem, ex hac tua diligentia, ꝙ in summis tuis occupatio

HVBER. ❧CVM per Asiam decedet. Notãdis,ignominia & probro afficiendis , notabantur autem ignominia & probro quotiẽs probabãtur fuisse falsi,& cauetur publice ne amplius testes esse possint tanquam infames & falsi conuicti. Nota Nota enim,ut inquit Festus , nunc signum in pecoribus significat.Virgi.in Geor. Continuoq; notas & nomina gentis inurunt.nunc literas singulas aut binas,nunc ignominiam.Item Nonius inquit. Quid Nota dicitur probrum. Lucilius Lucilius lib.xxx. Quem scis scire tuas omnes maculasque notasque, inde notare dicitur.Iuuena. Sed quæ Fabritius censor notet. Horat. Magna cum libertate notabant. Notare Mercennariis.mercede conductis nõ ueritatis tuendæ gratia. Ab suis ciuitatibus.uolebat enim à singulis ciuitatibus de quibus fuissent hi testes, eos notari & puniri. Aliquid.i.nisi iam sunt cœpti notari. Fiet à me.notabuntur â me. Decedam.iter faciã decedens.Quod ad me.ad aliam partem epistolæ respõdet,quia Appius scripserat ad Ciceronem formam status reipu. Quasi trãslatiue. Forma Formam,designationem,ut supra,

Universidad de Deusto Biblioteca

ut supra,ut cum formam reip.cognouero,quale sit futurum reliquum ędificium intelligam.Expressam.aperte figuratam,repræsentatam,quasi uiderem ipsam rem pu.prudentia,quia mihi ipsam formam reipu.expressisti.Leuiora,minora. Præsidia.pro defensione reipub. Maiora.s.q̃ putabam. Si quidem. quoniam est ratio leuiorum periculorum,& maiorum pręsidiorum. Omnes uires.i.omnes qui in ciuitate aliquid possunt. Ad ductum.ad imprimendum,ad uoluntatem. Applicauerunt.adiunxerunt. Promptum.expositum,paratũ. Alacrem.erectum atque sublimen. Diligentia qua nisus es in scribendo. In summis occupationibus.quibus nisi fuisses diligens,potueras reuocari a scribendo Augurales libros, quos te missurum promiseras. Ad commune ocium. cum uterque nostrum minꝰ erit negociis implicitus,tu Romæ,ego in prouincia. Serua. differ,reserua. Flagitabam. instanter poscebam. Ad urbem id est in urbe. Tuorum. quos ad me misisses, existimabat enim Appius Tullium quendam ex suis esse apud Ciceronem.Qui.s.mei. sunt tui. quia amicorum omnia communia. Stomachosiores. iracundas, plenas indignationis. Literas.s.meas. Bis.ut uisum est in præcedentibus epistolis. Purgans.excusans, quia quęrebaris ꝙ ego impediuissem legationẽ,quæ ad laudes tuas Romam erat profectura. Leuitèr. non acerbè. Accûsans.in proxima præcedenti epistola. Amici. quibus interdùm licet reprehéndere álium amîcum beneuolè. Eo genere querelæ.i. non ulterius. ut amplius quærar de te. Vt scribis.quia scripserat Appius eas literas non fuisse elegantes,quia erant cum stomacho scriptæ. Disertæ.eloquentes,elegantes.

Expressa. Siquidem. Applicare. Promptus. Serua. Flagitare. Disertæ.

nibus, mihi tamen reipublicæ statum per te notum esse voluisti. Nam augurales libros ad commune vtriusque nostrum ocium serua. Ego enim à te cum tua promissa per literas flagitabam, ad vrbem te ociosissimum esse arbitrabar. Nunc tamen(vt ipse polliceris)pro auguralibus libris orationes tuas cõfectas omnes expectabo. Tullius,cui mandata ad me dedisti, non conuenerat me, nec erat iam quisquam mecum tuorum,præter omneis meos, qui sunt omneis tui. Stomachosiôres meas líteras, quas dicas esse,non intélligo.Bis ad te scripsi, me purgans diligentèr,te leuitèr accûsans in eo,quod de me citò credidisses quod genus querêlæ mihi quidèm videbâtur esse amíci. Sin tibi dísplicet,non vtar post hàc,Sed si, vt scribis, hæ líteræ non fuêrunt disertæ, scito

HVBER. ☞DE testibus.i.quod scribis,de testibus mercennariis.i.mercede conductis ad dandum contra te falsum testimonium,notandis.s.nota infamiæ a ciuitatibus suis, nisi aliquid factum est iam per Flaccum.s.pręsidem illis à me constitutum,fiet à me cum decèdam.s.de prouincia per Asiam. Venio nunc ad alteram epistolam. Quod misisti .s.in altera illa epistola,ad me,quasi formam.i.designatiõem & speciem temporum communium & totius reipu.expressam.i.expresse descriptam, prudentia literarum tuarum est mihi ualde grata. Video enim & pericula leuiora quam timebam maiora præsidia.s.reipu.sup.q̃ sperabam, siquidem.i.quoniam, aut si duæ sũt particulæ,quidem.s.certe,si ut scribis,omnes uires ciuitatis applicauerant,se ad ductum.i.auspicium,fęlicitatẽ & prudentiam ducendi Pompeii,& prospexi simul tuum animum promptum & alacrem.i.acrem & strenuum ut sumus in rebus quas alacres facimus,ad defendendam,rempu.& cœpi mirificam uoluptatem ex hac diligentia tua.Si dicas ergo hic ad secundam quoque personam respicit.Dicam unam rem a duobus possideri posse & ita ad diuersos fieri respectum.Vnde Cice.ad diligentiam Appii,quia ab eo profecta est,dicit,hac.q.d. quæ in his literis quas teneo scripta est. Quod in summis occupationibus tuis,uoluisti tamen.i.nihilominus,statum reipublicæ esse notum mihi per te.Nam serua.i.cõcedo ut serues libros augurales,quos supra perfici petiit,ad ocium commune utriusque.i. donec & tibi scribendi & mihi legendi eos dabitur ocium.Ego enim cũ flagitabam.i.exigebam per literas à te tua promissa.s.de perficiendis libris auguralibus,arbitrabar te esse ociosissimum ad urbem.i.in urbe.Raro tamen ad pro in ponitur,sępius pro apud, quocirca posset dici ad urbem .i.circa res urbanas.Nunc tamen expectabo,ut ipse.i.tu polliceris,orationes tuas omnes confectas.i.absolutas libris auguralibus.i.loco auguralium.Tullius cui dedisti mandata ad me.i. quæ mihi diceret non conuenerat me.i.non uenerat allocuturus mecum,nec quisq̃ tuorum.s.familiarium erat iam mecum,pręter omnes meos qui sũt omnes tui.Ego non intelligo quas literas meas dicas esse stomachosiores.i.ex nimis magno stomacho .i.indignatione scriptas.Ego scripsi ad te bis,purgans diligenter.s.de crimine perfidiæ ac lesæ amicitiæ, accusans leuiter te in eo ꝙ credidisses cito de me.Quod genus querelæ uidebatur quidem.i.certe mihi esse amici .i.pertinere ad amicum hominem,quia reconciliatoria est amicitiæ potius offensiua talis quęrela.Sin.i.sed si, id genus querelæ,displicet tibi,non utar eo amplius post hac.i.post hoc tempus. Sed si ut scribis, hæ literæ.s. stomachosiores non fuerunt disertę,scito non fuisse meas.hoc iocose & confidenter dicit.

HVBER. Aristarchꝰ. ☞MEAS.qui nescio scribere nisi eloquẽter, & q̃uis uideatur Cicero iocari, tamen se laudat. Aristarchus. is fuit optimus grammaticus,qui Homerum interpretatus est. Homeri uersum.s.esse Quem. uersum. Non probat. non approbat iudicio suo.i.qui ei non placet; multa enim carmina creduntur esse inserta Rapsodiæ Homeri, quę ab eo poeta nunquam fuerunt condita. Dicit igitur quemadmodum Aristarchus uersum, qui in Homero minus ei placet,negabat esse Homeri. Itaq;

meas non fuisse. Vt enim Aristarchus Homêri versum negat,quem non probat:sic tu(libet enim mihi iocâri) quod disertum nõ erit,ne putâris meum. Vale,& incensûra,si iam es censor,vt spero, de próauo multum cogitâto tuo.

tu quodcunque scriptum minus disertum & elegans uideris,ne putes esse meum. Libet enim iocari.parenthesis,qua utitur,ut uitet arrogantiam. Quod scilicet scriptum.Ne putaris.pro ne putes. In censura.in administratione censuræ. Si es censor.si iam creatus es censor.Vt spero.quia scripserat Appius se laborare ut censor crearetur. Cogitato de proauo tuo. habeto proauum tuum clarissimum censorẽ in animo,ut eum moribus & reipsa imiteris,is autem fuit Appius cæcus.

☞Ex.xi.Episto.Cum essem in castris.
Alterum quod Pompeii, & Bruti fidem beneuolentiamq; mirifice collaudas.Quod genus querelæ mihi quidem uidebatur esse amici,sin tibi displicet,nõ utar eo posthac. gratulatoria, & purgatoria.

M.T.C. Appio Pulchro Imperat. S. P. D. Epist 12

GRátulor tibi prius(ita enim rerum ordo póstulat) Deindè ad me conuertar. Ego verò vehementèr grátulor de iudício ámbitus, nequè id,quod némini dúbiũ fuit,absolûtum te esse, sed illud quìd quò mélior ciuis,quo vir clárior, quo fórtior amícus es, quò plura virtútis, industriæ ornamenta in te sunt, eo mirandum est magis: nullam ne in tabellæ quidèm látebra fuisse abscõditam maleuoléntiam,quæ te impugnâre audêret.Non horum témporum, nõ hórum hóminum, atq; morum negócium, nihil iam sum pridem admirâtus magis. De me auté, súscipe paulispèr meas parteis, & eum te esse finge,qui ego sum, si facilè inuéneris quid dicas, noli ignóscere hæsitatiôni meæ. Ego verò velim mihi, Túlliæque meæ (sicùt tu amicissimè, & suauissimè optas) prosperè euenîre ea, quæ me insciente facta sunt à meis:

ASCEN. ☞VT enim Aristarchus negat uersum supple esse Homeri quẽ non probat.i.non approbat;sic tu,libet enim mihi iocari,quod nõ erit disertum ne putaris.i. nolim ut putes meum supple,esse. Vale. & cogitato multum de proauo tuo.s. Appio Cæco, qui clarissimam gessit censuram,in censura,id est in gerẽda censura, si es iam censor ut spero,scilicet te esse.

HVBER. GRatulor. Huius epistolæ argumentum in duas partes diuiditur,nam primo Ci.gratulatur Appio de absolutione ambitus, cuius ut supra uidimus,fuerat accusatus, deinde quia Ci.filia Tullia eo absente in prouincia locata fuerat Dolabellæ inimicissimo Appii.Appius uehemẽter questus erat de C.ꝙ cõtraxisset affinitatem cum eo,quem sciret sibi inimicissimum. Itaque Ci.se excusat ꝙ se absente id factum sit, ꝙ si fuisset domi nihil fecisset sine cõsilio ipsius Appii. Et postremo affirmat ꝙ propter hanc affinitatem nihil omnino est alienatus ab Appio.Sed promittit se pro eo multo maiora esse facturum,q̃ antea fecisset. Tibi.causa tui. Ita ut tibi gratuler prius. Ordo rerũ,prius de rebus amicorum, deindè de nostris dicere debemus. Ad rem meam,ad excusationẽ meã. Ambitus.quo es absolutus. Neque id. subaudi mirandũ fuit quod paulo inferius ponit.s.esse absolutum. Nemini dubium.nemo enim dubitasset te absolutũ iri,quia ambitũ nunquam attigisti. Quo.quanto. Melior uir.hoc dicit,nõ est mirandum te fuisse absolutũ,quia nemini hoc dubiũ erat Sed quanto est melior uir & clarior eo magis est mirandum quod accusatione tua ubiq; apparuerit maleuolentia hominũ in te. Ne in tabellę latebra,hoc est ne in occultissima quidẽ parte tabellæ,in qua est scripta accusatio tua. Absconditã,occultã:quia erat apertissima. Auderet,quasi contra ius. Impugnare te.te criminari, tibi esse aduersarius. Horum talium, tam corruptorum. Non negociũ.s.fuisse absconditũ in latebra tabellæ Negocium.quod tibi facesserent. Nihil magis. quã hoc.s.ꝙ ita aperte fueris impugnatꝰ,cũ sis uir clarus & fortis,cum habeas multa ornamenta industriæ & uirtutis. De me,nũc incipit de se dicere. Suscipe meas partes.i.finge te esse me. Pone te loco mei. Et eum.declaratio est superioris orationis,suscipe personam meam. Quid dicas. contra id quod factum esse quereris. Noli ignoscere.q.d.tunc non petã ueniam. Hęsitationi.i.dubitationi,uel melius ignorationi meæ. Velim.pro uolo.i.cupio. Me sciente quia eram ut scis in prouincia. A meis.ab uxore & amicis.

Impugnare. Hæsitatio.

ASCEN. Ordo. GRatulor &c.Gratulâtur Appio de absolutióne ámbitus,purgatq; quòd Túllia se absente data sit nuptum Dolabellæ hómini Ap.inimicíssimo.pollicêtur propter illam se nihil de amicítia Appiána detractûrum.Ordo est.Ego grátulor,aut gratulâbor tibi priùs.i.prióre parte epístolæ, deindè cõuertar ad me.i.ad rem meam purgandam.ordo enim rerum póstulat ità,sic fieri ut priùs de amícis,deindè de nobis agâmus. Ego uerò grâtulor supple tibi uehementèr,te absolûtum esse de iudício ámbitus.i.in quo cáusam dicêbas de ámbitu.i.maiestáte malis ártibus attentâ, nequè id quod némini dúbium fuit.s.futûrum, uidelicèt te absolûtum esse,mirandum sed est illud quòd quò.i. quantò mélior ciuis es, quò.i.quantò uir clárior, quò.i. quantò,amícus fórtior.i.constántior es,eó est mirandum magis,nullam.i.non ullam maleuoléntiam,quæ audêrent.s.tam impudentèr oppugnâre te non fuisse abscónditam,ne quidèm.i. non saltèm in látebra.i. ángulo áliquo. Tabellæ.i.libelli accusatórii,hoc est quòd ipsa præ uerecúndia si quam habuisset,se non abscónderit in áliquo loco âbdito tabellæ accusatóriæ & diffamatóriæ, sed palàm te accusâre áusa sit. Non enim negóciũ quod factum est tibi,fuit horum témporum in quibus uirtúti adhùc locus & honos est & boni florent, non horum hóminum qui boni ferè sunt & tibi ferè necessárii, atquè morum sup. horum hóminum & témporũ, & ita ego nihil sum admirâtus magis iampridèm.i. iam à plúsculo témpore.s. quàm quòd inuenti sint tam impudentes,ut audêrent non modo per occultam delatiónem,sed etiàm per manifestam accusatiónem in públíco iudício te ámbitus postulâre,quod Cice.satis assentantèr dicit, præcipuè cum anteà ei de eâdem re gratulâtus sit, sed uidêtur Appius assentatiónis áppetens,& potuêrunt superióres líteræ non esse perlâtæ,idq; Cicerónem uerêri. De me autèm.aggréditur secũdam partem epístolę dicens. Autem.i.sed, de me.i. quantum ad núptias filiæ meæ áttinet,súscipe paulispèr.i.per paulum témporis, partes meas.s.purgatiuas, finge te esse eum qui ego sum, si tu inuéneris facilè, quid dicas.i.respóndeas, ad purgandum factum ipsum aut damnandum, noli ignóscere.i.párcere aut uéniam dare hæsitatióni.i.perplexitáti & tarditáti meæ in loquendo. Ego uerò.i.certè,uelim ea quæ facta sunt à meis me insciente,euenîre prosperè mihi, & Túlliæ meæ.i.filiæ, hoc est núptias eius cum Dolabella sicùt tu optas amicíssimè & suauíssimè,moris enim est dum de nouis núptiis aut lóquimur aut scríbimus dícere fœlicitèr,unde Iuueñ.dictũ est fœlicitèr aut dii benè uertant, aut quas dii secundent,quod & Appius uidêtur scripsisse magis ex more,aut per Ironíam quàm ex ánimo,Cícero tamèn callidè interpretâtur ex ánimo scriptum,sed cecidisse,id est casu euenisse.

HVBER. ¶SED ita cecidisse. sensus est spero, ꝙ fœliciter euenerit, ut fieret hic contractus affinitatis, eo tẽpore quo eram absens. Cecidisse, pro accidisse. Cum aliqua fœlicitate, quasi dicat, nõ sine numine diuum. Veruntamẽn, ostendit quòd plus consolationis potest ei afferre de hac affinitate contracta Appii sapientia, si non ægre tulerit, si considerauerit casum. Quã opportunitas tẽporis, id est commoditas, scilicet hoc actum sit me insciente, propter quod nõ est quòd de me queraris. Ita demonstrat Cic. sollicitudinem & anxietatẽ animi sui, quia propter perturbationem animi dicit se nescire inuenire conclusionem huius orationis. Expediam, explicem, absoluam. Exitum, finem, conclusionem. Institutæ, inceptæ. Tristius, infelicius, quod protendãt malum futurum, nam quando est factum, non debeo dicere mihi displicere hoc esse factũ quod fortasse esset signum infelicitatis futuræ, & præcipue putatur in matrimoniis, quotiens altera pars dicit se pœnitere facti, habetur pro malo omine. Eam rem, id matrimonium, eam affinitatẽ. Quã. rẽ. Prosequeris optimis ominibus id est quã tu in literis tuis dicis optare fẽlici auspicio esse confectam, cui optas optima omnia, nulla enim matrimonia fiebant, nisi prius captis auspiciis. Luca. Contentique auspice Bruto. Iuuena. Veniãt cum signatoribus auspex. Idem Signatæ tabulæ dictum fœliciter. Virgil. i. Aeneid. Cui pater intactã dederat, primisq; locarat Oibus. Mordet. angit, cruciat. In quo. in qua re. Non uereor. i. in quo non dubito te parum perspicere ea esse gesta non à me, sed ab illis, quibus ita mandarã, ut me absente facerent, quod eis uideretur utile. Non uereor, non dubito, scio. Ne. i. ut, Parum perspicias, non consideres diligenter tam longe in Cilicia, quæ est remotissima ab urbe. Ne referrent ad me. non nunciarent mihi, non redderẽt me certiorem, nisi inuenissent ubi commode locarent filiam meam. Agerent. subauditur, sed mandaram ut agerent. Quod probassent, quod eis placuisset, quod utile putassent. In hoc, quod dixi esse factum me insciente, quia mandaueram ut nihil referrent ad me propter longinquitatem locorum. Occurrit. obiicitur, uenit in mentem à te posse dici sic. Quid igitur. obiectio Appii. Quid, scilicet fecisses o Ci. Si affuisses. si fuisses Romæ, dedisses ne eam Dolabellæ. Rem, factam conditionem, & est responsio obiectionis. Probassem. laudassem, id est placuisset mihi conditio. Et notanda prudentia Cic. cui, quamuis non multum placeret Dolabella, tamen post factum non uoluisses. Sudare, hoc dicit ut ostendat hanc rem sibi magnæ esse sollicitudini, sudamus enim aut corporis defatigatione, aut calore, aut denique animi angore & sollicitudine. Alii legunt sua de re, alii suadere, sed neutrum conuenit menti Cic. Laborantem. curantem, quomodo defendam id quod tuendum est mihi, hoc est quod iam est factum, & tamen non faciam contra uoluntatem tuam, quod quia est difficile, ideo dicit suda hoc à me dedita opera factum non esse. Tractasse, egisse difficiliorem quàm hanc. s. tuear quę tuenda sunt mihi, & te nõ offendã. Sic habeto, significat propter hanc affinitatem se nihil esse alienatũ ab Appio, dicit enim quòd si iam egisset omnia eius negocia sicut debuit nunc nunciata sibi hac affinitate ageret ea nõ maiore studio, quia non posset, sed saltem clarius & apertius, ut intelligeret Ap. ipsum Cice. nihil esse erga se immutatũ. Confecissem. composuissem. Negocia tua. quæ hic in prouincia habes, & de ædificatione tua, & de legatione ad laudes tuas Romam mittenda. Pristinum studium. pristinam uoluntatem & morem. Nihil addi. quia erat summum. Maiore studio. quia non potuissem, quia ut dixi nihil uidebatur posse addi.

Expedire

Mordet

Ne

Confecissem

ASCEN. ¶SI TA ut agerentur eo tempore. s. quo abessem, aut quo dissensiones orirentur inter principes. Dolabella enim Cæsari adhærsurus uidebatur, Appius & Brutus Pompeio, spero omnino & opto, supple cecidisse cũ aliqua sed incerta mihi fœlicitate, ueruntamen sapientia & humanitas tua consolatur me plus in hac spe. s. de fœlicitate nuptiarum quàm oportunitas temporis, quia difficile est in dissensione principum ciuitatis fœliciter uiuere. Itaq; non reperio quemadmodum expediam. i. expedire faciam exitum. i. finẽ huius orationis institutæ. i. inceptæ, de nuptiis filiæ. Neq; enim debeo dicere quicquã tristius in eam rem. i. nuptiis filiæ, quam tu ipse prosequeris ominibus. i. præcationibus, auspiciis, optationibus, uotis optimis, nam dum boni & prudentes uiri hona præcantur & optant aliquibus cœptis, omẽ est. i. indicium boni euentus, neq; non. i. attamen aliquid mordet. i. tristitia afficit me, in quo non uereor. i. non dubito, unum, uidelicet ne. i. aut quin. Notum est cũ uerbis notandi timendiq; idem facere negationẽ & affirmationẽ, ut uereor ne facias & ut facias, & perspicias. i. cognoscas parũ, ea quæ gesta sunt de contractu matrimoniali, esse gesta ab illis. s. amicis & necessariis meis, quibus ego. s. discedens mandarã ita, cum essem abfuturus tam longe. s. ab eis, ne referrent ad me. i. ne cõsulerent me, supple illi agerent, quod probassent. In hoc autẽ. s. dicto, ad ostendendũ meo cõsilio non esse factum, occurrit. i. obiicitur, hoc est obiici potest mihi illud. Igitur o Ci. quid tu supple fecisses si affuisses. Respondet. Ego, pbassem. i. approbassem rẽ. i. cõtractũ matrimonialẽ. Sed supple quia dicis hoc tpe tã periculoso nõ debuisse fieri, ego nihil egissem te inuito, & nihil egissem sine cõsilio tuo de tpe. i. nuptiarũ celebrãdarũ.

Vides me sudare. i. angore quodam opprimi, iamdudum. i. ab eo tempore quo incœpta est mentio de nuptiis filiæ, laborantem quomodo tuear. i. defendam, ea quę mihi sunt tuenda. i. defendenda, & non offendam. i. lædãte. Igitur leua. i. libera me hoc onere. q. d. quod purgare uix possum ser. Ego enim nunquam. i. nõ unquam, non uideor mihi tractasse unquam causam difficiliorem. Tamen habeto sic. i. pro certo teneto, nisi ego confecissem iam. i. perfecissem iam tunc. s. cum talia mihi nunciata sunt diligentissime omnia negocia cum summa dignitate tua, tametsi nihil uidebatur posse addi ad pristinum studium meum erga te, tamen hac affinitate. s. cum Dolabella inimico tuo nũciata mihi. i. si fuisset prius nunciata, equidẽ. i. ego equidẽ, defendissem dignitatem tuam. s. in prouincia, non maiore studio, quia id fieri non potuisset.

sed ácrius, ápértius, significántius, dignitâtem tuã defendissem. Decedenti mihi, & iá império annuo terminâto, ante nonas Sextíleis, cum ad Sydã naui accéderem, & mecũ Q. Seruílius esset, líteræ â meis sunt rédditæ, dixi statìm Seruílio (Et enim videbâtur esse cõmôtus) vt oĩa â me maiôra expectâret. Quid multa? beneuoléntior tibi, q̃ fui, nihilo sum factus: diligéntior ad declarandũ beneuoléntiã multò. Nam vt vetus nostra simultas anteà simulâbat me vt cauêrẽ, ne cui suspitiõnẽ fictè reconciliâtæ grátiæ darem, sic affínitas nouam curã affert cauendi, ne quid de summo meo erga te amôre detractum esse videâtur. Vale.

HVBER. ¶ACRIVS. vehementius, instantius. Significantius, cum maiori significatione & testificatione mei erga te animi. Decedenti. dicit Cice. se non solum nunc polliceri hoc Appio, uerum etiam multo ante dixisse Seruilio, qui in prouincia agebat negocia Appii. Termino, finito iam enim fere finierat annum Cice. in prouincia, cum redditæ sunt ei literæ de hac affinitate, quo quidem tempore dixit Seruilio, ut multo maiora beneficia à se expectaret quàm ante, uidebat enim esse perturbatus & ægre ferre illam affinitatẽ quia sciebat Dolabellam esse inimicissimum Appio. Sydam. urbem Licyæ, quæ portum habet. Commotus. perturbatus hoc nuncio. Maiora. quàm ante præstitissem. Expectare, speratum me pro te facturũ. Nihilo beneuolẽtior, nihil anctus in amore, quia nihil poterat ad erga te bene uolentiam addi. Diligentior, promptior. Vetus simultas. quæ aliquando inter nos fuerat. Stimulabat, hortabatur, est autem sensus, sicut propter ueterem simultatem quæ inter nos fuerat, cogebar ita facere ne darem suspitionem hominibus me esse tibi ficte & nõ uere reconciliatum, ita nunc noua affinitas facit, ut caueam ne propter eam uideatur aliquid de meo erga te amore esse diminutum. Detractum, diminutum.

¶Ex. xii. Epistola. Gratulor tibi prius

Nulla in tabella quidem & látebra fuisse abscónditã maleuoléntiam, quę te oppugnare auderet, non horum temporum, non horum hominum, atq; morũ negociũ est. Et prospere euenire ea, quę mihi insciente me facta sunt à meis, sed ita cecidisse illo ut agerẽ tur tempore, spero omnino in aliqua fẽlicitate oĩa, & opto. Neq; nõ tũ me mordet aliquid. Vides suade re me iãdudũ laborãte, quõ ea tuear, quę mihi tuẽda sunt, teq; non offendã? Sic habeto tũ, nisi iã tum oĩa negocia cũ summa tua dignitate, diligẽtissime cõfecissem, tametsi nihil uidebat ad eum erga te pristinũ studiũ addi posse, tũ hac mihi affinitate initiata, non maiore equidẽ studio, sed acrius, aperti⁹, significantius dignitatẽ tuã defendissem. Decedenti etiã mihi imperio annuo terminato añ diẽ nonas sextileis, cũ ad Sydã naui accederẽ. Dixi statim Seruilio (etenim uidebatur esse cõmotus) ut oĩa à me expectaret.

lanter & non uere, sic affinitas, scilicet cum Dolabella, affert mihi nouam curam cauendi ne quid uideatur esse detractum de summo amore meo erga te.

Grati animi testificatoria.

M. T. C. Appio Pulchro Impera. S. P. D. Epist. 13

ASCEN. ¶SED acrius, apertius, significantius, id est cum maiore euidentia, eo quòd suspectus fuissem. Sed sup. literæ sunt redditæ à meis, mihi decedẽti. scilicet de prouincia, & annuo imperio iam terminato ante nonas Sextileis, id est augusti mensis, quia uenerat in prouinciam pridie Calendas sextiles, ut supra dixit, cum accederem naui, id est in naui, ad Sydam urbem Liciæ, aut portum eius, unde hic & prius præpositionem posuit, & Quintus Seruilius esset mecum. Dixi statim Seruilio, ideo statim, etenim. i. quia ipse uidebatur esse cõmotus quòd talem nuncium accepissem, ut expectaret à me omnia, scilicet officia maiora, scilicet quàm prius.

Quid multa, sup. dicam, ego nihilo, id est in illo sum factus beneuolentior tibi quàm fui, quia putat id fieri non potuisse, sed sup. factus sum multo diligentior ad beneuolentiam declarandam. Nam ut, id est quemadmodum, uetus simultas nostra, id est latens odium & æmulatio, stimulabat id est urgebat me antea ut caueram ne darem cui, id est alicui, suspitionem gratiæ reconciliatæ, id est iterum initæ & renouatæ, ficte, id est simu

Vale.

HVBER. QVASI. Hac epistola ostendit Cicero quàm grata habuerit, quæ in absentia sua intellexit ab Appio sibi præstita fuisse quem in nullo genere officii sibi defuisse fatetur. Deinde pollicetur se fore socium & coniunctum ipsi Appio in administratione reip. de qua dicit utrunq; idem sentire, nec minus etiã se fore coniunctũ in uita quotidiana, posteà uidet eum latenter rogare, ut tandem deponat inimicitias suas in Dolabellã, quod eum facturum se sperare dicit. Postremò pollicetur Ci. se facturũ, ut intelligat Appius nihil esse detractũ de amore suo erga eum. Quasi. tanquã. Diuinarẽ præscirẽ, animo prouiderẽ. Et notandũ hoc artificiose esse dictũ à Cic. ut ostendat bñficia Appii erga se non sibi præstita, q̃ rẽddita fuisse, & est sensus, ego anteà cum agebat de rebus tuis, sic inseruiebã honori

tuo,quo quasi præsagirẽ & præuiderem fore aliquãdo opus ut tu idem pro me facturus esses in tali officio.s. tuendi honoris. Expetendum.rogãdum, exigendum. Studium.fauor tuus. Prõpta uoluntas. Sic.adaptatio similitudinis,refertur autem ad quasi. Inseruiebã. præstabam operam meam. Inseruire autẽ est uolũtatis & amoris.Seruire uero necessitatis & conditionis. Honori tuo.ut tuerer. Dicam tamen.hoc subdit Ci. ne uideatur obiecisse beneficiũ Appio.Dicam uere.ingenue fatebor,dicam ueritatẽ. Plus.in quo laudat eum iustitia,in qua ut iubet Hesio.debemus imitari agros fertiles, qui plus reddunt q̃ acceperint. Quis.q.d.quilibet.

Seruio
Inseruio

Autoritate orationis.grauissima oratione tua pro me in senatu dicta. Sententia.i. Sentiendo de me optime. Quibus.s.autoritate orationis & sententia. A tali uiro qualis tu es, quia loco maximi muneris nobis esse debet,cum uiri clarissimi & grauissimi nobis,uel orationis suæ autoritatem uel sententiã præstant. Contentus eram.nihil ultra requirebã.

non solùm autoritâte orationis, senténtia tua, quibus ego à tali uiro contentus eram, sed etiàm ópera, consilio, domum veniendo, cõueniendis meis, nullũ onus officii cuiquã reliquum fecisse? Hæc mihi ampliôra multo sunt, q̃ illa ipsa, propter quæ hæc elaborantur. Insignia enim virtûtis multi etiàm sine virtûte assecûti sunt: táliũ virôrũ tanta stúdia ássequi sola virtus potest. Itaquè mihi propôno fructum amicítiæ nostræ ipsam amicítiam, qua nihil est vbériꝰ, præsertìm in his stúdiis, quibus vterq; nostrum deuinctus est.

Sed etiam.i.sed quod plus est & signum maioris humanitatis & beneuolentiæ. Opera.pro me laborando. Consilio. sapientibus suasionibus tuis domum ueniendo,propter id quod dixit opera. Conueniendis meis,alloquendis meis, & dando eis consilium quidnam pro me agere deberent. Nullum onus officii cuiquam reliquum fecisse,hoc est nulli omnino reliquisse aliquod de me quia totum suscepisti,& oĩa pro me ita fecisti,ut nihil reliqueris aliis quod facerent.Reliquum fecisse,pro reliquisse,eleganter dictum, sicut missum facere pro dimittere. Hæc quæ à te præstita sunt mihi.s.opera & consilium tuum. Multo ampliora. multo maiora & prius æstimanda. Illa ipsa, honores& dignitates meæ. Propter quæ.s.illa ipsa.i. propter quos honores & dignitates. Hæc.quæ à te fiũt. Elaborãtur.cum labore fiunt.Insignia.tum est superioris propositionis.Insignia uirtutis.i. honores & dignitates,hæc enim sunt insignia uirtutis quia honor præmium est uirtutis. Assecuti. adepti. Sine uirtute, quia fortunæ fauore multi sine uirtute magnas dignitates adepti sunt.Talium.i.clarissimorũ & optimorũ, qualis tu es. Sola uirtus.quia boni non possunt consiliari malis,quia sunt omnino diuersi. Fructum.utilitatem & uoluptatem. Ipsam amicitiam.non autem ea quæ per te consecutus sum, quia nostra amicitia uulgaris esset. Nam ut inquit Naso.Vulgus amicitias utilitate probat. Qua.amicitia. Nihil uberius,quia parit innumerabiles fructus,quia uera est. His studiis,philosophiæ,& artis dicendi. Deuinctus.astrictus,omnino deditus.

PHI.

QVASI diuinarem.Cum adhuc Ci.in Cilicia cum imperio moraretur,multorũ literis intellexerat Appium plura in Ciceronis familiam beneficia contulisse,quod quàm sibi gratum fuerit,hac epistola significauit,quæ tota plena est beneuolentiæ,& amoris.Inde profiteor,quod est amicorum proprium idem uelle,& idem nolle,cum Appio tam in repub.quàm in re priuata,in quibus omnibus se illi socium fore pollicetur.Tangit adhuc quædam obscurius de Dolabella genero suo, cum quo simultates Appius habere uideretur,ad quas deponendas,tacito quodam sensu ab eo Cic.uidetur exposcere,& Appium confidere depositurum.Demum ostendit,cum hæc scriberet,eum creatum esse censorem. Qua pro re censoriam dignitatem hic aliquantulum uideamus.

Censores
Lustrum

Censores eodem rogabantur auspicio,quo etiam consules,atq; prętores,& magistri morum dicebantur,censui & moribus regendis castigandisque,Lustrisque condendis præerant,quibus sub quinquennio tota ciuitas cum suppliciis publicis lustrabatur,præcedebatque censoris scriba , & sæculare carmen decantabat,ut dii remp.in annos redderent meliores, quotq; Romani ciues in illo lustro fuissent censebantur,quod primo Seruius Tullius instituit, cum omnem exercitum perfecto censu,sub tauris tribus lustrauit,quo quidem Lust.M.LXXX.ciuium censa dicuntur,qui arma ferre possent,hinc quinque annorũ spacium Lustrum appellatum,quod Olympias græce dicitur.

Olympias
Censere

Duo tantum censores erant,ad quorũ censionem.i. iudicium,tota ciuitas censeretur.Est enim Censere iudicare,arbitrari,& interdum suadere,& decernere, unde censores nominati.Verum quod proprie fuerit censoris officium Liuius.xxiiii.lib.docet his uerbis.Censores uacui ab operum locandorum cura propter inopiam ærarii,ad mores hominum regẽdos animaduertunt,castigandaq; uitia,quæ uelut diutius morbis ægra corpora ex se gignunt.Nata bello erant,& quemq; à magistratu senatuq; abdicare poterant,si eo indignus uideretur. Quod ex Catone maiore censorio.T. Flaminii frater expertus est,ex senatu eiectus,qui exhortatione meretricis quempiã reum securi feriri iussit , & inde mortui censoris loco alius subrogari nõ poterat.Is autẽ primũ in urbe magistratus institutus est à senatu,cũ nulla per multos annos ciuium censura,nullum in urbe Lustrum factum fuisset,ut inuenirentur,qui huic rei gerundę præessent,duo tamen censores creati sunt,Papyrius,& Sempronius,Geganio Maretino,& T.Quinto Capitolino Coss.per quinquennium id munus duraret,institutum est, quod tãdem Mamertius Aemylius dictator ad annum redegit.Iulio Virgilio,& M.Appio coss. Quasi diuinarem, tanquam prænoscerem,& præuiderem,est autem id artificiose dictum à Cicerone, quo uult latenter intelligi Appium nõ tam beneficia in Ciceronẽ,& eius familiam præstitisse,q̃ reddidisse.Et est census Cum in te aliquando beneficia conferebam,quasi diuinabam quod necesse esset aliquando mihi,itidem in me faceres,quod ego in te feci,& ipsa abs te beneficia acciperem.

Diuinare
Prouerbiũ uetus
Seruio
Inseruio

Sed dixit Appiũ longe maiora,ac plura,q̃ acceperat reddidisse.Diuinari proprie est uera dicere de futuro,unde prouerbiũ esse ueteres uoluerunt,diuinare sapientẽ.Tali in officio,defendendi honoris.Fore expetendũ,flagitandũ,oẽs Ciceronis epistolæ,quas ipse legerim sic habẽt,sed fore cum participio futuri tpis iungi nõ satis dicã,licet qdã posuerint,ut añ diximus. Inseruiebã.studiũ meũ pbebã.Seruimus dñis,inseruimꝰ amicis,illud enim coacti facimus hoc uero uolũtate & beneuolẽtia. Dicã tamẽ.hoc adduxit,ne Appio exprobrasse bñficia uideret. Plus.laus à gratitudine. Orationis.quã in senatu egit Appius in tutãdo honore Cicerõis. Sentẽtia.bñ de me sentiẽdo. Cõtẽtus.nil ultra requirẽdo. Domũ.nũc ipsũ domiciliũ, & tã quartę q̃ sedę inflectionis est sed quartę parietes,sedę locũ,quẽ quis tenet in domo significat. Cõueniẽdis,dãdo cõsiliũ ꝓ me ipso.Nullum onus officii cuiquam reliquum fecisse,quod nihil omnino reliquerit aliis faciendum , quod ad honorem,& commodum Ciceronis pertineret,quod enim faciẽdum erat ipse solus Appius diligẽter obiuit, & sic dictum est reliquum fecisse pro reliquisse,ut sæpissime apud Terent.missum facere pro dimittere. Hæc, scilicet quæ tu mihi præstitisti,& meis. Ampliora.pluris facienda. Quam illa ipsa.s.honores mei. Hæc.s.quę tu mihi & meis præstitisti. Insignia.honores & dignitates & est exornatio sententię, & ratio superioris propositionis. Sine uirtute,ut.M.Terent.Varro,qui sine uirtute uirtutis insignia,hoc est cõsulatum, quem cum Paulo Aemilio gessit consecutus est. Talium uirorum,qualem te ipsum esse cognosco. Sola uirtus , quoniã uirtute præditi non nisi cum præditis uirtute conueniunt. Itaque mihi propono fructũ amicitiæ nostræ ipsam amicitiam,hoc est ꝙ pluris facio ipsam amicitiã,quàm illud quod à te consecutus sum,& fructum qui ex ipsa amicitia nascitur,& ipsam amicitiã omnibus fructibus anteferendã puto.Non enim propter utilitatẽ amici esse debemus sed propter ipsam amicitiam,per se enim ipsam colenda est amicitia, nõ propter aliud. Vberius,quoniam & si innumerabiles fructus ex ea nascuntur,tamen non propter illud collitur amicitia.

ASCEN.

QVASI diuinârem. Grátias quodammodò agit Appio ꝙ se habente plúrima in famíliam suam beneficia contúlerat,quocircà profitêtur se cum Appio in ómnibus conatûrum,annixûrũq; ut Dolabellam in cõmũnes partes trahat.Et demùm dicit se sperâre Appium Censórẽ esse, undè epístola tota beneuoléntiæ significatîua est. Ordo autèm est,Ego inseruiêbam honôri tuo,cum agebâtur.i.disceptabâtur de rebus tuis gestis.s.in prouíncia,si quasi diuinârẽ stûdium tuum fore aliquandò expetendum mihi in tali.i. cõsimili offício , ubi fore cum futûro uidêtur adhærêre. Séntio, tu reddidisti plus quam accéperas.s. beneficii. Quis enim non perscripsit?q.d.nemo,hoc est unusquisq; perscripsit ad me, te nullum onus officii fecisse cuiquam réliquum.i.reliquisse cuiquam faciendum,cum tu uniuersum solus obîres, non solùm autoritáte oratiónis & senténtia,quibus eram.i.fuissem,ut in Ser.décies centéna dedisses. Nil erat.i.fuisset in lóculis.Virg. in Geor.láurus erat pro esset.contentus à tali.i.tam excellenti uiro, sed etiàm ópera, consilio, ueniendo domum.s.meam,& sup.conueniendis.i.uisitandis colloquẽdi gratiã,meis.s.familiáribus. Hæc.s.offícia tua sunt id est reputantur aut æstimãtur,mihi ampliôra multò,quam illa ipsa.s.supplicatiónes aut triumphos,propter quæ laborâtur .i.cum labóre fiunt.Enìm pro quià, multi assecûti sunt insígnia uirtútis,ut honóres seu magistrátus& triumphos. Sine uirtûte,quia alii ui,alii malis ártibus,alii fortúna,sed sup.sola uirtus potest ássequi tanta stúdia tálium uirôrum,accuratè lóquitur,quia magni uiri interdùm indignis léuia stúdia impendũt,& tanta stúdia interdùm conferuntur,sed non à tálibus uiris. Itaquè ego propôno.i.constítuo mihi fructum.i. últimum finem expetẽdæ amicítiæ,ipsam amicítiam.i.nihil ámplius peto in amicítia quàm ipsam amicítiam, qua,scilicèt amicítia nihil est ubérius.i.abundántius præsertìm in iis stúdiis, scilicèt augurális & legális sciéntiæ,quibus uterq; nostrum deuinctus.i. obligâtus est.

Nam tibi me profíteor & in república sócium, de quo idẽ sentîmꝰ: & in quotid iâna vita coniunctũ, cũ iis ártibus, stúdiisq; quæ cólimus. Velim ita fortûna tulisset, vtì quanti ego ómneis tuos fácio tanti tu meos fácere posses, quod tamen ipsum, néscio qua permôtus ánimi diuinatiône, non despêro. Sed hoc nihil ad te, nostrũ est onus. Illud velim sic hábeas, quod intélliges, hac re nouâta, ádditũ potiùs aliquid ad meum erga te stúdium, cui nihil videbâtur addi posse, quàm quicquam esse detractum. Cum hæc scribêbam, censórem iam te esse sperâbam, eo bréuior est hæc epístola, & vt aduersus magistrũ morum modéstior. Vale.

HVBER.

PROFITEOR, apertè denuncio & pollíceor. Sóciũ auditôrẽ quia sócius in perículis aut rebus magnis dícitur. Idem sentîmus, quía ambo uólumus eum optimè defendi & conseruári. Quotidiâna, familiári in rebus priuâtis. Cólimus, séquimur, seruâmus. Vellem, latentèr ab eo petit, ut tandèm reconciliêtur Dolabellæ genero suo, cui Appius erat inimicíssimus. Tulisset, uoluisset, permisisset. Oẽs tuos, quos uehementèr amo & plúrimi fácio. Posses, ómnibus odiis, & inimicitiis depósitis. Meos, propter Dolabellã, ut supra díximus. Quod ipsum.s.posse te tanti fácere meos, quanti ego fácio tuos. Non despêro, immò pene cõfído. Néscio qua.q.d. latenti quadam & non sine causa excita. Diuinatione, præsagio, animus enim meus uidet mihi dicere ita fore. Nihil ad te, nostrum est onus.s.pertinet, quia parum tibi obesse possunt inimicitiæ Dolabellæ, & parum prodesse eius amicitia. Onus nostrum.i. ad me pertinet, hoc mihi faciendum est, ut tu eis reconcilieris. Habeas.i.credas. Quod intelliges, quod re ipsa cognosces. Nouata hac re, facta hac noua affinitate. Additum.i.adiunctum. Ad studium, ad amorem erga te. Cui, studio. Addi, quia erat summum, ut in præcedenti epistola dixit. Detractum, diminutum. Hæc, hanc epistolam. Eo, propter hanc cáusam, quia sperâbã te esse censórem. Magistrum morum, censorem, nam cẽsores apud Romanos præerant moribus corrigendis. Modéstior ne me aut loquacitátis, aut imprudentiæ notes.

PHI.

NAM tibi, aperit uim amicitiæ. Republica, duobus constat, publico & priuato. Profiteor, quasi polliceor, atque demonstro. Idem. Crispus. Idem uelle, atque idem nolle ea demum firma amicitia est. In quotidiana uita coniunctum, in re priuata. Vterque similibus studiis & moribus tenebatur. Amicus enim mihi aliquis esse non potest, nisi mei similis existat. Est enim amicus, ut ante diximus, qui mihi usu uitæ similis, pio ac fideli amore coniungitur. Quæ colimus, oratoria dicit, & philosophica studia.

Studium

Est enim studium ad aliquã rem assidua, & uehemens animi cum magna uoluptate occupatio. Velim, propter Dolabellam id dicere uidetur, quem sciebat ab Appio non amari. Tanti facere, existimare. Quod tamen ipse.s. quòd tu tanti meos facere possis, quanti ego tuos facio. Nihil ad te, q.d. parum refert, an Dolabella te amet aut non amet, cum tibi parum eius amicitia prodesse & parũ inimicitiæ obesse possint. Onus nostrum, ad me ipsum attinet, qui rogo illum abs te ob amorẽ nostrũ non expellas. Habeas, tibi persuadeas. Renouata, facta affinitate cũ Dolabella, qui gener meus est factus. Quam quicquã esse detractũ, licet Dolabellã nõ ames, nõ tamen diminutũ est aliquid de amore meo erga te. Eo breuior, quod.s.te censorẽ esse sperabã, ne caderẽ in censoriã notã, cum censorũ sit, mores hoĩm iudicare, ne si lõgior extitisset epistola, accusatione digna uideretur, nã uel leuissima

Universidad de Deusto Biblioteca

causa censores nota afficere solebāt homines, unde equitem Romanum nimis comptum, & nitidum, & equū macilentū habentē à censoribus interrogatum, cur ipse tam splendidus, & equus tam macilentus esset, respondentē, quoniā egomemetipsum curo, equum uero Statius meus. ignominia affecerunt. Aduersus. pro apud ut Terent. Et id gratū fuisse aduersum te habeo gratiam, dicitur enim & aduersus & aduersum. Magistrum morum, censorem. Est enim mos tam bene, quàm male uiuendi consuetudo. Significat interdum similitudinem, ut in morem apri genuinum fregit. Magistri ideo appellati, quòd magis quàm cæteri omnes possint, unde magistratus qui per imperia potentiores sunt. Antiqui magistrare pro regere & moderari dicebant.

ASCEN. NAM ego profiteor me tibi, & id est simul socium in repub. de qua sentimus idem, & coniunctum sup. fore in uita quotidiána, cū iis artibus & studiis quæ cólimus. Ego uelim fortuna tulisset ita, ut tu possis fácere omnes meos tanti, quanti ego facio omnes tuos, hoc dicit propter Dolabellam génerum suum Appio inimicum, quod ipsum, scilicet te posse omnes meos tanti fácere, tamen. i. nihilominus non despéro. s. aliquando fore, nescio qua diuinatione. i. quo præsagio animi. Sed hoc nihil ad te sup. pértinet, onus hoc est nostrum. i. nobis id curandum est ut ita fiat. Velim sup. ut habeas. i. certum teneas, illud scilicet quod iam dicam, uidelicet quòd intélliges, hac re nouata, id est per hanc rem nouatam, potius aliquid ádditum quàm detractum esse ad meum studium erga te, cui scilicet studio, nihil uidebâtur posse addi. Ego sperabam cum scribebam hæc, te iam esse cēsórem, eo, id est & propterea hæc epistola est bréuior, & modéstior, id est temperátior in uerbis, ut, scilicet esse debet, aduersus, id est erga magistrum morum hoc est censórem.

...ersus pro ...a.

FINIS TERTII LIBRI.

M · T · CICERONIS EPISTOLARVM Familiarium Liber Quartus.

M. T. C. Séruio Sulpítio. S. P. D. Epist. I.

deplratoria. deliberativa.

CAius Trebátius familiáris meus ad me scripsit, te ex se quæsisse, quibus in locis essem molestèque ferre, quòd me propter valetúdinem tuam, cum ad vrbem accessîssem, non vidisses: & hoc témpore velle te mecum, si propiùs accessissem, de offício vtriusque nostrum cōicâre. Vtinā Serui saluis rebus (sic enim est dicendum) cólloqui potuissêmus inter nos. Profectò áliquid opis occidenti reipúb. tulissêmus. Cognôram enim iam absens te hæc mala multo antè prouidentem, defensórē pacis, & in consulâtu tuo, & post consulâtum fuisse. Ego autèm cum consilium tuum probârem, & idem ipse sentîrem, nihil proficiêbam. Serò enim vénerā: solus eram, rudis esse

HVBER. CAius Trebatius. Reuersus Ci. Romam ex Cilicia, ubi cum maxima laude prouinciam gesserat, cum offendisset ciuilium discordiarū motus, & Cæsaris atque Pompeii dissensionē utriusque amicos concilians, Pompeium mitigâre non desistebat, sed cum nihil profícere uidêret, abiecta spe triumphi in prædiola sua circa campaniam & oram maritimam cum fascibus & lictoribus, quos populus Roma. ei concesserat ut esset remotus ab oculis uulgi, & à populari tumultu se contulerat. Inde autem raro ad urbem ueniebat, quoniā incertū erat quid sibi esset agendum, quòd in Pompeio fractas opes, & non probanda consilia, in Cæsare uero flagitiosam belli causam esse uidebat Itaque cum ad alterum officio, ad alterum ratione salutis inclinandū esse uidêret, cupiditate pacis ab utroque reuocabâtur. Tandem tamen honestatem utilitati anteposuit, & ita cum Cæsare post fugam Pompeii locutus est, ut apertè osténderet nihil esse sibi ipsa repub. carius. Itaque cum iam orbis terrarum ardêret bellis ciuilibus, & ad eum scripsisset. C. Trebatius Seruium Sulpitium molestè tulisse, quod mala ualetudine laborasset, cúpere autem eum & uidêre & álloqui de eo, quod utrique esset agendum. Respondet Ci. quod si potuissent cólloqui re integra & salua, profuissent aliquid reip. quoniam eum semper cúpidum pacis esse cognouit, sicut & ipse fuit. Serò autem nunc esse cōuenturos pro repub. hortâtur tamen conueniant, ut si reipu. iam consúlere non possunt, saltem rebus suis cōsulant, polliceturque se esse uentúrum ad urbem si opus fuerit, & si Seruius cum eo colloquendum existimáuerit. Trebatius is iurisconsultus fuit amicissimus Cicero. àquo Cælio. cum esset in gallia diligentissimè commendatus est, ut uidebimus infra lib. vii. Quæsisse, interrogasse unde & quæstio pro interrogatione pónitur. Valetudinem, scilicet malam, nam ualetudo bona dicitur. Hora. lib. primo epistolarum. Quid faueat dulci nutricula manus Alumno. Quam sápere, & fari possit, quæ sentiat, & cui gratia, fama, ualetudo contingat abunde distinguitur autem uel epitheto, ut bona ualetudo, uel mala, uel distinguitur locis, ut his duobus exemplis præcedentibus, nam in hac epistola necessario intelligimus ualetudinem, apud Horatium uero bonam. Ad urbem. ex prædiis meis. Vellet te. subaudi scripsit. Hoc tempore tam turbulento. De officio. de eo quod utrunque nostrum facere oporteat. Vtinam, dolet Cice. perniciem publicam nimis progressam esse antequā colloqui potuerit. Saluis. integris, nondum ita afflictis. Occidenti. pereūti, ad éxitum labenti. Occâsus enim de rebus maioribus dicitur, ut Virg. Aeneidos. ii. Testor in occasu Troiæ nec tæla nec ullás Vitauisse uices Danaum. Absens. cum adhuc essem in Cilicia. Hæc mala bellorum ciuilium.

Trebatius

Quæstio

Valetúdo

Occasus

HVBER. PROVIDENTEM. à longe cognoscentem. In consulatu, fuerat enim consul cum Marco Marcello eo anno quo Cicero fuerat in prouincia. Probarem. laudarem. Consilium tuum. de pace quærenda. Idem sentirem, idem uellem quod tu, scilicet pacem. Proficiebā. assequebar, nihil poteram facere. Sero. quia iam erant inflammati animi, ita ut non facile restringi possent. Solus, alii enim erant cupidiores belli quàm pacis. Rudis.

vidêbar in causa: incíderam in hóminū pugnandi cupidôrū insánias. Nùnc quoniàm nihil iam vidêmur posse opitulâri reipúbli. si quid est in quo nobismetipsis consúlere possîmus, non vt áliquid ex prístino statu nostro retineâmus, sed vt quàm honestissimè lugeâmus: nemo est ómnium, qui cum potiùs mihi, quàm tecum cómunicandum putem. Nec enìm clarissimôrum virôrum, quorum símiles esse debêmus exēpla: neque doctissimôrum, quos sempèr coluisti, præcepta te fúgiunt. Atquè ipse anteà ad te scripsissem, te frustra in senâtum, siue potius in conuentum senatôrum esse ventûrum, ni véritus essem ne eius ánimum offénderem, qui à me, vt te imitârer, petêbat. Cui quidèm ego, cùm me rogâret, vt adessem in senâtu, éadem ómnia quæ à te de pace & de Hispaniis dicta sunt, ostendit me esse dictûrū. Res vides, quomodo se hábeat: orbem terrârum imperiis distribûtis ardêre bello, vrbem sine légibus, sine iudíciis, sine iure, sine fide, relictam direptiôni & incendiis. Itaque mihi venîre in mentem nihil potest, non modò quid sperē, sed vix iam quid áudeam optâre. Sin autèm tibi hómini prudentíssimo vidêtur vtile esse nos cólloqui, quanquā longiùs etiàm cogitâbā ab vrbe discédere (cuius iam etiā nomē inuîtus áudio) tamèn própius accêdam. Trebátio mandâui, vt si tu eum velles ad me míttere, ne recusâret: idque vt fácias velim. Aut si quem tuôrū fidéliū vales ad me mittas, ne aut tibi exîre ex vrbe necesse sit, aut mihi accédere. Ego tibi tantum tríbuo, quantū mihi fortassè árrogo: vt explorâtum hábeā, quicquid nos cómûni senténtia statuerîmus, id omnes hómines probatûros. Vale.

dis. nouus, non instructus rerum, quæ Romæ gerūtur, quia abfueram diu. Incideram. incurreram, casū deuenеram. Insanias. insani enim sunt, qui bellum malunt quàm pacem. Opitulari. opem ferre, subuenire. Consulere. prouidere. Ex pristino statu. ex solita dignitate quia uideo fere impossibile esse. Quàm honestissime, quanto maiore honore fieri poterit. Lugeamus simus in mœrore propter calamitates reipubli. Nemo omnium. ad maiorem significationem addidit omniū, qua si dicat ne ex amicissimis quidē. Qui cum. i. cum quo: est autem anastrophe. Communicandum. conferendū: colloquendum: ordo autem est. Nunc quoniam uidemur nihil opitulari posse reipu. nemo est omnium qui cum potius cōmunicādum putem, quàm tecum, si quid est in quo &c. Exempla. propositiones clarorum dictorū, aut factorum, quibus maxime excitantur animi hominum. Quorum, clarorum uirorum. Similes, imitatores: similis autem cum ad morum imitationem refertur genitiuo iungitur, ut Pyrrhus nō fuit similis Achillis, & uersus Lucani nō sunt similes uersuum Virg. Hora. in sermonibus. Similésque meorum Mille die uersus describi posse Trebati. Cum uero ad formam refertur, datiuo iungitur. Virg. i. Aeneid. Os humerósque deo similis. Fugiunt. ignorantur à te: eleganter enim dicimus, non fugiunt me præcepta Ci. pro eo quod est scio præcepta Cic. Immo potius. correctio. In conuentū. quia conueniebant quidem senatores, sed nequaquam erat senatus, quia ibi non ualebant sententiæ, quæ pro republic. dicerentur. Frustra. quia non admitteretur quod sentires, & agendum esse diceres. Ni ueritus essem. nisi timuissem. Eius scilicet Cæsaris. De Hispaniis. quæ fuerant decretæ Pompeio, & uniuersa Africa simul, quam per legatos administrabat: autor est Plutharcus in uita Cæs. & idem in uita Ci. sic inquit. Cice. in prædiis commorantem Cæsar uidit, & nonnulla aduersus eum questus, tandem rogauit ut ad urbem adesset, cui Cic. nihil summisse, nihil nisi cum dignitate & magno animo respondit, ostendens quas sententias dicturus foret si adesset, quas reipub. calamitates prolaturus: non enim placere senatui exercitum Popu. Ro. contra alium mitti. Item Popu. Ro. exercitum in Hispanias duci non in Græciam transportari &c. De Hispaniis, quas nolebat Cæsar administrari à Pompeio per legatos, sed uolebat ut ipse proficisceretur, de qua re, quod dixerat Seruius, idem dicit Cicero. se fuisse dicturum: quod autem dixisset non exprimit, sed possumus coniicere idem dictum fuisse à seruio de Hispaniis, quod scripsit Hircius primo commentario belli ciuilis responsum à Pompeio, si Cæsar in Galliam reuertatur, si Arimino excedat, se in Hispanias profecturum. Quomodo, quasi dicat pessime. Ardore, cōparatur enim frequenter bellū incendio. Imperiis distributis in diuersas partes missis, nam ut Appianus lib. ii. inquit, Cæsa. Lepidum Aemilium urbi præfecerat, tribunum autem M. Antonium Italiæ exercitibúsque, qui circū eum essent præsidere uoluit, Curionem Catonis loco Siciliæ imperare, Quintum Sardiniæ, ad Illyricos C. misit Antoniū, Licinio Crasso Galliā, quæ intra alpes est regendā tradidit &c. Pompeius autem ex Capua Nuceriā ex Nuceria deinde Brundusium se contulerat, ut Ionio mari superato in Epyrum traiiceret, in eum itaque locum delatus belli apparatum aggrediebatur, gentibus omnibus, prætoribus, dynastis, regibus ac ciuitatibus per literas imperat, ut quàm maxima quibusque possunt celeritate ad bellum se conferant, & hæc quidem magna gentium multitudine diligentiaque parabantur. Pompeii exercitus in Hiberia cōsederat, omnibus in promptu paratis &c. Ideo nunc Cice. dixit orbē terrarum ardere bellis, imperiis distributis. Vrbem, scilicet Romam. Relictam. quia Pompeius & cæteri senatores fugerant. Direptioni. depopulationi. Nam, ut inquit

Exempla

Similis

Bellum incendio sæpè comparâri

N. Scelsii. ii. Additiones super. iiii. Epistolârum Familiârum Cicerónis librū.

Ex. i. Epístola. Caius Trebátius familiâris

Serò enim uénerā, solus eram rudis, & si uidêbar in cáusa, incíderam in hóminum pugnādi cupidôrum insánias. Nūc, quoniàm nihil iam uidebîmur opitulâri posse reipu. Res uides, quomodò se hábeant. Si quid tu, cum uelles admíttere, ne recusâret.

inquit Appianus,thesauros usque in illam diem à nemine contactos militibus Cæ.rapere concesit. Sine legibus,quoniam uoluntate aut potius libidine uictoris,non autē legibus omnia agebantur.Luca lib.iii. Phœbea palatia complet,Turba patrum nullo cogendi iure senatus.E latebris educta suis,non consule sacræ Fulserunt sedes,non proxima lege potestas.Prætor adest,uacuæq; loco cessere curules.Omnia Cæs.erat &c. Quia sperem.quia omnia uidentur desperanda. Optare. quod est facilius quàm sperare. Speramus enim quæ uidentur possibilia,optare autem etiam impossibilia licet,sed rem ad tantam calamitatem deductā dicit,ut non solum habeat quid speret,sed neque etiam quid audeat optare,quia quamuis optare possimus quod fieri nō potest,stultum tamen est. Colloqui.simul loqui. Longius.scilicet quam nunc sum. Inuitus.quia semper renouat mihi dolores. Propius.ad urbem. Mandaui.commisi,ut ita dicam. Ne recusaret.ne respueret,scilicet uenire. Quid.id est,propter aliquid. Quem.aliquem. Accedere.ad urbem,ad quā inuitus uenio. Tribuo. do autoritatem & fidem. Arrogo.id est,mihi temere attribuo,id est sicut fortasse arrogāter de me præsumo, ita uere de te existimo & iudico. Exploratum. certum. Communi sententia. tuo & meo iudicio. Probaturos.approbaturos & dicturos recte statutum.

ASCEN.

CVM Trebātius &c.Reuersus è Cilicia offendit Cicero motus belli ciuilis inter Cæsarem & Pompeium, āttamen utriusque āmicos ad concordiam sollicitans Pompeium mitigāre satagebat, ut compositis rebus triumphāret.Qua spe depōsita in Campānum agrum secesit, rarōque in urbem rediit,cum incertus esset utrius partes sequerētur.Nam Pompeii opes iniustiori cāusa fractas uidebat, Cæsaris in minus iusta florentes. Quocirca tandem pro repub.cum Pompeio contra Cæs.stetit,ei manifestè significans nihil sibi rep. chārius. Itaquè cùm abesset ab urbe scripsit ad eum Trebatius, Seruium Sulpitium desyderāre dùm de reip. cōmodis inter se agerent,cui respondens innuit id serò futurum se factūrum,tamen ubi Seruio conueniens honore fuit,scripsit ad me,te quęsisse ex se in quibus locis essem,& lup.te ferre molestè quòd non uidissem me cum accessissem,propter ualetudinem tuam,scilicet malam, & scripsit te uelle hoc tempore cōmunicāre mecum de officio utriusque nostrum.s.circa reipub.curam,si accessissem propius.s.ad urbem, aut ad te.O Seruii utinam potuissemus colloqui inter nos,rebus.s.publicis & nostris saluis. Sic enim est dicendum, hoc dixi rebus saluis,quia mihi saluæ non uidentur,profectò nos tulissemus āliquid opis.i.auxilii,reipu.occidenti.i.tendenti ad interitum. Ego enim absens cognōram pro cognoueram, te prouidentem hæc mala, multo antè.s. quàm euenirent,fuisse defensorem.i.protectorem pacis,&.i.tùm in consulātu tuo, &.i.tùm post cōsulātum.s. tuum. Ego autem cum probārem consilium tuum,& ipse.i.egomet,aut per me sentirem idem, nihil proficiebam.i.utilitatis faciebā. Enim pro quia,ueneram.s.è prouincia,sero.i.nimis tardè,ego eram solus.s.in ea sententia,uidebar esse rudis.i.minus expertus in causa,incideram.s.improuisus in insanias hominum.i.Cæsaris & Pompeii,cupidorum pugnandi,alii legunt,rudis & si uidebar,incideram tamē in hominum &c.Sed id minus placet,non enim illud tamen congruit cum propriè particula,non enim ideo minus uidebatur incidere posse in insanias illas quòd rudis esset,unde potius legam,incideramque uel rudis,ut esse uidebar incideram &c. Nunc quoniam nihil.i.non āliquid. Nos non uidemur posse iam opitulari reipub.i. auxiliāri āliquid.i.in āliquo, si quid est in quo possimus aut possumus consulere.i. consulto prodesse, & opitulāri nobismetipsis, non sup.id dico,ut retineāmus.i.quasi sperem non posse retinere āliquid ex prīstino.i.priōre & prius à nobis habito,statu nostro,sed ut lugeāmus.s.statum nostrum ac reipū.quàm honestissime.i.ualdè honestè,nemo est omnium.s.mortāliū, qui cum.i.cum quo,ego putem potius cōmunicandum sup.esse mihi sup. consiliū meū, quàm tecum. Nec enim exempla uirorum clarissimorū.i. nobilissimorū, quorum similes esse debēmus.s.in moribus,undè in genitiuo dixit, neq; præcepta doctissimorum.s. uirorum quos coluisti sempèr fugiunt te.i. scientiam tuam,hoc est te non latent,illis autē duobus maximè prudentes euadimus. Atq; ipse.i.ego,scripsisputat,cùm libertas decernendi ablāta sit,ni.i.nisi essem ueritus,ne offenderem ānimū eius.s.Cæsaris,qui petebat à me ut inuitārem te.s.ad ueniendum in senātū,cui.s.Cæsari.quidèm.i.certè,cùm rogāret me,ut adessem in senatu,ostendi me esse dictūrum.i.decretūrū,omnia,quæ dicta sunt à te,de pace,& de Hispaniis s.administrandis per legatos,nō per Pompeiū ipsum,ut uolebat Cæsar. Tu uides rem.i.statum reipū. quō habet aut habeat se,utpotè uides orbem terrārū ardere bello,imperiis distribūt.s.s.Cæsariānis & Pompeiānis,& uides urbem.s. Romam relictam direptiōni & incēdiis,sine lēgibus,sine iudiciis,sine iure,sine fide. Itaq; nihil potest uenire mentem uenit quid āudeā optāre,ut suprà dixi cum in plus se extendat,minōris difficultātis est optāre quàm sperare.Optāmus enim omnia quę utilia sunt:sperāmus duntaxat ea quę ob mērita nostra,aut ex benignitate eius à quo ea speramus nobis contingere posse confidimus. Sinautem.i.sed si, nos colloqui, uidētur homini prudentissimo esse ūtile, quanquàm ego cogitābā discedere ab urbe,etiā.i.adhùc longiùs q̄ sim cuius.s.urbis,ego āudiā iam inuitus etiā nomē,tamen accēdā propius. Ego mandāui Trebātio,si tu uelles eum mittere quid.i.āliquid,ad me,ne recusāret.s.mittere illud,& uelim ut facias id.i. mittas ad me āliquid per Trebātium, aut si uoles mitras ad me quē.i.āliquē,tuōrū fidēliū, ne necesse sit aut tibi exire ex urbe, aut mihi accedere.s. urbem.Ego tribuo tibi tantū.s.prudentiæ & autoritatis,quantū ārrogo.i.arrogātèr sumo fortassè mihi, ut hābeam explorātū.i.certissimū,quicquid nos statuerimus,sententia cōmuni oēs homines probatūros id. Vale.

HVBER.

AD. iii. Cal. Sicut in superiori epistola uidimus, Seruius Sulpitius cupiebat loqui cum Ciceronē de officio utriusque ipsorū in tumultu bellorum ciuilium,& de hoc scripserat ad Ciceronem per Philotimum quendam,sed eo breuius,quod putauerat ipsum Philotimum allatūrum literas ad Ciceronē, eiq; reliqua expositūrum coràm,sed cum Philotimus mississet literas per ālium,Ci.ostendit eum malè fecisse. Deindè dicit quemādmodū Postumia uxor Seruii,& Seruius eius filius laudābāt,ut ipse Seruius uenīret ad Cic.

M. T. C. Seruio Sulpitio. S. P. D.Epist. 2

29 Aprilis.

AD. iii. Cal. Maias, cum essem in Cumāno accepi tuas literas quibus lectis cognōui non satis prudenter feciſſe Philotimum,qui cùm abs te mandāta habēret,ut scribis, de ómnibus rebus, ipse ad me non uenisset, literas tuas misisset: quas intellexi breuiores fuisse, q̄ eum perlatūrum putasses: Sed tamen postquàm literas tuas legi, Posthumia tua me conuenit,& Seruius noster.His plācuit vt tu in Cumānumvenires:quod etiam mecum,vt ad te scriberē,egērunt. Quod meum cōsilium exquiris: id est tale, vt cápere facilius ipse possim, q̄ álteri dare.Quid enim est,quod áudeam suadēre tibi hómini summa autoritáte, summáq; prudéntia ? Si quid rectissimū sit,quærimus,per spicuū est. Si quid máxime expédiat,obscūrum. Sin hi sum⁹, qui profecto esse debēmus, vt nihil arbitrēmur expedire, nisi quod rectū honestūq; sit: non potest esse dúbium quid faciendum nobis sit. Quod exístimas meā cáusam coniunctā esse cū tua,certè

in Cumanum,ut cum eo loquerētur, rogarentq; Cice. ut ad eum ita scriberet.Deinde respondens Seruio Sulpitio qui quærebat quod esset eius consilium his miseris temporibus,dicit id esse difficilimum, si utilitati consulendum sit,si uero honestati, esse satis perspicuū. Et ita significat omnia esse suscipienda pro defensione reipub.& consuluit esse discedendum Roma, sed cōsultandum esse ad quæ loca maximè se conferre debeat. Quod si idem Seruius sentit, dicit non esse necesse ut ad se ueniat Sin uerò hábeat áliam sententiam, eum se expectāre dicit. Cumāno.i.in agro Cumāno:habēbat enim iuxta Cumas Cicero prædia sua, appellat autèm locum absolutè Cumānum, eo q̄ esset in agro Cumāno,sicut Tusculānum à Tusculāno óppido. Est autèm Cumæ óppidum in litore Campāno conditum ab his qui ex Cālcide urbe Euboeæ uenerunt, quæ hodiè dicitur Niger pons.Comum uerò urbs est iuxta lacum Lārium,à qua fit deriuatiuum & Comānus & Comensis, à Cumis autem possessiuum tum Cumæus, tum Cumānus. Mandātum abs te.commissiōnem à te, id est cui tu dixisses ómnia quæ uelles illum mihi referre. Misisset.per ālium,cum ipse debēret afferre. Eum.Philotimū,qui suppleuisset id,quod tu minùs scripseras,quia dēderas ei de ómnibus rebus mandāta. Conuenit me. locūta est mecum. Tua scilicèt uxor,ut hanc tua Penelope. Seruius.filius tuus. Noster.tuus naturā, me⁹ āmorē. His. Posthumiæ & Seruio. In Cumanum. ubi sum. Egērunt mecum. me rogārunt. Scriberem. scilicèt ut uenires in Cumānum. Quod iam incipit respondēre his,quę Seruius per literas à Ciceróne quæsierat. Meum consilium.mea consultātio,deliberātio. Id,scilicèt consilium meum. Cápere. elígere. Virg. lib.pri.Aenei.Aut cápere aut captas iam despectāre uidentur.Idem,Atque óculis cápere ante locum. Facili⁹ quia plerunque necessitate coacti cápimus consilium,quod aliis non darēmus,præcipuè uiris quos lōgè prudentiores nobis existimāmus. Quid est.quasi dicat nihil,cùm tu non indigeas suasione mea & consilio, qui melius potes aliis consulere. Suadēre.consulere,hortāri ut fácias. Si,utitur diuisione,& concludit singula membra diuisionis. Rectissimum.óptimum cum uirtute & officio ,tétigit autem duas partes deliberatiónis,scilicèt honestātem & utilitātem.Rectè enim secundum Ciceronem dicitur, quod cum uirtúte & officio fit. Perspicuum.clarum,apertum,quia ueritas ipsa per se elūcet:perspicuum enim q̄ non debēmus deserere rempu.cui ómnia debēmus. Quid maxime ex.i.quid utilissimum sit,& tangit secundam partem deliberationis. Obscūrum.scilicèt est,hoc est non satis explorātum & manifestum. Hi. tales. Qui.quales. Esse debēmus.i.boni ciues & boni uiri. Vt nihil.declārat quales esse débeant,scilicèt ut nihil exístiment esse útile, nisi quod honestum sit:nam ita debent exístimāre uiri boni,ut uoluit Cic.in officiis & in paradoxis. Quid faciendum sit,quia intelligēmus aut consulendum reip.si poterimus,si non poterimus, saltèm consulendum sálūti nostræ q̄ honestissimè fieri póterit. Coniunctam cum tua.i.esse in eádem conditiōne qua tu.

Rectum

ASCEN.

AD tertium Cal.&c.Accūsat Philotimum q̄ ad se non uénerat cū mandātis Sulpitiānis : deindè dicit uxórem & filium Seruii consulere ut in Cumānum ad se uéniat.Tùm de reipúb. auxílio q̄ difficile sit dísputat,& demùm quo consilio ad se in Cumānum uenire posit explānat. Ordo est.Ego accepi literas tuas ad tertium Cal.Maias.i.bíduo ante primum diem Maii,cum essem in Cumāno scilicèt agro,quibus lectis cognōui Philótimum fecisse non satis prudenter, qui cum habēret mandātum abs te supple loquendi mecum,de ómnibus rebus ut scribis,ipse.i.quod dicunt in persóna,nō uenisset ad me, & supple misisset literas tuas,quas intellexi fuisse breuiores,quòd putāsses eum perlatūrum,& ita réliqua dictūrum. Sed tamen postquàm legi literas tuas, Posthúmia tua scilicèt uxor conuēnit me,id est uenit ad me,& Séruius noster:quia tuus filius & mihi charus,sup.conuēnit me,plácuit,iis,scilicèt uxóri & filio,ut tu uenīres in Cumānum.i.agrū qui etiàm egērunt mecum,id est induxērunt me,ut scriberem ad te. Quod tu exquiris,scilicèt per literas tuas,consilium meum,id.s.consilium meum est tale,ut ipse,id est ego,possim faciliùs cápere.s. consilium q̄ dare álteri. Quid enim est quod áudeam suadēre hómini summa autoritáte & summa prudētia.q.d.nihil. Si quérimus, id est disquirimus quid sit rectissimum,scilicèt factu.id supple est perspicuum.i.éuidens,quia rectissimum est in repub.etiàm usque ad mortem stare. Si sup.quærimus,quid expédiat.i.útile sit maximè obscūrum est sup.est. Sin.i.sed si,nos sumus qui debēmus profectò esse.utpotè ii.i.tales,ut arbitrēmur nihil expedire .i.útile esse nisi quod sit rectum & honestum,non potest esse dúbium quod sit faciendum nobis.i. quid facere debeāmus.q.d.certum est q̄ debeāmus pro repúb.certāre usque ad mortem. Quòd tu exístimas meā cáusam esse coniunctam cum tua.

Ordo

HVBER.

SIMILIS error.quia ambo decepti sumus,quia credebāmus Cæsarem posse dedūci ad conuentiónem pacis,cuius simulābat se esse cupidum,cum latenter bellum optāret. Idem sentirēmus,eandem haberēmus sententiam, scilicèt de pace. Spectauērunt. respexērunt, directa sunt. Inire gratiam ab eo.ei gratificāri, & quasi benefícium præstāre, quia sicùt erat inférior iustitia

simílis in vtróque nostrum, cum optimè sentirēmus,error fuit . Nam ómnia vtriusque consília ad concórdiam spectauērunt:qua cum ipsi Cæsari nihil

&honestáte

& honestate causę, ita etiam putabatur futurus inferior uictoria, sed fortuna ei fauit, & ut inquit Lucanus. Victrix causa displicuit, sed uicta Catoni. Quantum fefellerit nos. quia longe aliter fuit, quia Cæsar mallebat bellum q̄ pacem. In quem locum, in quem statum. q. d. in pessimum, ita ut fere nulla sit amplius spes. Gerun tur. nunc. Qui cursus. quæ dispositio. Exitus. finis, quem potest uidere & perspicere tantūmodo uir prudentissimus, qualis tu es. Ergo. ex superioribus infert quid uideatur esse faciendum. Probare. laudare, affirmare quæ fiunt uoluntate Cęsaris, siue bona siue mala. Interesse. in senatu. Etiam si non probes. secū da persona pro prima uel tertia. i. etiam si quibusdam non probes quod fit, oportet tamen interesse, ut in superiori epistola ostendimus ex uerbis Luca. Turpis. non digna uiro bono, quē non decet probare nisi quæ recta sunt. Altera periculosa. interesse si non probes quia si affueris & nō probaueris quæ fiunt, offēdes uoluntatem Cæsaris, ita ut postea tibi noceri possit, ob hanc igitur causam, ut scribit Plutarchus, non dubitauit Cicero magno animo Cæsari respondere, ut in præcedenti epistola ostendimus, & ostendere quas sententias dicturus esset, si adesset, quas cum Cæsa. dici nolle respondisset, ita putabam inquit Cicero, atque ideo nolo adesse, ꝙ aut mihi dicenda sunt quæ sentio, & nullo modo silere possum, aut non uiuendum. Restat. ex sufficienti enumeratione, scilicet cum sit turpe probare quæcunque fiunt etiam si sint mala, uel cum periculo interesse si non probes. Restat. sequitur. In quo. in qua discedendi sententia. Quæ loca sequamur, ad quæ nos conferamus. Difficilior. durior, & alterum sequitur ex altero, in rebus enim miseris non potest esse nisi difficilima deliberatio. Constitui. deliberaui. Incurrat. incidat. Difficultatem. periculum, sequendo siue Pompeium, siue Cæsarem, item siue manendo siue discedendo: quia adhuc non satis exploratum habem⁹ quid sit futurum. Si habes statutum. si statuisti & decreuisti. In quo, scilicet quod putes agendum. Tuum

Consiliū — consilium. tua deliberatio. Non sit coniunctum cum meo, scilicet consilio, id est in quo non idem constituas quod ego dixi constituisse, scilicet ut discedamus, &

Supsedere — uideamus quomodo & ad quę loca. Supersedeas abstineas, omittas. Hoc labore itineris. id est omittas ad me uenire, quod non potes facere sine labore propter ualetudinem tuam. supersedeo autem cum ablatiuo iūgitur & significat omittere. Si nautem est. scilicet tibi,

Communicare. — id est si habeas. Communicare mecum. mecum confer re. Quod scilicet uenire ad me. Fiat tuo commodo. ut uenias cum tibi fuerit commodius uenire quam primum. Placere. quia rogauerat Cicero ut ad Seruium scriberet, ut ad se ueniret causa consulendi de officio utriusque.

ASCEN. ¶ CERTE similis error fuit in utroque nostrum, cū sentirēmus idem. Nam omnia consilia utriusq; spectauerunt. i. attenderunt, ad concordiam, scilicet Cæsaris & Pompeii. Quanq̄ nihil esset utilius ipsi Cæsari, bello. i. quam bellū, tamen sup. nos arbitrabāmur nos in-

Defendendo pacem — ire quoq;. i. etiam gratiam ab eo scilicet Cæsare, defendenda pace. i. defendendo pacem. Vbi notabit grammaticus Ciceronem malle loqui per ablatiuos plurales in designatione sequelæ positos, q̄ per gerundium cum casu ab eo recto, sed frequentius per ablatiuos plurales, ut in præfatione officiorum, legendis nostris pro legendo nostra &c. Tu uides quantum, scilicet opinio aut spes fefellerit nos, & in quem locum. i. statum res deducta sit. Neq; perspicis solum quæ geruntur quoq;. i. & quæ non gesta sunt, sed etiam qui cursus & quis exitus rerum sit futurus. Ergo oportet, scilicet te qui es in urbe, & quemlibet alium, aut probare. i. approbare, & consensu confirmare, ea quę fiunt, scilicet in urbe, & præcipue in senatu, aut interesse. i. præsentem esse, etiam si nō probes. i. non approbes ea, quarum scilicet rationum ac conditionum, altera ratio, scilicet probantis ea quæ fiunt, cum non sit probanda, uidetur mihi esse turpis, altera ratio, scilicet eius qui interest iis quæ non probat. uidetur etiam periculosa, quia iram prouocat eorum qui probari cupiunt. Restat. i. reliquum est, ut putem discedendum, scilicet à Roma. ubi sine turpitudine aut periculo uitæ esse non liceat, in quo, scilicet quod restat, esset utilius, grātiam quoquę nos inire ab eo defendenda pace arbitrabāmur. Quantūm nos fefellerit, & quem in locum res deducta sit, vides. Neque solū ea perspicis, quæ geruntur, quæque iam gesta sunt: sed etiām qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Ergo aut probare oportet ea quæ fiunt, aut interesse etiā si non probes. quarum altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio videtur. Restat, vt discedendum putem. in quo reliqua videtur esse deliberatio, quod consilium in discessu, quæ loca sequamur. Omninò cùm miserior res nunquam accidit, tùm ne deliberatio quidem difficilior. Nihil enim constitui potest, quod non incurras in magnam aliquam difficultatem. Tu, si videbitur, ita cēseo facias: vt si habes iam statutum quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum consilium meum cum tuo, supersedeas hoc labore itineris. sinautē est quod mecū cōmunicare velis, ego te expectabo. Tu, quod tuo cōmodo fiat quam primùm velim venias, sicut intellexi & Seruio & Posthumiæ placere. Vale.

¶ Ex secunda epistola. Ad ter. Cal. Maias.

Sed tamen, postquam literas tuas legi, eo Posthumia tua me conuenit, & Seruius noster. Sin hi sumus, qui profecto esse debēmus, ut iam nihil arbitrēmur expedire, nisi quod rectum, honestissimūque sit, non potest esse dubium, id quin faciendū nobis sit. Non omnia utriusque consilia ad cōcordiā spectauerant, quamquām ipsi Cæsari nihil esset utilius, grātiā quoquę nos inire defendenda pace arbitrabamur, quantum nos fefellerit, & quem in locū res deducta sit, optimè uides. Sic ergo, aut probare ea, quæ fiunt oportet, aut interesse, etiam si non probes, quarum altera mihi turpis, altera & periculosa etiam ratio uidetur. Nihil enim constī tui potest, quod non incurrat in aliquam magnā difficultatem. Aliqui sic. Nihil enim construere potes, quo non incurras in aliquam magnam difficultatem. Tu, si uidetur, ita sentio, facias.

hoc est in discedendo, uidetur deliberatio esse reliqua. i. relicta, quod consilium & quæ loca sequamur in discessu. i. discedendo, cum scilicet ita sit, ꝙ res miserior. i. q̄ patriam fugere, & nescire quo te recipias, nunquā accidit nobis, tum scilicet multo uerius est ꝙ ne quidem. i. non etiam deliberatio accidit sup. nunquam difficilior. Nihil enim potest constitui. i. deliberare, statui, quod non incurrat. i. celeriter incidat in aliquam magnam difficultatem. Si uidebitur, scilicet consultum & utile, ego cēnseo sup. ut facias ita, ut si habes iam statutum, id est decretum, quid putes agendum tibi, in quo scilicet agendo, consilium meum non sit coniunctum cum tuo, supersedeas. i. non utare hoc labore itineris, scilicet ueniendi ad me, sinautem id est sed si, est supple aliquid, quod uelis communicare mecum, ego expectabo te scilicet in Cumano. Ego uelim tu uenias quā primum. i. ualde cito, quod fiat tuo commodo, sicut intellexi placere, & i. simul, Seruio, scilicet filio tuo, & i. simul, Posthumiæ scilicet uxori tuæ.

M. T. C. Séruio Sulpítio. S. P. D. Epist. 3.

cōsolatoria

VEhementer te esse solícitum, & in cōmúnibus misériis præcípuo quodam dolóre angi, multi ad nos quotidiè déferunt. Quod q̄q̄ minimè miror, & mecum quodammodò agnosco: dóleo tamèn te sapiéntia præditum propè singulâri, non tuis bonis delectâri potiùs, quàm aliénis malis laborâre. Me quidèm, & si némini concédo, qui maiórem ex pernítie, & peste reipúb. moléstiam traxerit, tamèn multa iam consolantur, maximèq̄ conscientia consiliórum meórum. Multo enim antè, tanquàm ex áliqua spécula, prospêxi tempestátem futûram: neq̄ id solùm mea sponte, sed multo etiam magis monente, & denunciante te. Et si enìm ábfui, magnam partem consulât⁹ tui, tamèn & absens cognoscébam, quæ esset tua in hoc pestífero bello cauendo, & prædicendo sententia, & ipse affui primis temporibus tui consulatus, cum accuratíssimè monuísti senátum collectis ómnibus bellis ciuílibus, vt & illa timêrent, quæ meminíssent & scírent, cū superiôres nullo tali exemplo anteà in rep. cógnito, tam crudêles fuíssent, quicunq̄ posteà rēp. oppressísset armis, multò intollerabiliórem futûrum.

HVBER. Vehementer. Cum præesset Seruius Sulpi. Achaiæ post bellū pharsalicum, afflictis & concussis partibus Pompeianis & Cæsare multa agente pro libidine sua, grauiter multumque angebātur, quod cum Cice. multorum sermóne intellexísset, eum hac epistola consolandum duxit. affert igitur & enúmerat multas causas consolationis, inter quas præcipuè enúmerat rectam conscientiam & studia literarum, quibus ostendit esse acquiescendum. Postremò ostendit Seruium eius filium studiosum esse liberaliū artium, sequè uehemēter ab eo diligi. Solícitum. anxium, commôtum. Cō- Solícitus munibus. quæ ad omnes pértinent. Miseriis. Calamitatibus. Præcipuo. non uulgari, sed máximo. Dese- Deferre runt. renunciant. Quod. s. tangi præcipuo dolóre. Minimè miror. quia scio quantum ames ipsam rempub. Meum. scilicet dolórem. Quodámodo. quasi quodam spéculo. Agnosco. recordor, quia quando uidemus aliquem dolére ea re, qua nos recognoscimus quodammodo dolórem nostrum, & redúcimus in memoriam, & nobiscum dicimus, talis est dolor meus. Præ- Prædítus ditum. ornatum, propè, ferè. Singulâri. egrégia, quasi Singulâris quæ in te solo sit. Tuis bonis. tua sapientia & honóre, quem tibi præstat Cæ. qui & dignitatem curat, & tuas res integras esse uoluit. Alienis malis. quæ aliis accíderunt. Laborâre. cruciâri. Ne. enúmerat Cic. ea ex quibus consolationem capit, ut ostendat ea posse etiam esse consolationi ipsi seruio. Nemini concedo. à nemine uincor, nemini sum inferior. Tráxerit. acceperit. Maiorem. quàm ego. Pernitie. calamitate, excidio. Consiliorum. quæ semper spectauérunt ad cōcordiam & útili- Pernitie tatem reipub. Multo antè. q̄ mouerentur bella ciuília. Tempestátem futûram. i. cladem belliciuilis, quam comparâuit tempestati. Virg. Quanta per Ideos seuis effusa Micenis Tempestas ierit campos &cæ. Tanquam ex aliqua spécula. translatio sumpta uel à rusticis uel à nautis qui ex aliquo loco eminenti solent prænidére uentos & tempestatem futûram. Spécula non significat Specula simpliciter feneſtram, ut uulgus imperitior usurpat, sed dicitur quilibet locus unde longè speculari póssumus siue sit mons, siue turris, siue quid aliud éminens. Virg. in Buc. Spécula de montis in altum deferar. Idem in. secundo Aenei. Specula Miscenus ab alta Dat signū. Ouid. in heroid. In speculis omnis abidos erat &cæ. Mea sponte. per meipsum solum, consilio meo. Monente, consulente. Denunciante. aptè significante ipsam cladem futuram. Multo magis. s. q̄ mea spōte. Et si, probatio qua monēte Sulpitio præuiderit tempestatem: & est sensus, licet enim abfuerim máximam partem témporis, quo gessísti consulatum, tamen semper cognoui quę esset sētentia tua de hoc pernitioso & calamitoso bello, quod & prædixisti, & cauēri posse demonstrasti. Abfui. quo tempore eram in Cilicia. Magnam partem tui consulátus. i. magnam partem témporis tui consulatus: dicimus Ab fui magautem abfui magnam partem, & magna parte. Consulâtus. quia eo témpore Sulpitius gerébat consulâtū, quo gnā partē Cícero profectus est in prouinciam. Cognoscébam. uel opinióne quam de tua prudéntia habébam, uel relatione multorum. Cauendo. uitando. primis tempóribus, consulátus, quia in principio consulatus tui eram Ab fui magna parte Romæ. Accuratíssimè. diligentíssimè. Collectis. connumerâtis, ante oculos audientium pósitis. Bellis ciui- Accuratíslibus. superiore tempore gestis. Quæ meminíssent. quæ tenêrent memoria accidísse superioribus. Et scirent. simè ordo est, cum collectis bellis ciuilibus monuísti, ut illa timêrent quæ meminíssent, & ut scirent, cum superiores fuíssent tam crudeles in repu. nullo exemplo, postea futûrum intolerabiliórem quicunque oppressísset rempu. armis. Intolerabiliórem. crudeliórem.

ASCEN.

Ordo

VEhementer &c.Cum præesset Seruius Sulpitius Achaiæ post bellum Pharsalicum,grauiter angebatur multa per Cæsarem imperiose geri in urbe,quod cum Cicero ex multis intellexisset,eum hac epistola consolatur,adducens multas causas consolatorias,inter quas præcipue adducit rectam scientiam & studia literarum,quibus ostendit acquiescendum esse.Postremo scribit Seruium Sulpitii filium studiosum liberaliũ artiũ , ipsũq; à se,& se ab eo uehemẽter diligi.Ordo ẽ.Multi deferũt ad nos quotidie.i.denũciãt nobis,te esse solicitũ uehemẽter,& angi.i.angustiari & premi,quodã dolore p̃cipuo.i.singulari & p̃ter cæterorũ dolores magno,in missis cõmunibus.Quod quanq̃ miror minime,& agnosco,id est,in dolore tuo,quodammodo meum.s.dolorem,quia æqualis & de consimili causa est,doleo tamen te præditum sapientia,prope,id est quasi,singulari,id est tam magna,tibi soli cõtingat,non delectari potius tuis bonis,scilicet animi,hoc est uirtutib⁹ & scientiis, quàm laborare,id est angi,malis,id est uitiis,alienis,ut Cæsaris tyrannide. Quidem.i.certe , et si.i. quanq̃,nemini concedo,qui.i.ut is traxerit maiorem molestiam.i.cruciatum animi,ex pernicie,id est erumna & peste.i.calamitate reipub.tamen multa consolantur iam me,& maxime conscientia consiliorum meorum, hoc est quia mihi conscius sum nihil me consuluisse Pompeio aut alteri , ob quod hæc mala subsecuta sint. Enim pro quia,ego prospexi tanquam ex aliqua specula.i.loco alto ad speculandum apto, multo ante scilicet quàm ueniret,tempestatẽ futuram. Neq; sup.feci id.i.perspexi tempestatem futurã,solum.i.solũmodo:mea sponte.i.propria natura & instigatione,seu ut dicunt,meo solius instinctu,sed etiam multo magis,te monente & denunciante.i.significante futurum,quasi ex certo augurio , ut pullarii denunciare solebant. Enim.i. quia,&si.i.quanq̃, à bfui.s.ab urbe,magnam partẽ.i.durante magna parte(Vnde manifeste patet Ciceronem tempus continuum in accusatiuo libenter ponere)consulatus tui.i.temporis,quo consul eras,tamen &.i. partim, absens.i.cum abessem,cognoscebam,quæ.i.qualis sententia tua esset in cauendo.i. fugiendo , & prędicendo.i. denunciando,hoc bello pestifero.s.Cæsaris & Pompeii,quo respu.periit,&.i.partim,affui primis temporibus consulatus tui,cum.i.quando,monuisti accuratissime.i.cũ summa cura & diligentia senatum.i.patres conscriptos,omnibus bellis ciuilibus collectis.i.simul commemoratis,in oratione & admonitione tua monuisti dicit,ut.s.patres conscripti,&.i.simul,timerent illa.i. similia eorum quæ meminissent.i. memoria tenerent iam transacta,& scirent,quicũq; postea.i.temporibus futuris,oppresisset armis rempu.futurũ intolerabiliorẽ multo.s.q̃ superiores,cum superiores.s.oppressores reipu.ut Sylla & Marius,fuissent tam crudeles,nullo tali exẽplo cognito in repu.i.licet nullum haberent,cuius crudelitatẽ imitarentur,eo ꝙ primi libertatis oppressores erant,& ita magis debebant uereri uiolare tam atrociter rempu.q̃ qui aliorum exempla sectarentur.

Nam quod exemplo fit id etiam iure fieri putant. Sed aliquid atque adeo multa addunt,& afferunt de suo. Quare meminisse debes eos,qui authoritatem ,& cõsilium tuum non sunt secuti,sua stultitia occidisse, cum tua prudentia salui esse potuisset. Dices quid me ista res cõsolatur in tantis tenebris,& quasi perpetuis reipublicæ? Est omnino vix consolabilis dolor , tanta est omnium rerum amissio,& desperatio recuperãdi . Sed tamen & Cæsar ipse ita de te iudicat , & omnes ciues sic existimant: quasi lumen aliquod extinctis cæteris elucere sanctitatem , & prudẽtiam & dignitatẽ tuam . Hæc tibi ad leuandas molestias magna esse debent . Quod autem à tuis abes , ideo leuius ferendum est , quod

HVBER. ☞NAM ꝙ.ratio superioris propositionis,est autem sententiæ exornatio. Exemplo.imitatione. Iure.sine reprehensione. Adeo multa.ualde multa,quia nemo repente fuit turpissimus. Afferunt.de suo aliquid etiam ex se nouum addunt,quod ex imitatione nullius habent. Quare.conclusio huius consolationis, quam ex conscientia consiliorum esse uult. Occidisse. periisse.

Adeo

Sua stulti. ignorantia,qua non cognouerunt quàm recte eis consuleres. Salui incolumes. Tua prudentia,quæ eos monebat,quomodo possent periculum uitare,si modo parere uoluissent. Dices.ponit obiectionem quam posset facere Seruius. Quid, ecce obiectio.

Ista res.ꝙ qui non sunt secuti consilium meum sua stultitia perierint: quia malum alterius nihil faciat ad consolationem nostram. Vix consolabilis. qui uix ullam possit recipere consolationem. Et desperatio recuperandi. quia quæ amissa aliquando recuperari posse sperãtur tolerabiliora sunt,q̃ ea de quibus nulla spes est. Sed te.hucusque fuit obiectio.nunc ponit responsionem. Ipse. hoc pronomen habet maximã uim,quasi dicat cuius iudicio nullum potest esse prestantius. Quasi.tanquam. Aliquod lumen.nam uirtutes ipsæ & uiri excellentes luminibus comparantur.i.tanquam aliquã splendidam faciem & lucem. Sanctitatem.integritatẽ, fortitudinem. Extinctis. mortuis , & perseuerauit in translatione: dixerat.n.lumen.Cæsaris.s. luminibus , & intelligit præstatissimos uiros,qui in bello ciuili perierunt. Hęc. supradicta omnia& conscientia consiliorũ tuorum,& iudicium,quod Cæsar & cæteri ciues de te habent. Magna.efficacia. Leuandas.minuendas. Quod autem.consolatus est Cicero Seruium de communibus miseriis, nunc uero consolatur eum de absentia eius à patria,quam molestissime ferebat.

Ipse

Sanctitas

eodem tempore à multis , ac magnis molestiis abes : quas ad te omnes præscriberem,nisi vererer ne ea cognosce res absens,quæ quia non vides,mihi vi deris meliore esse cõditione,q̃ nos qui videmus . Hactenus existimo nostram consolationem recte adhibitam esse,

HVBER. ☞EODEM tempore.id est cum abes à tuis, ipso eodẽ tempore abes etiam à multis & magnis molestiis , quas necesse esset te habere, si Romæ esses. Quas mo.à quibus abes. Nisi uererer.nisi timerem,ne si scriberem tu absens ea cognosceres,quæ quia non uides existimo tibi magnæ esse fœlicitati,& esse in meliori conditione, quam nos simus qui ea uidemus , ergo uult significare Cicero,nolo hæc ad te scribere, ne meis literis cogaris cognoscere ea quæ prodest tibi non uidere. Hactenus. hucusque:& est sensus:hucusq; existimo me adhibuisse

Hactenus

quoad

quoad certior ab homine amicissimo fieres de iis rebus, quibus leuari posset molestiæ tuæ. Reliqua sunt in te ipso, neq; mihi ignota , nec minima solatia, & (vt quidem ego sentio) multo maxima. quæ ego ipse experiens quotidie, sic probo, vt ea mihi salutem afferre videantur. Te autem ab initio ætatis memoria teneo, summe omnium doctrinarum studiosum fuisse, omniaque, quæ à sapientissimis ad bene viuendum tradita esset, summo studio, curaq; didicisse:

omnem consolationem , ut tanquam amicissimus te certiorem facerem de rebus omnibus, quæ possent tibi molestias & dolores auferre. Adhibitam.adiunctam, appositam.Certior fieres.admonereris,instruereris. Recte iure amicitiæ. Quoad.quatenus,inquantum,uelut.

Adhibitus

Quoad

Reliqua solatia. præter ea de quibus factus es à me certior. In te ipso.non in alio:quia non sunt externa bona,sed animi & tua. Neque ignota mihi.quia noui uirtutes & doctrinam tuam. Neque minima.i.neque paruæ efficaciæ ad consolandum. Et ut.est quasi correctio,quia dixerat neque minima , neque putarentur etiam mediocria, subdit multo maxima. Et notandum multo tam superlatiuo q̃ comparatiuo iungi. Vt ego sentio,ut ego iudico,ut est mea sententia. Quę scilicet quæ in te ipso sunt maxima. Ego ipse.ne uideatur alieno testimonio hæc dicere,dixit egomet. Experiẽs. probans cognoscens re ipsa. Quotidie. quia Seruius assidue ad Ciceronem aliquid scribebat,& multa eum præmonebat. Probo.laudo,sic mihi placet. Salutem.conseruationem uitæ & fortunarum mearum. Teneo memoria.recordor. Studiosum.cupidum,amatorem. Omnium doctrinarum.omnium disciplinarum liberalium. A sapientissimis.à philosophis,à quibus traduntur pręcepta bene uiuendi. Hora.in epistolis.Inter cuncta leges,& percunctabere doctos. Qua ratione queas traducere leniter æuum,&c. & paulopost. Quid minuat curas,quid te tibi reddat amicum. Bene,laudabiliter & honeste.

Multo

Probo

ASCEN.

☞NAM.sup.fere omnes homines,putant id quod fit exemplo.i.ad exemplum, fieri etiam iure,sed ipsi addũt & afferunt aliquid,atque adeo.i.ad hoc usque,ꝙ multa addunt de suo.i.proprio ingenio atque more. Quare tu debes meminisse eos,qui non sunt secuti authoritatem & consilium tuum, occidisse.i.periisse stultitia sua,cum potuissent esse salui,prudentia tua.i.per prudentiam tuam. Dices.i.respondebis.Quid.i.in quo, ista res consolatur me in tantis & quasi perpetuis tenebris.i.obscurationibus & oppressionibus reipublicæ? Respondet Cice. Dolor de amissione reipu.est omnino uix consolabilis.i.consolatione mitigabilis , tanta est amissio omnium rerum,& desperatio recuperandi sup.earum aut eas,sed tamen.i.nihilominus,&.i.tamen.Cæsar ipse,scilicet caput omnium malorum,iudicat ita de te, & omnes ciues existimant sic sanctitatem.i.in corruptionem uitæ, & prudentiam , & dignitatem tuam elucere.i.manifeste lucere,tanquam aliquod lumen.s.magnum,cæteris.s.luminibus,aut talibus uiris extinctis. Hæc scilicet quæ de te creduntur,debent esse tibi magna,id est magni momenti,ad molestias,scilicet animi tui leuandas, id est mitigandas & minuendas.Quod autem abes à tuis.erat enim in Achaia,sup.id ferendum.i.patiendum & tolerandum est leuius.i.facilius, ideo ꝙ abes eodem tempore, à multis & magnis molestiis , quas scilicet molestias,ego perscriberem ad te omnes,nisi uererer ne id est ut tu absens cognosceres ea, scilicet mala urbis,quæ quia non uides, uideris mihi esse meliore conditione.i.statu uitæ, q̃ nos qui uidimus sup.ea . Ego existimo nostram consolationem esse adhibitam scilicet recte. id est , decenter , id est ad hunc finem . quoad, id est , quatenus aut quatinus, fieres certior.i.scientior,ab homine amicissimo,de iis rebus quibus molestiæ tuæ possent leuari.i.minui Reliqua solatia sunt in te ipso nec minima,nec ignota mihi,& quidem.i.certe,ut ego sentio,multo.i.longe maxima,quæ.s.solatia,ipse.i.ego experiens quotidie probo.i.comprobo sic.ut ea.i.cõsimilia uideantur afferre mihi salutem. Autem.i.sed,ut rem de qua loquor aperiam,ego teneo memoria, te fuisse ab initio ætatis , hoc est ab ineunte ætate studiosum summe,id est summopere,omnium doctrinarum.s.liberalium,& didicisse summo studio & cura,scilicet summa,omnia quę essent tradita à sapientissimis ad uiuendum bene,quę scilicet tradita à sapientissimis.

quæ quidem vel optimis rebus,& vsui, & delectationi esse possent . His vero temporibus habemus aliud nihil , in quo acquiescamus . Nihil faciam insolenter : neque te tali vel scientia, natura præditum hortabor , vt ad eas te referas artes , quibus à primis

☞QVAE quidem.scilicet tradita à sapiẽtissimis uiris. HVBER.
Vel optimis.i.etiam secundissimis. Vsui.utilitati. quanto ergo magis possunt esse utilitati rebus aduersis. His temporibus.quasi dicat miserrimis & turbulentissimis . Nihil aliud.præter illa præcepta. Acquiescamus.recreemur , depo namus curas & solicitudines quãtum autẽ prosit ad deponendas curas studiũ philosophiæ,ostendit Cicero in Tusculanis quæstionibus, & in procemio libro secundo officiorum. Nihil faciam cum dicat se audere hortari Seruium:latenter tamen eum hortatur,ut se ad philosophiam conferat,est autem occupatio , quia maxime dicit ꝙ negat se dicturum.

Insolenter.arroganter,audacter:nam insolens audacem significat & arrogantem & superbum,ut Cice.pro M.Marcello.Et uictoria quæ natura sui insolens est.significat etiam insuetum & insolitum.Cice.pro Deiotaro. Moueor etiam insolentia loci. Salu.Insolens uero audiendi.Terent.Quid tu Athenas insolens. Tali.tã excellenti. Scientia doctrina. Vel natura.subaudi tali,id est tam bona , & duo dixit naturam & scientiam. Quibus homines maxime docentur, quid in uita deceat,ut ipse in primo officiorum ostendit. Referas te, recipias te,redeas.

Insolenter

Insolens

temporibus ætatis studium tuum dedisti. Tantum dicam, quod te spero approbaturum , postea quàm illi arti cui

☞ STVDIVM,animum,curam. Tantum.quasi dicat unum solum dicam. Approbaturum.confirmaturũ. à me dictum esse uere. Illi arti.dicendi. Cui studebam.cui dabam operam. Nihil loci.nihil precii,nihil æstimationis esse , neque admitti. In curia. quantum ad genus

HVBER.

Approbare

ad genus deliberatiuum. Neque in foro.quantũ ad iudiciale genus, quia in curia deliberabatur à senatu, quid reipub. maxime conduceret: in foro uero agebantur causæ iudiciales, quæ ideo & forenses dicuntur.

Curam.animi intentionem. Operam.laborem.Tuæ scientiæ,id est cognitioni legum, quam sepe Cicero scientiã appellat: erat autem Seruius Sulpitius iurisconsultus optimus. Singulari egregiæ. Non multo plus loci est relictum.i.non multo plus sunt in precio q̃ ars mea oratoria, quia quod Cæsari placebat.Pro legibus erat. Quare concludit huiuscemodi latentem exhortationem. Non moneo te.qui es me sapientior, utitur frequenter occupatione,& ut uitet arrogantiam, & ne ægre ferat Seruius si aperte admoneatur. Ita persuasi mihi.ita induxi in animum. Te quoque. sicut me.

Versari Versari.exerceri. Quæ. res. Si minus prodesset.si
Abducere etiam nullam afferrent utilitatem. Abducerent.amouerent: quanto ergo magis debes uersari, cum & prosint & animum à solicitudine abducere possint. Seruius.ultima pars epistolæ,in qua commendat studium Seruii eius filii,& eius amorem erga se. Seruius.filius tuus. Ingenuis. liberalibus, quæ ingenuos, id est liberos homines decent.In hac.scilicet philosophia mo

Acq̃escere rali. Acquiescere.recreari,deponere curas. Ita uersatur.ita exercetur,ita incumbit. Vt excellat.ut maxime emineat inter æquales. Tibi uni concedam.te uno sim inferior,à te solo uincar in eo amando. Præterea.id est præter te. Nemini. scilicet concedam. & est sensus.ita eum amo,ut post te qui es eius pter,nemo alius magis eum amet quàm ego. Refertur gratia. id est refert mihi uicem,quia sicut ille à me amatur,ita ego ab illo amor sic enim refertur gratia amoris,cum ab his redamamur quos amamus. In quo.inqua re.scilicet referendo mihi gratiam. Ille existimat. sensus est, referenda mihi gratia amoris ille existimat se facere etiam tibi rem gratissimam quod facile appareat, & cognoscatur ꝙ colat me. Tibi quoque. sicut mihi Gratissimum.quia scit me à te amari,existimat se tibi gratissimum facere,si & ipse amat.Facile. clare. Appareat.intelligatur. Obseruet.reuereatur: est autem ordo,in quo ille existimat se facere gratissimum quod facile appareat,cum me colat & obseruet. In eo.scilicet ꝙ appareat ꝙ me colat.

ASCEN. ❡QVIDEM,id est certe,possent esse,uel,id est etiam optimis,id est in lætissimis rebus,& id est simul usui id est utilitati, &, id est simul, delectationi, id est uoluptati, uero pro sed.nos nihil habemus aliud in quo acquiescamus,id est contenti simus,his temporibus, scilicet malis. Ego nihil faciam insolenter, id est supra modum & superbe,neque hortabor te præditum tali uel scientia,scilicet acquisita, uel natura, id est naturali prudentia,ut referas te ad eas artes,quibus dedisti,id est addixisti,studium tuum quàm primis temporibus ætatis,scilicet tuæ. Ego dicam tantum.i. tantummodo, su.id quod spero te approbaturum, uidelicet me contulisse omnem curam meam atque operam ad philosophiam postquam uiderem nihil loci esse,neque in curia.i.in senatu,neque in foro scilicet iudiciali,illi arti scilicet oratoriæ,aut beneldicendi,cui studueram. Solebant autem orationes in tribus locis fieri,in senatu,ad patres conscriptos,in iudicio ad iudices, &in concione ad quirites,unde orantes supple compellant aut patres conscriptos,aut iudices,aut quirites, id est populũ Romanum. Non multo plus loci,id est expetitionis & usus,relictum est scientiæ tuæ scilicet legali, excellenti ac singulari,quam nostræ scilicet oratoriæ & causidicæ.Quare equidem.i.ego quidem,non moneo te, sed persuasi ita mihi.i.indico ita mihi uisum esse,te quoque uersari id est, utile esse si etiam tu uerseris in iisdem rebus scilicet philosophicis,quæ scilicet res,etiam si prodessent minus.i. non satis, tamen abducerent animum a solicitudine. Quidem.i.certe,quasi dicat quicquid tu facturus fis. Seruius tuus.s. filius, uersatur in omnibus artibus ingenuis.i.ingenuo dignis,hoc est liberalibus,& in primis in hac supple arte, hoc est in philosophia,in qua scripsi,id est paulo ante,me acquiescere scilicet contentum esse & quietem animi inuenire. Vero pro sed,ipse diligitur sic à me,concedam.i. locum dem,tibi uni.i.soli ut præterea,id est præter te,nemini. hoc est ut plus tamen diligatur à te,sed a nemine altero, & gratia refertur mihi ab eo,id est quantum amoris à me accipit tantum refert, & ita non minus me diligit quam diligatur à me. In quo scilicet facto hoc est in gratia referenda & inmutuo amore mihi præstando,ille existimat sup.id quod facile apparet,id est euidens satis ꝰ se in eo ꝙ colat & obseruet me,facere quoque,id est etiam tibi gratissimum. Vale.

HVBER. ACcipio.Cum Serui. Sulpitius Achaiæ præfectus, sæpius ad Cic.literas eodem exemplo scripsisset intellexissetque Cice. id admirari, se excusauerat duplici de causa id fecisse.Primùm propterneglegẽtiam & improbitatem eorum, qui cum epistolas accipiant ferendas sæpenumerò non reddant. Se igitur scripsisse multas eodem exemplo, ut saltem aliquæ redderẽtur.Deinde id fecisse inopia dicendi & paupertate

Orationis

studueram, nihil esse loci,neque in curia, neque in foro viderem, omnem meam curam, atque operam ad philosophiam contulisse. Tuæ scientiæ excellenti, ac singulari non multo plus, quàm nostræ,relictum est loci. Quare non equidem te moneo: sed mihi ita persuasi,te quoque in iisdem versari rebus, quæ etiam si minus prodessent, animum tamen à solicitudine abducerent. Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, imprimisque in hac, in qua ego me scripsi acquiescere, ita versatur,vt excellat. A me vero sic diligitur, vt tibi vni concedam, præterea nemini:mihique ab eo gratia refertur: in quo ille existimat, quod facile appareat,quod me colat, & obseruet,tibi quoque in eo se facere gratissimum. Vale.

❡Ex tertia Epistola. Vehementer te esse. Quicunque postea rempublicam oppressisset armis,hũc multo intollerabiliorem futurum. Quod autem à tuis abes,ideo leuius tibi ferendum est.

M.T.C. Séruio Sulpitio. S. P. D. Epist 4

ACcipio excusatiõnem tuam, qua vsus es,cur sæpiùs ad me literas vno exemplo dedisses. Sed accipio ex ea parte, quatenus

quatenus aut negligẽtia,aut improbitate eorum,qui epistolas accipiant,fieri scribis,ne ad nos perferantur. Illam partem excusatiõnis,qua te scribis orationis paupertate(sic enim appellas)iisdẽ verbis epistolas sæpiùs mittere, nec nosco, nec probo.Et ego ipse,quem tu per iocum (sic enim accipio) diuitias orationis habere dicis, me non esse verborum admodùm inopem agnosco. ὑφωνίωσαι enim non necesse esse. sed tamen idem(nec hoc ὑφωνιώμενος) facilè cedo tuorum scriptorum subtilitati & elegantiæ. Consilium tuum, quo te vsum ~~non~~ scribis,hoc Achaicum negocium non recusauisse, cum sempèr probassem,tùm multo magis probaui lectis tuis proximis literis. Omnes enim causæ,quas commemoras, iustissimæ sunt, tuaque authoritate,& prudẽtia dignissimæ. Quòd aliter cecidisse rem existimas, atquè opinatus sis, id tibi nullo modo assentior. Sed quia tanta perturbatio, & confusio est rerum, ita perculsa, & prostrata fœdissimo bello iacent omnia, vt is cuique locus, vbi ipse sit miserrimus esse videatur: propterea & tui consilii pœnitet te, & nos qui domi sumus, tibi beati videmur.

tionis,quia nescíret epistolas eiusdem ferè argumẽti uariis modis scribere, sicut potest facere Cic.quem dicebat posse idem uario modo dicere,quia habẽret copiã magnam & diuitias orationis.Itaque Cice.ei respondẽs dicit se accipere primam causam excusatiõis de improbitate eorum,qui non reddãt literas.alterã uerò minimè ꝙ propter inopiam orationis eodem argumento sæpe scribat,cùm etiam ipse cedat eius scriptorum subtilitati & elegantiæ. Deindè quia scripserat quo consilio & qua ratione motus Achaicum negocium suscepisset.Respondet Cice. eum benè sensisse, nec rem aliter accidisse q̃ ipse putasset.ſ.ꝙ non esset libenter in Achaia dicit hoc non esse propter molestiam prouinciæ,sed quoniàm res ita perturbatæ sunt & confusæ & prostratæ ciuilibus bellis, ut nullus locus esset amœnissimus nec cuiq̃ gratꝰ esse possit aut iucũdus.Posteà uero exponit qua humanitate & liberalitate C.Cæ.senatui roganti.M.Marcellum restituerit, dicitq; quomodò se egerit erga Cæ.pro hac restitutione.Postremò laudat plurimũ & probitatem & doctrinam Seruii eius filii. Accipio. acceptam habeo,& approbo. Eodem exemplo. eadem forma,eisdem uerbis. Ex ea parte. quia excusationem in duas partes diuiserat,ut diximus in argumẽto. Quatenus. inquantùm,aliàs uero significat quandò. Negligẽtia.incuria,cùm non curant reddere improbitate pudia cum nolunt reddere, quia sint improbi. Fieri accidere. Illam partem.secundam, quam notauimus in argumento. Paupertate.inopia qui non sis copiosus in dicendo. Sic enim scribis. usus enim fuerat Ser. hoc uocabulo, paupertate quod magis est translatum q̃ proprium,& ideò non uideretur Cice.abùti eo uocabulo,attribuit id Seruio.Nec nosco.quia uideo te habere copiam orationis. Nec pro.nec approbo, nec affirmo.Per io.seriò hoc dixerat Ser.Cic.habere diuitias orationis,sed ipse ut arrogantiam uitet,dicit se accipere dictum ioco non seriò. Diuitias.copiam,translatiue, sicut etiam paupertatem posuit, sunt enim hæc contraria diuitiæ & paupertas. Admodũ io.cum non possit negare omninò quod est manifestum, attenuat, ut uitet arrogantiam,& assentetur aliquãtulum Seruio.Non ad modùm.non ualde, ὑφωνίωσαι simulare, ironicè loqui. Non est necesse.quia me nosti.Idem.ego ipse. Nec ὑφωνιώμενος, nec simulans,sed uerè & sincerè loquens. Cedo

Quatenus
Negligẽtia
Improbitas
Consiliũ
Atque
Percussus
Prostrata
Eœdissimo
Iacent

subtilitati.sum inferior subtilitate tuorum scriptorum. Atque elegantiæ.ornatui,subtilitatem autem dixit q̃tum ad inuentionem spectat,elegantiam ad elocutionem. Consilium.alia pars epistolæ. Consilium.ratio,cogitatio. Te usum non re.i.te usum ut non recusares. Negocium achaicum.prouinciam achaicam, quã Cæ. tibi obtulit. Semper.antequam scriberes aliquid. Tuis literis.quibus reddis rationem,quare non recusaueris Dignissima tua authoritate.i.tales quales deceat auferri a uiro eius authoritatis,& prudentiæ, cuius es & haberis. Quod.ad aliam partem epistolæ. Cecidisse. uenisse. Atque.i.q̃ Opinatus sis. cum scripsisti id negocium,scripserat enim Ser.cum est profectus in prouinciam se nunquam opinatum fore,ut sibi molestum esset commorari in Achaia,nunc uero esse sibi molestum,quia in ea inuitus morãtur, ad quod respondet Cice.ꝙ si etiam esset Romæ, non minus inuitus esset,qui propter miseriam temporum quisque inuitus est ubicunque sit. Assentior.sum tuæ sententiæ. Sed quia.sed quia omnia ita sunt perculsa & prostrata fœdissimo bello,ut is locus uideatur cuique miserrimus ubi ipse sit,ideo pœnitet te suscepisse negocium achaicum, & nos qui sumus Romæ,uidemur tibi esse beati. Perculsa.concussa,à percello perculli perculsum. Prostrata.iacẽter deiecta. Fœdissimo.crudelissimo,ut Salu.Fœdi oculi. Iacent.in contemptu sunt. Is locus. etiam optimus & amœnissimus. Videatur.non autem reuerà sit,quia infœlicitas rerum facit nobis ingratum esse quemlibet locum. Propterea.ideo propter hanc causam,quia omnia iacent. Tui consilii. quod susceperis achaicũ negotiũ: est autem ordo,sed quia tanta est perturbatio & cõfusio omnium rerum,& quia omnia ita iacẽt perculsa & prostrata fœdissimo bello,ut cuique uideatur esse miserrimus is locus,ubi ipse sit, propterea pœnitet te consilii tui.

ASCEN. ACcipio excusatiõnem. Purgãuerat se Seruius Sulpitius,ꝙ multas eiusdem exempli literas misisset,quia dubitãret an priores essent perlatæ,& ꝙ inopia sermonis alterius exempli scribere nequiret, quarum excusatiõnum priorem Cice.accipit non posteriorem, laudat deindè consilium Seruii quo achaicum negocium non recusauerat,hortaturque eum tacitè Cæsaris clementiæ confidere,& filium rursùs laudat. Ordo est.accipio.i.approbo excusatiõnem tuam,qua usus es,cur dedisses ad me sæpiùs literas eodem exemplo, eãdem forma uerborum,sed accipio.i.approbo eam ex ea parte,quatenus scribis, fieri aut negligentia aut improbitate eorũ,qui epistolas accipiant.ſ.perferendas,ne perferãtur ad nos.Ego nec nosco.i.deprehẽdo in scriptis tuis,nec probo illam partem excusatiõnis,quam tu scribis te mittere sæpiùs epistolas iisdem uerbis, pau-

Ordo

pertate

Universidad de Deusto Biblioteca

pertate.i.inopia(ſic enim appellas)orationis.i.rationis dicendi. Ego ipſe quem tu dicis per iocum, ego enim accipio.i.intelligo ſic.ſ.te id dicere,habere diuitias orationis,agnoſco me nõ eſſe admodum.i.ualde, inopem uerborum,enim id eſt quia,non neceſſe.εἰρωνεύεσθαι.i.ironice ac diſſimulanter loqui,ſed tamen idem.ſ.ego, nec εἰρωνευόμενος id eſt ironice loquens,ſed uere,& ex animo,hoc.ſ.quod dicam,cedo facile id eſt fateor me ſuccumbere,ſubtilitati elegantiæ tuorum ſcriptorum.quaſi dicat ſincere loquens, nec te inopem ſermonis nec ditiorem q̃ ego ſim æſtimo. Cum ego ſemper approbaſſem hoc conſilium tuum quo uſum.i. cum ſis eo uſus; ſcribis te non recuſauiſſe hoc negocium Achaicum id eſt quod publice geris in Achaia, tum probaui multo magis proximis literis tuis lectis. Omnes enim cauſæ quas commemoras ſunt iuſtiſſimæ & digniſsimæ tua authoritate & prudentia,id eſt quæ a te tali uiro approbarentur,aut quæ te tam prudentem & magnum uirum ad hoc adducerent. Quod exiſtimas rem cecidiſſe aliter atque.i.q̃ ſis opinatus, ego nullo modo aſſentior.i. aſtipulor & concedo tibi id,ſed quia tanta perturbatio & confuſio rerum eſt,omnia iacent ita perculſa & proſtrata fœdiſſimo,quia ciuili & inter affines,bello,ut is locus uideretur cuique miſerrimus,ubi ipſe ſit propterea.i.& ideo,&.i.ſimul pœnitet te conſilii tui,&.i.ſimul,nos qui ſumus domi uidemur tibi beati.

At contra, nobis, non tu quidẽ vacuus moleſtiis, ſed præ nobis beatus, atque hoc ipſo melior eſt tua, quâm noſtra cõditio,quod tu,quid doleat, ſcribere audes:nos, ne id quidem tuto poſſumus: nec id uictoris vitio,quo nihil moderatius,ſed ipſius victoriæ, quæ ciuilibus bellis ſemper eſt inſolens. Vno te vicimus,quod de Marcelli collegæ tui ſalute paulo ante, quâm tu, cognouimus: etiam me hercule, quod quemadmodũ ea res ageretur, vidimus. Nam ſic fac exiſtimes,poſt has miſerias, id eſt poſt quàm armis diſceptari cœptum eſt, de iure pu. nihil eſſe actum aliud cum dignitate. Nam & ipſe Cæſar accuſata acerbitate Marcelli(ſic enim appellabat) laudataque honorificentiſſime & æquitate tua, & prudentia, repente præter ſpem dixit, ſe ſenatui roganti de Marcello, ne hominis quidem cauſa negaturum. Fecerat autem hoc ſenatus, vt cum a Lucio Piſone mentio eſſet facta de Marcello, & cum C.Marcellus ſe ad Cæſaris pedes abieciſſet, cunctus conſurgeret ſenatus, & ad Cæſarem ſupplex accederet. Noli quærere:ita mihi pulcher hic dies viſus eſt, ut ſpeciem aliquam viderer videre,qua ſi reuiuiſcentis reipu. Itaq; cum omnes ante me rogati gratias cæſari egiſſent, præter Volcatium, Is enim (ſi eo loco eſſet, negauit ſe facturum fuiſſe) Ego rogatus mutaui meum conſilium.

HVBER. AT contra uiciſſim,& q̃ dicitur econuerſo. Nobis. qui ſumus Romæ. Non uacuus.non carens. **Præ nobis** Præ nobis comparatione & reſpectu noſtrum. Hoc ipſo, hac ipſa re,ſi etiam nulla alia eſſet. Quid doleas.i.propter quid doleas.i.cauſam tuorum dolorum. Audes.quia non habes qui te apud Cæ.accuſent,aut qui moleſte ferant. **Tuto** Tuto.ſine periculo. Nec id.ſ.q̃ non audemus ſcribere. Vitio.culpa.ſ.ſit Victoris.Cæſ.Quo.Cæ. Moderatius. humanius.Inſolens.ſuperba & arrogans, ut ſupradiximus. Vno te uicimus.una re ſumus te beatiores. Salute reſtitutione, exulauerat enim quia fuerat aduerſarius Cæ.in conſulatu ſuo neq; poſtea poterat æquo animo ferre oppreſſionem reipu. Tandem deprecante ſenatu & C.Mar.eius fratre Cęſar liberaliter conceſſit ut in patriam rediret,ſed cum ille nollet etiam literis Cice.ut infra uidebimus & ſuorum uehementer rogatus, differetque reditum ſuum, a Magio Chilone familiari ſuo pugione interemptus eſt. Collegæ. fuerat enim conſul una cum Ser.Sul. Vidimus,quia interfuimus,cum a Cæſare impetratus eſt eius reditus in patriam. Cum dignitate.cum honore.Aliud.q̃ reſtitutionem Marcelli. Diſceptari armis de iure pu.i.contendiſſe armis,cuius cauſa eſſet iuſtior.Luc.Iuſque datum ſceleri canimus.i.ius armis ciuilibus quæſitum. Accuſata acerbitate.i. cum dixiſſet Marcellum fuiſſe nimis acerbum erga ſe,& eſſe ęquum uirum & prudentem. Acerbitate. aſperitate & pertinacia.Sic enim dicit Cæſarem formaliter uſum eſſe hoc uerbo acerbitate, quia Marcellus aduerſabatur ei,dicebatque ſe non poſſe ferre eius tyrannidem. Prudentia.quia putaſti eſſe cedendum temporibus,& cum tu uidiſti te non poſſe ei reſiſtere,non putaſti aduerſãdum. **Repente** Repente. ſubito. Rogaui.ut Marcellus reſtitueretur. Præter ſpem.quia cum dixiſſet uerba ſupradicta, omnes credebant eum nunquam eſſe indulturum Marcello. De Marcello. propter Marcellũ. Ne hominis quidem cauſa.i.non ſolum non negaturum cauſa ſenatus rogantis,ſed neque etiã cauſa ipſius Marcelli a quo fuiſſet offenſus.In quo oſtenditur maxima clementia Cæſaris,& ſapiẽtia,qui ut faceret gratam reſtitutionẽ Marcello,dixit non ſolum concedere eam cauſa ſenatus rogantis,ſed etiam cauſa ipſius Marcelli. Hominis.i.Marcelli. Fecerat.quia dixerat ſuperius quemadmodum ea res ageretur,uidimus, ideo nunc oſtendit quemadmodum acta ſit.Fecerat. conſtituerat hoc quod ſequitur. Vt cum mentio. ſenſus eſt.ita ordinauerat ſenatus ut L.Piſo primo ita iniiceret mentionem apud Cæſarẽ de Marcello,&.C.Marcel.eius frater abiiceret ſe ad pedes Cæ.ſupplicaturus.Deinde totus ſenatus aſſurgeret & ipſe etiam Cæſari ſupplicaret pro Marcello.Facta mẽtio,iniecta uerba.A L.Piſone.is magnæ erat authoritatis apud Cæſarẽ,quippe q̃ erat eius ſocer pater Calphurniæ uxoris Cæ.Marcellus.L.Marcellus.Abieciſſet.proieciſſet,proſtraſſet. Ad pe.quod faciunt ſupplicantes,& petentes miſericordiam. Ouid. Et iacet ante pedes græcia mœſta tuos.Cunctus.uniuerſus. Noli querere.elegans dicendi modus quaſi dicat crede mihi. Pulcher. honeſtus,lætus. Viderer uidere.q.d.licet reſp.ſit oppreſſa,tamen hoc egit Cæ.cum tanta dignitate, ut uideretur reſpu. quodammodo reuiuiſcere,& recuperare priſtinã formam. Reuiuiſcentis. tranſlatio eſt.Dixit enim in prima epiſtola huius quarti,occidenti reipub.i.pereunti.ergo nunc dixit reuiuiſcentis .i.in uitam reuer-

tentis,hoc eſt in priſtinum ſtatum. Speciem.apparentiam. Rogati.quia,ut diximus in primo libro,rogabantur ſinguli ſenatores ſententiam ſuam. Ante me.non in conſpectu meo, ſed antequam ei rogatus eſſem. Is. Volcatius. Eo loco, in ſenatu. Facturum.ut ageret gratias Cæſ.dedignabatur enim hoc facere in tali loco. Conſilium, propoſitum, deliberationem. **Species**

ASCEN. AT. id eſt ſed ſup.tu uideris nobis contra,id eſt econtrario, non quidem uacuus moleſtiis,id eſt omnino ſine moleſtiis, ſed beatus præ nobis.i. reſpectu noſtri. Atque tua conditio.i. fortuna aut forma uiuendi, eſt melior quam noſtra,hoc ipſo.i.propter hoc ipſum,quod tu audes ſcribere quid doleas,nos ne quidem.i.non ſaltem poſſumus.id.ſ.ſcribere quid doleamus,tuto.i.ſine periculo,nec id ſup.accidit uitio uictoris.ſ.Cæſaris, quo nihil ſup.eſt moderatius.i.temperantius,utens uictoria,ſed ſup.uitio ipſius uictoriæ, quæ eſt ſemper inſolens.i.immoderata & ſuperba ſup.in bellis ciuilibus, eo quod domi ſemper habet qui uictor eſt occultos hoſtes reliquos. Nam uicimus te.i.beatitudinem tuam ſuperauimus,uno.i.una re, quod cognouimus de ſalute Marcelli collegę tui.ſ.in cõſulatu,cui Cæſar ignouit,paulo.i.modico antequam tu.etiam,me hercle,quod uidimus,quemadmodum ea res.i. reconciliatio Marcelli agebatur. Nam exiſtimes.i. cenſeas ſic, nihil aliud actum eſſe cum dignitate,poſt has miſerias.i.poſtquam cœptum eſt diſceptari armis de iure publico.i.imperii Romani,unde Luca.Iuſque datum ſceleri. Nam & ipſe Cæſar,acerbitate.i.pertinaci conſtantia Marcelli,ipſe enim Cæſar appellabat ſup.conſtantiam Marcelli,ſic.i.acerbitatem,caſtigata.i.reprehenſa, & æquitate & prudentia tua,laudata honorificentiſsime,dixit repente præter ſpem ſe ne quidem.i.non ſaltem cauſa hominis.i. licet Marcellus nimis acerbus eſſet,ſe negaturum ſenatui roganti de Marcello.ſ.reductione Marcelli in urbem cum bona uenia Cæſaris. Autem.i.ſed,ſenatus fecerat hoc.ſ.quod dicet,ut cum mentio facta eſſet de Marcello a Lucio Piſone,& cum Marcellus.ſ.Lucius frater Marci Marcelli abieciſſet,ſe ad pedes Cæſaris.ſ.Iulii,ipſe.ſ. ſenatus,conſurgeret cunctus.i.ſimul totus,& accederet ſupplex ad Cæſarẽ. Noli quærere ſup. quomodo Cæſar ſenatum ad ſe accedentem acceperit,quia hic dies quo hæc contigerunt,uiſus eſt mihi ita pulcher,ut uideret,ſcilicet mihi,uidere aliquam ſpeciem,id eſt repreſentationem & effigiem, quaſi reuiuiſcẽtis,id eſt iterum uitam capientis & renaſcentis reipub. Itaque cum omnes rogati, ſcilicet ſententiam ante me, id eſt antequã ego,egiſſent gratias Cæſari,de reuocatione.M. Marcelli præter Volcatium. Is enim negauit ſe eſſe facturum, id eſt rediturum ad Cæſarem,aut eius gratiam ſi eſſet eo loco, ſcilicet quo Marcellus,ſcilicet in eo ſtatu.Sunt qui intelligant in eum locum,id eſt in ſenatu,& negauit ſe facturum,ut ageret gratias,ſed turpiter errãt:quomodo enim rogari poterat ſententiam ſi non erat in ſenatu. Rogatum autem fuiſſe indicat particula præter. Ego rogatus,ſcilicet ſententiam de reditu Marcelli,mutaui conſilium meum.

Nam ſtatueram,non me hercule inertia, ſed deſyderio priſtinæ dignitatis,in perpetuum tacere. Fregit hoc meum conſilium & Cæſaris magnitudo animi,& ſenatus officium. Itaq; pluribus verbis egi Cæſari gratias:neq; metuo, ne etiã in cæteris rebus me honeſto ocio priuarim, quod erat vnicũ ſolatium in malis. Sed tamẽ quoniam effugi eius offenſionem, qui fortaſſe arbitraretur me hanc remp. non putare,ſi perpetuo tacerem: * Modice hoc faciam,aut etiam intra modum:vt & illius voluntati,& meis ſtudiis ſeruiã. Nam & ſi a prima ætate me omnis ars & doctrina liberalis, & maxime philoſophia delectauit:tamen hoc ſtudium quotidie ingraueſcit, credo & ætatis maturitate ad prudentiam & his temporum vitiis, vt nulla res alia leuare animum moleſtiis poſsit. A quo ſtudio te abduci negociis intelligo ex tuis literis: ſed tamen aliquid iam noctes te adiuuabunt.

HVBER. NAM ſtatueram dicit quod eſſet ſuum cõſilium.ſ. nuſquam amplius habere orationem in publico pro quoquam. **Inertia** Non inertia.i.ignauia,quia neſcirem,nam inertia contraria eſt induſtriæ, & ad animum refertur, poteſt tamen etiam hic accipi pro negligẽtia corporis, ut ſit. Non in.i. non quia pigeret me. **Deſyderiũ** Deſyderio pri. di.i.amiſsione priſtinæ & præteritæ dignitatis, dicitur enim deſyderiũ proprie de rebus aut amiſsis, aut quibus caremus.Cice.in Lælio. Ego ſi Scipionis deſyderio me moueri negem &c. ergo dixit quia uideo me amiſiſſe priſtinam dignitatem. Tacere.nunquã amplius publice dicere. Fregit.uicit,mutauit. Et Cæſ. duo dixit fregiſſe conſilium ſuum ne perpetuo taceret:magnitudinem animi Cæſaris,qui motus eſt ut parceret inimico,& ei in patriam redeundi poteſtatem daret.Deinde & officium ſenatus, quem pro tali uiro ſupplicare, & gratias agere Cæ.non puduerat. Magnitudo animi,id eſt magnanimitas, quæ maxime cernitur in parcendo inimicis, ut ipſe libro primo offic. Nec uero audiendi ſunt, qui grauiter inimicis iraſcendum putant, idque magni animi & fortis uiri eſſe cenſent. Nihil enim laudabilius,nihil magno & præclaro uiro dignius placabilitate & clementia. Officiũ.humanitas in agendis gratiis, quia pro reſtitutione tanti uiri non putauit turpe agere gratias Cæ. Pluribus uer.uel multis uel pluribus quàm alii,nam habuit orationem, quæ hodie etiam extat,quæ pro M.Marcello inſcribitur,quæ incipit, Diuturni ſilentii. Priuari honeſto ocio. exiſtimabat enim honeſtum ocium nõ ire in ſenatu, neq; pro quoquàm aliquid dicere,quo uidebatur ſe priuaſſe,quia nũc inceperat,& qui ſemel incœpit aliquid agere,nõ uidet habere honeſtam cauſam deſinendi. In cæte. re. quibus exigar ut idem faciam quod feci in reſtitutione Marcelli. Quod,ſcilicet honeſtum ocium,id eſt tacere. Erat unum ſolatium.erat mihi ſolum leuamen dolorũ,nam & ipſa oratione Marcellina,dicit ſe uſum diuturno ſilentio,partim dolore, partim pudore. Sed tamen adducit rationem quare adductus ſit ut priuaret ſe hoc ocio,ne oſtenderet uoluntatem Cæſ. quæ exiſtimaret Ci.ſi perpetuo taceret hoc facere, quia exiſtimaret rempub. Cæſare eam tenente nullam eſſe. Ne ergo Cæſar hanc opinonem de ſe caperet,dicit ſe & dixiſſe pro.M.Marcello,& eſſe dicturum interdum pro aliis,ſed nõ crebro. Effugi.uitaui.Offenſionem.ne oſtenderem uoluntatem Cæ.& ei diſplicerem. Non pu.hanc rempub.ſcilicet eſſe eo regnante,ſed eſſe penitus perditã. Modice.ſeruato modo non frequẽtiſsime. Hoc.ut ueniã ad exer-

citationem dicendi. Intra.m.i.etiam minus quàm Modice,quaſi dicat rariſſime. Seruiam.obſequar,optemperem, ſatiſfaciam. Et meis ſtu.quæ ſine exercitatione quodammodo excreſcerent & deficerent, quia cum omnia alia ſtudia,tum uero ſtudia eloquentiæ magnam exigunt exercitationem,ut ipſe in primo lib.ad Herennium,& in oratore dicit. Ars & doctrina.ars quæ collectione præceptorum conſtat ut grãmatica & rhetorica.Doctrina uero exemplis & inſtitutionibus perficitur,ut doctrina philoſophiæ & legum,licet & iuriſcõſultus artem appellat largo modo,quaſi uirtutem quandã, artes igitur intellexit,grammaticã,rhetoricã,geometriam,muſicã,arithmeticã,quibus oĩbus Ci.dedit operã,quia ut ipſe in oratore oſtendit,& Quin.affirmat. ſunt neceſſariæ oratori. Philoſophia.ſ.ethica.i.moralis. Hoc ſtudiũ.eloquẽtiæ & agẽdi cauſas. Ingraueſcit augetur,fit grauius,& magis perfectum. Credo. duas ſubdit rationes quare hoc ſtudium quotidie magis ingraueſcat,& creſcat.primum,quia ætas eo fit prudentior,quo fit maturior. Deinde quia in his miſeris temporibus nullum aliud habet ſolatiũ & leuamen moleſtiarũ ſuarum. Credo. ſubaudi ingraueſcit magis quotidie. Maturitate.perfectione,aptitudine,tractum à fructibus, qui eo ſunt perfectiores & meliores quo maturiores,Virg.Aeneid.i.maturus Aceſtes. Aetatis.ſenilis. Ad prudentiam. ſicut enim maturitas fructuũ eſt ad dulcedinem,ita ætatis maturitas ad prudentiã,quæ eſt ſenectutis,ſicut teneritas adoleſcentiæ, quanto autẽ quiſpiam prudentior eſt,tanto aptior eſt ſtudiis philoſophiæ, cuius ut inquit Ariſto.in.i.ethi. Adoleſcens nõ eſt capax auditor, propterea quòd non eſt multa expertus. Et his uitiis temporũ.ſ.credo hoc ſtudiũ ingraueſcere. His uitiis.propter hæc uitia. Temporũ.quibus nullus locus eſt relictus arti dicendi,neque in foro, neque in curia,nec amplius retinemus noſtram priſtinã dignitatẽ.Et ſubaudi ita ingraueſcit, Vt nulla alia res, præter ſtudia literarũ maxime philoſophiæ. Leuare.leuẽ facere. Moleſtiis.angoribus quos capio de oppreſſione reip. A quo ſtudio.ſ.philoſophiæ, Abduci. abſtrahi.remoueri.Negociis.occupationibus,quæ ſunt tibi maxime in iſta prouincia. Noctes tẽpora nocturna,quibus reſarcies ſtudẽdo, quæ ſubtrahuntur tibi negociis diurnis,ita enim facere ſolent ſtudioſi. Iam.mox,quia incipiunt eſſe longiores.

Ars, doctrina — Ingraueſcit — Leuare — Iam

ASCEN. ¶ NAM ſtatueram tacere in perpetuum.ſ.in ſenatu.i.nullam ſententiam dice.non me hercule.ſ.ita iudicante ac tractante, ut uerum dico ſup. id ſtatueram inertia.i.propter inertiam.i.carentiam artis & induſtriæ, ſed deſyderio dignitatis priſtinæ.i.prius habitæ. Et.i. ſimul magnitudo animi Cæſaris.&.i. ſimul officium ſenatus qui ita pro Marcello interceſſit, fregit hoc cõſilium meum,de perpetuo ſilentio in ſenatu habendo. Itaq; ei Cæſari gratias pluribus uerbis.ſ.quàm cõſtitueram,aut pluribus.i. uerbis multis. Neque propterea quòd ſemel ſentẽtiam dixi,metuo me priuari, ocio honeſto.i.uacatione à negocio reip.decenti etiam in cæteris rebus,quod.ſ.otium,erat unum.i.ſolum,ſolatium in malis. Sed tamen quoniam effugi offenſionem eius.ſ.Cęſaris, qui arbitraretur fortaſſe me nõ putare.i.cenſere,hanc quæ nunc eſt,ſup.eſſe remp. ſi tacerem perpetuo, ego faciã hoc modice.i.parce loquar in ſenatu,aut etiam intra,alii legunt intra aut citra.i. non uſque ad modum.i.iuſtam menſuram,ſed ſicut dicimus extra modũ pro ſupra modũ,ita intra modũ pro infra modum, ut ſeruiam.i.inſeruiam & conſequar,&.i.ſimul,uoluntati eius,&.i.ſimul,ſtudiis meis. Nam & ſi.i.quanquã, omnis ars & doctrina liberalis & maxime philoſophia.ſ.moralis,delectauit me à prima ætate,tamen hoc ſtudiũ.ſ. philoſophiæ, ingraueſcit.i.fit grauius & maioris authoritatis quotidie, credo &.i.ſimul maturitate ætatis ad prudentiaã,quia iuuenes authore philoſopho ſunt philoſophiæ moralis inutiles auditores, eo ꝙ mores probati eis non ſapiunt,& his uitiis.i.propter hæc uitia temporum,quæ tanta ſunt ut nulla alia res,præter philoſophiã poſſit leuare animũ à moleſtiis.Cõſulto in multis locis ab expoſitione Hubertini diſcedo. Is enim ita exponit,hoc ſtudiũ eloquẽtiæ & agendi gratias.Sed errat.Nam ideo intra modũ dicit ſe dicturũ ſententiã iam ut ſtudiis ſuis inſeruiat, nõ quidẽ eloquentiæ ſed philoſophiæ moralis. Quæ ſtudia licet illi in prima ætate iucunda fuerunt,tamen eorũ authoritas & amor cum ætate creſcit,præſertim ea malitia temporũ, qua nõ licebat in ſenatu & iudiciis eloquentiã exercere. A quo ſtudio.ſ.philoſophiæ,ego intelligo ex tuis literis,te abduci negociis.i.per negocia,ſed tamẽ noctes quæ longiores tũc fiebãt,adiuuabũt te iam.i.deinceps, aliquid.i. in aliquo. Non ergo de eloquentię,ſed philoſophię ſtudio locutus eſt non enim eloquentia noctu exercetur.

*PETRI VICTO. CASTI. ¶ MODICE hoc faciam,aut etiam intra modum. Aul.Gellius Libro.XIII.cap. mentionem huius loci fecit his uerbis,ſed poſtea in libro M.Tullii epiſtolarum ad Ser.Sulpitiũ,ſic dictum eſſe inuenimus,Intra modũ,ut intra Cal.dicunt,qui dicere citra Cal.nolunt.Quẽ locum eo libentius adduxi, quia oſtẽdit,quomodo ueteres citare ſoliti ſint teſtimonia horũ librorũ:neq; enim tunc Primus,Secundus,Tertius appellabatur:ſed liber nõmen ſumebat ab eo,ad quem prima epiſtola ſcripta eſſet,quod nos uetuſtatis am atores obſeruauimus.

HVBER. ¶ SERVIVS. dicit quantum colatur à Seruio eius filio. Vel potius.correctio. Noſter.utriuſque noſtrũ, tuus,ut ſupra diximus,natura,meus amore. Omni ꝓbitate.omni bonitate. Que.magis hic ponitur declaratiue,quàm copulatiue,ut ſit. Que. hoc eſt. Sũma uirtute.pręcipua & egregia ante omnes æquales ſuos. Delector.capio uoluptatem. Tum.maxime & præcipue.Is. Seruius tuus filius. Manſione.commoratione,in prouincia Achaia. Et deceſſione,id eſt deceſſu hoc eſt, an ſis manſurus, an deceſſurus. Mecum.quaſi cum patre, quod eſt ſignum maxime beneuolentiæ. Adhuc,hactenus, uſque ad hunc diem. Velle. cupere, ut regamus nos ſicut uolet. Res.conditiones rerum. Huiuſmodi. tales. Nihil poſſit delectare te. nihil poſſit tibi afferre uoluptatem, & eſſe iucundum. Præter tuos. exceptis tuis, quia de reliquis potius caperes moleſtiam quàm uoluptatem. De reliquis.quæ Romæ ſunt.Ipſo.Cæſare,cui natura dedit ſingularem clementiã. Cæteri. qui ſunt apud Cæſarem. Et cæ.quę ab eis geruntur. Huiuſ modi.talis conditionis. Alterum.uel audire uel uide-

Vel — Tum — Adhuc

Seruius tuus,vel potiꝰ noſter, ſumma me obſeruãtia colit: cuiꝰ ego cũ omni probitate, ſummaq́; virtute, tum ſtudiis, doctrinaq́; delector. Is mecũ ſæpe de tua mãſione, aut deceſſione cõicat. Adhuc in hac ſum ſentẽtia, nihil faciamꝰ, niſi qđ maxime Cæſar velle videatur. Res ſunt eiuſmodi, vt ſi Romæ ſis, te nihil præter tuos delectare poſſit. De reliquis nihil meliꝰ ipſo eſt, Cæteri & cætera eiuſmodi, vt ſi alterutrum neceſſe ſit, audire ea malis, q̃ videre. Hoc noſtrum conſiliũ nobis minime iucũdum eſt, qui te videre cupimꝰ: ſed conſulimus tibi. Vale.

¶ Ex.iiii.

te. Malis.potius uelis. Quã ui.quia minor eſt dolor, ut inferius dicet,in ſenſu aurium, q̃ in ſenſu oculorũ, hoc eſt in audiendo quàm uidendo. Conſilium.quod damus tibi,ut malis audire quàm uidere,hoc eſt,ut malis abeſſe, quàm uenire Ro. Minime eſt iu. minime eſt

¶ Ex.iiii.Epiſt.Accipio excuſationem tuam. Is enim id,eo ſi loco eſſet,negauit ſe facturum fuiſſe. Itaque pluribus uerbis Cæſari egi gratias, meq; me tuo,ne etiam in certis rebus honeſto ocio priuarim.

gratum,quia do tibi inuitus,quoniam uellẽ te uidere. Sed cõ.t.i.proſpicimus tibi,& utilitatem tuam quærimus,quæ eſt ut abſis,non ut uoluptatem noſtram,quæ eſſet ſi Romam uenires,& te uidere poſſemus.

¶ SERVIVS tuus.ſ.filius,uel potius noſter.ſ.cõmunis filius, tuus per naturam, meus per amorem paternũ, colit,id eſt ueneratur me ſumma obſeruantia. Cuius,ſcilicet ſeruii tui,ego delector, cum ſcilicet ita ſit quòd delector,omni probitate,& ſumma uirtute,tum ſup.multo uerius eſt,quòd delector ſtudiis.& doctrinalis,ſcilicet Ser.cõmunicat,id eſt cum familiaritate loquitur mecũ ſæpe de manſione, aut deceſſione tua, ſcilicet in, aut de prouincia. Ego ſum adhuc in hac ſententia,ut nihil faciamus,niſi quod Cæſar uideatur uelle maxime. ASCEN.

Res ſunt eiuſmodi.i.ita ſe habent,ut ſi ſis Romæ nihil poſſit delectare te præter tuos,de reliquis.i. inter reliquos,qui non ſunt tui,nihil eſt melius ipſo Cæſare,cæteri.i.homines cætera.ſ.negocia ſup.ſunt,eiuſmodi.i.talia,ut ſi ſit neceſſe alterutrũ.i.unũ duorũ,aut uidere,aut audire ea,tu malis.i.magis uelis audire ea, quàm uidere. Hoc conſiliũ noſtrũ.ſ.quo deterrimus te à uidendis,quæ Romæ fiant,eſt minime.i.omnino non iucundum nobis,qui cupimus uidere te ſed nos conſulimus.i.proſpicimus,& utile conſilium damus tibi. Vale.

Seruius Sulpitius M.T.C. S. P. D. Epiſt. 5.

POſteaquàm mihi nunciâtũ eſt de óbitu Túlliæ filiæ tuæ, ſanequàm pro eo, ac débui gráuitèr, moleſtèque tuli: commûnemq́; eam calamitátem exiſtimâui: qui ſi iſtic affuiſſem, nequè tibi defuiſſem, coràmq́; meum dolôrẽ tibi declarâſſem. Et ſi genus hoc cõſolatiônis minimũ, atq; acerbum eſt, proptereà quia ꝑ quos ea cũ fieri debet, propinquos ac familiáreis ipſi pari moléſtia afficiuntur, nequè ſine láchrymis multis id conâri queunt: vt magis ipſi videantur aliôrum cõſolatióne indigêre, quàm aliis poſſe ſuum offícium præſtâre, tamẽ quæ in præſéntia in mentẽ venêrunt, decrêui breui ad te ſcríbere, nõ quòd ea te fúgere exiſtimem, ſed quòd forſitàn dolôre impedîtꝰ, minꝰ ea perſpícias. Quid eſt ꝙ tãtoperè te cõmmóueat tuus dolor inteſtînus? Cógita quemadmodũ adhùc fortûna nobiſcum égerit, ea nobis erepta eſſe, quæ homínibus non minùs, quàm líberi chara eſſe debent. pátriam,

HVBER. POSTQVAM. Tulliola Ci.filia quæ primo nupſerat Piſoni Craſſipedi,deinde Dolabellę poſt mortem Piſónis,tanti fuit ingenii, & morũm ſuauitatis,& elegantiæ,ut merito ita à patre amarẽtur,ut ſæpe animulam ſuam appellâret, nunquam tantis moleſtiis angerẽtur,quin eas omnes in ſermone filiæ depóneret. Ea mortua iam repub.occupâta, & oppreſſa à Cæſ.cum inconſolabilitèr dolẽret Ci.Seruius Sulpi.eius amiciſſimus uir magno ingenio,& præſtanti doctrina,hac epiſtola elegãtiſſima eum conſolandum duxit,adductis & collectis úndique,& rationibꝰ & exemplis,qui poſſent omnem dolórem non modo lenîre, uerũ etiam ferè penius tóllere, árguit enim & à neceſſitate generali moriendi,& ab authoritate,& dignitate,& ſapiẽtia Ci.quẽ non decet lachrymis luctuique indulgẽre,deinde oſtendit hunc óbitum eo tempore utiliter filiæ ſuæ contigiſſe, ut magis quodãmodo ei gratulandũ nunquã dolendum. Renunciatũ.i.nunciatũ,compoſitũ pro ſimplici.

Obitu.morte,obire enim quod nunc ſimpliciter mori ſignificat,apud antiquos cum additione ponebâtur ut obiit mortem.Virg. Morte óbita qualis fama eſt uolitare figuras.Iuue.ſine additione poſuit. Magnus ciuis obit,& formidatus Othoni.ſignificat adire,unde obire mortem eſt ire ad mortẽ. Sane quàm pro eo.ordo eſt, ſane tuli quàm grauiter ac moleſtè pro eo ac dèbui, uidetur aliquantulũ durus ordo,& durior adaptatio uerborum,ſed quamuis hic fuerit doctiſſimus,non tamen habuit eam facilitatem quam Ci. Quam gra.notandũ hîc, quàm iunctum cum poſitiuo, quod apud Ci. aut nuſquam, aut rariſſime reperitur. Ac de. qui exponunt ſicut debui,non ſatis probant quod dicunt,cum ac non id ſignificet, ſed potius dicẽdum eſt ac debui.i. & debui.ſ.ferre grauitèr & moleſtè,quia ſum tibi amiciſſimus. Communẽ.non generalẽ ómnibus, ut quidam interpretantur,ſed & meã & tuam,ut ſupra in epiſtola huius quarti libri, quicquid cõmûni conſilio ſtatuerimus.Cõmunem autem,quia amicorũ ómnia ſunt cõmúnia. Qui.ſ.ego Iſtic.Romæ. Poſtquàm &c.Audita morte Tulliæ filiæ Cic.conſolât eũ Seruius Sulpi. cuius eſt hæc conſolatória epiſtola uſque adeò Ciceroniánis in ſtillo ſimilis, ut quod Valla ait ſublâto nómine uix internoſcas. Ordo eſt.Poſtquã renunciâtũ eſt mihi de óbitu Túlliæ filiæ tuæ,ego tuli ſup. eum ſanè q̃ id eſt perq̃ grauitèr & moleſtè, pro eo ac.i.ꝙ débui & exiſtimâui.i.iudicâui eam.ſ.amiſſiónẽ liberórũ ſup.eſſe commûnẽ calamitâtẽ ómnium parentũ. Qui.ſ.ego,ſi affuiſſem iſtic.i. Romæ aut ubi tu es. Defuiſſem conſolando. Corã.apud te in conſpectu tuo. Meum dolórẽ,ut intellígeres te à me amâri,& tu ęquiùs ferres tuum nam,ut inquit Ci.in Lælio de amicitia. Aduerſa quo pacto ferre poſſẽmus, niſi eſſent, qui gráuius ac nos ferrent. Hoc genus.quo ego utor. Durũ difficile. Ipſi.i.propinqui & familiáres. Ea quæ ad conſolatiónẽ pértinent. Pari,æquáli ei,quem cõſolâti ſunt. Id tu.ſ.cõſolâri. Conâri.tentâre,efficere. Vt.ſubauditur ita ut. Suum offíciũ conſolandi,qđ ideo dixit offíciũ,quia ad amicos pértinet. Tamen. quãuis durũ ſit hoc genꝰ conſolatiónis,quia pari moléſtia affícior. Venẽrũt in mentẽ.quæ recordatiône & cogitatiône cõplexus ſum. Breui.i.paucis uerbis, & captat docilitâtẽ.i.audiẽdi attentiónẽ. Nõ quo nõ quia. Ea fúgere.i.ea à te ignorâri. Minùs ꝑſpi.minùs nũc ea cõſíderes q̃ ego. Quid.q.d.nihil.& eſt interrogátio. Cõmóueat.cõmouẽre & perturbâre débeat. Dolor inteſtînus.dolor intérior ánimi.qa eſt etiã dolor extérior,ut eſt dolor cápitis, &

Obeo — Quã iunctum cum poſitiuo. — Ac — Coram — Conari

 cæterorũ

cæterórum membrórum,interdùm ex percussiône âliqua. Cógita.uult argúere sæpiùs hoc incõmodum esse æquo ánimo ferendum,cum necesse fuerit ferre,quæ multo maiora fuerunt,quæ quidèm enúmerat. Quemadmodùm.quàm malè & acerbè. Egerit nobiscum.nos tractáuerit.Esse,scilicèt cógnita. Quam líberi.quos tu tantopere luges,nam liberôrum appellatiône,etiam una filia intellígitur, ut infra uidébimus, & Terent.Cui tu líberos committas tuos. Pátriam,scilicèt ereptam nobis,quia occupáta est à tyranno.

Liberi

PHI. POSTQVAM. Habuit Ci.Terentiam uxórem,ex ea líberos Tulliolam,& Cicc.procreásse, & illis parùm fœlix fuisse manifestum est. Nam filius haud quaquam bonæ expectationis est hábitus. Filiam uero Tulliolam, cum propter suauitatem uel animi, uel ingenii, & morum ipsius eam tantopere amáret,φ & animulam,& corculum,& animæ suæ dimidium sæpenumero appellárit,Mors acerbissima eo tempore intercœpit,quo Cæsar in Hispania contra Pompeii filios bellum gerébat, cuius óbitum Ci. grauissimè tulit,in eius consolationem multi scripsêre, uel ipse Cæsar, qui ex Hispania ad consolandum Ciceronem literas misit.Item Brutus,& Seruius Sulpitius has ad eum literas dedit,cõsolationis plenas,& multi cõsilii. Primo quantum ipse Sulpitius dolorem accepisset, ostendit. Inde seipsum ad consolationis genus accommodat, in quo multas rationes adducit,& argumentâtur à necessitate naturæ, cum omnino moriendum sit omnibus, & ab authoritate,& sapientia Ciceronis,quem ita in luctu esse turpissimum uidebâtur, & quædam adhuc exempla

Renuncio Retego Refigo Rescisco Obire

commémorat quibus,non aliquorum morte dolendum esse demonstrat. Renunciatum significatum,multa à re compósita contrariam à simplici significationem accipiunt,ut tego retego,quod est aperio.Figo,refigo, quod fixum erat euello.Claudo recludo. Signo resigno. Vello reuello.Alia uero complura non sunt huiusmodi,ut est repeto,remaneo,reuello,rescisco,quod propriè est aliquid, postquam gestum scio, quod nesciebam,& renuncio aliquid postquã factum est,alicui signifíco uel dico,quod nescíebat. De óbitu.morte, obire enim mori significat, etiam sine adiuncto. Sed solémus interdùm addêre mortem uel mortis diem, ut obit mortem,obit mortis diem,& obire diem suum. Quinetiam dícimus obire alias res, ut obíre romam, hoc est ire ad Romam.Ennius.Ob Romam noctu legiones ducere cœpit.Obire legationem, fungi officio legationis.

Ob Obitus

Et ob in compositione non modo significat ad,sed circum,ut obsidêre urbem,alias propter,ut óbsides, quasi obsides appellati,qui ob fidem præstandam dantur, & óbitus non modo mortem significat, sed occasum signorum. Virgil. Nec frustra signorum óbitus speculámur, & ortus.Et óbitus pro áditu legimus.Sane quàm, hoc est multum,& ualde aduerbia,ut oppido,quanquam positiuo iunguntur,ut sane quàm grauiter & molestè tuli.Et Cecilius ad Ciceronem,sane quàm literis Cæsaris sumus commoti.Et Brutus ad eundẽ. Sane quàm gauisus sim.Linius.Oppido quàm parua erant.In his sensus est.Postquam intellexi filiam tuam esse mortuam ualde grauitèr,& molestè tuli. Communẽ, quia amicus,nam amicórũ omnia debent esse communia Cice.in Lælio.Aduersa quo pacto ferre possemus,nisi essent,grauius ac nos ferrent,proprie dictum inter duos,à con, & munus,quasi munus duorum, his nerbis beneuolentiam collégit. Calamitatem pro omni detrimento, & infœlicitate calamitas dici potest, sed propriè rustici calamitatem grándinem dicunt, φ κολαμὴν hoc est stipulam & calamum,ac segetem cõminuat. Affuissem.præsens fuissem. Defuissem.in te consolando. Genus.more suo pro qualitate,dicit enim genus hoc consolationis,quod affertur à me tibi est quod minimum, & acerbum,eo quòd qui sunt familiares & propinqui,per quos ea consolatio fieri deberet,ipsi æque dolent ac tu ipse. Propterea quia,ordo est. Propterea, quia ipsi.s. familiares & propinqui, per quos propinquos, & familiares,ea consolatio fieri deberet.Quod autem iungi uidebâtur ipsi,& sic dícere ipsi propinqui, ac familiares,iunxit relatiuo,quod est per quos,& ornatius inquit,per quos ea fieri debet propinquos ac familiares,est enim hæc rectior,atque ornatior in relatiuis locutio,qua multi sunt usi poetæ, & oratores, uel in primis Cice.Sic enim habet de officiis primo. Quorum autem officiorũ præcepta traduntur, ea quanquã pértinent ad finem bonorũ,& sic intelligendũ non figurate apud Terentiũ.Quas credis esse has, non sunt ueræ nuptiæ, & populo quas fecisset fabulas.Eodem modo Virg.Vrbem quam státuo uestra est. Id conari. consolationem aferre. Lachrymis.Gellius aspirationem addendã censet.Sed græci λαχρίσι dicunt. Vt, intellige ita ut. Suum of-

In p̃sentia In præsentiarum

ficium.consolandi munus. In præsentia,dicitur & in præsentiarũ,& tam præteriti sunt temporis, quàm futuri.Fabius.Quia pauci aderant,non putauit in præsentia differendũ.Lucius Annæus.Sed si calumniator aderit differendum in præsentia erit. In mentem mihi uenerunt. quæ cogitaui. Non minus eleganter diceremus, si aut occúrrere, aut succúrrere, aut subíre in eadem significatione uteremur. Decerni breui. paucis nerbis huiusmodi desinentias fuge,inconcinnã enim orationẽ efficiunt.Hoc loco attentum facit. Te fugere.multis id modis uenustè dici potest. Te latêre,nescíre, ignorâre,clam te esse,ignarum esse,te fállere,non te cápere,te práeterire,& à sensu contrario,non minus uenustè dicimus. Perspicias, meditêris. Quid est. consolationis initium,& narratio earũ rerum,quæ ad consolationẽ pértinent. Intestinus.adeo magnus, φ intus in præcordiis fixus esse uideatur,qui dolor est animi interior,quomodo fit etiam exterior corporis. Cogita.argumentum à cõmuni,& maiori iactura,quorũ cõparatione hæc quę minora sunt,æquiore etiam animo serenda sunt.

Liberi Arma Nuptiæ

Quemadmodum. quã pessime. Fortunam. hanc dicit Crispus in omni re dominári. Verum Cicero dixit. Virtuti fortuna ipsa cedit,quod à Xenophonte accepisse uidétur. Inquit enim & alibi Crispus.Fortuna cum moribus immutátur,est enim hæc inconstans,fragilis,pérfida,lúbrica, nec quos illustrat perpetuo fouet, nec quos deserit perpetuò premit. Egerit.sese habuerit,nos tractáuerit. Liberi pro quibus tu tantopere lamentaris.Pro uno etiam filio uel filia numero multitudinis líberos appellámus,ut arma,nuptiæ.Sed animaduerte,φ unos, binos,ternósue líberos non dicimus,sed duos,tres,qnatuor,ut duos habeo líberos,unum ex concubina,alterũ ex uxore,& intellige filium. Patriam.Articulus est.Sed in huiusmodi exornationibus adhibendis,seruandũ est ne nimis crebrè collocentur.Inquit enim ipse ad Herenniũ.Exornationes,si raro disponêtur, distinctam,sicuti colóribus,si crebrò collocantur,obliquam reddunt orationem.Hæc autem.quæ ipse cõmémorat,uel in primis patria,non minus nobis chara, quàm liberi esse debent. Patriam.à Cæsare occupatam.

ASCEN. ☞NEQVE defuissem tibi,id est tibi affuissem auxílio,& consolatióni,& declarassem tibi coram.i.in præsentia,meum dolórem. Et si,id est quanquã,genus hoc consolatiônis est mínimũ,atque acerbũ,quia de grauissima iactura, propterea quia ipsi per quos ea.s.génera, aut officia consolatiônis debent fieri, utpotè, per propinquos ac familiares. Respondet eleganter præcedenti, nam in cõmúni loquéla dicerétur propinqui ac familiares,afficiuntur pari,id est æquáli molêstiâ,neque possunt conâri id,id est cõsolâri propinquum in morte liberorũ

nere. Virgi. Defunctáque corpora uita. Alibi. Neque adhuc crudelibus occubat umbris. Et nunc cassum lumine lugent. Quid? quòd agere animam est mori. Cælius ad Ci. Hortensius quando has literas scripsit, animam agebat. Martia. Attale ne quid agas, agas animam. Item perire, interire, extinctũ esse, expirare, animã effundere, uitam cum sanguine fundere, uitã fugere, animã linquere, animã exhalare. Virgil. Animã exhalasset opimam, & aliis huiusmodi innumerabilibus modis. Hoc tempore. tam misero, tam infœlici, argumentũ ab utili, utile fuit illi mori, ne uideret infœlicia tempora. Quid autẽ fuit. altera confutatio obiectionis, quam ei Ci. facere potuisset, & multa cõmemorat, quibus homines ad uiuendum magnopere mouentur. Inuitare. nunc exhortari & trahere. Quæ res, ad præsens. Spes ad futurum tempus refertur.

Inuitare
Spes
ASCEN.

IHONESTATEM, scilicet uitæ, dignitatẽ, scilicet personæ, honores omneis ab aliis impẽdi solitos, hoc uno incõmodo. s. de morte filiæ, quod respectu superiorum paruum censet, addito, quid potuit adiungi. i. addi ad dolorem. q. d. parum aut nihil, quia tantus esse debuit, ut nõ admittat accessionẽ, aut qui. i. quis animus exercitatus in illis rebus, scilicet malis & multis ac diuturnis, non debet iam callere, id est obdurescere & callũ contrahere. q. d. nullus non debet, & ita omnis debet, atq; debet æstimare. i. appretiari, omnia minoris supple quã illa. An credo, quod per ironiam inserit, doles. i. dolenter fers, tu uicem. i. sortem, illius. s. filiæ tuæ defunctæ? Quotiens necesse est. q. d. frequẽtissime, supple, ut tu ueneris. s. ordinate propter obiecta tibi præsentia, & nos incidimus. s. casu, quando aduersa urbis afferuntur, aut occurrunt nobis sæpe in eam cogitationẽ. i. ut cogitemus non pessime, immo bene actum esse, hisce. i. huiusmodi tam malis temporibus, cum iis quibus licitũ est commutare mortem cum uita. i. accipiendo mortẽ dare uitam, sine dolore. s. alio, utpote amissæ patriæ, honoris, dignitatis &c. Quid autem fuit, quod posset inuitare, id est illicere, magnopere, illam, scilicet filiam tuam ad uiuendum? quæ res? quæ spes? quod solatium animi? quasi dicat nulla, & nullum.

*PETRI VICTO. CASTI.

IAN illius uicem (credo) doles? Non uideo cur immutari scriptura debeat: habet enim recepta quæ cadẽ est cum antiqua, idoneum, & accõmodatum sensum. Cum supra exposuisset, nihil esse quod magnopere luge re deberet, quòd filiã amisisset, ex persona ipsius, quia maiora cõmoda amiserit, & tanta, ut hoc additum non magnam uim ad dolorẽ afferre possit. Nunc declarat ex persona filiæ, nihil etiam esse cur tantũ dolorẽ suscipiat, nihil enim illa, aut non multum damni fecit, quòd tam miseris temporibus è uita discesserit.

HVBER.

ILICITVM est tibi. respondet supradictæ obiectioni, & ut multi uolunt ostendit eam nõ debuisse optare ui tam propter hoc, quia in tota iuuentute Romana, quæ erat ualde corrupta nõ potuisset eligi maritus Tulliæ, sicut exigebat dignitas ipsius Ci. dicit ergo. Licitum est tibi, cum interrogatione. i. potuisti. Deligere, optare, excerpere. q. d. non. Ex hac iuuentute. q. d. tam mala & corrupta, placet tamen melius, ut affirmatiue dicat, potuisti credo eligere ex iuuentute Romana generum te dignum, ut si hoc debuerit ipsam inuitare ad uitam ostendat ei nõ debuisse, quia infra dicet, adolescẽtibus primariis nuptam fuisse, & sic sentio dicendũ. Libe. tuum filiam, ut supra diximus. An. subaudi hoc poterat eam inuitare ad uidendum. Florẽ. prospera fortuna utentes. Læta. quia nulla re magis lætant parentes, quàm fœlicitate filiorum. Virgi. Latio ne tacitum portentant gaudia pectus. Rem. patrimoniũ Honores. magistratus. Ordinatim. gradatim, quia primo petuntur minores, deinde maiores. Libet. defendendo amicos, & adiuuando remp. ex quibus duabus rebus maximam gloriam comparabant adolescentes Romani ut docet Ci. in offi. Quid horum. q. d. nihil, & ita ostendit ea nõ fuisse optanda. Ademptum. sublatum ereptum nobis. Priusquã datum sit, hoc est impossibile, ut aliquid nobis adimatur priusquam detur, sed phisice locutus est. Harum enim rerum tam breuis est usus, ut uideantur nobis eripi priusquam dari. Aut uero. alia obiecto, q̃ malum sit admittere filios. Nisi. q. d. concederem, nisi etiam esset peius pati, quæ nunc fiũt in urbe, quæ si patimur quare non debemus pati amissionem filiorũ? Sufferre & perpeti. plus semper significant pati & perpeti, quàm sufferre, hoc enim molestiã solũ corporis, alia uero etiã animi significat. Hora. in epistolis. Rure meo possum quid uis perferre patique. Quæ res. ordo est, uolo tibi cõmemorare, quæ res attulit mihi consolationem &c. Cõmemorare. exponere. Eadẽ res. quæ tulit mihi consolationẽ. Ego. ostendit Seruius omnia subiecta esse morti, & exitio necessitate naturæ uel casu. Aegina. urbs Aeaci, quã nomine matris æginę appellauit, in qua habitauerunt Myrmidones, qui ex formicis secundũ fabulas facti sunt hoies, prius appellata est Oenopia teste Ouid. lib. vii. metamor. Oenopia ueteres appellauere, sed ipse Aeacus æginã matris de nomine dixit. Ea autẽ fuit, teste Pomp. circa Peloponẽson in Aegeo Epidaurico littori proxima. Megara uero urbs fuit olim in Attica, autore Strabo. lib. ix. Pompo. dicit esse in Megaride, quæ est in Thessalia, hæc olim dicta est Alchatoe nota est infortunio Nisi regis à Sylla filia crine purpureo spoliati, ut scribit Oui. late circa principiũ lib. viii. metamor. sunt autẽ in Europa, nec uideatur incõueniens, quia dixerit ex Asia rediens potuerat enim ex Asia rediens ad has urbes Europæ peruenisse, ut si quis dicat, ex Hispania rediens cum Mediolanũ uersus ita non tamen sequitur, quòd mediolanũ sit in Hispania. ab Aegina ex Asia enim redeunti prius occurrit ægina. Circũcirca cuncirca omni parte. Post me retro me, quia ab eo discesseram. Pyræus, id est in attica, fuit urbs & portus Athenien sium.

Licitum est tibi credo pro tua dignitate ex hac iuuẽtute generum deligere, cuius fidei liberos tuos, & te tuto committere putares. An ut ea liberos ex sese pareret: quos cum florenteis videret, lætaretur: qui rem à parente traditam per se tenere possent honores ordinatim in repub. petituri essent? in animorum negociis libe ralitate sua uterentur? Quid horum fuit, quod non prius, quàm datũ est, ademptũ sit? At uero malum est liberos amittere, malum nisi hoc peius sit, hæc sufferre, & perpeti. Quæ res mihi non mediocrem cõsolationem attulit, uolo tibi cõmemorare, si forte eadem res tibi dolorem minuere possit. Ex Asia rediens cũ ab Aegina Megarã uersus nauigarẽ, cepi regiones circũ circa ꝓspicere, post me erat Aegina, ante Megara, dextra Pyræ⁹: sinistra

Ordinatim
Ademptȝ
Suffero
Patior
Perpetior
Aegina
Oenopia
Megara
Circũcirca
Pyræus

ILICITVM est. potuisti. Generum diligere, habuerat enim duos ex Tulliola generos, primum Crassipedem Pisonem quem priusquam in Ciliciam iret extinctum uidit, alterum Cornelium Dolabellam. Liberos tuos. Tulliolam dicit. Committere: plus est quàm commendare. Cõmittimus enim magna, & quæ periculo subiecta sunt. An. s. poterat illam ad uidendum inuitare hoc quod sequitur. Vt ea Tulliola. Florentes. in aliqua dignitate & honore. Lætaretur. lætantur enim matres bona filiorum fortuna maiorem in modum. Rem. hereditatem. Ordinatim. ex ordine senatorio, in quo ante quintum & xx. annum admittebatur nemo, nisi quispiam aliqua præcellenti uirtute ornatus & primo minores petebantur magistratus, inde maiores. Inimicorum negociis, in defendendis amicis. Quid horum fuit. nihil. Priusquam datum, dari enim ex his quæ diximus, aliquid non poterat, quoniam id omne prius à Cæ. ademptum fuerat, unde datum à parentib⁹ ademptũ à Cæ. At uero. alia cõfutatio obiectionis. Hæc sufferre ac perpeti. s. quæ fiunt in urbe, & cum ista, quæ in urbe fiunt mala patimur, cur etiam filiorum amissionem non patimur. Sufferimus enim corpore, patimur uero corpore, & animo. Itaque plus est pati, & perpeti, quàm sufferre. Terent. in Andria. Facile omnes perferre, ac pati, cum quibus erat. Quæ res. melius, ut cum inferiore sententia coniungamus, quàm cum superiore, & sic exponamus ut dicat. Volo tibi commemorare rem, quæ res mihi non mediocrem consolationem attulit, si forte &c. Volo autẽ ab eo dictum, quod græci βούλομαι. Ex Asia. Asia Europæ cõiungitur ad Tanain fluuiũ, eam diuidit Taurus mons bifariam, cuius partẽ ad Aquilonem, partem ad meridiem relinquit. Vnam interiorẽ, Græci alteram exteriorem appellant, bene ergo rediens ex Asia ingressus Europam uidit oppida, quæ dicit, & sunt in Europa. Aegina. hæc urbs & insula, primo Oenopia dicebatur, inde ab Aegina Asopi filia, quam Iup. adamauit, & ex ea Rhadamãthũ, & Aecum filios suscepit, ægina nominata, de qua Naso sic habet in metamorphoseon. Oenopiam ueteres appellauere, Sed ipse Aecus Aeginam matris de nomine dixit. Megara. Asiæ regionis pars ut ait Strabo. Megaricum solum extitit. Sed urbem ipsam Megaram heraclidæ cum fuissent prælio uicti, & Megaricam terram tenuissent mœnibus cinxere, & hæc Megarensium ciuitas, ut idem inquit, multa fortunæ uarietate perfuncta est. Habuit & philosophorum studia, quos appellauere Megaricos, qui Euclidi Socratis auditori successere. Est autem Megarensis ager, sicut & Atticus asper, miniméque ferax, cuius partem ampliorem continent montes, quos Oneos. i. Asinarios uocant. Pomponius Mella non in Attica regione, sed in Megaride, quæ quidem etiam in Thessalia dicit esse; nota quidem est fabula regis Nisi & Syllæ quæ Minois amore corrupta aureum crinem abrupit patri. Versus. semper postponitur dictioni, mutátque accentum in pœnultima. Dextera Pyræus. Portum & urbem in Attica regione fuisse docent multi, uel in primis Strabo & Plinius: hi enim locum ipsum maximis laudibus extulerunt, & ibi ædem Iouis Saluatoris esse dixerunt, & Mineruæ templum, de quo loco quomodo multa Strabo uerba fecisset, tandem sic finem fecit. Pyræum quoque portum in habitaculorum angustias contraxerunt, & ædem Iouis Saluatoris, porticus ipsa templi admirabiles habet tabulas clarissimorum artificum, impluuium autem spectabiles habet statuas. Cæterum longi muri dissipati fuerũt. Primum quidem Lacedæmoniis emollientibus, postea uero Romanis. Qua potestate Sylla & Pyræum, & oppidũ per obsidionem expugnauit: urbs ipsa saxum est in plano, quaqua uersò habitato, quo in saxo uetustum Mineruæ templum surgit. In quo lucis extinctæ lichus est, & uirginis domus, quam Ictinus condidit, ubi palladium est ex ebore perfectum opus Phidiæ.

PHI.
Cõmittõ
Cõmendo
Suffero
Patior
Perpetiȯ
Volo
Asia
Aegina
Oenopia
Megara
Versus
Pyræus

IAN sup. ut ipsa coniuncta, scilicet matrimonio, duo enim uiri eius mortui fuerant. Credo inquit Seruius, licitũ est tibi pro dignitate tua. i. quæ est dignitas tua, diligere, id est de multis legere, generũ, id est maritũ filiæ si adhuc uiueret, cuius fidei tu putares cõmittere tuto liberos tuos, & te. An sup. ideo, ut ea pareret ex sese scilicet ipsa, liberos quos cũ uideret florentes, scilicet in ciuitate libera, lætaretur? qui possent tenere per se. i. sine præsidio alterius, rem traditã à patre. i. matrimoniũ auitum, & qui essent petituri ordinatim. i. ex ordine, honores. i. magistratus, & sup. qui uterentur in negociis amicorũ libertate sua. i. libere suos defenderent. q. d. frustra hæc speres, unde addit. Quid horũ fuit. s. perandũ filiæ, quod non sit prius ademptũ. i. ablatum, quia impeditũ ne daret, q̃ datum. q. d. nihil. At uero &c. Obiicit alia dolenda, quæ mox purgat dicens. At. i. sed, uero. i. pro certo, malũ est amittere liberos. i. legitimã prolẽ, unde hic, & in Terentio de unica filia liberi dicuntur. Malũ sup. sit, nisi hoc sit peius, uidelicet sufferre & perpeti hæc, scilicet dicta incõmoda de amissione libertatis, & honoris. Ego uolo cõmemorare tibi, quæ res attulit mihi non mediocrẽ, id est excellentẽ consolationem, si forte eadẽ res posset minuere tibi dolorẽ. Ego rediens ex Asia, cum nauigarẽ ab Aegina urbe Aeaci in Aegeo mari circa Peloponẽssum Epidaurico litori proxima, in qua habitasse dicuntur Mirmidones, ex formicis secũdum fabulas homines facti dictáque prius erat Oenopia. unde Ouidius. Oenopiam ueteres appellauere, sed ipse Aeacus Aeginã matris de nomine dixit. Megarã uersus, id est ad eam urbẽ olim in Attica clara m, cepi circunspicere regiones circũ circa, id est quæ iacebant in circuitu. Aegina. i. urbs erat post me, Megara erat ante me, Pyræus urbs, & porticus in Attica olim non longe ab Athenis, erat sup. dextra sup. parte.

ASCEN.
Aegina
Megara

ICORYNTHVS fuit urbs Achaiæ sup. Isthmodo medio maris Ionii & Aegei, aliquando cognominata Coreyra, authore Strab. postea Ephyrę, deinde instaurata à Corynthо Orestis filio, Corynthus est appellata. Olim celeberrima & ditissima, frequentata à nautis & mercatorib⁹ propter multitudinem meretricum, quæ illic habitant. Quæ oppida. i. urbes, nam & oppidũ pro urbe ponitur. Virg. lib. i. Geor. Ascreumq; cano Romana per oppida carmen. Quodam tempore. q. d. remotò à memoria ætatis nostræ olim. Prostrata. deiecta. Diruta. ruinosa. Hem. interiectio corripientis seipsum, uel indignantis. Homunculi. uiles homines: est enim diminutiuum. Item & homuntio, & homulus, & homulus. Indignamur. moleste ferimus. Nostrum. hominũ. Interiit. morte naturali consumptus est. Occisus. ab aliquo interemptus. Quorũ. hominũ. Breuior.

HVBER.
Corynthȝ

Corynthus, quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata, & diruta ante oculos iacent, cœpi egomet mecum sic cogitare. Hem, nos homũculi indignamur, si quis nostrum interiit, aut occisus est quorum uita breuior esse debet: cum uno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant. Vis ne tu Serui cohibere & memminisse hominem te esse natum? crede mihi, cogi-

uior, quia urbes comparatione hominum uidentur habituræ æternitatem. Cadauera. de urbibus dixit translatiue ab hominibus. Vis ne. adhuc sunt uerba, quæ secum cogitauit. Cohibere. reprimere, colligere te, & ad rationem reducere. Hominem. quasi dicat mortalem & corruptibilem. Crede. iam conuertit sermonem suũ ad Ci. Confirmatus. corroboratus contra dolorem. Idem. quod ego feci, aut tu similiter cogites. Proponas ante oculos. fingas te uidere. Modo. paulo ante, cũ gerebantur bella ciuilia. Tot uiri. Pompeius, Marcus Cato, & alii quamplurimi. De imperio. nostro Romano. Conquassatæ. magna clade percussæ. Omnes. Lu. Totis pugnatum est uiribus orbis. Mulierculæ. consolationis gratia usus est diminutiuo, & ad id refertur quòd dixit tot uiri clarissimi. Animula, quasi dicat quæ non erat si uixisset res ullas magnas factura. Iactura. amissio: dicimus autem feci iacturam in mortem patris, non autem habui, uel accepi iacturam. Tantopere. tam uehementer, tam inconsolabiliter. Fuit moriendum, necessario fuerat moritura.

Cohibere

Confirmatus

PHI. Corynth?

¶ CORYNTHVS. in Achaia urbs quondam florentissima, quæ Corcyra primo dicta, inde Epyra, demũ cum deleta fuisset, & ab Orestis filio restituta, qui Corynthus nocabatur, Corynthi nomen accepit, quam deinde Romani funditus deleuerunt L. Munio. Postremo iterum à diuo Cæsare restituta est, de quo Strabo sic ait. Comissis eo colonis frequentibus generis libertinorum, qui rudera sollicitantes, & sepulchra refodientes plurima inueniebant fictilia ostraceaque toreumata permulta etiam ænea, ornata subinde mirati opera tam fabre facta nullum indiscussum d imisere sepulchrum. Vnde inuentis talibus locupletati, multóque disponentes precio, urbem Romam mortuis repleu ere Corynthiis. Sic enim de sepulchris exceptam prædam nominabãt ostraceam. Oppida florentissima. præsertim Pyræus & Corynthus, de qua Corynthο sic etiam Strabo loquitur. Ciuitas ipsa Corynthiorum amplissima usque fuit & opulentissima, seu uiros innumerabiles ad ciuile regimen peritissimos, siue exuuias opificum artes animo uertis. Egomet illudmet, assumptiue dicimus potius quam compositiue, & paragoge est, & prima persona omnibus casibus iungi potest, in secunda uero in nominatiuo non ponimus, ne si tumet diceremus uerbum esse uideretur, & sciendum, quòd aut differentiæ, aut significantiæ causa adiungitur met. Hem. indignantis, & seipsum increpantis aduerbium. Quidam uero enegunt, quod non probo. Homunculi. quæ in o desinunt si diminutiua sunt, o in u conuertunt, & culus accipiunt, ut homunculus. Plautus in rudente, Homunculi quanti estis eiecti. dicitur etiam homuntio, homulus, & homululus. Plaut. in eodem. Homulus ex argilla & luto factus. Interiit. natura. Occisus est. uiolentia. Oppidorum. omnes urbes præter Romam hoc nomine appellantur. Roma uero ab excellentia peculiare urbis nomen accepit. Dictum sane oppidum, quod illuc opes conferantur. Cadauera μιτάφορικὸς ab animantibus. Breuior. comparatione oppidorum. Vis ne tute Serui cohi. Quæ secum dicebat Seruius illa cogitans. Cohibere. ad rationem te ducere & colligere. Hominem esse natum. & intelligit se moriturum: nam omnia orta occidunt, & Flaccus. Debemur morti nos nostráque. Idem, Mortalia facta peribunt. Confirmatus. ad omnia. æquo animo perferenda, quæ nobis affert necessitas naturæ, inter quæ mors in primis numerari potest, uidetur ad euitaudum arrogantiã, ne tanto uiro præcipere uideretur, tot uiri non modo de Romanis intelligendum esse, sed generaliter dictum. Interierunt. interire est rerum omnium finem habere. Vnde leuior res est de Romano sed generaliter de omnibus per totum orbem terrarum, sed magis Romano. Conquassatæ. non fortuna, quàm à natura, & motibus agitatæ, & percussæ magna strage. Iactura. perditio: feci iacturam dicimus, habui uero, aut accepi iacturam non dicimus. Mulierculæ animula. non ad displicentiam diminutione est usus, sed ad comparationem tam præclarissimarum rerum, quę omnes interierunt, & ad consolationẽ eius, quomodo tot uiri excellentissimi interiissent, interire etiam potuit ista.

Met
Hem
Homũculus
Homũcio
Homulus
Homululus

Interire
Perite

ASCEN. ¶ CORYNTHVS urbs in Achaia olim florẽtissima, prius Cecyra, ac demum à Corynthο Orestis filio, à quo erat instaurata Corynthus dicta, sup. erat sinistra. s. parte florentissima, nunc iacet ante oculos. s. hominũ prostrata. Egomet cœpi cogitare mecum sic. Hem. indignantis particula, nos homunculi, indignamur. i. ægre patimur, si quis nostrum interiit. s. propria morte, aut occisus est, quæ mors est uiolenta, quorum uita debet esse breuior, cum cadauera. i. reliquię, & ruinæ, tot oppidorũ, iacent proiecta uno loco: hoc est spatio parũ diminisse te esse natum hominẽ. i. animal mortale? Crede mihi ô Cic. sup. ego sum. Confirmatus. i. firmior factus ad mortem meam aut meorũ, æquo animo ferendã non mediocriter, immo summe aut excellenter ea. i. eius cogitatione de interitu oppidorũ præstantium. Fac si uidetur tibi. s. utile, aut faciendum, sup. ut proponas tibi ante oculos. s. mentis, hoc idem. s. urbium desolationem, sup. & φ &c. aut hoc. s. quod dicam, item. i. consimiliter, aut hoc idem. i. cõsimile, uidelicet. Tot uiri clarissimi interierũt modo. i. paulo ante uno tẽpore. s. conflictus pharsalici, & ex illo etiam alii, ut Pompeius & Cato, qui postea perierunt. Præterea tanta diminutio facta est de imperio. s. Romano. Omnes prouinciæ sunt conquassatæ. i. frequenter concussæ, cõmoueris. i. conturbaris, tu tãtopere, si iactura. i. perditio facta est, in animula. i. uita, unius mulierculæ. s. filiæ tuæ, omnia diminuit ad leuandum dolorem iacturæ. Quæ. s. muliercula, hoc est filia tua, si non obiisset. i. consummasset, diem suum. i. tempus uitæ suæ, tamen. i. nihilominus moriendum fuit. i. necesse fuit ei mori.

HVBER. Etiam

¶ PAVCIS post annis. quasi dicat, quid igitur accesio pauçorum annorum eam iuuare potuisset. Nata homo. quòd animal ex parte diffinitionis sue mortale est. Etiam, non copulatiua est particula in hoc loco, sed hortantis: ponitur etiã pro eya. Hisce. talibus, quibus paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum ad cognitionem

nem tuam auoca: atque ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt: illam quamdiu uiop fuerat, uixisse: una cum repub. fuisse: te patrem suum prætorem, consulem, augurem uidisse: adolescentibus primariis nuptam fuisse: omnibus bonis prope perfunctam esse: cum respu. occideret, uita excessisse. Quid est quod tu, aut illa cum fortuna hoc nomine quæri possis? Denique noli te obliuisci Ciceronem esse, & eum qui aliis cõsueueris præcipere, & dare cõsiliũ: neq; imitari malos medicos, qui ĩ alienis morbis pfitẽtur se tenere medicinæ scientiã, ipsi se curare nõ possunt: præcedis, ego te imitor, sed potius sequor dicendum est. Malos. imperitos. Profitentur. aperte dicunt. Tenere habere.

doles. Aduoca. collige. Reminiscere. recordare. reducin memoriam. Tua persona. conditione, & qualitate tua. Cicero in offi. Intelligendum est etiam duabus nos à natura indutos esse personis, alias significat laruam. Illam, scilicet reminiscere. Vna cum repu. i. uixisse, cum uiueret resp. Prætorem. consulem. augurem, his omnibus magistratibus functus est Cice. Vidisse. quod potuit ei mu[illegible]n satisfecisse ad uitam, quia non poterat te uidere maiorem. Primariis. ex primis, & optimis urbis nostræ, Pisoni & Do labellæ. Bonis. commodis fortunę. perfunctam. usam. Occideret. peritet, quia amissa repub. quid solatii in uita habere potuerat. Quid est, quasi dicat nihil Hoc nomine. hac causa mortis. Denique. post multas rationes deponendi doloris. Ciceronem quasi dicat tantum & talem uirum, de quo tanta est apud omnes opinio. Et eum scilicet te esse. Præcipere. præcepta dare fortitudinis, & constantiæ, quod maxime fecit in libris officiorum. Neque imi. sequere, & est modi imperatiui: imitamur autem mores, facta, & dicta, & gestus, sequimur uero corpus. & sequi interdum pro imitari ponitur. ut Tulli. Filius non est secutus patrem. Imitari uero nunquam pro sequi ponitur: neque enim recte dicimus, tu

Imitor
Sequor

Imitari
Sequi

PHI. Post Clam Ante

¶ PAVCIS post annis, quoniam uita nostra breuis est. hic Naso. Cito pede labitur ætas. & Flaccus, Heu Posthume, Posthume labunt anni & nihil est annis uelocius. Post. clam, ante, tam accusatiuæ erant præpositiones, q̃ ablatiuæ, ut, Multis ante diebus: & longo post tẽpore uenit & sic dictũ paucis post annis, quasi φ nihil profuisset prorogatio paucorũ annorũ. Quoniã homo nata fuerat. i. mortalis. ola enim quæ nascuntur occidũt & hac lege inquit Cice. nati sumus, ut omnibus telis fortunę præposita sit uita nostra neque esse recusandum quo minus, qua nati sumus conditione uiuamus, néue tam gaauiter eos casus feramus, quos nullo consilio uitare possumus, euentuque aliorum memoria repetendo nihil accidisse nobis noui cogitemus. Etiam. nunc est hortantis. Ea reminiscere. accusatiuum exigit, ut recordor. Digna tua persona. conditione & qualitate qui philosophus, qui orator, qui pater patriæ primus omnium appellatus fuisti. Alias persona significat laruam. Vnde personati appellantur laruati. Vixisse. similiter desinens, & articulus. uixit enim tanto tempore, q̃ to respu. in libertate, & patriæ dignitate permansit, & ipsa in omni suauitate uiuendi uerlari potuit. nam si diutius uixisset profecto uidisset multa, quæ noluisset. Itaque utile fuit mori. Prætorem. primo quæstor fuit in Cilicia, & tunc Romæ penuria rei frumentarię annonam mittendam curauit, ædilis ui factus est: postea prætor urbanus inde consulatũ consequutus in quo Catilinã, Galbã, C. Authoniũ & Q. Cornificũ cõpetitores habuisse, Plutarchus ostendit: à Catilinaria coniuratione patriam liberauit, quo tempore pater patriæ primus omnium Romanorum nominatus est. Fuit etiam item Augur post Crassi interitum. Inde paulopost proconsul missus in Ciliciam. Augures enim, ut de muneribus publicis diximus, captandis auguriis auspiciisq; faciundis ad ineundas res magnas præerant, & prudentissimi uiri, & magnæ authoritatis habebantur, à Numa primum quatuor ex gente patritia, quatuor ex plebe constituti: nihil enim quodãmodo moliebantur Romani præsertim in adeundis magistratibus, nisi prius sumptum fuisset augurium. His autem omnibus mirifica fides adhibebatur, q̃ maxime L. Tarquinio prisco. Actius Neuius Cato, & nouacula confirmauit: qui uero spreuerunt, in maximas clades incidere. L. Crassus, cum spretis auspiciis exercitum duxit in Parthos, & Claudius Pulcher, ut inquit Suetonius, apud Ciliciam non pascentibus in auspicando pullis per contemptum religionis in mari demersis quasi ut biberent quando esse nollent: prælium nauale iniit superatus, cum dictator dicere à senatu iuberetur, uel iterum deludens discrimini publico Hyliciam uiatorem suum duxit. Mansit autem, ut Dionysius inquit, diu. Romanis hic mos auspiciorum, nec sub regibus tantum, cum esset urbs, sed post regum iectionem in consulum & prætorum creatione: obsoleuit autem ætate nostra, nisi quatenus imago eius quædam ad huc relicta est, quæ sit huius causa. Collocantur enim qui sunt magistratus accepturi, exurgentes, φ sub lucem precationes quasdam faciunt aperto cælo præsentiumque aliquis auspicum, qui mercedem de publico accipiunt, fulgur eis indicare à sinistris, dicit etiam si nullum fuerit. Illi autem capto auspicio ex uoce abeunt ad magistratus capescendos, & ex auibus Caras primus, auguria reperit ait Plinius. Adolescentibus. Piso ni, & Dolabellæ. Hoc nomine. mortis causa. Præcipere. docere, unde præceptor doctor in omni genere uitæ. Cicero dare præcepta & consilia consueuit, uel in consulendis hominibus non pauca scripta reliquit, unde de consolatione librum fecit, & in omni bene uiuendi officio libros, quos de officiis appellauit. Imitari. ad facta & dicta, moresque aliorum refertur. Sequi uero ad personam. Virg. Sequiturq; patrem non passibus æquis: & ut Omnibus est magnum uates imitatus Homerum. Nunquam enim lectum est imitari pro sequi positum, ut si dicas præimitabor, sed præsequar. Malos. indoctos & rudes. Profitentur. denunciant. Curare. mederi. Vnde curatio, quæ proprie medicorum est. Medicinæ scientiã. hanc Hieronymus inquit in tres partes esse diuisam: in doctrinam, rationem, & usum cuius inuentorem Apollinem fuisse dicunt. ut, Inuentum medicina meum est, opifexque per urbem Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis. Socrates, & multi alii apud Aegyptios inuentam esse commemorant. Plato in partes quinque diuisam esse confirmat. Pharmacentiam, Chirurgicam, Diæticam, Nosognomonicam, & Vetethicam. Hieronymus inquit medicinam utilissimam esse mortalibus.

Etiam
Reminiscor
Persona
Personat?

Augures

Imitari
Sequi
Muluspro
indocto
Curare
Curatio

ASCEN. ¶ POST. id est postmodum, paucis annis. i. intra paucos annos: quoniam fuerat nata homo. Vbi homo de muliere

Universidad de Deusto Biblioteca

liere dicitur.Etiam tu aduoca.i.abduc,cogitationem tuam ab hisce.i.huiusmodi rebus,quæ te cruciant,atque reminiscere potius ea,quæ sunt digna persona tua.i.uiri consularis,& oratoris clarissimi,philosophique præstantis,reminiscere itaque illam uixisse quandiu fuerat opus.i.utile ei fuisse scilicet in uita,una.i.simul cũ respub.scilicet Romana,uidisset te partem suum consulem sup.& augurem.i.sacerdotem in collegio augurum fuisse nuptam. Adolescentibus primariis scilicet in urbe,ut pote Crassipedi,& Dolabellæ, esse prope.i.quasi,perfunctam omnibus bonis,quia bonis naturæ cum esset elegans & facunda.bonis fortunę,ut honoribus, diuitiisque,bonis animi,ut uirtute & scientia,præterea bonis matrimonii,liberis,& fide matrimoniali,excessisse uita cum resp.occidere[illegible] Quid est quod tu possis,aut illa.i.filia tua possit quæri cum fortuna hoc nomine.i.causa talis mortis quasi dicat nihil. Denique noli obliuisci te esse Ciceronem, & eum qui consueueris præcipere aliis,& dare consilium,neque imitare medicos malos.qui profitentur se tenere scientiam medicinæ in morbis alienis,& non ipsi possunt curare.

HVAER. Tute Molliat

TVTE.tuipse:nam te adiectio est. Subiice. præpone tibi ad consolationem. Longiquitas. diuturnitas. Molliat.mitiget,si penitus auferre non potest. Hoc tempus.uẽturum.quod minuat dolorem. Non occurrere ei rei.i.non præuenire,& anticipare eam rem,scilicet medicinam temporum. Tua sapientia. per tuam sapientiam quæ debet tibi auferre eum dolorem,quem tempus auferret. Si quis sensus inferis.i.si in morte est aliquis sensus,qui certe est. Inferis. mortuis: quia ad inferos descendunt,ut credebant antiqui, ut Ouid. Tendimus huc omnes.Iuue.Esse aliquos manes,& subterranea regna.& paulopost, Illuc heu miseri traducimur. Qui ordo est.illa non uult te facere hoc pro illo amore,quia amor illius fuit in te, & pro illa pietate, quæ pietas illius fuit in omnes suos.

sed potius,quæ aliis tute præcipere soles,ea tute tibi subiice, atque apud animum propone. NVLLVS dolor est, quem non longiquitas temporis minuat,atque molliat. Hoc te expectare tempus,tibi turpe est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere. Quod si quis etiam inferis sensus est, qui illius amor in te fuit, pietasque in omnes suos, certe hoc illa te facere non vult.

DA.concede,quia non uult te hoc facere. Mœrent tuo dolore,mœrent quia doles.Virgil.Et nostro doluisti sæpe dolore. Consilio tuo.quo non posset uti,si premeris luctu filiæ amissæ. Denique.ultima ratio consolationis:& est sensus.Denique quoniam deuenimus in eam fortunam,ut secundum aliorum iudicium uiuere oporteat noli facere ut quisquam existimet si diutius fueris in luctu,te potius lugere,quia Cæ.occuparit rempub.& uictor fuerit,quàm ꝙ filiam amiseris. In eam fortunam in hanc conditionem malam, nam cum fortuna & bona,& mala dicatur,pro locis intelligere debemus. Seruiendum huic rei.obtemperandum huic rei,ut sequamur tempora. Committere afficere

Tempora reipub.mutata & mala. Aliorum. Cæsarianorum, quos fortasse offendemus, si existimabunt nos lugere,quia uictores fuerint, & nobis nihil tamen proderimus. Diffidere prudentiæ.non credere te satis prudentem,si plura pręcepta subdidero.Nam intelligenti pauca sufficiunt. Vnum. quod sequitur. Pulcherrime.cum magna laude, sine elatione, & superbia quod ipse Cice.præcepit in primo officiorum his uerbis: Atque etiam in rebus prosperis, & ad uoluntatem nostram fluentibus,superbiam magnopere, fastigium, arrogantiamq; fugiamus.

Tute PHI. Animus Anima

TVTE.assumptiue,ut egomet, sic Cicero pro Murena quasi tute noris salutas. Apud animum,intellectũ & mentem.Nam animo sapimus,anima uiuimus.Iuue. Principio indulsit communis conditor illis Tantum animas nobis animum quoque, ut nos Affectus petere auxilium,& præstare iuberet. Nullus dolor. Sententia est. Quod enim longinquitas temporis est allatura .i.nos ante capere prudentia,consilio,tolerantia,ratione debemus. Si quis etiam inferis.sensus est,ꝙ anima sit immortalis, & sentiat quemadmodum Pherecides Syrus primus omnium tradidit, cuius opinionem Pythagoras,& item Plato,multique alii excellentes uiri secuti sunt. Inferis.qui ad inferos & Elisios campos descendunt,ut credidit antiquitas.Iuue.Heu miseri traducimur.& Oui.Tendimus huc omnes. Verum umbras mortuorum inferos petere,aut corpore interire,& earum loca esse simulachrum ante inferos:animas uero cælum ascendere existimabant. Non uult.ut lachrymes,& doleas eius morte,quæ potius immortalitas appellanda est, q̃ interitus:& illuc est profecta ubi æuo fruatur sempiterno.Hæc autem uita mors est. Cum quis illuc peruenerit, tunc uiuere incipiet,qua ratione adductus Socrates, cum sibi mortale iudicium pararetur: Spes inquit me tenet haud mediocris bene mihi euenire,ꝙ quamprimum mihi moriendum est,Nam uideor cælum ascendere.Nolunt mortui nos eorum interitum deflere.Quod etiam Ennius dixit. Nemo me lachrymis decoret,nec funera fletu Faxit.Homerus.Nil prosunt lachrymæ uitali lumine functis,Nec uitam reuocare ualent,nec fata moueri.Da.concede,nec amplius doleas. Mœrent.quia uident te mœrere, & dolere. Sic Virg.Et nostro doluisti sæpe dolore.Mœrere uero cum dipthongo dolere significat,morte uel mala parca deductum. Virg.Sola domo mœret uacua. Sine diphthongo autem idem est ꝙ mereor, ut si bene quid ad te merui,aliàs significat militare,ut Aere merent paruo.Aliquando quæstum sordidissimum capere,unde meretrix

Da hoc illi mortuæ: da cæteris amicis, ac familiaribus, qui tuo dolore mœrẽt. Da patriæ,vt si qua in te opus sit opera, consilio tuo vti possit. Denique, quoniam in eam fortunam deuenimus, vt etiam huic rei nobis seruiendum sit:noli committere,ut quisq̃ te putet, non tã filiam,q̃ reipu.tumpora, & aliorum uictoriã lugere. Plura me ad te de hac re scribere pudet ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Quare si hoc vnum proposuero,finem faciam scribendi. Vidimꝰ aliquoties secũdam pulcherrime te ferre fortunam, magnãq; ex ea re te laudẽ adipisci. Fac aliquando intelligamus,

trix appellatur.Fortunam conditionem,ut consilio & iussu aliorum nos uiuere oporteat. Nobis seruiendum.obediendum,& id tu non aliter dicas q̃ cum datiuo,in huiusmodi sermone,ut mihi dicendum est, mihi legendum, non à me dicendum,nec à me legendum. Huic rei ne aliquis putet præsertim Cæsar,ad cuius uoluntatem omnia erant accomodanda,te non tam filiæ mortem,q̃ aliorum uictoriam lugere,utputa Cęsaris & suorum. Lugere.quasi lucis egere dicitur.Cum enim quis dolet,amat obscurum.Vnde luctus,qui differt à dolore,uultu enim & habitu luctus ostenditur. Dolor uero animi est. Dolorem uetare non possumus. Luctum uetare possumus. Secundam fortunam.non minus laboris est fœlicem ferre fortunam,ne quid ea commitamus,quid accusandum sit,q̃ aduersam.Ex quo Cicero libro officiorum primo sic præcepit.Atque etiam in rebus prosperis,& ad uoluntatem nostram fluentibus superbiã magnopere,fastigium, arrogantiamq; fugiamus:diu enim est usus secũda fortuna Tullius,uel p̃sertim cum consul esset. Pulcherrime. maxima cũ laude. Lugeo Luctus Dolor

SED potius tute.i.tu ipse,subiice tibi ea quæ tute.i.tu ipse.soles præcipere aliis,atque propõe sup.ea, apud animũ.s.tuum Nullus dolor est.i.tam magnus,quem longinquitas temporis minuat,atque molliat.i. mitiget. ASCEN.

Turpe est tibi.s.uiro prudenti expecta re hoc tempus.s.longum,ac te non occurrere ei rei.i.mitigationi doloris per longinquitatem tẽporis,hoc est præuenire illam rationem mitigãdi doloris sapientia tua.i.per sapientiam tuam.Quod si quis sensus.i.perceptio rerum,quæ hic fiãt,est etiam inferis, qui amor.i.is enim fuit amor illius,scilicet filiæ tuæ in te,& sup.quæ pietas, hoc est ea pietas fuit illius in omnes suos,illa certe nõ uult te facere hoc.i.expectare mitigationem doloris ex longinquitate temporis.Da.i.concede,hoc scilicet, ut dolorem mitiges illi.s.tam charæ filiæ tuæ mortuæ, & cęteris amicis & familiaribus,qui mœrent tuo dolore, da patriæ,ut si opus sit in qua.i.aliqua re,ipsa possit uti opere,& consilio tuo. Deniq;,quoniam deuenimus. in eam fortunam,scilicet miseram,ut etiam seruiendum.i.prospiciendum sit etiam huic rei,noli committere,ut quisquam putet,te lugere non tam filiam,q̃ tempora reipublicæ scilicet calamitosa, & uictoriã aliorum præcipue Cæsaris.Plura &c.Pudet me scribere plura ad te de hac re.i.de consolatione tui ob mortem filiæ, ne uidear diffidere prudentiæ tuæ. Quare ego faciam finem scribendi.si.i.postquam,proposuero hoc unum. Nos uidimus aliquoties te ferre pulcherrime fortunam secũdam.i.prosperam,ut in consulatu,& reditu ab exilio, & te adipisci.i.acquirere magnam laudem ex ea re,fac supple.ut intelligamus aliquando.i.tandem,te posse ferre æque.i.æquo animo,aut æqualiter,secundam.

ADVERSAM.s.fortunam.ut idem sis in aduersis,qui fuisti in prosperis,quoniam præclara est æqualitas in omni uita,idemq; semper uultus,eademq; frons.Neq; uideri.subaudi fac intelligamus non uideri tibi maius onus,q̃ debeat.i.te nõ magis moleste ferre, q̃ postulat iactura tua,quod quidem fieri non debet.Iuue. Flagrantior æquo,Non debet dolor esse uiri nec uulnere maior. Ex omnibus uirtutibus.quę in te sunt. Hæc una fortitudo & animi magnitudo in aduersis ferendis. Tranquilliore.quietiore magis sine dolore,qui perturbat ipsum animum. Hic.in Achaia cui præsum. Habeat se.in quo statu sit. HVBER.

aduersam quoque te æque ferre posse, neque id maius,q̃ debeat, tibi onus videri:ne ex omnibus virtutibus hæc vna tibi videatur deesse. Quod ad me attinet,cum te tranquilliori animo esse cognouero,de his rebus, quæ hic geruntur, quemadmodum se prouincia habeat certiorem faciam. Vale.

PHI.

ADVERSAM.in prosperis,& in aduersis eundem esse oporteat, & Socratem imitari,qui nunquam mutabat frontem,ut in isto casu filiæ. Sed in omni aduersa fortuna se constantissimum fuisse ostendit,uel maxime quoniam in exilium à Clodio deiectus est,& eius bona publicata sunt,domus euersa, uillæ incensæ, de quo in paradoxis etiam meminit his uerbis.At uide,quàm ista tui latrocinii tela contempserim,iactat ma.& emissam à te nefariam in me iniuriã semper dixi, peruenisse eã ad me nunq̃ putaui,& alia huiusmodi multa quibus se cõtempsisse aduersã fortunã oñdit. Neq; uideri.ut Iuue. Flagantior æquo,Nõ debet dolor esse uiri,nec uulnere maior.Hæc una.s.tolerantia doloris. Quæ.hic geruntur Gręciam dicit, ibi enim magistratum gerebat à Cæsare missus.de quo Cicero meminit ad Cecinnã ut Cassiũ sibi legauit,Brutum Galliæ præfecit,Sulpitium Græciæ.

Ex.v.Epistola. Posteaq̃ mihi renuuciatũ est, Quod ad me attinet, cum te tranquilliore animo esse cognouero, de his rebus, quæ hic geruntur, quemadmodum quoque se prouincia habeat, certiorem te faciam. Vale.

ASCEN.

ADVERSAM supple fortunã,neq;.i.& nõ fac, ut & intelligamus,id non uideri tibi onus maius,q̃ debeat,ne hæc una uirtus,scilicet magnanimæ patientię, uideatur deesse tibi ex oĩbus uirtutibus,hoc ẽ,cũ alias oẽs habeas.Quod.i.quę res,aut quantũ,seu quatenus attinet ad me,ego faciã te certiorẽ de iis rebus,quæ geruntur hic,hoc est in prouincia, & quemadmodum prouincia scilicet Achaia se habet, tunc sup. certiorem te faciam, cum cognouero te esse animo tranquilliori.i.habere animum tranquilliorem.

responsoria ad consolatoriam.

M.T.C.Seruio Sulpitio.S.P.D. Epist 6

EGo verò Serui vellem, vt scribis, ĩ meo grauissimo casu affuisses. Quãtũ enim præsens me adiuuâre potúeris, & cõsolando,& ꝓpe æque dolẽdo, facilè ex eo ĩtelligo,q̃d literis tuis lectis,aliquãtũ acquieui. Nã & ea scripsisti,quæ leuâre luctum possent:& in me consolando,non mediocrẽ ipse animi dolórem adhibuisti.

HVBER.

EGO uero. Respondet Cicero superiori epistolæ Seruii Sulpitii,quem non sine causa dicit optasse in grauissimo casu,propterea ꝙ si absens literis ei profuit,multo magis profuisset,si sibi affuisset.Dicit tamen nullum officium consolationis,quæ posset in tali casu afferri,pretermissum esse à Seruio eius filio erga se.Deinde commemorat ea,quæ faciant dolorem suum grauiorem,& intollerabiliorem morte filiæ.Postremo multis de causis dicit se cupere uidere,& alloqui ipsum Seruium,& pręcipue,ut inter se conferant,& constituant quomodo utrique traducendum sit illud tempus,quo respublica erat in potestate Cæsaris, ut etiam scribit in prima epistola quarti libri. Ego.ut supra notauimus,& ueritatem & grauitatẽ sententiæ præ se fert in Ego

in principio orationis: Vt scribis.quia ut scripserat Seruius,qui si istic affuissem &c.Quantum. ratio quare uellet eum affuisse.Præsentia.scilicet tua.id est si præsens fuisses. Est autem argumentum à minori ad maius: & est sensus , quantum potueris me iuuare tuis consolando , si præsens fuisses , clare ex hoc intellexi , ꝙ lectis literis,multum consolationis accepi. Propè æquè.ferè æqualiter,ut enim in præcedenti epistola notauimus,communicatio doloris solet eum facere leuiorem, Ex eo.ex ea re. Acquieui.mitigatus sum. Ea.talia,adduxit enim Seruius & exempla,& rationes efficacissimas,ut uisum est suprà. Leuare,minuere,leuem facere. Luctum.mœrorem. Mon mediocrem.i.maximum,liptote est. Adhibuisti.adiunxisti.Dolorem,dixerat enim Seruius.Sane q̃ pro eo ac debui,grauiter molesteque tuli.Deinde paulopost. coramque meum dolorem tibi declarassem.

liptote fig. 12 sit.

PHI. EGO uero.Quanti apud Ciceronem ponderis fuit huiusmodi consolatio,quam exposuimus, his literis facilè cognosci potest.Demonstrat in primis consolationis effectum,qui lectis eius literis aliquantulum acquieuit,multo magis si ipse affuisset. Dicit præterea,quòd Seruius eius filius omnia ei præstitit in illo acerbissimo casu,quæ ab homine amicissimo præstari potuissent. Inde doloris sui causas ostendit,& quæ languorem suum acerbiorem esse faciunt.Demum redditum eius expectare se dicit,ac eum desiderare maximè multas ob causas quamprimùm uenire, uel potissimùm ut inter se constituant quonam pacto illud tempus utrique ipsorum traducendum sit, quo ad manus Cæsaris omnia peruenerunt: Ego,cum suo pondere,& in principio orationis maiorem grauitatem in dicendo præ se fert. Vero.nunc consentientis est,ut apud Terent.Ego uero maneo. Quantum enim.ratio quare uoluisset,ut Seruius affuisset.Præsens.à minori ad maius est argumentum. Atque.à simili,nam cum quempiam similiter dolere,ut nos uidemus,dolor nobis omnino fit leuior. Facilè.Caue dicas faciliter, quo antiqui utebantur pro benignè.dicebant etiam facul,& difficul,pro facile & difficile. Leuare.leue reddere. Virgil. Nostrumq; leues quæcunq; laborem.rationes intellige, quibus Seruius est usus. Dolorem.ex eo quod scripserat Seruius.Sane q̃ grauiter,& molestè tuli.Et item.coramq; meum dolorem tibi declarassem.

Ego Vero

Facul Difficul Leuare

ASCEN. EGO uero &c.Respondet superiori epistolæ Seruii Sulpitii, eumq; præsentem sibi fieri mirè expoſcit, ut de ratione uitæ inter se consultent,ut cum ordine latius patebit.Ordo autem est. O Serui,ego uerò .i. pro certo,& citra simulationem,uellem sup.ut affuisses,ut scribis,in meo dolore grauissimo,scilicet de morte filiæ. Enim pro quia,ego facilè intelligo quantùm potueris.i. potuisses me adiuuare præsentia.i.si præsens fuisses.Alii legunt præsentia,sup.tua,quod quadrat cum particula literis,& consolando, & dolendo propè.i.quasi,æquè.i.equalitèr,atque ego intelligo inquam ex eo quòd acquieui aliquantulùm literis tuis. Nam tu & id est,simul scripsisti ea quæ possent leuare,id est diminuere luctum,& ipse id est, tute adhibuisti, non mediocrem, sed ingentem dolorem animi, in me consolando. Tamen id est, licet, præsens non fuisti, & absens satis fecisti.

ordo Lest

HVBER. IVVS.filius.Officiis.debitis. Illi tempori.iam luctuoso & tristi. Declarauit.aperte ostendit. Quod gratum.quia demonstrauit ꝙ si ita faceret erga me,faceret tibi rem gratissimam. Fore.futurum. Talem animũ tam officiosum & humanum. Cuius.Seruii tui. Iucundiora.cum non erat de rebus lugubribus. Nunquam gra.quia nũquam sunt gratiora beneficia, q̃ cum in necessitate præstantur. Oratio tua prudentissima, abundãs & exemplis & sententiis . Et societas ægri.i.communicatio quædam doloris tui cum meo propter casum meum. Authoritas.existimatio & opinio, quæ de te optima habetur.Turpe. non inconueniens mihi. inhonestum. Vt.sicut. Tali.tam excellenti,quia authoritas hominis plurimùm ualet ad persuadendum: unde Virg. Tum pietate grauem ac meritis si forte uirum quem Cõspexere, silent arrectisq; auribus astant.Ille regit dictis animos,& pectora mulcet. Opprimor:deiicior,obruor,ipso dolore. Vix resisto dolori, uix fero & uinco dolorem. Quod. quia. Deficiunt me.derelinquunt,absunt à me. Cæteris. quos inferius nominat. In simili fortuna.in obitu filiorum. Qu.Max. .i.Fabius,qui Hannibalem mora fregit,de quo Ennius. Vnus qui nobis cunctando restituit rem. De hoc & Liuius,& Plinius in uiris illustribus plenè scripsit, & Plutarchus pleniùs. Consularem uirum. qui consulatum aliquando gesserat. Magnis rebus gestis. qui magna & præclara gesserat quo fuerat magis dolendum: nam quanto pluris sunt homines,tanto grauiùs ferri solent eorum obitus. L.Paulus.s.Aemilius,is qui de Perse rege Macedoniæ triumphauit.Is ut inquit Vale.Max.lib.v.c.ulti.cum ex quatuor filiis iure adoptionis in Corneliam Fabiamq; gentem patris funere suo quartum ante diem præcessit:alter in triumphali curru conspectus post diem tertium expirauit.Itaque qui ad donandos usque filios abundauerat,in orbitate subitò destitutus est,quem casum quo robore animi sustinuerit,oratione quam de rebus à se gestis apud populum habuit,hanc adiiciendo clausulam,nulli ambiguum reliquit. Cum in maximo prouectu fœlicitatis nostræ Quirites timerent, nequid mali fortuna moliretur.Iouem Optimum Maximum,Iunonemq; reginam, & Mineruam precatus sum,ut si quid aduersi populo immineret,totum in meam domum conuerteretur. quapropter bene habet,annuendo enim uotis id egerũt,ut uos potius meũ casum doleatis,q̃ ego uestrum ingemiscam,Hæc Valerius.

Authoritas

Opprimor

L.Paulus

Seruius tamen tuus omnibus officiis, quæ illi tempori tribui potuerunt, declarauit,& quanti ipse me faceret, & q̃ suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore.cuius officia iucundiora scilicet sæpe mihi fuerunt,nunquã tamen gratiora. Me autem non oratio tua solùm,& societas penè ægritudinis sed etiam authoritas consolatur. Turpe enim esse existimo, non me ita ferre casum meum, vt tu tali sapientiâ præditus ferendum putas. Sed opprimor interdũ,& vix resisto dolori , quod ea me solatia deficiunt, quæ cæteris (quorum mihi exempla propono) simili in fortuna non defuerunt . Nam & Qu. Maximus, qui filium consularem clarum virum,& magnis rebus gestis amisit:& L. Paulus , qui duos, septem diebus,

rius. M.C.senior, qui ut scribit Plutar.in eius uita ex duobus filiis, alterum maiorem natu cum imperator bella gereret amisit cuius mortem modicè ac sapientèr tulit,nec postea reipu.minus intentus fuit,de quo Ci. in Lælio de ami.quomodo,ut alia omittam,mortem filii tulit. M.Cato

IVSERVIVS tamen tuus.ambo Seruii dicebantur pater & filius.Quantum igitur ista Ciceroni consolatione præsens attulerit,non paucis expõnit.Illi tempori.clamitoso, infœlici & mœsto. Quanti faceret.i.existimaret tibi gratum. Tibi gratum.non solum mihi,sed tibi gratum,cum ita se haberet in meo luctu. Iucundiora sæpe.nunquam tamen gratiora.Iucundum in rebus lætis dicimus, Gratum in rebus aduersis. Quod in epistola ad Lucium ostendit.amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his literis, quas à te proximè accepi, sed ille quidem ignotus , sed tamen gratus,& optatus,dicerem iucundum,nisi id uerbum in omne tempus pdidissem.Inest etiam iucundo gratia quædam oblectamenti.In grato autem quedam utilitas,& fructus.Oratio tua.suauissimis,& sapientissimis sententiis plena,& exemplis. Societas. prope æque dolendo. Authoritas existimatio tua,quæ profectò apud omnes homines est maxima. Turpe. non mihi conueniens. Præditus. tam uirtute,q̃uitio præditum hominem dicimus.Itaque non rectè præditum pro ornato,sed pro habente exponemus,ut præditus sum uirtute , habeo uirtutem.& præditus sum uitio,habeo uitia.Terent. Qui haberem filium tali ingenio præditum.Et Cic.pro Sylla.Singulari inhumanitate & crudelitate præditum,nec dicas,à te preditus sum uirtute: id enim latinitas non admittit. Resisto dolori.obluctor,& uix dolorem perpeti possũ Exempla.est enim exemplum,ut ait Ci.dicti aut facti certi authoris nomine facta propositio. Deficiunt.deficio te,& deficio à te,primum significat relinquo te,absum tibi alterum,recedo à fide tua, & quasi rebello , ut Boii defecerunt à Romanis:unde defectio pro rebellatione ponitur ,& non deficiũt,pro reliquunt, quia post se tenet accusatiuum, Simili fortuna.morte filiorum. Qu.Fabius Max.hic est ille de quo Ennius.Vnus homo nobis cunctando restituit rem,& multa de eo præclara legũtur,uel potissimùm apud Liuium in bello Punico contra Hannibalem Carthaginensium ducem filium habuit , qui consul fuit & magnis rebus gestis illustratus,& uiuo patre extinctus est,in eius funere pater orauit in foro,& orationem inde,quam habuit in luce edidit.Lege Plutar.in uita Qu.Fabii Max.L.Pa. Aemilium dicit,qui de Perse Macedoniæ rege triumphum egit.Audi quæ de hoc homine Vale.inquit lib.v.Cum ex quatuor filiis iure adoptionis in Corneliam,Fabiamq; gentem patris funere suo quartum ante diem præcessit:alter in triumphali curru conspectus post diem tertium expirauit. Itaque qui ad donandos usq; filios abundauerat,in orbitate subitò destitutus est , quem casũ quo robore animi sustinuerit,oratione quam de rebus à se gestis apud populum habuit,hãc adiiciendo clausulam, nulli ambiguum reliquit.Cum in maximo prouectu fœlicitatis nostræ Quirites timerem ne quid mali fortuna mollirẽtur,Iouem Op.Max.Iunonemq; reginam,& Mineruam precatus sum,ut si quid aduersi populo immineret,totum in meam domum conuerteretur.Quapropter bene habet,annuendo uotis id egerunt, ut uos potius meum casum doleatis,q̃ ego uestrum ingemiscam.Sed uberioribus uerbis hæc apud Plutar. legimus in uita Pauli Aemilii,cuius sententiam ita traduximus.Cum quatuor essent Aemilio liberi, duos in adoptionem dedit alienæ familiæ,Scipionem & Fabium.Duos uero quos deinde ex altera uxore susceperat, in sua familia retinẽri duxit.Sed eorum alter annos.XVI.natus, quinque duntaxat ante diebus q̃ triumphum ageret,extinctus est.Alter uero.XII.annum agens,tertia die post triumphum obiuit mortis diem. Triumphauit antequam primum post funus primi filii.Deinde uero post triumphum magnanimè dictum altero extincto filio.Pop.Ro.in concionem uocauit,ubi luculentissimam orationem habuisse dicitur , quam etiam Plutar.suis uerbis complexus est,ubi eam leges.

PHI.

Iucundũ Gratum

Præditus

Exemplũ Beficio te Deficio à te Defectio Q.Fabius Maxi. L.Paulus

IVSERVIVS tuus.i.filius,declarauit omnibus officiis.i.quę potuerunt tribui illi tempori.&.simùl,quanti ipse faceret me,& q̃.i.quantũ,putaret talem animum suum erga me,fore.i.futurum gratum tibi. Cuius.s.filii tui officia fuerunt, scilicet.i.quod scire licet,cum sit euidens,sæpe iucundiora mihi,quia in re læta, in qua est iucunditas,tamen nunquam fuerunt gratiora.i.acceptiora & utiliora mihi. Autem.i.sed, non solùm oratio tua & penè.i.quasi,societas.i. æqualitas ægritudinis.s. animi ex dolore , sed etiam authoritas tua consolatur me. Ego enim existimo turpe me non ferre ita casum meũ,ut te præditus.i.præ cæteris deo & natura ac studio tuo donatus tali sapientiâ,putas ferendum,sup.esse. Sed ego opprimor scilicet dolore interdum,& uix .i.cum difficultate resisto dolori,quod ea solatia id est, eæ res consolatoriæ,deficiunt,id est deserunt me,quæ non defuerunt in simili fortuna cæteris, quorum propono mihi exempla. Nam & Quintus.s.Fabius Maximus qui amisit filium consularem .i.qui consulatum gesserat,uirum clarum.i.illustrem magnis rebus gestis.i. postquam magnas res gesserat. Et Lucius Paulus.s.Macedonius,qui Persam regem in triumphum duxit,qui septem diebus.i.spatio septem dierum,amisit duos.s.filios.precatus deos , ut si quid detrimenti reipu.parârent,in domum suam deflecterent.

ASCEN.

& noster Gallus, & M. Cato.qui sumo ingenio,summa virtute filiũ perdidit: his tẽporibus fuerunt, vt eorũ luctũ ipsorum dignitas consolaretur ea,quã ex republica consequebantur.mihi autem amissis ornamẽtis iis, quæ ipse commemoras,quæque eram maximis laboribꝰ adeptus: vnum manebat illud solatiũ, quod ereptum est. Non amicorun negociis , non reipublicæ procuratione impediebantur cogitationes meæ : ni-

IVNOSTER Gallus utri usque amicus.His temporibꝰ .i.talibus temporibus. Eorum ipsorum.i.propria.Cõsolaretur.quia compensabat amissionem filiorum honore dignitatis . His.ei uel illi.Commemorat.pro commemorasti in epistola tua scilicet prima dignitate,honestate &c. Maximis laboribus. studiis & uigiliis. Vnũ solum. Quod ereptum est.i. remanebat mihi filia,quę erat mihi solatium unum post ea ornamenta amissa. HVBER. M.Cato

Negociis amicorum.i.defẽdendis amicis: ideo in rhetori.ad Heren . Et si negociis familiaribus impediti , id est defensionibus familiarium & amicorum, non autẽ familiaribus, id est domesticis, quod declaratur ex hoc loco . Impediebantur. occupabantur, detinebantur. amouent enim solicitudinem animi huiusmodi negocia. Ouid.in epistol. Herus ad Leandrum. Vos modo uenando modo rus geniale colendo Ponitis in uaria tẽpora longa mora. Aut fora uos retinent, aut unctæ do-

na

Universidad de Deusto Biblioteca

hil in foro agere libebat: aspicere curiam non poteram: existimabam id, quod erat, omnes me, & industriæ meæ fructus, & fortunæ perdidisse. Sed cũ cogitatem hæc mihi tecum, & cum quibusdam esse communia: & cum frangerem iam ipse me, cogeremque illa ferre tolleranter: habebam quo fugerem, vbi conquiescerem, cuius in sermone, & suauitate omnes curas, doloresque deponerem. Nunc autem hoc tam graui uulnere, etiam illa, quæ consenuisse uidebantur, recrudescunt. Non enim vt cum me â republi. mœstum domus excipiebat, quæ leuaret, sic nunc domo mœrens ad remp. confugere possum, vt in eiꝰ bonis acquiescá.

na palestræ. Procuratione administratione. In foro.i.non me delectabant causæ iudiciales, in quibus antea multum uersabar. Aspicere curiam quanto ergo minus adire eam, si etiam non poteram aspicere quia uidebam nihil libere in ea agi posse, & ita ostendit se omisisse genus deliberatiuum, quod in curia agebatur. Id quod erat, scilicet uerum. Me perdidisse. amisisse.

Fructus industriæ, & fortunæ, id est omnes dignitates, & honores, quos partim mihi industria, & ingenio meo comparaueram, partim fortuna ipsa mihi dederat. His enim duabus rebus, aut altera earum, honores & dignitates comparamus, sed ut plurimum plus ualet fortuna sine industria, q̃ industria sine fortuna. Sed. ostẽdit quam consolationem de amissione harum rerum acciperet, quod scilicet uideret hęc eadem multis accidisse, nam ut uulgo fertur, Solatium est miseris socios habere pœnarum. Cum quibusdam. aliis quibus eadem essent erepta, quæ mihi, intelligit autem M. Marcellũ, Brutum & Cassium, & reliquos qui fuerant Pompeiani. Frangerem me.i.animum meum uincerem. Quo confugerem.i.in quo esset mihi profugium solatii scilicet filiam meam. Etiam. non solum noua consenuisse tempore debilitata, tractum ab ætate qua senescens debilitatur.

Recrudescunt Recrudescunt. renouantur, tractum à uulneribus, quæ agitatione nimia interdum recrudescunt, id est cruda & noua fiunt. Non enim, ratio quare etiam uetera recrudescant, & grauius ferat nunc amissionem reipub. q̃ ante amissam filiam: & est sensus: sicut tunc mœstus propter rempub. habebam domi filiam, in cuius sermone omnem mœstitiam deponerem, ita nunc amissa filia, non habeo rempu. ad quam possim cõfugere, ut in ea deponam meos dolores: ordo est ut tum domus excipiebat me mœstum à repub. quæ leuaret me nunc mœrẽs domo non possum confugere ad rempu. ut quiescam in eius bonis. Non. adiungenda est dictio non uerbo possum, sicut notauimus in ordine. Tum scilicet cum amisimus ea ornamenta, quæ commemoras, & amissa repu. Quæ. domus. Leuaret. s. me mœstitia. Sic nunc. amissa filia. Domo. domestico incommodo obitus filiæ. Confugere. auxilii & solatii causa uenire. Virg. Ad te confugio, & supplex tua numina posco.

Bonis eius. reipu. quia amissa sunt.

PHI. NOster Gallus. ciuis Romanus iureconsultus. M. Ca. censorium intelligit, duos hic filios habuit matribꝰ diuersis, & ætatibus longe dispares, ut inquit Gellius. Nã iam adolescente altero, matre eius amissa, ipse quoq; multum senex, Sidonis clientis sui filiam uirginem duxit in matrimonium, ex qua natus est ei M. Cato Solonianus. Alter eius filius natu maior, de cuius morte nunc agitur, prætor designatus, patre uiuo mortuus est, egregios de iuris disciplina libros reliquit. At Plutarchus in uita Catonis ait. Ex duobus filiis alterum maiorem natu cum bella imperator gereret amisit, de quo etiã meminit Cice. in Lęlio suo. quomodo, ut alia omittam, mortem filii tulit.i.tam æquo animo & sapienter tulit. His temporibus. quibus respu. florentissima erat. Amicorũ nego. in defendendis amicis, quorũ maximus numerus fuit. Inter quos defensus est L. Flaccus repetũdarum opinione omniũ damnatus. Et alii innumerabiles. Reipu. procuratione. in administranda rep. in qua tantum gloriæ consecutus est. In foro. genere iudiciali. Aspicere curiam non poteram. in genere deliberatiuo.

Forum Forenses orationes Est enim forum quo iura tractantur, unde forenses Ciceronis orationes dictæ sunt illæ, quas egit in foro, ut ꝑ Qu. Ligario, pro Roscio Sex. pro A. Cluentio, proque multis aliis quos hic esset longum dicere. In curia uero magna cum laude uersatus est, & quas habuit in curia, & ad populum oratiões has publicas appellamus, ut de lege Manilia, de lege Agraria, de proscriptorum filiis, deq; multis aliis rebus & personis, quas in eius uita posuimus.

Industria Industriæ. exercitationis in rebus honestis, ab indulgendo appellatam, hoc est operam dando siue abutendo, quod maximum habeat in rebus agendis ardorem. Hæc. quæ dixi. Fructus. honores dicit & dignitates, quas tum industria Ciceronis dederat, tum fortuna: his enim ista comparantur, sed maiorem uim habet in his fortuna q̃ industria. Sed cum cogitarem. demonstrat quam consolationem accepisset. Et cum quibusdam, quasi dicat cum omnibus qui reipubli. statum & libertatem colunt, ut Brutus & Cassius. Frangerem. uincerem me ipsum. Habebam quo confu. Tulliolam apud quam omnem animi mei molestiam & mœrorem deponebam. Graui uulnere. morte filiæ. Consenuisse, iam debilitatam esse, translatio â senibus.

Recrudescunt. renouantur. Translatio à uulnere. Non enim. ratio est quare illa mala recrudescerẽt, & cur grauius nunc amissam rempub. ferret, q̃ ante mortem filiæ. Sensus est, cum eram aliquando mœstus à repu. cõfugiebam domum ad filiam, quæ leuaret mihi mœstitiam At nunc domo filia mœrens non habeo ad rempu. confugere possim, quæ leuet luctum mihi. Ordo, non possum sic nunc domo mœrens ad rempu. confugere, ut tum me à republi. & cætera.

ASCEN. ET Gallus noster. s. familiaris. & M. Cato qui perdidit filium, summo ingenio & summa uirtute.i. habentẽ summum ingenium, & summam uirtutem, fuerunt. s. omnes docti, iis.i. talibus temporibus, ut dignitas ipsorũ quam consequebantur ex repu. consolaretur, tum.i. tunc, eos. Autem.i. sed, unum illud solatiũ, quod ereptũ est uidelicet filia indulgentissima, manebat.i. reliquum, aut reliqua erat mihi, iis ornamentis, quæ ipse.i. tu cõmemoras, hoc est consulari, & augurali dignitate, & quæ eram adeptus maximis laboribus amissis. s. per occupationem reipu. à Cæsare. Cogitationes meæ non impediebantur negociis amicorũ, non impediebantur ꝑ curatione reipu. quia nihil libebat sup. mihi agere in foro. s. iudiciali pro amicis, & non poteram præ indignatione aspicere curiam.i. senatum, ubi pro repub. stare solebã. Ego existimabã.i. iudicabam, id quod erat. s. me perdidisse omnes fructus, &.i. simul, industriæ.i. naturalis artis, & fortunæ meæ.i. per fortunam, acquisitos.

Sed

Sed cum ego cogitarem hęc. s. incommoda & damna, esse mihi communia tecum, & cum quibusdam, scilicet aliis bonis, & cum ipse id est egomet, frangerem iam me.i. propositum meum dolendi de amissione honorũ & bonorum, non filiæ, & cogerem me ferre toleranter, scilicet patienter, illa.i. tam insignia aduersa, uidelicet amissionẽ fructuũ industriæ & fortunæ, ego habebam, scilicet ante mortem filiæ. quo.i. ad quam, confugerem, scilicet solatiũ habiturus, & ubi, id est in qua, conquiescerem, id est tranquillitatẽ animi inuenirem, & in cuius sermone & suauitate, scilicet sermonis & morum, ego deponerem, id est exuerem, & reiicerem omnes curas & dolores. Autem, id est sed, nunc scilicet post mortem filiæ, etiam illa quæ uidebantur consenuisse, id est antiquata & è memoria per longitudinem temporis delata. Recrudescunt, id est recentia rursus fiunt, & in priore ægritudine, hoc uulnere tam graui, scilicet de morte filiæ accepto. Non enim &c. Ordo est. Enim, id est quia, ut, id est quemadmodum, domus, id est familia, & præcipue filia excipiebat me, tum, id est tuncante mortem filiæ, & stante repu. mœstum.i. reuersum mœstum à repub. id est si quid aduersi in republi. uidissẽ, excipiebat inquit, quæ id est talis quæ, aut quæ id est, ut leuaret me, scilicet ab ea ægritudine, sic ego mœrens nunc domo propter mortem filiæ non possum confugere ad rempublicam, ut acquiescam, id est tranquillitatem animi accipiam, in bonis eius.

Itaq; & domo absum, & foro, quod nec eũ dolorem, quem à repu. capio, domus iam consolari potest, nec domesticum respu. Quo magis te expecto, teq; videre q̃primum cupio. Maior mihi ratio fore nulla potest, q̃ coniunctio consuetudinis, sermonũq; nostrorũ, quáq̃ sperabá tuum aduentum (sic enim audiebá) appropinquare. Ego autem cum multis de causis exopto te quamprimum videre: tum etiam, vt ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad vnius uoluntatem accommodandum, & prudentis, & liberalis, & vt perspexisse videor, nec à me alieni, & tibi amicissimi. Quod cum ita sit, magnæ tamen est deliberationis, quæ ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu, & beneficio quiescendi. Vale.

Ex. vi. Epistlo. Ego uero Serui uellem.

Quod cum ita sit, magnæ est tamẽ deliberationis, queratio sit ineunda nobis, non agendi aliquid, sed illius concessu, & beneficio acquiescendi. Val.

HVBER. ITAQVE. refert ex supradictis, ꝙ neq; iuuat eum esse domi, nec in foro. Domo. propter mœrorem filiæ, cuius est necesse me meminisse cum sum domi. Et foro. propter incommodum reipub. Quod. quia, & est ratio quare absit domo. Nec domesticum, ratio quare absit foro, quia nec in domo inuenit amplius consolationem de amissa repub. nec in foro habet consolationem amissæ filiæ: quia amissæ sunt dignitates, quæ potuissent ipsum consolari. Quo, propter quam rem. Magis, q̃ expectarem, si modo essem in hoc dolore. Nulla ratio. scilicet consolationis. Maior efficacior. Consuetudinis. conuersationis. Sermonum nostrorum collocutionum.

HVBER. Appropinquo Cõmẽtari APPROPINQVARE. propinquũ esse. Appropinquare non ad locũ hic, sed ad tẽpus refertur ut supra notauimus alio loco. De multis. propter multas. Tũ etiã. maxime. Cõmentemur. conferamus, colloquamur, disputemus. Cic. in Lælio de amicitia. cũ in hortos Decii Bruti cõmentãdi causa, ut assolet, uenissemus. Traducendũ agendũ, prætereundũ. Hoc tẽpore. quo respu. est in potestate Cæsaris. Vnius. Cæ. ut supra Adhuc sum in hac sententia nihil ut faciamus, nisi quòd maxime Cę. uelle uideatur. Et prudentis Cæ. Nec à me alieni. quia non me spernit, immo uidetur amare. Cũ ita sit.i. q̃uis ita sit ꝙ Cæsar neq; à me sit alienus, & tibi sit amicissimus. Magnę. consideratæ, & prudẽter, & diu cogitatæ. Ineunda. aggredienda, suscipienda. Non agendi. quia facultas agendi aliquid nobis erepta est. Quiescendi. uiuendi in ocio, ut in pri. libr. Ocium nobis ex optandum est.

PHI. DOMO absum & foro, ꝙ nec domi, nec in repu. aliquid iam consolationis inuenio, quod & filiã perdiderim, & rẽpublicã. Maior ratio. cũ multas attuleris rationes, ut hunc dolorem æquo aĩo ferã, nulla uidetur maior ratio afferri posse, q̃ quod primũ uenias & coniunctionẽ cõsuetudinis, & sermonũ nostrorum habeamus. Cõmentemur, meditemur, conferamus. Traducendũ percurrendũ. Hoc tẽpus. s. reipub. calamitosũ & in potestate Cæsaris positũ. Vnius. Cæsarẽ dicit. Videor. exigit elegantia sermonis latini, ut si dicamus uideor tibi benedicere, uideris mihi bene scribere, & ille uidet̃ mihi optime disputare, & uidemur nobis errare, uos mihi uidemini, illi mihi uidentur ludere, caue dicas uidetur tibi, & ego benedicam, uidetur mihi ꝙ tu bene scribas, & uidetur mihi ꝙ nos male agamus, & huiusmodi. Nec à me alieni. amabat eũ Cæsar atq; Cice. amicitiã habere uehemẽter optabat. Principio enim belli ciuilis hortatus est eũ Cæ. ut cũ ipso sẽtiret. Sed maluit cũ Põpe. uinci, q̃ cũ Cæsare uictorẽ esse, pulso ex Italia Põp. Romã profectus Cæsar multa de Cic. conquestus, tandẽ orauit ut Romæ uellet esse, cui Cice. respõdit, sibi adesse non posse, ubi quid sibi dicendũ esset, tacere oportere, respondit Cæsar super hoc deliberandũ, paulopost iterũ scripsit se illi ignoscere, quod non adfuisset, idq; in optimam partem accipere. Inde post uictoriã in Pharsalia, Cæsar in Italia redeunti Cice. apud Tarentũ factus est obuiã, quẽ Cæsar perhumaniter cõplexus est, & multa cũ eo locutus. Inde Romã se cõtulerunt, & quoniã sũma rerũ arbitrio unius tenebatur, Tulliꝰ ocio literario sese tradidit, & in uilla sua morabatur, in urbẽ non ueniebat nisi salutandi gratia, aut alicuius amici sui defendendi causa, ut pro Quin. Ligario, pro Deiotaro rege, pro M. Marcel. quos apud Cæ. ualde iratũ defendit. Illius concessu & beneficio, ut si quid concedit, aut donat nobis Cæsar in eo conquiescamus, nec aliud agamus, ut alibi dixit Tullius, adhuc sum in hac sententia, nihil ut faciamus nisi quod maxime Cęsar uelle uideatur.

ASCEN. ITAq;.i.& ita, ego absum, & domo, & foro, ꝙ.i. quia, nec domus potest iã consolari.i. consolando leuare,

eum

eum dolorẽ quem capio à repub. nec reſpublica poteſt cõſolari dolorẽ domeſticũ. i. quẽ capio domi ob mortẽ filiæ, quo, id eſt quocirca, ego expecto te magis. ſ. q̃ expectarẽ, ſi aliunde conſolationem inuenirem, & cupio uidere te quamprimum. i. ualde cito. Maior, ratio ſcilicet ad conſolationem nulla poteſt afferri mihi, q̃ conIunctio cõſuetudinis. i. frequẽtis cõuerſationis, ſupple tuæ, & ſermonũ tuorũ, q̃q̃. i. tametſi, ſperabã aduentũ tuũ propinquare, audiebam enim ſic. Ego autem cum. ſ. ita ſit ꝙ exopto te uidere q̃primũ, de multis cauſis. i. ob multas cauſas, tum. i. multo magis, etiã ut cõmentemur. i. comminiſcẽdo diſquiramus inter nos, ante. ſ. q̃ tẽpus, aut opportunitas elabatur, qua ratione. i. uia & modo, hoc tempus ſit traducendum. i. tranſigendum nobis, quod tempus eſt accommodandum. i. conformandum totum ad uoluntatem unius. ſ. hominis. utpote Cæſaris & ptudentis, quia modeſte & ſagaciter uſus eſt uictoria, & liberalis, quia clementer multis etiam gratis ignouit, & ut uideor proſpexiſſe. nec. i. non etiã alieni à me, quia Cæſar Ciceronem monuerat, ut à bellis ciuilibus abſtineret, & poſt uictoriam eum ſæpe amice ad curiam inuitarat, & amiciſſimi tibi, quia ſæpe abſentem laudarat. Quod cum ſit ita, tamen eſt magnæ deliberationis, quæ ratio ſit ineunda, id eſt incœptanda nobis, non agendi aliquid, ſed quieſcendi, conceſſu, id eſt, per conceſſum, & beneficio, id eſt, per beneficium illius, ſcilicet Cæſaris. Vale.

HVBER. Suaſoria.

M. T. C. M. Marcello. S. P. D. Epiſt. 7.

TSi. M. Marcellus qui colléga Ser. Sul. fuérat in conſulátu initio bellórũ ciuilium, tunc partes Pomp. maximè ſecutus eſſet, & adiuuiſſet. Poſtea uicto Põ. Phaſarlico prelio, cõtúlerat ſe Athenas, ubi cõſtitúerat ágere exilium perpetuum, quia putâbat ſe non poſſe eſſe tutum Romæ, quia Cæſaris aduerſarius fuiſſet. Verum cum iam Cic. & pleriq; alii iam eſſent reſtitúti in patriam concedente Cæſare, Cic. id agébat, ut. M. quoq; Marcellus reſtituerẽtur, quod quidẽ Cæ. iam promiſerat ſe conceſſurũ, licet díceret ſe adhuc habére ſuſpectã uoluntatem Marcelli. Marcellus uero perſtâbat in propoſito uelle omnino abeſſe Roma, & ut uitâret pericula, quæ ſibi Romæ eſſent, & ne uidéret oppreſſionem reipub. Itaque Cice. hac epiſtola nítitur perſuadére ut omnino redeat in patriam, exíſtimetque ubicunque ſit ſe eſſe ſub poteſtáte Cæſa. & quòd ſi nõ uíderit oppreſſionem reipu. & tyránnidem Cæſa. cogétur tamen audíre, in quo non erit multo minor dolor. Ne autem indignétur Mar. ꝙ Ci. ei cónſulat, laudat Ci. in principio epiſtolæ & prudentiã, & conſiliũ eius, quod & ſi hucuſq; honeſtum fuit, tũ nunc mutandũ dicit. Adhuc. hucuſq;, Eo conſilio. ut. ſ. abeſſes a patria. Quin. ut non. Diſſentiam ab eo: quia re uera diſſẽtio, neq; mihi placet. Sed ꝙ. ratio qua non laúdeat id reprehéndere, cum einõ placeat. Ea ſapientia, tali ſapientia. Non anteponam tuo. modo exiſtimẽ eſſe melius tuo, quia puto te multo ſapientiorem eſſe q̃ me, & licet non probem tuum conſilium, exíſtimo tamẽ nõ ſine cauſa à te ſapientiſſimo uiro eſſe ſuſceptum. Tamen. licet non audeam reprehéndere tuum conſiliũ. Vetuſtas, antiquitas, quia iam multis annis eſt inchoáta. Cice. in Lælio de amicitia: máxima eſt enim uis uetuſtatis & conſuetudinis.

Adhuc
Quin

HVBER. ¶ QVAE Beneuolentia tua erga me. Hortata eſt. induxit, quia tenemur quęrere utilitatẽ ei⁹ a quo amamur.

Conduco Condúcere. utilia eſſe, condúco. n. datiuo iunctum ſignificat prodeſſe, & utile eſſe. Non aliéna. non abſurda. A dignitate. ſ. tua, quã exiſtimârẽ nõ eſſe cõtra dignitátem & honórem tuũ. Nã conſilia oía debent reſpícere non ſolùm utilitátẽ amíci, ſed honeſtátẽ, quæ duo dicit Cice. à ſe ſeruáta. Ego. laudat Cic. prudentiam M. Mar. & conſilia, quibus uſus eſt, & ante bella ciuília, & in ipſis bellis, ut faciliùs perſuádeat quod ei faciendum ſit poſt finem hórum bellórum ciuilium. Conſulátum. in quo habet collégam, ut díximus Serui. Sulpi. Pręclarè. optime.

PHI. ETſi eo. Poſt uictoriã Cęſar. è bello ciuili aduerſ⁹ Põ. Põpeiani diuerſa cõſilia ſecuti ſunt, quibuſdã renouâre bellũ, quibuſdam pati ſub Cæſare ſeruitutẽ uiſum eſt, quibuſdã neutrũ plácuit. Inhac extrema ſorte Marcellus numerâri póterat, qui neq; Cæſari obedíre, neq; aduerſâri decréuerat, ſed oino carére pría & domo & quietè uíuere ſi poſſet í exilio. Quod cũ Ci. accepiſſet, has ad eũ lras miſit, quibus uehementer hortâtur domi, & in patria eũ malle uíuere, q̃ in externis locis. Athenas. n. ſe cõtúlerat, & ibi ꝓpetuo in exilio ꝓmanére decréuerat. Putâbat. n. Romæ. ſ. nõ poſſe, ꝓpter Cæſarem tutò uíuere, à cuius ſnía ſemꝑ fuerat aliénus. Demũ qđ ipſe facit, idẽ Marcello faciundũ cenſet, nõ ut aliquid agât, ſed Cæſaris cõceſſu & bñficio cõquieſcant. Nec amplius dubitâbat Túllius de Cæſaris uolũtate erga Marcellũ. Nã ei, ꝓmíſerat uelle Marcello párcere. Ex quo illi ꝓſuadére conâtur ut rédeat, putetq; ſeip̃m ubicũq; fuerit ſub poteſtáte Cęſaris eſſe manſurũ. Eo conſi. ut Romæ eſſe nolis. Non au. ꝓpter authoritatẽ & ſapientiã tuã, cũ tũ reprehendendũ ſit. Laudat. n. hãc ob cãm Marcelli conſiliũ, ne indignũ putet à Cicer. ſibi dari cõſiliũ, cũ ipſe maximi conſilii atq; ſapientiæ eſſe dicerẽt. Quod te. qđ nõ à conſilio tuo diſſẽtiã, ꝙa uere diſſentio, uidẽtur. n. mihi te Romæ debere uíuere cũ tuis. Et aĩaduerte, ꝙ in hoc exordio ad beneuolentiã, & attẽtionem colligendã multa dicũtur. Sapientia eſt humanárũ atq; diuinárũ rerũ ꝓfecta ſcientia, quã græci σοφίαν dícunt. Non antepõnã. præferã, quoniã te lõgè ſapientiórẽ exíſtimo, q̃ me ipſũ, & quis cõſiliũ tuũ nõ ꝓbem, tũ illud à te uiro prudẽtiſſimo nõ ſine cauſa ſuſceptum puto. Vetuſtas. hæc máximã in amicitia uim habet, & cariores eſſe dicuntur amici uéteres q̃ nouí. Ex quo Sátyrus inquit. Quãuis digreſſu uéteris cõfiſus amici. Amicitiæ

Sapientia
Sophia græcè.

citiæ. inter amórem & amicitiam hoc intereſt, quòd amor in eos eſſe poteſt, quos etiam neſcímus & nunquã uídimus. Amicitia uero non niſi inter eos, qui ſe nôrunt. Eſt enim amicitia reciprocus quidam animorũ affectus, & utrunque nomen ab amando deductum eſt, & antiqui amicitiam per e dicebant, & amecũ & benéuolum. Saluti tuæ. attentum facit. Condúcere. utile eſſe, datiuo iunctum. Non ali. di. cõtraria honóri tuo. Duo dicit útile & honeſtum, de quibus áliter philóſophi ſéntiunt, áliter qui reipub. ſtudent, & in ciuitate uerſantur. Socrates inquit nihil eſſe útile, quod non honeſtum ſit, & nihil honeſtũ, quod non utile eſt, & apud ſtoicos diſputatio. καλὸν, hoc eſt quod honeſtum ſit id ſolum bonum eſſe. Id enim per ſe ſolum placet nulla adiuncta gratia. eſt aliud honeſtum, quod medium appellâtur, quod eſt cum utilitáte coniunctum. Tertia eſt cõmoditas quædam, quæ ſolum lucris ſtudet, omni depulſa honeſtáte, philoſóphicum, quod dícimus honeſtum ſoli uirtuti intentum eſt, omni adiecta utilitáte, hic ergo uult perſuadére Marcello non illud honeſtum, quod philoſophicum eſt, non cõmoditátem, quæ ad peritos homines pértinet, ſed illud medium, quo díximus honeſtum & utile, quod in ciuitáte uerſatur. Sunt autem quædam uerba, quæ nec omnino ſunt perſonália, nec omnino impersonalia, ut iuuat, decet, oportet, & conducit pro utile eſt. Dúcerem. exiſtimarem. Virgi. Tanto me crimine dignum duxiſti. Cicero in Verrem. hoc ſibi amplíſimum pulchérrimúmque ducébant. Ego eum te eſſe, laus à prudentia, cuius pars eſt prouidentia, per quam aliquid futúrum uidémus antequam factum ſit. Laudat enim Marcelli conſilium atque prudentiam, quibus in bello ciuili eſt uſus, ut illi quid poſt bella ciuília faciendum ſit, faciliùs perſuadére poſsit. Conſulátum. conſul erat quando, ut ait Tranquillus in uita Cæſaris, rétulit ad ſenatũ, ut Cæſari ante tempus ſuccederẽtur. Præuíderat enim Marcellus quorſum illa ténderent, quæ Cæſar faciébat, omnes enim quos póterat beneficiis aſtringébat uel libertos & ſeruos, quib⁹ planè palam bello ciuili opus eſſe dicébat, reges quoque & prouincias per orbem alliciébat beneficiis, & exornábat precipuis ópibus, ex quo omnes cœpérunt eſſe attoníti. Collégam habuit in eo conſulatu Sulpitium.

Ducere

ASCEN. ¶ ETſi &c. Marcellus colléga Seruii Sulpitii in conſulatu, Pompeiánas partes ſecũtus, poſt Pharſálicã cladẽ ſe Athenas cóntulit, ut ibi réliquum uitæ ágeret, uerũ cum Ci. & alii multi pro eo intercelsíſſent, annuit Cæſar, modò ille rédire uellet, quod ut uelit, nunc agit Cic. hac epiſtola dicens. Etſi ò Marcelle, ego intélligo te uſum adhùc. i. in hoc uſq; tẽpus, eo. i. tali conſilio, ut non aúdeã reprehéndere id, nõ quin. i. ꝓ non ipſe. i. ego diſſéntiam, ab eo. ſ. conſilio tuo, ſed quòd iúdicem te eſſe ea ſapiéntia, ut non antepõnã tuo conſilio, meum. ſ. conſiliũ, tamen uetuſtas amicítiæ noſtræ, & ſumma beneuoléntia tua erga me, quæ cógnita eſt mihi iam à puerítia tua, non dicit mea, quia minor erat Marcellus, hortâta eſt me, ut ſcríberem ea ad te, quæ arbitrárer conducere. i. utília eſſe, ſalúti tuæ, & quæ dúcerem. i. exiſtimárem, eſſe non aliéna à dignitáte tua. i. nihil factúra contra dignitátem tuam. Ego mémini præclarè. i. egregiè te eſſe eum. i. talem, qui uíderis ínitia hórum malórum multo antè, ſcilicet quàm euenérunt, & qui géſſeris conſulátum magnificentiſsimè, atque optime.

Ordo.

¶ SED idem, id eſt ego idem, qui mémini ſupradicta. Vidi illa, ſcílicet quæ ſequuntur, ordo eſt, ſed ego idem uidi illa te neque probare conſilium belli ciuilis ita gerendi, nec copias &c. Cõſilium. modum. Ita. ſic ut geſtum eſt. Copias. exercitũ. Sic enim ſignificant in plurali. Salu. Ingẽtes hoſtiũ copias parua manu fuſas. Virg. tamen metri cauſa dixit. Quæ ſit me circũ copia luſtro. Neque copias. ſ. quas habẽret minóres, quæ tanto bello eſſent neceſſariæ. Genus exércitus: qui magis eſſet ex togatis imperítis belli, & ex Cappadócibus, & Aſiánis, & omnibus peregrínis, quàm ex milítibus Itálicis, cum Cæ. habẽret robur mílitum exercitatíſsimórum, quod non placébat Mar. Te non probáre. te non laudáre, tibi non placére. Diffidere. ſubaudi & mémini te diffidere, id eſt nullam habére fiduciam uictoriæ Pompeianæ propter ſupradicta. Summè. ualdè. In qua ſententia. in qua opiníone, ꝙ Pomp. non eſſet futúrus uictor. Te tenére memoria. te meminiſſe quia tecum communicábam. Itaque. quia neque probábâmus exércitum Pomp. & ſemper diffidebâmus. Rebus gerendis. quia poſtquam uidiſti malè credere Pom. diſceſsiſti à bello. Egi ne interéſſem. non negat ſe interfuiſſe, ſed egiſſe ne interéſſet ſi potuiſſet. Quibus. rebus. Conſilio. authoritáte, hæ ſunt res, quibus dicit ſe potuiſſe ualére, & conténdere cum Cæſa. ſi his rebus eſſet pugnatum ſed pugnabátur uiribus corporis, quibus longe erant inferiores, Cæſarianis exercitatis, & induratis multis, & diuturnis bellis. Cauſa. honeſtati cauſæ, qua potuiſſémus eſſe ſuperióres, quia nos, pro repub. illi contra rempu. pugnábant. Lacertis. ſubaudi pugnabâmus. Pares. ſcilicet noſtris hoſtibus, id eſt æquales, & apti ad reſiſtendum. Igitur. propter ſupradictam cauſam, quia pugnabâmus uiribus, & lacertis, quibus non erámus pares hoſtibus, non authoritáte, & cauſa, quibus erâmus ſuperióres. Aut ſi. quaſi correctio eſt, quia occurrébat uirtute non poſſe uinci, ideo dixi. Fracti, quaſſati, debilitáti. Virgil. Fracti bello fatiſque repulſi. Idem. Fractæ uires auerſa deæ mens. Certe. ſaltem. Abiecti. in contemptum deducti & humiliáti. In quo. in qua re. Nemo poteſt non laudáre. i. impoſsibile eſt quin omnes laudent. Abiecíſti. depoſuiſti. Cupiditátem certandi. uoluntatẽ pugnæ, quia diſceſsiſti à bello. Cum ſpe uincendi, cum nõ ſperáres uictoriã poſſe amplius Pom.

Amor
Amicitia
Cõducere
Copiæ
Summe
Certe
Fracti

coniungere post cladem Pharsalicam, ergo sic intelligendum est, quòd cum spe uincendi abiecisti decertandi cupiditatem, id enim est sapientis, quod declarat cum dicit. Ostendisti sapientem, & bonum &c. Inuitum. non libenter sed officio coactum. Extrema. finem bellorum. Non libenter. ne bellum uideatur potius susceptum cupiditate quàm officio. Idem quod tu, scilicet non persequendi libenter extrema belli. In duo genera. in duas conditiones.

PHI. ¶ VILLA uidi te, scilicet non probare ciuilis belli consilium, non Pompeii copias, non denique genus exercitus nostri, & in eadem ego sententia permanebam. Vidimus enim multo ante quod nunc patimur, unde factu est à nobis, ut tu non multum interfuisses, & ego ne interessem semper fugissem. Copias. ad bellum impares, quod instabat. Genus exercitus. ex barbaris nationibus coactum, & ex tyronibus Romanis, apud Cæsarē uero firmissimus militum apparatus, & ex hoc meritò diffidere. Exercitus uero istorum genera cuiusmodi fuerint, Luca. ostendit. Summe. uehementer. Qua in sententia. quod Pompeiani futuri nō essent uictores. Memoria tenere. te meminisse, & in memoria habere, quòd plus est quàm scire. Nam quæ scimus obliuisci possumus, quæ uero memoria tenemus nunquā amittimus. Sane notandū apud Cicero. sic dici memoria teneo, nō memoriter, quo tamen dicendi modo usus est Plinius, ut tu facilimè iudicabis, qui tam memoriter tenes, & ecōtrario, dico, narro, recito memoriter dicimus nō memoria, ut Ci. multa narrare de C. Lelio socero suo memoriter, & iucundè solebat. Repetere tamen & cōplecti memoria, & memoriter dicimus. Ci. si memoria repetere uolumus, quæ didicimus, & Liui. memoriter omnia complecti poterat. Caue dicas, aut menti, aut mente tenus, ut quidam inepti dicunt, ut didici menti, & habeo mente tenus, quem sermonem omnino latinitas fugit. Itaque tum non probando nostrum exercitum, tum etiam diffidendo copiis nostris. Interfuisti. id uerbum datiuo iunctum præsentiā significat. Rebus gerendis. bellis ciuilibus. Egi. conātus sum, non penitus dicit se non interfuisse, sed se conātum fuisse ut non interesset. Non enim. ratio est cur Cic. non interfuit bellis ciuilib⁹. His rebus. scilicet consilio, authoritate, & causa, quibus potentes erāmus, & est articulus. Iustior enim erat causa nostra q̄ Cæsaris, & maior authoritas, & non minus consiliū. Sed lacertis & uiribus. armis. Pares. Pompeiani Cæsarianis. Victi sumus. cum pares Cæsari in bello non erāmus uicti sumus, & in Pharsalia huiusmodi calamitatem duce Pomp. senatus accepit, ubicunque ponimus ergo uel igitur necessariò conclusionem ostendimus, & ad breuiores pertinent conclusiones quàm illa. Quare, quapropter, quamobrem. Fracti. debilitati, ut Fracti bello fatisque repulsi. Dignitas. Stoice magis quàm ciuiliter dixit, ut in Parado. de. M. Regulo, quomodo corpus eius caperetur, certè ipse capi non potuit, & est correctio cum spe uincendi, cum spem non haberes posse uincere, pugnandi etiam cupiditate abiecisti, non enim multum rebus gerendis interfuit. Sapienti. quoniam uidebas non posse uincere. Bonum ciuem. cui bella displicerent. Inuitum suscipere. aliquantulum interfuit, sed inuitus & exemplum de se dedit sapientis & boni ciuis. Extrema. libenter non prosequi. Ad illud, quod ait certandi cupiditatem cum spe uincendi abiecisse. Non idem consilium. ut cupiditatem certandi cum spe uincendi amitterent, & quod erat medium sequerentur ut tu.

ASCEN. ¶ SED sup. ego idem uidi, id est animaduerti etiam illa, uidelicet, neque probare, id est approbare & laudare, consilium belli ciuilis gerendi, ita ut gestum, neque copias, id est potentias exercitus, nec genus exercitus Cnæi Pompeii. & diffidere semper, summè, id est summoperè, id est in qua sententia ego arbitror te tenere memoria, me quoque, id est etiam me fuisse. Itaque, id est & ita, neque tu interfuisti multum rebus gerendis, & ego egi semper id, ne interessem, scilicet rebus bellicis gerendis. Enim, id est quia, nos nō pugnabāmus, id est certabāmus, iis rebus, quibus poterāmus ualere, uidelicet consilio, authoritate, causa, quæ. s. tria dicta erant superiora, id est meliora & priora, in nobis, sed sup. pugnabāmus, id est pugnabātur. Lacertis, id est robustis brachiis, & uiribus, quibus non erāmus pares. Igitur quia pares non erāmus uicti sumus, aut si dignitas non potest uinci, nos certè sumus fracti, id est debilitati, & abiecti. In quo nemo potest non laudare, id est quisq; cōgitur laudare maximè consilium tuum, quòd abiecisti cum spe uincēdi etiam cupiditatem certandi, & ostendisti, scilicet per factum tuum, ciuem sapientem & bonum suscipere inuitum initia belli ciuilis, & non persequi libenter extrema, in quibus est multorum innocentum trucidatio, ut uictor securior uiuat. Ego uideo eos qui non sunt secuti idem consilium quod tu, scilicet secutus es, esse distractos. s. diuisos in duo genera.

HVBER. ¶ AVT enim. primum genus. Conati sunt, id est frustra tentauerūt. Nam conari proprie est frustra aliquid tentare, & aggredi. Virgi. Ter conata loqui. Niti autem cum effectu, licet interdum confundantur. Iuue. Quid tanto dextro pede concupis, in te conatus nō pœniteat notique peracti. Renouare, instaurare, quod uidebatur iam finitum morte Pomp. In Africam, cum Catone ad Iubam regem, apud quem reparatæ sunt uires & animi exercitus. Contulerūt se, receperunt se, id est iuerunt. Aut. alterum genus. Quemamodum nos. sicut ego Cic. Medium. quia noluisti renouare bellum nulla spe uictoriæ, nec existimare te uictum. Qui. reddit rationem utriusque. Hoc. scilicet existimare te uictum. Humilis. abiecti, uilis, sicut fuerunt Marc, & Cato. Illud. scilicet renouare bellum nulla spe uictoriæ. Pertinacis. obstinati, sicut Scipio socer Pomp. & plerique alii. Duceres. existimares. Fateor. descendit Cice. paulatim ad persuadendum ut iam uelit flecti, & discedere ab eo proposito, & Romam reuerti, præsertim cum tempus adiuuet hanc mutationem consilii. A plerisque. à multis. Vel dicam. correptio capiens; quia existimasti sine spe uictoriæ esse pugnandum. Magni ac fortis. quia nunquā tū existimasti te uictum. Ista ratio. ista

Conari
Niti
Renouare

Aut enim renouare bellum conati sunt, hiq; se in Africam contulerunt: aut quēadmodum nos, victori sese crediderunt. Medium quoddam tuum consilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres, illud pertinacis. Fateor à pleriſq; vel dicam ab omnibus, sapiens tuum consiliū: à multis etiam magni, ac fortis animi iudicatū. Sed habet ista ratio, vt mihi quidem videtur, quendam modum: præsertim cum tibi nihil deesse arbitrer ad tuas fortunas omneis obtinendas, præter voluntatem. Sic enim intellexi, nihil aliud esse qđ dubitationē afferret ei, penes quē est potestas, nisi q̄ vereretur, ne tu illud beneficiū oīno nō putares. De quo quid

sentiam,

sentiam, nil attinet dicere: cum appareat, ipse quid fecerim. Sed tamen si iam ita constituisses, vt abesse perpetuo malles, quàm ea, quæ nolles, videre: tamen id cogitare deberes vbicunque esses, te fore in eius ipsius quem fugeres, potestate.

uia tui propositi, siue consilii supradicti. Quendā mō dum quēdam terminum, ne minus progrediatur. Præsertim. ratio ualidissima ad mutandam rationem illius cōsilii. Omnes fortunas. patrimoniū & dignitates tuas. Præter uoluntatem. s. tuam, id est nihil deesse tibi, nisi ut tu uelis, quia Cæsa. est paratissimus omnia tibi restituere. Ei. Cæsa. Penes quem. in arbitrio & dominio cuius. Nam penes cum ad personam refertur, & dominium & laudem & uituperationē significat. Cice. penes quos laus adhuc fuit. Quintil. Culpa uideatur penes patrem. Ouid. 1. Fastorum. Me penes est unum uasti custodia mūdi. seruit etiam loco. Cic. Sed penes scænam, & huiusmodi locos exercitatus sis, id est apud scænā, apud tamen locis melius seruit, ut apud forum te uidi. Iuue. Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ, & cum ad personā refertur familiaritatem significat non dominium, ut fui apud te, id est tecum uel domi tuæ. Quod uereretur. timeret. Ne non putares, id est ut nō putares. Illud beneficium, scilicet quòd te restituisset in patriam. De quo. de qua re, utrum debeas putare illud esse beneficium uel non. Nihil attinet. nil opus est. Quid sentiam. quid iudicem. Appareat. omnibus sit notum. Quid fecerim. quia reuersus sum in patriam, & quod ipse feci potes existimare me aliis esse suasurum. Sed tamen. iam incipit confutare obiectiones quas posset facere Mar. & primum quod constituerit abesse ne uideat Ro. ea quæ sine maximo dolore uidere non posset, hoc est rempub. quæ solebat esse libera, nunc esse in potestate tyranni. Perpetuo. semper. Malles. potius uelles. Quā ea. seruitutem patriæ & esse Ro. sub potestate Cæsa. & similia. Tamen. aduertendum est alterum tamen uacare in sensu. Vbicunque esses. quia iam fere uniuersus orbis est ei subiectus. Eius. ipsius Cæsa.

Apud
Modus
Penes

PHI. ¶ AVT enim. expositio duorum generum quæ dixit. Conati sunt. frustra tentauerunt, ut Ter sunt conati imponere ossam pelio. Renouare bellum. id unum est quod dixit genus, quo in genere scipionem & Iubam accipimus, & omnes qui eos secuti sunt, quos in Africa, ut ait Tranquillus, refouentes Cæsar deuicit, & Pompeii liberos in Hispania, cum quib⁹ ancipiti fortuna dimicauit, adeo, quod desperatis rebus de asciscenda sibi morte cogitauit. In Africam. ut Scipio Iuba & Cato uticensis. Nam apud Iubam regem reparatæ sunt uires non parui exercitus contra Cæsa. ut Pompeii filii in Hispania, & an ipse Pompeius in Alexandrinam fugiens ab Ptolomæo fuerat iussus occidi. Aut se uictos. alterum genus. Nos, ego Tullius & quidam alii. Mediū tuum consilium, quod nec te uictum penitus credidisti, nec bellum cum aliis renouasti. Qui. ratio est. Hoc. humilis animi, abiecti & uilis credere & fateri te uictum. Illud pertinacis. renouare bellū aduersus Cæs. Fateor. laudat illud Marcelli consilium, quod medium fuisse diximus, & ei suadet ut iam redeat, argumēta sumens ab utili & à tempore, uel dicam. Sapiens. quòd interesse noluisti. Magni. quòd mediū secutus. Ista ratio. qua tu motus es, & uia supradicti consilii. Modum, mensuram, ne protendat ulterius. Præter uoluntatem, quod tu non uis, nam si uelles haberes omnia à Cæsare. Ei. Cæsari. Penes quem circuitio ad Cæsarē significandū. Beneficium. ut teipsum in gratiā, & beneuolentiā acciperet. Cum appareat ipse quid fecerim, à consilio q̄ ipse secutus est, damnat Marcelli consiliū, qui non idem faciat. Consilium autē Ciceronis fuit non agendi aliquid in repub. sed Cæsaris concessu & beneficio quiescendi, & in patria permanendi. Sed tamen argumentum à necessario, & est confutatio obiectionum, quas M. facere potuisset, uel in primis, quòd abesset ne ea uideret Romę, quæ sine dolore uidere non posset, & iacentem rempublicam. In eius ipsius potestate. dominatione Cęsaris, ut alibi ubicunque es in eadem es naui, cum ferme totus orbis seruiat Cęsari.

ASCEN. ¶ AVT enim conati sunt renouare bellum, scilicet contra Cæsarem, ut Cato Vticensis. Iique, id est & ii, contulerunt se in Africam ad Iubam regem, aut crediderunt se esse uictos quemadmodum nos sup. credidimus, hoc est ego credidi. Non enim, licet ad Marcellum loquatur, Marcellum demonstrat, quod nouum uideretur ignorantibus in prima persona licere pluraliter de uno loqui, in secunda non licere, quod autem Marcellum non demonstret, patet ex eo quod subdit. Consilium tuum fuit quoddam mediū, quia neque se plane uictū fatebatur, neq; renouare bellum probabat, utpote qui duceres, id est existimares fortasse hoc, id est posterius dictum, scilicet se uictum fateri sup. esse animi humilis. i. abiecti, illud. s. renouare bellum pertinacis. s. animi esse. Fateor tuum consiliū iudicatum, sup. esse à plerisque, uel dicam ab omnibus. sapiens. i. sapientis hominis, & à multis etiam, id est insuper sup. iudicatum esse, animi magni ac fortis, quod ad eam rem plus facit. Nam sapiens inquantum sapiens, sapit quid faciendum, magnanimis & fortis, quod sapit, audet. Sed ista ratio, id est consideratio consilii tui, habet, ut quidem uidetur mihi, quendam modum, id est quandam mensurā, aut formam faciendi, præsertim cum arbitrer nihil deesse tibi. Præter uoluntatem ad obtinendas omnes fortunas, id est opes tuas. Ego enim intellexi sic, uidelicet, nihil aliud esse, quod afferret dubitationem ei, scilicet Cæsari, penes quem est potestas, nisi quòd uereretur ne, id est ut tu non putares, id est æstimares omnino, illud, scilicet recipere fortunas tuas, beneficium, sup. esse. De quo, scilicet consilio tuo quid sentiam, nihil attinet dicere, cum appareat, quid ipse, id est, ego fecerim, quasi dicat non uidear aliud consulturus quàm ipse fecerim, recepi autem fortunas meas à Cæsare. Sed tamen si tu cōstituisses, id est proposuisses iam ita, ut malles abesse, scilicet ab urbe, perpetuò, quàm uidere ea quæ nolles, tamen tu debes cogitare id ubicunq; es, quia tunc fere mundi monarcha erat Cæsar, te fore in potestate eius, quem fugeres, id est fugere uelles.

Lacertus
Pares
Pares
Pares

Universidad de … Biblioteca

bus & uiis & mœnibus & cætera fabrica tantũ alias excellit,ut nullam ei æqualem nedum præstantiorẽ proferre ualeamus,mira est eius iustitia, & diligentia cum circa reliquam reipu. gubernationem, tum circa res uenales,quibus multo tempore mari dominata est,& pyratas sustulit,& Ro.amica fuit, & regibus Ro.ac Græcorum amicissima.Nam per eos libera mãsit,& multis donis fuit exornata,dicta autem Rhodos quòd capulo rose illic inuento sit ædificata. Nam ῥόδος græce rosa dicitur.Complexa sit.comprehenderit, ut totus fere orbis sub eius imperio fuerit. Quem ue. quẽ timemus. Mauis.potius uis,id est optius debes uelle. Alienæ, scilicet domi. Equidem.alia suasio multo afficacior,quòd si etiam esset certus nõ posse uiuere sine periculo,uelle tamẽ potius mori in patria sua quàm in aliena. Oppetenda m.obeunda,id est si mihi esset moriendũ. Externis. peregrinis. Sentiunt. idem quod ego nũc suadeo tibi. Quorum, scilicet qui te diligunt. Rationẽ. respectum,cur tibi hæc suademus. Rei fami.patrimonii & bonorum tuorũ. Dissipari. dispergi. Perpetua: quia si quicquam amitteres, statim recuperares. Propterea. ratio quare res familiaris non possit accipere iniuriam,quæ sit futura perpetua. Is.scilicet Cæs. Patitur.permittit,immo prohibet. Prædonum. latronũ, raptorum, qui in huiusmodi tumultibus & mutationibus rerum gaudent diripere domos diuitum,& maxime eorum,quos putant suspectos Cæsa. Qui essent hi prædones. Considerem. certus essem. Hic.in hoc, ut Romã uenias. Solicitudines.curæ. Proximi.post Mar. quia post eum nullus est qui maiore cura de te afficiatur quàm ego. Tardiores.segniores ad precandũ Cæs. Quod, ratio, nõ enim satis cõmode possumus esse deprecatores alterius apud eum apud quem necesse fuit adhibere deprecationem pro nobis,quod se fecisse Ci. dicit. Non habemus ius a. non possumus eum adire, cum opus fuerit nobis deprecatore apud eum. Gratia fauore. Quantum uicti. qui parum possunt. Studio. prompta uoluntate. Consilio. quo possumus eum iuuare. Marc.fratri tuo, qui sæpe communicat mecum de tuis rebus. A reliquis. præter Marc. fratrem. Non adhi.non uocamur ad res tuas,neque consulimur. Ad omnia.quæ pro te fieri possunt.

PHI. ☞QVI. Cæsar.argumentum ab utili quo probat omnino Marcellum reuerti debere,etiam si Cæsar contentus esset,ut ibi uiueret Marcellus ubi uellet, deberet tamen eligere Romæ uelle uiuere potius q̃ extra. Fortunę Fortunis tuis. numero pluratiuo diuitias, & opes accipimus. Mitylene Cuiusmodi.uel perdita uel salua. Mitylenis.has posuit pro omnibus locis externis, inter Metymnam & Maliam iacent ciuitates,maxima est insula in Aegeo, quæ & Lesbos dicitur,æolicarum urbium Metropolis, & duos,ut Strabo dicit,portus habet, quorum australis clausus est, & quinque triremium ac nauium capax, borealis uero magnus est, ac probus aggere protectus, clarissimos uiros habuit, inter quos Pyttacum fecit è septem,& Alceus poeta,& Atimenides Alcei frater,& Sappho poetica,Diophanes orator, Potamon, Lesbos, Crenagoras,& Theophranes rerum scriptor, Pompeii familiaris, & ab eo ciuitate Romana donatus .Rhodi. Rhodos Idem Strabo dicit urbem esse super orientali promontorio posita,& portubus,uiis,& mœnibus, & cætera fabrica tantum alias excellit,ut nulla ei æqualem nedum præstantiorem proferre ualeamus,mira est eius iustitia & diligentia,cum circa reliquam reipublicæ gubernationem tum circa res nauales, quibus nullo tempore mari dominata est,& pyratas sustulit,& Romanis amica fuit,& regibus Romanorum, ac Græcorum amicissima. Nam per eos libera mansit,& multis donis fuit exornata,à græco uocabulo dicta Rhodos,quæ rosam significat,quam in fundanda ciuitate conditores inuenerunt.Late pateat per totum orbem terrarum,& ubicunque es in eadem es naui,& necubi securius esse poteris quàm in patria. Equidem. aliud ad suadendum efficacius argumentum,quorum magna multitudo,scilicet illorum qui te diligunt. Rei fami.rerum domesticarũ. Rationem.considerationem. Nam & si.laus Cæ.à benignitate,iustitia,clementia.& ait ꝙ Cæsa.non pateretur ꝙ inimici tui res tuas caperent,unde nulla unquam iniuria in rebus tuis regnante Cæ.posset esse perpetua & lõgo tempore duratura. Qui te.remp.circuitio Cæsa. Hoc te.ut Romam uenias,& est argumentũ à pietate in suos,ut si rationibus moueri nõ posset pietate moueretur & lachrymis Marc.fratris sui.erant.n.duo germani fratres.M.Cla.Marcel.qui consul fuit,& C.Cla.Marcel.qui octauiã neptẽ Cæs. duxerat uxorẽ proximi post.C. Marcel.Nullus.n.post illũ tãta cura afficiebatur q̃ Ci. Quod ius ad.nõ ha.Ratio est quare tardiores ad orandum

nonne mauis sine periculo domi tuæ esse, quàm cum periculo alienæ? Equidem etiam si oppetenda mors esset,domi,atq; in patria mallem, quàm in externis, atq; alienis locis. Hoc idem omnes,qui te diligunt, sentiunt: quorum est magna pro tuis maximis,clarissimisq; virtutibꝰ multitudo. Habemus etiam rationem rei familiaris tuæ, quam dissipari nolumus. Nam & si nullã potest accipere iniuriã, quæ futura perpetua sit, propterea quod neque is,qui tenet rempub.patietur,neq; ipsa respub. tamen impetum prædonum in tuas fortunas fieri nolo.Hi autem,qui essent,auderem scribere, nisi te intelligere confiderẽ.Hic te vnius solicitudines, vnius etiam multæ & assiduæ lachrymæ C.Marcelli fratris optimi deprecantur: nos cura, & dolore proximi sumus: precibus tardiores, quod ius adeundi, cum ipsi deprecatione eguerimus, non habemus. Gratia tantum possumus,quantum victi. Sed tamen consilio,studio, Marcello non desumus. A tuis reliquis non adhibemur: ad omnia parati sumus. Vale.

☞Ex.xvii.Epistola.Et si eo te adhuc consilio.

In quo tuum consilium nemo potest nõ maxime laudare,quod cum spe uincendi, simul abiecisti & certandi iniquitatem, ostendistique sapientem, & bonum ciuem initia belli ciuilis inuitum suscipere,extrema uero libenter non prosequi.Qui si facile passurus esset,te carentem patria,& fortunis tuis quiete,& pacifice uiuere. Hoc te etiam unius solicitudines,unius multæ etiam & assiduæ lachrymæ.C.Marcelli fratris optimi deprecantur.Nos cura,& labore proximi sumus,precibus tardiores, quod ius abeundi,cum ipsi deprecatione eguerimus non habemus.

dum Cæsarem,quoniam opus fuit pro re sua apud Cæ.deprecatore. Adeundi.conueniendi Cæsaris. Gratia. beneuolentia & fauore Cæsa. erga M. Quantum uicti. hoc ait, tantæ sumus authoritatis & gratiæ apud Cæsa. quantæ esse solent qui uicti sunt,quasi dicat se paruæ admodum authoritatis esse. Sed tamen.hoc est quamuis paruæ simus authoritatis,tamen Marcello tuo non desumus. A tuis reliquis non adhi. quasi dicat quòd si adhiberemur,scilicet ad res tuas,quia non est qui ad illas me uocet præter Marcellũ fratrem tuum. Ad omnia.quæ tuæ saluti conducunt,& ad honorem tuum pertinere putamus.

☞QVI. scilicet Cæsar,si,id est tametsi,passurus esset facile te carentem patria,& fortunis tuis,uiuere,scilicet extorrem,quiete & libere,id est sine persecutione,tamen cogitandum esset tibi,ne,pro an, malles uiuere Romæ & domi tuæ,cuiusmodi.i.qualis res.i.utilitas tua esset,uidetur tamen scribendum cuiusmodi.i.cuiuscunq; modi, hoc est qualiscunq; res esset siue perdita siue salua, an Mitylenis.i.in ea urbe in Mitylene insula in mari ægeo,quæ & Lesbos dicitur clarissima, aut Rhodi. In ea urbe Rhodi insulæ, nunc quoq; præclara. Sed cum potestas eius.s.Cæsaris,quem ueremur,pateat ita late,ut sit complexa orbem terrarum, nonne mauis.i.magis uis esse domi tuæ sine periculo,q̃ sup.domi alienæ cum periculo. Ex hoc loco reor Vallam sumpsisse genitiuũ domi admittere tãtum adiectiua quæ loco congruant, ut meæ,tuæ,suæ,nostræ,uestræ,alienæ,propriæ. ubi est mauis legendum credam magis.i.malis uelis. Equidem.i.ego quidem etiam si mors esset oppetenda.i. fortiter obeunda,mallem,sup.oppetere mortem,aut uiuere domi atq; in patria,quàm in locis externis atq; alienis. Omnes qui diligunt te,sentiunt hoc idem.s.faciendũ tibi,quorum.s.te diligentium,est magna multitudo pro tuis maximis & clarissimis uirtutibus. Nos etiam habemus rationem.i.bonum respectum, rei tuæ familiaris, quam nolumus dissipari. Nam & si,sup.res tua familiaris,nullam potest accipere.i.pati iniuriã,quæ sit perpẽtua,propterea ꝙ neq; is.s.Cæsar,quem tamen ut inuisum Marcello non nominat,qui tenet rempu.patietur.s. iniuriam tibi perpetuam fieri,neque ipsa respub.patietur,tamen nolo impetum prædonum, ut erant satellites Cæsariani,fieri in fortunas tuas. Autem.i.sed,ego auderem scribere qui essent ii.s.prædones,nisi confiderem te intelligere.s.quæ sint sollicitudines unius.i.solius etiam si non essent plurium,etiam multi , & assiduæ lachrymæ unius uidelicet Caii Marcelli,fratris.s.tui optimi,deprecantur te hoc.i.ne patiaris fortunas tuas diripi. Nos sumus proximi.i.similimi fatris tui, aut facto eius,cura & dolore.s.pro te susceptis,sed sup.sumus tardiores.s.quàm frater tuus,precibus.s.faciendis pro te Cæsari,quòd cum ipsi.i.nosmet,eguerimus.s.ante ueniã obtentam,deprecatore.i.qui pro nobis intercedat, aut alii legunt, deprecatione.i.intercessione alicuius pro nobis,non habemus ius adeundi.i.Cæsaris,aut Cæsarem. Nos possumus.s.erga Cæsarem tantum gratia.i. per gratiam nostram,quantum, supple possunt uicti. Sed tamen non desumus Marcello.s.fratri tuo, consilio,& supple studio,nos adhibemur,scilicet ad cõsilium reliquis tuis,scilicet amicis,sed supple parati sumus ad omnia,id est etiam ad aliis consilia danda si exposcerent. Vale. ASCEN.

Suasoria, hortatoria.

M.T.C. M.Marcello. S.P.D. Epist 3

NEquè monêre te áudeo, præstanti prudéntia virum: nec confirmâre máximi ánimi hóminem, virumque fortissimum: consolâri verò nullo modo. Nam si ea, quæ accidêrunt, ita fers, vt áudio: gratulâri magis virtûti débeo, quàm cõsolâri dolórem tuum. Sin te tanta mala reipúb. frangunt, nõ ita abundo ingénio, vt te cõsôler, cúm ipse me non possim. Reliquum est igitùr, vt tibi me in omni re eum præbeã, præstemque, vt ad ómnia, quæ tui velint, ita sim præsto, vt me non solùm oĩa debêre tuâ causâ, sed ea quoq;, etiã quæ nõ possim, putẽ. Illud tamẽ vel tu me monuisse, vel

HVBER. NEQVE monêre.Huius epistol.argumentum ex superiore collígitur, nam cum abesset M.Mar. ut suprà díximus. Primum Ci. ostendit se neq; audêre monêre eum,neque consolâri,& adducit rationes.Posteà uero pollicêtur se præstatûrum Mar. ac suis omnia quæ pro eo possit. Postremò eum hortâtur ut uelit in patria reuerti,& cur hoc fácere débeat,adducit rationes ualidíssimas. Monêre Monêre. consilium dare. Præstanti p.qua potes melius aliis consúlere, quàm aliorũ expectare consiliũ. Confirmare Confirmâre.corroborâre adferenda aduersa. Máximi animi.qui nullus perturbationibꝰ succúmbere debet. Nam si ea. ratio quare non áudeat eum consolâri, & útitur argumento dilémmate, quod concludit ex utrâque parte, scilicet siue fórtiter ferat aduersa,siue opprimâtur dolóre,se tamen non audêre eum consolâri.

HVBER. ☞ITA, scilicet forti & magno animo.Virt. fortitúdini tuæ quę est uirtus. Sin secunda pars. Fran.deiiciũt & ópprimunt te,& à statu rationis rémouent. Non ita ab.id est non ita sum ingeniosus, non habeo tantũ ingenium. Vt cõ.ut consolari possim. Reliquum est, id est restat,& sic cõcludit hanc particulam. Igitur,quia te consolari non possum.Eum.talem. Præsto Præstem,parãtũ me exhíbeam,& plus est,quàm præbeo, unde & præsto dícitur ut pręsto adsum.Debêre obligâtum esse fácere. Ea quæ non possim,id est etiã plura,quàm possim præstâre ea. Illud tamen.quia supra dixit se non audêre eũ monêre,ne uideâtur sibi contradícere, datûrus consilium Marcel. dicit Cic. ut Mar. accipiat id,quod est dictûrus siue nómine monitiónis,siue iudicii & opiniónis suæ.siue quòd propter suam erga eum beneuolentiam tacêre non potúerit, & hoc cautè dicit ne uideâtur uelle dare consilium sapientióri. Puta.finge,pone. Monuisse.loco monitionis dixisse.

PHI. NEQVE monêre.Idem propémodum in hac est argu.quod in superiori epist.Monet enim Mar.sententiam mutet,in urbem ueniat,cum suis uiuat,ad illud indûcat ánimum,quod Cic.faciêbat,ut quomodocunque res sese habêrent,ab urbe non abiret.Laudat enim Cæ.mirum immodum,ut animum Mar. ad redeundum allíciat.Et tota hæc epist.plena est non modo consiliis,sed beneuolentia,& amóre. Monêre.ad consilium suscipiendum cum prudens esset Confirmâre. ad ferendam fortunam aduersam, cum esset ánimi excellentis. Si ea ratio est,cur eum monêre, & consolâri non áudeat, & ex duóbus contrariis id ostendit, ut quocunque Marcellus se hábeat,uel quod æquo ánimo incõmoda fortunæ,uel quod nõ ferat,se tamen illum

monêre,& consolâri non áudeat. Est igitur diuisio & argumentũ, quod ἴλεγχος nuncupatur, quàm accídere mala reipub. ut audio. Intelléxerat enim Marcellum æquo ánimo ferre calamitâtẽ reip. sed non ita esse credêbat. Frangunt. perturbant, ópprimunt. Eum. talem. Præstem. fáueam. Adesse & præsto esse, significatione non differunt, significát enim fauêre & præsentem esse. Verùm adesse tam ablatiuo, cum ista præpositione in coniúngitur, quàm datiuo. Tullius. Vellẽ in meo grauissimo casu affuisses. Et in Philippicis. Omnibus his pugnis Dolabella affuit. Ita etiam præsto esse significat præsentem esse. Ci. pro Murena. Tu interea Romæ amicis prę-sto fuisti. Idem in epistolis. Stator tuus mihi cum literis præsto fuit. Quocunq; etiam. bene iunguntur, quoniam diuersa significant. Nam quoq; similiter etiam aliquando adhuc signíficant. Terent. Nihil etiam suspicans mali. Et Virg. Idémque etiam. Illud tamen. Paulatim accessit adconsilium suum Marcello dandum, & ne seipsum osténderet Marcello prudentiórem esse, clánculùm id egit, & quod ipse faciendum censet, ex beneuolentia tacêre non potuisse commémorat. Monuisse. loco consilii dedisse.

Adesse / Prę́sto esse / Quoq; / Etiam

ASCEN. NEQVE monêre &c. Argumentum quadrat cum superióre, ut cum órdine patêbit, qui talis est. Neque áudeo monêre te uirum prudéntia præstanti, nec sup. áudeo confirmâre hóminẽ máximi ánimi, & uirum fortíssimum, indifferentèr ergò dícimus uirum præstanti prudéntia, & præstantis prudéntiæ. Nam postquàm dixit uirum præstanti prudéntia adiécit, hóminẽ máximi ánimi. Verò pro sed, nullo modo, sup. áudeo consolâri, scilicèt talem uirũ. Nam consolâmur desolâtos, & ánimi egentes. Nam si fers ea, quæ accidérunt ità, ut áudio, id est accípio, & intélligo te ea ferre, ego débeo magis gratulâri uirtûti singulári, scilicèt tuæ, quàm consolâri dolórem tuum. Sin, id est sed si, tanta mala, id est incõmoda reipúb. frangunt te, ego nõ abundo ingénio, ita, id est usque adeò, ut consóler, id est possim consolâri te, cum ipse, id est egomet non possim, scilicèt consolâri me. Igitùr cùm nequè áudeam te consolâri, si consolatiónis non índiges, nequè possim, si índiges, réliquum, id est relictum est, ut præbeam, & præstem tibi me in omni re eum, id est talem, ut ita sim præsto ad ómnia, quæ tui uelint, ut putent, sunt qui putem legant, me debêre causâ tuâ, id est propter te. non solùm ómnia supple, quæ possum, sed etiam ea quoquè, quæ non possum. Illud tamen &c. Tamèn puta, id est exístima, me monuisse uel si monêre te non debuissem.

HVBER. Censere. CENSVISSE. iudicasse, & pro opinióne quadam dixisse. Vel reseruâuit ad ultimum, ꝙ uolêbat eum poti⁹ crédere. s. tacêre nõ potuisse, quia amor cogit nos apertè dícere, quod putâmus útile fore amicis nostris. Si sit. hoc est, quod non potest tacêre, & est ordo, puta me non potuisse tacêre illud, scilicet si sit aliqua respublic. Oportêre iudício hóminum te in ea esse. est etiam hîc dilẽma, id est diuísio, cuius prima pars est, si sit áliqua respub. Aliqua. aut parua, aut magna, id est si omnîno non períerit. Iudício hóminum. ut hómines iúdicant Te príncipem. i. oportêre esse. Cedentem témpori. sequentẽ tempus. Necessitâte. quia non possis áliter fácere, & ita nihil fácies contra tuam dignitátẽ, cum non uoluntate, sed necessitate subiicias te Cæ. Sin autẽ, altera pars dilẽmatis. Nulla sit. si pénitus períerit. Hunc locum. i. Romã. Ad exulandũ. per similitudinem dixit exulâre eum, qui in patria rempu. & fortunas suas amiserit, sicut éxulant, qui extra patriã sunt. Si enim, probat multo melius esse Ro. uíuere etiã cum aliquo incõmodo, quàm álibi, & occûrrit obiectióni Marcelli, qui potuisset dícere se uelle libertátem, quam Ci. dicit nusquam inueníri posse, cum nullus locus sit, qui non sit in potestáte Cæsa. Séquimur. quærimus. Quis locus, quasi dicat nullus. Vacat. uacuus est, caret. Hoc dominátu. hac dominatióne Cæsaris. Qualemcunque. uel líberum, uel súbditum, subaudi séquimur. Sede doméstica, habitatione domus suæ, & propria patria Oui. in tristibus. Nescio quia natale solũ dulcedine cunctos Détinet. Idem, Non dubia est Ithaci prudẽtia, sed tamen optat Fumum de patriis posse uidêre focis. Sed mihi. quasi dicat est hæc potíssima causa, quare redeas, quia Cæ. delectâtur uiris ingeniosis, qualis tu es. Is Cæ. Fauet ingeniis. amat ingenia, & ea tuêtur. Ampléctitur. fouet amat. Nobilitátem, & dignitátem, id est eos, qui & nóbiles sunt, & áliqua dignitáte ornâti. Res. utílitas. Et causa, id est honestas causæ, quia nõ dicêbat, ut eo modo amplecterêtur, & adiuuâret eos, qui fuerant aduersárii, quo eos qui eius causam tutâti erant.

Dilemma / Vacat

censuisse puta, vel propter beneuoléntiã tacêre non potuisse: ut ꝙ ego fácio, tu ánimum indûcas, si sit áliqua respub. in ea te esse oportêre iudício hóminũ, teqꝫ príncipem necessitâte cedentẽ tẽpori: sin autem nulla sit, hunc tamèn aptíssimum esse etiàm ad exulandũ locum. Si enim libertátem séquimur, qui locus hoc dominâtu vacat? Sin qualemcunqꝫ locum, quæ est domestica sede iucundior? Sed mihi crede, etiam is, qui ómnia tenet, fauet ingéniis: nobilitátem verò, & dignitâtem hóminum, quantum ei res, & ipsius cáusa concêdit, ampléctitur. Sed plura, quàm statúeram. Rédeo ergo ad vnũ illud me tuum fore cum tuis, si modò erunt tui. sin minùs, me certè in ómnibus rebus satis nostræ coniunctióni, amôrique factûrum. Vale.

HVBER. Concedit. CONSEDIT. permittit, pátitur. Plura, scilicet scripsit. Quàm statúeram. quàm proposúeram, quia nõ putáueram te admonendum esse. Rédeo ad illud, quia supra díxerat. Reliquum est igitur, ut tibi & Cæsa. Si modo erunt tui. i. si non déserent te, & si non discédent ab officio propinquitátis & amicitiæ. Sin minus. hoc est si non, subaudi erunt tui. Satisfacturũ. fecit thema sim, quia diuisit dictionẽ decompósitam, dixit satis nostræ coniunctioni factûrum. Coniunctioni amicitiæ.

PHI. CENSVISSE, iudicii loco dixisse. Tacêre. Tacêmus consilia, reticemus dolores, obticêmus pudẽda. Quod ego facio. obsequebâtur Cæsari. Animum inducas. inducere animum, est animo suo desuadêre. Si sit. alterũ dilemma ex duobus contrariis, ut aut si sit, aut si omnino non sit áliqua respublica. Concludit, quod omnino necesse sit, in ea qualiscunq; fuerit permanêre. Iu-

Taceo / Reticeo / Obticeo / Inducere animum

Ex. viii. Epistola. Neque monere te.

Vt ad omnia quæ tui uelint, ita adsim præsto, ut me non solum omnia debere tua causa, sed ea quoque, quæ nõ possim, putent, ut quod ego facio, tu quoq; animum inducas si sit aliqua resp. in ea te esse oportere iudicio hominum. Redeo ergo ad unum illud, me tuum etiam fore cum tuis, si modo erunt tui.

Iudicio

dicio hóminum. quod omnes ita iúdicant. Téque príncipem. répete oportêre esse, pudet adhuc enim oratio. Necessitâte. hac demonstrat Marcellum nihil esse factûrum contra honórem suum, si Cæsari seipsum déderit, quoniam id nõ uoluntáte, sed necessitáte coâctus fáciet. Cedentẽ tẽpori. oĩa pro tempore fácere sapiẽtis est, hinc ait Socrates. Omne intempestum triste, & Naso. Tempóribus medicina ualet. Cédere uero propriè superari significat, & témpori cedere est, quasi necessitáti obedîre. Nulla sit. plus est, quam si dixisset perierit & est altera pars argumenti. Ad exulandum locum. & si solum non mutassent éxules essent à rep. Exul enim quasi extra solum dictus est, sed si libertáte priuarentur, exulâre etiam dicerentur. Si enim libertátem, confutátio obiectionis, quam fácere potuisset Marcellus, & dícere se uelle libertatẽ sequi, ad quod inquit Cicero, nécubi libertátem inueníri posse cum omnia sint subiecta Cæsari. Quis locus. quasi in toto orbe terrarũ nullus. Quálemcunque locum. supple sequimur. Sede domestica. ad patriam & natalem terram referendũ, hinc Naso. Nescio qua natale solũ dulcedine cunctos Détinet. Idem, non dubia est Ithaci prudẽtia, sed tamen optat Fumum de patriis posse uidêre focis. Sed mihi crede. laus Cæsaris à beneficentia & humanitáte in uiros doctos. Argumentum ab utili, quo redire debeat. Is qui omnia tenet. Cæsar, circuitio est. Fauet ingeniis amat doctos. Idem in epistola ad Au. Cecinnam, in Cæsare hæc sunt, mitis clemensque natúra, accêdit quòd mirificè ingeniis excellentibus, quale est tuum, delectâtur. Res. status & imperium. Tantum enim ampléctitur hóminũ dignitates, quantum sibi obesse non possit. Aut res. hoc est utílitas & honesta causa, ut omnes pro qualitáte personárum complecterêtur, & amâret. Non enim honestum fuisset, sic eis fauêre, qui Põpeiani fuerant, ut eis qui partes Cæsa. secuti sunt. Ampléctitur. sine adiuncto etiam pro amâre pónitur, ut si complecti hóminem uolueris. Cum adiuncto. ad alias res etiam refertur, ut mente, & ratione complector, id est consídero, & amóre complector, hoc est amo. Statúeram. non enim eum monêre statuerat, ut inquit, neque mouêre &c. Ad illud unum, díxerat enim reliquum est igitur. Sin minus. si non erunt tui, ut dico, qui & amicitiæ, & propinquitatis, non sequantur officia, & teipsum déserant.

Cedere / Exul / Res / Cõplector

ASCEN. CENSVISSE, id est iudicasse pro opinióne, multùm, id est abundantèr, uel si etiam censêre non débui, non potuisse tacêre, propter beneuolentiam, ut quod ego facio, qui tempori cedo, tu quoq; indûcas animum, ut facias sup. idem. monuisse, inquam uel censuisse, uel non potuisse tacêre illud, si aliqua. i. qualiscunque respu. sit, te oportêre esse in ea, iudicio. i. secundum iudicium hóminum, teque. i. & te, oportêre esse in ea, príncipẽ. i. præcipuum, & quod dicunt principálem, cedentem témporis necessitáti, id est quia áliter non posset esse. Sin autem, id est sed, si nulla sit, scilicet fortuna reip. tamen, id est nihilóminus, hunc locũ scílicet in quo ego sum, hoc est Romam, esse locũ aptissimũ etiam ad exulandũ, ut in ea sis tanquam in exilio, eo quòd procul à repu. Probat assumptũ suúm, dicens. Enim, id est quia, si nos séquimur, id est séctamur, id est quærimus libertátẽ, quis locus uacat hoc dominátu, scilicet Cæsaris? quasi dicat nullus. Sin, id est sed si, séquimur sup. qualemcunq; locũ, quis scilicet locus, est iucundior, sede domestica, id est propriè domus. q. d. nullus. Multi textus habent, qui locus, & qui est, sed apertior locutio est quis. Scio tamen sequente dictione incepta per. s. literã, uenustè dici, qui pro quis, ut nec quis sim quæris Alexi. Et, Attamen ille deus, qui sit da Týtire nobis. Sed ò Marcelle, crede mihi, etiam is. s. Cæsar, qui tenet omnia. s. in potestate sua, fauet ingeniis. Vero pro sed, amplectitur nobilitatẽ, & dignitatem hominũ, quantum res. i. utilitas, aut opportúnitas, & causa ipsius rei, concedit. i. permittit. Sed plura sup. scripsi, quàm statuerã sup. scribere. Ergo quia non sunt plura dicenda, aut scribenda, ego redeo ad illud unum, me fore tuũ cum tuis. s. amicis & necessariis, si modo. i. dummodo supple aliqui erunt tui, si minus. i. si non supple aliqui erunt tui. i. si nunquã recuperâbis res tuas, & ita nulli erunt tui, redeo supple ad illud, me satisfactûrũ certè in omnibus rebus, coniunctioni nostræ, & amori supple nostro. Vale.

Qui

Suasoria, hortatoria.

M.T.C. M. Marcello. S.P.D. Ep. 9.

ET si perpaucis antè diebus déderam Qu. Mutio líteras, ad te plúrib⁹ verbis scriptas, quibus declaráueram, quo te ánimo censêrem esse oportêre, & quid tibi faciendum arbitrârer: tamen cum Theóphilus libertus tuus proficiscerêtur, cuius ego fidem erga te beneuolentiamqꝫ perspéxeram, sine meis literis eum ad te venîre nolui. Iisdem ígitur de rebus etiam, atqꝫ etiã hortor, quibus, superióribus literis hortâtus sum, vt in ea repub. quæcunqꝫ est, q̃primũ velis esse. Multa videbis fortasse, quæ nolis: nõ plura tamen, q̃ audis quotidie. Nõ est porrò tuum, vno sensu solũ oculórũ mouêri: cũ idẽ illud aurib⁹ percipias, qđ etiam maius videri solet min⁹ laborare.

HVBER. ET si. Hortâtur Ci. M. Marcel. sicut etiam superiùs fecit ut omnîno uelit reuerti ad pátriã, nec tam molestè ferat ómnia ad solum Cæs. esse delâta, cuius modéstiam & clementiã in uictória laudat, ostenditq; utilius esse ꝙ Cæs. fuerit uictor q̃ Pomp. quẽ dicit fuisse futûrũ multo crudeliórem Cæ. si adeptus fuisset uictoriam sicut Cæ. dénique nítitur excusâre Cæ. si aliquid fecit quod minus ómnibus placet, & ualidíssimis rationibus arguit eum non solùm debêre reuerti Ro. uerum etiam factûrum contra officium, si non reuertatur. Postremò dicit fugienda esse pericula uitæ, quæ & si ubicunque sunt paráta, ostendit tamen paratiora esse in extremis locis quàm Ro. Perpaucis diebus. ante paucis diebus prætéritis, ita autem dixit ante diebus, sicut Virg. Longo post tempore uenit. Ad te. s. ferendas, sed magis intelligendũ est quàm ponẽdum in oratione. Plúribus uerbis. longiores: puto eam epistolam esse quæ incipit. Et si eo adhuc te consilio, quãuis multas etiam scrípserit quæ non sunt in hoc uolúmine, neq; usquã reperiuntur. Quid faciendum. quia hortâbar ut redîres in pátriã. Proficisceret ad te iret. Cuius. Theophili. Fidem, fidelitátem. Et beneuolentiam. hæc duo maximè in libertis erga dóminos esse debent. Etiam, atq; etiã plúrimũ. Quæcunq; est, qualiscunq; est etiam si non sit ea quæ ante esse solêbat. Multa, ea ponit quæ posset dícere Marcel. & eis respondet, atque confûtat. Quæ nolis. s. rempublicã oppressam, multos uiros bonos non tenêre locum & dignitátem

Etiã atque etiam

suam,

Universidad de Deusto Biblioteca

suam, & similia, quæ tibi displicebunt. Non plura. s. uidebis. Audies. quia rumor ad te multa deferet ex his quæ Romæ fiunt. Non est porro. sensus est, non decet te moueri solo sensu oculorum, cum illud idem auribus percipias quod etiam solet uideri maius quàm id quod oculis uidetur. Porro. deinde. Non est tuum. non te decet. Moueri uno sensu oculorum. i. moueri & perturbari solùm iis quæ uidentur, nam per sensum oculorum intelligit uisum. Auribus. audítu. Quod. s. auribus percípere. Solet uideri maius, quia ea, quæ audimus semper maiora existimamus quàm sint. Minus laborare. subaudi solet. i. minus angi & cruciari, quia quamuis maiora existimemus quàm audiamus, tamen minus laborámus quàm his quæ uidemus.

Porro

Laboro. PHI.

Perpauci

Theophilus

Thimotheus

Nicolaus

ET si perpaucis. Argumentum non quærimus: est enim idem sensus in hac, qui fuit in superiore: hortatur Marcellũ ut mutet sententiam, & Romam se conferat, ubi tutior esse poterit quàm álibi & cõtra officium eum esse factum, si non redíbit. Quid de Pomp. si uictor fuisset: intollerabilióre enim ipsum censet futurum fuisse quàm Cæs. quid item de bello ciuili sentiat. Quo dénique animo in Marcel. & omnes suos affectus sit explicat, & Cæ. excusare conatur, si quid facit aut dicit, quòd multis non placeat, & eum à clementia laudat & modestia, quibus maximè útitur in ipsa uictoria. Perpaucis. cum uólumus positiuis incrementũ adiungere hanc præpositionem damus, ut permulti, perpauci. Terent. Res perpaucórum hóminum. Theophilus. id latinè sonat dei amátor, ut Timótheus honor dei, & sic hómini propria apud Grecos nómina, ut Nicolaus, uictoria populi. Hieronymus, sanctum nomen. Demosthenes, populi potentia. Astyanax, urbis rex. Agamemnon, nimiũ tolerans. Adrastus non conficiens. Philetichus amator morum, & alia huiusmodi, ut superius diximus. Fidẽ. quæ in libertis apud patronos debet esse syncéra. duæ in libertis uirtútes appetũtur, peculiáris fides, ut ait Simo Terentianus, & tacitúrnitas, adde & tertium beneuoléntia. Quæcunquẽ. quomodo nulla quodammodo sit: habent enim huiúsmodi uerba minutiónem quandam, ut Virgi. Tu mihi quodcunq; hoc regni. Multa uidebis. confutatio est ad ea, quæ Marcel. dícere potuisset. Non est porro tuũ, ad te nõ attinet sensu oculorum moueri. Nam quæ audies, potes etiam uidére. Sed in epístola ad Torquatum áliter sentit, inquit enim, équidem nos quod Romæ sumus miserrimum esse duco, non solùm quòd in omnibus malis acerbius est uidére quàm audíre, sed etiam quod ad oẽs casus subitórum periculórum magis obiecti sumus quàm si abessemus. Porro. certè. Græcum est, idem fermè quòd autem & uero: sed hæc duo nunquam primũ locum in oratione sortiuntur, sed secundum aut tertium: sed porro etiam primum locum sibi uéndicat, & significat longe, ultra, profecto, postea. Oculórum sensu. his perturbári quæ uidentur. Quinque enim sunt sensus in hómine, quos Græci αἰσθήσεις nominant, ut auditus, uísus, gustus, odoratus, tactus, quorum primus oculorum est, è quibus fit iter ad mentis oculos, quibus intellígimus atque cognóscimus omnia. Oculi autem ab oculendo, hoc est occultando appellati. Latent enim subsupciliis, quas partes lunoni dicatas esse uoluerunt. Nam superciliis oculórum proteguntur, oculis uero lucem accípimus, quam Iuno dare nascentibus perhibétur, unde à poetis Iuno Lucina est appellata. Terentius, Iuno Lucina fer opem. Aures uero quasi audes nominatæ sunt. Nam R & D ut ait Papyrianus apud antiquos cedebant inuicem sibi, ut Aruena Aduena, Aruenio Aduenio, Aruocatus Aduocatus, quam uocem iuniores asperam iudicantes pénitus deleuerunt, & nos hanc & huiusmodi nimis priscas & hórridas uoces fúgere ac uitare debémus. Quod Cæsar faciendum his uerbis ostendit, tanquam scópulum sic fugiendum esse inaudítum atque insólens uerbum, siue, ut inquit Lactan. ab audiendis uocibus aures appellantur, cuius nóminis æthimologiæ Virgi. alludísse uidétur, cum inquit, Vocemq; his auribus hausi. Sensu oculorum. intelligimus uisum. Auribus percípias, auditum dicit. Quod sæpe etiam. scílicet percípere auribus & audíre. Maius uideri. existimantur enim interdum quæ audiuntur esse maiora quàm illa quę uidentur, hinc Iuuenalis. Vt pérhibent quæ de magnis maiora loquuntur. Minus laborare. minus perturbari & commoueri súpple solet: & est sensus, quod tametsi maiora censeámus esse quæ audíuimus, tamen minus his ángimur & perturbámur quàm illis, quæ cérnimus.

Ordo

ASCEN.

ET si perpaucis. Hortátur rursus Marcel. ad patriam reuerti, nec tam molestè ferre quòd Cæ. omnia césserint, cum Pomp. uictória molestiór fuisset: monetque uitanda perícula, quæ ubicunque esset, nisi in Cę. gratia sit, magna sint. Ordo est. Et si. i. quanquam, déderam perpaucis diebus ante. s. harum datiónem. Q. Mutio ad te literas scriptas, pluribus. i. multis uerbis, quibus sup. literis ego declaráueram, quo ánimo ego censẽrẽ oportẽre te esse, & quid arbitrárer faciendum tibi: tamen cum Theóphilus libertus tuus proficiscerétur. s. hinc ad te, cuius, id est Theóphili, ego perspéxeram fidem, id est fidelitátem & beneuoléntiam erga te, nolui eum uenire ad te sine literis meis. Igitur ego hortor te etiam atq; etiam, id est accuratíssime, de iísdem rebus, quibus, id est de quibus, ego hortátus sum te líteris superióribus, ut uelis esse quam primùm, scílicet ualde citò in ea repub. scilicet. quam Cæsar tenet. Quæcunq; est, id est sine áliqua, siue nulla. Tu uidébis fortasse multa, quæ nolis, id est uelis non uidére, tamen non uidébis plura, quàm audis quotidiè, porrò, id est sed, non est tuum, id est tuæ natúræ aut dignitátis, moueri, id est turbári, solùm, id est dũtaxàt, uno sensu oculórum, id est in iis, quæ uides, cum percipias illud idem auribus, id est audiendo sup. illud quod uideri solet etiam maius, id est euidentius, laborare, id est in perículo esse minus.

HVBER.

AT tibi. alia obiectio. Quod non sentias. quod non hábeas in ánimo. Quod non probes. quod non putes rectum. Primũ respondet huic obiectioni. Cédere tempori. obsequi tempori, & est prima ratio. Id est. declarat quid sit, cédere tempori. Parére necessitati, id est fácere quòd cogáris. Hábitũ. existimátũ. Deinde. secunda ratio. Res. conditio rerum. Vt nunc est. qualis nunc, id est secundum hæc témpora. Non habet id uitii, id est non habet eam reprehensionem si dicámus quæ non sentímus, uel faciámus quæ non probámus, quia témpora ipsa nos excusant. Dícere. ostendit Cicero eum posse esse Romæ honestè, quia si non licébit dícere. quod sentiet, licébit tamen tacére. Non licet, id est non potes: quia Cæsar nõ uult. licet enim per

Licere

Posse

At tibi ipsi dicendum erit aliquid, quod non sentias: aut faciendum, quod nõ probes. PRIMVM TEMPORI cédere, id est necessitáti parére, semper sapiẽtis est hábitum: deinde non habet, vt nunc quidem est, id vitii res. dicere fortasse, quæ sentias, non licet: tacére planè licet. omnia enim delâta ad vnum sunt. is útitur consilio, ne suorum quidem, sed suo. Quod non multo secus fieret, si is remp. tenéret, quem secuti sumus. An qui in bello, cùm omnium nostrum coniunctũ esse periculũ suocérneret, certorũ hóminum mínimè prudentium consilio vterétur: eum magis communem censẽm⁹ in victoria futurum fuisse q̃ cæteris in rebus fuisset? Et qui nec te cónsule tuũ sapientissimũ consilium secutus esset, nec fratre tuo consulatum ex authoritáte tua gerente uobis authoribus vti voluerit, núc oía tenentẽ nostras sentẽtias

álios, póssumus per nos. Omnia. ratio quare licet tacére. Ad unum, Cæsa. Is Cæsar. Ne suorum quidem. quanto minus ergo uolet consilium tuum si non utitur consilio suórum. Non multo secus. non multo áliter. Is. Pom. An. addúcit rationes, quibus probat quod Pomp. idem fáceret quod Cæs. si uictoriam obtinuísset: & est sensus. cum Pompu. géreret bella communi periculo omnium nostrum & habéret causam coniunctam eum nostra, non tamen utebátur consilio nostro, sed suo. quod si fecit tunc, quómodo sperámus eũ fuisse facturũ, si obtinuísset uictoriam? quasi dicat fuísset multò superbior, & minus usus esset nostro cõsilio.

An, primum argumentum & prima ratio q̃ Pom. nõ esset usus consilio suórum. Coniunctum. i. pertinéret ad nos omnes, & agerétur causa omnium nostrum.

Minimè prudentium. i. qui etiam non essent prudentes, quia id fuisset tolerabilius si usus fuisset cõsilio prudentium. Vterétur. pro utebátur. Magis communem. magis communicantem & participantem nobiscũ.

Consilia sua. & est ordo, an censemus eum fuisse futurum magis communem in uictoria, qui uterétur suo consilio & cæterorum hóminum minimè prudéntium, tunc cum periculum omnium nostrum esset coniunctum. Censémus. arbitrámur quasi dicat non. Et qui. iúngitur sic cum superiore qui uterétur consilio, suo & cæterorum consilio, & qui nec secutus esset consilium tuum & cæ. Sapientissimum consilium. quod dedísti Pompe. cum esses consul ante initium bellorum ciuilium. Fratre tuo, L. Marcel. & est ordo. neque uobis authoribus uoluerit uti fratre tuo gerente consulatum ex authoritate tua. Vti. f. t. i. adhibere fratrem tuum ad res suas. Gerente consul. quia fuit consul una cum Lentu. Nobis authoribus. i. nobis suadentibus, uterétur fratre suo. Ex authoritáte tua. quia ita agébat, ut tu consulébas. Nunc tenentem omnia scilicet Pom. i. si omnia teneret, & esset dóminus.

PHI.

AT tibi ipsi. Anthypophora est: necesse inquit erit ut tu aliquid dicas quod non séntias, & aliquid facias quod non laudes, quoniam non pro ratione rerum, sed pro uoluntáte Cæ. & dicas & fácias oportébit. Primum témpori cede. sententia est & responsio Anthypophoræ. Tempus uero si quis quærat quid sit, Macrobiũ legat. Si quidem inquit Tempus est certa dimensio, quę ex cæli conuersione colligitur. Parére ne. nil est aliud q̃ cogi id facere, quod non habet id uitii res. non est hoc uitium nunc in re, & conditione rei, & témporum si dicas, quæ non séntias: quia non licet aliquid dícere quod séntias. Tacére autem licet, si offendit Cæsar. quod dicis, unde si tu dicis, quæ non sentis, non es in uitio & reprehensione alicuius. Licet enim sine uitio & reprehensione quæ sentis, licet tamen tacére. Quod tamen tacére liceat, rationem adducit, ut omnia & cæ. Ne suorum quidem. multo minus tuo uti uolet. Si is rempu. Pom. Non multo secus. argumẽtum à símili. Secus idem est q̃ áliter: utrunque libentèr cum multo & longè coniungitur. Terent. Verum multo áliter euenire intélligit. Quem secuti sumus. Pomp. Et docet quo ánimo in remp. & quomodo amícos se habitúrum fuisse crediderit si uicísset quemadmodum Cæ. uicit, quibus intélligit longe intollerabiliorem futúrum fuisse Pompe. q̃ esset Cæs. qui uictor erat: quarum rerum comparatióne molestiam Mar. mollíre conátur. Suo consilio. Cic. consilio nunquàm uti uoluit, quod erat Pom. fidelissimum & utrique ádmodum salutáre: de quo Cic. ad Cecin. Dícerem quæ antèa futura dixíssem, ni uererer, ne ex euentis fingere uidérer. Sed tamen plurimi sũt testes mei, & initio, ne coniungeret se cum Cæ. monuísse Pom. & postea ne seiúngeret coniunctionem, frangi Senatus opes disiunctione, ciuile bellum excitári uidébam, atque utèbar familiarissimè Cæsa. Pompeium faciebam plúrimi: sed erat meum consilium cum fidele Pom. tum salutare utrique. Quæ præterea prouiderim prætére o. Nolo enim hũc de me optimè meritum existimáre ea me suasísse Pomp. quibus ille si paruísset, esset hic quidem clarus in toga & princeps: sed tantas opes quantas nunc habet non habéret. Eundum in Hispaniam censui: quod si fecíssem, ciuile bellum omnino nullum fuísset. Rationem habéri absentis non tam pugnaui, ut licéret, q̃ ut quando ipso cónsule pugnante pop. iuberétur, Causa belli orta est, quid ego prætermísi, aut monitórum, aut quærelárum, cum uel iniquíssimam pacem iustíssimo bello anteferrem. Victa est authoritas mea non tam à Pompe. nam is mouebátur, q̃ ab his qui duce Pomp. freti per opportunam, & rebus domésticis & cupiditatibus suis illius belli uictoriam fore putábant. Susceptum est bellum quiescente me, depulsum ex Italia manente me quoad pótui. Ergo usus est suo & aliorum imprudentium hominum consilio, non Cic. & aliorum qui sapiébant. Vnde si tunc in perículo & in bello hoc fecit, quid in uictoria fecísset? multo certè crudelior in uictoria fuísset quàm fuit in bello, in quo nunquam consilio nostro est usus. Fratre tuo. C. Claudio Marcel. Gerente con. in quo Lentu. colléga. Nobis authoribus. hortantibus, ut tuo fratre uterétur. Authoritate tua. ut tu uolébas, ita frater tuus omnia faciébat. Tenentem. in omnibus dominantem Pompe.

ASCEN.

AT. i. sed. aliquid dicendum erit tibi ipsi. s. in curia, quod non séntias. s. dicendum. aut aliquid erit faciendũ quod probes. i. ápprobes faciendum. Primùm cédere témpori. i. parére necessitati, est habitum. i. existimatum, semper sapientis. s. uiri factum. Deinde quidem. i. certè, ut nunc est, res non habet id uitii. i. mali quod óbiici solet nam fortasse sup. dices mihi. Non licet Romæ dícere quæ séntias. Responsio, licet planè. i. omnino tacére. Omnia enim sunt delâta. i. redacta ad unum. i. potestátem unius. s. Cæ. Is útitur consilio ne quidem

dem.i.non saltem suorum,sed suo.s.uniꝰ,quod fieret non multo secus.i.aliter. Si is.s.Pompe.quem secuti,tenêret rempub.ut tenuisset si in Pharsalico conflictu uicisset.Et quia dicere potest Marcel.id, malè de Põ. suspicâri,probat illud ex euidenti coniectũra,dicens. At censẽmus eum.i.Pomp.qui cum in bello periculũ omniũ nostrum esset coniunctũ suo.s. periculo, uterẽtur minimè consilio cæterorum hominũ prudentium, censemus,dico eum fuisse futurum magis communem.i.communicantem cõsilia sua,in uictoria.i.si usus fuisset uictoria q̃ fuisset in cæteris rebus suis,quasi dicat id non esse censendum. Et censes eum sup.qui nec te cõsule.i.cum esses consul,& ita à primario dignitatis in urbe,secutus esset consilium tuum sapientissimum.i.licet sapientissimum,nec uolúerit uti fratre tuo.s.Cn.seu L.Marcello gerente consulatum ex authoritate.i.approbatione tua,uobis authoribus.i.id factum eius approbantibus, censes inquam esse tenentem omnia,habentem omnia si modo habuisset,ut Cæsar tunc habebat in potestate sua.

HVBER. ❡DESYDERATVRVM.quæsiturum.quasi dicat non desyderasset. Ne semel quidem.i. nunquam. Sæpe. quia fuerunt bella Sertorii, Syllæ & Marii, Carbonis, Catulli, Cinnæ, quæ licet ante fuissent, fuerant tamen Cic.ętate.Postremo bella Cæ.& Pompe.& mortuo Pompe.Catonis & Scipionis aduersus Cæ. Sed.licet omnia sint misera. Quæ.uictoria. Ad me.ad eos qui sunt mites & iusti. Ferociores.crudeliores. Impotentiores. incontinentiores qui non possunt suis appetitibus imperare impotentes dicuntur. Tales.crudeles. Necessitate.quia aliter facere nan possunt. Multa,ratio quare necessitate cogantur. Arbitrio. iudicio & uoluntate. Eorundem.per quos uicit.i.eorum quorum auxilio & fauore fuit uictor. An.ostendit hæc quæ fiunt à Cæsa. nunc non euenisse præter opinionẽ Marcel.quia semper præuidit,& cognouit ea ita futura.

Impotẽtes

desyderaturum censes fuisse? OMNIA SVNT MISERA IN BELLIS CIVILIBVS: quæ maiores nostri, ne semel quidem, nostra ætas sæpe iam sensit.sed miserius nihil,quàm ipsa victoria: quæ etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores, impotentioresque reddit: vt etiam si natura tales non sint,necessitate esse cogantur. MVLTA ENIM VICTORI, eorum arbitrio, per quos uicit etiam inuito, facienda sunt. An tu non videbas mecum simul,quàm illa crudelis esset futura victoria? Igitur tunc quoque patria careres, ne quæ nolles videres? Non, inquies. Ego enim ipse tenerem opes, & dignitatem meam. At erat tuæ virtutis in minimis tuas res ponere: de republi. vehementius laborare. Deinde, qui finis istius consilii est? nam adhuc & factum tuum probãtur, & vt in tali re, etiam fortuna laudatur. factum,quòd & initium belli necessario secutus sis, & extrema sapienter persequi nolueris.

An non uide.i.an non cognoscebas quasi dicat immo apertissime uidebas. Illa.siue Cæs.siue Pompe. Igitur.infert ex hac interrogatione φ non debeat carere patria nunc,quia audiat multa quæ nolit,cum non curauerit ea tunc cum uidebat q̃ crudelis esset futura hęc uictoria. Igitur careres.i.carere debueras, quod non fecisti. Ne uideres quæ nolles. quæ iam uidebas usq; tunc,saltem animo & cognitione. Non. ponit responsionem quam posset facere Marcellus. Inquies.dices, repondebis. Non subaudi debueram carere patria.

Cum tenerem opes & dignitatem.i.cum haberem omnia mea adhuc integra,& nihil diminuta. At,confutatio huius obiectionis. Tuæ uirtutis erat.i.pertinebat ad uirtutem & magnitudinem animi tui. Ponere in mi.minimi facere & æstimare. Res tuas.i.opes quas dicis te retinuisse tunc,& dignitatem tuam. Laborare.curare,solicitum esse. De repu.i.propter rempub. Deinde. alia ratio quare debeat discedere à proposito. Nam quod aliquando est necesse, melius est deponere, & cito & sponte: dicit ergo. Qui finis istius consilii.i. qualis finis est istius tuæ deliberationis, & propositi carendi semper patria. Adhuc. hucusque. Factum. quod fecisti antehac. Vt in tali re.i.pro qualitate rei,ut in tali re subaudi laudari potest. Factum.declarat ea duo quæ proposuit. Necessario.non uoluntate.ut supra in prima epistola ad M.ostendit.

PHI. ❡DESYDERATVRVM.petiturum,quasi diceret non omnia sunt misera. Sententias.damnat bella ciuilia, Maiores à quibus semper alienus fuit. Maiores nostri.omnes qui ante nos uixerunt:sicut minores omnes posteros Minores appellamus,in quo Seruius med iocriter erraſſe uidetur qui dixit,minores non dicimus nisi quoties graduũ deficit nomen,ut pater,filius,nepos,pronepos,abnepos,adnepos,ubi isti gradus defecerunt merito iam dici mus minores,sicut etiam non dicimus maiores,nisi quando non amplius ipsis inuenit latinitas nomen.Cic. in Catone Maiore.Nec dubitat agricola quanuis sit senex,quærenti cui serat, respondere diis immortalibus, qui me non accipere modo hæc à maioribus uoluerunt, sed etiam posteris prodesse.& Virg.Nostroseq; huius meminisse minores. Ne semel quidem. hoc est nunquam. Nostra ætas sæpe longum esset dicere bellorum ciuilium tempora:ut Syllæ,Marii,Ser.Car.Cinnæ, Ca.Cæ.&po.Ca.atq; Scipio.hæc omnia Cic.temporibus bella fuerunt.Quæ,expositio uictoriæ è bello ciuili quid afferat mali. Meliores.ut mites sint & benigni

Impotentiores.crudeliores,& qui nimium insolentes sunt,& qui sibiipsi atque suis cupiditatibus imperare non possunt:& impotentia crudelitas dicitur & insolentia. Tales.aut ferociores,aut impotentiores.Sane animaduertendum in his duobus talis & qualis,ad orationis uenustatem satis esse alterum ex his ponere.Vir. Quales apes æstate noua,& talia iactanti: & talibus Illioneus.Iunguntur etiam,sed raro,ut Virg.Qualis in Eurothæ ripis,talis erat Dido, talem se læta ferebat. Multa sunt quare cogantur id facere. Necessitate.maxime propter illorum importunitatem,quorum auxilio uicerunt. An.quasi diceret, non præter opinionem euenit. Nam tu & ego ita futurum esse iudicauimus. q̃ crudelis.siue Cæsar,siue Pompeius uinceret. Igitur.ex quo uidebas futuram esse uictoriam crudelem,tũc quoque carere patria debuisses,ne ea quæ nolles aspiceres.

unde quomodo non caruisti tunc patria,minime tunc carere debes. Careres.carere debueras, quod minime abs te factum cognouimus. Non inquies.respondere φ non debuisses carere tunc patria,& causam afferres talem:ego enim tenerem opes,& possiderem res meas omnes &c. At erat.ait Cicero per confutationem obiectionis à Marcel. At erat tuæ uirtutis.pertinebat ad uirtutem tuam hoc quod sequitur. In minimis.minimę quidem existimare res tuas, & magni rempubli.facere. Deinde qui.argumenta ab utili,& honesto in mutando consilio pro qualitate temporis. Consilii.propositi tui carendæ patriæ.Et ut in tali re. pro qualitate negocii. Factum,exponit quę dixerat repetendo factum & fortunam:& subaudi laudatur in utroque. Necessario.ut in superiori Epistola dixit. Persequi uolueris. quod tunc id ostendes si Romam ueneris, & teipsum Cæsa.obsequentem præbueris.

❡FVISSE desyderaturum.i.expectaturum sententias nostras.i.quid nos sentiremus in senatu de iis quæ ipse ASCEN. ex sententia sua facere constituisset.quasi dicat,id non esse censendum. Omnia sunt misera.i.miseranda, non tam quantum ad eos qui inferunt, q̃ qui ea patiuntur,sed tamen etiam quodammodo quantum ad inferentes,quia cum multos habeant inimicos in ciuitate sua coguntur tyrannum agere in bellis ciuilibus,quæ,scilicet bella ciuilia aut potius misera,quæ contingunt in bellis ciuilibus maiores nostri, ne quidem.i.nõ saltem, semel supple senserunt,ætas nostra sensit iam sępe.Sub Sylla & Mario,Sub Sertorio, Carbone, & Perpenna ac Cinna,sub Cęsare & Pompeio,sed nihil sup.est in bellis ciuilibus miserius q̃ ipsa uictoria quæ uictoria etiam si uenit ad meliores.s.pro republica, tamen reddit.i.efficit eosipsos ferociores & impotentiores.i. minus sibi imperantes,& se ab illicitis minus cohibentes post uictoriam,ut etiam si non sint. Tales.s.feroces & impotentes,natura.i.per naturam,cogantur esse tales necessitate. Enim.i.quia,multa facienda sunt uictori etiam inuito arbitrio.i.ad arbitrium eorum per quos uicit. An tu non uidebas simul mecum,q̃.i.quantum,crudelis illa uictoria essetfutura? quasi dicat maxime. Igitur careres.i.carere deberes,quoq;.i.etiam tunc patria, ne uideres quæ tu nolles.s.uidere? Inquies.i.respondebis mihi. Non. supple carerem tunc patria. Ego enim tenerem opes sup.meas & dignitatem meam.Obiectio. At.i.sed,erat uirtutis tuæ.i.pertinebat ad uirtutem tuam.ponere tua in minimis.i.inter minima reputanda,& supple laborare uehementius de republica. Deniq;, aut potius deinde.i.ut secũdo loco obiiciam qui.i.quis finis istius.s.tui consilii est? Nam & factũ tuum probatur adhuc,& fortuna tua laudatur etiam adhuc,ut in tali re.s.in qua nihil plene laudabile contingit. Factum inquam tuum probatur φ secutus sis necessarie initium belli scilicet contra Cæsarem,& nolueris sapienter.i. in quo feciſti sapienter,persequi extrema.s.belli ciuilis,ut illi qui in Africa perierunt.

fortuna,φ honesto ocio tenueris,& statum & famam dignitatis tuæ.Nunc vero nec locus tibi vllus dulcior esse debet in patria, nec eam diligere min⁹ debes, quod deformior est, sed misereri potius:nec eam multis clarisviris orbatam, priuare etiam aspectu tuo. denique si fuit magni animi non esse suppliCem victori, vide ne superbi sit, aspernari eiusdem liberalitatem. Et si sapientis est carere patria, duri non desyderare. Et si republi.non possis frui, stultum est nolle priuata. Caput illud est, vt si ista vita tibi commodior esse videatur, cogitandumtamen sit,

❡FORTVNA.subaudi laudatur. Statum & famam. HVBER. quia noluisti uideri humilis & abiecti animi supplicãdo uictori,nec te ipsum interficere sicut Ca.sed consilium fuit medium sicut supra. Nunc uero.quia dixit adhuc factum tuum probatur & cæte.immo dicit nunc nõ probabitur factũ tuũ:quia est alia ratio temporũ & rerum,& hoc est quod dicit. Nunc.hoc tempore.Eam. patriam. Minus diligere.minus amare,& charam habere. Quod deformior est,id est quia est priuata multis suis dignitatibus. Est autem translatio sumpta à mutis suis dignitatibus. Est autem translatio sumpta à muliere,quasi dicat, quemadmodum mulier, utputa mater tua,quæ tibi fuerit chara, etiam si facta sit deformior,non debet minus diligi,ita etiam respu.amissis multis ornamentis suis non debet tibi minus esse chara.

Sed misereri.subaudi debes. Nec priuare,scilicet debes.i.cum sit orbata & priuata tot uiris claris qui perierunt in his bellis ciuilibus, non debes eam priuare etiam aspectu tuo,ut non magis possit uidere te uiuum quàm alios qui mortui sunt.Denique.arguit à decoro seruando in mutationem propositi,re & tempore suadente.& est sensus.sicut hucusq; fuit magni animi nolle supplicare Cęsa.uide nunc ne attribuatur tibi pertinaciæ & obstinatiõi spernere id quod Cæsar.liberalitate sua tibi libenter concedit sine precibus tuis. Non es-

se supplicem.quod hucusque facere noluisti. Victori.Cæsari. Vide.consydera diligenter. Superbi.elati & in- Superbi. flati:non autem reuera fortis & magni.Aspernari.respuere. Liberalitatem.humanitatem quam tibi præstat in te restituendo. Et sapientis.est quasi alia obiectio. Carere patria.abesse à patria sua oppressa.Duri.quasi dicat,potius est duri & inhumani non desyderare patriam suam, q̃ sapientis abesse. Et si rep. quia posset dicere Marcellus, cur debeo esse in patria,cum non possim frui repub.quæ est in potestate unius solius: Respondet Ci.φ si non possit frui rep.stultum est nolle saltem frui re sua priuata. Caput.summa ipsa & potissima ratio terret autem ipsum Mar.periculo uitæ. Ista uita.cõmorandi in externis & peregrinis locis.Commodior.quietior:quia noui multa quæ nollis uidere.

ne tutior non sit. magna gladiatorum est licentia: sed in externis locis minor etiam ad facinus verecundiâ. Mihi salus tua tantæ curæ est, vt Marcello fratri tuo, aut par, aut certe proximus sim. Tuum est consulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis. Vale.

HVBER. ❡NE tutior.i.an sit tutior,magis sine periculo q̃ esse Ro.Licentia impugnitas,gladiatorum, interficiẽdi homines. Minor uere.minor respectus q̃ Ro.Mihi.hoc dicit Cice.uideo pericula tibi esse magis parata in externis locis q̃ Ro.tantam autem curam habeo salutis tuæ, ut nemo maiorem habeat præter Marcellum fratrem tuum.Par.ęqualis,ut ab eo nõ uincar.Aut proximus.secũ Certe dus

Universidad de [illegible] Biblioteca

dus ab eo. Certe.ſaltem.Conſulere temporibus. habere rationem temporum. Incolumitati.ſaluti. Vitæ.dignitati,& conditioni uiuendi. Fortunis.rebus,diuitiis quæ diſſi pabuntur te abſente.

PHI. **Ocium literarium** **Ocium amatoriũ** HOneſto ocio. Duplex eſt enim ocium : honeſtum quale ſtudium literarum, quod ocium literariũ appellatur,ut Cic.Quid dulcius ocio literario.& inhoneſtũ, quale eſt amatorium.Oui. Ocia ſi tollas,periere cupidinis arcus.Significat enim ocium uacationem quandam à labore. Statum & dignitatem.non ſupplicando Cæ. nec illi bellũ mouendo, ſed medium tenendo conſiliũ. aut interdictum eſt, deformior ſine libertate. Orbatã. tanquam matrem dixit patriam eſſe orbatam filiis : & illos intelligit qui in bello ciuili ceciderunt.Metaphora à fœmina. Denique.aliud argumentum à decoro ſumptum in mutãdo propoſito pro conditione temporum & rerum Cæ.pollicente clementiam. Liberalitatem.qua te complecti uult: multis in locis de liberalitate Cæ.agitur.Sapientis eſt carere patria.exulem eſſe à patria tyrannis oppreſſa:perſeuerat enim in confutãdo obiectiones Mar.& eſt color qui dicitur ſententia.Duri.inhumani,& eſt ſenſus:uide ne potius ſit duri hominis non deſyderare in patria uiuere q̃ alibi eſſe.Sapientis carere patria. hoc eſt abeſſe à patria. Et ſi repu. alia confutatio.Dicere enim Mar.potuiſſet,cur non debeo carere patria cum repu.frui non liceat?cui reſpondet Tullius,ſtultum eſſe nolle ſaltem priuata re frui,cum repu.frui non poſſit:præſtantius eſt enim aliquid habere q̃ nihil. **Frui** Frui.fructum & uoluptatem reipub.capere oblectando teipſum in ea.Nam his frui dicimus,ex quibus fructum &delectationem accipimus.Non ab re Mar.uictorem Ceſa.timebat.Is enim conſul erat,quãdo Cæ.è Gallia deuicta rediens alterum ſibi conſulatum decernere poſtulauit, & à Mar.in primis contradictũ eſt,aſſentiente Pom.Inde decretum eſt à ſenatu,ut in urbem Cæſar niſi dimiſſo exercitu nõ ueniret,& ex Mar. conſilio & authoritate Pomp.cum imperio miſſus Luceriam,ubi tunc legiones erant, Cæſar tunc Rauennam ſe contulit. **Caput** **Capitulũ** Caput.quaſi quid potiſſimum rationis tuæ.Tranſlatio eſt. Caput enim principale membrum eſt omnium animantium:unde totum hominem ab eo dicimus,ut capitulum lepidiſſimũ,& lepidum caput. dictum ſane,ut ait Varro , ꝙ inde ſenſus initium capiãt.& id totum ſubiacet arieti,de quo Marcel. Manilius, Aries caput eſt ante omnia princeps ſortitus. Vita.peregrinatio. Commodior.non uidendo ea quæ uidere nolles:perterrere enim his uult Marcellum, ut redeat. Gladiatorum.nunc graſſatores & prædones intelligit. Tantæ curæ eſt,peruenuſte uerbum ſubſtantiuum datiuo iungimus,quotieſcunque quid honeſtũ, quid utile & uoluptuoſum & dulce ſignificare uolumus,aut contrarium.ut magnæ mihi uoluptati fuerunt literæ tuæ,& dolori mihi eſt caſus tuus.

Ex.ix.Epiſtola. Et ſi perpaucis ante.

Etſi peractis ante diebus dederam nuntio literas ad te pluribus uerbis ſcriptas , atque ipſi tibi dicẽdum erit aliquid,quod non ſentias,an qui in bello cum omnium noſtrum coniunctum eſſe periculum , ſuo & cæterorum hominum minime prudentium conſilio uteretur. Quæ etiam ſi ad melio res uenit , tamen eos ipſos ferociores,imprudentioreſque reddit, ut etiam ſi natura tales non ſint, neceſſitate eſſe cogantur . Factum quod & initiũ belli neceſſario ſecutus ſis,& ſapiẽter extrema pro ſequi nolueris.Denique ſi magni fuit animi non eſſe uictori ſupplicem , uide ne ſuperbi ſit eiuſdem aſpernari liberalitatem.

ASCEN. FOrtuna,ſupple.tua laudatur,ꝙ tenueris ſup.in ocio honeſto,quia literario, utpote Athenis , & ſtatũ ſup. tuum,& famam dignitatis tuæ. Nunc uero,nec ullus locus debet eſſe tibi dulcior patria.i,q̃ patria, nec debes diligere eam minus ſupp.propterea ꝙ eſt deformior.ſ.q̃ prius , ſed miſereri potius ſup.eius , nec priuare eam orbatam.ſ.ſpoliatam.ſ.multis claris uiris:etiam aſpectu tuo ſcilicet quo eam aſpicias,aut aſpectu tui quo aſpiciaris,aut potiſſimum aſpectu tuo.i.facie & præſentia tua. Denique ſi fuit magni animi,non eſſe ſupplicem uictori,uide.i.animaduerte,ne.i.an ſic,aut uide.i.caue ne.i.ut non ſit,ſuperbi ſup.animi,aſpernari.i.contemnere liberalitatem eiuſdem ſcilicet uictoris.Et ſi eſt ſapientis carere ſcilicet ſapienter patria,eſt duri.i.pertinet ad durum.& immitem,non deſyderare ſup.patriam. Et ſi non poſsis frui rep.ſtultum eſt nolle ſup.frui priuata ſup.re . Illud ſcilicet quod modo dicetur,eſt caput.i.principale mométum.ut ſi iſta ſcilicet in ocio,& terra peregrina,uita uideatur tibi eſſe iucundior,tamen cogitandum ſit ſupple tibi,ne ſit non tutior.ſ.q̃ eſſet in urbe.Magna eſt licẽtia gladiatorum:nã facile poſſit aliquis Athenas mitti,unde occidaris, & reuera paulopoſt à Magio Chilone familiari ſuo,pugione interemptus eſt,ſed minor etiam uerecundia ad facinus.ſ.tale perpetrandum eſt in locis externis. Salus tua eſt mihi tantæ curæ,ut ſim Marcello.ſ.C.aut Lucio fratri tuo,aut par .i.æqualis in cura tali , aut certe proximus. Tuum eſt.i.ad te pertinet . Raro aut nunquam legitur tua cum uerbo eſt.Conſulere.i.conſilio proſpicere,temporibus.i.ne tempora iſta periculoſa tibi noceant,& incolumitati,& uitæ,& fortunis tuis,ne.ſ.eis noceatur.

Vale. hortatoria.

M. T. C. M.Marcello. S. P. D. Epist. 10.

E* T ſi nihil noui,quod ad te ſcríberem, habebam , magiſque líteras tuas iam expectâre incipiêbam, vel te pótiùs ipſum:tamẽ cum Theóphilus proficiſcerêtur, non potui nihil ei literárum dare.Cura igitur , vt quamprimùm véniasːvénies enim(mihi crede)expectâtus, neque ſolùm nobis,id eſt tuis, ſed prorſùs ómnibus. Venit enim mihi in mentem ſubuerêri interdum, ne te delectet tarda deceſſio.quòd ſi nullum habêres ſenſum , niſi oculórum , prorſus tibi ignóſcerem, ſi quoſdam nolles vidêre. ſed cum leuióra non multò eſſent, quæ audirentur,quàm quæ uiderétur: ſuſpicârer autem multùm intereſſe rei familiaris tuæ, te quamprimùm venîre , atque in omnes parteis valêre : putâui ea de re te eſſe admonendum. Sed quoniam, quod mihi placêret, oſtendi : réliqua tu pro tua prudentia conſyderâbis. Me tamen velim , quod ad tempus te expectêmus,certiórem fácias. Vale.

HVBER. ETſi, eiuſdem eſt argumenti & ſentẽtiæ hæc epiſtola,cuius eſt ſupérior, mutatis tantum quibuſdam uerbis , hortatur enim Marcel. ut quamprimum in patriam redîre uelit expectâtus multum à ſuis. Nihil noui.præter q̃ quę à me aliis literis intellexiſti. Magis. potiùs q̃ tu expectâres meas. Vel potius.correctio. Teipſum.non líteras:ipſum.habet Emphaſim, quaſi dicat te præſẽtem:nam aut eſt,iam líteras tuas,aut alium pro te. Non potui nihil dare.i.aliquid dedi,non potui fácere,quin aliquid darem. Cura.da operam,cógita.

Expectât9 Expectâtus.i.deſyderâtus.Virgil.Expectâte uenis. Omnibus.his etiam qui nulla neceſſitudine tecum coniũcti ſunt. Venit in mẽtem ſubuerêri.i.interdum aliquãtulùm uereor. Tarda deceſſio. ſerus deceſſus ab iſtis locis,ubi nunc es. Quod eádem ratio,qua uſus eſt in præcedenti epíſtola , cum dixit. Non eſt porrò tuum uno oculórum ſenſu mouêri,& c.& eſt ſenſus.ſi habêres tantum ſenſum oculórum,& non etiam aurium putarem tibi parcendum,ſi nolles uenîre Ro. ne uidêres multa,quæ nolles ſed cum neceſſe ſit te éadem audîre, & útile ſit te eſſe in patria,putâui te admonẽdum.Ignóſcerem.indulgêrem , párcerem. Quoſdam Cæſarem, & reliquos,qui eum contra rempub. ſecûti ſunt. Non multò leuiora.multò minùs acerba. Suſpicârer.i.exiſtimârem,& ſubaudi, cùm ſuſpicârer. **Intereſſe** Intereſſe. utile eſſe,pertinêre ad rem tuam familiarem,quam præſens póteris conſeruâre. Quod primùm uenire.i.ut ſúbitò uénias. Atque ualêre.ſubaudi cum ſuſpicârer.Valêre in omnes partes.i.ualêre ad omnia , ut tu uenires.

Admonendum.meis literis exhortandum, & dandũ tibi conſilium. **Quando** Quando.i.quoniam. Réliqua. quæ non ſcripſit. Pro tua prudentia.i.ſecundum tuam prudentiam,ut es ualdè prudens. Ad quod tempus.an cito,an ſerò ſis uentûrus.

PHI. ETſi nihil.Marcellum iam mutaſſe ſententiam Cice.cognoſcêbat, & eſſe iam perſuâſum Romam uenire,quapropter his eum hortâtur, quamprimùm uéniat , cum adhuc Cic.aliquántulùm uererêtur ne eum delectâret tarda deceſſio poſtremò eum rogat,quo tẽpore ipſum expectent,det operam literis ſuis,intelligat. Vel te potius.Teipſum , cum póndere ſuo pronomen. Expectâtus.deſyderâtus.ut, Expectâte uenis,ait Maro. Omnibus. uel ipſis,qui tibi nulla amicicitia iuncti ſunt. **Subuerêri** **Expositio Vi[...]** **De præposit[...]** **Sub=** Subuerêri.aliquántulùm timere. Sub enim compoſitiuè , quid clanculum , aut diminutiuum ſignificat.Virg.Olli ſubridens.& Cice.Pudor penè ſubruſticus.aliàs ſub pro interdum pónitur.Virgil.Ipſe ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo.Aliquando ante,uel per,uel circa.Virg. Sub noctem cura recurrat,& poſteſq; ſub ipſos, Nituntur gradibus.Et in Georg.Sub lucem exportant cálathis.hoc eſt ante lucem. **Delecto** **Oblecto** **Delector** Ne te delectet.álteram exigit conſtructionem delecto,alteram oblecto,aliam delector.Sic enim his útimur.Delectarũt me mirum in modùm literæ tuæ.&,oblecto me literis.&,ego plurimùm te ipſo delector. Tarda.córporis eſt: aliàs ánimi & intellectus:ut,huic tardus es. **Ignoſcere** **Indulgere** Ignóſcerem.uéniam darem,párcerem. Caue dicas indulgêre ꝓ ignóſcere:nam máximam habent inter ſe diſtantiam,cum indulgêre ſit,dare óperam alicui rei peragendæ.Incúmbere,uigilâre,ſtudêre:uel in primis concédere rem aliquam,rẽ mollem & effœminâtam, & quandam quaſi clementiam monſtrâre,qua parentes in liberos ſuos plurimum errâre uidentur,nimium illis indulgentes, & delicatè tribuentes: & eandem dicit rationem quam ſuperius dixit de uiſu & auditu. Quoſdam. ut Cæ.& ſuos. Suſpicârer.opinârer:& intéllige íterum cum. Valêre.ſup. cum ſuſpicârer,& exiſtimârem. In omnes partes.in omnia ad te pertinentia. Admonendum.adhortandum. Réliqua. quæ forte ſcribenda erant. Pro tua prudentia.ſecundum tuam prudentiam.Nam pro loco in,ante & ſecundum aptiſſimè collocâmus,ut pro templo,ante templum,pro curia,ante curiam.Salu. Quod ni maturaſſet pro curia ſignum ſociis dare. **Prouirib9** Pro uiribus.ſecundum uires.Virg.Summis incurrant uiribus arcus.pro ſe quiſq; uiri.pro roſtris, pro tribunali, roſtris,fúngitur interdum interiectionis officio cum. ut pro Iuppiter, pro deum, atq; hominum fidem. Conſiderâbis.conſiderâmus futura,cogitâmus præſentia, ſed iſta confunduntur.

ASCEN. **Ordo.** ETſi.Eiuſdem ferè argumenti eſt cum ſuperióre: hortâtur enim Marcellum, quamprimũ domum redîre. Ordo eſt.Etſi.i.quamquam,nihil noui habêbam,quod ſcríberem ad te,& incipiêbam magis expectâre literas tuas,uel potiùs teipſũ,tamen cum Theóphilus.ſ.familiáris tu9 proficiſcerêtur.ſ.Româ ad te,non potui nihil literárum ad te.i.quin aliquid literárum darem ei. Igitur, quia te tantopere expectâmus,cura,ut uenias quamprimùm. Enim.i.quia,crede mihi,tu uenies exp ectâtus.i.deſyderâtus.& optâtus,neque ſolùm nobis.i.tuis,quia nos tui ſumus,ſed prorſus.i.omnîno. Omnibus. Venit enim mihi in mentem.i. cogitando compellor, ſubuerêri.i. aliquántulùm uerêri interdum,ne deceſſio.ſ.ab Athénis,tarda.i.ſera,delêctet te,hoc eſt,ne tædio afficiàris Romam reuerti,quòd ſi nullum habêres ſenſum niſi oculórum , ego ignóſcerem prorſùs.i.omnîno tibi,ſi,ſcilicet tunc nolles uidêre quoſdam,ut reip.oppreſſóres. Sed cum ea, quæ audirentur.ſ.à te, eſſent non multò leuiora,quàm quæ uiderentur,ſcilicet,ſi Romæ eſſes. Autem,id eſt ſed ſuſpicârer intereſſe, id eſt ad utilitátem pertinêre,rei familiaris tuæ,te uenîre ſcílicet domum, quamprimùm atque ualêre,id eſt, utile eſſe, in,id eſt,ad omnes partes, putaui te eſſe admonendum de ea re. Sed quando aut quóniam , oſtendi ſupple id quod placêret mihi,tu conſiderâbis réliqua,id eſt an rectè ſententiam , pro tua prudentia,id eſt , ſecundum prudentiam tuam. Velim tamen facias me certiórem ad quod tempus, expectẽmus id eſt, expectâre debeâmus te. Vale.

***PETRI VICTO. CASTI.** ET ſi nihil noui,quod ad teſcriberem habebam.In medicæo,quæ extrema hîc eſt dictio non legitur,nec alia pro illa reſtituitur : quod uitio librarii factum eſt, qui in exſcribenda epiſtola omiſit, quod ante in cápite libri, dum índicem fáceret,poſúerat:ita enim legendum eſt: Et ſi nihil erat noui , quod ad te ſcriberem, magiſque literas tuas:& quæ ſequuntur.

Plurimùm.

Universidad de Deusto Biblioteca

HVBER. Plurimùm.Multis epistolis, & in his, quas supra uidimus,& aliis,quæ non reperiuntur Cic.hortâtus fuerat Marc.ut in patriã reuerterêtur,neque liberalitátẽ Cę.aspernarêtur. Deĩde gratulâtus etiam ei fuerat, ꝙ senatus uniuersus,& boni uiri uno consensu supplicassent Cęsar.pro restitutione eius. Itaque respondens Mar.dicit se,& semper & hoc potissimùm témpore tanti fecisse authoritátem Cice.ꝙ citiùs est flexus & persuasus eius literis,ut mutâret propósitum, & Romam ueniret,q̃ & consiliis & précibus C.M.fratris,qui assiduè obsecrâbat eum,ut nollet perpetuo abesse,sed uterêtur consilio amicórum & suadentium,ut rediret. Deinde ostendit se habuisse gratam gratulatiónem Cicero.quia ex animo factã intelligêbat,gratius tamen sibi fuisse, ꝙ inter paucos amicos qui ei fauêrent,cognôuit Cice.sibi amicissimum, ob quam causam ostendit se potius redîre Romam,ut possit esse cum Cicerone,& cæteris tálibus amicis,quàm propter aliquid aliud. Plurimùm ualuisse.habuisse máximum pondus,& multum potuisse. Obsecrâret précibus.adiuuâret etiam precando, quod plus est q̃ dare consilium. Persuadêre.i.animũ inducere. Quàm effectum.q̃ est persuasum. Vterer uestro consilio.fácerem sicut uos consulebâtis. Potissimùm. præcipuè, potius quàm consilio aliorum qui fortasse consulêbant ei,ut abesset. Res acta.i.impetrata restitutio mea:quia Cice.ad eum scrípserat,sicut etiã supra ad Seruium Sulpitium. Gratulatio.ꝙ Cæ.ostenderit non me paruifácere, & ꝙ senatus pro me supplicáuerit. Óptimo ánimo.i.cum beneuolentia sine simulatione. In summa paucitate.i.in ualdè paucis amicis.Erant autem pauci respectu eorum,qui debúerant ei fauêre,neque tamen fauêbant. Necessariórum. Necessarii,authore Festo,dicuntur cognati, aut affines in quos necessaria officia conferuntur. Cupidíssimum. amantíssimum. Pręstitisse. ostendisse.Singulárem.præcípuam,plusquam omnes alii. Reliqua. cætera præter te,& alios paucos qui mihi fauêrunt:reliqua igitur .i.fortunæ meæ & dignitates,& similia. Eiusmodi.i.talia,&talis conditionis. Quibus.scilicet reliquis. Carebam æquo animo.i. carebam sine sollicitudine, sine dolore. Témpora. conditiónes témporum. Hæc .i.talia ita misera, & mala. Hoc.hanc rem.s. quæ sequitur. Statuo. iudico : est autem ordo, hoc statuo esse eiusmodi, ut quisquam, neque in aduersa, neque in secunda fortuna possit uíuere sine beneuolentia talium uirórum & amicórum scilicet qualis tu es. Grátulor mihi.gaudeo mihi. In hoc.in hac re,ꝙ talem hábeam amicum. Præstabo.ostendam. Re.effectu, non uerbis. Officium.beneficium.

Persuadere. et animũ inducere. idem est

Necessarii

M. Marcellus. M. T. Ci. S. P. D. Epist. II

responsoria ad hortatoriam.

Plurimùm ualuisse apud me tuam semper authoritatem,cùm in omni re, tũ in hoc maximè negotio, potes existimâre: cúm mihi C.Marcellus frater amantíssimus mei, non solùm consilium daret, sed précibus quoque me obsecrâret: non priùs mihi persuadêre potuit, quàm tuis est effectum literis, ut úterer uestro potissimùm consilio.res quemadmodùm sit acta, uestræ literæ mihi declârát.Gratulatio tua etsi est mihi probatíssima,quòd ab óptimo sit ánimo: tamẽ hoc mihi multò iucundius est & gratius, quòd in summa paucitáte amicórum, propinquorum, ac necessariorum qui uerè meæ saluti fauêrent, te cupidíssimum mei, singularemque mihi beneuolentiam præstitisse cognôui. Reliqua sunt eiusmodi, quibus ego(quoniam hæc erant tempora) facilè & æquo ánimo carêbam. Hoc uerò eiúsmodi esse statuo, vt sine talium uirórum,& amicórum beneuolentiâ, neque in aduersa, neque in secunda fortuna quisquam uíuere possit. Itaque in hoc ego mihi grátulor. Tu uero ut intelligas, homini amicissimo te tribuisse officium,re tibi præstabo. Vale.

Ex.xi.Epistola.Plurimum ualuisse. Non solum consilium daret,sed precibus quoque me oneraret.

PHI. Plurimùm ualuisse.Quantam uim.quem etiam effectum habúerint apud Marcel.Cice.epi.his Mar.literis facilècognosci potest:eius consilio persuâsus Romam se uentûrum pollicêtur, & ibi malle uíuere, ubi clarissimórum uirórum consuetúdine uti posset,& maximè Ci.quem sibi amicissimum esse cognóuerat,& ꝙ nec Marcel.frater nec multi alii ex amicis illi persuadêre potuérunt,persuáserat Cice.ostendit etiam quàm sibi grata fuerit gratulátio ipsius,ꝙ S.P.Q.R.Cę.supplicâtum accésserat,ut Mar.restituerêtur in patriam. Valuisse.habuisse pondus,uel potuisse.Habet hoc uerbum in oratione multum uenustátis,uel in primis si cum ablatiuo iungamus hoc modo.M.Ci.plurimùm eloquentia ualuisse,nemo est qui nesciat.Sine ablatiuo,sic,ualet id quidem apud me multùm,sicuti etiam hominum amicissimorum diligens commendatio.Exigit etiam post se accusatiuum,sed quando refertur ad precium, in his utimur genitiuo tanti,& quanti,in réliquis accusatiuo,ut quanti ualet, tanti ualet annona,aureos.xx.ualet annona. Authoritatem. dignitatem, & existimationem tuam. Cum.i.&. In omni re.subaudi alia. Tum maximè.i.& præcipuè. In hoc negocio. in hac causa mei réditus.Amantíssimus mei.qui me ualdè amat. Hoc nego.mei réditus. Consilium,quo intellígerem redeundum esse mihi RO. Sed précibus.ut hoc te unius sollicitudines, unius etiã multæ lachrymæ C.Mar.fratris optimi deprecantur. Obsecrâret précibus. maiórem uim habet quàm dare consilium. Potissimum.nolim dicas potissimè:id enim nunquam legi nisi apud Priscianum,qui dicit â potiùs nasci potissime. Res acta.restitutio mea impetrata,ut ex Cic.epistola accéperat.Gratulatio. quod pro eo supplicáuerat senat⁹ ꝙ ei pepérceraт Cę.ac esset Ro.reditûrus.Óptimo ánimo.non simulata mente.Paucitáte amicórum.pauci.n.erant,cum multi esse debuissent,qui ei fauêrent propter præstantiam eius. Cupidíssimum.amantíssimum.Præstitisse.demonstrasse.numerosæ significationis uerbum, Nam est dare,concedere,exhibere,cum quibus accusatiuum iúngimus.ut,si meam fidem præstíteris,quod confido te esse factûrum.interdum antecellere, & tunc ultra datiuum ablatiuum damus,ut Cicero cæteris ómnibus præstabat ingenio,& doctrina.Aliquando meli⁹ esse.Virg.Sed motos præstat compónere fluctus.Quid,quod præstâre iureconsulti uolũt esse,cauêre ne quid damni fiat alicui.Cicero de officiis. Emptorem indemnem damno præstâri oportêre. Reliqua.tam fortunæ,q̃ dignitatis,& huiusmodi. Aequo animo.sine molestia,multis id modis dícere pósumus:moderatè,facilè,modicè,modestè,fortitèr,quod quasi uulgò dicitur patiẽtèr.Et à contrario sẽsu hoc modo.Iniquo animo, ægrè,grauitèr,molestè,peracerbè,immodicè. Témpora.nouitátes. Hæc.tam mísera. Hoc, quod séquitur: & est ordo,hoc statuo esse huiusmodi, eius conditionis, status. Talium uirórum.qualis tu es. Grátulor.gaudio afficior. Hæc mala. In hoc.ꝙ talem amicum habeam. Re.effectu.Cicero in Paradoxis Cum re ac factis longe alitèr iudicassent. Præstâbo.efficiam, demonstrabo.

Valêre cum constructione.

Præstare

Aequo animo

ASCEN. Plurimùm &c.Quid Cic.epistolæ apud Marcellum ualúerint,Marcellus ipse hac epistolá signíficat, dicẽs se ab eo quasi suâsum Romam uentûrum,& quæ pro se acta essent cum Cæsare grata habêre. Ordo est. O Cicero,tu potes existimâre.i.iudicâre, tuam authoritâtem ualuisse semper plurimùm apud me, cùm .s.ita sit,quod potes existimare illud in omni re,scilicet alia,tùm maximè in hoc negocio scilicet domũ redeũdi. Cum Caius Marcellus sup.meus,amantissimus mei,non solùm daret mihi consilium,sed quoque.i. etiam Obsecrâret.i.ob sacra orâret me précibus , non potuit priùs persuadêre mihi,q̃ effectum est líteris tuis, ut úterer potissimùm consilio uestro,scílicet ambórum.Literæ uestræ.i.tuæ & fratris, declârant mihi quemádmodùm res.i.reconciliatio mea,aut ueniæ datio,sit acta,scílicet in senatu,cum Cæsare. Gratulatio tua,& si.i.quãquam,est mihi probatíssima.i.máximè approbâta,quòd.i.quia,sit ab óptimo ánimo, tamẽ hoc est mihi iucũdius,& gratius multùm,ꝙ cognôui in summa paucitáte amicórum,propinquórum,ac necessariorum,qui fauêrent uerè.i.non fictè,saluti meæ,te cupidíssimum mei,& præstitisse mihi beneuolentiam singulárem. Reliqua,s.bona,quæ ante habêbam,sunt eiúsmodi,quibus.i.ꝙ eis,ego carêbam facilè,& æquo animo, quoniã hęc .i.huiusmodi erant témpora.s.tam mala. Verò.i.sed,ego statuo hoc.s.quod mihi præstitistis,esse eiúsmodi, ut quisquã neque pósit uíuere in fortuna aduersa,neq; in fortuna secunda.i. próspera, sine beneuolentia talium uirórum,& amicórũ.itaque ego grátulor mihi in hoc. Verò pro sed,ego præstâbo,scilicet effectu ipso, ut intélligas te tribuisse hómini amicíssimo,uidélicet mihi.officium.i.opportunum beneficium. Vale

Ordo.

Obsecro

nuntiatoria.

Seruius Sulpitius M. T. Ci. S. P. D. Epist. 12.

Etsi scio nõ iucundíssimũ nuntiũ me vobis allatûrum,tamẽ quoniam CASVS ET NATVRA in nobis dominâtur,visum est faciẽdum,quoquo modò res se habêret,vos certióres fácere. Ad décimũ Calẽ.Iunii,cũ ab Epidauro Piræũ naui aduect⁹ essem , ibi Marcellum

HVBER. Etsi.M.Mar.multis líteris Ci.persuâs⁹ tandem decreuerat Rom.uenîre,cum Cæ.liberaliter ei concessisset, ut id fácere posset,uerum antequam discessisset ex Græcia,cùm non longe ab athenis esset,à P.Magio Chilóne eius famíliari pugione interemptus est. Itaque cum Seruius qui pręerat Achaiæ,intellígeret quantum Cice.dilexisset Mar.hac epistola nunciat ei grauissimũ casum mortis ipsius Mar.& simul ostendit quanta cura & officio primùm curáuerit ei subuenîre adductis médicis.Deinde postquam est mórtuus, ut honorificè sepelirêtur. Et si.principium est accommodatum reb⁹ tristibus nunciandis. Non iucundíssimum.à contrario .i.tristíssimũ & plenũ doloris.Nõ iucũdíssimũ à cõtrario sensu mœstíssimum,& attẽtum facit. Casus & natúra.tribus enim humana uita, ut inquit Honoratus, continêtur.Natura,cui ultra centum & xx. solstitiales annos concessum non est,fato cui nonaginta anni,hoc est Saturni tres cursus éxitum creant,nisi fortè aliárum stellárum benígnitas tertium eius súperet cursum.fortuna hoc est casu.qui ad ómnia pértinet,quæ extrínsecus sunt,ut ad ruinam,incendia,naufragium,cædes.uerum casus differt à fortuna,ut Aristotelis uerba demonstrant secun.physico.lib. tam enim in agentibus per intellectum uim habet casus,q̃ in non agentibus per intellectum, & in plures res cadit q̃ fortuna,ut décidẽs a tecto tégula prætereũntem occidit.& Chilo,à quo nihil mali suspicabâtur Marcel.eum occídit:fortuna uero duntaxat uim habet in agéntibus per intellectum,ut aranti agrícolæ argenti lámina se offert. Et benè casum, & natúram dixit in bonis dominâri:ómnia enim inter ista claudenda sunt, adeò quòd omnia aut secundum natúram fiant necesse sit,ut nunc uiolentiam & inopinâtam mortem Mar.casu contigisse putêmus. Verum, ut ait Gellius, cum apud Cice.legisset.i.Philippicárum,ut si quid mihi humánitus accidisset.Multa autem impendêre uidentur præter natúram,& præter fatum.Considerandum équidem puto,atq; id máximè requirendum qua ratione díxerit accídere multa humánitùs posse præter fatum,cum sit ratio,& ordo, & inseparábilis quędam necéssitas fati.Item Virg.Aenei quar.de Phænissa.Nam quia nec fato,mérita nec morte peribat: tãquam in faciendo fine uitæ,quæ uiolenta sunt,non uideantur è fato euenîre.Sed in hoc quid sentimus in lib. Tus.explicáuimus.Sed posset quis quærere quid sit natura,quæ tripartita considerâtur in hómine,ánimi, córporis,& extrínsecus.inquit Cice. naturam ipsam definîre difficilé est. Sed quæ ratio sit,cur naturæ diffinitio difficilis sit Victorinus docet hoc modo. Apud sapientes contentio est, quid prius sit, deus an natura? Si natura prior est,ergo deus natus est,atqui deum nasci non ponunt. Rursus si deus prior est,nata est natura.Quòd si nasci potuit natura,incipit non esse natura.Itaque naturæ difficilis est definitio, sed cùm dixerit esse difficile,non tamen negâuit definîre nõ posse.Itaque quidam philosophi sic definiendam putauẽrũt. Natura est ignis artifex quadam uia uadens in res sensibiles procreandas. Plato sic definit. ἡ φύσις θέλημά ἐστι τοῦ θεοῦ, hoc est,natura, est dei uoluntas. Visum est faciendum uos fácere certióres. hoc est putâui ut uobis significârem:dicendi modus huiúsmodi apud doctos uiros. Iunias.narratio est,& animaduerte,ꝙ plus decóris habêbit oratio,si pro mensium genitiuis possessiua eorundum mensium ponêmus, ut si Calendas Iunias dicêmus non

Et si

Fortuna Casus

Natura

Epidaurus

Epidánus

non Iunii, Augustas non Augusti. Epidauro.in Achaia,ut ait Pli.est ciuitas,de qua etiam Strabo sic ait. Epidaurus autem anteà Epitaurus uocabâtur,eam Cares,Aristo.teste occupauerunt,& non álibi parũ insignis est ciuitas, præsertim ex Aesculapii claritáte nobilitâta,quem uaria morbórum génera curasse somniati sunt hómines:erat uero templum egrotantium multitúdine usquequaq; refertum,pendentibusq; tabellis,in quibus sanâti languóres erant inscripti.Sita quidem urbs est in ipso Saronici sinus recessu íntimo, Epidamnus uero urbs est Epiri,quam & Dirrachium dicunt.

PHI.

Nuncius
Nuncium

Casus

Fortuna
Dñatur

Dóminor in cõstructione.

Aesculápius
Epidaurus
Piræus

ET si scio.Vide quemádmodum ómnibus telis fortunæ propósita sit uita nostra.Inimicus enim Mar.pepércerat,inuentus est amicus Públius Magi.Chilo qui eum occíderet. Nunciat igitur Ci. Sulpitius,qui tunc in Achaia magistrátum gerêbat,non sine magno dolóre Marcellum Cic.amicum occisum esse.Mortis etiam genus ostendit,& officia quæ in eum ita affectum cóntulit. Postremò quibus eum sepultúræ & exequiárum honóribus honestáuerit.Nuncium.nuncius masculino génere & rem nunciâtam,& eum qui nunciat significat.Virg.I.ænei.& nuncius ibis Pelidæ genitóri. idem in sexto.Infœlix Dido uerus mihi nuncius ergo Vénerat.In neutro uero genere rem nũciatam tantum significat.Casus,euentus per accidens,qui ut ostendit Arist.lib.secũ.physi.ca. viii.sic differt à fortuna, quia casus habet esse tam in agentibus per intellectum q̃ in non agentibus per intellectum,& in plúribus est q̃ fortuna, ut si lapis cadens de tecto frangat caput transeũtis, & si quispiam ab aliquo interficiâtur,à quo propter familiaritátem nullum perículum timêret,sicuti M.Mar.à Chilóne.Fortuna uero habet esse in agentibus per intellectum tantùm,ut si fodiens sepulchrum inuéniat thesauros.Et natura dominâtur.quia à iure naturæ omnia orta occidunt,ut inquit Salu. Dominâtur.imperat,quia & casui & naturæ subiecti sumus.In bonis,dóminor, iúngitur cum ablatiuo cum præpositione,ut hic,& apud Virg.ænei.secũ.Incensa Danai dominantur in urbe, iúngitur datiuo Virg.Et uictis dominábitur Argis. Iúngitur etiam accusatiuo cum præpositiõe in. Ouid.pri.meta.Et ꝙ dominâri in cætera posset Natus homo.& Cice.in Catóne maióre.Fœlix senectus si usq; ad últimũ spiritum dominâtur in suos.Visum est faciendum fácere,modus est dicendi quo frequenter etiam Ci.útitur, uisum est faciendũ ut te admonêrem,pro putâui te admonendum.Ad decimum.incipit narrâre.Epidauro.Epidaurus,ut scribit Soli.est urbs Achaiæ,Aesculapii sacello celebris,cui incubantes ægritudinum remedia capessunt mónitis somniórum.Inde Aesculapius Epidaurius dícitur.Ouid.in.pri.de põ.Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,Sanâbit nulla uúlnera cordis ope.Epidamnus autẽ urbs in Epiro est, Dyrrachium appellata.Piræus.portus Atheniensium,ut ostendit Stra.lib.nono.cui urbs coniungebâtur muro protracto ex oppido in modum duorum crurum.

ASCEN.
Ordo.

Epidaurus
Piræus

ET si scio &c.Deflet M.Marcelli necem à. P.Magio Chilóne familiári eius acceptam, récitatq; studium suum in communis amici sepultúra,dicens.Et si.i.quamquam scio me allatúrum uobis.s.qui Romæ estis,nuncium non iucundissimum,modo tristissimum, tamen quoniam casus & natura dominâtur in bonis, quia etiam boni aut casu aut natúra cogẽte sæpe péreunt. Visum est.s.mihi faciendum,fácere.i.ut fácerem uos certióres, quoquo.i.quocunq; modo res habêret se.Cum ego aduect⁹ essem naui ab Epidauro urbe Achaiæ,Aesculapii sacello insigni, Piræum.i.ad portum illum Atheniensium.ad.i.círciter,x.Cal.Iunii,ego conuêni, id est adiui, colloquendi & uisendi gratiâ,ibi,scilicet in Piræo. 22.23.&.24.

collêgam nostrum conuêni, cumque ibi diem consumpsi, vt cum eo essem. Póstero die cum ab eo digressus essem, eo consilio, vt ab Athénis in Bœótiam irem, réliquamque iurisdictionem absóluerem: ille, vti aiêbat, supra Maias in Italiã versus nauigatûrus erat.Postridie eius diêi,cum ab Athénis proficisci,in ánimo habêrem, círciter horam décimã noctis,P.Posthúmius familiáris me⁹ ad me venit, & mihi nunciâuit M.Marcellum collégam nostrum post cœnæ tempus à P. Magio Chilóne familiári eius pugióne percussum esse, & duo vúlnera accepisse, vnum in stómacho, álterum in cápite secundum aurem: sperâre tamen eum víuere posse: Magium seipsum interfecisse.postea se à Marcello ad me missum esse, qui hæc nunciâret: & rogâret, vti

HVBER.

De nominibus proprijs motus regulæ.

Athenæ

Bœotia

Absoluo

Maia.

Postridie
Vbiq;
Circiter

COLlégam.fuit.n.eius colléga olim in consulátu,at tunc non erat.Ab Athénis in Bœotiam irem.Nulla te régula grammaticorũ impédiat, quin nomínibus locórũ propriis addas præpositionem uel non addas quocunq; spectántibus, indifferentèr.n. omnes docti uiri sunt usi,ut ab Athenis & Athenis uénio ad Romam, & Romam uado.Sic Sulpitius,cum ab Aegina Megáram uersus nauigârem,his exemplis plenus est Liuius. Athenæ uero,ut inquit Stra.à Posidóne siue Neptúno, & Athena.i.Minerua appellatióne deórum sortitæ sunt. Regio in qua sũt,Attica nominâtur, de qua Cecrops primum multitúdinem in ciuitátes duódecim habitandas digessit.Theseus uero posteà duódecim illas in hanc unam congregasse ciuitátem memorâtur. Bœotia coniũcta est Atticæ,à qua illam montanæ Atticæ plagam disiũgit,à boue appellata,quam ibi Cadmus Agénoris filius reperiens immolâuit.Diodo.uero Sículus à Boete Neptuni filio,ex Arne Aeoli filia dixit appellatã esse Boetiam.Absóluerem. perfícerem. Reliquamque iurisdi.i. reliquum quod restat de administratione etiam in Bœótia,nam Seruius habêbat iurisdictionem non solum in Achaia,sed etiam in regionibus finítimis. Supra Maias alii intelligunt supra Maias,ut subaudiamus dies,sed dies in plurali constat masculini tãtum esse generis, non autem fœminini,præterea non est mos doctorum pónere adiectiuum sine substantiuo,ego huic sententiæ minimè assentior.Alii dicunt esse locum quòd & si adhuc apud néminem idóneum me légere mémini, tamen magis probo.Postridie diei eius.ut supra notáuimus alio loco diei,abiectio est,ut ubi locórum,nam & postridie & ubîque per se plena sunt. Proficisci. discédere.Circiter.pro iuxta ponitur,quando περὶ significat,ad temp⁹ tamen solet pertinêre, ut circiter calendas, interdum ad locum, ut Cassius Emina, lapidem fuisse quadratum

Chilones
Cilones

Pugio
Secundũ

tum circiter in media arce iunctum calendis,frequentius tomen ad númerum,ut Papia distat Mediolano circiter uiginti milia.Circiter ergo pro circa. Decimam ho. quia hora nona cœnabâtur. Marti. Incipit extructos frángere nona thoros. Iuue.carpit Mariũ Priscum quòd ante nonam horam cœnâret.Exul ab octaua Marius Bibit.Dies autem incipiêbat apud Romanos à media nocte,ut digestis de feriis lege mora Ro. Chilone, cognomentũ à labris,nam(ut inquit Ser.in arte) Cilones sine aspiratione dicunt,quorum cápita longa & cõpressa sunt. Chilones autem cum aspiratione ex Græco à labris improbioribus,quæ illi uocant χεῖλη,unde & pisces improbius labrati Chilones dicuntur. Pugione.pugio genus est teli,à pungo dictus, quo facile apprehénditur. Secundum,id est iuxta.Virg.lib.iiii.Geor.Pascuntur uero.syluas & plena secundum Flumina. Sperâre tamen.subaudi dixit,uel nunciâuit se sperâre,id est spem habêre. Eum.Marcellũ. Seipsum. propria manu. Se missum.subaudi dixit C.Posthumius.

PHI.

Bœotia
Iurisdictio
Diuisio temp.

Postridie

Chilo

Circiter
Pugio

Stomach⁹
Stomachari
Stomachosus
Secundũ
Cogere

COLLÉGAM. non nunc sed anteà, cum simul gessimus consulátũ. Ibi. in Piræo. Postero die,scilicet sequenti die. Digressus essem.Virgi. Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis. Iuuena. Quamuis digressu uéteris confusus amici.Eo consi.ea mente,ea deliberatióne. In Bœo. quæ est finítima Atticæ. Dicta est autem Bœotia à boue à Cadmo inuenta,cuius augurio urbem cóndidit.Vnde Oui.Mœnia fac condas, Bœotiáq; illa uocato.Diodo.tamen lib.v.dicit appellâtam fuisse à Bœótio, quem Neptunus genuit ex Arne filia Aeoli. Iurisdictionem.administrationem,hanc enim non modo in Achaia,sed in regionibus uicinis habêbat. Seruius. Suprema æstate Italiam uersus nauigatûrus erat,hoc est in fine æstátis,& circa principium Autumni,Quatuor enim anni tempora tripliciter diuiduntur,in nouum,adultũ & præceps siue supremũ, & nouam æstatẽ dícimus initiũ æstatis,adultã æstatem,æstatis mediũ appellamus,& supremã siue precípitẽ æstatem nuncupâmus finem æstatis,& sic de singulis temporibus,ut Ver nouũ,adultũ & preceps. Postridie.postera die,cras,errât qui postridie dicũt post tres dies,adiũxit etiã Sulpitius diei eius,& sic legendũ postridie diei eius,nec maioris,aut alterius significationis est q̃ postridie,ut cũ dícimus ubîq; gentiũ,ubiq; locorũ nõ aliud significamus q̃ ubiq;. Decimam ho.hora.ix.dabâtur cœna,hinc ait Valerius Martia. Incipit extructos frãgere nona thoros, hinc Mario Prisco apud Iuue.datur uitio,quòd ante horam nonã cœnâret, ut, Exul ab octaua Marius bibit. Chilone.P.Magius cognómine Chilo à labris grossioribus dictus est,qui Marcellũ occidit.χεῖλος enim apud Græcos labrum significat.hinc aspirâtur prima, sed cum c tenui Cilo illum significat qui oblongum & compressum caput habet, ut Genuenses habére conspícimus. Círciter. ad númerum in primis refertur, potest & ad tempus & ad locum referri.Tu ne dicas tantummodo témporis esse Prisciani erróre ductus.Hoc autem loco & ad tempus,& ad númerum pértinet. Pugióne percussum.genus est gladii.Nec dicas,cum pugione percussum.Nam quando significat instrumentum non appónitur cum,non enim latinè dicerêmus.Scribo cum calamo,uúlnero te cum gládio,sed scribo cálamo,uúlnero te gládio, & huiúsmodi. Stómacho. addo notã aspirationis in fine.Stomachus,etiam pro ira & odio,sæpe pónitur,C.in Tuscu.Intelliges ea stomacho non ágere. Hora.Magnum stomachúmq; teneto, unde stomachâri est pro indignâri,& ira cõmouêri.Cic.in Tuscu.An uero uir fortis nisi stomachari cœpit,non potest fortis esse? Inde etiam Stomachósus indignatione & ira accensus.Hora.epistolarum.I. Leua stomachósus habéna dicet eques. Secundum. est frequentissime positum pro post apud Liuium.Sic Quintilia. Nam quod unum mihi secundum patrem fortúna uidebâtur parasse præsidium,Id ego separâre in illa sorte non póteram.aliàs pro iuxta pónitur ut nunc,& Maro. Dúlcibus illa quidẽ illecebris,& plena secundum Flumina.aliquando significat pro,ut secundum te ad Cæsarẽ scripsit,hoc est pro uoluntate & sententia tua.In aliis uero significationibus notum est.

ASCEN.

Maias

Secundum.

MARCELLVM collégam nostrum.s.quondam in consulátu,& consumpsi eum diem ibi,ut essem cum eo, scílicet Marcello. Cum digressus essem ab eo die postero,id est sequenti, cum quo conuéneram, eo consilio irem ab Athenis in Bœotiam,quæ Atticæ uicina est regio,& absóluerem reliquam iurisdictionem,s.prouinciæ susceptæ,ille,scilicet Marcellus,nauigaturus erat,ut aiêbat,Italiam uersus supra Maias, id est Maio mense peracto cuius adhuc sex aut septem restabãt dies.Huber.quia dies in plurali masculinum est,censet de diebus intelligendum non esse,& licet apud nullum idoneum erit,probet locum maiárum nómina significâri.Ego cõtra sentio,nam licet usitatiùs in masculino utâmur,tamen non futilis author dixit.Venit post multas una serena dies.Præterea sicut per Calen.nonas & idus dies significâmus,sic & per maias,omnes maii mensis dies significatos intelligo,non tamen dixero dies maias,sicut nec Calendas,sed maiarum ut Calendarum. Quidam textus bis habent supra maias,sic ut ab Athenis supra maias in Bœotiam irem &c.quod si est,non potest áccipi pro loco,sed pro tempore,sed non putem bis legendũ,eo quòd Seruius iam digressum se dicit,ut scilicet statim non supra maias in Bœotiam iret,nam addit. Postridie eius diei,id est die sequente eum diem,cum habêrem in ánimo proficisci ab Athenis, Posthumius familiaris eius.s.Marcelli, aut familiáris meus, uenit ad me, círciter horam décimam noctis.s.post merídiem cõputando horas, & nunciâuit mihi M.Marcellum collégam nostrũ percussum esse post tempus cœnæ,à Publio magio Chilõne familiári eius,pugióne,id est gladio acuto quo punctim uúlnera fiunt, & accepisse duo uúlnera,unum in stómacho,álterum in cápite,secundum.i.pone & post aurẽ,tamen sperâre eum posse uiuere. Magium interfecisse seipsum,aut desperatióne uitæ,aut dolóre quòd ébrius amicum sic uulnerâsset,répete & mihi nunciauit se postea missum à Marcello ad me,ergo familiaris Marcelli erat,qui,id est ut nunciâret mihi hæc,& rogâret sup.me,utî,id est ut.

cógerem médicos.coêgi, & è vestigiò eò sum profect⁹ prima luce.Cũ non longe à Piræo abessem,puer Acidîni obuiã mihi venit cũ codicillis, in quib⁹ erat scriptũ, paulo ante lucẽ Marcellũ diem suũ obiisse, Ita vir clarissim⁹ ab homine deterrimo acerbissima morte est affectus: &

HVBER.
Cógere
E uestigiò

Codicilli

COGEREM in unum collígerem, congregârem. Virg.in Buc.Tityre coge pecus. E uestigio.statim. Prima luce. prima parte lucis, hoc est circa ipsam lucem, eleganter enim dicitur prima nocte,uel multa nocte,& prima luce,& multa luce,uel ad multam noctem, & ad multam lucem ueni ad te. Puer. seruus. Acidini.nomen proprium. Codicillis. tabellis,literis. codex enim diminutiuum facit codicillus. Paulo ante lu.paulo ante diem,cum ego prima luce ad eum irem. Ita.quasi dicat ita crudélitèr & miserabilitèr, est enim miserantis. Vir cla.M.Marcellus. Coactus sum. non ab aliquo

Universidad de D… Bibliote…

sed à me ipso, & est dicendi modus pro eo quod dici-
Lectica tur,fuit mihi necesse. Illa lectica. & quia nō habebam
aliam qua posset deferri.Erat autem lectica cathedra&
& sedes quædam, qua ferebantur diuites & potentes,
dicta quod puluinari & lectulo esset strata, græce dici-
Hexapho- tur Hexaphoron, quia à sex seruis ferretur.Iuue. Cum
ron iam sexta ceruice feratur,Hinc atque inde patens ac nu
da pene cathedra. Idem.Cum ueniat lectica Mathonis
plena ipso.Idem etiam significat lecto fuisse stratā. Cū
dicit, Qui dedit ergo tribus patruis Aconita uehetur
pensilibus plumis,id est lectica. Item alibi.Cōducit co-
mitem,sellam,puluinar, & idem .Namque facit somnū
Lecticarii clausa lectica fenestra. Meis le.id est meis seruis,qui le
cticam ipsam ferebant. Referre.reportare. In ur.Athe
nas, unde ego ad eum ueneram. Pro ea co. secundum
eam copiam,quia non fuit tanta quanta fuisset Romę.
Funus Funus. pompam & honorem funeralem. Satis am. id
est dignum & honorificum.

cui inimici propter dignitatem peperce
rant, inuentus est amicus qui ei mortē af
ferret. Ego tamen ad tabernaculū ei⁹ per-
rexi: inueni duos libertos & pauculos ser
uos: reliquos aiebant ꝓfugisse metu per-
territos, ꝙ dominus eorū ante tabernacu
lum interfectus esset. Coact⁹ sum in eadē
illa lectica, qua ipse delatus eram, meisq;
lecticariis in vrbē eū referre: ibiq; pro ea
copia, quæ Athenis erat, fun⁹ ei satis am-
plum faciendū curaui. Ab Atheniēsibus
locum sepulturæ intra vrbem vt darent,

HVBER. ¶IMPETRARE. obtinere. Impediri. prohiberi. Religione,scilicet sua,qua prohibebantur qui nō fuissent
ciues intra urbem suam sepeliri. Neq; tamen.ne uideretur hoc fuisse magis negatum Marcello quàm aliis,di-
cit ꝙ antea nemini unquam id concesserant. Id.ut intra urbē sepeliretur. Permiserunt.concesserūt. Quod
Gymnasiū fuit proxi.i.quod fuit primum post hoc ne sepeliretur intra urbem. Vti,pro ut. Gymnasio.gymnasiū dice-
batur locus ubi palestritæ exercebant nudi & oleo uncti,nam γύμνος græ.nudū significat. Dicitur tamen gym-
nasiū locus quilibet ubi aliquis exercetur unde & gymnasia literarū dicuntur, erant autē Athenis extra urbē
multa gymnasia philosophorum secundum uarias eo-
rum sectas, inter quæ nobilissimum erat gymnasiū Aca
demiæ,ubi Plato docuerat, quem locum dicit Seruius
se elegisse ad sepulturam Marcelli, quia in eius potesta
te fuerat eligere ex multis quod uellet. In q.uel. quia
Deligere multa erant. Delegimus.elegimus,accepimus ex mul-
tis.deligere enim est ex multis eligere. Cui ini.Cæsaria
Taberna ni, contrarium, exornatio. Tabernaculum. diuerso-
Taberna- rium,à taberna fit tabernaculum.Est enim taberna nō
culum modo ubi uinum uenundatur, uerum etiam locus ad
habitandum,& ubi quæq; res ad uendendum exponun
Officina tur.Iuue.Ne pudeat dominum monstrare tabernæ.offi
cina uero est ubi res fiunt,quæ etiam potest esse taber-
na,si ibidem res uenduntur.Ci.sed tamen ut ex eadem
Monumē officina exisse appareat. Monumentum. insigne sepul
tum chrum,quod monumentum dicitur à monendo,quòd
moneat nos,& memoriam faciat. Locarent fa. merce-
de faciendum darent alicui huius rei perito. Oīa offi.
scilicet mea.i.oīa quę à me debebantur Marcel.Pro col.
ut decuit collegā. Pro propin.i.ut decuit propinquū,
qualis ei eram,nam Ser. erat propinquus Mar. fueratq;

impetrare non potui, ꝙ religione se im-
pediri dicerent: neq; tamen id antea cui-
quam concesserant. Quod proximū fuit,
vt in quo vellemus gymnasio, eum sepe-
liremus, nobis permiserunt. Nos in no-
bilissimo orbis terrarum gymnasio Aca
demiæ, locum delegimus, ibiq; eum com
bussim⁹: posteaq; curauim⁹ vt iidē Athe
nienses in eodem loco monimentum ei
marmoreum faciendum locarēt. Ita, quæ
nostra officia fuerūt, pro collegio, & pro
propinquitate, & viuo, & mortuo omnia
ei præstitimus. Vale.
D. Prid. Calen. Iun. Athenis.

Pro eius collega in consulatu. Pro.i. secundum. Et ui. quem semper amauimus & honorauimus. Et mor. quia
eum honorifice sepeliendum curaui. Supra ubi diximus supra Maias,ut ex characteribus ueteris codicis con-
ieci,puto fuisse scripta suprema æstate,id est ultimo tempore æstatis, quod neque ausim affirmare, quia non
bene poterat legi textus,neque tamen improbo,uolui tamen notasse,ut uideant docti,quid probent.
PHI. ¶COGEREM. in unum colligerem,ut Virg. Tityre coge pecus.Cic.Tusculanarum primo.Cœlum hoc in
quo nubes imbrésque coguntur.alias significat urgere & non stringere. Terent. Iubeo, cogo, atque impero.
Codicill⁹ Cum co.literis prima positio est codex.Inde codiculus,ex quo nascitur codicillus,quo in numero singulari
non utimur,licet Iustinus sit usus. Affectus est M.interfectus est. Inimici,Cæsariani. Pepercerant. dederant ui
tam,licet fuisset eis aduersarius. Dignitatem.nobilitatem,& familiæ & probitatis. Amicus. quia ut supra di
xit,erat eius familiaris,& putabatur amicus. Tamen. licet ante aduentum meum audiuissem eum mortuum.
Ad ta.ad hospitium eius, ad locum ubi habitabat, nam ut inquit iurisconsultus digestis de uerborum signi-
Taberna ficatione. Tabernæ appellatio declarat omne utile ad habitandum ædificium, dicta ex ea taberna quòd tabu-
Taberna- lis claudebatur,inde tabernacula & contubernales dicti.neque est diminutiuum tabernaculum, sicut nec cœ
cula naculum. Perrexi.iui.à uerbo pergo. Reliquos. qui cum eo esse solebant. Perterritos. timentes ne & ipsi
Contuber interficerentur. Coactus.à me ipso non ab aliis, est quidam huiusmodi dicendi modus. Seruos.Mancipia
nales à seruando non autem à seruiendo appellatos. Emebantur enim bello seruati. Dominus.ipse Marcel. sunt
Seruus enim ista correlatiua dominus & seruus ut libertus, & patronus, sed est hoc tyrannicum & odiosum nomen,
quod sibi Domitianus attribuit, & non solum dominus, sed deus uoluit appellari. Tu principem dicito
potius quàm dominum, si quem hac appellatione dignum uidebis. Quantum enim ista discrepent demon-
Lectica strauit Ouidius, Vt domini nomen, principis ille tenet. Lectica. hac nobiles Romani & clari uiri plurimum
Hexapho utebantur, & à numero Lecticariorum Hexaphoron dixerunt, & huiusmodi, de quo Martia. Cum tibi non
ron essent sex millia Ceciliane. Ingenti latere uectus Hexaphoro,& Iuue. Qui sexta ceruice feratur. Sed huncle-
cticarum usum Cæsar, ut inquit Tranquillus, & conchiliatæ uestis & margaritarum, nisi certis personis
& ætatibus, perque certos dies ademit. Et ideo Lectica est dicta, quia lecto & puluinari sternebant,
unde

unde inquit.Qui dedit ergo tribus patruis aconita uehetur Pensilibus plumis.& qui eam ferebant,Lecticarii Lecticarii
dicebantur. In ur.Athenas.pro ea co.quasi dicat non pro meritis & dignitate Marcelli,qui maiorem honorē
merebatur,sed secūdum copiam,quæ Athenis esse poterat minor quàm Romæ. Funus. exequias,à funalibus Funus
appellatur,siue ab eo quod magis placet,quod apud Grecos φόνος mortē ac cedem significat. Satis am.huius-
modi status est hæc dictio sat,ut minuat potius quàm augeat cū quo iungitur,plus enim fuisset si dixisset am-
plum quàm satis amplum. Intra ur.quoniam mos non erat apud eos intra urbem quempiam sepelire. Neq;
tamen.ne uideretur hoc magis negatum fuisse Marcello quàm aliis. Id.ut intra urbem sepeliretur. Proxi-
mum.ad honorē. Gymnasio. tam corporis quàm animi exercitationis locus, sed maxime ubi palestræ ludus Gymnasiū
erat,qua qui certabant nudi & oleo perūcti erant,unde nomen accepit,γύμνος nudum significat, erant & phi
losophi Gymnosophistæ appellati de quibus Stra. sic habet. Onesicritus missum se scribit ut cum sophistis Gymnoso
colloqueretur,quod cum Alexander audisset nudos eos incedere,& tollerantiam exercentes in honore maxi phistæ
me haberi,ad alios autem,nec uocatos ire, sed iubere, ut alii ad se uenirent, si quid assequi uellent, quod ab
eis ageretur,& diceretur,& cum tales essent nec decorum uideretur,ut Alexander ad illos accederet,ne etiam
inuitos cogeret,ut quicquā facerent præter prima instituta. Academiæ.Athenarum dicta ex instituto M.Tul
lii Ci.qui Academica illa sua conscripsit. Academia locus nemorosus ab Athenis mille passibus distans,dicta
ab Academo heroe,secundum Eupolidem,gymnasium Platonis celebratissimū.Hora.in epistolis,Atque inter
syluas Academi,quærere uerum.fuit,& uilla memoratu digna ab auremo lacu puteolos tendentibus imposi-
ta littori,celebrata porticu & nemore,quam & uocabat M.Ci.Academiam ab exemplo Athenarum, ibi com-
positis uoluminibus eisdem nominibus,in qua & monumentum sibi instaurauerat. Ceu uero non & in toto
orbe terrarum fecisset,hæc & plura Pli.de hac Academia.Ci.lib.xxxi.cap.ii. Combussimus, cremauimus eius
cadauer.Ita enim solebant facere antiqui,& maxime Romani,cum Aegyptii odoribus condita cadauera diu-
tius reseruarent.de hac consuetudine,& eius causis uide Ser.in.i. Aeneid.super eum locum. Animumque se-
pulchro condimus &c. Academiæ. locum in agro Atheniensi ab urbe ipsa Athenarū distante mille passibus Academiæ
plurimum syluoso,ut Hora.inquit, Atque inter syluas Academi quærere uerum. ueterem Academiam Plato
primus instituit, & ab Academo eius prædii domino uoluit appellari. ex quo illustris illa Academicorū secta
multo post tempore ita floruit,ut omnibus aliis anteferri uideretur,accessit inde Archesilaus, & mediocrem
Academiam fecit,Demum Acacydes nouam constituendā curauit,erant & multa Athenis extra urbem gym-
nasia uariis philosophorum sectis instituta,quorum omnium illustrissimum fuit academicorū,de quo nunc
agitur.Fuit & altera academia in terra Itala,haud longe Puteolis imposita,ut inquit Pli.littori, porticu & ne-
more celebrata,& ab exemplo. Combussimus.instructa pyra,id usque ab Homeri temporibus factitatum,ex
quo legitur primo Iliados,   munimentū,dicimus munimentū à muniendo appellatū,quicquid uallo,
fossa,aggere murorum,aut lignorum strue,& alia huiusmodi re contra hostium aduentum munitum est. Mo Monumē
numentum uero per o & u scriptum,quod in mortuorum memoriam factum est à monendo deductū,quod tum
præsentes moneat præteritarum rerum,ut exempla,statuæ,sepulchrum,quod & sepultura,tumlus tumba,Py- Munimen
ramis dici potest,in quibus faciendis maximum apud antiquos studium fuit,præsertim apud externas natio- tum
nes miranda quidem & incredibilia sunt profecto quæ de pyramidibus præsertim Memphiticis leguntur pos Sepulchrū
se de Mausoli sepulchro,deque multis aliis magna impensa factis,& multo labore structis dicere, sed hæc qui Tumulus
uolēt, Strabo.legant & Plinium.Mirabuntur in Stra.sepulchrum meretrici ab amantibus fundatum, quā Sap Tumba
pho Doricam uocat,& fratris sui Caraxi amicam, leges & ibi miraculum quod Strabo memorat in Pyramidi
bus se uidisse. Quod acerui quidem ex tritura lapidum ante pyramides iacerent, in quibus lapilli, & forma
& magnitudine lentis inueniebantur,quidam ut ordei grana. Pro.secundum. Collegio.quod meus collega Pro
fuerat in consulatu. Propinquitate.fuerat enim Seruius mar.consanguinitate coniunctus.
¶COGEREM,id est congregarem,& in unum locum compellerem,médicos,scilicet manuales, id est chirur ASCEN. ¶
gicos.coegi,sup.eos,& sum profectus eò,id est Athenas,ad Marcel. è uestigiò,id est continuò, quasi non mu-
tato uestigio,prima luce,id est prima parte diei,aut dilúculo ipso,cum nō abessem longe à Pyræo,scilicet por-
tu,puer,id est seruus Acydini,uiri utrique noti,uenit obuiā mihi cum codicillis, id est tabulis,in quibus erat
scriptum Marcellum obiisse diem suum paulo antè lucem. Ita uir clarissimus affectus est morte acerbissima
ab homine deterrimo,id est perditissimo,& inuētus est amicus,saltē simulatus aut ebrius,qui afferret ei mor-
tem,cui inimici ut Cæ.pepercerant propter dignitatem,scilicet eius. Ego tamen,id est licet,obiisse intellexe-
ram,perrexi ad tabernaculum,id est diuersorium & hospitiū eius extra urbem,inueni sup. illic duos libertos
sup. eius & pauculos seruos, aiebant.s.qui áderant reliquos.s.seruos profugisse, id est procul fugisse, perter-
ritos metu,quia dominus eorū interfectus esset ante tabernaculū,scilicet suum.Nam serui tenebantur corpo-
ra sua pro domino obiicere. Coactus sum, scilicet officio,eum,scilicet Marcel.referre in urbem,scilicet Athe-
nas,in illa eadem lectica, qua ipse,id est ego eram delatus,scilicet à Pyræo,& lecticariis meis,id est qui me por- Lectica
tare in lectica,id est instrumento ad modū cathedræ ad portandū hominē in humeris suis apto, portabantur
enim tunc à seruis potentiores,ut nunc à iumentis,ut corpora sanctorū in supplicationibus circunferuntur,
& ego curaui ibi,id est in urbe,funus,id est pompam funebrē,faciendū ei, satis amplum pro ea copia, scilicet
hominum,quæ erat Athenis. Ego non potui impetrare ab Athenien.ut darent sup. ei locum sepulturæ intra
urbem,ꝙ dicerent se impeditos religione,quia prohibitū erat quenquā,qui non esset ciuis natus in urbe se-
peliri,neq; tamē,hoc est licet,superstitiosum uideretur,aut quęsitæ occasionis,tamē non cōcesserāt id cuiquā
anteà. Permiserūt nobis,sup.id quod fuit proximū.s.ad honorē sepeliēdi,intra urbē,uti.i.ut sepeliremus eū,
in quo uellemus gymnasio.i.exercitatorio literario,quæ fere extra urbē erant, & nos delégimus locū in no-
bilissimo gymnasio orbis terrarū.s.in gymnasio Academiæ,in quo Plato docuerat,cum distaret ab urbe mille Academia
passus,& spinis horreret,unde Hora.in epistolis. Atq; īter syluas Academi quærere uerū.Dictā autē uolūt aca-
demiā ab academo heroe, & eius loci quē Platoni cōcessit dño,& cōbussimus eū.s.Marcellū ibi,& curauimus
postea,ut iidē Atheniē. locarēt.i.mercede statuta opificibus darēt monumentū marmoreū faciendū ei.s.Mar-
cello in eodē loco.Itaq; nos pstitim⁹ ei.s.Marcello & uiuo & mortuo,sup.ea quę fuerūt officia nr̄a ꝓ collegio
in cōsulatu collega illius fúerat, collegę aūt,ut cōcorditer rē gessisse uiderent,semp deinceps īter se amabant
& propíquitate.s.sanguinis.Vale A scriptū in qbus est D.i.datū aut data est epistola pridie Cal.Iunias Athenis.

M.T.C. Figulo Nigidio S. P. D. Epist. 13.

Deploratoria. consolatoria.

QVAERENTI mihi iamdiu quid ad te potissimùm scríberem,nó modò certa res nulla, sed ne genus quidem literárum vsitatum veniebat in mentem.

HVBER. Vnam enim partẽ,& consuetúdinẽ earũ epistolárũ,quibus secundis rebus vti solebâmus, tempus eripúerat: perféceratq; fortuna,ne quid tale scríbere posſem,aut omnino cogitâre. Relinquebâtur triſte quoddam,& míserum, & his tempóribꝰ cõsentaneum genus literárum. Id quóq; deficiébat me,in quo debébat esse,aut p̃missio auxilii alicuius,aut cõsolátio dolóris tui. Quid pollicérer,non erat. ipse enim pari fortuna abiectus, aliorum ópibus casus meos sustentábam, sæpiúsque mihi veniebat in mẽtem queri, quod ita víuerem,q̃ gaudére,quod víuerẽ. Quanq enim nulla meipsum priuátĩ pépulit insignis iniúria,nec mihi quicquam tali tẽpore in mentem venit optâre,quod non vltrò mihi Cæsar detúlerit: tamen nihilomin̄us eis conficior curis, vt ipsum, quòd máneam in vita,peccâre me exísti-mẽ. Careo enim cũ familiarísimis multis,quos aut mors erípuit nobis, aut distraxit fuga: tum omnibus amicis, quorum bẽneuolentiam nobis cõciliarat per me quondam te socio defensa respublica: versorq; in eorum naufragiis, & bonorum direptionibus: nec audio solum (quod ipsum esset miserũ) sed etiam video,quo nihil est acerbius,eorum fortunas disipari, quibus nos olim adiutoribus illud incendium extinximꝰ. & in qua vrbe modo gratia,authoritate,gloria floruimus, in ea nunc iis quidem omnibus carémus. Obtinẽmꝰ ipsius Cæsaris summam erga nos humanitátem: sed ea plus confecta res est in Senatu. Careo enim,ratio est quare sibi molestum sit usúere, Mors e. in bello ciuili. Pec- Peccare cáre.peccatum esse nõ mediócre q̃ uiuam extincta repub.Minóris culpæ est peccâre quàm cõmerére. Terét. Cõmerere quid feci? quid commerui? quid peccaui pater? Fuga. partim in Aegyptum,partim in Libyam, partim in Hispaniam. Quorum be. quos mihi benéuolos fécerã ex defensa repub. Te so.adiutóre ad defendendam rempub. Quondam, Catilináriam coniuratiõnem intélligit,qua detecta & punita saluam & incólumen rempu. conseruáuerit. Versor.sensus est,careo non solum amicis,sed eorum bona dissipâri uideo, quod æque mihi Versor molestum est. Versor.duas uerbum compositiones exposcit aut in,aut circa,ut Cic.potest in pacata ciuitate uersari. Et ethica uersátur circa benè uiuendi rationẽ,hoc est constat in benè uiuendi ratione. Est & aliud uerbum uerso frequentatiuum à uerto. Virg. Nunc fluctus habent,uersantque in littore uenti. Naufragiis.translatio à nautis qui naufragium faciunt,& pro damno,aut malo cápimus. Direptionibus.rapinis.

PHI. ꝟNAM enim partem,scilicet iocosam & familiarem. Et cõ. quia solébam scríbere læta & iucunda. Tem- PHI. pus.conditio témporum, ut suprà, neque enim ciuem esse puto,qui his témporibus ridére possit. Fortuna. infelicitas,quæ nobis & reipub.áccidit. Quid ta.i.aliquid tale.s.iocósum & familiáre. Aut omnino co.quia his témporibus cogitandum est de fletu,non autẽ de ioco & risu. Relinquebátur.restábat mihi. Triste.mœstum. Miserum.infœlix. Consentáneum.conuéniens. His tẽ.ita malis & míseris. Id.s.genus triste literárum. Deficiébat.relinquébat me,deerat mihi. In q.s.in eo in quo. Promissio au.quam solémus fácere tempóribꝰ tristibus. Aut cõ do.quæ fit uel adductis rationibus quibusdam, uel authoritáte & sententia doctórum uirórum. Quod. probátio primæ partis. Non e.subaudi aliquid, quid pollicérer,promítterẽ me factúrũ pro te. Ipse enim ratio quare non esset quid pollicerétur. Pari.& simili & æquali tuæ. Abiectus prostrátus. Sustentábam.tuébar,subleuábã. Casus me.infortunia mea. Opéribus,auxiliis aliorũ non meis,qui nihil póteram. Veniébat in mẽ.que.i.sæpius putabã esse querendũ. Quod ita ui.i. q̃ essem uiuus in tantis malis, & miseriis. Quam ga.q̃ ui.& est sensus.quãuis quisq; naturáliter gaúdeat se esse uiuũ,tamen sæpiùs putábã conquerendũ quòd tam miserè uíuerem,q̃ gaudendũ,q̃ essem uiuus,sicut clausi in cárcere magis queruntur & dolẽt, & ita uiuunt q̃ gaudeant q̃ uiuant. Insignis.singuláris,notábilis,magna & ad laudem & utiperum refertur. Priuatim.separatim,particulatim.in rebus meis solis,quia fortuna percussit me in iactura publica,non autem in Insignis priuáta,quia nihil mihi soli áccidit,sed idem & omnibus,ut repub.oppressa libertate cererémus. Pépulit.percussit. Optare.expétere. Quod.s.optandum à me. Vltrò.s.sponte sua,me non petente. Nihilóminùs. non minus. Conficior.torqueor,cõsúmor. Peccáre,idipsum q̃ maneã in uita.i.peccare q̃ uiuam. Careo enim. Nihilomi ratio quare tẽdeat ipsum uitæ,& p utet se peccâre q̃ hoc témpore uiuat,quia caret his amicis,sine quibus pu- nus tat uitam nullo pacto esse appetendam. Mors e.nam multi in bellis ciuilibus interíerant. Distraxit.dissipauit,& separauit me,sicut te & Marcellum,& alios multos. Fuga.exilium. Quorum be.i.quorum amórem mihi comparáueram ex defensione reipub.cum etiam tu esses sócius & adiútor eiusdem defensionis, & ita ostendit fideliores esse tales amícos, quibus amicís tristiórem & magis solscitã esse uitam. Quondam. anteà cum oppressi furórem Catilinæ & eius coniuratiónem. Versorque.hic dicit non solum eis amicis careo, uerum etiam quod est mihi grauius & molestius uideo quotidie eorum bona dissipâri & díripi. Naufragiis.calami- Naufragia tatibus,tractum ab his qui in mari periclitantur. Bonórum.fortunárum,ut diuitiárum eórum. Direptioni- Direptio bus.rapínis,nam dirípere est diuersè rápere,unde urbes dicuntur díripi,cum in prædam uertuntur. Ci.in pri- Diripere mo offi. De diripiendis autem euertendisque urbibus &c. Nec au.ab aliis.

Quærere Diu Iamdiu

QVAERENTI. Quo ánimo ferret Túllius cõmunem reipub.calamitátem,his potissimùm,quas scribit ad Figulum Nigidium literis facilè cognosci potest. Deplórat enim miserríma témpora, & libertatẽ omnino deperditam nullámque de ea spem amplius supereſſe, inde Figulum non tam suam quàm reipub.infœlicitatẽ mœrentem consolátur,q̃ gratiam esset à Cæ.initúrus,& in bonis suis domi,& in urbe Roma victúrus,hortatúrque hominem óptimo sit ánimo ad omnia perferẽda,& óptimam in Cæs.spem habendã,qui ut clementíssimus aliús pepércerat,parcet & Figulo,qui singulari uirtute ornátus,& maximæ authoritátis Pompeianas partes secutus exilio uagabátur inuítus,& in patriam restítui cupiébat,ad quod impetrandũ óperam suã Ci. pollicétur. Quærenti.eándem prope modũ sententiã in hac epístola complexus q̃ in illa ad Curionem epistolárũ génera. Quo animaduertendũ est in omni oratione deficiendarũ rerum uarietátẽ afferre,huiusmodi uero rationum initia à participiis hábita,ut est illud, cogitanti mihi sæpenumerò, grauitátẽ quandam maiorẽ præ se ferunt,& longiorẽ omnino futúram orationẽ ostendunt. Quærere uero ad illud referre quod præsto nõ est. Diu.& iamdiu longi témporis significationẽ ostendũt,& solet Ci. in huiusmodi sermone illa duo cõiungere. Sæpe & multum pro iamdiu,ut sæpe & multũ hoc mecũ cogitáui,& rectè quidẽ hęc duo coniunguntur Quintiliani sententiã. Nam si unum tantũmodò pónitur,diutinã cogitationẽ non satis ostendit. Certa.quod habérem aliquid certi de re mea,aut de statu reip.aut certè deliberáti propósiti,ut interea medium Aeneas iam classe tenébat. Certus iter. Vsitátum.q.d.nulla scribendi matéria,ne usitáta quidem ueniébat in mentem.

ASCEN. ꝟQVAERENTI. P. Fígulus Nigidius uir doctrina singulari, Pompeio (cuius partes secutus erat) uicto, exulábat,angebátúrque cùm sua,tùm reipub.calamitáte,quocirca consolátur eum Cícero, pollicétúrque ópe- ram suam in ipso restituendo. Ordo est. Non modò nulla res certa,sed ne quidem,id est non etiam aut nõ sal- tem usitátum genus literárum,uenièbat in mentem,id est occurrébat mihi, quærenti, id est disquirenti iam- diu,quid potíssimùm scríberem ad te.

Ordo:

HVBER. ꝟVNAM partem. iocósam & familiarem. Tempus, hoc infelix & míserum,ut ibi. ciuem me herculè nõ puto,esse témporibꝰ his qui ridére possit. Eripúerat. uim habet hoc uerbum. Cogitâre. quoniam non de ioco & risu, sed omnino de lachrymis cogitandum sit. Ne quid ta.iocósum & familiáre. Relinquebâtur.restábat Triste ge.id autem elegíacũ póssumus appellâre, quod Mœstus in miseriis uersátur. Animo mœsti sumus, uultu uero Tristis tristes, & utroque miseri. Deficiebat me. deerat mihi. Auxilii ali. qui pollicérer auxilium, ut fácere in rebus afflictis consuéui. Ipse enim,ratio quare non erat quòd Abiectus pollicéri posset. Abiectus, prostratus. Sustentabam. Opes molliebã. Pari for.iniqua & aduersa,æquali tuæ. Opi- Ops bus.auxiliis consolatiónum,sed propriè número multitúdinis opes diuitias, opem auxilium, & posibilitatem appellámus. Queri.querélas afferre.prima breui. Ita.sine honóre pérdita libertáte,& est sensus quasi desperáti hóminis cum omnia animalia naturâ appetant uíuere, & ipse Ci.dicat conquerendum fuisse potius q̃ gaudendum,quòd uíueret,cum in tot miseriis & calamitátibus uersarétur, mors præstántior erat quàm uita. Insignis. magna & nosícibilis. Priuatim. in rebus meis familiaribus,has enim mihi Cæsar.omnes tutas esse uoluit. De communi igitur calamitáte non de priua- Optare ta conquéritur. optáre enim non modo est desiderâre, sed eligere. Vir.pars optáre locum tecto. Pépulit. per- Nihilo- cussit. Nihilóminùs.non minùs,& iungendum est ta- minus men. Conficior.pasiua quidẽ literatúra significat fer- Conficior mè quod pereo,cõsúmor,tórqueor. Vnde senio & ætate confectum dícimus. Virgi. confectum ætate parentẽ, áliis etiam incommoditátibus confectum quasi pereuntem appellámus,ac etiã confectũ iam factũ dicimus, ut

amplisſimos magiſtratus. His.ſcilicet gratia authorita te & gloria. In ea,ſ.urbe. Obtinemus.reſpondet tacitę obiectioni,quia poſſet dicere Figulus dictum eſſe à Ci. ſupra,nihil uenire ſibi in mentē optare eſſe,quod Cæſ. ultro ad eum non detulerit, ergo eum non carere gratia,& authoritate &c.reſpondet Ci. ꝙ licet humaniſsime tractetur à Cæſ. tamen non plus ualet illa humanitas Cæ. ut faciat quæ ei placeant. Quamuis. uiolentia, ſubaudi ualet,ut ea fiant quibus doleat. Orbus. priua tus, tractum à parentibus qui liberis priuati orbi dicunt.ſ.liue. Tunc orba tigride peior. Natura.tria poſuit, quæ maximam habent uim ad omnia quæ agimus. Cic. in Cati. admiratus eſſem Catilina ſi ab ea amētia diſceſ ſiſſes,ad quam te natura creauit,uoluntas exercuit,for tuna ſeruauit: fortunā enim pro conſuetudine poſuit, quoniam ſecundum fortunam conſuetudinē facimus. eſt autem conſuetudo uſus alicuius rei. Cum cæte. & aliis. Tum. multo maxime mihi. Natus. optima ratio, quare pœniteat eum uitæ ſuæ,quia cū ſit natus ad agen dum ſemper aliquid dignum uiro,uidet non ſolum ſi bi ereptam facultatem agendi, uerum etiam facultatē cogitandi, quod plus eſt. Natus.i.à natura inſtitutus, quæ dedit mihi ingenium & doctrinam. Dignum ui.i. honeſtum & utile reipu. id enim uiro dignum dicitur, quod rectum eſt & cum officio ſit. Rationem.modum,facultatem. Sed ne eo.quia cogitationes meæ,uanę & irritæ futuræ ſunt,cum eo redacta ſit reſpub.ut ei amplius opitulari non poſsim.& hęc eſt ratio quare dixit co gitandi,nam aliter quiſque habet liberam cogitandi poteſtatem. Et qui.alia ratio,quia cum ante oppreſſam rempub.potuiſſet Cic.opitulari omnibus ignobilibus,& qui aliquod facinus admiſiſſent,dolebat ꝙ nunc nō poſſet non modo præſtare,ſed ne polliceri quidem aliquid opis & auxilii. Obſcuris,ignobilibus,non claris, qualis fuit C.Pompilius Lenas Picenę regionis homo,quem Ci. non minore cura q̄ eloquētia defendit,à quo poſtea interemptus eſt Ci.ut oſtendit Vale.Maxi.lib.v.cap.iii. Sontibus.nocentibus, qui aliquid mali perpe traſſent,ſicut Miloni,qui interfecerat Clodium. Opitulari.ferre opem,ſubuenire. Nunc. hoc tempore, quo Cæ.omnia tenet. P.Nigidio maxima uis eſt in proprio nomine. Doctiſsimo.præſtantiſsimo doctrina ſuper alios omnes. Sanctiſsimo.integerrimo,optimo,& eſt contra id quod dixerat ſontibus. Maxima gratia apud populum.i.qui eſſet ualde gratus,& dilectus populo,& opponitur obſcuris hominibus. Et mi. cer.ami.q.d. quod ipſum ſolum ſatis eſſe deberet,quia amicitiæ omnia debemus quæ præſtari poſſunt. Benigne. large,li beraliter,nam benignitas,ut docet Cic.i.offi. Eademque & liberalitas dicitur. Ne polliceri quidem. quod mi nus eſt quàm opitulari. Hoc genus literarum. in quo debeat eſſe prouiſio alicuius auxilii ut ſupra dixit. Re liquum eſt.reſtat,relinquitur mihi. Vt te conſoler, quia duo genera poſuit ſuperius, & dixit in quo debeat eſſe aut promiſsio auxilii alicuius,aut conſolatio doloris. Coner.tentem.

Orbus

Cōſuetu-do

Pōpilius Lenas Sontes

Sāctiſsim⁹

Benigni-tas

PHI. ❧QVOD ip.audire eorum bona diſsipari Nihil eſt a.ut in epiſtola ad Torquatū. Equidem nos,quod Ro mæ ſumus miſerrimum eſſe dico, non ſolum quod in omnibus malis acerbius eſt uidere quàm audire,& eſt ſenſus,noſtrorum amicorum infortunia audire miſerum eſt, & acerbum, ſed acerbius eſt atque miſerius illa uidere,& illis ſubuenire non poſſe. illud in.quod Catilina parauerat patriæ,cum in exercitum in Hetruriam exul confugiſſet,Len.Cethego iuſsit cædes in urbe & incendia pararent,& ſe cum exercitu propediem affutu rum ſignificauit.pararunt igitur ut iuſſerat futura nocte in.xii.regionibus urbem incendere. Gratia.amore, & beneuolentia in nos Po.Ro. Authoritate.nam multum poteramus in urbe & conſeruata repub. Gloria quam ex omnibus magiſtratibus reportauit maxime ex conſulatu bello Catilinario,& eſt hic articulus. Flo-

Floreo

ruimus.tranſlatio,quæ multum ſplendoris affert in oratione,quando parce & accommodate fit.floreo autem ablatiuo coniungitur uenuſtiſsime,ut clareo fulgeo,ſplendeo,luceo. Obtinemus, habemus inquit gratiam Cæſa.qui me amat,antipophora eſt,& confutatio quædam. Nam dicere Figulus potuiſſet à Cic:dictū eſſe pau lo ſuperius nihil ſibi optandum uenire in mentem,quod ultro ſibi Cæſar.nō offerat,ergo non carere gratia, ad quod Ci.reſpondet,obtinemus &c. Quam mu. temporum, quoniā plus apud nos poteſt mutatio & per turbatio temporum ad dolorem commouendum,quàm beneuolentia & gratia Cæſa.ad lætitiā dandam,quod quamuis habeam Cæſa.gratiam,tamen ea contentus & lætus eſſe non poſſum, cum uideam me libertate pri uatum. Naturam.maximam hæc tria uim habent in omnibus,nam uoluntas,& conſuetudo,de quibus in Ca tilinam Tul.ſic habet admiratus eſſem Catilina ſi ab ea amentia diſceſſiſſes,ad quam te natura creauit uolun tas exercuit,fortuna ſeruauit. Natus enim ad agen.ſem.ali.di.ui.ſine arrogantia pro meritis ſuis id dicere po terat homo uere natus ad agendum ſemper aliquid claro uiro digniſsimum tam domi quàm foris,tam in re pub.quàm in doctrina.nam in repub.patriam ſeruauit,in doctrina precipuum linguæ latinæ lumen fuit.Duo maxima munera adimpleuit ocium literarum, & negocium rerum geſtarum. Tria præclara in eo uiro fuere, magnitudo ingenii,uigilantia naturæ,& excellentia omnium bonarum artium diſciplinæ,quibus ampliſsima negocia,& ocia literarum obire potuit. Natus.à natura inſtitutus, & eſt ratio quòd ſibi moleſtum ſit eſſe in uita. Dignum ui. utile & honeſtum reip. Rationem.facultatem,& modum. Obſcuris. ignobilibus, qua lem fuiſſe legimus.C.Pompilium Lenam Picentem à Cic.defenſum,qui poſtea in referenda gratia C.occidit. & Sex.Roſcium Ameri nam accuſatum de parricidio,damnante L.Sylla defenſum à Tullio non plures quàm treis & uiginti annos nato, ut ait Cornelius Nepos,ſed ut placet Feneſtellæ annos natus ſex & uiginti hanc cau ſam dixit. aut etiam ſontibus,ut. T.Annio Miloni, qui Clodium interfecit. P.Nigidio uni Figulo.Empha ſim habet nomen proprium.

❧QVOD

non poteſt,quamuis & mutatio omnium rerum,atq; temporū. Itaq; orbus iisrebus omnibus,quibus & natura me,& uolun tas,& cōſuetudo aſſuefecerat: cum cæte ris,vt quidē videor,tum ipſi mihi diſpli ceo. Natus enim ad agendum ſemper ali quid dignū viro, nunc nō modo agendi rationē nullā habeo,ſed ne cogitādi qui dem,& qui antea aut obſcuris hoibus,aut etiam ſontibus opitulari poterā,nunc P. Nigidio vni oīm doctiſsimo,& ſanctiſ ſimo,& maxima quondā gratia, & mihi certe amiciſsimo, ne benigne quidē pol liceri poſsim. Ergo hoc ereptū eſt litera rum genus. Reliquū eſt,vt cōſoler,& affe ram rationes,quibus te à moleſtiis coner

❧QVOD ipſum,ſcilicet audire,eſſet miſerum ſed etiam uideo,quod nihil eſt acerbius,fortunas eorum diſsi pari,quibus non ſolum adiutoribus nos extinximus. Illud incendium.ſ.quod à coniuratis paratum erat. Et in qua urbe nos floruimus,modo.i.paulo ante,gratia,authoritate,gloria in ea nunc quidem caremus omni bus his.ſ.gratia,authoritate,gloria. Nos obtinemus ſummam humanitatē ipſius Cæſaris, qui.ſ. caput totius rei eſt,erga.i.aduerſum nos,ſed ea.ſ.humanitas Cæſaris,non poteſt plus quàm uis.i.uiolentia,& mutatio om nium rerum atque temporū. Quibus uerbis innuit perplexitatem,in qua.ſ.tyrannus eſt,qui tametſi clemens per naturā ſit,tamen quia occupādo remp.omnes offendit, cogitur ſi uiuere uult ſuos in ſubiectione tenere, quod ſine auſteritate non poſsit,cum neſciat quales ſint ſuorū in ſe animi.Ideo autem Cæſarē laudat,ut Nigi dio ſpem reditus faciat. Itaque ego ſup.orbus.i.priuatus,oībus iis rebus,qnibus& natura,& uoluntas & cō ſuetudo aſſuefecerat me,cum.ſ.ita ſit ꝙ,ut quidem uideor,diſpliceo cæteris,tum multomagis eſt,ꝙ diſpliceo mihi ipſi. Etenim.i.quia,ego natus.i.per naturam aptus ad agendum ſemper aliquid dignū uiro,habeo nunc non modo nullam rationem agendi,ſed ne quidem.i.non ſaltem,cogitandi,& qui poteram antea opitulari.i. opem ferre,aut hominibus obſcuris.i.ignobilibus,aut quorū innocentia in obſcuro erat, aut etiā ſontibus.i. manifeſte nocentibus,ut Miloni & Vatinio,nunc ne quidem.i.non ſaltem,poſſum polliceri.ſ.aliquid opis,Pū blio Nigidio uiro doctiſsimo,& ſanctiſsimo omnium,& quōdam maxima gratia.i. qui quondam maximam gratiam habuerat, & certe.i.ꝙ indubitatum eſt,amiciſsimo mihi. Ergo hoc literarū genus.ſ.quo opem pol liceamur,eſt ereptum. Reliquum eſt.i.id ſolum reſtat,ut conſoler.ſ.te & afferam rationes,quibus coner.

ASCEN.

abducere. Ad ea quidem facultas,vel tui, vel alterius conſolandi,in te ſumma eſt, ſi vnquam in vllo fuit. Itaque eam par tem, quæ ab exquiſita quadam ratione & doctrina proficiſcitur,non attingam, ti bi totam relinquam. Quid ſit forti,& ſa pienti homine dignum, quid grauitas, quid altitudo animi, quid acta vita tua, quid ſtudia,quid artes, quibus à pueritia floruiſti,à te flagitent,tu videbis. Ego qđ intelligere,& ſentire,quia ſum Romæ,& qa curo,attēdo,ꝙ poſſum id tibi affirmo, te in iſtis moleſtiis,in quibus es hoc tem pore,non diutius futurum. In his autem, in quibus etiam nos ſumus, fortaſſe ſem per fore. Videor mihi perſpicere pri mum ipſius animum, qui plurimum po teſt, propenſum ad ſalutem tuam. Non ſcribo hoc temere:quo minus familiaris ſum,hoc ſum ad inueſtigandū curioſior

❧ABDVCERE, remouere, eripere. Ad ea. oſtendit maximam partē huius conſolationis eſſe in ipſo Nigi dio,qui & ſeipſum & alios multo melius poſſet conſo lari quàm Ci. facultas,poteſtas, modus. Si unquam in ullo fuit.ſi unquam aliquis potuit alium conſolari, tu potes maxime,itaq; infert ex ſuperiori clauſula nō eſſe ſibi op⁹ uti rationib⁹ ſumptis à philoſophis,& ab aliis uiris doctiſsimis, cum ea melius teneat Nigidi. q̄ ipſe. Partem.ſ.conſolationis. Proficiſcitur.prouenit,ſumi tur. Exquiſita.ſubtili, diligenter excuſſa & diſputata. Ratione. qualis eſt Stoicorum, ꝙ ſolus ſapiens ſit di ues,ꝙ qui amiſit pecuniam,domos, pecora & cætera ſi milia,non amiſerit bona,& ideo non eſſet taliū rerum iactura dolendum, & reliqua quæ diſputantur à philo ſophis ualidiſsimis & efficaciſsimis argumentis & ra tionibus. Ratio autem cum multa alia ſignificat, tum uero quæ aliquid ita eſſe probat, ut dictū eſt. Non at tingam,non cōmemorabo,nullā faciam de ea mentio nem. Tibi.cui eſt notiſsima. Quid ſit.declarat quæ ſit illa conſolatio,quæ ex ratione & doctrina proficiſcitur Forti dignū.eſt enim,ut uolunt philoſophi,forti & ſa pienti homine dignum,ſicut non extolli nimium pro ſperis,ita frangi,neq; deiici aduerſis.neq; eſt aūt ordo, tu uidebis quid ſit dignum forti,& ſapiēti homine &c. Grauitas.authoritas,exiſtimatio, quæ de aliquo habe tur. Altitudo animi.quæ debet ſuperare omnia aduer ſa,& uincere ferendo. Acta tua uita.i.præterita tua uita.eſt enim turpe eum qui cum laude uixerit, & ſapien ter ſe geſſerit,non ſeruare conſtantiā,nec eundem eſſe etiam ſi aliqua uis fortunæ ingruat. Studia'. quia etiā turpe eſt eum qui ſequitur ſtudia philoſophiæ non parere ei,nec aliquam utilitatem accipere ex ſtudiis ſuis. Artes.bonæ & liberales. Flagitent.exigant,poſcant,quia uidentur poſcere à te, ut ita te geras ne uidearis fru ſtra ea ſecutus,nec feciſſe contra dignitatem tuam,& inſtitutionē uitæ anteactæ. Ego. hæc conſolatio, quā ei poteſt afferre,ut intelligat Nigidius ſe non poſſe diutius eſſe in his moleſtiis carendi patria. Eſt autē ordo,ego affirmo tibi, quod poſſum intelligere & ſentire, quia ſum Romæ,& quia curo & attento.ſ.te nō poſſe diuti⁹ eſſe in iſtis moleſtiis. Sentire.iudicare. Quia ſum Romæ,ubi de his rebus tractatur ubi eſt Cæ.ibi eius conſi lia tractantur. Curo.ad animum refertur.i.animum adhibeo,& cogito. Attento. conſidero, perſpicio, & ad corpus refertur. Diutius.longiori tempore. In his etiam.i.præter hoc, quod affirmo tibi te diutius non eſſe cariturum patria, affirmo etiam nos non futuros fortaſſe diutius in his moleſtiis, in quibus nunc ſumus.i.ut ſemper carcamus dignitate & libertate. Primum.ratio quare Nigidius nō ſit futurus diutius in illis moleſtiis. Videor perſpicere.cognoſcere. Qui plurimū poteſt.i.Cæ. Propenſum.pronum inclinatū. Ad ſalutē tuam.ad te reſtituendū & ſeruandū incolumen. Non ſcribo,ne uideatur hoc dicere magis ut eum conſoletur q̄ quod ita ſit. Temere,ſine cauſa,fruſtra.Virg.Non temere eſt uiſum conclamat ab aggere Volſcens. Quo minus,ſen ſus eſt,quanto minus ſum familiaris Cæ.& minus cum eo uerſor:tanto ſum curioſior,& diligentior ad inue ſtigandum eius animū & uoluntatē. Familiaris ſum.ſ.Cæ.quia Ci.parū cum eo uerſabatur. Curioſior,ſoler tior,diligentior. Inueſtigandum.diligenter inquirendū,tractū à uenatoribus qui per ueſtigia quærunt feras.

HVBER. Abducere

Exquiſita

Ratio

Attendo

Propēſus

Temere

PHI. ❧ABDVCERE.ducimur quo uolumus,abducimur quo nolimus. Coner.leuius eſt conari quàm facere,aut niti. Raro enim conari habet effectum,niti uero,& facere ut plurimum ſortiuntur effectum. Flagitent:flagi tamus,ardentius,poſtulamus remiſsius. Antea poſtulabant,inquit Ci.nunc flagitant. Sanctiſsimo.contra il lud quod dixerat ſontibus. Maxima g.ad illud quod dixerat obſcurius.erat enim is P.R.gratiſsimus. Amiciſ ſimo.in fine poſuit orationis qđ erat ampliſsimū,debemus enim oīa amicis:ergo hoc ereptū eſt literarū gen⁹, in quo ꝓmiſsio alicuius officii debebat eſſe, ut ſuperius dixit. Moleſtiis. erat.n. in magna moleſtia Figulus,ꝙ

Duci

Abduci

Conari

Niti

Cæsa.timebat iratum,& ex hoc Romã uenire non audebat,secutus enim fuerat Pomp.unde tali molestia eum maxime cariturum ostendit, sed aliis molestiis quæ sibi cum cæteris omnibus cõmunes erant nunquã omnino se cariturum affirmat,hoc autem erat,φ libertas reip.omnino perierat nunquã amplius reditura, nec dominatio Cæ.peritura. Hoc tempore.quo Ro.non es. At ea.plurimã huius cõsolationis partẽ in Nigidio esse positam ostendit,qui seipsum melius consolari posit q̃ Ci. Si in ul.un.fn.si quispiã unquã potuit aliquem cõsolati tu potes.Itaque concludit non esse partis suæ Nigidiũ consolari,quum ipse Nigidius omnes consolandi rationes melius teneat q̃ Cic. Exquisita.diligenter disputata. Partem.s.consolandi. Tu uidebis.qui hæc omnia ex tuo & Stoicorum sensu disputare & in medium afferre potes forti uiro dignum habere despicientiam rerum humanarum,non extolli rebus secundis,& non opprimi aduersis. Grauitas. in existimatione. Altitudo.ferendo res aduersas. Acta ui.qui solitus es cum laude uiuere, nunc uero frangi aduersis turpissimũ uidetur. Studia.philosophiæ. Flagitent.exposcant,uidentur enim exposcere,ut in istis aduersis,ita te habeas,ut ex illis studiis philosophiæ quæ secutus fuisti, maximum fructũ te reportasse iudiceris. Ego,consolationis genus quod Ci.potest afferre Nigidio, & ei denunciat non posse eum esse diutius in illis molestiis carendæ patriæ,quia curabat,& attendebat,quæ Ro.apud Cæsa.de restitutione Nigidii tractabantur. Non diu.quoniam cito te Cæ.amplectetur,& ista te molestia liberabit. In qui.etiam s.propter amissam libertatem has tibi molestias non sempiternas fore denuncio. Qui plurimum p.circuitio. His molestiis,carendo patria. Primũ.ratio est qua demonstratur Nigidius non diutius esse patria carituros, & esse in his molestiis. Quo minus.parum enim cum Cæ.uersabatur,ex quo dicit quanto minorem cum Cæ.consuetudinem habeam,tanto sum ad perscrutandum eius animum diligentior,maxime in reductione tua. Inuestigandum.tractum à uestigiis ferarum,quæ canes & uenatores sectantur,& quærunt.

ASCEN. ❧ABDVCERE te à molestiis. At.i.sed,ea quidem facultas cõsolandi,uel te,uel alterius,est summa,id est maxima, in te si fuit unquam in ullo.s. homine. Itaque ego non attingam eam partem, scilicet consolatoriam, quæ proficiscitur.i.oritur ab ratione quadam exquisita,exquisita.i.cogitata ac singulari,& à doctrina,quia ea in te summa est,& ideo relinquam tibi sup.eam totam. Tu uidebis,id est considerabis per te ipsum, quid sit dignum homine forti & sapiente, id est quid faciendum sit decenter homini forti & sapienti in re aduersa, & quid grauitas,quid altitudo animi,quid uita tua acta,quid studia.s.tua,quib⁹ floruisti à puericia.flagitent.i.acriter deposcãt à te. Ego quod possum intelligere & sentire,id est percipere sensu,quia sum Romæ,& quia curo & attendo,scilicet animum ad eam rem,affirmo tibi id,te non futurũ diutius,in istis molestiis,scilicet exilii,in quibus es hoc tempore,& sup.fore,id est futurum esse fortasse semper in iis.s.molestiis, in quibus etiam nos sumus,uidentes.s.rempub. ad unum reuolutam. Ego uideor mihi perspicere.i.clare uidere,primum animum ipsius.s.Cesaris,qui potest plurimum,propensum.s.inclinatum ad salutem tuam. Ego non scribo hoc temere.i.inconsiderate & sine ratione,quia quo.i.quanto,ego sum minus familiarissimus,scilicet Cæsari,hoc,id est tanto,sum curiosior ad inuestigandum,id est scrutandum animum eius.

HVBER. ❧QVO fa.responsio ad obiectionem, quia posset dicere figulus,si Cæs.propensus est ad salutẽ meam ut ais, quare tamdiu differt restitutionem meam? Respondet Cice.quòd hoc non facit propter ipsum Figulum, sed ut acerbius & liberius posit respõdere his quibus est iratus, quod non posset facere si iam restituisset Figulum,quia dicerent alii,id quod Cæs.Figulo cõcessisset, aliis etiam esse concedendum. Itaque ne eripiatur sibi hæc occasio & libertas reprehendendi inimicos suos,dicit eum tardiorem fuisse ad restitutionẽ Figuli. Quo. ordo est,Cæsa.adhuc eo tardior ad liberandum te molestia,quo facilius posit respondere his,quibus est iratior,pro iratus,comparatiuum pro positiuo. Eo.propter id. Quo.ut. Facilius.liberius,nulla sibi facta obiectione,quia uni fecerit,quod alii non faciat. Tristius. acerbius,cum maiori stomacho & indignatione,quod posset si te restituisset,quia dicerent quod tibi concessisset Cæs.idem sibi concedendum. Tardior.longior, serior. Ad liberandum te mol.qua affeceris,quia cares patria, id est ad restituendum in patriam. Accedit. secunda causa quia dixerat primum ipsius animum &c.

Accedit subdit. Accedit. id est additur & adiungitur. Eo. ad id quod est supradictum, scilicet prædictæ rationi siue causæ,quòd putem te non posse esse diutius in his molestiis. Vulgi.plebis. Vel potius.correctio,quia parũ uidebatur esse uoluntas uulgi quod parum potest:ideo correxit, & dixit. Consensus omnium. coniunctus, quia omnes in eadem sunt uoluntate,ut restituaris.

HVBER. ❧ETIAM. præter consensum uulgi & omniũ. Nunc minimum potest.quia est oppressa, & omnia sunt ad libidinem unius, uel paucorũ Cæsaria. Sed enim est p. quia non poterit diutius in tanta oppressione, prædixit autem hoc loco Ci.latenter eædem Cæ.scribit enim quid cõstituissent qui fuissent amatores libertatis Bru. & Cassius & alii quidam. Quascunq; uires.sensus,ipsa respub.quæ licet nunc parum possit,tamen est necesse ut possit omnibus uiribus suis. Impetrabit.restitutionem tuam,ordo est,etiam illa respub. quæ nunc minimum potest,sed est necesse ut possit,impetrabit propediem de te ab his ipsis quibus tenetur omnibus uirib⁹ quascunque uires habet. Impe.obtinebit. De te.propter te. Quas.ui.ha.subaudi uiribus quascunque uires habet. Ab his ip.à Cæsare & Cæsarianis ipsis autẽ plurative protulit,ut ostẽdat Cæ.multa fecisse ad arbitriũ

Quo facilius, quibus est iratior, respondere tristius possit, hoc est, adhuc tardior ad te molestia liberandum. Familia res vero eius,& hi quidem,qui illi iucundissimi sunt,mirabiliter de te,& loquuntur, & sentiunt. Accedit eodem vulgi voluntas, vel potius cõsensus omnium:

etiam illa,quæ minimũ nunc quidem potest. Sed possit necesse est,resp.quascunque vires habebit, ab iis ipsis quibus tenetur, de te propediem,mihi crede, impetrabit. Redeo igitur ad id, vt iam tibi etiã pollicear aliquid, quod primo omiseram. Nam & amplectar eius familiarissimos, qui me admodum diligunt, multumque mecum sunt:& in ipsius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit,insinuabo:& certe oẽs vias perse-

quar,

quar, quibus putabo ad id quod volumus,peruenire posse. In hoc toto genere plura faciam,q̃ scribere audeo. Cætera,q̃ tibi à multis prõpta eẽ certo scio, à me sũt paratissima,nihil i re familiari mea ẽ, φ ego mali meũ eẽ q̃ tuũ. Hac de re,& de hoc genere toto hoc scribo

eorum per quos uicerat, ut supra dixit. Igitur quia eius animus est propensus ad salutem tuam, & quia resp.de te impetrabit. Redeo.reuertor, confero me. Ad id quod o.su.cum est dictum φ pollicerer non erat. Cõplectar.conciliabo mihi, astringam mihi. Ipsius. Cæ. Consuetudinem familiaritatem & conuersationem.i. faciam ut aliquo modo consequar cõsuetudinem eius, quæ mihi hucusque non contigit propter pudorem nõ autem ipsius culpa. Pudor mihi clau. erubesco.n. cum eo uersari, cui antea fuerim aduersarius. Clausit. impediuit. Insinuabo. latenter & cum arte me immittam.Insinuare.n.latenter & ex obliquo ingredi,à finibus uestium aut uelorum tractum, inde insinuatio pars exordii dicta est,φ artificiose & dissimulanter ingrediatur ad causam.Oẽs uias. oẽs rationes & modos. Ad id quod uolumus.ad restitutionem tuam quam ualde curamus. Toto genere.tota causa tuæ salutis & restitutionis curandæ. Audeo.ne uidear iactare animum & officium meum.Paratissima à me.quia alios nolo lõge superare quantum superlatiuum distat à positiuo. Tibi, in auxilium & fauorem tuum. In re familiari mea.in meis rebus priuatis & domesticis. Malim.potius uelim. Esse meũ q̃ tuum.quia ita uolo esse tuum sicut meum quia amicorum omnia communia. De hac re,& toto genere.de hac tota materia,φ nihil habeo quod malim esse meum q̃ tuum.

Cõplectar
Consuetudo
Insinuare
Insinuatio

PHI. ❧QVO facilius.confutatio obiectionis,quam Figulus facere potuisset,& ita dicere,si Cæsar, ut dicis propensus est ad salutem meã:quare me non finit Ro.uenire.Ad quod Ci.ita rñdet Cæsarem nõ id facere propter ipsum Fig. nã eius reditum cupit,sed propter alios Pompeianos, quibus est ipse ualde iratus,& reprehẽdere eos cupit,& si tam facilem uidissent Cæs.in Figulum fuisse,ardentius restitutionem à Cæs.petiuissent,quo dignitas Cæsa.& reprehendendi potestas aliquantulum minui uideretur,& ex hoc tardiorem ad restituendum Figulum dicit esse Cæ. Tristius.cum maiore indignatione: dicerent.n.φ Figulo concessit Cæsar,cur non etiam nobis concedendum putat? Ad li.te mo.tunc enim molestia liberatus fuisset Figulus, quando in patriam fuisset restitutus. Accedit.adiũgitur eodem φ se diutius esse in his molestiis non putem. Vel potius. correctio. Sed ne.est pos.Quia hoc diutius durare non poterit,quasi uates Cæsaris mortem significauit, quam ei postea Brutus & Cassius asciuerunt.Etiam il.resp.Vide quemadmodum creuit oratio,primo familiares,secundo uulgus,tertio totam remp.hoc idem uelle demonstrat,ut ei parcat Cæs.& sua eum mansuetudine cõplectatur. Admodum.Valde.Terent.Nuper notitia admodum est. Insinuabo.per obliquas uias incedam, & immittam in eius consuetudinem.Vnde dicitur insinuatio. Vias.rationes.Virg.Fata uiam inuenient Metaphoricos tamen ita dicitur,cum uia sit per quam ambulabamus,iter actio eundi. Toto genere. in ista causa restitutionis tuæ. Audeo.ne uidear plura dicere q̃ facere. Paratissima.superando in beneficiis erga te omnes alios. Tibi,in auxilium tuum. Malim meum esse q̃ tuum.expressit apud Græcos uerbum de amicis τὰ τῶν φίλων κοινὰ πάντα, hoc est amicorum omnia communia.

Accedit
Admodũ
Insinuare
Insinuatio
Via
Iter

ASCEN. ❧QVO.i.ut,possit respondere tristius sup.iis quibus est iratior.i.dare responsum tristius.hoc.i.ideo,est adhuc tardior ad liberandum te molestia.q.d.contentus fuerit te petentem ueniam tristi responso afflixisse,daturus mox uenia. Vero.i.sed,familiares eius,& quidem.i.certe ii,qui sunt iucundissimi illi, &.i.simul loquuntur,&.i.simul sentiunt mirabiliter de te.Voluntas uulgi uel potius cõsensus oĩm.accedit.i.addit, eodem.i. ad cõfirmationem eiusdem rei.Etiam illa.s.resp.quæ nunc quidem potest minimũ,sed necesse est,sup.ut possit.s. plurimũ,quascũq; uires habebit,ab iisipsis qbus tenet.s.Cesarianis,impetrabit,crede mihi ,ppediem,i.statim, aut intra paucos dies,de te.i.restituendo patriæ.Igit ego redeo ad id,ut pollicear etiã tibi aliqd q̃d omiserã primo,qa dixerat se nihil polliceri posse.Nã &.i.simul.cõplectar familiarissimos eius.s.Cesaris,qui.s.familiarissimi eius diligunt me admodum.i.ualde,& sunt multum mecũ,&.i.simul,insinuabo.i.ingeram, me inconsuetudinem ipsi⁹.s.Cæsaris,quã.s.consuetudinem eius, pudor meus clausit mihi adhuc,& certe persequar omnes uias.i.omnia media,quibus putabo posse peruenire ad id quod uolumus.Ego faciam plura in hoc toto genere.i.ambiendi pro te,q̃ audeo scribere. Cætera.s.auxilia,quæ ego scio certo esse prompta.i.parata tibi à multis,sunt paratissima à me.Nihil est in re mea familiari, quod ego malim esse meum q̃ tuum.

parcius, φ te id quod ipse confido, sperare malo te esse vsurum tuis. Extremũ illud est,* vt te horter & obsecrem animo vt maximo sis:nec ea solum memineris,quæ ab aliis magnis viris accepisti:sed illa etiam quæ ipse ingenio studioque peperisti. Quæ si colliges,& sperabis omnia optime,& quæ accidẽt qualiacunque erunt,sapienter feres. Sed hæc tu melius veloptime omnium.Ego quæ pertinere ad te intelligam,studiosissime omnia diligentissimeque curabo,tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo. Vale.

HVBER. ❧PArcius.breuius,sine pluribus pollicitationibus. Tuis.rebus,potius q̃ meis. Quod.quã rem.s.te usurũ tuis,potius q̃ meis.Cõfido te ipe.certissimus sũ sperare. Extremũ.ultimũ,& cõclusio epistolæ uestræ. Et obsecrẽ.qd plus est q̃ hortari. Ab aliis, philosophis & eruditis uiris. Accepisti.cognouisti. Ingenio t.acri & prõpto.Peperisti.effecisti ,pprie tua:scripserat enĩ multa Nigidius ex fonte philosophiæ sumpta. Quæ.omnia & ab aliis accepta,& ingenio ac studio tuo parta & effecta.Si colliges. Si consyderabis.Et sperab.i.hoc est uerbum quod dirigit clausulam , nec impeditur à dictione & cum duplicat &c.Si mihi bene feceris , & me cognosces gratum,& lætaberis officio. Sperabis omnia optime.i.optimã de rebus oĩbus spem habebis.Quæcũq; erunt.i.qualiacũq; acciderint. Sapienter,ut decet sapientes. Sed hoc tu.subaudi intelligis, uel nosti. est enim Eclypsis.Melius me.melius q̃ ego.Vel.correctio. Optime oĩm,multo melius q̃ oẽs alii, quia es omnium doctissimus

ctissimus. Studio.libentissime,promptissimo animo.

Tuorum.hoc est recordabor eorũ beneficiorum quæ contulisti in me,meo tristissimo tempore,cum ex urbe eiectus irem in exilium.Meritorum officiorum,præstitorum.Tempore t.infœliciss̃imo,miserrimo, cũ ab his etiam derelictus sum,à quibus minime putassem.

PHI. ☞PArcius.remissius,non multa pollicendo, & quare, quia spero & opto te usurum rebustuis,& quòd alienis rebus non egebis. Quod.s.te usutum tuis potius q̃ meis. Animo maximo.Exhortatio ad omnia fortiter perferenda,& sicut dicimus bono,magno, maximo animo sis,sic etiam præsẽti animo sis: pro forti animo. Ter.Fac hoc animo ut presenti dicas. Accepisti. ab aliis philosophis audiuisti. Fuit enim is Nigidius apprime doctus & eruditus. Peperisti.translatio est: ꝙ au

Parturire Parere tem parturire & parere distent,Liui.his uerbis ostẽdit, ꝙ diu parturit animus,uidetur aliquando parias. Hora. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.quæ omnia tam ab aliis accepta, q̃ per teipsum inuenta. Spera bis optime.spem optimam habebis. Sed hæc sup.nosti. Vel.i.etiam:& estcorrectio. Optime omnium.

Studiosissime. melius q̃ omnes alii,cum omnes doctrina superas. Studiosissime, q̃ libenti & prompto animo. Tristissimo. quando in exilium eiectus. Memoriam conserua. nõ immemor ero,& tibi pro beneficiis in me tuis gratiam accumulatissime referam.

ASCEN. ☞EGO scribo parcius.i.magis sobrie,& de hac re,& de toto genere.s.subueniẽdi per rem suam amico, ꝙ malo.i.magis uolo te sperare te usurum esse tuis.s.rebus,id quod.i.quam rem,ipse.i.ego confido. Illud.s.quod nunc dicam,est extremum,ut horter & obsecrem te,ut sis aio maximo:nec memineris solum ea, quæ accepisti.i.didicisti ab aliis magnis uiris,sed etiam illa quæ ipse.i.tu peperisti.i.excogitasti,& inuenisti ingenio & studio.s.proprio,quæ scilicet à te parta,si colliges.i.ad animum reduces tuum,&.i.simul sperabis omnia optime, & feres.i.patieris,aut portabis sapienter quæ accident qualiacunque erunt.Sed tu sup. diceres hæc melius.s. quàm ego uel optime omnium. Ego curabo studiosissime & diligentissime omnia quæ intelligam pertinere ad te,& conseruabo scilicet apud me,memoriam tuorum meritorum erga me,tempore meo tristissimo.i. quo exulabam. Vale.

*PETRI VICTO. CASTI. ☞VT te horter & obsecrem. Ea est in Medicæo libro scriptura,ut inde utraque lectio ducipossit:neutram enim ille integram habet, & utriusque non patua uestigia retinet ita eni:habet.Vt te orem & obsecrem.quam olim ueriorem esse censuerimus,quibusq; argumentis usi,omnibus notum:nihil tamen decerno.

HVBER. BInas.Cn.Plancus,ad quem nunc scribit Cidem est ad quem multæ Cicе.epistolæ lib. ix.scriptæ sunt:sed illas post mortem Cæ. has duas feruentibus bellis ciuilibus scriptas constat ideo diuersis uoluminibus positæ sunt:nunc autem Cice.respondet Planco qui ei gratulatus fuerat,ꝙ intellexerat eum retinere dignitatem suam apud Cæ.quod quidem ostendit non ita esse multis rationibus.Deinde quia optauerat Planc. Cice. fœliciter euenire,quod egisset.Respondet Cice.se confidere ita esse,ut dicit,ostenditque causam quare id egerit,quod quid,& quare fuerit,dicam loco suo in epistola.Postremo pollicetur ipsi Planco,quicquid opera, consilio,& studio,per eum fieri possit. Binas literas.e-

Binæ lĩæ leganter dixit & propriè:nam duas literas non dicimus,nec binas epistolas,sicut Cice.ad filium scribens ostẽdit,authore Ser.nam binas iungitur cum his,quæ tantum plurali numero declinantur. Quint.tamen dixit & binos pedes & quinas syllabas libro nono. Alteris.non autem altera,nam si totum pluralis est numeri tantum, partes quoque pluralis numeri esse debent, ut hic. Si uero totum,licet pluralis numeri sit, singulare habeat,tunc partes omnes, singulares esse debent,ut delector duobus poetis,altero græco,altero latino.Cor-

Corcyra Pristina cyræ.quæ insula est uicina Adriatico mari,nonnunquam Phæcia appellata, Alcinoi regis patria, de qua libro tertio, plura diximus. Pristinam.priorem,solitam. Alteris.scilicet literis. Velle.optare. Euenire.succedere. Bene.fœliciter:erant uerba,quibus utebantur antiqui.confectis matrimoniis. Iuue.dictum fœlici-

erentia reputer. Quæ egissem,fecerim scilicet de matrimonio nouo, ita enim puto intelligi. Nam ut ait Plutar.in uita

iata à Cicero- Cicero.cum præsset Ciliciæ,illa mala fortuna,quæ in rempubli.sæuierat,non minori impetu domum Ci.in-

e Publiam du- uaserat,siquidem, & Quin.frater,& Qu.Cicero fratris filius inimico animo in ipsum Cice.facti sunt, nec Terentia uxor in fide permansit,quæ præter cætera flagitia patrimonium Cice. parum diligenter,parumque fideliter administratum sumptibus iacturisque exinaniuit,peruerse denique omnia facere moliriq; uidebatur, quibus tandem rebus reuersus Cice.Romam coactus est summorum uirorum exemplo,eam dimittere. Super hæc omnia grande æs alienum sub usuris sumptum indies omnia deuorabat, & accedebat restitutio dotis Terentiæ facienda quibus cum alitèr satisfieri non posset,eandem ex amicorum sententia Publiam,cui ampla hæreditas erat,uxorem accepit,de qua nunc intelligit.

BInas-

BInas &c.Scribitur ad Cn.Plancũ ad quẽ lib.x.cõplures scribentur post cædẽ Cæsaris: hæc aũt scripta est feruentibus bellis ciuilibus. Rũdet autẽ Planco, qui gratulãtus fuerat Cice. ꝙ dignitatem suã retinẽret apud Cæs.qđ Cic.oñdit ãlitèr esse.Et quia optauerat fœlicitèr euenire, qđ Cic.egerat,dicit se id quoq; cõsidere,põllicẽs demũ Planco se & operã suã omnẽ. Ordo est.Ego accepi.s.ã te binas literas.i.duas epistolas,datas Corcyræ.i.in ea insula,quæ est uicina Adriatico mari, quia tñ in genitiuo posuit, putẽ esse nomen urbis,in ea insula,quarum.s.literarum ãlteris,tu gratulabãre mihi ꝙ audisses me obtinẽre pristinam dignitatem meam.s.apud Cæsarem,ãlteris dicẽbas te uelle ea,quæ egissem,euenire benè & fœlicitèr. ASCEN. Ordo.

Ego autem,si dignitas est benè de repu. sentire, & bonis uiris probare quod sẽtias,obtineo dignitatem meam.sin autẽ in eo dignitas est, qđ sentias,aut re efficere si possis,aut deniq; libera oratione defendere:ne uestigium quidem ullum est reliquum nobis dignitatis. Agitur q̃ præclarè si nosmetipsos regere possumus,vt ea,quæ partim iã adsunt, partim impendẽt,moderatè ferãmus.quod est difficile in huiusmodi bello, cuius exitus exãltera parte cædem ostẽtat, ex ãltera seruitutem. Quo in periculo nõ nihil me cõsolãtur, cùm recordor hæc me tum uidisse,cùm secundas etiam res nostras, non modò aduersas pertimescẽbam,uidẽbamq; quanto periculo de iure públco disceptarẽtur armis. Quibus,si uicissent hi,ad quos ego pacis spe,non belli cupiditate adductus accẽsseram: intelligẽbam tamen & iratorum hominum & cupidorum & insolentium quàm crudelis esset futura victoria.sin autem victi essent,quãtus interitus esset futurus ciuium, partim amplissimorum, partim etiam optimorũ, qui me hæc prædicentem atque optimè consulentem saluti suæ,malebant nimiùm timidum quàm satis prudentem existimãri. Quod autem mihi de eo,quod egerim gratulãris, te ita uelle, certò scio. Sed ego tam misero tempore nihil noui consilii cepissem, nisi in reditu meo nihilò meliores res domesticas q̃ rẽp.offendissem. Quibus.n.pro meis immortalib⁹ beneficiis charissima mea salus,& meæ fortunæ esse debẽbãt,cum

☞EGO autem.rũdet primę epistolæ de gratulatione dignitatis,arguens illam non appellandã dignitatẽ:dat enim quandã definitionẽ dignitatis, quæ si esset uera, secundũ eã dicit se obtinere dignitatẽ suã, sed cum nõ sit uera innuit se nõ obtinẽre. Benè sen.benè suspicãri,aim benè dispositũ habẽre ꝓ rep. Et ꝓbare. probãbile facere & oñdere bonis uiris. Quod sẽtias.i.sententiã tuã.Est autem secũda psona elegantèr posita ꝓ pria & pro tertia secundũ locos,& est sẽsus.Si in bñ sẽtiẽdo de rep.& probãdo bonis uiris bonã sententiã de repu. consistit dignitas:possum dicere me obtinẽre dignitatem meam. Sin. ponit ãlterã & uerã definitionem dignitatis secdm quã dicit se nullã obtinẽre dignitatẽ: nã cum dignitas sit,nõ sentire benè de rep.simpliciter, sed efficere & defẽdere liberè & id qđ sentias,id facere Ci. non possit,sequitur ꝙ nullã oino retineat dignitatem. HVBER.

Re.effectu. Libera.sine respectu & timore alicuius. Res libera

Ne uestigium quidem reliquum est.i.non modo dignitas nulla relicta est nobis, sed ne uestigium quidem aliquod,quod minus est. Vestigium.signum,apparẽtia:nã uestigia ꝓpriè dicuntur signa pedum. Reliquũ est.i.restat,relinquitur:omnem enim dignitatem penitus amisimus,quia nõ licet efficere & defendere liberè, quod sentimus,in quo cõsistit ipsa dignitas. Agitur p̃ Impendẽt .s.nobiscũ.i.benè nobis succedit. Nosmetipsos.& non ãlios,neq; remp. Assunt.pũtia sunt.s. mala. Impendent.imminent,futura sunt,sed impendent,& imminẽt tantũ mala.Futura autem dicimus & bona & mala. Moderatè.sine perturbatione ánimi. Quod.ferre moderatè hæc mala eiusmodi.ciuili tã nefario & misero. Cui⁹. belli.Exitus.finis.Ex alte.cę.ex Põpeiana occisionẽ multorum oñdit.Ex alte.Cæsariana,quia si uicerit Cæ.actũ erit de libertate Romana. Periculo. discrimine cædis, & seruitutis. Nonnihil.multùm. Pertimesce.res se.i. cum timẽbam etiam uictoriam Pomp.Non modo. nõ tantùm. De iu.pub.i.uter imperãret, uter meliorem habẽret causam,ut supra ad Ser.Sul.posq̃ de iure pub. disceptãri cœptum est &c.Quanto periculo. q̃ magno: quia nõ agebãtur solũ Cæ.& Põ.& eorũ,q̃ eos sequebãt, sed pop.Ro.& totius orbis terrarũ.Si.ui.hi.i.Põp.quos secutus erã cupiditate pacis,nõ belli.Et actorũ.Pompeianorũ,qui erant irãti Cæsarianis.Cupidorum.qui cũperent res nouas. Insolentium.superborũ,& qui uellẽt se esse primos,& antecellere omnes. Victi. Pompeiani à Cæsarianis.Quantus interitus.quanta cædes,subaudi intelligẽbã:nã supra dixit, cuius exitus,ex ãltera parte cædem ostẽtat,ex ãltera seruitutem.Amplissimorũ.qui essent ornãti dignitate,qui essent principes in urbe nostra,quos uidẽbã oẽs crudelitèr interituros. Qui,uiri amplissimi & optimi. Prædicentem.uaticinantem.Hoc. eos esse crudelitèr interituros.Consulentem saluti sue. quia hortãbar,ut pax componerẽtur inter Cæ.& Pom. Malẽbant.potiùs uolebãt.Timidum q̃ prudentem.exi-

stimãbant enim me magis hoc dicere, quia timẽrem q̃ quia præuidẽrem & cognoscerem ita futurum: nec uoluerunt mihi credere.Quod autem, secundæ epistolæ rũdet de gratulatione affinitatis & nouæ necessitudinis.Quod egerim.ut supra diximus intelligit matrimonium Publiæ. Te ita uelle.te ita cupere, ut scribis.s. ut mihi bene fœliciterq; eueniat.Sed ego.oñdit se necessitate nõ uolũtate hoc fecisse.Nihil noui cõsilii. nullũ nouũ cõsiliũ.Offen.inuenissem.In rẽditu meo.ex Cilicia.ut supra diximus:nã & rẽp.& rem familiarẽ suam perturbatam & imminutam inuenit.Quibus.notat Q.fratrem & eius filium & uxorem Terentiã, quos oẽs pfide se gessisse erga Ci.ostẽdimus,authoritate Plutar.Immortalibus bñficiis.i.maximis & dignis æterna memoria. ☞EGO autẽ si dignitas est benè sentire de repũb.& ꝓbare. Quod sẽtias bonis uiris.i. sentẽtiã bonorũ uirorũ,obtinẽbo dignitatem meã. Sin autem.i.sed si,dignitas est in eo,uidelicet aut posse efficere te,quod sen- ASCEN.

tias,

tias,aut déniq; defédere qđ séntias uoce líbera,néquidĕ.i.non saltĕ,ullum uestigium dignitátis est reliquũ nobis,agĭt.s.nobiscũ p̃clarè,si póssumus régere nosmetipsos,ut ferámus moderátè ea,quę partim adsunt,& partim impendent.i.imminent,qđ est difficile in eiúsmodi bello,cuius éxitus ostentat ex áltera parte.s. Pompeiána,cædĕ.i.occisiónem omniũeórũ,q̃ contra remp.cum Cęsare stéterint,& sup.ostétat seruitutẽ,ex áltera sup. parte,uidelicet Cæsaris,qui si uictor esset in seruitutẽ redactúrus uidébât.Ergo dices,Ci.sentit Põpeiũ crudeliórem fore ipso Cæsare: certũ est p̃ superbior fúerit,quia noluit parẽ pati in rep.& Cæsar parem qdẽ,sed non superiórem ferre póterat,& fortè benignior etiã erat Cæsar per naturã,sed causę diuérsitas hãc opinionem de éxitu belli.Si enim Põpeius uicisset,senatusdecreto oẽs Cęsariáni hostes iudicáti fuissent,si Cæsar cum solus regnáret,facilè quibus imperáret,pepercisset. In quo periculo nõ nihil.i.in aliquo cõsolâtur me, cũ recordor me uidisse & cognouisse hæc.s.mala.tum.i.tunc,cum.i.qñ,ego ptimescẽbã etiam res nostras secundas.i. prósperas,nõ modò.i.nedum aduersãs,& uidébam quanto periculo disceptarétur armis de iure publico.i.ad rẽp. pertinente,quibus.i.armis,si ii.i.põpeiani uicissent,ad quos ego accésseram, adductus spe pacis.i.ut tráherem Põpeiũ ad concordiã,non cupiditáte belli. Tñ.i.nihilóminùs,intelligẽbã q̃.i.quantum crudelis esset futúra uictoria,hóminum iratórum.s.ob illátã iniuriã,& cupidórũ.s.rérum,honorũ, aut uindictæ,& insolentium.i. superbè agentium. Sin autem.i.sed si , uicti essent.s. Pompeiáni , intelligẽbam quantus intéritus esset futúrus,partim ciuium amplissimórum,partim etiam optimórum,qui malẽbant me prædicentem hæc atq; consulentem optimè saluti suæ,ut uidélicet potentiæ Cæsaris cedant,existimári.i.iudicâri,aut existimâre.i. iudicâre,nimiùm tímidum,q̃ satis prudentem.Quod autem gratulâris mihi de eo,quod égerim.s.de nuptiis cũ noua uxore,scio certò.i.pro certo.te uelle ita.Sed ego nihil noui consilii cœpissem.tam mísero témpore.s.bellórum ciuilium,nisi offendissem in réditu meo.s.ẽ Cilicia prouincia,res domésticas,quas uxor dissipáuerat,nihilo.i.nullo meliores q̃ rem. Enim.i.quia,sup.ii,uidélicet Quintus frater qui in Ciceránem orationem scripserat,quam Cæsari recitâret,& Quinti fratris filius,qui de nece Ciceránis patrui sui cogitârat,& Terẽtia quę impudícè uíxerat,& patrimonium dissipârat,unde eam repudiâuit,quam Salustius Ciceránis inimicus factus ut ex ea eius secreta sciret,quæ criminarétur,duxit,quibus mea salus & meæ fortunæ debẽbant esse charíssimę pro immortálibus beneficiis meis,cum uidérem nihil mihi tutum intra paríetes meos.i.in propria domo , & nihil uacuum insidiis.

HVBER. PROpter eorum scelus.nã Q.frater eum deseruit , & orationem cõtra ipsum scripsit,quam apud Cæ. recitaret.& Q.fratris filius de nece Ci.cogitauit. Terent.abstẽte marito impudice uixit,eiusque patrimoniũ dissipauit.Intra patie.intra domũ meã:nam parietes tantũ priuati sunt,muri uero & publici & priuati. Nouarum nece.s.nouarum propinquitatum & amicitiarum: quia eram derelictus à ueteribus necessariis.Muniẽdũ.corroborandũ.Perfidiã.improbitatẽ. Satis.subaudi dixim⁹.

Vel etiam.correctio.Nimium multa.qui dolet se habuisse causam dicendi hæc de suis. De tuis.rebus. Id est.declarat quo animo esse debeat. Præcipue.eorsum ab aliis,quod ab aliis etiam timendum non sit.Quicunq;,qualiscunq;,uel bonus,uel malus,uel sub Cæ.uel sub Pomp.Expertem.immunem,sine parte.Nam. ratio quare uideat Plan.fore expertem omnium periculorum.

Alteros placatos Cæ.factos tibi amicos qui erãt tibi irati,quia eos non sequebaris.Alteros nũquam iratos.Põpeianos nunquam tibi fuisse inimicos.cum nec tu quidem ei inimicus fueris. De mea. pollicetur nunc operam suã Planco.est autẽ ordo.uelim sic iudices de mea uolũtate in te me futurum præsto rei,famæ , saluti tuæ, opera,consilio,studio, quibuscunque rebus intelligã esse opus,quamquam uideam quis sim hoc tempore,& quid possim.Quamquã uideã quis sim.i.q̃q̃ intelligam me nõ esse magnæ authoritatis. Et quid possim.quia ualde parum possum. Opera.labore,agendo pro te.

Consilio.consulendo tibi & tuis. Certe studio.saltem uoluntate prompta. Futurum præsto. futurum promptum,& paratum.

ASCEN. PROPTER scelus eorum.quia Cato nullam censuit adulteram quæ nõ eadem si posset, uenefica esset. Puta ui me munierẽdum fidelitate nouarum necessitudinũ.i. affinitatum cum noua uxore, cõtra perfidiam ueterũ.s. necessitudinum. Sed satis sup. scripsimus de rebus nostris,uel etiam nimium multa,ut de tuis,ego uelim , sis eo animo,quo debes esse.i.ut nequid.i.aliquid,non potes aliquid timendum tibi præcipue.i.singulariter, aut præ cæteris:si enim aliquis status ciuitatis.s.Romanæ erit,siue sub Pomp.siue sub Cæ.ego uideo te fore.i.futurum,expertem,i.immunem omnium periculorum.Nã intelligo alteros.s.Cæsa.esse iam placatos tibi.i.remisisse iram in te suam,alteros.s.Pompeianos,nunquam fuisse iratos,scilicet tibi. Aũt.i.sed,ego uelim iudices sic de mea uoluntate in te,q̃q̃ uideã,qui.i.qualis sim:alii legunt quis sim,sed honestius ad euitandum sibilum deponitur S,ut in Buc.Attamen iste deus, qui sit da Tityre nobis.&,Despectus tibi sum,nec qui sim quæris Alexi. hoc tempore.s.tam periculoso , & mihi aduerso,& quid possim.q.d.uideo p̃ minimum,tamen quibuscunque rebus intelligam opus esse,sup.tibi,opera,& consilio:certe,quidem,studio.i.indubitanter studio,si parum opera,aut consilio posset, futurum præsto.i.paratũ & auxiliarem rei,famæ,sup.& saluti tuæ. Tu uelim sup.ut facias me certiorem q̃ diligentissime,& quid agas.s. modo,& quid putes te acturum.s.deinceps. Admonui supra ex Laurentio Vallen.in oratione soluta, raro aut nunquam dici facio te certum,sed certiorem

admonitorem.

M. T. C. Cn. Plan. S. P. D. EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIB. V.

Quintus Metellus Celer Quin. filius Proconsul S. D. M. T. Ciceroni. Epis. I

SI uales benè est.Existimâram pro mútuo inter nos ánimo, & pro recóciliâta gratia,nec absẽtem ludibrio læsum iri, nec Metellum fratrem ob dictum , cápite , ac fortunis per te oppugnátũ iri. quẽ si parùm pudor ipsi⁹ defendẽbat,debẽbat, uel fámiliæ nostræ dignitas , uel meũ studium erga uos remq̃ pub.satis

Ex.xiiii. Epistola.Binas â te accepi.

SIn autem in eo dignitas est,si quod sẽtias, aut re efficere posse,aut denique libera ratione defendere,ne uestigium quidem ullum nobis relictum est dignitatis.qui me hæc præuidẽtem, atque optime consulentem saluti suæ, malebant nimium timidum,q̃ satis prudentem existimari.

Ex.xv. Epistola.Accepi perbreues.

SSed tamen,& si antèa scripsi,quæ scire te existimâui oportère.

ACcẽpi perbreues tuas líteras quibus,id quod scire cupiẽbam,cognoscere non potui: cognôui autem id,quod mihi dubium non fuit. nam q̃ fórtiter ferres communes misérias non intellêxi, q̃ me amâres facilè p̃spexi: sed hoc scíeram.Illud si scisse, ad id meas líteras accommodassem.Sed tamẽ etsi anteà scripsi, quæ existimâui scribi oportère,tamen hoc tempore bréuiter commonendum putâui,ne quo periculo te próprio existimâres esse. in magno omnes , sed tamen in communi sumus. Quare non debes aut própriam fortunam,aut præcipuam postulâre , aut communem recusâre. Quapropter eo ánimo simus inter nos,quo semper fuimus . Quod de te sperare,de me præstare possũ. Vale. HVBER.

Accẽpi.scripserat Plã.ad Ciceránem. quãto amore eũ complecterẽtur. Quod Cic.dicit sibi cógnitum esse,maluisset autem eũ scripsisse,q̃ forti & constanti ánimo ferret calamitátes públicas:quoniam si de eo scripsisset,accommodasset Cice.líteras suas ad eam matériam:breuitèr tamen eum monet id qđ in superióri epístola mónuit nihil esse,quod sibi præcipuè timendum putet, nec exístimet se esse in aliquo periculo,in quo alii non sint. Perbreues . ualdè breues.

Quod non fuit mihi dúbium. de quo nõ dubitâbã.

Nã q̃ fórtiter.hoc est,quod máximè cupiẽbat intelligere. Cómunes misérias.calamitátes reipublicæ. Quàm me amâres.quantùm me dilígeres,quanto amóre me cõplecterêris. Facilè,apertè:quia id ad me scripsísti. Sed hoc scíeram.quia me amâres. Illud.q̃ fórtiter ferres cõmunes míserias. Ad id,eã matériam. Accommodassem.adaptassem.i.rescripsissem tibi ad id. Oportère dare scribi,debère scribi à me. Anteà superióri epístola, & fortasse aliis,quæ non sunt in uolúmine. Bréuiter.paucis uerbis.Próprio.tuo solo,in quo alii non sint. In cómuni.quod ad omnes pértinet,cuius null⁹ erit expers. Facilè Accommo Postulare

Própriam. tuã,quæ némini alii contingat. Præcipuã. speciálem , quæ non multis euéniat.Postulâre.expóscere.aut recusâre cõmunem, aut eam nolle accípere, quæ ómnibus euénerit. Eo ánimo.amico & constanti. Spe-rare de te.benè & propriè dixit.Nam de aliis póssumus sperare, de nobis pollicéri,ideò dixit. De me præ.i.re & effectu osténdere,& efficere. Sperare

ASCEN. ACcẽpi &c.Argumentum perspicuum est. Ordo autem est. Ego accẽpi líteras tuas perbreues.i. ualdè breues , quibus non pótui cognóscere id, quod cupiebam scíre : cognoui autem id,quod non fuit mihi dubium. Nam non intellexi q̃.i.quantùm fórti tèr ferres misérias communes.perspexi facilè q̃.i.quãtum amâres me,sed scíeram hoc.s.posteriùs dictum,si scissem illud.i.prius dictum, uidélicet q̃ fórtiter ferres communes misérias,accommodassem líteras meas ad id. Sed tametsi.i.nihilóminùs,& si.i.quanq̃,scripsi anteà,quæ existimâui oportère scribi,tamen putâui te commonendum bréuiter hoc témpore,ne existimâres te esse,in quo.i.aliquo periculo próprio,non sumus omnes in magno.s.periculo,sed tamen communi . Quare non debes postulâre,aut fortunam própriam,aut præcipuam.i.præeminentem,aut recusâre.i.renuere communem.s.fortunam . Quapropter simus inter nos eo ánimo,hoc est benéuolo,quo fuimus semper, quod.s.ita fore,ego possum de te & præstâre.i.exhibere & efficere de me. Vale.

expostulatorio.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIB. V.

SI uales.Metellórum familia uirórum uirtute & títulis illustris fuit,inter quos præcipuè memorantur, Metellus à deuicta Macedonia, Macedónicus cognominâtus, & Numídicus , qui de Iurgutha Numidiæ rege triumphâuit.Huius filius quia patrem lachrymis & assíduis précibus ab exilio reuocâuit,Pius cognominâtus est.Fuit & Q.Metel.Créticus, & Lælius Metellus:& hic Q.Metellus Celer Lucii fratèr Babeáricus cognominâtus.Hic Celer, cum ulteriórem Hispaniam p̃tor obtinêret,intellexit fratrẽ suũ Lælium Metel.à Cic. cápite & fortunis oppugnâri. Itaq; hac epistola minâtur Ci.ut eum deterreat ab oppugnatióne frís , q̃uis reuera Ci.non tam eum oppugnâret,q̃ ei repugnâret q Cic. sequebâtur,& cápite mulctandum dicébat , quia ciues Rom.inconiuratione deprehensos indicta causa necasset,ut in sequenti epístola plenius uidébimus. Si uales. ex antíqua cõsuetúdine hoc principiũ epistolis p̃ponebâtur:desuêuit aũt multũ Cic.tẽpóribus,non tamen óino. Mutuo ánimo meo in te,& tuo in me:de hac dictione Metellus Pius HVBER. ASCEN.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cõciliare
Recõciliare
Ludibriũ

ne mutuus diximus plenius in pri.li. Recõciliâta.renouâta,instaurâta.Cõciliâmus enĩ nouos,recõciliâmus ueteres. Me absentem.quia absentes lædere maligni est hóminis. Læsum iri,lædendũ esse.est futurũ infinitiui passiui. Ludibrio.derisione,cõtemptu.Oppugnatũ iri.oppugnãdũ esse. Cápite.iudício capitáli.i. perículo cápitis. Et for.di.hoc est ubi agerêtur de cápite & diuitiis eius. Ob dictũ.propter uerbũ qđ cõtra te dixisset.Quẽ fratrẽ meũ. Pudor.uerecũdia,quã fortasse nõ seruâuit in te. Parũ defen.i.si nõ uidebâť habendus respectus eius pudóris,debebâtis tamen habêre respectũ familiæ nostræ & mei,qui de uobis & rep.sum optimè méritus.

HVBER. Subleuâre

¶ SVBLEVÂRE. adiuuâre. Circunuentum. insidiis & periculis inuolutum,tractum à uenatóribus, qui feras laqueis retibus & cánibus circumuenire solent. Minimè cõ.i.decêbat.s.me esse desertum.Itaq;.quia uideo fratrẽ circũuentũ & me desertũ.Luctu.mœróre, Et squalóre.sorde & illuuie qualem habêt qui ĩ mœrore uersâtur. Dr̃ autem squalor à squamis. Præsum.præfectus sũ. Prouinciæ.Hispániæ ulterióri. Qui bellum gero.hoc dixit ad exaggerandum méritum suum in remp.& iniurias aliorum in se. Quæ.quas res, oppugnâre fratrem meum,& lædere me absentem uel me desertum esse.

Squalor

Clementia maiorum.i.secundum clementiam maiórũ nostrórum,qui etiam gráuitèr offensi, nunquam tamen quenq̃ cápite oppugnassent.Non erit mi.quia dedistis mihi causam. Etiam.accũsat Ci. leuitátis & incõstantiæ.Meosq; propter fratrem. Mobili.mutabili:q̃a semper anteà uisus es amicus meus. Me. ne haberêtur suspectus,ꝙ propter hanc iniuriam minus p̃stâret officium reip.ideo súbdidit. Intereà.donec pótero fácere, ut uos pœníteat.Iniuria cuiusq̃.uel in me, uel in fratrẽ illata. Abducet.remouêbit. A republica,ab utilitate reipublicæ.

subleuâre. Nũc video illũ circũuẽtum, me desertũ, à quibus,mínimè cõueniêbat.Itaq; in luctu & squalóre sũ,qui prouinciæ,qui exercitui præsum,qui bellũ gero. Quæ quoniã nec ratione,nec maiorum nostrorum clementia administrastis,non erit mirandum,si vos pœnitêbit. Te tam móbili in me meosq; ánimo esse,non sperâbam. Me intereà,nec doméstícus dolor, nec cuiusq̃ iniúria à repub.abducet. Vale.

N.Scelsii M.super.v.Epistolarum familiarium libro additiones.ex Epi.pri.

¶ SI uales benè est.Existimârã pro mútuo in nos ánimo & pro recõciliâta gratia.Quem si parũ pudor ipsius defendêbat,debêbat tamen uel familiæ nostræ dignitas,uel meum erga uos,remq; publicam studium subleuâre. quæ quoniam nec ratione, neq; maiórum nostrórũ clemẽtia administrastis,nec erit mirandum,si uos pœnitêbit,& si mobili in me, meosq; ánimo esse nõ sperâbam. Me intereà nec domesticus dolor,nec cuiusq̃ iniuria ab repub.abducet,nec separâbit.

ASCEN.

¶ SI uales &c.Hæc quinti libri epistola acerbè quidẽ est in Ci.scripta,sed ideo præpósita,ut sequentium,qui bus se purgâbit Cicero,argumenta apériat. Scribitur à Quin.Metello imperatore in Hispaniis agente,qui intelléxerat fratrem suum à Cicerone ob dictum ac uerbum unum grauiter oppugnâri: Ordo est.Si uales benè est.i.rectè se res habet. Ego existimáueram pro mútuo ánimo inter nos, & pro gratia reconciliata.i. propter beneuolentiam & reconciliationem,neq; sup.me absentem læsum iri.i.offendendũ esse,ludibrio scílicet tuo præcipuè in fratrem.Nec Metellum fratrem.s.meum oppugnâtum iri,per te,cápite ac fortunis.i.ciúsmodi accusatione,ubi agerêtur de perículo uitę ac rerum eius. Quem.s.fratrem meum, si pudor ipsius defendêbat parùm.s.à te,uel dignitatis familiæ nostræ,uel studium meum erga uos.s.te & fratrem tuum , aut omnes qui Romæ estis,& erga remp.pro qua in Hispania bellum gerêbat,debêbat subleuâre.s.ab ónere talis oppugnationis satis. Nunc uideo illum.s.fratrem meum,circumuentum.i.insidiis captũ & seductũ,& me desertum.s. auxilio & ope,aut honóre,sup.ab illis,à quibus conueniêbat.i.condecens erat mínimè.i.nequaq̃.q.d.à te,de qúo óptimè mériti sumus. Itaq;.i.& ita,ego sum in luctu & squalóre.q.d.talis sum, qualis frater,qui capite oppugnabâtur:tales enim rei,ut iudicũ aut populi misericordiã promereanť squalida,& demissa barba & uéstibus situ & pedóre uictis è cárcere prodibant: ego ĩquit,qui præsũ ꝓuinciæ,q̃ præsũ exercítui,& qui gero bellũ pro rep.in Hispania , ut dixi.Tales autem debêbant apparêre læti & maiestatis ac dignitatis pleni.Quæ.s.prouinciam,exércitum & bellum,quoniam nec administratis.i.tractatis ratione,nec clementia maiorum.i.qualis erat priscis Romanis maioribus nostris in absentes.non erit mirandum,si pœnitêbit uos.Pluraliter lóquitur inuidiosè,quasi à multis lædâtur,non tamen honóris gratia ad unum Cicerónem pluraliter lóquitur, ꝙ Galli linguam suam sequentes facilè dícerent:sed licet præcipuè Cicerónẽ taxet,tamen ad iúdices omnes lóquitur. Etiam non sperâbam sup.uos esse in me,& meos præsertim in fratrem,animo mobili.i.tam uariabili. Interea scilicet dũ tales éritis.nec dolor doméstícus,nec iniuria cuiusq̃, abdûcet me à repub.i.procuratione salutis eius. Facilè appâret à perturbâto & iracundo hómine epistolam scriptam, præsertim cũ uera non sint,quæ scribat.

Ordo

Defensoria, excusatoria.

M.T.C.Quin.Metello Qu. filio Celeri Proconsuli.S.P.D. Epist. 2.

SI tu exércitusq; valêtis, benẽ ẽ. Scribis ad me,te existimasse ꝓ mútuo ĩter nos aĩo, & ꝓ recõciliâta grátia nũq̃ te â me

HVBER.

SI tu. Respondet Ci. particulatim epistolæ Metelli, & primũ,ꝓbat ánimũ Metel.non fuisse mutuũ, sicut ille scrípserat: & ꝓbat se nõ habuisse ipsũ ludíbrio , sicut quest⁹ erat in epístola sua: deinde mirâtur cur gratiã recõciliatã díxerit,quæ nũq̃ fuerit imminûta.Posteà uero ostendit se nõ oppugnasse eius fratrem cápite & fortunis ob dictum,ut ille scrípserat , sed defẽdisse se aduersus eũ,à quo ipse oppugnarêtur:dicêbat enim frater Metelli Ci.eâdem pœnã esse afficiẽdũ,qua ipse affecisset ciues Romanos,& multa égerat publicè cõtra ipsum Ci.ostendit autem Cic.se usum esse potius erga eum officio,& clemẽtia q̃ iniuria aliqua. Postremò quoniam Metel.ei minâtus fuerat,orat ipsum,ut æquum iúdicem se præbeat,& existimet ipsum Ci.nihil iniquè fecisse,si se acerbè & crudeliter oppugnatum defendit,pollicêturq; seruatûrum amicítiam quoad Metel.uolet.

Si tu,eodem génere salutationis usus est,quo ipse Metellus usus fuerat.

QVOD

¶ QVOD.s.læsum in ludibrio.. Cuiúsmodi,quale sit.Sed tamen.ostendit in quo putet Metel.existimasse ludibrio læsum à Ci.quam suspitiónem probat esse falsam,cum potius eum semper honoráuerit q̃ ludibrio habuerit. Allâtum.nunciâtum. Propinquos,institúerat Metel.habêre orationem de laudibus Cice.qui cõiurationem Catilinæ oppressisset:posteà uero cum mutasset propósitum,Ci.qui fuerat cupidissimus laudatiónis Metel.dixerat in senatu Metellum propter propinquos suos , qui eum rogassent , destitisse ab eius laudibus de quibus prius instituisset dícere,& cũ addidisset Ci.quanta fuisset expectatio sua de oratióne Met.multi senatóres incœpêrunt ridêre,quod Ci.tam grauitèr ferret se caruisse testimónio & laudibus Metel. quod cum nunciatũ esset Metel. existimauit illum risum secûtum fuisse propter se,nõ aũt ꝓpter Ci.ideo dixit.Ludibrio. derisione.Dolêrent.quia inuidêbant gloriæ meę,quam ex ea re mihi paráueram. Propinquos.consanguíneos.

HVBER.

Impetrasse.obtinuisse. Vt reticêres. ut non díceres.

Statuisses.decreuisses & proposuisses. Quod.quã rem.s.tuos impetrasse , ut ea tacêres quæ de mea laude statuisses dícere. Adiunxi.áddidi. Dispartîtum.diuîsum. Ab intestîno.ciuîli,ꝙ intra urbem esset. Tu ab armatis host.quia,ut ostendit Salu.in Cati.historia,tẽpore coniurationis erat Qu.Metellus Celer in agro Piceno prætor,cui permissum erat,ut pro tẽporis periculo exercitum compararet. Atq; hãc so.ꝑclari mu.i. coniunctionem præclari officii erga remp.cum tu ab armatis hóstibus Italiã, ego uero à domesticis insidiis, & ab intestíno scélere urbẽ defendi. Labefactatã. cõmotam, perturbatã,& subaudi adiunxi uel áddidi. Qui cũ,id est qui timêrent ne fortasse tu rédderes mihi aliquam uicem & partem mutuæ uoluntátis in me laudando,cũ te honorificentissimis rebus ornassem. Mutuæ.similis amicitię,sicut mea fuerat erga te. Hoc ser.quem suprà dixi. Quæ.quanta. Expectatio. desyderium. Tuæ orationis.de laudibus meis.i.quantum expectassem,ut me tua oratione laudâres. In quanto mœróre uersatus essem.i.cum à me exponerêtur in quanto mœrore & tristitia fuissem, quia tu impulsus précibus tuórum propinquórũ tacuisses ea,quæ de me fuisses dicturus. Oratio mea.qua indicabam me cúpidum laudatiónum de me tuárum. Est uisa.senatóribus audiéntibus. Non iniucunda.i.faceta & digna risu.quia ostendebã me tantoperè doluisse ꝙ caruissem testimonio tuárum laudatiónum. Et mediócris risus est cónsecûtus. & oẽs mediócritèr cœpêrunt ridêre. Non in te. non propter te, quem díxeram impulsum fuisse,précibus propinquórum,ut de me tacêres,quę dicenda statuisses.Sed in mœrórem meum.sed propter tristitiam meam in qua dixissem me uersâtum,quia de me tacuísses.

Labefact⁹

ludibrio læsum iri. Quod cuiúsmodi sit,satis intellígere non possum: sed tamen súspicor ad te esse allâtum , me , in senatu cùm disputârem,permultos esse qui rempub.à me conseruatam dolêrẽt, dixisse:à te propinquos tuos,quibus negare nõ potuisses,impetrasse, vt ea,quæ statuisses tibi in senatu de mea laude esse dicenda,reticêres. Quod cum dícerem, illud adiunxi , mihi tecum ita dispertîtum officium fuisse in reipub. salúte retinenda,vt ego urbem à domésticis insidiis,& ab intestíno scélere:tu Italiam & ab armátis hostibus, & ab occulta coniuratione defénderes: atque hãc nostram tanti,& tam præclari múneris societátem à tuis propinquis labefactâtam:qui,cũ tu à me rebus amplíssimis,atque honorificentíssimis ornâtus esses, timuissent neque mihi pars abs te volũtatis mútuæ tribuerêtur. Hoc in sermone cùm à me exponerêtur quæ mea expectatio fuisset orationis tuæ, quantoque in erróre uersatus essem:uisa est oratio non iniucunda , & mediócris quidam est risus consecûtus , non in te , sed magis in errórem meum,

ASCEN.

¶ SI tu & cæ.Respondet particulatim epistolæ superiori , refellitq; singula ferè eius dicta , probans nec ánimũ nec amórẽ Metelli fuisse mutâtum, nec se habuisse ipsum ludibrio , nec grátiam reconciliâtam,nec se fratrem eius ob dictum capite oppugnasse, sed se aduers⁹ eũ defendisse, cum dictitâret ea pœna Ciceronem áffici debêre q̃ ipse ciues Rõanos affecisset,uidélicet Catilinã,Léntulũ,Cæthegũ,& cæteros cõiurâtos.At cõtra significat se usũ erga fratrẽ Metelli:oĩ humanitate & clementia,seq; Metelli amicitiã conseruatûrum, rogans ut símili in se sit ánimo. Ordo est.Si tu & exércitus ualetis benè.i.rectè res se habet. Scribis ad me te existimasse pro mútuo inter nos ánimo,& ꝓ recõciliata gratia,te nunq̃ læsũ iri.i.lædendũ fuisse,à me ludíbrio.i.cõtumeliósa irrisióne,p̃sertim in facto:cũ iocus sit uerbis , qđ .s.scriptũ aut dictum tuũ , cuiúsmodi sit,non possũ intellígere satis,sed tñ súspicor esse allâtũ ad te.i.tibi denunciatũ me dixisse in senátu,cũ disputârẽ.i.disputando asserere,ꝑmultos esse,q̃ dolêrẽt rẽp.seruatam sup.esse à me, propinquos tuos,quibus non posset.s.decẽter negâre,hoc est fratrem tuũ , impetrasse à te,ut tacêres ea,quæ statuisses dicenda,sup.esse,tibi. i.à te,in senatu de laude mea,hoc est eos impediuisse, ne à te laudârer.

Ordo.

Quod cùm dícerem,adiunxi illud,officium fuisse mihi in retinenda salúte reipu. dispartítum.i.diuîsum tecum,ut ego sup.defénderẽ urbẽ.s.Romã ab insidiis & ab scélere intestíno.i.quod à ciuibus oriri possit,utpote ab incendio ædiũ ac cæde bonorũ,tu defénderes Italiam,& ab hóstibus armátis.s.authore Catilína,sub Mallio quodam.Nam Q.Metellus Celer ad quem hæc scribuntur,témpore belli Catilinarii prætor erat in agro Piceno,cui permissum erat exércitum comparâre,ut scribit Sallust.& ab occulta coniuratióne.i. ne aliæ ciuitates cõspirârent,atque sup.adiunxi hãc societátem nostrã tãti,i.tã magni & tã præclari múneris utpote conseruatiónis reip.Romanæ,labefactatam.i.debilitãtã,& dissolûtã à propinquis tuis.fratrem ubiq; tangit.qui cum tu ornâtus esses à me rebus amplissimis atq; honorificentissimis,quia pratúra & authotitáte exércitus deligẽdi,timuissent,ne qua pars uoluntatis.i.beneuolentiæ mutuæ,tribuerêtur mihi abs te.i.à te. Cum in hoc sermóne exponerêtur à me,quæ.i.qualis,aut quanta expectatio mea oratiónis tuæ esset.i.quantóperè expectassẽ oratiónem tuam de laude mea. Et in quanto mœróre uersatus essem.oratio sup.mea uisa est.s. audientibus, non iniucunda,& risus quidã non mediocris consecutus est, non in te,sed in mœrórem meum.

ET

Universidad de Deusto Biblioteca

HVBER. ET quod.i.propter simplicitatem aut ambitionem meam:quia aperte & syncere confitebar me cupisse laudari abs te. Aperte.clare.sine simulatione & insinuatione uerborum,ut multi faciunt. Ingenue.liberaliter,syncere. Iam.dicit hanc suam orationem non potuisse sine honore & laude Metel.esse. Non honorifice.sine honore. In te.pro teuel de te. Hoc,scilicet.Meta.uo.i.quanuis mea facta esset & clara & magna,ita ut non egerent testimonio,me tamen desyderasse habere testimonium tuæ orationis. Quod.responsio ad aliam eius epistolæ partem. Nescio.quia cum dicis pro mutuo inter nos animo,uideris bene intelligere quid dicatur mutuum,cum animus tuus non fuerit mutuus, ut tu scribis. Equidem.ponit iudicium suum,& definitionem huius dictionis mutui quantum pertinet ad amicitiam. Par uoluntas.ut ab eo ameris quem ames, ab eo tibi benefiat,cui bene facias. Ego.incipit disputare parem uoluntatem non esse redditam. Prætermisisse.cum eam habere possem. Leuior. stultior. Meæ rationes,utilitas, & res meæ. Ita tulerunt.ita postulauerunt,ut eam prætermitterem maxime tua causa.Eius consilii.eius deliberationis & propositi mei,ꝙ tua causa prætermisissem prouinciam. In dies sin.per quoslibet dies. Illud.q.d.uerissimum & certissimum. Vt primum.cum primum. Deposuerim.recusauerim. In concione.in conuentu & congregatione populi. De concione dictum est alibi plene quot significata habeat. Traderem.ad te deferrem. Nihil di. occupatio color rhetoricus:quia maxime dixit quod se dicturum negat. De sortitione.de diuisione prouinciarum quæ fiebat per sortes,ut in penul.epistola pri.libri patet.Suspicari.putare. Per collegam me.C.Anto.qui mecum consul fuerat. Me inscien.sed potius omnia esse facta me sciente,consentiente & hortante. Coegerim. congregauerim. De te.in laudem tuam. Honorificam in te.i.fuisse in honorem tuum. Sed etiam con.conuitiosam, plenam iniuriis. In col.tuos contra alios prætores:tantum enim te extuli,ut alii uiderentur uituperari. Senatusconsultum decretũ senatus de prouincia tibi decernenda. Præscriptione. titulo. Vt dum .i.donec. Extabit.durabit quod erit diu.seruabantur diligentissime senatuscon. Officium meum in te.id qđ pro te amicissimo animo feci. Obscurum. incognitum:quia illa præscriptio senatuscon.quid egerim iudicabit.puto enim fuisse scriptum M.C.opera & causa datam fuisse prouinciam Metel. Postea ue. commemorat alia beneficia,quæ in eum contulit,postquam profectus est in prouinciam. Profectus es.discessisti in prouinciam. Concionibus. conuentibus populi. Quas. quales,& q̃ liberales. Quæ omnia. à me in te collata.

Aperte
Ingenue.
Contumeliosus
Senatusconsultum
Præscriptio

Cum col.cum diligenter consyderaueris,& in unam cogitationem reduxeris. Tu ipse iu.tumet sis iudex.

Ne.an. Respondisse.satisfecisse, conuenisse. Mutuo.æqualiter: quia iudicabis tuum aduentum proximum non respondisse his quæ pro te feci. Imminuta.fracta & immutata. reconciliatur enim ꝙ semel est mutatum. Quod scribis. respondet pluribus uerbis huic parti, propter quam uidebat Metellum multum esse commotum. Illum animum .i. talem animum, qui multum doleat iniuria fraterna. Probari. laudari. Mihi.à me. Fraternam uoluntatem. quæ debet esse in mutuo amore.

ASCEN. ET ꝙ confitebar aperte atq; ingenue.i.simpliciter & sine dissimulatione, ut ingenuum decet me cupisse laudari abs te,propter quem risum forte Metell⁹ se ludibrio habitum scripserat,in quo errauit, unde addit.

Iam hoc non potest esse dictum in te,non honorifice me uoluisse habere aliquod testimoniũ uocis.i.orõnis tuæ,tamẽ.i.tametsi, in clarissimis atq; amplissimis

& quòd me abs te cupisse laudari, aperte atq; ingenue cõfitebar. Iá hoc nõ potest in te nõ honorificet esse dictũ, me ĩ clarissimis meis, atq; amplissimis reb⁹ tamẽ aliqđ testimoniũ tuæ uocis habere uoluisse. Quòd autẽ ita scribis, Pro mutuo inter nos aio: quid tu existimes esse in amicitia mutuũ, nescio: equidẽ hoc arbitror, cum par uoluntas accipitur & redditur. Ego si hoc dicam me tua causa prætermisisse prouinciam, tibi ipse leuior uidear esse.meæ enim rationes ita tulerunt,atque eius mei consilii maiorem in dies singulos fructum, uoluptatemque capio.illud dico,me, vt primum in concione prouinciam deposuerim, statim quemadmodum eam tibi traderem, cogitare cœpisse. Nihil dico de sortitione uestra: tantum te suspicari uolo, nihil in ea re per collegã meum me insciente esse factum. Recordare cætera : q̃ cito senatũ illo die facta sortitione coegerim:q̃ multa de te uerba fecerim, cũ tu ipse mihi dixisti orationẽ meam non solum in te honorificam,sed etiam in collegas tuos contumeliosam fuisse.Iam illud S. C. quod eo die factum est, ea præscriptione est, ut dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. Postea uero quàm profectus es, uelim recordere quæ ego de te in senatu egerim, quæ in concionibus dixerim, quas ad te literas miserim.Quæ quum omnia collegeris,tu ipse uelim iudices, satis ne uideatur his omnibus rebus tuus aduentus,cùm proxime Romam uenisti, mutuè respondisse. Quòd scribis de reconciliata nostra gratia: non intelligo cur reconciliatam esse dicas, quæ nunquam imminuta est. Quòd scribis non oportuisse Metellum fratrem tuum ob dictum à me oppugnari: primum hoc velim existimes, animum mihi istum tuum uehementer probari:& fraternam plenam humanitatis, ac pietatis voluntatem. deinde si qua ego in re fratri tuo reipublicæ causa

rebus

rebus meis,quasi dicat quæ laudibus non egerent. Quod autẽ ita scribis,pro mutuo inter nos animo,nescio quid tu existimas mutuum esse in amicitia. Equidem,id est ego quidem arbitror hoc,scilicet mutuum esse in amicitia,cum par,id est similis, & æqualis uoluntas accipitur, & redditur. Ego si dicam uidelicet me prætermisisse, prouinciam, scilicet Hispaniam, tua causa,ut, scilicet tu eam obtineres.ipse,id est ego uidear tibi esse leuior,id est nimis leuis, & inconstans in amicitia,& iactantior in dicto. Rationes enim meæ,id est dispositiones, & conditiones status mei, tulerunt, id est exigerunt, ita scilicet ut tibi prouinciam permitterem, atque capio in dies singulos maiorem fructum, & uoluptatem eius consilii mei. Ego dico, id est affirmo illud me, ut primum deposuerim in cõcione, id est recusauerim prouinciam,cœpisse statim cogitare,quemadmodum ego traderem eam tibi. Ego nihil dico de sortitione uestra,id est tua,& collegæ,ego tantum,id est duntaxat, uolo te suspicari nihil esse factum ea re per collegam meum, scilicet Caium Antonium, qui mecum consul fuit, me insciente,& ita non minus per me, quàm per collegã prouinciã sortitus es. Recordare,id est reduc ad memoriam cætera,quàm cito coegerim,id est congregari fecerim,senatum illo die,sortitione,scilicet prouinciarum facta,quàm multa uerba fecerim de te,cum tu ipse dixisti mihi orationem meam fuisse,non solum honorificam in te,sed etiam contumeliosam in collegas tuos,id est competitores. Iam,continuatiua est particula,illud senatusconsultum,quod factum est eo die, est ea præscriptione,id est habet eam præscriptionem, id est titulum,ut dum,id est donec,id,scilicet senatusconsultum,extabit, scilicet scriptum in publicis actis,officium meum non possit esse obscurum in te. Vero,id est sed,uelim recordere, quæ ego egeram in senatu de te postea quàm profectus es, quæ ego dixerim de te, in concionibus, id est quantum amicabiles ego miserim literas ad te.Quæ,cum collegeris, id est ad memoriam reduxeris omnia,uelim sup.ut tu ipse iudices, ne id est an,tuus aduentus,cum aduenisti proxime,id est breuissime post Romam, uideatur respondisse mutuo, satis omnibus his rebus, id est officiis meis in te, quasi dicat scio quòd nequaquam. Non intelligo sup. id quod scribis de gratia nostra reconciliata,cur dicas sup. gratiam nostram reconciliatam, quæ nunquam imminuta est. Quod scribis non oportuisse Metel.fratrem tuum oppugnari à me ob dictum, ego uelim existimes primum hoc, istum animum tuum, scilicet in fratrem tam pium, & uoluntatem fraternam plenam humanitatis, ac pietatis, probari, id est comprobari,& placere mihi uehementer. Deinde sup. uelim,quòd à superiore repetitur,alii addiderunt peto.

restiterim, peto vt mihi ignoscas. Tam enim sum amicus reipub. quàm qui maxime. Si vero meam salutem contra illius impetum in me crudelissimum defenderim: satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri. Quem ego cum comperissem, omnem sui tribunatus conatum in meam perniciem parare, atq; meditari: *egi cum Claudia vxore tua,& cum vestra sorore Mutia, cuius erga me studium pro Cn.Pompeii necessitudine,multis in rebus perspexeram, vt eum ab illa iniuria deterrerent. atque ille (quod te audisse credo) pridie calend. Ianua.qua iniuria nemo vnquam *in aliquo magistratu improbissimus ciuis affectus est,ea me consulem affecit, cum rem pub.conseruassem:atque abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit: cuius iniuria mihi tamen honori summo fuit. Nam cum ille mihi nihil, nisi vt iurarem,permitteret: magna voce iuraui verissimum,pulcherrimumq; iusiurandũ,quod populus idem,magna voce me vere iurasse iurauit.Hac accepta tã insigni iniuria, tamen illo ipso die misi ad Metel. communeis amicos, qui agerent cum eo, vt ab illa mente desisteret. quibus ille respondit, sibi non esse integrum.etenim paulo ante in concione di-

HVBER. RESTITERIM fratri tuo,repulerim fratrem tuũ, & ei aduersatus sim. Causa reip. qua uidebatur offendere Metellum, cum iniuste necatos diceret eos, qui eam opprimere uoluisset,qui eius consensu fuissent necati. Ignoscas.parcas. Quam qui ma.s.est amicus.i.tam amo rempub.q̃ ille qui plurimum amat. Si uero.incipit tueri causam suam,& ostendere se potius fuisse oppugnatum, q̃ oppugnasse eius fratrem. Salutem,uitam. Impetum defen.furorẽ, quo in me sæuiebat. Satis habeas, sufficiat tibi. De iniuria fratris, in me collocata. Quem. fratrem tuum. Omnẽ co.omnes uires,quicquid poterat. Sui tri.erat enim tribunus,cum oppugnaret Ci. In meã per.in meum interitum,perditionẽ. Parare.meditari, animo cogitare. Egi cum Clo.i.rogaui Clodiam uxorem tuam. Cuius.i.Mutiæ sororis uestræ. hæc autem Mutia erat nurus Pomp. Studium,amorẽ. Necessitudine,amicitia,& coniunctione, quæ erat mihi cum Põp. Deterrerent,dehortarent, remouerẽt. Ab illa iniuria, quam in me inferebat. Ille,frater tuus. In aliquo,ne in minimo quidẽ.Improbissimus,cui iure,& merito potuisset inferri iniuria. Me consulem,qui est maximus magistratus. Abeuntem magistratu, discedentẽ à magistratu, deponentem consulatum. nam Calen. Ianua. deponebantur magistratus, & fiebant noui. Ouid.1.fastorũ,Ecce noui præeunt fasces, noua purpura fulget, Et noua conspicuũ põdera sentit ebur. Priuauit po.ha.cõ.eripuit mihi potestatem habendę orationis in fine magistrat⁹ mei,sicut erat mos. Cuius.fratris tui. Iniuria, ꝙ me priuaret potestate habendæ orationis. Nam. dicit quare fuerit sibi summo honori nam Metel.tri.ple. noluit ꝙ Cic. aliud diceret, q̃ ut iuraret quæcunq; fecisset, se fecisse reipu. causa,sperans populum idem approbaturum, quod cum iurasset Ci. populus magna uoce iuramento affirmauit eum uere iurasse. Iusiurãdum,iuramentũ, Quod,iusiurandũ. Iurauit, iureiurando affirmauit. Magna uo.ut oẽs audirẽt. Insigni,notabili,quę nulli unq̃ ciui ĩprobissimo facta fuerat. Cões ami.q essent & illius & mei amici. Agerent cum eo,eum rogarẽt. Desisteret,cessaret. Ab illa mẽ.ab illo proposito persequendi me. Quibus,amicis. Non esse inte.s.non esse in potestate sua: dicebat enim nõ licere sibi per-

Mutia
Deterrere
Iusiurandum
Insignis
Desistere

Q sequi

sequi ea,quæ iniuste fecisset,immo subdit. Etẽ &c. dixerat enim Metel. frater tuus nõ debere dari facultatem dicendi aliquid ei,qui ciues Ro.sine defensione causæ suæ necasset, sicut ego fecerã. Animaduertisset,alios puniuisset. Causa indicta.i.non dicta.nõ dato termino se defendẽdi,in carcere enim sunt necati multi, ut ostendit Salu. Hominem gra.ironice. q.d.leuissimum,& improbissimũ hominem,& pessimum ciuem fratrẽ tuum. Qui, frater tuus. Iudicaret,sensus est & ordo.Qui iudicaret eum qui liberasset curiam cæde,urbem incendiis,Italiam bello,esse dignũ eadem pœna,qua senatus,omnium consensu affecerat,& punierat eos,qui uoluissent incendere urbẽ,& trucidare magistratus,& senatum,& conflare maximum bellum. Senatus affecerat,non autem ego sicut ille dicebat.Nam post orationem Ca.in qua censuerat de confessis,sicuti de manifestis rerum capitalium more maiorum supplicium sumendum,omnes consulares, itemque senatus magna pars sententiam eius laudauerunt. Senatus decretum factum est,sicut ille censuerat. Vrbem incen.quia Cati.Cethego,Lentu.cæterisque, quorũ promptam audaciam nouerat,mandauerat,quibus rebus possent opus factionis confirmarent, insidias consuli maturarent,cædem,incendia,aliaque belli facinora pararent, & reliqua quæ plenius Salustius persequitur.

xerat:ei qui in alios animaduertisset indicta causa, dicendi ipsi potestatem fieri nõ oportere.Hominem grauem,& ciuẽ egregium, qui qua pœna senatus consensu bonorum omnium eos affecerat qui vrbem incẽdere, & magistratus ac senatum

ASCEN. ❧SI ego restiterim fratri tuo,in qua,id est aliqua re,causa reipubli.ut ignoscas mihi. Ego enim sum tam, id est tantopere amicus reipu.quãm.i.quantopere supple is est,qui maxime est amicus eius. Si uero defenderim salutem meam contra impetum eius crudelissimum in me,habeas satis.s.esse me nihil conqueri tecum etiam de fratris tui iniuria,quem.s.fratrem tuum,cum ego comperissem parare,atque meditari.i.exercere, omnem conatũ tribunatus sui in pernicie meã,egi cum Claudia,seu Clodia,uxore tua,& cũ Mutia sorore uestra cuius studium.i.fauorẽ erga me,ego perspexeram.i.cognouerã in multis rebus pro necessitudine Cn.Põpeii.i.quę erat nobis cum Pompeio,ut deterrerent eum ab illa iniuria.s.mihi inferenda.Atq; ille.s.frater tuus (quod credo te audiuisse) affecit pridie.i.die precedẽte, Calen.Ianua.hoc est ultimo Decem.me consulem ea iniuria, qua nemo ciuis improbissimus.i. licet esset improbissimus,affectus est unquã in aliquo magistratu.i.dum gereret aliquem magistratũ,licet infimũ,affecit inquã me iniuria,cum conseruassem remp.atq; priuauit me abeuntem magistratu.s.consulari,potestate concionis.i.orationis ad populũ conuocatum habendæ, cuius iniuria fuit tamen.i.nihilominus, sup. mihi summo honori . Nam cum ille.s.frater tuus, nihil permitteret mihi.s. agere,aut dicere,nisi ut iurarẽ.s.iuste cõtra cõiuratos processisse,ego iurauí magna uoce,ut oẽs audirẽt iusiurandum.i.iuramentũ uerissimum, atque pulcherrimũ.i.honestissimũ, quod populus idem.s.cui coactus sum iurare,aut quod idem populus iurauit magna uoce me iurasse uere.Hic.i.hoc tempore & loco, ego tam insigni iniuria accepta.i.postquam tam insignẽ iniuriam acceperã,tamen.i.nihilominus, misi illo ipso die ad Metellum.s.fratrem tuum,amicos cõmunes.s.nobis,qui agerent cum illo.i.rogarent,& monerent illum,ut desisteret ab illa mente.i.uoluntate tam iniqua in me,quibus ille respondit non esse integrum sibi.i.se non habere amplius integram potestatẽ.s.desistendi.Etenim.i.quia,ipse dixerat pauloante in concione.i.oratione,ad populum habita , non oportere potestatem ad dicendum fieri ei ipsi , qui animaduertisset in alios, id est acriter puniuisset alios,scilicet coniuratos,causa indicta,id est non purgata , hoc est non dato reis ad se purgandum loco.Hominem,ironia est, quæ ut non uideatur ex ira nasci, non adiecit particulam o,id est o hominem grauem,& ciuem egregium,uidelicet Metellum fratrem.Est (ut dixi) ironia,qui iudicaret dignum eadem pœna, qua senatus affecerat consensu omnium bonorum eos,qui uoluissent incendere urbem.

trucidare , bellum maximum conflare voluissent,eadem dignũ iudicaret eum , qui curiam cæde,urbem incendiis,Italiã bello liberasset. Itaq; ego Metello fratri tuo præsenti restiti.Nam in senatu Calen.Ianua.sic cum eo de Repu. disputaui,vt sentiret sibi cum viro forti , & constanti esse pugnandum:Ad.III. Non.Ianu. cum agere cœpisset,tertio quoq; verbo oratio nis suæ me appellabat , mihi minabatur: neque illi quicquã deliberati⁹ fuit , quãm me,quacunque ratione posset , non iudicio,neque disceptatione,sed vi,atque impressione euertere. Huius ergo temeritati,si virtute , atque animo dum non restitissem:quis esset , qui me in consulatu nõ casu potius existimaret,quãm cõsilio fortem fuisse ? Hæc si tu Metellum cogitare de me nesciste , debes existimare te maximis de rebus à fratre esse celatum. sinautem aliquid impartiuit tibi sui consilii:lenis à te,& facilis existimari debeo,qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem.

❧TRVCIDARE, cedere,interficere,sicut narrat Sa lust.eos constituisse. Conflare,concitare,facere.metaphora sumpta à metallis,quæ conflando conficiuntur.Iuue.An dubitet totum solitus conflare Tonantem. Curiam.senatores.cõtinens pro contento metonymia. Itaq;.quia ille sic locutus erat de me. Restiti,obstiti,à resisto. Præsenti,qui aderat,cum ei respondi. Disputaui,contendi,feci uerba. Sentiret,cognosceret. Cum ui.s.cum uiro intrepido,& maximi animi. Ad.iii.nonas.i.tertio die ante nonas inclusiue,hoc est die.iii.Ianua. Agere,dicere orare. Tertio quoq; uerbo,quolibet tertio uerbo.quisq; enim (ut alio loco plenius diximus) superlatiuis iungitur, & noibus ordinalibus,ut quisq; sapientissimus.& quintus quisq; locus. Appellabat,nominabat me,conuertebat in me sermonẽ. Nec quicquã.sensus,nihil erat, q̃ magis deliberasset,q̃ euertere me quacunq; uia posset. Non iudicio.facit quandã exceptionẽ, quia iudicio,& disceptatione possumus euertere aliquẽ. dicit q̃ neq; iudicio, neq; disceptatione deliberauerat eũ euertere,qa iudiciũ fit uisa,& cognita causa,qua Cic. fuisset superior,ergo nõ iudicio.i.sentẽtia lata à iudicibus uel à senatu. Neq; disceptatione.i.cõtentione, & disputatione,quia non habebat quod diceret pro tuenda parte sua.Sed ui.i.uiolẽtia. Impressione.i.oppressione,impetu.quod quidẽ est belluarũ. Nam (ut inquit Ci.i.offi.) duo genera sunt decertandi,unum per disceptationẽ alterũ per uim. quorũ illud est hominis,hoc belluarũ. Euertere,deiicere,prosternere, tractũ ab ædificiis,quæ cum diruuntur,dicunt̃ euerti.Virg.Aut quid in euersa uidi crudelius urbe. Item Ci.i.offi.De diripiẽdis autẽ euertẽdisq; urbibus &c. Temeritati,stultę audaciæ. Virtute,atq; a.i.fortitudine animi. Fortem in consulatu, cum non timui insidias coniuratorũ, & nullum periculũ fugi pro rep.defendenda. Casu,fortuna quadam,quia nihil mihi euenisset aduersi in quo posset probari animus meus. Quam cõ.i.quãm ratione,& sapientia. Te cælatum fuisse de ma.rebus,cum non cõmunicasse tecũ res maximas,quia etiam cõmunicasset hanc rem.ut supra notauimus.dicimus Cælo te hanc rem.Ouid.in hero.Hoc te cælauim⁹ unum.& iungitur ablatiuo, ut hic. Impartiuit,participauit,cõmunicauit. Consilii sui, de me persequendo. Lenis,mitis benignus. Expostulem,conquerar. De his ipsis re. quas contra me fecit. de quibus posses etiam tu iure accusari,si eas tibi impartiuit,cum tu eas non curaueris prohibere.

Cælo te hanc rem

Lenis

Et si intelligis non me dicto Metelli , vt scribis, sed consilio eius , animoq; in me inimicissimo esse commotum:cognosce nunc humanitatẽ meam, si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi ac dissolutio.Nulla est à me vnquam sententia dicta in fratrem tuũ, quotiens cunq; aliquid est actum,sedens iis assensi qui mihi lenissime sentirevisi sunt. Addam illud etiam , quod iam ego curare non debui , sed tamen fieri non moleste tuli:atque etiam, vt ita fieret, pro mea parte adiuui,vt senatus cõsulto me⁹ inimicus , quia tuus frater erat , subleuaretur.

❧ET si.probat se non esse cõmotum in Metellũ ob dictum,ut Celer scripserat , sed ob inimicissimũ eius in se animum.Consilio,deliberatione pessima,ut me euerteret. Cõmotum,iratum. Humanitatẽ,consuetudinem. Si humanitas appellanda est,quia remissio animi acerbissima iniuria potius appellãda uel stultitia, uel simplicitas quædã, q̃ humanitas. Remissio animi,mollificatio,pacatio. Dissolutio,pl⁹ est quãm remissio.est enim libera relaxatio animi,& negligentia quædã. Acerbissima iniuria, quæ non solũ fieret in fortunas meas,sed etiam in salutẽ. Nulla, probat remissionem animi sui. Assensi his.i. secutus sum tãtum sententiã eorũ , qui mitius contra fratrẽ sentire uidebantur. Lenissime.mitissime. Addam etiã,plus dicam, & adiungã. Id quod non debui curare , quia non tenemur defendere inimicos, quos si non uolumus oppugnare:non tenemur tamen curare,ut subleuentur,quod Cic.de Metello se fecisse dicit. Nõ moleste tuli,non dolui,q̃ frater tuus subleuaretur senatus cõsulto. Atq; etiã adiuui, quod est pro mea parte plus,quantum ego possem, & ualerent suffragia mea. Subleuaretur , fauorem haberet, fortasse accusatus fuerat de administratione tribunatus sui, aut aliquid petiuerat, quod Cice.adiuuit , ut obtineret. Quia erat tuus frater,non alia causa eum adiuui,nisi tua quia erat frater tuus.

Dissolutio

Lenissime

*PETRI VICTO. CASTI. ❧EGI cum Claudia uxore tua. Hæc est Clodia illa P.Clodii soror, quam in oratione pro Cælio Cicero uexat multis contumeliis.Impudica enim fuit,& existimata est cum P.fratre stupri consuetudinem habuisse.Appellabant ipsam uulgo,Quadrantariam,quod cum amatorem suum grandem pecuniam illa popposcisset, calli di ingenii adulescens,qui sine damno rei familiaris uellet libidinem suam explere,quadrantes, abiectissimam pecuniam ex ære,ut argenteos nummos,in loculos ei immisit:qua re cognita,& fabula peruulgata,illa postea ita appellata semper est.Tangit hãc rem obscure Cicero pro Cælio,cum inquit: Nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori,& toto illo loco.622.Audita,& peruulgata,& percelebrata sermonibus res est:nam quod in fine inquit,Nisi oia quę cum turpitudine aliqua dicerẽtur in istam rat in Cicerone.Et obscurissimum Quintiliani locum interpretari conemur, arbitramur nos Quadrãtariam Clytemnestram Claudiam hanc esse,quam Quadrantariã appellauerit Cœlius ex fabula supra expositа. Clytemnestram autem,quia illa coniugi suo Q.Metello mortem attulisse credita est,quemadmodum Clytemnestra Agamemnoni, quamuis hæc ferro, illa ueneno grassata in maritum sit. Agit de hac suspicione Cicero in oratione pro M.C.619.cum inquit.Proh Dii immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis, aut conniuetis &c.nam in fine huius loci apertius adhuc: Ex hac igitur domo progressa ista mulier de ueneni celeritate dicere audebit?nonne ipsam domũ metuet,ne quam uocẽ eiiciat? nõ parietes conscios? nõ noctẽ illam funestã,ac luctuosam perhorrescet? Verba Quintiliani sunt hæc in.viii.libro cap.de Tropis,cum de ænigmatibus loqueretur:Et oratores nonnunquam,ut Cælius: Quadrantariam Clytemnestrã.ita enim legi debet,non ut in unlgatis Cælicius:Cælicius enim Poeta Comicus fuit,nõ orator.Sed aliis etiam in locis apud Ciceronẽ, ut quondam ostendimus , hæc nomina inter se commutata fuerant . Ex uerbis quoque Ciceronis paulo ante citatis magnum mendum sustulimus.

*PETRI VICTO. CASTI. ❧IN annuo magistratu. Vt quondam docui Medicæus codex in animo magistratu,habet: aliorum iudiciũ non reprehendo:sed quia unicuiq; licet,quid ipse sentiat proferre,suspicor legendum esse, IN ANIMAGISTRATV, deleta posteriore parte mediæ uocis,priore autẽ cum primo monosyllabo copulata:ita enim & antitheton erit & parua immutatio fiet, natum hic esse mendũ arbitror ex principio consequentis dictionis.

❧Trucidare

ASCEN. ❧TRVCIDARE, id est truculenter occidere magistratus,scilicet annuos,& senatum , id est patres cõscriptos,& uoluissent conflare,id est construere bellum maximum,eum,qui liberasset curiam,scilicet patrum cõscriptorum cæde,& liberasset urbem incendiis,& Italiam bello. Itaque ego restiti Metello fratri tuo præsenti. Nam ego disputaui in senatu Calendis Ianuariis de repub.sic ut sentiret pugnandum esse sibi cum uiro forti, & constanti,quod idem est,ac si dicat Cic.mecum disputat.Cum, id est Metel. frater tuus,agere.i.disceptare, cœpisset ad tertium nonas Ianua.appellabat me tertio quoque uerbo.i.de tribus uerbis orationis suæ semper

uno,& minabatur mihi.Neque quicquam fuit deliberatius ei,id est magis deliberate constitutum ab eo,scilicet fratre tuo,q̃ euertere me,quacunq; ratione posset,non iudicio,neq; disceptatione,sed ui, atq; impressione.i.uiolento impetu.Si ego non restitissem uirtute,atque animo temeritati huius.i.huiusmodi inimici,quis esset,qui non existimaret me fuisse fortem in consulatu.s.meo,potius casu,q̃ consilio.i.proposito deliberato. q.d.nullus.Si tu nescisti Metellum.s.fratrem tuum, cogitare hæc de me, tu debes existimare te esse cælatum.i. occultationem tibi factã à fratre.s.tuo de rebus.s.maximis.Sin autẽ.i.sed si,sup.frater,impartiuit tibi.i.cõmunicauit,tecũ aliquid consilii sui,ego debeo existimari à te leuis,& facilis.i.inconstans,& minime strenuus,qui non expostulẽ tecum.i.agam tecum iniuriarũ de ipsis rebus.i. propter ipsas res. ❡ Et si intelligis me nõ esse cõmotum dicto.i.solo uerbo Metelli.s.fratris tui (ut scribis) sed consilio eius , & animo inimicissimo in me, cognosce nunc humanitatẽ meã,si remissio ac dissolutio.i.fractio animi in iniuria acerbissima est appellanda humanitas.q.d.potius appellabitur ignauia,aut inertia,seu pusillanimitas, nulla sententia est dicta unquam à me,in.i.contra fratrem tuum,quotiensc̃unque aliquid est actum.s.in fratrẽ tuum,ego sedens,& ita parum intentus assensi his,qui uisi sunt mihi sentire leuissime.i. facilime,& minimũ grauiter in fratrẽ tuum. Ego addam etiã illud,quod ego nõ debui,iam.s.animo eius cognito,curare,sed tamen tuli fieri.i.ut fieret,non moleste.i.non grauate.atque etiam audiui pro mea parte,ut fieret,uidelicet ut inimicus meus,qui erat frater tuus, subleuaretur,id est ab accusatione liberaretur,senatusconsulto,id est decreto totius senatus.

HVBER. Oppugnare Repugnare

❡ QVARE.concludit se non oppugnasse Metellũ, ut eius frater scripserat, sed repugnasse.nã oppugnare est contra pugnare nocendi causa.repugnare uero est contra pugnare defendendi causa. Repugnaui. restiti. Mobili.mutabili.nam scripsit Metel.in epistola superiore.Etiam mobili in me,meosq; animo non fore sperabam.respondet igitur Cic.huic parti dicẽs, Se non fuisse animo mobili , sed potius ita stabili, ut etiam desertus ab officiis eius , qui debuerat eum defendere contra fratrem,à quo iuste oppugnabatur tamẽ permaneret in pristina uoluntate erga eũ. Ab officiis tuis.qui debueras me tueri. Minitãti.frequentatiui uerbi est participium . minitanti.i.prædicenti, & prænuncianti mihi mala,quia scripserat. Non erit mirandum si uos pœnitebit. Ignosco. quia ex fraterno affectu prouenit. Summam laudem tribuo.uehementer laudo , quia facis quod debet frater pro fratre. Meus sensus.meus affectus,& motus animi naturalis. Quanta uis fraterni amoris,quantum ualeat amor fratris.ideo ignosco tibi , immo etiam laudo, q̃ tantopere cõmouearis pro periculo fratris. A te peto.& est fere sensus.Sicut ignosco tibi,quòd pro iniuria fraterna doleas , ita peto à te ut æque etiam, & iuste iudices de dolore meo,nec uelis iudicare,aut existimare me õtemere motũ esse cõtra fratrẽ tuum. Dolori meo quem accepi de acerbissima iniuria à fratre tuo mihi illata. Si acerbe.sententia est. Peto à te iudices non solum licuisse mihi defendere me,uerum etiam me fuisse defendendum tuo auxilio,& exercitus tui in tali causa,ubi agebatur de salute mea,quia acerbe crudeliter,& sine causa tum oppugnatus à fratre tuo *Si*,affirmatiue ponitur, non dubitatiue. Acerbe aspere , crudeliter ad persecutionem uitæ. *Sine causa* quia nec ipse fuerat unquam à me offensus,nec quicquam etiam feceram contra rempub.sed potius pro republica.

Si
Acerbe

*PETRI VICTO. CASTI.

❡ NEC in te ut scribis animo fui mobili,sed ita stabili. Omnes sciunt stabilem animum mobili oppositum esse,quod testimonio etiã hoc Ciceronis confirmatur:non tamen omnes spondeos stabiles mobilibus trimetris opposuisse Horatium in libello de arte poetica nouerũt.Corruptus enim locus ille est,& pro mobilibus, in cunctis impressis codicibus Nobilibus legitur,cum quidam manu scripti MOBILIBVS retineant.quam ueram esse illius loci lectionem,qui attente cum legent,facile animaduertent:tradit enim non multo ante cœptum esse inseri trimetris spondeum,cum apud antiquos poetas in eo genere carminis raro reperiretur.Appellat autẽ mobilia trimetra,quæ ex iambis ac pedibus,qui syllabas breues habent constarent:labuntur enim illa,& miram celeritatem in se continent. *Si* quis lente hanc castigationem probaret, & uulgata lectione teneretur, autoritate Aristotelis uictus, sententiam mutare debebit, qui in primo libro περὶ ποιητικῆς iambica & tetrametra κινητικά,id est,mobilia appellauit,cum antea heroicum metrum σεσιμώτατον,id est,maxime stabile appellasset,quod multos in se spondeos recipit.

HVBER.

❡ STATVAS. iudices,existimes. Non ce.mi.fratri tuo.i.non repugnandum ei. nam cedere alicui oppugnanti,est ei non repugnare. Tuendum.defendẽdum,& à te,& ab exercitu tuo.laboraui. curaui, dedi operam. Maneo.perseuero.In uo.ut sim tibi amicissimus. Quoad.quantum,quamdiu. Citius.quamuis odium meum in fratre tuo iustum sit, tamen citius causa & amore tuo eum desinam habere odio,quàm propter odium illius quicquam diminuatur de nostro amore. Detraham.diminuam.

Quoad

ASCEN.

❡ QVARE ego non oppugnaui fratrem tuum,sed repugnaui fratri tuo. Oppugnat enim ille, qui prior inuadit,& aggreditur. Repugnat uero ille, qui oppugnanti resistit.Expugnat autem qui nos oppugnat uincit,& capit. Nec fui in te (ut scribis) animo mobili,

Quare non ego oppugnaui fratrem tuũ, sed fratri tuo repugnaui: *nec ī te, vt scribis,animo fui mobili,sed ita stabili,vt in mea erga te voluntate etiam desertus ab officiis tuis permanerem. Atque hoc ipso tempore tibi pene minitãti nobis,per literas,hoc rescribo,atq; respondeo: ego dolori non solum ignosco, sed summá etiam laudẽ tribuo . me⁹ enim me sensus quanta vis fraterni sit amoris admonet. A te peto,vt tu quoq; æquum te iudicem dolori meo præbeas:si acerbe, si crudeliter , si sine causa sum à tuis oppugnatus, vt statuas mihi non modo non cedendum,sed etiam tuo,atq; exercitus tui auxilio in eiusmodi causa vtẽdum fuisse.Ego te mihi semper amicum esse volui. me vt tibi amicissimum esse intelligeres, laboraui.maneo in voluntate, & quoad voles tu , permanebo: citiusque amore tui fratrem tuum odisse desinam,quàm illius odio quicquam de nostra beneuolentia detraham. Vale.

❡ Ex.ii.Epistola.Si tu exercitúsque.

Quod cum dicerem,illud adiunxi etiam,mihi tecum ita dispertiturum officium fuisse in reip.salute obtinenda. Iam uero hoc non potest in te honorificentissime esse dictum,in clarissimis me meis,atq; amplissimis rebus,tamen aliquid testimonium tuæ uoluntatis, atque uocis habere uoluisse. Quod autem ita scribis, pro mutuo inter nos amore , quid tu existimes esse in amicitia mutuum non intelligo.Egi cum Claudia uxore tua & cum uestra sorore Mutia,cuius erga me studium pro Cnæi Põpei necessitudine multis in rebus perspexeram, ut illum ab illa iniuria deterrerent . Atque ille (quod te audisse credo) pridie Calen.Ianua.qua iniuria nemo unquã in aliquo magistratu improbissimus ciuis affectus est.Etenim paulo ante in concione dixerat ei , qui in alios animaduertisset, non dicta causa adiiciendi potestatem fieri non oportere hominem grauem,& ciuem egregium. Et si intelligis non me ob dicta Metelli.Nulla est unquam à me sententia in fratrem tuum dicta,quomodocunque aliquid est actum,sed etiam iis assensi,qui leuissime sentire mihi uisi sunt. Atq; etiam, ut ita fieret,pro mea parte adiuui,ut senatusc̃onsulto, me⁹ inimicus,qui tuus frater erat,subleuaret.Citiusq; amore tui fratrem tuum odisse desinã, q̃ illius odio quicquam de nostra beneuolentia detraham. Vale.

Quin. Metellus Nepos
S. D. Ciceroni. Epist. 3.

HOminis importunissimi cõtumeliæ,quibus crebris conciónibus me ónerat , tuis erga me officiis leniuntur: & vt sunt leues ab eiúsmodi hómine,à me despiciũ tur:libenterq; commutatâ personâ,te mihi fratris loco esse duco . De illo ne meminisse quidem volo,tametsi bis eum inuitum seruaui . De meis rebus,ne vobis multitúdine literárum molestior essem, ad Lælium perscripsi,de rationibus prouinciæ quid vellem fieri , vt is vos docêret,&commonefáceret.Si póteris,velim pristinam tuam erga me voluntatem conserues. Vale.

❡ Ex.iii.Epistola.Hominis importunissimi.

De illo quidem meminisse nolo. eum habêre loco fratris. Postremò dicit quarè non scripserit de rebus prouinciæ, nisi ad Lælium. Hominis. fratris mei. Importunissimi.infestissimi,tædiosissimi,qui nulla hábita ratióne tui,qui fueras laudãdus,ubique damnat,aut mei,qui gero bellum,quotidiè scribit ad me contumelioſè de te. Contumeliæ.iniuriæ de te. Onerat.fastidit,obtundit, implet. Conciónibus crebris.i.crebris literis prolixis, quales sunt conciónes. nam cóncio (ut suprà díximus) significat suggestum, unde uerba fiunt, & congregatiónem pópuli, & oratiónem quæ habêtur ad populum.ideò nunc appellâuit líteras Metelli fratris,cõciónes propter prolixitátem, ut suprà alio loco líteras longi subsellii,ut noster Pompeius dícere solêbat,id est cõciónes. Tuis officiis.his,quæ quotidiè pro me humanissimè facis. Leniuntur.mitigantur,minoris à me fiunt,minus me mouent.

❡ LEVES. contemptíbiles , nullius æstimationis. Commutata persona.pósito te,loco fratris mei. Duco.pono,puto. Meminisse,quia non possum meminisse sine eius molestia , cũ uideo eum ita leuẽ. Bis. fortasse enim bis fuerat oppugnatus , non solum à Cic.sed ab alio. Seruâui. tutâtus sum , ne damnâret. Meis rebus, quas in prouincia gessi. Multitúdine literárũ.scribêdo ad singulos. Docêret uos. rédderet uos certiores (ut uulgò dícimus) informâret uos. Si póteris.hoc dicit propter iniuriam,quam accéperat ab eius fratre.

HOMINIS &c.Hoc epistolio Metellus reconciliata gratia fórsitan epístola superiore, etiã contempto fratre,cõmendat Cice. rem suam, quam ad Lælium perscripserat dicens . Contumeliæ, id est contumelioſæ de te querelæ, hóminis importunissimi,uidêlicet fratris mei,qui,cùm tecum in gratia esse,mihi & gratum, & iucũdum sit,discórdiam intersérere nítitur, quibus ónerat.i.usq; ad fastidiũ me fatigat,crebris conciónibus.i.líteris tam prolixis,& accuratè scriptis,quali ad populum contra te orâre, leniuntur.i.mitigantur,tuis officiis.i,officiosis dictis,& factis erga me. & huiúsmodi hómines tàm frater quàm alii, ut sunt leues.i.fáciles & inconstantes,despiciuntur à me.& libêter duco.i.reputo te esse mihi loco fratris,personâ.s.fratris cõmutâta.s.in tuam,ut tu sis mihi fratris loco.& ille quia leuis,& iniúrius in te, sit mihi pro hoste habendus,ut te imméritum habúeram.Ego ne quidem,id est non saltem. uolo meminisse, id est mentio-

Ordo
Importuni
Concio
Liniri
Lenis
HVBER.
ASCEN.
Ordo.

nem amplius facere de illo.tametsi seruâui eum bis inuîtum,id est nolentem seruari, sed sese periculo committere uenientem,siue in foro,siue in bello ignôtum est.Ego perscripsi ad Lælium de me,& rebus meis, ne essem moléstior, id est plus quàm decet molestus uobis, hoc est tibi & cæteris amícis multitúdine literárum,ut is docêret uos,& commonefáceret,quid uelim fieri de rationibus prouinciæ.Velim si póteris, supple id facere,ut supple conserues prístinam uoluntatem tuam erga me. *petitoria.*

M. C. S. D. Qu. Metello Nepoti consuli. Epist. 4.

Literæ Qu.Fratris,& T.Pōponii necessarii mei tantum spei déderant, vt in te non minus auxilii, quàm in tuo collega mihi cōstitûtum putârem. Itaque ad te líteras statim misi,per quas,vt fortúna postulâbat,& gratias tibi egi, & de réliquo tempore auxilium petii. Posteà mihi non tam meórum literæ, quàm sermónes eórum, qui hàc iter faciêbant, ánimum tuum immutâtum significâbant. quæ res fecit,vt tibi líteris obstrêpere non audêrem.Nunc mihi Quin.frater meus mitíssimā tuam oratiónem,quā in senatu habuisses,perscripsit,qua inductus,ad te scríbere sum coactus: & abs te quantùm tua fert voluntas,peto,quæsoq;, vt tuos mecum serues potiùs, quàm propter arrogantem crudelitátē tuorum me oppugnes. Tu tuas inimicitias,vt reipub. donâres,te vicisti:alienas vt contra rēpu. cōfirmes,adduceris? Quòd si mihi tua clementia opem túleris,omnib⁹ in rebus me fore in tua potestáte tibi confirmo. Sin mihi neque magistratum, neq; senatum, neque populū auxiliari propter eam vim, quæ me cum repub.vicit,licuerit:vide,ne cùm velis reuocare tempus omnium reseruandorū,quum qui seruêtur,non erit, non posis. Vale.

HVBER. LITERAE. Scribit Cice. ad Qu.Metel. Célerem se primùm posuisse maximā spem de restitutióne, & salute sua in eo propter literas,quas à Qu.C.fratre suo, & à Tito Pōponio accéperat de óptima mente ipsius Metelli. Sed posteà intellexisse eum mutasse ánimum,destitisséque ipsum tuêri. Itaque eum rogat,ut uelit eum seruare dum potest, ne eum uelit posteà reseruâre cùm nō póterit.Vidêtur autem hæc epístola scripta,cum Cice.eiectus fuisset in exiliū per Clodium & Clodianos. Quin.fratris.s.mei.appellabâtur enim Qu.Ci.frater Cic. (T.Pomponius Atticus) T.Pomponii.is est qui Atticus cognominâtus est,ꝙ ab Athenis singularē sapientiam reportârit, ut ostendit in prooemio Catónis maióris de senectute. Necessarii. amici familiaritáte coniuncti. Constitutū. pósitū, firmâtū. Quàm in tuo collega,alii Pansam dicūt,ego Lentulū censeo, qui consul cum Metello fauit plurimū Ci.ut restituerêtur in patriā,ut in primo lib. uisum est Minus au. in meis miseriis,& malis. Itaq;. quia tantū spei in te constitúerā. Gratias egi.dixi tibi grátias de eo,quod fecisses pro me. Vt fortuna postulâbat. ut exigêbat fortuna míseri & éxulis,quæ postulâbat,ut essem sub missus, & ei gratias ágerē, qui mihi benefecisset. De réliquo tempore.de futûro,ut mihi nō deesses. Non tam meorum,excipit suos,ne faciat eos suspectos aut inuisos Metello. Eórum.Romanórū. Hac.per hanc regionē. existimant quidā eum tūc fuisse Dyrrachii. (*…rrachium Is… nobilis ciui… est, vulgo …azzo.*) Immutatum contra me ualdè mutatū,ut amplius mihi non fauêres.Obstrépere lit.líteris tibi aliquid dícere,& áuribus tuis insonâre. Non audêrē. quia intellígerē te immutâtū, & factū mihi inimícū. Nunc. nuper. Mitissimam.humanissimā. Qua oratione tua mitissima. Inductus.motus,persuasus. (Coactus) Coactus.cōpulsus,quia áliter uisus fuissem ingrátus. Quantùm tua uo.fe.i.quantū uis. Tuos.amicos & propinquos, (Arrogans) qui non potuêrunt esse satis tuti me pereūte. Arrogantem.superbam,temerariam. Tuorum. intelligit Metellum eius fratrem, de quo in precedentibus epistolis uidimus,& Clodium qui tribu.plebis Ci. eiécerat in exilium.ut álibi díximus plenius. Me oppu.mihi noceas mihi sis inimicus. Tu.argumentum à maiore ad minus.& est sensus.Tu inquit proprias inimicitias reip. causa deposuisti, & oblîtus es. & póteris sustinêre, & confirmâre alienas contra rempub. quasi dicat non facies. Donâres reipub.id est reipub.causa deposuisti. Vicisti te. superasti animum tuum, qui te ad uindictam trahêbat. Alienas.fratris tui & aliorum. Contra rempub.qui me oppugnant,faciunt contra rempubl. quam ego semper defendi,cuius sum pater,& patrónus. Addúceris.mouéberis,quasi dicat non. Quod si. ostendit quàm grato animo sit accepturus eius beneficium. Opem túleris. auxiliâtus fueris. Confirmo. certissimè promitto.

HVBER. FORE in tua potestate. factûrum quicquid iússeris. (Ordo) Magistratus.prætóres,cónsules,& álios qui honóres, & officia habent. ordo est. Si neque licuerit magistratus,neque senátum,neque pópulum auxiliâri mihi propter eam uim,quę uicit me cum republi. uide ne cum uelis te reuocâre tempus omnium seruandorum non posis,cùm non erit qui seruetur. Si neq; magistratus licúerit auxiliâri.si magistrat⁹ enim potuêrunt mihi auxiliâri. Cum repub. quia contra uoluntatem reipub.illata est mihi uis & iniuria.

ASCEN. LITERAE &c.Verum est,quod Cómicus dicit, rerum esse uicissitudinem in superiori epistola,cum Cice.adhuc in senatu staret,& Metel.in Hispaniis ageret,eguit Metellus opera Cice.quam illi,qua erat humanitate & prudentia prǽditus non grauatè impensam,nunc cum factione Clodii ob cædem ciuiū exulâret Dyrrachii, répetit dicens se máximam spem de restitutione sui in Metello posuisse ob líteras, quas

Ex.iiii.Epistola.Literæ Qu.fratris.

Tu contrarium tuas inimicitias,ut reipubl. donares te uicisti. Quod si mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua potestate optimè confirmo.Si mihi neque magistratum,neque senatū, neque etiam populum auxiliari propter eam uim, quæ me cum repub.uicit.licúerit.

acceperat,

accéperat,se intellexisse illum mutasse ánimum,& se uelle desérere,quod ne faciat,rogat,& ut accurrat interea dum potest.Ordo est,Literæ Quinti fratris,scilicet mei,& Titi Pomponii necessarii mei,dedêrunt mihi tan- (Ordo.) tum spei,ut non minus auxilii fuerit constitutum.i.ánimo conceptum,mihi in te,quàm in collega tuo.s.Lentulo.de quo in prima primi libri epistola dictum est. Itaque.i. & ita.ego misi statim líteras ad te, per quas, ut fortuna postulâbat,quia (ut dicitur in Hecyra Terentiâna) profecto (ut puto) hoc sic est omnibus nobis,ut res dant sese,ita magni atque humiles sumus,&.i.simul,egi tibi gratias,&.i.simul, petii auxilium.s.tuum, de.i. pro réliquo témpore. Posteà non tam líteræ meórum, q̄ sermónes eórum, qui faciêbant iter hàc.i.per hunc locum ubi sum,hoc est ut plures uolunt per Dyrrachium,significâbant mihi ánimum tuum immutâtum,quę res fecit, ut non audêrem obstrépere.i.inuîte auditûro strepitum facere, literis meis. Nunc Quintus frater meus,scripsit mihi oratiónem tuam mitíssimā,id est placatíssimi ánimi índicem,quā habuisses in senátu,qua oratione.i.cuius orationis fiduciâ,ego inductus,sum coactus.i.cōpulsus,ne præter officium fácerem,scribere ad te,peto abs te,quantū uoluntas tua fert.i.pátitur.s.rogâri,& quæso.i.oro,ut serues potiùs tuos.s.necessarios,ut fratrem & Clodiū mecum,q̄ oppugnes me propter arrogantiā.s.superbam crudelitátē tuórū. Tu uicisti teipsum.i.iram tuam,ut donâres reipub.i.ob amórē,& utilitátē reipub.inimicítias tuas.s.quas concepisti in me,& addúceris.i.finis aut sines te adduci,ut confirmes aliénas.i.inimicitias,ut Clodiánas,contra rempub. Quod si túleris mihi opem,clementia tua.i.propter clementiā tuam. ego confirmo.i.firmitèr promitto, me. Fore in potestáte tua in omnibus rebus. Si neque licuerit.i.licitum fúerit, magistratū.i.eos qui públicum gerunt honórem,neque senátū.i.ordinem patrū conscriptórū,auxiliâri mihi propter eam uim.i.uiolentiā,quæ uicit me cum repub.hoc est tribunitiā uim,quam Clodius exércuit,uide ne cum uelis renouâre tempus omnium reseruandorū,id est iterùm seruandorū,quod uulgo dícitur saluandórum, non posis,supple reuocâre cum is qui seruêtur non erit,quasi dicat cum Clodius effecerit,quod Catilina conâtus fuerat.

Exprobratoriā, cōmendatoriam.

M.C. S.D. Caio Antonio M. F. Imperatori Epist. 5.

ET si statúeram nullas ad te líteras míttere nisi cōmédatitias (non ꝙ eas intelligerē satis apud te valêre, sed ne iis,qui me rogârēt, aliquid de nostra coniunctione imminutum esse ostenderem) tamen cùm T. Pōponius homo ómnium meórum in te studiórum,& officiórum maximè cónscius, tui cúpidus,nostri amātíssimus, ad te ꝓficisceretur,aliquid mihi scribendū putâui,præsertī cū áliter ipsi Pōponio satisfácere nō possē.Ego si abs te summa officia

HVBER. ET si.Caius Antónius collégа fuit Cic. quo témpore coniurâuit Catilína contra patriā,quē Ci.cū pactióne prouinciæ,ut Salu.scribit,in agrum Pistoriensem aduersus Catilínam cum exércitu misisset, ꝙ ei diffidêbat, ne in defendenda repub.& oppriméda coniuratione ab eo dissentîret,ille cum cognouisset id à Ci.hac causa esse factum,alienâtus est aliquantulùm ab eo, & dicêbat se comperisse Cice. multa in se & dixisse & fecisse indigna amicitiâ suâ.Itaq; his de rebus Cic. eum córripit,& ostendit longè contra esse, quia affécerit Ci. Antonium multis officiis, quibus ille nullam gratiā réddidit.suorum autem in eum officiorum testē esse Senatum & populum Romanum, in quibus dicit se constantèr perseueratûrum, si modò ille non fuerit penitùs ingratus.Postremò cōmendat ei T.Pō.cuius causa dicit se scripsisse ea, quæ scripsit præter cōmendationem,quia fuisset conscius eórum,quæ Cic. contulit in C.Antonium. Statuerā. decreuerā. Nisi cō- (Ordo.) mendatitias. nisi in quibus aliquem tibi cōmēdârem coactus & cōpulsus non mea sponte, quia líteras cōmendatitias,ut plurimū scribimus rogâti & coâcti ab amícis. Satis ualêre,multū pondus habêre,& prodesse his,quos cōmendârem. Sed ne.sed ne per me intellígerent aliquid esse diminûtū de nostra amicitia, quod quidem fieret,si his,qui me rogârent,recusarem scríbere, quia dícerent me id fácere quia essem à tę alienâtus. Coniunctione.amicitia, quæ ex coniunctione cōsulatus inter nos fuit. Tamen. licet statuissem scrîbere ad te nullas líteras, nisi cōmendatítias. Studiórum.beneuolentiæ. Et officiórū eórum,quæ pro te fécerim. Maximè conscius.maximè gnarus,id est qui maximè scit. Tui cúpidus.qui tibi bene uult,ut ostendat eum esse cōmunem amícum,& ideo magis credenda,quæ ei dicet. Præsertim. licèt putáuerit credendum aliquid, tamen dicit præcipuā causam fuisse Pomponiū,qui instabat,ut scríberet. Satisfácere.fácere quòd uellet. Aliter.nisi ad te scriberem. Ego iam.incipit expónere mentē suam,& est sensus.nemo debet mirâri, si ego à te desídero maxima officia,quia ego pro te feci,quæ ad honorē,& cōmodum tuum pertinêbant. Debeat. pro debet, uel debebit. Videri mirum ne.id est nemo debet mirâri.

PHI. ET si statúeram. Cum innumerabilia in C.Antoniū M.T.Ci.beneficia cōtulisset,sanè q̄ pro eis ac nō debêbat,ingratū esse cognôuit.Quarè ad eum has líteras dedit,quasi in exprobrationē quandā immemoris beneficii,& pro eo quid égerit,quid etiam acturus sit,si nō ingratū esse senserit, breui oratione demonstrat.Testem uerò suórū in eum officiórū dicit esse senátum, & pópulū Ro.& in calce literarū T.Pom. familiárem suum illi magnopere cōmendâuit.Item ille Anto.qui in consulátu,quo Cice.Catilinā in patriā coniurantem oppressit,collega eius fuit,& cum Cice.aliquantulū uererêtur,ne in opprimendis coniurationibus ab eo dissentîret,& ex hoc saluam réddere rēpub.non posset,in sortiendo prouincias in agrum Pistoriensem contra Cati.ut inquit Salu.eum cum exércitu mittendū curâuit.quod cum intellexisset Antonius hac ratione factum,grauitèr & molestè tulit,& ab eius amicitia se disiunxit,ac de Cic. non mediocritèr conquestus aiebat,multa in se,& dicta,& facta à Cic.fuisse indigna graui uiro,& amico.Ex hoc autē Ci.has ad eum literas misit,quibus eum uehemēter íncrepat,ostēditq; longè aliter esse q̄ sénserat,quomodò eum plurimis maximisq; beneficiis semper affécerat,& ab eo nunquā ipse aliquid officiórū accéperat.Legatus is etiā posteà Cęs.fuit,de quo Sueto.sic.Nullā cladē passus est oībus bellis ciuilibus præter per legatos suos, quorū C. Curio in Africa periit.C.Antonius in Illýrico in aduersariórū deuênit potestatē. Cōmendatítias.qbus aliquid tibi cōmendârem.Sed quarè tantū cōmendatitias,quoniā has nōsp ōte nostra,sed rogâti ab amicis scríbere solêmus, uult

Universidad de ... Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

enim uerbis referre quòd ad eum non scriberet, nisi ut aliis osténderet se non esse factum ab Antonio aliênum,quem sibi irâtum esse uidêbat immerito. Valêre,multi ponderis esse apud te. Satis.satis finem amplé-
Multum ctitur.Multum finem non habet. Coniunctióne.amicitia,& cōsuetúdine. Cónscius.qui in primis scîret,artí-
Satis culus est. Aliquid.præter cōmendatítias. Satisfácere.nisi scribendo ad te in signum beneuoléntiæ. Sed ego. expositio est animi & mentis suæ in Antonium,& ait,ne cui debet mirum uidêri, si ego abs te non modo desýderem,sed repetam beneficia.Multa enim pro te gessi,quæ honori tuo & utilitáti conduxêrunt.

ASCEN. ☞ET si statueram.Diximus supra epistolas Cic.non esse collectas pro ratione témporis,sed personárũ,nam huius epistolæ argumentum contigit longè ante superiores à Metello,& ad Metellum epistolas,quia quo témpore Cic.adhuc consulatum gessit.Vnde C.Antónius Cicerónis in consulatu collega, cum Ciceronis persuasione rem extra urbem in agro Pistoriensi gereret,eo consilio ut minus perículi ab eo cum foris esset,reipub. imminêret,& ut melius coniurâtos opprímeret,primùm id æquo animo tulit,árbitrans & uberiórem,& non minùs honorificam eam esse conditionem,sed ubi consilium Ciceronis resciuit,ægerrimè tulit, scripsitq; Ci-
Ordo ceronem in se multa iniqua dixisse atq; fecisse,quæ Cicero partim purgat,partim negat.Ordo est.Et si.i.quanquam statúeram nullas.i.non ullas,non míttere ad te ullas literas,nisi cōmendatítias.i.quibus tibi aliquẽ cōmendârem,non ꝙ intellígerem eas ualêre satis apud te,sed te osténderem.s.renuendo, iis,qui rogârent me.s. ut se cōmendârem tibi,aliquid esse imminûtum de cōiunctione nostra.i.uínculo amicitiæ nostræ,tamen cum Titus Pompo.homo maximè cónscius ómnium studiórum & officiórũ meorum in te,& cúpidus tui, & amantíssimus nostri,proficiscerêtur ad te,putâui aliquid scribendum mihi, præsertim cum non potuissem satisfácere aliter ipsi Pomponio.

desýderem,mirum némini uidêri debet. omnia enim à me in te profecta sunt,quæ ad tuum cómmodum, quæ ad honórem, quæ ad dignitátem pertinêrét. Pro iis rebus nullam mihi abs te relâtam esse gratiam,tu es óptimus testis. Contra etiã esse aliquid abs te profectũ,ex multis audîui.nam cōperisse me nō aúdeo dícere: ne fortè idipsum verbum ponam, quod abs te aiunt falsò in me solêre conferri. Sed ea,quæ ad me delâta sunt, malo te ex Pōponio, cui non minùs molesta fuerunt,q̃ ex meis literis cognóscere. Meus in te ánimus quàm singulári officio fúerit, & senátus & Popu.Rom.testis est. Tu quàm gratus erga me fúeris, ipse existimâre potes. quantum mihi debeas, cæteri exístiment.ego quæ tua causa anteà feci, voluntate sum adductus, posteàque constantiã.

HVBER. ☞DESYDEREM. expetem, tanquam quæ minimè
Desydero præstes,nam desyderâmus quæ absunt. Omnia enim, ratio quarè desýderet ab eo summa officia. Profecta sunt à me in te.collata sunt, peruenêrunt. Ad dignitátem.ad amplitúdinem,& existimatiónẽ tuam. Pro his.quę à me in te profecta sunt.Nullam gratiam red.
Reddere gratiam. nullam uicem officii rédditam.quia réddere gratiam est facto beneficium acceptum referre, ágere uerbis,
Agere gratiam. habêre ánimo. Tu es óptimus testis.tu ipse scis.Aliquid contra.per contrárium áliter quàm debuisses fá-
Habere gratiam. cere. Profectum.processisse contra me. Comperisse.cognouisse,probasse.Salu. Compertum habeo cō
Habere compertum militónem &c.id est cógnitum. Ipsum uerbum. ipsum uocábulum.s.comperisse. Quod uerbum. Conferri in me.ascribi mihi. Falsò.contra ueritatẽ, quia aiunt te dícere comperisse me fecisse quiddam contra te.Ego autem nolo dícere me comperisse,sed audiuisse. Ex multis. quia unus faciliùs posset fingere & mentîri quàm multi, nam in ore duórũ uel trium constat omne uerbum testimonii. Sed quia nō dixit quæ sunt illa,quæ audiuit, dicit se uelle eum potiùs intelligere ex uerbis T.Pomponii, quia coram narrâbit,quàm ex literis suis. Malo.potiùs uolo. Nō molesta.quàm mihi,qui non minùs ægrè tulit & doluit, quàm ego,quòd ea de me falsò díceres, cum ille sciat áliter esse. In te.erga te,pro te. Singulári,egrégio,ꝙ pro multis aliis non fecissem. Ipse.tumet, quasi dicat do tibi óptimos & amplissimos testes, quàm singuláre fuerit officium meum in te, de tua autem relatióne gratiæ de tanto benefício te solum uolo testem,tu enim potes existimâre, qui scis in nulla re retulisse mihi grátiam. Cæteri exístiment quantum débeas mihi, cæteri qui sciunt,quantum pro te égerim,exístiment quantum mihi sis obligâtus.Ergo ne uideâtur Cice.quæ fecit témerè fecisse,dicit se iudicio ea fecisse,& præseruatûrum in uoluntáte si Antonius gratus fuerit. Adductus uoluntate,id est certo iudicio,& mea sponte motus autem temeritate quadam,neque tuis in me beneficiis adductus,quæ nulla fúerant. Anteà.superióri témpore. Posteàque constantia.& postea perseuerantia & stabilitáte subaudi sum adductus,ne uidêrer esse instábilis.si te deseruissem,pro quo multa antea féceram.

PHI. ☞DESYDEREM. apto uerbo est usus ad ea,quæ dicit,quasi non habitûrus sit ea.apud Liuiũ légimus,desyderáta sunt decẽ millia hóminũ. Omnia,enim rátio cur ab eo desýderet summa beneficia. In te profecta sunt
Proficiscor in constructione ornatíssimus loquendi modus náscitur ex hoc uerbo in diuersam significationem, ut profecta sunt, hoc est feci.Sic alibi,omnia quæ à me profecta sunt,& in te tibi accidisse gratíssima. Quæ ad tuum.repetitio. His rebus.pro beneficiis maleficia retulisti. Idipsum uerbum.s.comperisse te à me aliquid contra te factũ esse. Malo.uolo potiùs à T.Pomponio intélligas quàm ex meis líteris,ipse tibi omnia póterit explicâre,quæ ad me delata sunt,te egisse ac dixisse,& tu non ignóras. Contra.s.honórem meum,ut per cōtrarium,& áliter quàm fácere debuisses. Nam comperisse me,nō audeo dicerẽ.Noluit enim dícere compêri,sed audîui à multis, ꝙ est minùs suspectum,in quo uocábulo.s.comperisse,accusat Antóninm,qui dicêbat se cōperisse Cicerónẽ contra Antonium fecisse,unde nunc Cicero dicit,ego nolo dícere,sicut tu,me cōperisse,sed audiuisse à multis te cōtra me aliquid fecisse. Ex multis.ut uerisimiliùs uideâtur non ex uno,qui non facilè probat,quod uult apud iudiciem. Ego.ne id quod egit in Antoniũ témerè egisse uiderêtur,ait se uoluntáte & ex ánimo id egisse,atq; in postremũ esse factûrũ,si eum non ingratũ esse sénserit. Posteàq; cōstantia. supple sum motus,ne instábilis
Tua causa esse iudicârer,si te relínquerẽ. Réliqua.quę à me pro teipso faciẽda sunt. Tua causa.differt à tui causa.Tunc
Tui causa enim tua causa dícimus qñ ad tuam,ut ita loquar,petitionẽ & respectũ aliquid alteri contúlero, uel boni,uel

mali

mali,uerum tui causâ quando aliquid tibi præstítero cum quo loquor,unde hîc tui causâ potius q̃ tua causa legéndum puto. Posteàq; constantia.primò uoluntáte ductus,multa pro te feci,inde ut in sententia,& constántia permanêrem,in te beneficia conferre non déstiti.

☞SI ego desyderem abs.i.à te,summa officia,sup.id némini débeat uidêri mirum, oĩa enim quæ pertinêrent ad commodum tuum,quæ ad honórem tuũ,quæ ad dignitátem tuã,profecta sunt à me in te,& sup. tu es óptimus testis nullam gratiam esse relâtam mihi abs te. Audîui etiã ex multis,aliquid esse profectum abs te, contra.i.in contrariũ.Nam non aúdeo dícere me comperisse, ne fortè ponam ipsum uerbum quod aiunt solêre conférri falsò abs te in me,dicentes.s.ꝙ dícere soles te comperisse multa mala à me in te profecta, quod uerè dícere non potes.Sed malo.i.magis uolo,te cognóscere ex Pomponio,cui fuerunt non minus molesta.s.q̃ mihi,q̃ ex literis meis,ea,quæ delata sunt ad me.Et.i.simul, Senátus & Pópulus Románus testis est,q̃,id est quantum,singulári officio ánimus meus fuerit in te. Tu potes existimâre,id est iudicâre,ipse,id est per teipsum.q̃.i. quantùm,gratus fueris erga me,cæteri exístiment.i.iúdicent,quantum débeas mihi. Ego sum adductus, sup. ad ea facienda,quæ feci anteà,scílicet q̃ te ingratum offénderem,causa.id est in causa tua,uoluntáte.i.beneuolentiá mea in te,& posteà.i.quæ posteà feci,sup.sum adductus,constántia.s.mea,ne árguar inconstantiæ. ASCEN.

Sed réliqua(mihi crede) multo maius meum studium,maióremque grauitátẽ, & labórem desýderant. Quæ,ego si nō profúndere,ac pérdere vidêbor, omnibus meis víribus sustinêbo. sinautẽ in grata esse séntiam,nō committam,vt tibi ipse insanîre videar.ea quæ sint, & cuiusmodi, póteris ex Pomponio cognóscere.atq; ipsum tibi Pomponium ita commendo, vt q̃q̃ ipsius causâ confido te factúrum esse omnia,tamen abs te hoc petam, vt si quid résidet in te amoris erga me, id omne in Pomponii negotio ostendas. Hoc mihi gratius fácere nihil potes. Vale.

☞REliqua.cætera,quæ ꝑ te facienda à me sunt.Maius studium.maiorem diligentiam q̃ alia, quæ antè feci.Desyderãt.exposcunt. Quæ.studiũ, grauitátem, & laborẽ. Profúndere.abiícere,tractum ab aqua,quæ profũditur ex uasis.Pérdere.amíttere.Sustinêbo.tuêbor, efficiam. Oĩbus meis uíribus,q̃tum ꝑ me fieri póterit. Sentiã.aduertam,cognoscam. Ingráta tibi,nō grata neq; accepta ea,quæ faciam.Non committam nō fáciam,non pátiar. Insanîre uidear. quia insánus uidêtur, qui in inuîtum cōfert beneficium. Salu. in procœmio Iugurthinæ históriæ.Frustrà autem eniti,ac nihil aliud q̃ odium quęrere,extremæ dementiæ est.Ea. quæ desýderãt mai⁹ meum studiũ &c.Cuiúsmodi. quália. Ipsũ ex quo póteris ea intellígere,ordo est,atq; commendo tibi ipsũ Pomponium,ut tñ abs te petã ut si aliquid &c.Quanquam. quasi quædã interpósito.Cōfido.sum certissimus.Causa ip.quia est uir,ut dixi,tui cúpidus & bonus,qui oẽm fauorem merêtur. Résidet.rémanet,fixum est, si quid me amas. Id omne,id est amóris.Negocio.causa, in qua egêbit auxilio tuo. Hoc.hac.re. HVBER. Ordo Residet

☞MIhi crede.huiusmodi interpositiónes sententiárũ quæ parénthesis appellantur,plurimum uenustatis áfferunt,&lepôris si raro in oratione fuerint collocatæ.Desyderãt.exposcunt.Profúndere.ab aqua,quæ profunditur ex uasis,metháphora.Ac pérderẽ.ẽ quasi expositio præcedentis.Nam in profundo est inanis.iactura,& perditio.Insanîre.si ingrato benefácere conarêtur,apud mimos légitur,beneficium dando accipit,qui digno dedit,& econtrario bñficium dãdo ꝑdit,qui indigno dedit & Salusti.in Iugurth.Frustrà autẽ eniti ac nihil aliud q̃ odiũ quęrere,extrema demẽtia est.Ea.reliqua,quę pro te fieri oportêret,ac poscunt studium meum. Atq; commendatio admodum gratiosa.Si quid amóris résidet.hoc est si quid me amas. PHI.

☞Ex.v.Epistola.Et si statueram.
Sed ne iis,qui me rogârent aliquid de tua,& de nostra coniunctione imminûtum osténderem, tamẽ cum Ti.Pomp.homo ómnium meórũ officiórũ, & studiórum maximè cónscius. Ego si à te summa officia desiderem,mirũ némini uidêri débeat. Alicuius alterius epistolæ exordium est,arguitq; Antoniũ alicuius ingratitúdinis nomie.Omnia enim à me in te perfecta sunt quæ tuum ad cómmodũ quæ ad honórem, quæ ad dignitátem pertinêrẽt, quod iis reb⁹ nullam mihi abs te relictam esse gratiam,tu es óptimus testis.Sed ea,quæ ad me perlata sũt,malo te ex Pōpónio, cui nō minus molesta fuerũt, q̃ ex meis lr̃is cognóscere. Tu uero q̃ grat⁹ erga me fúeris,ip̃e existimâre potes, q̃tũ aũt mihi débeas,cęteri exístimẽt.Sin aũt ingráta esse sentiã.

ASCEN. ☞SED crede mihi,réliqua.i.ea quæ restant tibi peragẽda,desýderant.i.expetũt, studium meũ multo mai⁹.s.q̃, quod hâctenus impendi, & grauitátem, & labórem, sup.multò maiorem,quæ.s.studium,grauitátem, labórem,si non uidêbor profúndere ac pérdere,ego sustinêbo.i.faciam,ut persistant erga te ómnibus uíribus meis. Sinautẽ.i.sed si,ego séntiam esse ingrata.s.tibi.ego non committam.i.non effíciam id,ut ipse.i.egomet. Videar tibi insanîre,ut faciunt,qui in inuîtos grata conferũt beneficia,siquidem ipsórum gratia & nō dei potiùs id præcipientis,aut consulentis faciunt. Tu póteris cognóscere ex Pomponio.s. Tito,quæ & cuiusmodi sint ea.s.quæ restant.Atq; ego commendo tibi ipsum Pomponium,ita ut q̃q̃ ego confido te esse factûrum omnia causâ ipsius,tamẽ ego petam abs te hoc,ut si quid amóris erga me résidet.i.réliquum manet in te,ostẽdas id omne in negocio Pomponii.Tu nihil potes fácere mihi gratius hoc.i.q̃ sit hoc. Vale.

M. C. S.D.P.Sextio L.fi. Procónsuli.Epist. 6.

CVm ad me Décius librárius venisset, egissetque mecum, vt óperam darem,ne tibi hoc témpore succederêtur: quanq̃

CVM ad me. Hæc epístola nescio quómodò in hunc librum traducta est, cum scribâtur ad eũdem Publium Léntulum, ad quem sunt multæ in primo libro,sed ut álibi díximus, constat non rectè seruâtum órdinem in multis aliis epístolis Sed ita dispósitas,& redactas in uolúmen à Tiróne liberto Cicerónis,prout ei ad manus ueniẽbant. Erat igitur, ut in primo libro osténdimus, Publius Léntulus proconsul Ciliciæ,& Cypri,& quanuis primo scripsisset ad Cicerónem,ut daret óperam in senátu,ne ei succederêtur,

tamen

Universidad de ... Biblioteca

illum hóminem frugi, & tibi amicum exiſtimâbam, tamen quod memória tenêbã cuiúſmodi ad me líteras anteà miſiſſes, non ſatis crédidi hómini prudẽti, tam valdè eſſe mutâtã volũtatẽ tuam.

tamen Décius librárius eius amicus eum rogáuerat nomine Lẽtuli, ut daret óperam, ut ei ſuccederẽtur, quod idem poſteaq̃ intellexit etiã à Cornélia eius uxóre, quę cum Terentia Ciceronis locuta erat, dicit Cicero ſe diligentèr ad id operam dediſſe. Deinde ſcribit quemadmodum ex eius gratulatióne émerit domum à Marco Craſſo, deinde iocâtur cum Léntulo de difficultate pecuniæ pro ſatisfactione eius domus. **Librarius** Librarius. proprie dicitur exſcriptor librorum: interdum pónitur pro bibliópola, id eſt uenditóre librórum, ſed hîc puto eſſe cognomen familiæ. Egiſſet mecum. me rogaſſet nomine tuo. **Frugi** Ne ſuccederẽtur tibi. darẽtur tibi ſucceſſor in prouincia. Frugi. Donatus dicit frugi útilem & neceſſarium ſignificâre, ſicut fruges neceſſariæ ſunt humáno géneri. Cicero uero in Tuſculanis dicit frugalitatem treis uirtutes cõplecti fortitudinem, prudentiam, & iuſtitiam, ergo frugi hóminem bonum & uirtute p̃ditum intelligẽmus. Amicum tibi. qui non dixiſſet, niſi ei ita mandaſſes. Tamen. licèt Décius mecum egiſſet, ut dixi, Quod. quia Tenẽbam memoria. memíneram. Cuiúſmodi. quales, cuius ſententiæ. Anteà. ſuperiori témpore, priuſquam Decius ad me ueniſſet. Non ſatis crédidi. non facilè habui fidem. Hómini prudenti. Decio frugi, & prudenti uiro. Mutatam. ut nunc uelles ſuccedi tibi. cum anteà ſcripſiſſes, ut darem óperam, ne tibi ſuccederẽtur.

ASCEN. CVM ad me &c. Hæc epiſtola ſecundum Hubertinũ, & uetuſta quædam exemplaria ad Léntulum procõſulem ſcripta eſt, habens in ſuperſcriptione P. Lentulo, ubi Aldinum exemplar habet P. Sextio, quod cur potius ſequâmur in fine huius partículæ dicam. Docet autem quid égerit pro Sextio in ſenátu, dicitq; ſe emiſſe domum Craſſi, ob quam ſe ære alieno oppreſſum ioco dicit. Ordo eſt. Cum Decius librarius ſcilicèt tuus. i. ſcriptor librórum tuórum, ueniſſet ad me, & egiſſet mecum. i. rogaſſet, aut monuiſſet me, ut darem óperam. i. diligentèr curârem, ne ſuccederẽtur tibi. ſ. in prouinciam, hoc témpore, q̃q̃ exiſtimâbam illum. ſcilicet Decium hominem frugi. i. non uanum ſed ſédulum & amicum tibi, tamẽ ꝙ. i. quia tenẽbam memoria, cuiúſmodi literas miſiſſes anteà ad me, quia petentes, ut tibi ſuccedâtur. Ego non ſatis crédidi, uoluntatem eſſe mutâtam, tam ualdè, homini prudẽti, uidélicet tibi, cui non eſt cõmittendum, ut dicat non putâbam &c.

Sed poſtea quàm & Cornélia tua Terẽtiam conuẽnit, & ego cum Q. Cornelio locutus ſum, adhibui diligéntiam, quotieſcunquè ſenatus fuit, ut adeſſem: plurimumque in eo negotii habui, ut Q. Fuſium Tribu. pleb. & cæteros, ad quos tu ſcrípſeras, cógerem mihi potius crédere, quâm tuis líteris. Omnînò res tota in menſem Ian. reiecta erat, ſed fácilè obtinebâtur. Ego tua gratulatione commôt⁹, quòd ad me pridem ſcrípſeras uelle te benè euenîre quòd de Craſſo domum emiſſem: emi eam ipſam domum X X X V. aliquantò poſt tuam gratulationem.

HVBER. CORNELIA tua. ſ. uxor. Terentiam. uxorem meã. Conuenit. allocûta eſt, de hac re, ut curârem tibi ſuccedi. Quinto Cornelio. affine tuo, fratre uxóris tuæ. Vt adeſſem. quotieſcunq; ſenátus fuit. i. quotieſcunq; ſenátus hábitus & congregâtus eſt, ut adeſſem in ipſo ſenátu. Plurimum neg. hab. i. multùm laborâui. Vt cogerem crédere. i. fácere potiùs eos crédere meis uerbis, ꝙ uelles tibi ſuccedi, q̃ literis tuis, quas ad eos ſcrípſeras, ut darent óperam, ne tibi ſuccederetur. Tota res. de eligendo ſucceſſóre. Reiecta. dilâta, remiſſa. In menſẽ Ianuarium. tũc enim ut alio loco ſuprà diximus fiẽbãt noui magiſtratus, & deponebantur uéteres. Facilè obtinebâtur. facilè impetrabâtur, & omnes aſſentiebâtur, ut darẽtur tibi ſuccéſſor. Ego. nunc dicit de emptione domus à Mar. Craſſo. Tua gratulatione. priuſq̃ Ci. emiſſet illam domum, iam ſparſus erat rumor eum emiſſe. Itaq; Publius Len. ex Cilicia per literas ſuas ei gratulâtus fuerat de ea emptione, optáueratq; eam rem ei fœliciter euenîre, quare Ci. inductus huiuſcemodi gratulatióne, q̃ miſeras ad me de emptiõe dom⁹ anteq̃ ego emiſſem. Commotus. adductus. Pridem. antè. Te uelle. te optâre. Bñ uenire. bene ſuccédere mihi. De Marco Craſſo. i. â Marco Craſſo, ab eo. qui à Parthis eſt interemptus. Eam ipſam. de qua gratulâtus fueras mihi. Seſtertiis. **Seſtertius** Seſtertius dicitur & ſeſtertium, & ſcribitur per S. continet autem duas libras & ſemis. Dicitur enim ſeſtertius quaſi ſemis à tertia. de hoc alio loco plura díximus.

HVBER. ITaque. iocâtur nunc Cicero, ut quemadmodum erat glorioſus, ita habeat occaſionem commemorandi laudes ſuas, & maximè de oppreſſa coniuratióne, qua tãtum gloriabâtur, ut multis locis id dixerit, & in libris de temporibus ſuis non dubitáuerit exclamâre. O fortunátam natam me cónſule Romam. Me habêre tantum æris alieni. i. me tantum pecuniæ debêre, me oppreſſum eſſe tanto débito. Vt cupiam coniurâre: ecce q̃ optimè fecit commemoratiónem de coniuratióne in laudem ſuam. nam inter alias cauſas coniuratiónis Catilinæ dixit Salu. fuiſſe, ꝙ ingens æs aliénum per omnes terras perſoluendum erat: alluſit igitur Cicero ad coniurationem Catilinę, quæ maximè cauſa æris alieni facta eſt. Si quis me recipiat. in coniuratiónem. Odio inducti. maleuolentia incitâti in me. Excludunt. expellunt me à coniuratione. Víndicem. ultórem. Non credunt. non habẽt fidem. Inſidias. dolos: quia non credunt me habẽre cauſam coniurandi. Ei. mihi Cice. Fœneratóres. qui exercent fœnus & nummos ad uſũram mutuant. Exémerit. liberáuerit. Ex obſidione. coniuratorũ, qui decréuerant dirrípere pecuniam fœneratórum: dicit ergo ꝙ coniurati non credunt Ciceronem egẽre pecuñia, quia habet fœneratóres amicos, qui nón paterentur egẽre. Fœnus autem, autore Nonio, dictum eſt, ꝙ pecuniam pariat creſcente tempore, quaſi fœtus & fœtura: Græce enĩ fœtus τόκος dicitur ἀπὸ τοῦ τίκτειν. i. à parere. **Fœnus** Sum aſſecutus hoc, id eſt, hoc feci. Meis rebus geſtis. propter ea, quæ in conſulatu meo geſſi. Bonum nomen. i. nomen uiri boni & fidelis, & amatoris reipublicæ, & ideo coniuratóres non credunt mihi, & ita Cicero hactenus iocâtus eſt, tamen cum laude ſua. Domum. iúſſerat Lentulus fieri domum magnificam Romæ, quo témpore erat in Cilicia, quam Cicero dicit ſe uidiſſe, & ſibi placuiſſe. Antonium, collegam meum in conſulatu, ad quem pręcedentem epíſtolam ſcripſit. Omnes deſýderant. i. omnes uident deeſſe mihi, neque præſtâri ut debent: deſyderantur enim quæ non fiunt, & fieri debent. Grauiſsimè. cum ſumma authoritate. Commôui. indûxi, ut ei fauẽrent. Oratione mea. meis uerbis, quibus eum defendi.

Itaque nunc me ſcio tantum habêre æris alieni, ut cúpiam coniurâre, ſi quiſquam recípiat. ſed partim odio inducti me excludunt, & apertè uíndicem coniuratiónis odẽrunt: partim nõ credũt, & à me inſídias metuunt: nec putant ei numos deeſſe poſſe, qui ex obſidiõe fœneratores exémerit. Omnîno ſemiſſib⁹ magna copia eſt. Ego autem meis rebus geſtis hoc aſſecutus ſum, vt bonum omen exíſtimer. Domum tuam, atque

ædificationem

ædificatiónem omnem perſpêxi & vehementèr probâui. Antónium & ſi ei⁹ in me officia omnes deſýderant, tamen in ſenátu grauíſsimè ac diligentíſsimè defendi, ſenátumque vehementèr oratióne mea atque authoritáte cõmôui. Tu ad me velim líteras crebrìus mittas. Vale.

ASCEN. SED poſteaq̃, & Cornelia tua, ſcilicet uxor conuẽnit Terentiam, ſcilicet uxorem meam, & ego lôcutus ſum cum Quinto Cornelio adhibui diligentiam, ut adeſſem quotieſcunquè ſenátus fuit, & habui in eo plurimum negocii, id eſt difficultatis, & ut cógerem Quintum Fuſium tribúnum plebis & cæteros, ad quos tu ſcrípſeras, credere potius mihi quàm literis tuis. Res tua reiecta eſt, id eſt dilâta omnîno nũc in menſem Ianuarium, ſed obtinebâtur facilè, ſcilicet ut tibi non ſuccederẽtur. Quia uero Léntulo ſucceſſit Appius, & Appio Cicero, nõ putem Lentulo, ſed Sextio ſcriptam. Hubertinus tamen neſcio quomodo expônit. obtinebâtur, ut tibi darẽtur ſucceſſor, qui tamen legit prius ne ſuccederẽtur, id eſt ne darẽtur inquit tibi ſucceſſor, cum legendũm eſſet, ut ſuccederetur ſecundum illius ſententiam. Sed uide ſequentia. Ego tua gratulatióne &cæ. Hoc manifeſtè arguit ad Lentulum non ſcriptam eſſe hanc epiſtolam. Nam, emit enim domum Craſſi, cum Lentulus eſſet in prouincia, ſed antequam in exilium abiiſſet, Lentulo autem ſcripſit ab exilio reuocatus ſcribitur ergo ad Sextium. **Ordo** Ordo eſt. Ego commotus gratulatione tua, quòd ſcrípſeras pridem ad me, te uelle benè uenîre, id eſt proſperè ſuccédere, quòd emiſſem domum de Craſſo ditíſsimo illo ciue, qui in Parthis poſteà periit, emi eam ipſam domum aliquantò poſt tuam gratulationem, trigintaquinque milibus nummûm pro nummórũ. Hubertinus legit ſeſtertiis, ſunt qui nummórum ſcribant, ſed cum nómine numerali apta eſt ſýncope. ITAQVE ſcito me habere nunc tantum æris alieni, id eſt tantum debiti contraxiſſe, ut cupiam coniurâre, id eſt fácere coniurationem, cum aliis debitóribus multi æris in omnes díuites, ut fécerat Catilína cum Léntulo & Cethego aliiſque præcipuè, ut Saluſtius áſſerit ob æs alienum ſubleuandum. Lóquitur autem Cicero ironicôs, immò ſatis dicacitèr & inſolentèr quibuſdam uidẽtur quæſiſſe occaſionem taxandæ cõiurationis à ſe oppreſſæ, ſi quiſquam ſcilicèt perditórum hóminum recípiat me, ſcilicet in ſocietâtem coniuratórum, ſed ſupple tales homines excludunt me, ſcílicet à coniuratióne facienda, aut à ſocietâte ſua. partim, id eſt pro parte, inducti odio, ſcilicet in me ſumpto, eo quòd coniurátos pérſecutus ſum, & odẽrunt apertè, ſupple me uíndicem, id eſt ultórem coniurationis. partim, id eſt pro parte, non credunt ſcilicet me cúpere coniurâre, & metuunt inſidias à me, quaſi uelim eos indicâre, nec pútant nummos poſſe deeſſe ei, qui exémerit, hoc eſt mihi, qui exémerim, id eſt ex obſidióne ſcilicet cõiuratórum, qui iam ánimo díuitum domos obſidẽbant, fœneratóres, id eſt ad fœnus & uſuram dare ſólitos, & qui déderant Catilinæ ac ſociis eius. Magna copia, id eſt poteſtas huius, ſcilicet coniurationis faciendę, aut huiuſmodi, ſcílicet recipientium cupientem cõiurâre, eſt homini ſemiſſi, id eſt qui nihil emit, aut molîtur quod pluris ſit ſemiſſi. i. dimidio aſſis. Ego autem aſſecutus ſum meis rebus geſtis, ut exiſtimer adeptus bonum nomen ſcilicet hóminis iuſti & potentis. Ego perſpexi domum tuam atque omnem ædificatiónem, quia locáuerat eam ædificandam, & probâui. i. commendâui, eam uehementèr.

Ex. vi. Epiſtola. Cum ad me Decius.

Cum ad me Decius libraris, Nonnulli liberius. Alii liberarius legũt. Vt Q. Fuſium Tribunum Plebis, cæteroſque, ad quos tu ſcripſeras, cogerem mihi potius, q̃ tuis literis credere. Omnis res tota in menſem Ian. reiecta erat. Itaque nunc me ſcito tantũ habere æris alieni, ut cupiam cõiurare, ſi quiſq̃ recipiat. Nec putãt ei nũmos deeſſe poſſe, q ẽt obſidiõe fœneratores exemerit, oĩ ſemiſſib⁹ magna copia ẽ. Quidã ſic, cui ſemiſſibus magna hoĩ copia ẽ.

Ego defendi Antonium. ſ. Caium collegam meum, in ſenátu grauiſsimè & diligentiſſimè, etſi. i. q̃q̃, omnes deſýderant. i. ómnes dicunt, non extâre officia eius in me. Deſyderâmus enim quæ abſunt, & non extant. **Deſyderãda** Vnde in bello legimus tot ſũt deſyderata militum miliaa occiſa eſſe, & periiſſe. & commôui, ſcilicèt ad faciendũ. quód orabam ſenatum uehementer oratióne mea. Ego uelim ſup. ut tu mittas ad me líteras crebriùs, quod etiam Len. non conuẽnit, qui ſatis crebrò ſcripſerat. Vale.

M. T. C. M. filius. S. D. Cn. Pompeio CN. filio Magno impera. Epist. 7.

SI tu exércitusq; valẽtis, benè eſt. Ex líteris tuis, quas publicè miſiſti, cœpi vnà cũ oĩbus incredibilẽ voluptatẽ: Tantã enim ſpem ocii oſtendiſti, quantã ego ſẽper omnib⁹, te vno fretus, pollicebar.

HVBER. SI tu. Quo témpore Cice. remp. à coniuratióne Catilinę liberâuit, Cn. Põ. ut ſcribit Salu. in extrémis terris bellum gerẽbat. quod alii interpretántur in Hiſpania, ego uero authoritâte Plutar. &. Ci. puto eum geſſiſſe bella aduerſus Mythridátem, quo uicto de liberis eius & Tigrane, & Tigranis filio, autore Liuio li. c. & Plutarcho in uita Pom. tértium & últimum reportâuit triumphum, quod & Ci. oſtendit pri. offi. his uerbis. Mihi quidem certè uir abundans béllicis laúdibus C. Põ. multis audiéntibus hoc tribuit, ut díceret fruſtrà à ſe triumphum tertium deportâtum fuiſſe, niſi meo in rẽpu. beneficio ubi triumphâret eſſet habiturus. Prætereà Liui. lib. xcvii. dicit Cn. Pom. cum Mythridátem ſequerẽ

tur in últimas ignótasq; gentes penetrâuit, Hibéros, Albános, qui tránsitum non dabant, prælio uicit, uidetur igitur Pomp. gessisse illud bellum, quo témpore Catilína coniurâuit contra patriam, ad quod bellum fuerat electus máximè hortante Cic. egregia oratióne, quę hodie etiam extat. cum igitur scripsísset Pomp. ad senatum pópulumque Ro. quæ egisset, & se factúrum putáret, dicit Ci. se ex eius líteris máximam spem pacis accepisse, accúsat tamẽ eum latenter ingratitúdinis, ꝙ cum maiori significatione beneuolentiæ ad eum non scripserit, uoluisset. n. Ci. ꝙ. Pom. ei gratulâtus fuisset de his, quæ egisset Romæ in reprimenda coniuratióne, excusat tamen eum, quare putet id non feciſſe, ne fortassẽ offenderet ánimum reliquórum, qui dolerẽt gloria Ci. extollit autem ipse factum suum, ut ostendat, necesse esse, se non minùs ab eo amatum iri, q̃ Lælius olim à P. Scipione amátus est. Publicè. ad omnes, ad senátum pópulumque Ro. Vna. simul. Incredibilem. maximam. Ocii. pacis & quiétis, profugáto Mythridáte, & expulso ultra Colchos & Éthicos. Quantam spem.

Pollicebar. quia in oratione pro lege Manilia de eligendo imperatóre Pom. ostendit Cice. eum solum esse, qui posset illud tantum bellum conficere. Fretus te uno. te solo confisus.

PHI. ☞ SI TV. Ante bellum ciuile Pom. ex toto fermè terrárum orbe uictórias reportâuit, in primis Syllam secutus est. Tres duces Carinum, Cælium, & Brutum contra seipsum sentientes ita deuícit, ut & ciuitátes omnes Pópe. cesserint. Carbónem in Sicilia persecútus cepit, & spectante se ussit. In Celtibéria, quam illi prouinciam Metellus trádidit, præclarissimas res gessit. Silíciam à Pom. gestam, Perpennáte occupatam recépit. Inde Mominio suæ sororis uiro, in custodia Siciliæ dimisso, in Africam ad superandum Domitium missus est, & cum illuc appulisset, septem milia hostium ad Pomp. defecérunt, & ibi Domítius cum eius uallum à Pompeianis oppugnarẽtur, interiit, Árabas rex captus, qui cum Domitio sentiébat, & Hiempsáli regnum datum est. Numídiam paucis post diebus subégit. omne belli Africani tempus, & uictoriæ. xl. dierum fuit. xxvi. annos natus triũphum egit. In Hispania Sertorium superâuit. Mox intra. xl. diem Piratas mare, & terram uastantes subégit. Tygranem in deditionem accépit. Mythridátem Ponti regem ita attriuit, ut ad necem ueneno asciscendam compulerit. de quo Lu. Prælia barbárico uix consummata ueneno. In oriente, Parthos, Iudæos, Árabas: in septentrione Cáspios, Colchos, Hibéros, Albános magno terróre affécit. Inde cum Cæ. bellum ciuile conséruit, quo superátus, & in Aegyptum fúgiens à Photíno iussu Ptolomæi occísus est, ex quadam igitur istárum rerum gestarum uictoria literas ad Senatum míserat, quibus Cic. nunc se dixit maxima uoluptate affectum, & illi plurimum congratulátur. Sed ipse coniicio ex illa congratulári uictoria, quã deuicto Mythridáte reportâuit. Quo enim tempore Ci. nefariam coniurationem Catilinæ detéxit, & saluam remp. réddidit: tunc Cn. Pomp. aduersus Mythridatem bella gerébat, ad quod maximè hortáte Tullio, & pro eo orante in Senatu electus est, & hãc sententiam in primis Plutar. in uita Pomp. secutus esse uidétur: id prætereà nobis, quod sentímus facit esse probabile Ci. lib. de offi. pri. ait enim. Mihi quidem certè uir abundans béllicis laúdibus C. Pom. multis audientibus hoc tribuit, ut díceret frustrà se triumphum tertium deportaturum fuisse, nísi meo in rempu. beneficio ubi triumphâret esset habitúrus. Quod autem Salu. dicat Pom. eo tempore quo Cic. patriam à coniuratione Catilinaria liberâuit, bellum in extremis terris gérere, & multi Hispaniam intélligunt: ego uero Mythridatis regnum intélligo. quod & Plutarchus ostendit, & Liuius sic ait. Cn. Pomp. cum Mythridatem persequerẽtur in ultimas, ignotasque gẽtes penetrâuit. In de tacitè quodãmodo cõquéritur, & áfficit hóminem ingratitudinis nota, quod non idem ipse Pompe. égerit, ex rebus quas Ci. pro repu. gésserat. rem enim gratíssimam Cic. Pom. fecisset, si ita ei congratulátus fuisset ex liberata ab eo repu. ut ipse nunc Pom. de adepta uictoria contra Mythridatem & líberos eius Ci. gratulátur. In calce tamen literárum excusat hóminem, dicitq; se arbitrâri id nõ fecisse, ne aliquórum animos offénderet, qui Ci. gloriæ inuidébant. Si ualẽtis, bene est. Valere & bene esse ita differébat, ꝙ ualére est sanitatem habére: at benè esse quasi placére est, & rem ipsam benè se habére. Ex. ab, de, à, è, præpositiones eiusdem & significationis & constructionis sunt, sed differunt iunctura uerborum. Nam è & à nunquam uocali sequente ponuntur. Ex uero & ab uocalibus antepôni possunt, & consonantibus, si nulla uetábit uocis aspéritas. Ex uero & è sunt ut plurimum temporalia, ut ex quo Deucalion, & Virg. ex illo flúere. Sic & apud Græcos Homerus. De autem idem est ꝙ apud Græcos. Publicè. quasi ad S. P. Q. R. & omnes Romános. Vnà. idem est ꝙ simul, plerũq; in oratiõe geminâtur, idemque significat ꝙ tum, & tamen. Virg. Sic mémorat, simul Aeneam in regia ducit Tecta, simul diuum templis indicit honorem.

Valere
Bene esse
A
E
Ex
Ab

Ocii. pacis, deuicto Mithridáte, quem eum Pompeius persequerẽtur, ut inquit Liuius, in ultimas ignotasq; terras penetrâuit, Hibéros, Albános, qui tránsitum non dabant, prælio uicit. Pollicébar omnibus de ea meminit oratione, quam habuit de laudibus Pompeii, quæ inscribitur de lege Manilia, & eam nos inter. xv. alias exposuimus.

ASCEN. ☞ SI tu &c. Quo témpore coniuratiónem reprêssit Romæ Cicero, Cnæus Pompeius Mythridátem Ponti regem deuícit: unde líteras ad senátum dederat, è quibus nunc Ci. dicit se spérare ocium à bellis externis. Deinde quia in líteris ad se datis Pompe. parum honorificè méminit de re benè gesta ab ipso Cice. significat se in ea re desyderâre gratulatiónem eius, iucundas tamen fuisse líteras, præsertim cum putet gratulatiónem omissam ne offendat maléuolos. Ordo est. Si tu & excércitus tuus ualẽtis, bene est. Ego cœpi unà cum omnibus, scilicet aliis, incredíbilem uoluptatem ex líteris tuis, quas misísti publicè. i. ad senátum publicè legendas. Tu enim ostendisti tantam spem ocii. s. ab externis bellis futûri, quantum ego pollicébar semper omnibus, fretus .i. confisus & adiutus te uno. i. solo.

Ordo.

HVBER. ☞ SED scito. sed scias. Hostes ueteres. Lucullum & Crassum notat, quos ex inimicis Pompeius sibi reconciliauerat amicos, qui nunc audita fama uictoriæ Pompeii perculsi sunt, doluerúntque eum esse uictórem. erant enim eo tempore simultátes inter eos. Iacére, prostratos esse. Deturbátos. deiéctos, ut Virg. Puppi deturbat ab alta. Magna spe. quam habébant, si fortuna tibi aduersa fuisset. Ad me. quia Pompeius scripserat ad Ciceronem priuatim & seorsũ à senátu: nunc Cicero ostendit eas líteras sibi iucundas fuisse, quanuis non sitam

Sed hoc scito, véteres hosteis, nouos amícos uehementer literis perculsos, atque ex magna spe deturbâtos iacére. Ad me autem líteras quas misísti, quanquam exiguam significatiónem tuæ erga me uoluntátis habébant, tamen mihi scito iucundas fuisse. nulla enim re

tam lætâri soleo, quàm meórum officiórum consciẽtia: quibus si quando non mutuè respondẽtur, apud me plus officii resídere facilimè patior. Illud non dúbito, quin, si te mea sũma erga te stúdia parum mihi adiúnxerint, Respub. nos inter nos conciliatûra, coniunctúraque sit. Ac ne ignóres quid ego in tuis líteris desyderârim: scribam apertè sicut & mea natúra, & amicítia póstulat. Res eas gessi, quarum aliquam in tuis líteris & nostræ necessitudinis, & Reipub. causa gratulationem expectaui. quæ in eum cóntulit, non dúbitet, quin sit eum amatúrus propter beneficia nuper in rempublicam collata, quia cum sit bonus ciuis, & amet rempubli. amâbit etiam eum, qui pro republica máxima fecerit. Studia. fauorẽs, beneuolentiam & officia. Conciliatúra factura amicos. Ac ne. dicit Cicero quid ex eius líteris desyderáuerit, scílicèt gratulationem de oppressa coniuratióne. Ne ignóres. ut scias. quid desyderáuerim in tuis líteris. quid desúerit líteris tuis, uel quid in líteris esse optáuerim. Apertè. sine circuitióne uerbórum. Mea natura. quæ non solet esse simulâta. Nostra amicitia. in qua omnia debent esse aperta. Res eas. res tales, expónit quid desyderáuerit in eius líteris. Aliquam gratulatiónem. aliquam significationem, ꝙ eis rebus gaudéres. Causa nostræ necessitudinis. id est amicitiæ, quæ postulábat, ut mihi gratularêris. Reipu. quã si amas debúeras eius causa mihi gratulári, ꝙ tantum ab ea periculum repulísses. Expectáui. desyderáui. ut, Expectáte uenis.

gnificarent illum amórem erga se, quem significáre debúerant. Exíguam, paruam. Significationem. demonstratiónem. Tuæ uoluntátis. parum enim significábas tuum erga me ánimum, cum non gratulabáris mihi de his, quæ egissem Romæ, & máxima & utilíssima reipublicæ. Nulla enim. reddit rationem quare fuerint sibi iucundę, etiam sine significatióne eius uoluntátis: & est sensus. nulla res solet mihi afferre maiorem lætitiam, q̃ cum sum mihi cónscius me bene feciſſe, ꝙ si fortasse non reddátur gratia beneficiis meis, tamẽ libenter sum contentus potiùs uincere alios officiis q̃uinci ab aliis. Conscientia meorum officiorum. i. cum scio me contulísse officia. Quibus. officiis meis. Si non respondẽtur mutuò. i. si non rédditur par uoluntas & gratia. Patior facilimè. contentus sum, non ægrè fero. Plus officii resídere in me. i. esse in me plus officii erga alios quàm reddátur mihi ab aliis. & ita arguit latenter Pompe. ingrati ánimi, qui non mutuè respónderit officiis eius erga se. Illud. commendat Cicero factum suum, & dicit ꝙ si Pompeius non amat eum propter ea officia,

PHI. ☞ VETERES hostes nouos amícos. qui nuper facti erant amici, cum antèa fuíssent inimici, & intelligit Crassum & Luculum, qui tametsi ostenderent se reconciliátos esse Pompe. maximum tamen erat inter eos odium & maleuolentia, & tunc audita Pompe. uictória grauitèr dolébant, & perculsi erant. Perculsos. quia intellexerunt istam te confectum esse uictoriam. Perculsum ánimo, percussum corpore dicimus. Iacére. ita animum amisísse, ut quasi mortui uideantur. est id uerbum profulæ significationis. Interdum enim mortuum esse significat. Ouidius, iacet ecce Tibullus: aliquando in longum porrigere. Vt Virgil. Terrasq; iacentes. Plerũq; sordére, ut sine Ciceronelingua latina iacéret. in sua propria significatione notum est omnibus. Virgil. Syllenum pueri sumno uidére iacentem. Magna spe. quia sperâbant te uinci à Mythridáte, & te nunquam redítur ũ. Deturbátos. deiéctos. Exíguam. quia parum significábas uoluntátem bonam erga me tuam, non gratulando mihi de rebus gestis in republica liberáta, sicut gratulári debébas. Nulla enim. ratio est quare iucundæ fúerint eius literæ, tametsi paruam eius uoluntátis significatiónem tulíssent. Conscientia. cognóscere me benè feciſſe & malle esse, ut Sócrates aiébat, quàm uideri & beneficia contulísse. Quibus .s. officiis meis. Fácilè patior. quia uideor superáre amicos meos in benefaciendo. Respondẽtur. satisfecit. Illud non dúbito. commendat rem suam Cicero. & est sensus. Quod si non amat eum Pompeius ex beneficiis in eum collatis, amábit ex méritis in rempubli. conseruátam. Studia. beneficia quę in te contuli. Conciliatûra nos amicos. factura Respúbli. quàm ego liberâui. Quid desyderârim. uolébat enim Cicero ꝙ Pompeius congratulâtus ei fuíſſet rebus gestis ipsis, quę profectò non minores esse uidebantur, q̃ illæ quas ipse Pompeius gésserat, & hoc defuit in literis Pompeii. Natura & amicitia. tribuit id quod dicturus est naturæ & necessitudini, ne uideretur arroganter dictũ, ut suis rebus gestis congratulandum putáret. Natura. quæ est simplex & apta. Amicitia. in qua nihil ficti, nihil simulâti esse debet. Eas. tales, tam magníficas: & est expositio desyderii sui. Reipubli. debúeras enim ob amórem in rempublicam mihi congratulári, quum eam tanto periculo liberâssem.

Percussus
Perculsus
Iacere

Ordo

ASCEN. ☞ SED scito hoc, hostes tuos ueteres, amicos nouos, id est qui fortunam sequentes, se iamdudum amicos simulant, perculsos. i. attónitos & stupefactos uehementer líteris, scílicèt tuis. Atque iacére deturbátos. i. conturbatióne deiectos, ex magna spe, quã conceperât de intéritu tuo. Autẽ. i. sed, scito has líras, quas misísti ad me, quanquam habébant exíguam. i. exilem & módicam significationem. i. notificationem uoluntatis tuæ scílicèt bonæ erga me, tamen fuisse mihi iucundas. Enim. i. quia, ego nulla. i. non ulla, non soleo lætâri ulla re, tam. i. tãtopere, q̃. i. quantopere, consciẽtia meorum officiorum. i. decenter factorum, quibus scílicet officiis meis, si quando. i. aliquando, non respondẽtur mutuò. i. non satisfit, ab his, quib⁹ ea impendi, patior facílimè. i. æquissimo animo, plus officii resídere. i. quasi ociosum esse apud me. Ego non dúbito illud, quin si summa stúdia mea erga te, adiunxerunt parum mihi te, respublica sit nos conciliatura, & coniunctura inter nos. Ac ne ignóres, quid ego desyderârim. i. non inuénerim, inueniſſe tũ uoluérim, in literis tuis, scribam apertè, sicut & natura mea, quæ nihil simulâre nouit, & amicitia nostra, quæ omnia manifesta esse uult, postulat. Ego gessi eas. i. tam insignes res, scílicet in oppressione coniuratórum, quarum ego expectáui in tuis líteris aliquam gratulationem. causa, &. i. simul, necessitudinis nostræ, &. i. simul. reipub. quam. i. gratulatiónẽ, ego árbitror esse prætermissam à te, ꝙ uerebâre. i. timébas, ne offénderes. i. lædéres, cuius. i. alicui⁹ ánimum, sed scito ea, quæ nos gessímus pro salute patriæ, comprobári iudicio & testimonio orbis terrárum.

☞ QVAM

HVBER. IQVAM. gratulationem. Prætermissam. omissam in literis tuis. Verebare.timebas. Cuius.alicuius exhis qui mihi inuiderent.Offenderes.displiceres, faceres quod nollet. Sed scito.q.d. hoc non fuit timendum, quia totus orbis terræ ea comprobat & laudat quæ pro salute reip.gessi. Cum ueneris.redieris in patriam.Cõsilio.prudentia,detegendo coniurationem,& occurrendo insidiis & periculis,quæ mihi & patriæ parabantur. Sic ipse in primo officiorum.Neque enim in rep.periculum fuit grauius unquam,nec maius odium. Itaque consilio diligentiaque nostra de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa deciderunt. Et magnitudine animi.in contemnendis inimicis pro repu. & puniendis sceleratis. Tibi mul.ma.q̃ Afri.fuit.i. tibi qui gloria rerum gestarum & bellicarum Scipionem Africanum antecellis,me in administratiõe reipu. non multo inferiorem Lælio,libenter amicum accipies.Anteponit autem Pomp.Scipioni in rebus:se autem comparat Lælio,quia negocium suum in opprimenda cõiuratione magis urbanum & domesticum fuit q̃ bellicum & militare, ut ipse ostẽdit in pri. officiorum. Lælii autem gloria magis domi q̃ militię claruit.Fuit autem parami corum singulare Scipionis Africani & Lælii.

PHL. IABS te prætermissam. hoc addit in excusationem Pomp.Verebaris arbi.ne tali congratulatione animum alicuius offenderes,qui res meas gestas non libenter audiret. Sed scito, confirmatio argumenti,& ait hoc nõ fuisse timendum,cum ea quæ pro repu.gessit ab omnibus laudarentur.Testimonio orbis.hoc genus testimonii cæcum diceretur,ut ante diximus. Tanto consilio.sapientia qua tunc plurimum usus est in defendenda & liberanda patria à tot insidiis,à tam magno incendio,à perpetua seruitute, à tam maximis periculis,de quib⁹ etiam meminit in lib.de offi.primo his uerbis,Neq; enim in rep.periculum fuit grauius,nec maius odium.Itaque consiliis diligentiaque nostra de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa deciderunt. Vt tibi.comparat Pompe.Scipioni Africano,& seipsum Lælio,quod ut olim illi & amici & socii in republi.fuerint: sic Pompeius & Cice.& audet Scipioni anteferre Pompeium in rebus gestis,& seipsum dicere in administratione reipu.& iure amicitię non multo minorem esse q̃ Lælium.Scimus utriusq; res gestas, & duos Scipiones Africanos,duos item Lælios fuisse.Et in repu.& in amicitia,ut Lælii Scipionibus fuere.Cum quatuor apud ueteres amicorum paria memorantur,de quo meminit in lib.de amicitia Tul.ut uix tria aut quatuor paria,& intellexit ut arbitror Theseum & Pyrithoum, Achillem & Patroclum,Nisum & Eurialum, Damona,& Pythiam: sed possem his addere Pyladem & Orestem, Herculem & Philoctetem. Quintum par esse uoluerunt Scipiones & Lælios,de quibus in eo libro non pauca diximus.Sed Lælius magis domi claruit q̃ militiæ.

ASCEN. IQVAE,scilicet gesta mea,cum ueneris scilicet Romam,tu cognosces esse gesta à me. Tanto consilio & tãta magnitudie ánimi,ut patiare facilè,me nõmulto minorẽ.i.inferioris uirtutis q̃ Lælius,nobilissimus amicus Scipionis,supple fuit.adiunctum esse tibi multo maiori q̃ Africanus,s.Scipio,ab Africa deuicta sic dictus.fuit & in rep.& i amicitia.Modeste se Lælio nõ multo minorẽ dicit:sed tñ satis iactãter gesta sua cõmémorat.Vale.

HVBER. QVantùm.Inter Cice.& Mar.Crassum ex magna gratia incidit simultas,immo & dissensio & odium propter defensionem Gabinii,quã Crassus susceperat contra Cice. cum eum antè oppugnasset, ut latius est declarãtum in primo libro in epistola longa:tandem instantibus Pompeio & Cæsare,reconciliãta est inter eos grãtia, ita ut pene à laribus Cice. Crassus in prouinciam aduersus Parthos profectus sit:ad quẽ gerentem bella in prouincia Cic.nunc scribit,se ita pro eius honóre & dignitate contendisse in senátu, ut omnes intellexerint suum erga eum studium.ostenditque ea,quæ de se ad eum delata fuerãt,ex inuidia & maleuolentia quorundam fuisse delãta, cum semper ómnibus declarãuerit se esse erga eum óptimo ánimo. Pollicẽturque ita óperam & studium suum Crasso, ut ne filius quidem eius se cessurum dicat,& libenter se omnia factũrum,quæ admónitus fuerit pertinere ad eius amplitudinem.Itaque rogat ipsum,ut non solum de rebus magnis sed etiam de minimis ad se scribat tanquã ad amicissimum. Studium.uoluntas & diligentia. Extiterit,apparuerit,fuerit. Aut mediore, sed maximũ.

Studium

Aut obscurum.occultum. Aut eiusmodi,tale ut puta uile aut tenue. Silentio prætermitti.nam res maximę & præclarissimæ silentio prætermitti nõ possunt. Decertaui.contendi uerbis. Contentione.ui uerbórum & uehementi oratióne. Anteà.superiori tempore.Nunq̃.s.

Decertãre

decertaui.

Ex.vii.Epist.Si tu.exercitusq;

ISi tu,exercitusque ualetis,bene quidem est.Nõ nulli sic incipiunt,si tibi est,quomodo tibi,exerci tuiq; uis, bene est. Sed hoc scito tuos ueteres hostes,nouos amicos uehementer literis perculsos at que magna ex parte spe perturbatos iacere. illud enim nõ dubito,quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerint.

M. T.C. S. D. M. Licinio.P. fi.Crasso. Epist.ix.

QVantùm meum studium extiterit dignitatis tuæ uel tuendæ, uel etiam augendæ, non dubito quin ad te oẽs tui scripserint. Nõ enim fuit aut mediócre, aut obscúrum,aut eiusmodi,quod silentio posset prætermitti.Nam & cum C O S S.& cum multis Consularibus tanta contentione decertãui, quanta nunquam anteà ulla in causa: susceptique mihi perpetuam propugnationẽ pro ómnibus ornamẽtis tuis: ueterique nostræ necessitudini iámdiu debitũ,sed multa uarietate tẽporũ interruptũ officiũ cumulatè réddidi:

decertãui. Suscepi.aggressus sum. Propugnationem.defensiónem. Perpetuam.quã semper seruãbo. Véteri.antíqua,quia ut dixi in argumento, fuerat inter eos anteà gratia. Débitum. quia amicis semper debemus officium. Interruptum.intermissum. Varietáte témporum.i.mutatióne témporum,quibus etiam si uoluissem,non potuissem réddere officium débitum. Cumulãtè amplè.ita ut nihil.

Cumulatè

ASCEN. ¶

IQVANTVM. Inter Cice.& Crassum post amicitiam magnam inciderat simultas magna,præsertim ob defensionem Gabinii:tandem per intercessionem Cæsaris & Pompeii sic facti sunt amici,ut Crassus in Parthicũ bellum ferè ex hortis Crassipedis géneri Cic.sit progressus,ad quem nunc Cice.scribit,se ita pro eo in senatu contendisse,ut omnes intellexerint suum erga Crassum studium, ostenditque quæ Crassus audíerat non esse uera,pollicens se illi constantem seruaturum uoluntátem, rogansq; ut talem erga se seruet, scribatq; de rebus suis omnibus. Ordo est.Ego non dubito quin omnes tui scripserint ad te, quantum studium meum extiterit.i.eminuerit aut fuerit dignitatis tuæ, uel tuendæ.i. protegendæ, uel etiam augendæ. Enim.i.quia, sup.studium meum non fuit aut mediocre sed ingens,aut obscurũ,id est occultum,aut eiusmodi.i.tale quod possit prætermitti.i.aboleri silentio.Nam ego decertãui.s. pro te.&.i.simul cum consúlibus & cum multis consularibus.i.qui prius consulátum gésserant, tanta contentione,quanta nunquam.s.decertãui anteà in ulla causa, & susceptique mihi.i.ad placitum meum,perpetuam propugnationem.i.decertationem pro ómnibus ornamentis tuis,& réddidi cumulatè.i.abundanter officium debitum ueteri necessitudini nostræ.i. coniunctioni quasi necessariæ animórum, & interruptum multa uarietate témporum: quasi dicat non culpa nostrã sed témporũ.

Ordo.

Neque me hércule vnquã mihi tui aut colendi aut ornandi voluntas defuit: sed quædam pestes hóminum laude aliena dolentium, & te nonnunquam à me alienárunt, & me aliquando immutárunt tibi. Sed éxtitit tempus optãtum mihi magis,quàm sperãtum, vt florentíssimis tuis rebus, mea pérspici posset & memoria nostræ voluntatis,& amicitiæ fides. Sum enim consecũtus nõ modo,vt domus tua tota, sed vt cunctaciuitas me tibi amicissimum esse cognósceret. Itaque & præstantíssima ómnium fœminárumvxor tua,& exímia pietáte, virtúte,gratia tui Crassi,meis consíliis, mónitis, studiis actionibusque nituntur. Et.S.P.Q.R. intelligit tibi absenti nihil esse tàm promptum,aut tam paratum, quàm in omnibus rebus,quæ ad te pertíneant,óperam,curam, diligentiã, authoritátem meã. Quæ sint acta, quæq̃ agantur, domesticórum tibi líteris declarãri puto. De me sic exístimes,ac tibi persuadeãs vehementèr velim,non me

HVBER. INEQVE defuit uoluntas.i. licet nõ potuerim anteà réddere officium débitum,tamen nunquam defuit uoluntas & amandi & honorandi si contigisset. Pestes. pestem appellat detractóres & inuidos: quia sunt pestis.i.destructio & calámitas amicitiárum. Dolentiũ. nam propriè inuidia est dolor alienæ fœlicitátis. Alienárunt te à me.te ab amicitia mea remouérunt. Immutauérunt:modestius dixit se non alienãtum,sed aliquantulùm immutãtum. Extitit. fuit. Optãtum. quia assiduè optábam dari mihi opportunitátem, ut posses & nostræ uoluntátis prístinæ memóriam & amicitiæ fidem perspícere, quæ quidem opportúnitas tandem data est. Magis quàm,scilicet quia licet ita optárem,tamen te tantum ab ínuidis & detractóribus meis alienãtum à me uidébam,ut non sperãrem posse euenire illud tempus. Sum con. re ipsa effeci. Tua do.tua familia. Cuncta ci. omnes ciues nostri. Crassi tui subaudi filii.s.Mar.& P.Crassi. Exímia.precípua,egregia. Pietáte.amóre in te. Virtúte scilicet exímia. Et gratia apud pópulum.i.ualde grati ómnibus. Nituntur. utuntur & fidunt. Mónitis.quibus dico quid uitent & non agant. Consiliis. quid agant. Studiis.fauóribus. Actiónibus.negociis & defensiónibus meis. Domesticórum.familiárium tuórum. Exístimes.iudices & opiniónem habeas. Persuádeas.certissimè credas.Incidisse.deuenisse. Amplectendam.suscipiendam, defendendam.

Pestis quid

repentína áliqua voluntáte aut fortúito ad tuam amplitúdinem meis officiis amplectendam incidísse: sed vt primũ forum attígerim, spectásse semper, vt tibi possem q̃ maxime esse coniunctus. quoquidem ex tempore, memoria teneo,neque meam tibi obseruantiam,neque mihi tuam summam beneuolentiã ac liberalitatem defuisse. Si quæ interciderunt,non tam re,q̃ suspicione uiolata,ea cum fuerint & falsa,& inania,sint euulsa ex omni memoria, vitaque nostra. Is enim tu vir es,& eum me esse cu

IREPENTÍNA uoluntáte aut fortúitò.duo posuit quæ minuũt mérita beneficiórum,cum prosímus fortuitò, non putantes prodesse, uel cum repentíno quodam motu sine considera tióne & iudicio : tunc enim non habenda est magna gratia beneficii. Cice. officiorum lib.i.Multi enim faciunt multa temeritate quadam sine iudicio uel modo repentíno quodam quasi uenti ímpetu ánimi incitãti: quæ beneficia æque magna nõ sũt habenda.His igitur duábus de causis dicit se non incidísse in defensionem amplitudinis ipsius Crassi,sed consideratióne diligenti,quam declãrat cum dicit. Sed ut primum.i.cum primùm. Attigerim fo. pro áttigi forum.i. cum primum forenses causas agere cœpi. Spectásse.habuísse ánimum. Quo ex tempore.post quod tempus, quo forum áttigi. Obseruantiam.reuerentiam & honorem erga te. Si qua. hortatur Cice. Cras.ut ea quæ postèa euenérunt inter ipsos, magis suspitióne quàm re aliqua mandentur obliuioni. Intercidérunt.interuenérunt. Re.effectu. Quàm suspicione. quæ etiam plerunque res óptimas & sanctíssimas in malam partem accipit. Falsa. non uera. Ina-

HVBER.

Universidad de Deusto Biblioteca

nia.uana,ſine fundamentis rationis. Sint euulſa.ꝑ euellentur,& omnino amoueantur.Memória utrâq noſtra.i.ex memoria uitæ, ut nunq̃ amplius recordemur,aut de eis uerba faciâmus. Is.talis. Incídim⁹. deuénimus. Sperem fore laudi utriq; noſtrum.ſperem utrũq; noſtrum comparatûrum eſſe laudem ex coniunctione & amicitia noſtra. Singuláre.præcipuum. In omni genere officii:in omni quod pro te efficere pótero. Spectet. pertíneat. Omnes. qui tibi officium prçſtâbunt. Conténderint.certáuerint mecum,ut plus faciant pro te q̃ ego. Superâbo,omnes uincam. Cum ómnibus iudicibus.i.& iudicio omnium. Tum maximè Craſſis tuis iudi.i. etiam iudicio filiórum tuórum.

ASCEN. NEQVE me hercule uoluntas tui aut colẽdi, aut ornandi, id eſt honorandi defuit mihi unquam, ſed quçdam peſtes hóminum,id eſt quidam hómines peſtiferi, qui non merentur hómines dici, dolentium laude aliena,&.i.ſimul alienârunt,id eſt aliénum fecerunt,nõnunq̃, id eſt interdũ te à me, & immutârũt me aliquando tibi.i.ut álius tibi uidêrer. Sed tempus optâtum mihi magis q̃ ſperâtum : non enim ſperare póterat,cum non habêret præſentia ad hoc mérita,nec euidentes uidélicet cauſas, optâbat tamen quia bonum quodlibet optábile eſt.extitit,id eſt emerſit & exortum eſt.ut rebus tuis florentíſſimis,id eſt in ſumma fœlicitáte tua,&,id eſt ſimul,memoria mea noſtræ uoluntatis,id eſt beneuolentiæ priſtinæ,& fides amicitiæ, id eſt in amicitia conſeruanda,poſſet pércipi,id eſt clarè uidêri & agnoſci. Sum enim conſecútus, id eſt obtínui,ut non modò,id eſt non ſolùm domus tua tota,ſed ſupple etiam,ut cuncta,id eſt uniuerſa ciuitas, ſcilicet Romana,cognóſceret me eſſe amiciſſimum tibi. Itaque &,id eſt ſimul,uxor tua præſtantíſſima.i. quæ eſt præſtantiſſima omnium fœminárum,& Craſſi,ſcilicet filii tui,eximia pietate,uirtute,gratia, id eſt qui habent exímiam pietátem.ſ.in te exímiam uirtútem & grátiam in óculis ómnium,nituntur.i.ſuffulciuntur conſiliis,mónitis,ſtudiis & actionibus meis,& id eſt ſimul,ſenatus & populus Romanus intélligit,nihil eſſe tam promptum aut tam parâtum tibi abſenti q̃ óperam,curam,diligentiam,autoritátem meam,in omnibus reb⁹ quæ pertíneant ad te. Ego puto declarâri tibi líteris doméſticis, quæ ſint acta & quæ agam, ſcilicet pro te.

Publius et Craſsus duo filij:-

Ego uelim uehementer ſupple ut exíſtimes.i.iúdices de me,ac perſuádeas tibi,me non incidiſſe aliqua uoluntate repentína,id eſt ſubitánea aut fortuitò,ſcílicet caſu,ad amplectendam,id eſt proſequendam amplitúdinem tuam,officiis meis,ſed ut primùm attígerim forum,ſcílicet iudiciale.ſpectaſſe,id eſt tetendiſſe ad hoc ſemper,ut poſſem eſſe q̃ máximè coniunctus tibi. Quo quidem témpore teneo memória,neque obſeruantiam meam,id eſt meam uenerationem & cautiónem ne te lædam,defuiſſe tibi, neque ſummam beneuolentiam ac liberalitátem tuam defuiſſe mihi. Si qua,id eſt áliqua, ſcilicet diſcordiæ ſémina intercidêrunt non tam re q̃ ſuſpicione uiolenta,ea cum fuerint & falſa & inánia,ſint euulſa ex omni id eſt tota memória & uita noſtra. Tu enim es is.i.talis,uir & ego cupio eum eſſe.i.talem,ut quoniam incídimus in eadem tempora reipu.ut ſimul remp.tractêmus,ego ſperem coniũctiónem & amicitiam noſtram, fore.i.futûram eſſe,utrique noſtrum laudi,id eſt ad laudem,quia honeſtum eſt bonos inter ſe amâre & iuuâre. Quamobrem tu ipſe ſtatues.i.conſtitues in ánimo tuo,quantum putes.i.putâre débeas,tribuendum nobis,iudicio tuo.i.ſecundum iudicium tuum,& ut ſpero,tu ſtatues ſupple illud, ex dignitáte noſtra.i. ſecundum dignitátem noſtrã.

Ego uero profíteor tibi atq; pollíceor exímium & ſingulâre ſtudium meum,in omni genere officii,quod ſpectet ad honeſtátem & glóriam tuam. In quo etiam ſi multi contendent mecum tamen ſuperâbo facilè omneis.i.contendentes mecum,cum.ſ.ſit,ꝙ ſuperâbo réliquis ómnibus iudícibus.i.ita iudicantibus, tum.ſ. multo euidentius.Craſſis tuis ſcílicet filiis,iudícibus quos ambos ſcílicet líberos tuos.

pio,ut quoniam in eadem reipubli.tempora incídimus, coniunctionem, amicitiamque noſtram vtrique noſtrum laudi ſperem fore . Quamobrem tu quantum tuo iudicio tribuendum nobis eſſe putes, ſtatues ipſe,& vt ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate.Ego vero tibi profiteor,ac polliceor eximium, & ſingulare ſtudium meum i omni genere officii,quod ad honeſtatẽ,& gloriam tuá ſpectet,in quo etiam ſi multi mecum contendent,tamẽ cum reliquis oĩbus, tum Craſſis tuis iudicibus, oẽs facile ſuperabo, quos quidẽ ego ãbos vnice diligo, ſed in Marco beneuolẽtia impari.hoc magis ſum Publio deditus, quod me q̃q̃ à pueritia ſua ſemper tamen hoc tẽpore maxĩe, ſicut alterũ parentẽ & obſeruat & diligit.Has literas velim exiſtimes fœderis habituras eſſe vim, non epiſtolæ: meque ea quæ tibi promitto, ac recipio, ſanctiſſime eſſe obſeruaturũ, diligẽtiſſimeq́ eẽ facturũ. Quæ à me ſuſcepta defenſio eſt te abſente dignitatis tuæ, in ea iam ego, non ſolú amicitiæ noſtræ, ſed etiã conſtantiæ meæ cauſa, permanebo. Quamobrem ſatis eſſe hoc tempore arbitratus ſum,hoc ad te ſcribere: me, ſi

VNICE.ſingulariter.In M.Craſſo filio tuo. Beneuolentia impari.nõ æquali amore, ſubaudi ſum.i. non æque amo atque Publium. Hoc magis. affert rationem quare magis P.amet, quia & hoc tempore & alio tempore ſemper ab eo maxime eſt amatus & obſeruatus. Alterum.ſecundum poſt te. Has literas.Ci.ita affirmat ſe facturum ea quæ promiſit Craſſo,utuelit ꝑ has ſuas literas habere eum & pondus fœderis & ſolennis obligationis,nõ epiſtolæ ſolum.

Fœderis.quod quidem ita ſolemniter feriebatur apud antiquos,ut liceret illud inuiolare. Vim. põdus & effectum. Recipio.plus eſt q̃ promitto, quaſi ſuſcipio facienda,& cum obligatione promitto.Sanctiſsime:inuiolate,integerrime,& conſtantiſsime.

Quæ à me.dicit Cic.ſe perſeueraturum in defenſione dignitatis eius,non ſolum propter amicitiam, ſed etiam propter conſtantiam,ne uideatur leuis.

Permanebo. perſeuerabo. Intelligerem pertinere.me ipſum cognoſcerem. Mea ſponte.mea uolũtate,à nullo rogatum. Admonitus. edoctus, factus certior.Quippiam.aliquid. Nihil te,ſcripſi.ſ.fruſtra

Quippiã

quid ipſe intelligerem aut ad voluntatẽ, aut ad commodum,aut ad amplitudinem tuam pertinere, mea ſponte id eſſe facturum:ſinautem quippiam aut à te eſſem admonitus,aut à tuis, effecturum vt intelligeres nihil neque te ſcripſiſſe,neq; quenquam tuorũ fruſtra ad me detuliſſe.Quãobrem velim ita & ipſe ad me ſcribas de omnibus minimis , maximis, mediocribus rebus,vt ad hominem amiciſsimum: & tuis præcipias,vt opera,cõſilio,authoritate, gratia mea ſic vtantur in oĩbus publicis,priuatis,forenſib⁹,domeſticis,tuis, amicorũ,hoſpitũ,clĩetiũ tuorũ negotiis, vt quoad ei⁹ fieri poſsit,præſentiæ tuæ deſyderium meo labóre minuâtur. Vale.

Ex.viii.Epiſtola.Quantum ad meum ſtudium. Tanta contentione decertaui quanta nulla antea cauſa.Alii ſic,quanta nunquam antea ulla in cauſa.Itaq; & præſtantiſſima omnium fœminarũ uxor tua, & eximia pietate,uirtute,gratia tui Craſſi in eius conſiliis, monitis,ſtudiis,actionibúſque nituntur.Quo quidẽ ex tempore memoria teneo, neque meam tibi obſeruantiam, neque mihi tam ſummam beneuolentiã ac liberalitatem defuiſſe.Si quæ interciderint, non tam re quàm ſuſpiti oẽ,uiolenta ea cum fuerint & falſa,& inania. In quo ſi multi tecum contenderent, tamen eam tum reliquis omnibus,tum Craſſis tuis iudiciis oẽs facile ſupabo.Quæ tibi ꝑmitto, ac recipio ſanctiſſime eſſe obſeruaturũ, diligentiſſiméq; etiã facturũ.

Vt ad ho.amiciſſi.i.tanquã ad eum à quo ſcias te plurimum amari, cui poſſis omnia mandare . Nam niſi quiſpiam ſit nobis amiciſſimus,ſi ſit uir alicuius authoritatis,non audemus ei mandare,ut aliquid paruum pro nobis faciat,ne uideamur illum paruifacere,neq; de rebus maximis,ne uideamur impudentes, aut temerarii,imponentes ei tantum oneris.Petit igitur Ci. à Craſſo,ut ſe talem amicũ exiſtimet, cui putet omnia poſſe mandari,& minima,maxima & mediocria. Et præcipias.mandes,iubeas. Tuis. propinqs & amicis qui Romç agunt res tuas,ut in oĩbus negociis utantur opera & conſilio meo. Publicis. diſcurrit per genera negociorũ, quibus uult exigi operam ſuam. Pub.quæ pertinebãt ad remp. Priuatis. ad rem familiarẽ tuam, uel aliquorũ tuorum. Forenſibus.ciuilibus,quæ agentur in foro. Domeſticis quæ ad domum tuam ſpectabunt. Tuis.quæ tua intererunt. Amicorũ.tuorum. Clientum. quos in patrocinio tuo habere conſueuiſti. nam cliens & patronus nomina ſunt ad aliquid dicta. Opera.labore,agendo in ſupradictis negociis. Authoritate . exiſtimatione,quæ eſt mihi apud ſenatũ & populum, quæ plurimum prodeſt negociis amicorum. Cõſilio.monendo & cõſulendo quid agere debeant. Vt quoad eius.ſenſus eſt,ita utantur conſilio & opera, ut quantum per me fieri poterit, minus pigeat eos abſentiæ tuæ, cum me uideant uicem tuam gerere,& ita facere ut ſi tu adeſſes. Quoad eius.i.inquantũ. Fieri poſſit.quia ſcio quod penitus fieri non poſſet, ut ab eis non deſyderareris. Deſyderium præſentiæ tuæ.i.ſollicitudo quam capiunt pro deſyderio præſtantię tuę id eſt deſyderãtes ut adſis in urbe. Minuatur.fiat leuior. Meo labore.quem eis pro te præſtabo.

Cliens
Patronus
Quoad

ASCEN. EGO diligo unice.i.ut unicos filios diligerẽ, ſed beneuolentia impari.i.minore in Marco. ſ.filio tuo, ego ſum deditus.i.addictus magis Publio.ſ.filio tuo, quàm Marco, hoc.i.propter hoc ꝙ quanquam, ſup. obſeruauit & dilexit me ſemper à pueritia.ſ. ſua, tamen obſeruat & diligit me maxime hoc tempore,ſicut alterum parentem.i.patrem, Has &c. Velim ſup.ut exiſtimes has literas habituras eſſe uim.i.poteſtatem fœderis.ſ.tecum icti,non epiſtolæ.ſ.dũtaxat,& me obſeruaturum eſſe ſanctiſsime & diligentiſsime,ea quæ promitto,ac pro.i.recipio tibi.Recipere enim interdũ eſt promittere,interdũ reſeruare,interdum ſeruare,unde canere receptui,interdũ accipere dedita. Ego permanebo non ſolũ cauſa amicitiæ noſtræ,ſed etiã cauſa conſtantiæ meæ.i.ut cõſtans ſim & uidear, in ea ſup. defenſione dignitatis tuæ,ſuſcepta ſup.eſt à me,abſente. Quamobrẽ ego arbitratus ſum,ſatis eſſe hoc tẽpore,ſcribere ad te,hoc.ſ.ſequentia,ſi ipſe.i.ego,intelligerẽ quid.i.aliquid pertinere,aut ad uoluutatẽ ſup.tuam,aut ad cõmodum ſup.tuũ,aut ad amplitudinẽ tuã,me facturũ eſſe id ſpõte mea.i.quod dicũt proprio inſtinctu. Sinautẽ.i. ſed ſi,eſſem admonitus,aut à tuis,ſup.me effecturũ.ut intelligeres, nihil neq; te ſcripſiſſe,neq; quenquã tuorum detuliſſe,id denunciaſſe ad me fruſtra. Quamobrẽ uelim ſup.ut, &.i.ſimul, ipſe.i.tute, ſcribas ad me de omnibus rebus minimis,maximis,& mediocribus,ut.i.tanquã ad hoiem amiciſſimũ,&.i.ſimul,ꝑcipias tuis.ſ. neceſſariis & amicis,ut utantur ſic opera,cõſilio,authoritate,gratia mea,in oĩbus negociis tuis publicis, quæ magiſtratum concernunt & remp.priuatis,quæ ad rem priuatã ſpectãt.forẽſibus,quæ in foro iudiciali aguntur,domeſticis.i.familiaribus,& ſup.amicorũ hoſpitum,clientũ tuorum,ut deſideriũ præſentiæ tuæ minuatur quoad eius.i.quatenus id poſsit fieri,labore meo.i.per laborem meum,cum faciam fere quæ tu ſi adſis.

Recipere
Quoad eius

Vatinius Imperator. Ciceroni ſuo. S. D.Epiſt.9.

SI vales bene eſt, ego valeo . Si tuam conſuetúdinem in patrociniis tuendis ſeruas , Publius Vatinius cliẽs ad te venit, qui pro ſe cauſam dicier vult . Non puto repudiâbis in honóre, quem in periculo recepiſti . Ego autem quem poti⁹ adoptem aut ĩuocem,quàm illum, quo defendẽte

HVBER. SI uales.Cum géreret bellum Vatinius in Illyriis, & ob res benè geſtas optâret ſibi decerni ſupplicatiónes , quidam maléuoli & ínuidi impugnâbant eum, & honóri eius detrahêbant . Quare in hac epíſtola rogat Cicer. ut quemádmodum ante in perículo cápitis eum defendit, ita nunc defendat in honóre.Deinde pollicêtur ſe datûrũ óperam,ut Diony.Ci.ſeruus fugitiuus aliquo modo inueniat, profúgerat enim in eas regiones. Conſuetúdinem.Ci.libentèr in defenſiónibus amicórũ uerſâri conſuêuit. Patrociniis.defenſiónibus,aduocatiónibus,nam patrónus defenſor cauſarũ dicitur.i.aduocatus,patrocinium,defenſio. Publius Vatinius.ego Vatinius,loquitur enim de ſe tanquã de tertia perſona. Cliens. defenſióne egens,eſt enim qui patrónum colit,& ſéquitur,ut ab eo defendâtur. Cauſam dicier. cauſam

Patrocinia
Patronus
Dicier

agi & defendi,dicier pro dici. Repudiâbis. respues. In periculo.s. salutis cum oppugnâbar capite, & à te sum defensus. Ego.ostendit quam fiduciā in Ci. habêre debeat. Adoptem. eligā patronū meum. Quā illum.s.te. Didici uíncere. obtinui uictóriam cōtra aduersários meos. An uérear, an dúbitem.q.d.non.
Ordo ordo est,an uérear ne is non prosternat,atq; óbterat obtrectationes pusillórū & maliuolórum hóminū, qui pro mea salúte negléxerit conspiratiónē potentissimórū hóminum? Conspiratiónē,coniuratiónē, consensum contra me. Negléxerit.contēpserit,neq; câ térritus sit. Pro mea salúte, ut salútē & uitā meā defénderet. Pusillórum.impoténtium & paruæ authoritátis, contra id qđ dixit potentissimórū. Obtrectatiónes.maledicētias. Inuidias.artificiosè ostendit se innocentem esse, & iniustè oppugnâri, ideoq;
Óbterat defendendum esse. Prosternat.deiiciat. Óbterat.cōculcet, pessundet, nam si maius fecisti, facies etiam quod est minus. Súscipe.in patrociniū tuum áccipe. Muneris.officii,quod tibi impono. Scis.captat commiseratiónem Va.cum dicit fortúnas suas expósitas esse inuidiæ & detractiónibus maleuolórū, sine culpa,cum sit innocēs. Obtrectatóres.malédicos. Nescio quómodo.q.d.quodam fato & infortunio meo.
Méritum Non meo me.non mea culpa,nam meritū de malo & bono dícitur. Sed quanti id re. quid interest.q.d.nihil,cū nihilóminus habeā inimicos innocentes. Nescio quo facilè.nescio qua tristi fortuna mea,& quasi malo sýdere. Liberalitátem.naturæ benignitatē,quę maximè in præstāda ópera amicis perspícitur. Quo exemplo quibus uerbis,qua copia. Anagnostes. nō proprium nomen, sed officii, ἀναγινώσκω lego significat,idem ἀναγνώστης lector dícitur. habêbāt enim Romani seruos,qui cœnātibus aliquid legêbant,& plerunq; percurrêbāt quę essent ad oēs scripta,& interdū corrigêbāt.Fugitiuus.qui fugit à te. De quo.ser-
Vardaci uo tuo. Nihil mādasti mihi.ut quærerē ipsum. Vardaci.populi sunt in Illyriis. Terra mariq;.prouerbiáliter.q.d.ubiq;. Tibi.datiuus hic in gratiā Cic.posi-
Dalmatia tus est. Dalmatiam. quæ est pars Illyriæ,quā parâbat Vati.expugnâre, cum primū data esset tēporis cōmó-
Erúere ditas. Eruam.abstrahā. eleganter dicimus erúere uerum,erúere etiā oculos,& ad quicquid déniq; uti póssumus,qđ láteat nos,& scîre nos laborêmus. Illinc.
Aliquādo ex Dalmatia. Aliquando.tandē,nonnunquā,aliquo

uíncere dídici? An verear, ne qui potentissimórum hóminum conspiratiónem negléxerit pro mea salúte, is pro honóre meo pusillórum,atq; maleuolórum obtrectatiónes,& inuídias non prosternat, atq; óbterat? Quare si me,sicut soles,amas,súscipe me totum, atq; hoc quicquid est óneris ac múneris pro mea dignitáte,tibi tuēdum ac sustinendum puta. Scis meam fortunam nescio quo modo facilè obtrectatóres inuenîre,non meo quidem mehércules mérito: sed quanti id refert,si tamē fato nescio quo áccidit? Si quis forte fúerit,qui nostræ dignitáti obesse velit,peto à te tuam consuetúdinem, & liberalitátē in me absente defendendo mihi præstes. Líteras ad senátum de rebus nostris gestis,quo exemplo míseram, infra tibi perscripsi. Dícitur mihi tuus seruus anagnostes fugitiuus cū Vardæis esse, de quo tu mihi nihil mādasti.ego tamē terra,marique vt cōquirerêtur,præmandâui:& profecto tibi illum repériā, nisi in Dalmatiā aufúgerit: & inde tamen aliquando eruā. Tu nos fac ames. Vale.
Ad.v.Id.Quintil.ex castris,Narona.

☞ Ex.ix.Epstola.Si uales bene est.Si tuam.
Si tuam consuetudinē in patrociniis tuendis,sic incipiunt nonnulli absque si uales. Scis meam fortunam. Nescio quomodo facile obtrectatores inuenere.Tu nos facames. Vale. D.V.L.D.Quintileis, ex castris Narona.

tempore. Fac ames,fac ualeas,fac scribas,elegantissimè hoc imperatiuo sic útimur in multis.
ASCEN. ☞ S I uales,&c. Vatínius Cicerónem rogat, ut pro rebus benè in Illyria gestis supplicatiónem sibi decernendam procûret,pollicētúrque se curatûrum ut fugitiuus Ciceronis comprehendâtur,dicens. Si uales o Cice-
Ordo ro,benè est,ego ualeo,scilicet benè. Si tu seruas consuetúdinem tuam in tuendis,id est protegendis patrocinis,id est cliéntibus,patrocinio tuo cōmissis Públius Vatínius cliens,scílicet tuus,id est te aduocatum & patronum suum colens,uenit ad te,honestiùs dicit quàm si dicat,ego Públius &c.uenio,qui uult causam dicier, pro dici,pro se.i.pro supplicatione sibi impetranda,ego non puto,supple quòd repudiâbis in honóre.s.obtinendo aut in re honesta,quem recepisti.s.defendendum,in período.s.cápitis. Autem.i.sed quem ego adoptē aut ínuocem potiùs quàm illum,quo defendente dídici uíncere?q.d.nullum. An uérear ne qui negléxerit.i. paruifécerit.s.Cic.conspirationem hóminum potentissimórum.s.mihi aduersantium,pro salúte mea.i.ut me saluum faciat,is non prosternat atq; óbterat,obtrectatiónes & inuidias pusillórum ac maleuolórum, pro honóre meo.s.augendo?quasi dicat nequáquam. Quare si amás me,sicut soles,súscipe me totum,atq; puta.i.exístima hoc quicquid est óneris ac múneris.i.officii tuendum ac sustinēdum,supple esse tibi,pro dignitate mea. Scis fortunam meam inuenîre facilè,nescio quomodo obtrectatóres.i.malédicos,quidem.i.certè,mehercle.s. ita iudicante,non mérito,id est peccáto meo,sed quanti refert.i.interest,id.s.an mérito an immerito fiat,si tamen.i.nihilóminus, áccidit nescio quo fato.i.infortúnio mihi ex astrorū aut deórum dispositióne impendente,permittit enim deus etiam bonis aduersa contíngere,ut inde melióres euâdant,sed malum culpæ à fato nō dependet,sed arbitrio nostro. Si fortè quis.i.aliquis fuerit qui uelit obesse.i.nocêre & obsístere dignitáti nostræ,peto à te, ut præstes mihi tuam consuetúdinem & liberalitátē in me absente defendēdo. Ego perscripsi tibi infra.i.in inferiore parte tabellæ,líteras sup.meas,eo exemplo,quo exemplo.i.qua forma,míseram ad senatum,aut perscripsi tibi quo exemplo & cætera, superior expositio plus placet.priore enim de modo dyploma.i.quod duplū dicunt & exemplū literarum suarū scripserit,posteriore tantum formam quo scriptę essent. Seruus tuus fugitiuus.s. Dionysius nomine, Anagnostes.i.lector tuus,aut in mensa aut in lectica, non est ergo proprium sed officii nomen,à uerbo ἀναγινώσκω quod est lego, unde ἀνάγνωσις Anagnosis lectio, dicitur esse
Vardaci,

Vardacii,id est in eo óppido in Illyriis de quo tu mandasti nihil,scílicet ut curem comprehendendum,ego tamen præmandâui,id est antequam eò perfúgeret,ut conquirerêtur terra mariq;,& profecto ego reperiam tibi id est,ad utilitatem tuam,illum,nisi aufúgerit in Dalmátiam,seu Delmatiam,quæ est pars Illyriæ & tamen,id est licet,eo fúgerit,ego éruam,id est auellam eum,aliquando,id est tandem,inde.i.ab eo loco. Tu fac supple ut ames nos. Vale. Ex castris Narona.i.in eo loco,ad tertium Idus quintileis.i.Iulias.

responsoria ad deprecatoriā

Vatinius.Ciceroni suo. S.Epist.10.

SI vales benè est, ego qdē valeo. De Dionysio tuo adhuc nihil extrîco:& eo minus, ꝙ me frigus Dalmáticum, quod illinc eiêcit, etiā hîc refrigerauit. Sed tamen non desistam, quin illum aliquando éruā. Sed tamē ómnia mihi dura imperâs. De Catilio nescio quid ad me scripsisti deprecationis diligentissime. Apagête cum nostro Sex. Seruilio. nam mehércule ego quoq; illum amo, sed huiuscémodi vos cliētes,huiúsmodi causas recípitis? hóminem vnum omnium crudelissimum,qui tot ingenuas matresfamilias stuprâuit,tot ciues Romāos occîdit, arrípuit, dispérdidit, regiónes vastâuit? Simius,non semissis homo cōtra me arma tulit,& eum bello cepi. Sed tamen mi Cicero quid fácere possum? Oīa mehercule cupio,quæ tu mihi ímperas. Meā animaduersionē,& suppliciū,quo vsurus erā in eū,quē cepissē,remitto tibi & cōdôno. qd illis rñdere possū,q ob sua bóa direpta naues expugnatas,fratres,liberos,parētes occisos,*actiōes expóstulāt? si mehercules

SI uales. Primū scribit Vatinius ad Ci. se nihil adhūc certi habêre de eius seruo fugitíuo nómine Dionysio. Sperâre tamen se aliquando erutûrū illum ex Dalmátia. Deinde quia Ci.& Seruilius deprecâti fuerant ipsum pro quodam Catilio pyráta, quē ille bello accéperat, adducit multas causas quare nō debeat ei párcere,rogátque Ci. ut eum defendat Romæ, quia potuissent supplicationes sibi decerni pro rebus Dalmaticis benè gestis: Sed Cæsar qui debêbat propónere in senátu de ea re nondum proposúerat, ob quā rem ostendit sibi fieri iniuriā,& cōmémorat quædam à se in Dalmatia gesta, deinde se totum Ci. tradit,ut ab eo defendâtur. Dionysio.ita enim uocabatur seruus fugitiuus Cice. erat autem nomen accōmodatum seruis,sicut Syrus,Dauus &c.Hora. Tu ne Syri Daue,aut Dio.filius audes deiicere ex saxo. Extrîco,éxplico,expédio,líbero.Extrîco enim penultima producta,líbero,soluo,& expédio significat.Hora.in car. Seu pugnet densis extricâta cerua plagis Vir.& inextricábilis error.Dicit igitur se nihil extricâre,id est certū habêre.Eo mi.subaudi extrîco. Dalmaticum. est enim regio satis frígida. Eiêcit.expulit. Illinc.ex Dalmatia,nam Vatinius coactus fuerat discédere propter frigus.Refrige. fecit frigus. Non desi. non cessabo. Dura.difficilia,non propter Dio.seruū hoc dixit,sed propter Catilium. Nescio. quasi dicat non satis honestè & iustè,ita enim solêmus dicere in contemptum, dixisti nescio quid uerborum, nescio quid deprecationis &c. Apagête.familiariter, corripientis est,quasi dicat abi in bonam rem. Cum nostro Ser.qui etiam idem à me petit,quòd tu, ut hunc dimittam. Vos.habet emphasim, quasi dicat qui habemini uiri boni,& non deberêtis defendere nisi bonos. Huiúsmodi.tales ita scelerâtos,sicut fuit hic Catilius. Causas huiúsmodi. ita iniustas & inhonestas. Hóminem subaudi recípitis. Ingenuas. líberas, unde maior est iniuria,ingenuas autē dixit,quia & matresfamiliæ libertínæ esse possunt, ut paulo infra ex uerbis iurisconsulti declarábit. Matresfamilias.honestissimas mulieres,nam materf.ut scribit Aul. Gel. dícitur ea sola quæ in mariti manu mancipióque sit, HVBER. Extrîco Apagête Matresfamilias
quoniam non in matrimoniū tantùm,sed in familiam quoq; mariti,& in sui hærédis locum uenisset, & Festus dicit,matremfami.non ante dici,q̄ uir eius paterfa.appellarêtur,nec multæ in una domo esse possunt,nec uidua hoc nómine appellâri potest,quæ sine filiis est.Item iuriscon.ff.de uerb.signi.melius ostendit,quę materfa.his uerbis Matremfa.accipere debêmus eam,quæ non inhonestè uixit. Matrem enim familias à cæteris fœminis mores discernunt, atq; séparant, proinde nihil intérerit nupta an uidua sit ingenua, an libertina, nam neque nuptiæ,neq; natales faciunt matresfami.sed boni mores,uidêtur ergo male distiniuisse Festus,cum dixit uiduam eo nómine appellâri non posse, familias autem genitiuus est ad imitatiónem græcórum, qui fœmininorum in a purum desinentium genitiuos in as mittunt,dicimus tamen & materfami.& materfamiliarū. Arrípuit.captiuos fecit. Semissis, quidam distingunt sic, uastauit semissis, ut sit accusatiui casus, id est fecit monetam adulterinam, quia semissis genus est & mensuræ & monétæ, sed non probandus est ille intellectus, quia uiolentus est,melius ergo intélligitur sic. Simul.deinde. Vero.expletiua est coniunctio, neque legendum est non. Familias Semissis Semissis homo,id est homo uilis,& quasi semi homo,sicut semissem,semiassem dícimus. Bello.cuius iure licet ipsum punire, sed tamen significat se causa Ci. cúpere ei indulgêre uitam, sed non licêre, cum ille fúerit sceleratíssimus & multos læserit, nunc ab eo pœnas exigunt. Quid.p.f. quasi dicat nihil, nisi eum condemnâre,si modo iustitiam ipsam sequi uelim. Omnia c. subaudi fácere. Quæ.t.im.s.ut eum dimittam incólumen. Animaduersio. Sup. pœnam. Animaduer.punitiónem,propter offensiónem. Remit. dimitto tibi. Quid illis. dixit se condonâre quæ ad se pértinēt,quæ uero ad alios spectant,qui iniuriā accepêrunt, dicit se cōdonare nō posse,inquit ergo. Quid respondêre possum. quasi dicat nihil quod habeat honestātē aut æquitátem. Direpta. in prædam conuersa. Expugnâtas. ui & prælio uictas. Occisos. quod peius est,quasi arrepti fuissent. Authores. mouentes causam & litem. Expóstulant.quérunt de damnis & iniuriis sibi à Catilio illatis.
☞ S I uales.Idem Vatinius ex eâdem prouincia hanc ad Ci.dedit epistolam,in qua primùm scribit se nihil certi adhuc habêre de Dionysio seruo fugitiuo, sperâre tamen posse eum aliquando erúere è Dalmatia. Deinde quia Ci.& Seruilius deprecâti fuerant pro quodam Pyráta Catilio nómine,quem Vatinius bello ceperat,ad- ASCEN.
 ducit

Ordo.

Apagete

ducit multas causas quare ei non debeat parcere, rogatque Ciceronem ut causam suam defendat Romæ, quia potuissent supplicationes sibi decerni pro rebus in Dalmatia bene gestis. Sed Cæsar qui debebat referre de ea re nihil adhuc retulerat, quod iniquum censet, cõmemorans quædam præclare gesta. Deinde se totum Ci. ab eo defendendum tradit. Ordo est. Si uales, bene est, ego quidem ualeo. Ego nihil adhuc extrico, id est expedio, & extricis & inuolucris eruo, de Dionysio tuo, scilicet seruo fugitiuo, id est nihil adhuc certi afferre possum, & eò, id est tanto minus sup. extrico aliquid, quòd frigus Dalmaticum, quod eiecit sup. me illinc, id est è Dalmatia, refrigerauit, id est iterum frigus generauit, etiam hic, scilicet ubi nunc sum, id est in hac parte Illyriæ, quasi dicat propter frigus nihil hactenus potui agere, unde etiã pigrũ à Vir. dicitur, quia pigros facit, sed non desistam quin eruam, id est extraham, quasi feram è latebris, illum, scilicet seruum tuum, aliquando, id est tandẽ. Sed tamen tu imperas mihi omnia dura, id est difficilia factu. Scripsisti nescio quid deprecationis diligentissimè, id est quàm diligẽtissimè precatus es, ne animaduertã in Catilĩ, de Catilio, scilicet pyratã à me capto. Apagête, Cómicus & Plauto familiaris sermo, quo more supra dixit dicier pro dici. Videtur autem græcum uerbũ ab apo & ago compositũ. Nam & ago græce dicitur, ut sit apagête, id est amouête, procul agite, ut sup. cum Sexto Seruilio nostro, nam me hercule ego amo quoq; illũ, scilicet Seruilĩũ, quare dixerat nostro Seruilio, sed recipitis uos, scilicet tam sancti & prudẽtes uiri, causas huiusmodi clientis. i. rei, scilicet pyratæ. q. d. tot ingẽuas. i. nulla seruitúte sua, aut maiorũ suorũ notãtas matres familias, & sup. qui occidit tot ciues Romanos, qui arripuit, dispẽrdidit. s. tot ciues Romanos, & sup. q uastauit regiones. Simul uero homo semisis. i. uix asse & dimidio eius æstimandus, unde prius hómini semisi legendũ dixi, tulit arma cõtra me, & cepi eum bel-
hercle, quæ tu imperas. Ego remitto tibi. i. ad placitũ tuum condono, meam animaduersionẽ. i. iustam punitionem Catilii, & supplicium, quo eram usurus in eum, quẽ cepissem, quid possum respondẽre illis qui actores. i. cum sint actores & accusatores, expostulant, id est iuste & manifeste postulant. Bona sua direpta, scilicet à Catilio, naues expugnatas, captas & uictas ab eo, fratres, liberos, parentes occisos, scilicet ab eodem? quasi dicat nihil possum honestè respondere, si eum absoluo.

*PETRI VICTO. CASTI. HVBER.

¶ ACTIONES expostulant. Ita legendum est, quemadmodum etiam uetusti códices habent non ut Manutii in priore, & in posteriore sua editione scripserunt, Actione expostulant. In Verrem. cxv. Actionem eius rei postulant.

Suffectus

¶ APPIVM. qui ut supra uidimus, potens erat & superbus uir, qui non satis curaret, quid de se homines loquerentur. Cuius. Appii. Suffectus. substitutus, uidetur enim fuisse prius Imperator in ea prouincia Appius. Sustinere. tueri fuisse rectè factum si haberem Appium defensorem meum. Hoc. quod eum dimitterem impunè, pter quos offendit. Quid ergo est. s. quid uelim pro te facere de Catilio. Ea res. ea defensio tui Quin. Volusii, discipuli tui. Fugare. deterrere. Aduersarios. ne eum persequant amplius. In eo. in ea re. Istic. Ro. Cæsar. conqueritur de Cæs. quod eius culpa (quia uoluerit referre in senatu) nõ fiant ei supplicationes. Adhuc. hucusque. Non re. non ponit in senatu. Quasi. tanquam. Vero. ironice dictum. Res iustis. tri. i. quæ res mereantur iustissimũ triumphum. Nam si. hoc dicit contra sententiã Cæs. qui dicebat non ei dandas supplicationes, donec totam Dalmatiã cepisset, quod quidẽ dicit esse difficilimum, quia. xx. oppida Dalmatiæ plusquã sexaginta alia oppida sibi adiunxerunt, quæ oĩa necesse est uincere, ut totum bellũ conficeretur. Si expectandũ est. ut mihi decernantur supplicationes. Dum. donec. Conficiam, finiam. Asciuerunt. adiunxerunt. Expugno. uinco. Lõge. ualde. Salu. Lõge mihi aliena mẽs. P. cõ. Alia. aduersa. Quã cæteri. quibus decretæ sunt supplicationes, cum etiam multum belli superesset.

Adhuc

Dum

Longe

¶ ASCEN. ¶ ME hercle, si habẽrem Appium, scilicet pulchrũ, hóminem cauillosum & cautum supple adiutórẽ aut defensorem, in cuius locum ego sum suffectus. i. substitutus, tamen non possem sustinêre hoc, id est hanc iniquissimam absolutionẽ, aut expostulationẽ tam iustam in Catilium agentium. Ergo supple inquies quid est. s. reliquũ. Ego faciam sẽdulò. i. seorsum à dolo, diligenter omnia quæ sciam te uelle. Sup. Catilius defenditur contra actores, à Quin. Volusio discipulo tuo, si forte ea res. i. fama patroni, póterit fugare aduersarios. s. eius, spes est maximè in eo. Tu defendes nos istic. i. ubi tu es, hoc est Romę, si quid erit opus. Cæsar facit mihi adhuc iniuriam de supplicationibus meis, & non refert adhuc, id est non affert in cõsultationẽ senatus, de rebus gestis, scilicet à

Sedulò.

Appium habẽrem, in cuius locum suffectus sum, tamẽ hoc sustinêre non possem. Quid ergo est? Faciá omnia sedulo, quæ te sciam uelle. Defenditur à Quint. Volusio tuo discipulo. si forte ea res poterit aduersarios fugare, î eo maxime spes est. Nos si quid erit istic opus, defendes. Cæsar adhuc mihi iniuriã facit. de meis supplicationibus & rebus gestis Dalmaticis adhuc nõ refert: quasi uero nõ iustissimi triumphi in Dalmatia res gesserim. Nam si hoc expectandum est, dum totum bellũ cõficiam, uiginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua: quæ ipsi sibi asciuerunt, amplius sexaginta. hæc nisi omnia expugno, si mihi supplicationes nõ decernuntur, longe alia conditione ego sum, ac cæteri Imperatores. Vale.

¶ Ex. x. Epistola. Si uales, bene est, ego quidem ualeo. de Dionysio.

De Dionysio tuo adhuc nihil extrico. Hoc principiũ habent nõnulli codices, in quibus relinquit, qđ cæteri habẽt si Vales, bene est, ego quidẽ ualeo. sed lectorum sit iudiciũ. Simius nõ semisis hõ contra me arma tulit. oĩa quidẽ me hercle cupio, quæ tu mihi imperas. Quid illis respondere possum, qui sua bona direpta, naues expugnatas, fratres, liberos, parẽtes occisos, actiones expostulant? Si me hercule Appiũ habe rem, in cuius locũ erectus sum, tũ hunc sustinere nõ possem. de meis quidẽ supplicationibus, & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert. hoc existimãs, nemi nem te tui amantiorẽ me habere. Vale & me ama, ut soles, útque cupio. d. v. Decenbris Narona.

me, Dalmaticis, id est in Dalmatia, quasi uero non gesserim in Dalmatia res iustissimi triumphi, id est triumpho dignissimas. Nam si hoc, scilicet referre de rebus meis sit expectandũ, dum, id est donec conficiam, id est finiam, totum bellum, uiginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua, quæ asciuẽrunt, id est attraxẽrunt sibi amplius sexaginta sup. oppida, quæ dicuntur Dalmatia noua, nisi ego expugno, id est capio, hæc omnia, supplicationes non decernuntur mihi: quasi dicat id iniquum esse. Ego sum. si hoc fit: longe alia, quia deteriori conditione, ac, id est quàm cæteri imperatores. Vale.

Commendatio.

Vatinius Ciceroni suo. S. D. Epis.

LEGO post supplicationes mihi decrẽtas in Dalmatiam profectus sum: sex oppida vi oppugnando cepi: vnum hoc, quod erat máximum, quater à me iam captũ: quatuor enim turreis, & quatuor muros cepi, et arcem eorum totam ex qua me niues, frigora, imbres detrusẽrunt: indignèque mi Cicero óppidum captum, & bellum confectum relínquere sum coactus. Quare te rogo, si opus erit, ad cæsarẽ meam causam agas, méque tibi in omneis parteis defendendum putes: hoc exístimans, néminem te tui amantiorem habere. Vale.
Data Nonis Decembris Narona.

SEGO post. Hoc uidẽtur esse contrariũ eius, quod supra dixit, nam quæstus est, quòd non decernantur sibi supplicationes, nũc dicit fuisse decrẽtas: ad quod alii respondent eum petiisse multas supplicationes, & áliquas obtinuisse, quod non placet, quia non multę supplicationes petebantur. alii dicunt inter scribendũ epistolam accepisse supplicationes sibi fuisse decrẽtas, quod ideo non uidet ueriśimile, quia dicit post decrẽtas supplicationes se profectum in Dalmatiam, & multa óppida expugnasse, quod non potuit fieri eo témpore solo, quo scripsit epistolam. Ego puto esse principium breuis epistolæ, aut potius chirographi alicui⁹ subito scripti, quo breuiter cõmémorat quid égerit in Dalmatia post decrẽtas supplicatiões. Oppugnando, contra bellando. Vi. per uim. Vnũ hoc, quod nũc oppugno. Quater captum. quia quatuor turres & quatuor muros cepit, ideo dixit se quater cepisse. Vir. ter uincendum esse dixit eum, qui treis ánimas habẽbat. Cui treis aĩas Feronia mater Horrẽdum dictu déderat, terna arma mouẽda: Ter leto sternendus erat. Arcem. ἐκρόπολιν, locum eminentiorem & munitiorem in urbe. Detrusẽrunt, ui expulẽrũt, & amouẽrunt. Captum. quod iam ceperam, quia ex pugnáueram loca munitióra. Confectum. finitum, quia uicto illo óppido, quod erat omnium máximum, ut dixit, uidebãtur sibi confeciśe bellum. Agas causam meam, dicas ut tucaris partes meas. Ad Cæsarem. is enim aliquántulum obstábat honóri Vatinii, neque erat Cæs. tunc in Gallia, ut quidam uolunt, dicentes eum oppugnasse Vatinium per alios, quod si esset, non diceret nunc apud Cæ. In omnes partes. i. per omnia. Néminem amantiórem tui. néminem qui te magis amet.

ASCEN. ¶ EGO. Principium est nouæ epistolæ. Ego sum profectus in Dalmátiam post supplicationes decrẽtas mihi, scilicet à senatu, ego cepi sex óppida oppugnando sup. ea, ui. Vnum sup. oppidum quod erat maximum, captum sup. est à me iam quater, cepi enim quatuor turres & quatuor muros, & totam arcem, id est quod dicunt fortelitium eórum, ex qua, scilicet arce, niues, frigora, imbres, detrusẽrunt me, & ò mi Cicero coactus sum indignè, id est quod indigne ferendum est, relinquere óppidum captum, & iam confectũ. Quare rogo te, agas causam meam, ad, id est apud Cæsarem, si sit opus, & putes me defendendum tibi in omnes partes, existimans hoc, te néminem habẽre amantiórem tui. Vale. &c.

Supplex. ad commendationem. Petitoria.

M. Cicero Vatinio Imper. S. D. Epis.

GRata tibi mea esse officia non miror: cognoui enim te gratissimũ ómnium, idq; nunquam déstiti prædicâre. nec enim tu mihi habuisti modò gratiam, verum etiam cumulatissimè retulisti. Quamobrem reliquis tuis rebus ómnibus pari me studio erga te, & eâdem voluntate cognosces.

GRATA. Scripserat Vatinius, se intellexisse quæ Cice. pro se feciśet Romæ, & de eis egerat gratiã: quare Cic. uehementer laudat eius gratulationem, & pollicẽtur se perseueratũrum in eâdem uoluntate erga eum, in qua ante fuit. Deinde quia Vatinius ei cõmendáuerat uxórem suam Pompeiam, scribit Cice. se diligenter dediśe operam, ut illa intellígeret se ómnia factũrum, quæ illi opus essent, & ita hortãtur Vatinium, ut ad eam scribat, deinde de Dionysio seruo rogat, ut quacunque ratione póterit eum addũcat. Gratissimum omnium, super omnes ualde gratum & ideo nõ est mirum quòd grata hábeas, quæ pro te feci. Id. te esse gratissimum ómnium. Nunquam déstiti prædicâre. nunquã cessaui publicè & apertè dicere. Mo. tantũmodo. Habuisti grátias. i. gratũ habuisti officium meũ, quia ut ante sæpius diximus, ágimus gratias, uerbis, habemus aío, referimus re. Cumulatissimè. plenissimè. Retulisti. reddidisti, qa gratitũdo ánimi, apud me existimat plena satisfactio. Reliquis. in qbus erit opus officio & óperâ mea. Pari. simili, sicut añ feci. Studio. diligẽtia & fauore.

HVBER.

Quòd mihi fœminam primariam Pompeiam vxórẽ tuã cõmendas: cum Sura nostro statim tuis líteris lectis locũtus sum, vt ei meis verbis díceret, vt quicquid op⁹ esset, mihi denũciâret: me oĩa, quæ ea vellet, summo studio curáq; factũrũ: itáq; fa-

¶ PRIMARIAM. principem, egregiam. Sura. proprium nomen unius ex domesticis Vatinii. Nostro. communi amico. Meis uer. meo nómine, mea parte. Denunciâret. significâret, notificâret. Ea. s. uxor tua. Itaque. i. & ita faciam, duæ partes sunt. Ipse. egomet. Conuéniam. álloquar. Difficilis. refert ad magnam, quia res magnę difficiles esse solent. Aut parũ me digna, ad paruã rétulit, quia plerunq; nõ audémus hóminibus alicuius authoritãtis cõmittere res paruas,

HVBER. Primarius. Meis uer- bis Denunciare

Universidad de Deusto Biblioteca

quia uideantur eis indignę. Cic.autem nunc nō uult eum respectū de se habere. Sic supra ad Marcū Crassum. Quamobrē uelim ita ad me scribas de omnibus minimis, máximis, medió cribúsq; reb⁹, ut ad hoiem amicissimū. Nō laboriosa.i.facilia, quantū ad res magnas. Et honesta.i.me digna, & cū honore meo facta, quantū ad res paruas. Si me amas. modus est adiurandi. Cónfice. exéquere, & éffice quod promisisti.

Conficere

PHI. GRATA. Cum quispiam est de áliquo benemeritus & accipiens quod facit gratum esse cognoscit, lætatur quin & magis atq; magis accénditur ad alia cōferenda. Ci.Vatinium laudat à gratitudine cum multa in eum beneficia contulisset, illi grata extitisse cognôuit, uel maximè quod ad Ci.scripserat, & de beneficiis in se collatis suaues ei gratias égerat. Itaq; & lætatur plurimum officia sua benè collocasse, & illi atque uxóri Pompeiæ, quam Ci.per literas cōmendârat, ac ómnibus suis nunquam defutûrum esse pollicêtur. Est tota hæc epistola amóris plena suauitátis, & gratiæ. P. uero Vatinius ciuis Romanus tunc aduersus Dalmatas erat imperâtor exércitus, & ibi præclara multa gésserat, de quo in epistola ad Cice. Vatinius sic ait, Cæ.adhuc mihi iniuriā fecit, de meis supplicationibus & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert, quasi uero non iustissimi triūphi in Dalmatia res gésserim. is est ille Vatinius, quē olim Cice. à periculo capitis deféndeat, quod & ipse Vatinius méminit in epistolis suis. Vt si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis seruas P.Vatinius cliens aduênit, qui pro se causam dicier uult, non puto repudiabis in honóre, quem in perículo recepisti, & quem potius adoptem quàm illum quo defendente uincere dídici. Prædicâre. publicè dícere. Reddidisti. nam réddere & referre gratiā idem est, sed quomodo Vatinius gratiam tunc rétulit Cice. pro relatione gratiarum Cice. gratitudinem animi eius accêpit, quam etiam pluris fecit, quàm álteram satisfactionem officiorum. Quamobrem. ex quo mea officia tibi grata esse intélligo. Reliquis. in quibus erit opus ópera mea. Studio. diligentia & cura. Primariam quasi principem. Fœminam. à fœmine, id est femore, fœminæ sunt appellatæ, crassioribus enim sunt fœminibus mulieres quàm uiri. Vxorem. quasi unxores sunt uxores appellatæ, ab ungendis maritórum postibus lanáque figenda, quod nubentes puellæ faciebant. Sura. utrique familiaris erat. Statim. quasi uno statu appellatum, unde Plautus. ita statim quasi stant ignari, ut illico quasi in loco, è uestigio ex primo motu pedum. Itaque. & ita, diuisim legendum. Neque tam paruam. ut in epistola ad M.Crassum. Velim ita ad me scribas de ómnibus mínimis, máximis, mediocribúsque rebus, ut ad hóminem amicíssimum. Conueniam. ibo, & álloquar. Difficilis. ad magnā Parum di. ad paruam rem, quæ homínibus summæ authoritátis cōmitti non solet, unde & in illa epistola légimus, hóminem occídat oportet, qui uestra óperâ uti uelit. Laboriosa. ad magnam réferas. Honesta. ad paruam. Cónfice. quod per literas tuas promisisti. De Dionysio. is erat quidā seruus Cicero. fugitiuus anagnostes, de quo Vatinius ad Cic. sic ait. Dicitur mihi tuus seruus Anagnostes Vardaci esse, de quo tu nihil mandasti. Ego tamen mari, terráque ut conquirerêtur mandâui, & profecto illum tibi repériam, nisi in Dalmatiam aufúgerit, & inde eum aliquando eruam. idem in alia ad eum epistola. de Dionysio tuo adhuc nihil extrîco, & eo minus quod me frigus Dalmaticum, quod illinc eiêcit etiam hic refrigerauit, sed tamen non désinam quin illum aliquando éruam. de quo Cicero nunc illi respōdet. Si me amas. quasi aduerbialiter dictum, ut amabo.

Prædicare
Reddere gratiam
Referre gratiam
Fœmina
Vxores
Sura quis.

ciam, eamq;, si opus esse vidébitur, ipse cōueniā. Tu tamen ei velim scribas, vt nullam rem neq; tam magnā, neq; tam paruā putet, quæ mihi aut difficilis, aut parū me digna videâtur. Omnia quæ in tuis rebus agā, & non laboriosa mihi, & honesta videbûtur. De Dionysio, si me amas, cōfice.

ASCEN. GRATA &c. Non respondet superióri epistolæ, sed álteri, qua Vatinius égerat Ciceroni gratias pro impensis beneficiis, pollicêtur igitur se in officio & uoluntáte permansûrū, monétque ut uxóri scribat eam sibi commendatissimam esse, & demum monet ut fugitiuum persequâtur Dionysium uidélicet. Ordo est. Ego non miror officia mea esse grata, id est accepta tibi, cognôui enim te gratíssimum supple esse ómnium, scilicet hóminum, & ego nunquam déstiti prædicâre id, áliter tamen Appio scripsit. Etenim, id est quia, tu nec modo, id est non solùm, habuisti, scilicet in ánimo, gratiam mihi, uerum etiam retulisti, id est reddidisti re ipsa. supple gratiam, cumulatissimè, quamobrèm tu cognosces pari studio & eâdem uoluntáte erga te, supple in réliquis rebus tuis ómnibus. Quòd, id est quia, tu commendas mihi fœminam primariam, Pompeiam, scilicet nómine, uxorem tuam, ego locûtus sum statim lectis literis tuis, id est postquam légeram líteras tuas, cum Sura nostro, scilicet familiari, ut díceret ei, id est uxori tuæ, uerbis meis, id est nómine aut ex mandato meo, ut supple ipsa denunciâret mihi quicquid opus esset supple illi, & me factûrum supple esse, omnia, quæ ea uellet, summo studio & cura supple summa, & si uidébitur opus, id est operæ prætium esse, ego ipse. i. egomet, conueniam eam, id est ibo ad eam. Tamen ego uelim supple ut tu scribas ei, ut nullam réputet neque tam magnam, neque tam paruam, quæ uideâtur mihi aut difficilis, si sit sane magna, aut parum digna me, id est opera mea, si sit nimiùm parua & fácilis. Omnia quæ agam in tuis rebus. uidebuntur mihi, & non laboriosa, id est non difficilia, nec multi laboris, & honesta. Cónfice, id est consumma, & finem fac, de Dionysio, scilicet seruo fugitiuo, ut rédeat, si amas me.

Ordo

HVBER. QVAMCVNQVE. sensus, quicquid ei promíseris id effíciam. Præstâbo. re effíciam, & seruâbo. Quamcunque fidem déderis ei, quamcunque promissiónem ei feceris data fide. Ímprobus. pérfidus, ut cum promíserit sub fide sua redîre postea nolit. In triumpho cum triumphâbis, ducebantur enim captiui in triumpho post currum imperatóris. Dalmatis. in gratiam Vatinii, execrâtur nunc Ci. Dálmatas, qui ei magnum negocium & laborem darent: laborâbat enim multum in uincendo eos. Dii male faciant Dálmatis. dii perdant Dálmatas pópulos Illýricos. Molesti sunt. id est qui áfferunt tibi magnam molestiam & labórem. Illustrabunt. clariores facient, nam quanto est difficilior uictoria, tanto est illustrior. Hábiti. existimâti. Bellicósi. apti bello, ideo erit tibi gloriosiùs eos uíncere.

Improbus
Illustrare

PHI. QVAMCVNQVE fidem ei déderis. hoc est quodcunque ei promiseris ego efficiam. Varius est enim in hoc uerbo significādi modus, dicimus enim dare fidem pro quidpiam spondêre, aut iurâre, aut confirmâre. Vnde Terent. Thraso. Do fidem futurū.

Dare fidē

quamcunque fidem ei déderis, præstâbo. Si vero improb⁹ fuerit, vt est, duces eum captiuum in triumpho. Dalmatis dii male faciant, qui tibi molesti sunt. Sed, vt scribis, breui capientur, & illustrabunt res tuas gestas. Semper enim hábiti sunt bellicosi. Vale.

Adhibêre & habêre fidem est crédere alicui. Terent. Nam propémodum hábeo iam tibi fidem, in quorū uerborum usu atque significatióne audio multos errare, cum dicant dare fidem, idem esse quòd habere fidem. Do uero cum aliis dictionibus coniunctum alias significationes ampléctit̃, ut dare uerba est decipere: dare ueniam est ignoscere, & interdum quasi cōcedere. Dare potestatem est cōmittere alicuius arbitrio, & longè differt ab eo, quod dicitur fácere potestatem: cum dicâmus feci potestatem tibi meorū liberorum, feci copiam mearum pecuniárum tibi. Nō autem dedi potestatem aut copiam. Præstâbo. quasi obseruâbo, & (ut ita dicam) ratum habêbo, uel effíciam. Ímprobus. ut nolit redîre. Dálmatis. Dalmatiæ populis. Plinius quarto natura. histo. Quæ pars ad mare Adriáticum spectat, appellâtur Dalmatia, & Illyricum ad septentrionem Pānonia uergit. finitur inde Danubio, idem Liburnię finis, & initium Dalmatię Scardona, mediam uero Dalmatiam (ut ait Strabo) mons díuidit Adrius, hinc ad mare, hinc ad terram réliquam. Qui tibi molesti sunt. quoniam in eos superādo máximam molestiam & labórem capiêbat. Malè faciant. perdant. Semper enim hábiti sunt bellicósi, bellum gessêrunt per multos annos cum Románis, ex quo ait Strabo, Ea gens annos complúres aduersus Romános bella gessit. Vbi Vatinius sex óppida ui expugnando cepisse commémorat. Et in eâdem inquit epistola: Nam si hoc expectandum sit, dum totum bellum conficiam. Viginti oppida sunt Dalmatiæ antiqua, quæ ipsi sibi asciuêrūt amplius sexaginta. Bellicósi. bello déditi, & ideo gloria tua erit maior atque præstantior.

Adhibere fidem
Habere fidem
Dare uerba
Dare ueniam
Dare potestatem

Ex.xii. Epistola. Grata tibi esse mea.

Neque enim tu mihi modo tantum gratiam habuisse, uerum etiam cumulatissime retulisti. Cum Sura nostro storrim tuis lectis literis locutus sum, ut ei, etiam meis uerbis diceret. Omnia quæ in tuis rebus agam, non laboriosa mihi, sed perhonesta uidebunt.

ASCEN. QVAMCVNQVE fidem déderis, id est quicquid ei promiseris de me, útpote quòd cum nō cedat, nec minus amet, aut propterea uitúperet & similia. Ego præstâbo, id est exhibêbo & seruâbo sup. eam. Si uero fúerit ímprobus, id est improbandus & incorrigíbilis, ut est, duces eum captiuū in triumpho. Dii malefaciāt Dálmatis, qui sunt molesti tibi, sed ut scribis, ipsi capientur breui. Ridícula est & assentatória imprecatio in hostes, propterea quòd non sinunt se capi ad uoluntatem hostilis imperatóris cupientis de eis triumphâre. & illustrâbunt, id est illustriores & clarióres fácient, res tuas gestas, quia quanto uictória fúerit difficilior, & quanto hostis fórtior & animósior, tanto coróna ac triumphus continget gloriosior, unde addit. Enim, id est quia ipsi, id est Dálmatæ, hábiti, id est existimâti & reputâti, aut inuenti sunt semper bellicósi. Et eam ob rem dicunt Alexandrū regem noluisse cum Amazónibus conflígere, cum uictória parum honóris útpote de muliérculis habêret, & fuga æternum dedecus. Blandítur ergo Ci. Vatinio. Imitanda tamen est alioqui epistola.

petitoria.

M. C. S. D. Lucio Luceio Qu. Filio. Epist: 13.

Coràm me tecum eadē hæc ágere sæpe conantē deterruit pudor qdā penè subrústicus: quæ nūc expromā absens audacius. epistola enim nō erubescit. Ardeo cupiditáte incredíbili, neq; vt ego árbitror, reprehēdēda, nomē vt nostrū scriptis illustrêtur, &

HVBER. CORAM. L. Lucêius uir dicendi peritissimis Itálici ciuilisque belli históriam conficiêbat, in qua se factûrum mentiónem de Ci. & eius rebus gestis nonnunquam significáuerat, uerum cum Cic. auidíssimus esset glorię, & uidêret Lucêium hanc rem differre, non ausus præ pudóre ei coram dícere, hac epistola apertè ab eo petit, ut suárum rérum gestárum commentários confíciat & bréuitèr ostendit quæ ab eo scribi uelit, precipue de coniuratióne Catilînæ oppressa, & de pátria ab eo liberâta, & de exilio suo, qđ per iniuriam & inuidiam, passus est, & dénique de glorióso eius réditu in patriam, qui omnium bonorum consensu restitutus sit, & penè totius Italiæ húmeris reportâtus. laudat autem uehementer & ingenium & genus scribendi Luceii, quo se magna cupiditáte incitâtum scribit, ut res suæ gestæ monumentis literárum ab eo mandentur, quod si ille fácere nolúerit, ostendit Ci. semet de rebus suis scriptûrū, licet arrogantiæ habeâtur res suas commendâre & laudâre, se tamen factûrum exemplo aliórum uirorū clarórum. Postremò præter excellentiam ingenii Luceii, quo se inflammâtum dicit, subdit aliam causam quare tantópere festînet, ut donec uiuus est, uídeat res suas scriptas & illustrâtas & diuulgâtas, & sic uiuus possit ex gloria sua uoluptâtem cápere. Coram. in præsentia, & ut dícimus ad faciem, & hoc loco aduerbii uim habet, & ad persónas tantùm refertur, palàm ad omnia, est etiam sensus. cum uellem coram, & in præsentia tibi éadem hæc dicere, quæ nunc scribam audaciùs, prohibitus sum à pudóre timiditátis pleno, & non satis rationábili. Agere tecum. te rogâre, uerba tecum fácere. Conantem. tentantem. Virg. Ter conâta loqui. Pene subrústicus. pene aliénus à uiro ciuili, qui non debet uerêri in re honesta, qualem à te petitûrus sum. Rusticitas autem pro inepta & tímida uerecundia accípitur. Ouid. in arte. Et si rustícitas non uetat, ipsa rogat. Quidam, quasi dicat non satis cum ratióne. Detérruit. prohíbuit. Exprômam. próferam, enarrâbo. Nunc. cum scribo. Audaciùs. minus timidè quàm coram egissem. Epístola. quæ ad absentes lóquitur. Non erubescit. non habet pudórem, quia non uidet eum ad quem lóquitur, neque habet sensum, et ideo audaciùs lóquitur. Ouid. in epistolis Phedræ. Dícere quæ puduit, scribere iussit amor. Ardeo. incipit exprómere quid uelit à Luceio. Ardeo. inflammâtus sum. Incredíbili. maióri quàm quispiam crédere possit. Neque reprehenden. hoc dixit Ci. quia méminit in. 1. officiórum dixisse. Cauenda est etiam gloriæ cupíditas, eripuit enim libertátem pro qua magnánimis uiris omnis debet esse conténtio, ideo dicit hanc suam cupiditátem gloriæ non esse reprehendendam, quæ ex recte factis requíritur, in officiis autem intelléxit non ueræ sed inânis gloriæ cupiditâtem, & eam nimiam. Illustrêtur. fiat illustre & ómnibus notum.

Coram
Palam
Agere tecū
Conari
Rusticitas
Exprome re
Ardeo

ASCEN. CORAM &c. Lucius Luceius uir dicendi peritissimus Itálici ciuilisq; belli históriam scribêbat, in qua se factûrum mentionem gestórum à Cicerone significáuerat, uerum cum Cicero auidissimus esset gloriæ, uidêretque Lucêium rem differre stimulat eum, monétque, quæ & qua forma de se scribi uelit, quæ si Luceius recusáuerit, ipse de se scriptûrus sit, magnórum uirórum exemplo. Ordo est. Pudor quidam, penè, id est quasi, subrusticus, id est aliquantùm rusticus & agrestis. rustici autem uerentur sæpe, ubi uerêri nõ débeant, eo quòd nésciunt quãdo benè faciant, detérruit me conantem sæpe hæc éadem ágere. i. tractâre tecũ, coràm, id est in præsentia, quæ ego absens expônam, id est declarâbo nunc audaciùs. Etenim, id est quia epistola non erubescit, & ita longè audêmus plura scripto, quàm uerbo pétere. Ego ardeo, id est uror cupiditáte incredíbili, neque reprehendenda, ut ego árbitror, quia de re honesta, uidélicet ut nomen nostrum illustrêtur. i. nobilitêtur, & clarius fiat.

Ordo.

*PETRI VICTO. CASTI. M. Cicero S. D. L. Luceio Qu. F. Quod in Medicæo códice constantèr seruâtum animaduértimus, id ipsi quoque custodíuimus. LVCCEIVS, scilicet esse illius nomen, non Luccius. Quod quamuis parui momenti esse uideâtur, non multi quoque labóris est retinêre, postquam antiquis monimentis fidem habêre uólumus, præterquam quòd semper hic per duo C C scribitur, uidimus etiam Romæ in antiquo lápide hoc nomen ita scriptum esse.

D. M.
LVCCEIAE
SECVNDINAE
TI. CLAV.
PRISCVS VITRICVS
VIX. AN. II. MEN. V.

Sed alium etiam Arretii esse scimus, in quo idem etiam nomen eodem pacto scriptum sit.

celebrêtur tuis. quod etsi mihi sæpe ostendis te esse factûrum, tamen ignoscas velim huic festinationi meæ. Genus enim scriptórum tuórum etsi erat semper à me vehementèr expectâtum, tamen vicit opiniónem meam: mèque ita vel cepit, vel incêdit, vt cúperem quàm celerrimè res nostras monumentis commendâri tuis. Neque enim me solum cõmemoratio posteritátis ad spem quandam immortalitátis rapit: sed etiã illa cupíditas, vel vt autoritate testimonii tui, vel indicio beneuolentiæ, vel suauitáte ingenii, viui perfruâmur. Neque tamen hæc cum scribêbam, eram néscius quantis onéribus premerêre susceptárum rérum, & iam institutárum. sed quia vidêbam Itálici belli, & ciuilis historiã iam à te penè esse perfectam (díxeras autẽ mihi te réliquas res ordiri) deesse mihi nolui, quin te admonêrem, vt cogitâres, coniunctè ne malles cũ reliquis reb⁹ nostra cõtéxere: an, vt multi Græci fecerũt, Callisthenes Troicũ bellũ Timæ⁹ Pyrrhi, Polybi⁹ Numátinũ (q oés

HVBER. CELEBRÊTVR. diuulgêtur, & laudêtur. Quod. ut célebres nomen meũ. Ostendis. promissionibus tuis. Festinationi. accelerationi meæ, qui tibi instẽ, neque expectem ut tu sponte sponte facias. Genus. artificiose trãsfert causam huius festinationis in laudem Luceii. Expectâtum. desyderâtum. Vicit opiniónem meam. s. maius & præstantius est, quàm opinâtus sum. Cepit. allexit, alligâuit me. Vel incêdit. inflammâuit, quod plus est. Rumóres nostros. famã quæ est de me, & meis rebus gestis. Monumẽtis tuis. tuis historiis quæ sunt futuræ monumẽta rerũ. Neque. addûcit aliquot causas propter quas ostendit se optâre laudâri à Luceio. Cõmemoratio posteritátis id est laudatio, quæ est futura de me apud pósteros, si de meis rebus scripseris. Spem immortalitátis. ad spem æternæ memóriæ, nam per scripta clarórum uirórum, nõ autem per picturas & statuas nóminis immortalitas comparâtur. Illa. quæ séquitur, quasi máxima. s. Vt uel autoritáte. i. fide existimatióne, plus enim crédimus hominibus doctis & claris, quàm imperîtis. Indicio beneuolentiæ. capiam enim uoluptatem te significâsse tuum erga me amórẽ. Suauitate. facilitáte, & prõptitúdine elegantèr exprimendi quę uelis. Perfruâmur. capiâmus fructum & uoluptátẽ. Neq; tamen. ostendit Ci. non arrogantia, sed opportunitáte témporis se adductum esse, ut hanc rem hoc potissimum témpore à Luceio péteret. Onéribus. molestiis & labóribus. Institutárũ. incœptârũ. Itálici. quod in Italia gestũ est, dictum sociale contra Latinos, Hethruscos, Marsos, & Sãnîtes. in quo bello Cato Ethruscos domuit, Sabînus Marsos, Carbo Latinos, Sylla Sãnîtes. Strabo uero. Pompeius omnia flámis & ferro populâtus non prius cediũ finem fecit, quàm Ásculi euersione. Ciuilis belli. non Pompe. & Cæ. bellum quod fuit post oppressam coniuratiónẽ. sed Syllæ & Marii. Ordîri. inchoâre. Reliquas. quæ post bellum Itálicũ & ciuile fuerunt. Nolui deesse mihi. nolui culpa mea omíttere & esse négligens. Quin. ut non. Malles. potius uelles. Contéxere. coniúngere, tractum à telis, sicut & ordîri. An ut multi. ostendit artificiosè ex eo quod dicit alios historiógraphos fecisse, Luceium quoque fácere debêre, ut ciuilem coniuratiónem à Cice. oppressam à réliquis bellis séparet. ordo est, ut cogitâres an malles contéxere nostra cum réliquis, an tu quoque malles seiúngere ciuilem coniuratiónem ab hostílibus & externis bellis, ut multi græci fecêrũt Callisthenes Tróicũ bellum, Timæus Pyrrhi &c. Callisthenes. subaudi seiunxit bellum Tróicum à reliquis bellis. Tróicum. troiânum, gestum aduersus græcos. x. annos, qui Hélenã à Páride raptam repetêbãt, nota est fábula. Callísthenes philósophus fuit & scriptor historiárũ, Aristótelis discípulus, non solùm ingenio, sed etiam eloquẽtia præstanti, quẽ ut scribit Iusti. lib. xv. cum Alex. Macedo, propter salutatiónis Pérsicæ interpellâtũ morem insidiarũ, quæ sibi paratæ fuerãt, consciũ fuisse, iratus finxisset, truncatis crudeliter membris, abscisisq; auribus ac naso & labiis, deforme, ac miserandum spectaculum réddidit. Cum uero cum cane clausum cauea ad metum cæterorũ circunferret. Lysímachus eius

Celebrâre

Suauitas

Perfrui

Quin

Ordo

Callisthenes

eius discípulus miserâtus tãti uiri, nõ culpæ sed libertatis pœnas pédentis, uenenũ ei in remedium calamitátũ dedit. Ante uero q̃ Alexandro suspectus fuisset, cum eo mílitans scripsit bella, quæ Alexan. gessisset, & itẽ alia aliorum. separauit autẽ bellum Troianum à reliquis: útpote quod magnum & memorábile p̃ter aliqua fuisset. Timæus. philo. Locrensis patria amicissimus Platonis. Pyrrhi. s. bellum, Pyrrhum autem intélligit non Achillis filiũ, sed Epirotarũ regẽ, qui multa bella aduersus Romanos gessit, tandẽ à M. Curio Dẽtato ex Italia pulsus, & in Græciã reuersus, dum Argos oppugnâret, ictu tegulæ interfectus est. Polybius. is licet græcus, studiosissimus nóminis Scipionis Africani, eius qui Numãtiam Hispaniæ urbẽ delêuit, cum historiam scríberet multorum bellorum, Numantînum bellum separáto uolúmine scripsit.

Tymæus

Pyrrhus

Polybius

ET celebrêtur. i. célebre fiat, scriptis tuis. Quod. i. quã rẽ, & si. i. q̃q̃, ostendis mihi sæpe te esse factûrum, tñ uelim, sup. ut ignoscas huic festinatiôni meæ. Enim. i. quia, genus scriptórũ tuórũ, & . i. q̃q̃ erat semp spectâtũ, & . i. optâtum à me, uehementèr tñ uicit. i. superâuit, opinionẽ meam. i. elegantiùs & meliùs est q̃ opinâbar, & uel cepit. i. affecit quasi captiuũ, uel incẽdit. i. inflãmâuit, me ita, ut cúperẽ rumóres nros. i. sermões, incertórũ authórũ, q̃ habentur de rebus à me gestis, cõmendâri. i. laudâri, aut cõmitti, monumẽtis tuis. i. testimoniis scriptorũ tuorũ, quæ legentẽ moneãt rerũ à me gestârum, q̃, ꝓ p̃ q̃ celériter. Rarũ gen⁹ locutionis, p̃sertim apud Ci. in quo q̃ ꝓ ualdè ponâtur cũ positiuo, nã scd̃m Vallã dicẽdũ esset q̃ celerrimè, nisi fortassis dicas, q̃. i. o q̃tũ celeriter, sicut in Andria Terẽ. Reiêcit se in eã flens, q̃ familiáritèr. i. o q̃tũ familiaritèr, ut expônit Valla cũ possit dici q̃ ꝓ p̃quã pósitum, ut hoc loco. Nõ. n. solùm cõmemoratio posteritátis. i. eorũ, qui post nr̃am ætatẽ futûri sunt, rapit me ad quãdã spem immortalitátis. s. famę & nois, sed etiã illa cupíditas, ut uiui p̃fruantur authoritáte testimonii tui uel iudicio beneuolentiæ. s. tuæ in me, uel suauitáte ingenii. s. tui, in cõtexendis historiis, uiui inquã. i. tãtisper dũ uiuâmus. Nã nõ dúbitat quin cessãte inuídia, ut post óbitũ inuisórũ fieri solet, uirtus defuncto in honóre sit. Neq; tñ cum scribêbã hæc. i. has líteras, erã néscius. s. nõ ignorâbã, quãtis onéribus rérum susceptárum. s. à te, ut eas p̃scribas, & in débitã formã históriæ dígeras, & institutárum. i. inceptárum iam, unde instituere est quasi à primordiis rerum erudîre queq̃, & inde institûtum dicit̃ quasi ꝓpósitũ & inceptum, institûta uero mores à principio alicuius ciuitátis institûti. Institutiónes autem sunt formæ & rationes instituendi ac præceptiones, ut Valla obseauauit, tu p̃merêre. i. quasi obruerêris, hoc est quãtæ molis sit rẽ talẽ p̃ficere. Sed quia uidebã historiã belli Italici. i. socialis, quod cũ Italis à Romanis gestũ est, & ciuilis, qd̃ inter ciues Romanos gestũ est, de quo Appiánus scripsit, esse iã penè. i. quasi perfectã à te, díxeras autẽ mihi te uelle ordîri. i. ex ordine ággredi, aut incípere, réliquas res, nolui deesse mihi. i. honóri meo, quin admonêrẽ te, ut cogitâres, ne. i. an malles. i. magis uelles. cõtéxere. i. sub uno filo & ductu orõnis per modũ rapsodiæ conscribere, nostra. i. res à nobis gestas, cũ cęteris rebus, an ut multi Græci fecêrunt, útpote Callisthenes, sup. fecit seorsũ bellũ Tróicum. Timæus supple bellum Pyrrhi Epirotârũ regis cũ Tarentînis contra Romanos bellum gerentis. Polybius Numãtînũ supple bellũ, qui oẽs separauêrũt ea, quæ dixi bella.

ASCEN.

Quam cũ positiuo

Institutiones

Instituta

à perpetuis suis historiis ea quæ dixi, bella separauerunt) tu quoq; item ciuilẽ coniurationem ab hostilib⁹, externisq; bellis seiungeres. Equidẽ ad nostrã laudẽ non multum uideo interesse: sed ad properationem meã quiddam interest, non te expectare dum ad locũ uenias, ac statim causam illam totam, & tempus arripere. Et si mul si uno in argumẽto, unaq; in persona mens tua tota uersabitur: cerno iam aĩo, quanto omnia uberiora, atq; ornatiora futura sint. Neq; tamen ignoro q̃ impudenter faciam qui primũ tibi tantum oneris imponam: potest enim mihi denegare occupatio tua. deinde etiã ut ornes me, postulẽ. quid si illa tibi nõ tãtopere uidêtur ornãda? Sed tamẽ, qui semel uerecundiæ fineis transierit, eũ bene, & nauiter oportet esse impudentẽ. Itaq; te plane etiam atq; etiam rogo, ut ornes ea uehemẽtius etiam, q̃ fortasse sentis: & in eo leges historiæ negligas: gratiamq; illam de qua suauissime quodam in prooemio scripsisti, à qua te flecti nõ magis potuisse demõstras, quàm Herculem Xenophontium illũ à uoluptate. ea si me tibi vehementius cõmendabit, ne aspernêre: amoriq; nostro plusculũ etiã, q̃ cõcedet veritas, largiare.

HVBER. PERpetuis. cõtinuis. Oui. pri. meta. Ad mea ppetuũ deducite tpa carmẽ. Tu q. sicut supradicti. Ciuilẽ. coniuratione Catilinæ & Cethegi, & aliorũ quorũdam cõiurationẽ dicit, quã Ci. ingenti animi magnitudine oppressit, quã uellet à reliqua serie historiæ ita separari à Luceio, quasi memorabile & maximũ facinus, sicut à p̃dictis authoribus p̃dicta bella separata sunt a reliquis bellis. Hostilibus. quæ cõtra hostes gessimus, cũ hæc cõiuratio fuerit inter ciues, neq; bñ cõueniat cũ bellis hostilib⁹. Externis. pegrinis, sicuti cõtra Parthos, Carthaginenses, & alios qui extra Italiã sunt. Seiungere. separe. Equidẽ. dicit se ualde optare ut acceleret scribere has suas res gestas, anteq̃ ueniat ad locũ illius historiæ. Nõ mul. inter. nõ esse magni momẽti & ponderis, quia tãta erit laus mea si scripseris cũ ordo historiæ postulabit, sicut si p̃ueneris, sed expectãdo locũ ordinis nõ satisfacies cupiditati meæ, quia (ut ante dixi) uellẽ id q̃primum uidere. Quiddã. aliqd. Ad expe. ad desyderiũ & cupiditatẽ meã. Ad lo. ad obseruationem ordinis, ut prius scribas quæ gesta sunt ante cõiurationẽ & consulatũ meũ, deinde scribas de cõiuratione. Illã causã. illum tractatum cõiurationis. Arripere. celeriter rapere, & p̃occupare. Et simul. alia ratio quare cupiat res suas gestas ab aliis separari à Luceio, quia si ĩgeniũ Luceii uersabit̃ solum in una materia multo uberius & elegãtius eã scriberet, q̃ si in diuersis materiis & gñibus historiarũ uersetur. Vno arg. una & simplici materia cõiurationis. In. u. per mea cõmendanda. Cer. a. p̃uideo & cognosco. Vberiora. copiosiora. Quã impu. q̃ audacter & sine uerecundia. Tantum one. tantum laboris, ut totam historiam de meis reb⁹ scribas. Duo dicit se facere impudenter, primum q tantum laboris Luceio imponat, deinde q petat ut ab eo laudet̃.

Arripere

De

Universidad de Deusto Biblioteca

Deinde

Dene. ut ſuſcipias tantũ oneris ꝓ me. Deinde. ſecundo loco. Ornes. laudes, & illuſtres me tuis ſcriptis. Quid .ſ. dicam. Illa. quæ ego geſſi, & te laudari & ornari poſtulo. Sed tamen. reſponſio ad hanc obiectionem, eſt autem ſententiæ exornatio & eſt ſenſus, qui ſemel uerecundiæ terminos tranſiuit, neceſſe eſt eum ualde impudentem eſſe, neq; poſtea facile erubeſcere, ſic Iu. in ſa. Exemplo quodcunq; malo inquit, Quando recepit eiectum ſemel attrita defronte ruborem. Bene. ualde, quantitatem enim nunc qualitatem ſignificat, nam bonus magnum & multum interdum ſignificat. Horat. At bona pars hominum decepta cupidine falſo. Bona pars .i. magna, ſic etiam Perſi. At bona pars procerum tacita lababit acerra. Nauiter. diligenter, audacter, magno animo. Itaq;. igitur, quia ſemel terminos uerecundiæ tranſiui. Plane. aperte. Etiam atq; etiam. uehementiſsime. Quam ſentis. i. quàm iudicas eſſe laudanda. In eo. in ea re, in laudandis meis geſtis. Leges. conditiones.

Bene
Bonus
Bona pars
Nauiter
Etiam atq; etiam

Hiſtoriæ. quæ tantum res ueras ſcribit. Volo. n. ut de me etiam plura ſcribas q̃ geſſerim. illud enim eſt negligere leges hiſtoriæ, ſcribere etiam quæ non ſunt uera. Gratiamq;. quodam procemio Luceius ſcripſerat ſe nunq̃ flexurum animum à ueritate propter gratiam aut amicitiam alicuius, ſicuti nec Hercules propter uoluptatem deflexus eſt à uia uirtutis, ut ſcribit Xenophon au. Græcus. nunc igitur petit Cic. à Luceio, ne aſpernetur hanc gratiam: ſed eam potius ſequatur, & propter eam uelit eum etiam uehementius cõmendare, q̃ ueritas exigat. ordo pendet à ſuperioribus propter copulã q;: ſic & rogo ne aſpernere gratiam, de qua in quodam procemio ſuauiſſime ſcripſiſti, à qua demonſtras te nõ magis potuiſſe affici q̃ illum Herc. Xenophontiũ à uoluptate, ſubaudi affici potuiſſe ſcribis. Gratiã. amicitiæ & beneuolentię reſpectum. Affici potuiſſe: capi & delectari. Xenophon. de quo Xenophon ſcripſit, qui Her. cũ exiſſet in ſolitudinẽ, ut inquit Ci. pri. offi. & & ambas uias uidiſſet, alteram uoluptatis, àlteram uirtutis, diu multumq; ſecum dubitauit utram melius eſſet ingredi. Tandem tñ nõ potuit allici à uoluptate, ut à uia uirtutis diſcederet. Illũ. q. d. ab oĩbus celebratũ.

Ea. ſ. gratia. Si me ti. con. ſi uidebitur hortari te, ut pro me aliquantulum à ueritate, & à lege hiſtoriæ diſcedas. Ne aſpernere. ne reſpuas. Largiare. condones, indulgeas. Pluſculum. aliquanto plus.

Pluſculũ

ASCEN. ❡ A PErpetuis. i. cõtinuatis hiſtoriis ſuis, hoc eſt ea bella ſeorſũ ſcripſerunt, & in Rapſodia aliorum non poſuerunt, ut noſtris tẽporib⁹ Ant. Sabellicus præter Rapſodiam ab ordine mundi, ſcripſit ſeorſum res Venetorum, tu quoq;. i. etiã, tu item. i. ſimiliter, ſeiungerẽs. i. ſegregares, cõiurationẽ ciuilẽ. ſ. Catilinæ & ſociorum, ab hoſtilibus & à bellis externis, equidẽ. ſ. ego quidem, uideo intereſſe. i. referre non multum ad laudẽ nr̃am .i. quantum ſit ad laudem noſtram, ſed quiddam. i. quædam certa res, intereſt ad properationem meam, non expectare donec. ſ. ſcribendo cætera, uenias ad locum ubi ciuilia bella eſſent ſcribenda, & arripere ſtatim cauſam illã totã. ſ. ſuſcepti ac oppreſſi belli ciuilis, & tempus. i. quibus conſulibus oppreſſum ſit. Et ſimul. i. præter properationem meam, cui ſic facilius ſatiſfiat, ego cerno iam animo. Cernere enim proprie ad exteriora ptinet, unde adiecit animo, quanto oĩa futura ſint uberiora atq; ornatiora, ſi mẽs tua uerſabitur tota in uno argumento. i. in una materia, & in una perſona, ſignificat perſonã ſuã, quaſi uero collega nihil egerit. Neq; tñ igno ro q̃. i. quantum, impudenter faciam, qui primũ imponam tibi tantũ oneris, occupatio enim tua poteſt mihi denegare. ſ. quod peto, deinde qui poſtulem etiã ut ornes me. i. honorifice de me ſcribas. Quid ſup. dicẽ dum ſit, ſi illa. ſ. quę peto, non uideantur tibi ornanda. i. laudibus decoranda, tantopere. ſ. ut ego poſtulem. q. d. obmuteſcendum ſit. ſed tñ oportet eum qui tranſierit ſemel fines uerecundiæ. i. qui ſemel inuerecunde egerit, aut petierit, eſſe impudentem bene. i. multũ, & nauiter. i. ſtrennue, alioqui rubore ſuffunderetur. Itaq; q. d. quia ſemel uerecundiæ fines tranſiui, ego rogo te plane. i. manifeſte: etiam, atq; etiam, ut &. i. ſimul ornes ea. ſ. quæ à me geſta ſunt, uehementius q̃ ſentis fortaſſe. ſ. ornanda eſſe, & negligas in eo leges hiſtoriæ, quarũ prima eſt, omnia uere & nihil ad gratiam alicuius dicere, & ne aſpernere. i. ne contemnas gratiam illã, de qua ſcripſiſti ſuauiſſime in quodam procemio. ſ. ꝙ multos ſubuertat, & à uero deflectat, à qua demonſtras te nõ potuiſſe affici. i. moueri à uero magis q̃ Herculem illum. ſ. nobiliſsimum, Xenophontium. i. de quo ſcribit Xenophon. Quomodo. ſ. ut narrat in primo officiorum, Hercules in deſertum adductus, uidit duas uias, alterã uoluptatis, quæ amœniſſima erat, ſed mortem habebat in exitu. alteram uirtutis, quæ aſpera & ardua in principio immortalitatem promittebat in exitu, grauibus uerbis uoluptatem increpitans uirtutem eſt cõplexus, potuiſſe. ſ. affici à uoluptate, qui nullo modo affici potuit. ſi ea. ſ. gratia, cõmendabit me uehementius, ſcilicet q̃ deccat, & largiare. i. indulgeas, amori noſtro pluſculum. i. aliquanto plus, etiam q̃ ueritas concedit.

Cerno

Herculis ad uoluptatẽ uerba HVBER.

❡ QVOD. quam rem. Adducemus. perſuadebimus tibi. laudat materiam rerum ſuarum, quas dicit eſſe dignas facultate & eloquẽtia Luceii. Facultate. ingenio & doctrina. Copia. eloquẽtia, quæ copia uerborũ maxime conſtat. A principio. artificioſe proponit Luceio modum quendam & ordinem ſcribendæ hiſtoriæ ſuæ. A principio coniurationis. quo tempore neceſſitate deſignatus ſum conſul, propter maximũ periculum reipub. Ad reditum. ab exilio. Corpus. uolumen. tranſlatiue dixit corpus. Modicum. non parum, ſed mediocre. paulo enim poſt oppreſſam cõiurationem ciectus eſt Cic. in exilium, à quo poſt mẽſes. xvi. reſtitutus eſt in patriam. Illa ſcientia, ſcilicet mea. i. mea cognitione & inueſtigatione, qua uſus ſũ in cognoſcendis cõſiliis coniuratorum. Vel in explicãdis. i. aperiendis, & declarat quibus apparuerit ei⁹ ſcientia. In remediis incõmodorũ. i. in ꝓuidendo periculis poſtq̃ cognoui cauſas. Duces. exiſtimabis. Cõprobabis. collaudabis. Agendũ liberius. loquendum liberius & apertius. Vt cõſueuiſti. ut es ſolitus: & hoc dicit Ci. ut magis incitet Luceium ad loquendum libere, & ſcribendũ quod ipſe uult. Perfidiam. improbitatem. Inſidias quæ paratæ ſunt mihi à coniuratis, cũ ſtatuiſſent me interficere: hæc oĩa optime notauit Salu. Caſus noſtri. nr̃æ fortunæ, quia cum patriã liberaſſem funct⁹ ampliſſimo magiſtratu: & pater patriæ appellatus eſſem. Poſtea in exilium actus ſum, & inde reuocatus totius ſenatus & omnium bonorum magno conſenſu.

Quod ſi te adducemus, ut hoc ſuſpicias, erit (vt mihi perſuadeo) materies digna facultate, & copia tua. A principio enim coniurationis vſque ad reditum noſtrũ, uidetur mihi modicum quoddam corp⁹ confici poſſe. in quo & illa poteris vti ciuilium commutationum ſcientia, vel in explicandis cauſis rerũ nouarũ, vel in remediis incõmodorum, cum & reprehendes ea, quæ vituperãda duces: & quæ placebunt: exponendis rõnibus cõprobabis, & ſi liberius, vt conſueuiſti, agendum putabis, multorum in nos perfidiam, inſidias, proditionem notabis. Multam etiam caſus noſtri tibi varietatem in ſcribẽdo

bitatem

ſuppeditabunt, plenam cuiuſdam uoluptatis, quæ uehementer animos hominũ in legendo ſcripto retinere poſſit. Nihil eſt enim aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum uarietates fortunæque uiciſſitudines. quæ etſi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ. HABET ENIM PRAETERITI doloris ſecura recordatio delectationem. Cæteris uerò nulla perfunctis propria moleſtia, caſus autem alienos ſine ullo dolore intuentibus, etiam ipſa miſericordia eſt iucunda. Quem enim noſtrũ ille moriẽs apud Matineam Epaminundas non cum quadam miſeratione delectat? qui tum denique ſibi auelli iubet ſpiculum, poſteaq̃ ei percontanti dictum eſt, clypeũ eſſe ſaluum: vt etiã in uulneris dolore æquo aĩo cum laude moreretur.

❡ SVPPEDITABVNT. ſuggerent, ſubminiſtrabũt, & dabunt. Varietatem. quia modo fœlix, modo miſer uiſus ſum. Cuiuſdam, certę. Voluptatis, quia lectores uoluptatem capiunt ex uarietate rerum. HVBER. Suppeditare

Viciſſitudines. permutationes, quæ ſunt uiciſſitudines fortunæ. Optabiles in experiendo. quia nemo uellet qui utitur fortuna ſecunda experiri eius uiciſſitudinem. Secura. ſine metu, ſiue periculo, unde illud Virgil. Forſan. & hæc olim meminiſſe iuuabit. & Seneca. Quod fuit durum pati, dulce eſt meminiſſe. Cæteris. ſẽlus eſt & iunct⁹ eſt ſuperiori fortunæ uiciſſitudines etiam ſi in experiendo nõ fuerunt optabiles, tamen in legendo ſunt iucũdæ. cæteris uero quæ nullam propriam moleſtiam habuerunt, ſed alienos caſus ſine ullo dolore intuentur, etiam ipſa miſericordia eſt iucunda. Perfunctis nulla propria moleſtia, id eſt qui nullam moleſtiam aut periculum ꝓprium habuerunt. Intuentibus. conſyderantibus legendo. Alienos caſus. qui aliis acciderunt. Iucunda. quia non meminimus exilii Ciceronis, & aliorum incommodorum eius, quia ad nos ea nihil ptinent. ideo ipſa miſericordia nobis eſt iucunda, id eſt, delectat nos miſereri. Quem noſtrum. quaſi dicat quemlibet: probat quod dixit miſericordiam in alienis caſibus iucundam eſſe. Ille. uir celeberrim⁹, qui melior fuerit imperator an philoſophus incertũ eſt: Theban⁹ patria aduerſus Lacedæmonios pugnãs acerrime in prelio uulneratus: poſtquam eſt in caſtra relatus, ſemianimus uocem ſpiratumque collegit, & id unum à circunſtantibus requiſiuit: num cadenti ſibi ſcutum ademiſſet hoſtis, quòd ut ſeruatum audiuit, allatum uelut laborum glotiæque ſocium oſculatus eſt. iterum quæſiuit utri uiciſſent: uti audiuit Thebanos, bene habere ſe rem dixit, atque uelut gratulabundus patrię expirauit. De hoc Epaminunda, uide plenius apud Iuſtinum in fine libri ſexti.

❡ QVOD ſi adducemus te, id eſt perſuadebimus tibi, ut ſuſcipias hoc, ſcilicet bellum Catilinarium perſcribendum, erit ut perſuadeo mihi materies digna facultate, facili. poteſtate, & copia, id eſt abundantia tua, ſcilicet in ſcribendo. Enim, id eſt quia, quoddam corpus modicum, id eſt quoddam uolumẽ, aut quidam tractatus per ſe: uidetur mihi poſſe confici, id eſt compleri à principio coniurationis, uſq; ad reditum noſtrum ſcilicet ab exilio, in quo ſcilicet corpore poteris uti, &, id eſt etiam, illa ſententia ciuilium coniurationum id eſt quæ lata eſt in coniurationes ciuiles. ſunt qui legant ſcientia, id eſt cognitione, uel in explicandis cauſis rerum nouarum, id eſt cur res innouatæ ſint à cõiuratis, ſcilicet ob æs alienum uel in remediis incommodorum, quæ ſcilicet ſecuta fuiſſent, repete explicandis, cum &, id eſt ſimul, reprehendas ea quæ duces, id eſt exiſtimabis uituperanda, & ſup. dum comprobabis, explicandis rationibus, id eſt explicando rationes, ſupple eorum, quæ placebunt. Et ſi putabis agendum liberius, ut conſueuiſti ſupple, agere in deſcriptione rerum, tu notabis perfidiam inſidias, proditionem multo rum in nos. Caſus etiam noſtri, id eſt uaria euenta, aut erũ ne ſuppeditabunt, id eſt ſubminiſtrabunt tibi in ſcribendo uarietatem plenam cuiuſdam uoluptatis: quæ ſcilicet uoluptas poſſit retinere uehementer animos hominum in legendo ſcripto, id eſt in eo quod ſcriptum eſt. Nihil enim eſt aptius ad delectationem lectoris, quã uarietates temporum & uiciſſitudines fortunæ: quę ſcilicet uiciſſitudines, & ſi, id eſt quanquam, non fuerunt optabiles nobis experiendo, id eſt dum eas experiremur: erunt tamen iucundæ in legendo, id eſt dum a nobis legentur. Enim, id eſt quia, recordatio ſecura, id eſt ſine timore & cura, doloris præteriti habet delectationem. Vero proſed, etiam ipſa miſericordia eſt iucunda cæteris, nulla id eſt non ulla, non perfunctis ulla propria moleſtia, intuentibus. i. dum uidẽt caſus alienos ſine ullo dolore. Quem enim &c. Probat iucundam eſſe lectionem alienæ cladis, qui miſericordia proſequamur exemplo Epaminundæ Thebani imperatoris fortiſsimi & philoſophi acutiſſimi, qui contra Lacedæmonios uiriliter pugnãs letale uulnus accepit: relatusque in caſtra quæſiuit, num ſcutum ademiſſet hoſtis: quod ut ſaluum audiuit, oſculatus eſt ipſum tanquam ſocium laboris, deinde ſciſcitando audiẽs ſuos uiciſſe lubens expirauit. Ordo eſt. Enim, id eſt quia, Epaminundas ille, ſcilicet nobiliſſimus imperator Thebanorum moriens apud Mantiniam, ut Strabo ſcribit Mantineam. Eſt autem locus ubi prælium cum Lacedæmoniis commiſit. quem noſtrum non delectat cum quadam miſeratione, quaſi dicat nullum non, & ita unumquemque delectat. Qui iubet, ſcilicet ut narratur in hiſtoriis, quæ rem quaſi præſentem oculis legẽtium exhibent, unde præſenti utitur tempore: tum denique, id eſt tunc primum, ſpiculum, id eſt telum acutum, auelli, ſcilicet a corpore ſuo, poſtea q̃ dictum eſt ei percontanti, id eſt diſquirenti, num clypeus ablatus ſit, clypeũ eſſe ſaluum: ita ſupple auelli ſpiculũ ut etiam moreretur in dolore uulneris æquo aĩo, cum laude.

ASCEN.

Epaminũdas

CVIVS

HVBER. IVCVIS.q.d.cuiuslibet. Themistoclis.ducis Athenienſium,cuius adoleſcentis prima gloria & futuræ im-
Themiſto cles peratoriæ uirtutis prima indoles apparuit eo prælio,quo duce Miltiade Perſę ſub Dario rege uicti fuſiq; ſũt,
deinde dux belli aduerſus Xerxem nõ ſolum patriam ſed uniuerſam Græciam à Barbarorum periculo & ſer
uitute liberauit,ut apud Iuſt.li.ſecũ.ſcriptum eſt.Is poſtea per inuidiã à ſuis ciuibus in exiliũ actus,& deinde
Ordo cũ magna omnium lætitia reuocatus eſt. Ordo,ſeries,obſeruatio. Annaliũ,librorum, qui tãtummodo qd
Annales quoquo anno geſtum ſit demonſtrant. de differẽtia annalium,hiſtoriarum,& diarii Au.G.ſcribens dicit An
nales tantummodo eſſe cum res plurium annorum obſeruato cuiusq; anni ordine componuntur.Cum uero non per annos, ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribuntur,diarium eſt.Hiſtoriam uero aiunt rerum geſtarum eſſe uel expoſitionem,uel demonſtrationẽ uel quoquo alio modo dicendum eſt.Deniq; hiſto-
Diarium Hiſtoria ria tanq̃ genus eſt,annales tanq̃ ſpecies. nam oẽs annales hiſtoriæ ſunt,ſed non cõtra.Taceo quod dicit Ser.in pri. Aenei.quia à nullo uiro docto probatur, quod de ea differentia ſentit. Faſti dies dicebantur, quibus ſine periculo prætoribus licebat certa uerba
Faſti dies Faſti libri fari.ſ.do,dico,abdico,dicti ut uoluit Priſcia.à fando.
Faſtus Faſti uero libri,teſte Feſto,in qbus totius anni ſit deſcriptio.Nam faſti dies feſti ſunt,& eſt ſecundæ decli nationis,licet Lu.dixerit, Nec meus eudoxi uincetur faſtibus annus.pro ſuperbia uero & elatione quartę eſt declinationis ſemper. Ancipites.dubii, pleni peri culis. Varii.modo proſperi,modo aduerſi. Admi rationem.audientium & legentium Expectationẽ. ſpem,ut cum legimus Ci.in exilium actum ſperemus propter eius excellentiam eum reuocatum iri. Læti tiam.lætamur enim cum uidemus uirtuti dari præmia. Moleſtiam,de infortuniis excellentium uirorũ. Exitu.ſiue ut uiri boni ĩ uita exitum habeat uel fœli cem,uel plenum miſerationis,ut de Pom.de Cic. ipſo,cuius caput & manus amputata eſt. Quod.ut ex pleatur animus iucundiſſima uoluptate. Secernas. ſeiungas,ſepares. Quaſi fabulam.tanq̃ fabulam quã-
Euentus dam & comœdiam. Euentorum.caſuum,ſucceſſuũ.
Euenta Euenta autem ſecundæ,& euentus quartæ declinatio nis dicitur. Habet enim.dicit hiſtoriam ſuam poſſe in partes diuidi,ſicut & comœdiam: partes autem principales fabulæ dicuntur actus quæ neq; plures neq; pauciores quinq; eſſe debent. Hora.in arte poe ti.Neue mi.quin.nec ſit productior actu Fabula,quæ poſci uult & ſpectata reponi. Actus autem unus in-
Actus Actio terdum multas ſcenas habet,actio uero eſt pars ſecũ daria,quę qualibet ſcena continetur:ut puta partus Glycerii. Conſiliorum. meorum,quæ fuerunt uaria pro neceſſitate rerum.Ac non.oſtendit Cice.ſe uero iudicio non aſſentatione aliena cupere ſe laudari po tiſſimum à Lu.neq; ſe uereri,ut Lu.eũ habeat ſuſpectum aſſentationis,cum ille ſeipſum optime cognoſcat,& potius eos inuidos exiſtimet, qui eum non admirentur & laudent,q̃ eos aſſentatores à quibus laudetur. Aucupari.arte quærere, tractum ab his qui auibus
Aſſẽtator inſidiantur,& qui arte utuntur.Qui ſis ne.qui ſis ignarus,& non cognoſcas teipſum. Admirentur.plus eſt q̃ laudent. Inuidos.inuidere tibi,cum cognoſcas doctrinam tuam mereri admirationem.Aſſentatores, blã ditores,adulatores. Neq;. alia ratio ex perſona ſua.& eſt ſenſus.non ſum ita demens,ut nisi cognoſcerem te eum per quem poſſem uere laudari,laudes tuas appeterem, non poteſt autem alium ueris & ſempiternis laudibus celebrare,qui ipſe propriam gloriam ingenii non aſſequatur,quia cito pereunt eius ſcripta, cuius ingenium & doctrina non putatur excellens.

ASCEN. IVCVius ſtudium nõ tenetur erectum.i.uigilans & attẽtum,in legendo.i.dum legit hiſtoriam Themiſtoclis ducis Athenienſium fortiſsimi,cuius adoleſcentiæ prima gloria & futuræ imperatoriæ uirtutis prima indo les apparuit eo prælio,quo duce Miltiade Perſæ ſub Dario rege uicti fuſiq; ſunt. Deinde dux belli aduerſus Xerxem factus non ſolum patriam,ſed uniuerſam Græciam à Barbarorum ſeruitute liberauit,ut ſcribit Iuſti nus li.ſecun.Is poſtea per inuidiam à ſuis ciuibus in exiliũ actus, deinde cum magna omnium lætitia reuoca tus eſt.Cuius inquam ſtudium non tenetur erectum in legendo,fuga.i.per fugam,& reditu.i.per reditum ho norificum Themiſtoclis.q.d.nullius non retinetur, & ita uniuſcuiusq; retinetur. & eſt aptum exemplum ꝙ fuga redituq; Ci.Etiam ordo ipſe.ſ.ſeries,annalium.i.librorum,quibus ſingulorum annos magiſtratus & ge ſta per ſeriem ſcribuntur.Hoc enim exigit ordo hiſtoriæ,ut primum geſta prima ſcribantur,Poeſeos ſæpe cõ tra.unde Flaccus,Ordinis hæc uirtus eſt & uenus,aut ego fallor. Vt iam nunc dicat iam nunc debentia dici. Pleraque differat & præſens in tempus omittat.i.ut aliqua quo ordine geſta ſunt dicat poeta, aliqua longe poſtea.i.inuento loco breuiter narrandi,retinet nos in legendo mediocriter quaſi enumeratione faſtorum librorum,in quibus totius anni per ordinem feſta cum cauſis eorum ſcribuntur. Talia enim pro cuiuſque affectione

Cuius ſtudium in legendo non erectum Themiſtocli fuga, redituque retinetur? Etenim ordo ipſe Annalium mediocriter nos retinet quaſi enumeratione faſtorum. Atuiri ſæpe excellentis ancipites, uariique caſus habent admirationem, expectationem,lætitiam, moleſtiam, ſpem, timorem. Si uerò exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundiſſima lectionis uoluptate. Quo mihi acciderit optatius,ſi in hac ſententia fueris, ut à cõtinentibus tuis ſcriptis, in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam compleꝰteris, ſecernas hanc quaſi fabulam rerum, euentorumque noſtrorum. Habet enim uarios actus, multasque actiones & conſiliorum & temporum. Ac non uereor ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam uidear, cum hoc demonſtrem,me à te potiſſimum ornari,celebra rique uelle. Neque enim tu is es,qui,quid ſis, neſcias: & qui non eos magis qui te non admirentur, inuidos, quàm eos qui laudent,aſſentatores arbitrere. Neque autem ego ſum ita demens, ut me ſempiternæ gloriæ per eum commendari uelim, qui non ipſe quoq; in me cõmendando propriam ingenii gloriam conſequatur.

affectione & ut dicunt deuotione libenter leguntur. At caſus ancipites.i. dubii & uarii & uiri excellentis habent ſæpe admirationem,lætitiam,moleſtiam,quia affecti illis dolemus aduerſis legendis,ſpem timorem.

Vero.i.ſed,ſi ſup.tales caſus concluduntur exitu notabili.i.inſigni,ut de ſuo exitu prætendit Ci. ſed finalẽ exitum non uidebat hæc ſcribens animus expletus uoluptate lectionis iucundiſſimæ. Quod acciderit mihi.i.in hiſtoria mea optatius,ſi fueris in hac ſententia,ſi ſecernas.i.ſepares à ſcriptis tuis continentibus.i. continuatis,& perpetuo filo currentibus,in quibus complecteris perpetuam.i.non interruptam hiſtoriam rerũ geſtarum,hanc quaſi fabulam.i.ut fabulolam narrationem,quæ à poetis ſolet interſeri ad uoluptatem legẽtium,rerum & euentorum.i.eorum quæ euenerunt nobis.Vt Valla notat in ſingulari dicitur hic euentus.t?. Euentus tui.in plurali hęc euenta.torum.ſed etiam euentus legimus,& euenta ſunt ſæpe quæ euenerũt,euentus:eſt modus eueniendi.Enim.i.quia ſup.hæc hiſtoria noſtra,habet uarios actus,ſicut in comœdiis quinq; ſolent eſſe actus,qui tunc finiuntur dum proſcenium derelinquitur uacuum,& multas actiones.ſ.in foro habitas,conſiliorum & temporum.i.pro uarietate temporum,& quia uarios actus habet,bene quaſi fabulam dixit. Ac non uereor ne uidear aucupari.i.captare,quomodo aucupes captant & ineſcant aues,ſuaui aliquo bolo propoſito,quadam aſſentatiuncula.i.leui aſſentatione,gratiam tuam,cum demonſtrem hoc, uidelicet me uelle ornari & celebrari potiſſimũ à te.Neq; tu es is.i.talis,q.i.ut,ſis neſcius,& qui nõ arbitrere magis inuidos eos, qui non admirentur te,q̃ aſſentatores eos qui laudent te. Neq; autem:Valla diceret, neque uero ego ſum Neq; autẽ ita demens,ut uelim me commendari ſempiternæ gloriæ,per eum qui non conſequatur quoq;.i.etiam,propriam gloriam ingenii in me,commendando.i.laudando,aut commendando gloriæ ſempiternæ.

HVBER. IVNEQVE.quod non fuerit deſyderaturus à Lu.ſempiternæ gloriæ monumenta,niſi noſſet eum propriam ingenii gloriam aſſecuturum,probat Cic.exemplo ſumpto ex facto Alexandri Magni, qui ut etiam inquit Hora.in epiſto.Edictum fecit ne quis ſe præter Apellem Pingeret, aut alius Lyſippo duceret ære.i.ne quiſquam faceret eius picturam præter Apellem,aut ſtatuam præter Lyſippum,non aſſentatione aliqua,ſed ꝙ intelligebat artem eorum fore ſempiternæ glorię & ipſis artificibus,& præcipue ſibi, qui eſſet à tam celebribus artificibus pictus aut fictus.
Apelles Apelles autẽ patria Cous pictor eximius fuit,à Quinti.lib.xii.& à Pli.lib.xxxv.& à multis aliis ſcriptorib? celebratus,de quo uide apud prædictos authores.Lyſippus quoque ſtatuarius optimus,& arte ſculptoria clariſsimus,de quo eſt etiam uidere apud prædictos authores.Martia.quoque eius meminit.Nobile Lyſippi munus opusque uides. Atq;.oſtendit Cice. multo pluris facienda eſſe monimenta ſcriptorum q̃ picturarum aut ſtatuarum: idq; probat exemplis uirorum clarorum,qui tantummodo monimentis literarum ſine pictura & ſtatuis magnam gloriam adepti ſunt. Illi artifices.i.pictores & fictores ſiue ſtatuarii, ſcilicet Apelles & Lyſippus. Simulachra,effigies.Corporis .non autem animi,ſicut ſcriptores qui nõ corporis ſolum,ſed etiam animi dotes exprimũt. Hora. Neque enim melius per ænea ſigna, Quàm per uatis opus mores animiq; uirorum Clarorum apparent.

Quæ.ſimulachra. Vel.i.etiam. Spartiates.Lacedæmonius,à Sparta urbe Laconiæ. Agẽſilaus.rex Lacedæmoniorum, qui ab eis dux cõſtitutus eſt aduerſus Conona Atheniẽſium ꝙ Artaxerxe rege Perſarum bellum gerente, qui multas & præclaras uictorias in Aſia adeptus eſt, & patriæ plurimum gloriæ peperit.de quo ſcripſit Iuſtinus lib.vi. Non minus perhibendus.non minus laudandus & commemorandus. Fictam. ſculptam. Laborarunt. magnam curam poſuerunt. In eo genere.ut pingerentur aut fingerentur. Vnus.ſolus:& eſt ratio quare non minꝰ ſit perhibendus ſine pictura aut fictura,quia plus uaIuit in eo laudando ſolus libellus Xenophontis,quẽ de eo ſcripſit, q̃ potuiſſent ualere omnes imagines uel pictæ uel fictæ. Atq;.hoc dicit quare magis ſit habiturus gratum, ꝙ ſcribatur de ſe à Luceio, q̃ ab alio, quia eſt habiturus ab eo non ſolum fructum præſtantis ingenii & eloquentiæ,ſed etiam teſtimonium authoritatis uiri clariſsimi,& in maximis rebus reipu.probati,cuius laudatio eſt futura multo amplior & grauior.

Neque enim Alexander illæ gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, & à Lyſippo fingi uolebat:ſed quòd illorum artem cum ipſis,tum etiam ſibi gloriæ fore putabat. Atque illi artifices corporis ſimulachra ignotis nota faciebant: quæ uel ſi nulla ſint, nihilo ſint tamen obſcuriores clari uiri. Nec minus eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus, qui neq; pictam,neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe,quàm qui in eo genere laborarunt. unus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omneis imagines omnium,ſtatuasque ſuperauit. Atque hoc præſtantius mihi fuerit, & ad lætitiã animi,& ad memoriæ dignitatẽ, ſi in tua ſcripta peruenero, quàm ſi ĩ cæterorum: quòd nõ ingenium mihi ſolum ſuppeditatum fuerit tuum,ſicut Timoleonti à Timæo,aut ab Herodoto Themiſtocli, ſed etiam autoritas clariſsimi & ſpectatiſſimi uiri,& in reip.maximis grauiſsimiſque cauſis cogniti,atque in primis probati:ut mihi non ſolum præconium, quod cum in Sigæum ueniſſet Alexander, ab Homero Achilli tributũ eſſe dixit, ſed etiam graue teſtimonium impertitum clari hominis, magnique uideatur.

In cæterorum.ſubaudi ſcripta ſi peruenero. Suppeditatum.ſubminiſtratum,datum. Timoleonti à Timæo.ſubaudi ſuppeditatum eſt ſolum ingenium.Timoleon uir Corinthius iudicio omnium clariſſimus ut Timoleon enim ait Cornelius Nepos,huic uni contigit ꝙ neſcio an ulli alii,ut patriam in qua erat natus à tyranno oppreſſam liberaret,& à Syracuſanis,quibus auxilio miſſus erat,ſeruitutem depelleret, totamque Siciliam diu bello uexatam,à Barbarisq; oppreſſam ſuo aduentu in priſtinum reſtituerit:de eo ſcripſit Cornelius Nepos, & plenius Plutarchus.eius etiam res geſtas ſcripſerat Timæus hiſtoriographus Græcus, de quo ſupra. Herodoto.

doto.historiographo clarissimo,qui à Quintil.etiam cum laude commemoratur, qui & facta Themistoclis scripsit. sed isti duo autores potuerunt his de quibus scripserunt solum suppeditare ingenium,Luceius uero Cice.non solum ingenium poterit suppeditare sed etiam authoritatem nominis,quia uersatus est multum in repu. Spectatissimi.probatissimi. In primis,præcipue & ante alia. Probati,bonis moribus. Præconium.commendatio,laudatio magna & aperta. Sigæum . promontorium apud Troiam, ubi erat sepulchrũ Achillis,ad quod cum uenisset Alexander Magnus,dixisse fertur. O fœlix Achilles cui magni Homeri diuino ingenio & ore cani contigit.Præconium ergo dixit commendationem ingenii. Impartitum.communicatum & datum:laus enim quæ nobis offertur à uiris bonis,testimonium est uirtutis nostræ.

Præconiũ
Sigæum

ASCEN.

NEQVE enim Alexander ille.s.nobilissimus Macedonum rex uolebat pingi.s.coloribus in tabella aut peplo seu muro,potissimum.i.præcipue,immo secundum quosdam solum ab Apelle nobilissimo & artificiosissimo pictore, causa gratiæ.i.beneuolentiæ,qua prosequebatur Apellem:& fingi.i.sculpi aut fundi seu conflari & ad uiuum in imagine exprimi,à Lysippo optimo plaste & statuario,repete causa gratię:sed quòd putabat artem illorum fore gloriæ.i.ad gloriam,cũ scilicet ita fuerit ꝙ ipsis tum etiam sibi:unde Flaccus in epistolis.Edictum fecit ne quis se præter Apellem Pingeret, aut alius Lysippo duceret ære. Atque illi artifices faciebant simulachra.i.effigies corporis nota,ignotis.i.externis & ignorantibus, quæ scilicet simulachra si uel.i.etiam,nulla sint: tamen clari uiri nihilo.i.in nullo sunt obscuriores. Nec enim Agesilaus ille.i. notissimus,Spartiates.i.Lacedæmoniòrum rex,Spartæ genitus:nam Lacedæmon & Sparta seu Sparte una est ciuitas.perhibendus,id est commemorandus est minus,qui neque passus est imaginem suam esse pictam neq; fictam,q̄ supple ii,qui laborarunt multum in eo genere,id est qui se fingi,& pingi anxie curauerunt. Enim .i.quia,unus libellus Xenophontis superauit in eo rege laudãdo facile omnes imagines & statuas hominum quod poematis tribuit Horatius dicens.Neque enim per ahenea signa:Quam per uatis opus mores animique uirorum Clarorum apparent. Atque hoc fuerit mihi præstantius.i.efficacius,& ad lætitiam animi, & ad dignitatem memoriæ,si peruenero in tua scripta.i.si à te scriptus fuero,quàm si supple peruenero in cæterorum supple scripta,ꝙ non solum ingenium tuum fuerit suppeditatum.i.administratum & impensum mihi,sicut ingenium suppeditatum est Timoleonti à Timæo,qui Timoleontem Corinthium uirum longe clarissimum,ut qui patriam tyrannide & Siciliam seruitute liberauerit,descripsit.Aut Themistocli ab Herodoto,qui Themistoclem descripsit.uult dicere ꝙ nõ solum historia sua clarior & nobilior erit, ꝙ à tali ingenio perscripta sit,ut historiæ Themistoclis & Thimoleontis clariores sunt propter ingenia describentium,sed etiam authoritas uiri clarissimi & spectatissimi & cogniti in republica,causis maximis & grauissimis, atque in primis probati,sup.erit mihi suppeditata,ut non solum prçconium.i.buccinatio,quod.i.quale,Alexander.s. Magnus,cum uenisset in Sigæum,id est Sigæi maris promontorium , ubi erat sepulchrum Achillis dixit esse tributum Achilli ab Homero:dixit enim, O fœlix Achilles cui magni Homeri diuino ingenio & ore cani cõtigit:sed etiam graue testimonium clari & magni hominis,uideatur impartitum,id est impensum mihi.quod pulchrum esse docet dicens.

UNVS enim Xenophontis libellus,in eo rege laudando.De Agesilao sermo est, & intelligit laudationem ipsius à Xenophonte confectam & appellatam Agesilaum,quæ ad nostra etiam tempora peruenit. Neque tamen ea est,ut quidam crediderunt, quæ inter uitas Plutarchi legitur , & mores,resque ab eo gestas continet: liber enim ille à Plutarcho scriptus est, qui & ipse Agesilai uitam quemadmodum multorum clarissimorum uirorum edidit:sed unà cùm aliis Xenophontis commentariis legitur. Veneti tamen Plutarchi codices,illam ut non ueram Plutarchi nota illi adposita habent , qui error ab eo ortus est,qui epistolam confecit, quadiuinum illud Plutarchi opus commendauit:in hac enim re falsus est.multa quæ in ea uita leguntur , manifesto arguunt , illam Chæronei esse,& longe aliam ab ea, quam monimentis literarum Xenophon prodidit.

* PETRI CASTI. VICTO.

HVBER.

NEVIANVS.de quo Nenius poeta scripsit , & induxit eum dicentẽ nõ cupere solũ se laudari,sed laudari à laudato uiro. Non impetro.non obtineo.

Hoc est.astute Cicero subdit causam,quæ possit impedire Luceium,quo minus de se scribat si fuerit occupatus,quod cum non sit, uult inferre omnino eũ debere suscipere hoc negocium . Multi reprehẽdũt. damnauerunt:immo & ipse Cicero in officiis suis dicit,Turpe est etiam de se prædicare. Exemplo.imitatione,unde non uidebor ita reprehendendus , cum faciam quod fecerunt multi alii uiri clari. Quod te non fugit.quod non ignoras,quod optime scis.

In hoc genere.scribendi de seipso. Verecundius. modestius & parcius. Prætereant.omittant,taceant.

Si quid reprehendẽdum.si quod uitium est in nobis.nemo enim nisi admodum excors seipsum uituperat,aut uitia commemorat. Minor fides sit.minus credatur quod de nobismetipsis dicimus:quia nulli testi de seipso creditur. Authoritas.existimatio:quia putatur leuis,qui de seipso scribit. Præcones. tubicines. Gymnicorum. palestritarum & athletarum.

Magna.alta,ut ab omnibus audiri possint: erat enim mos ut declararetur nomen uictoris per præconem,& daretur corona,ut ostendit Virgilius in.v.Aenei. Victorem magna prçconis uoce Cloanthum Declarat,uiridiq; aduelat tempora lauro. Eorum.uictorum. Ipsi.præcones. Donentur corona.accipiant &

placet enim Hector ille mihi Næuianus, qui non tantum laudari se lætatur: sed addit etiã, à laudato uiro. Quòd si à te non impetro, hoc est, si quæ te res impedierit(neque enim fas esse arbitror quicquam me rogantem abs te non impetrare) cogar fortasse facere quod nonnulli sæpe reprehendũt:scribam ipse de me, multorum tamen exemplo & clarorum uirorum. Sed quod te non fugit, hæc sũt in hoc genere uitia, & ut uerecundius ipsi de sese scribant necesse est, si quid est laudandum & prætereant, si quid reprehendẽdũ est. accedit etiam ut minor sit fides , minor autem autoritas : multi denique reprehendant,& dicant verecũdiores esse præcones ludorum gymnicorum,qui cum cæteris coronas imposuerint uictoribus , eorumque nomina magna voce pronunciant , cum ipsi ante ludorum missionem corona donẽtur , aliũ præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se

ipsi coronam, quia bene pronunciauerunt nomina uictorum. Ante missionem ludorum. autequam dimittantur ludi, & finiantur. Alium præconem.à quo ipsi præcones laudentur bene pronunciasse.

VERECVNDIORES esse præcones , ludorum gymnicorum.Elegantissima sententia,qua etiam usus est doctissimus uir Plutarchus in commentario,quo docet, quomodo quis possit sui ipsius laudes citra inuidiam prædicare:nec tamen à Cicerone minus elegãter aut copiosè exposita est . Græci autoris uerba hæc sunt,quæ cum Latinis conferre inutile non erit , ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφανομένους ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἕτεροι νικῶντας ἀναγορεύουσι, τὴν ἀηδίαν τῆς περιαυτολογίας ἀφαιροῦντες.

* PETRI VICTO. CASTI.

VICTORES.in pronunciatione & declaratione,non autem in pugna. Prædicent.quod esset turpe.Hæc. uitia supradicta. Causam.negocium nostrum,ut de me scribas. Ac ne forte.eas causas quas in principio dixit,cur tantopere festinet,atque instet,id quod Luceius se facturum ostenderat, quam causam dicit præcipue,ut uiuus uolitet per ora uirorum, & possit per frui gloria sua , quaquidem non frueretur , si de eo scriberet postquam esset mortu⁹. Alacres.arrecti,& ualde læti. Animo. spe animi. Commentarios. breuem collectionem. Rerum omnium.quas gessi, ut possis inde sumere materiam.Dicimus autem commentarium in neutrogenere in singulari,in plurali melius in masculino. Perpolies.elimabis, exornabis. Instituta.Incœpta.

HVBER.

Commentarium
Commentarii
Perpolire

victores esse prædicent. Hæc nos uitaremus:& si recipis causam nostram, uitabimus: idque ut facias,rogamus. Ac ne forte mirere cur,cum mihi sæpe ostenderis te accuratissimè nostrorum temporum consilia , atque euentus literis mandaturum, à te id nunc tanto opere,& tam multis uerbis petamus : illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi , festinationis, quòd alacres animo sumus , vt & cæteri uiuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant , & nosmetipsi uiui gloriola nostra perfruamur. His de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum , rescribas mihi uelim. Si enim suscipis causam, conficiam commentarios rerum omniũ. Si autem differs me in tempus aliud, corãm tecum loquar: tu interea non cessabis, & ea quæ habes instituta , perpolies, nosque diliges. Vale.

ASCEN.
Hector Neuianus

PLACET enim mihi Hector ille Neuianus , id est quià Neuio in fabula inducitur,qui non tantum lætatur se laudari, sed addit etiam,à laudato uiro. Valla tamen in epistola nuncupatoria elegantiarum dicit:ut ille apud Acciũ inquit.Gaudeo abs te laudari pater laudato uiro.unde oportet aut idem ab Accio dictum esse,aut memoriam Vallæ lapsam,cum Accium pro Neuio citet. Quod. scilicet abs te laudari, si non impetro,hoc est si qua, id est aliqua res impedierit te. Neq; enim arbitror fas esse me rogantem non impetrare quicquam abs te.i.à te,cogar fortasse facere id quod nonnulli reprehendunt sæpe , hoc est ipse scribam de me,tamen supple id faciam exemplo multorum & clarorum uirorum. Sed quod te non fugit.i.quod bene scis,hæc uitia sunt in eo genere,scilicet de se scribentium,ꝙ scilicet necesse est supple,ut ipsi scribant uerecundius de se si quid est laudandum,& prætereant si quid est reprehendendum.

Accidit etiam ut minor sit fides,& supple minor authoritas,& supple denique, ut multi reprehendãt & dicant præcones,id est commendatores tubicines publicos ludorum gymnicorum,id est palæstritarũ, qui nudi sese exercent , esse uerecundiores,scilicet quàm rerum suarum descriptores,qui scilicet præcones gymnici,cum,id est postquam,imposuerunt cæteris uictoribus coronas,& pronunciauerunt nomina eorum magna uoce,cum ipsi scilicet præcones donentur,scilicet si bene functi fuerint officio , corona,ante missionem,id est dimissionem & consummationem ludorum,adhibeant alium præconem, ne ipsi prædicent sua uoce,se esse uictores,scilicet suo officio præconum. Nos cupimus uitare hæc scilicet uitia seipsos describendo,& uitabimus si recipis causam nostram,id est aggrederis onus describendi res nostras, & rogamus ut facias id. Ac ne mirere forte, cur petamus à te id nunc tãtopere & tam multis uerbis,cum ostenderis mihi sæpe te mandaturum literis, id est descripturum accuratissime consilia temporum nostrorum , atque euentus , id est exitus fortuitos.unde patet apud Ciceronem quoque euentus dici.Responsio. Illa cupiditas incendit nos, de qua scripsi initio scilicet epistolæ,uidelicet festinationis,quòd sumus alacres,id est arrecti & lęti animo,& ut,id est simul,cęteri cognoscant nos ex libris tuis,nobis uiuentibus , id est dum adhuc uiuemus, & nosmetipsi uiui,id est adhuc uiuẽtes perfruamur gloria nostra ,id est fructum ultimum & uoluptatẽ capiamus

E.xiii.Epistola.Coram me tecum.

Quæ nunc exponam absens audacius . Meque ita uel agit,uel incendit,ut cuperem quàm celeriter, rumores nostros monumentis illustrari tuis.Neque enim me solum commemoratio posteritatis ad speciem quandam ĩmortalitatis rapit , sed etiam illa ipsa cupiditas,ut uel authoritate testimonii tui, uel iudicio beneuolentiæ,uel suauitate ingenii uiui perfruamur. Itaque te plane etiam,atque etiam rogo , ut & ornes ea uehementius etiam, quàm fortasse ipse sentis. Me tibi uehementius commendabit,ne aspernere amori,animoque nostro plusculum etiam,quã concedit ueritas, elargiare. In quo & illa poteris uti ciuilium concitationum sententia, uel in explicandis causis rerum nouarum,uel in remediis incõmodorum. Quę & si nobis optabiles in experiendo non fuerunt,in relegendo tamen erunt iucundæ . Si quod est laudandum,prætereant,si quod est reprehẽdendum,taceant.Accidit etiam , ut minor sit fides, minorque authoritas.Multi enim reprehendant & dicant,uerecundiores esse præcones ludorum gymnicorum,qui cum cæteris coronas imposuerint uictoribus,eorum qui nomina magna uoce pronunciauerint. Vt & cæteri uiuentibus nobis ex literis tuis nos agnoscant.

Universidad de Burgos Biblioteca

capiamus ex gloria nostra. Velim supple ut rescribas mihi, quid acturus sis de his rebus si non est molestum tibi scilicet rescribere. Si enim suscipis causam, id est negocium hoc perscribendum, ego conficiam commẽtarios, id est breuiaria & summaria, omnium rerum, scilicet à me gestarum. Sinautem, id est sed si, differs me, id est uoluntatem meam aut res meas in aliud tempus, ego loquar tecum coram, id est facie ad faciem, quod nunc se dixit erubuisse. tu non cessabis, id est non eris ociosus interea, & perpolies, id est ad summam politionem perduces, ea quæ habes instituta, id est incœpta, & diliges nos. Vale.

HVBER.

M.C.S.D.L.Luceio Q.fi. Epist. 14

respõsiua ad cõsolatoriam.

QVanquam ipsa consolatio literárum tuárum mihi gratíssima est, declarat enim súmam beneuoléntiam coniũctam pari prudentia: tamen illum fructum ex his líteris vel máximũ cepi, quòd te præclarè res humanas contemnentem, & optimè contra fortunam parãtum armãtumque cognôui. Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse máximam, non aliundè pendêre, nec extrínsecus aut benè, aut malè viuendi suspensas habêre rationes. Quæ cogitatio, cum mihi non omnino excidisset (etenim pénitus insẽderat) vi tamẽ tempestátum, & concursu calamitátum erat aliquantùm labefactãta, atque conuulsa: cui te opitulâri & uideo, & id fecisse etiam próximis líteris, multùmque profecisse sentio. Itaq; hoc sæpius dicendum, tibique non significandum solùm, sed etiam declarandum árbitror nihil mihi esse potuisse tuis líteris gratius. Ad consolandum autem cùm illa valent, quæ eleganter copioseque collegisti: tum nihil plus, quàm quòd firmitúdinem, grauitátemque ánimi tui perspexi: quam non imitâri turpíssimum exístimo. itaque hoc etiam fortiórem me puto, quàm teipsum præceptórem fortitúdinis, quòd tu mihi uidêre spem nonnullam habêre, hæc aliquando futúra melióra. Casus enim gladiatorũ similitúdinesque eæ, tum rationes in ea disputatione â te collectæ, uetabant me Reipublicæ pénitùs diffídere. Itaque álterũ minus mirũ, fortiórem te esse, cum aliquid speres: álterum mirum, spe ulla teneri.

Opitulari

Quanquam. Vanquam. Bellis ciuílibus & Cæsaris tyránnide rep. afflícta, cum Ci. uchementer mœrêret, & ut supra ad Seruium Sulpitiũ scripsit in uillas suas se recepisset, ne uidêret reipu. oppressiónes & iniurias; Luceius ad eum líteras consolatórias misérat, ostênderatq; q̃ fortitèr ipse ferret communes miserias. Itaque nunc respondens Cice. Luceio idem se ex eius literis máximum fructum accepisse, uelleq; ita facere, ut ille præcêpit, præsertim cum, ut ille scripserat, cónscius sit, nullum officium suum reipu. defuisse. Postremò dicit Ci. uelle se transferre ad studia literárum, sicut Luceius monêbat, futũrumque cum eo quantum licêbit. Beneuoléntia coniuncta pari prudéntia. Duo dicit quę in omni consolatióne exigim⁹ beneuoléntiam & prudéntiam. Fructum. utilitátem.

Quod te. aliorum enim exempla & maximè eorũ, qui ad nos scribunt, plurimùm ualent ad nos consolandos. qui enim uult alium consolâri non debet ipse mœrore cõfici: unde apud Marónem Aeneas. Spẽ uultu símulat, premit altum corde dolórem. Dicit quoque Cic. se máximam utilitátem cœpisse ex consolatióne Luceii, quæ à uiro forti & óptimis rationibus, contra fortunam armato profecta sit. Máximã. secundum Peripatéticos, qui maximè uirtutem expetendam dicunt, non autem secundum Stóicos, qui in sola uirtute & laudem & summum bonum ponunt. Statuo. iudico. Pendêre alium. ex alia re expectâre pſidiũ, útputa nõ ex bonis córporis aut fortunæ, sed ex bonis animi. Extrínsecùs, extérius. i. in bonis externis, quæ maxime appellãtur bona fortunæ, quia extra nos, i. extra potestátem nostram sunt. Suspensas. incertas, ad casum accommodãtas, sed firmas & ratione constitútas. Quæ cogitatio. ut non pendêrem aliunde q̃ ex me ipso, nec suspensas habêrem uiuendi ratiónes. Excidisset ex ánimo meo, omnino esset elapsa. Insẽderat. inhæserat ánimo, & locãta erat. Vi. impetu & uioléntia. Tempestátum, infœlícium témporum. Cõcursu. ágmine, & multitúdine, quia multæ calamitátes simul mihi accidêrunt: amisi enim filiam, amisi patriam, amisi libertátẽ, honestátem, dignitátem &c. Labefactãta. commõta.

Conuulsa. uiolenter extirpata. Cui. cogitationi.

Opitulâri subuenîre, opem ferre tuis sapientíssimis consolatiónibus. Id. te opitulãtum esse. Próximis. quas à te nuperrimè accepi. Profecisse. profuisse, & máximum fructum attulisse. Declaran dũ. clare & apertè demonstrandum, q̃ plus est q̃ significâre. Ad consolandum. dicit nunc Cic. q̃ quãuis máximum fructum accépit ex rationibus, quas elegãtissimè & copiosè Luceius ad consolandum adduxerat, tamen multo plus profecit exemplum fortitúdinis ánimi eius, quam exístimat sibi turpe esse non imitâri. Hoc. hac re. Præceptórem fortitúdinis. qui mihi das præcepta fortitúdinis. nonnullam spem. i. quandam spem, & ideò habes causam fortitúdinis. Casus enim. scribẽbat Luceius se spẽrare res aliquãdo fore melióres, adducẽbat casus gladiatórum, qui modo fugiunt, modo insequuntur, modo cadunt, modo surgunt, & modo cedunt, modo uincunt, adducẽbatque alias similitúdines & ratiónes, quibus ostendẽbat sperandum aliquãdo fore melius. Casus gla. qui interdum cum uicti putentur, tamen etiam uincunt. Similitúdines. comparatiónes. Diffídere reipu. i. reliquere fiduciam reipu. eam aliquando fore meliórem. Alterum. unum Te esse for. nõ enim mirandũ q̃ sis fortior me: q̃a habes reliquã spẽ. Alterũ, aliud. Mirũ spe ulla tenêri. i. mirũ est q̃ habeas aliquã spẽ

QVANQVAM &c. Bellis ciuílibus & Cæsaris tyránnide repub. afflícta, cum Ci. mœstíssimus se in agrum ne talia uidêret, abstulisset, scripsit ad eum Luceius cõsolatórias líteras, quibus nunc Ci. respõdens ait se magnum fructum ex illis cœpisse, & uelle acquiescere, & se ad literárũ studia trãsferre, sicut Luceius monúerat. Ordo est. Quanquam ipsa consolatio literárum tuárum est gratíssima mihi: declarat enim summam beneuolentiam coniunctam pari prudentia, ubi gratia præpositiónis ablatiuus régitur, tamen ego cœpi ex literis tuis illum fructum, uel. i. etiam máximum, quòd cognoui te contemnentem præclarè res humanas, & parãtum atque armãtum optimè contra fortúnam. Quam laudem sapientiæ quidem statuo maximam. s. non pendere. i. non esse suspensum ad salutem habendam aliunde. s. quam à se, nec habêre rationes uiuendi benè aut malè suspensas extrínsecus, unde illud Persianũ, Nec te quæsíueris extra. Quæ cogitátio cum non excidísset mihi omnino. i. cum adhuc in memoria aliquátenus esset. & enim. i. quia certè, ista insẽderat. i. sedem occupáuerat, pénitus, id est penes interiora, scílicet cordis, tamen erat labefactãta atque conuulsa aliquántulùm, ui. i. uiolêntia, tempestátum. i. malórum témporum & concursu. i. súbita accumulatióne calamitátum. Cui, scilicet cogitationi, ego uideo te opitulâri, & sentio te fecisse etiam proximis literis profecisse multùm. Itaque. i. & ita ego árbitror, hoc. s. quod sequitur, dicendum sup. esse sæpiùs ubique, non solum significandum. i. signis indicandũ, sed etiam declarandum. i. manifestè exprimendũ, nihil potuisse esse gratius mihi tuis literis. Autem. i. sed, cum, scilicet ita sit, quòd illa, quæ collegísti, id est citásti & adduxísti seu allegásti eleganter & copiosè, ualent ad consolandum, scilicet me & quemlibet alium, tum supple uerius est, quòd nihil plus supple ualet, ad consolandum me, quàm quòd perspexi firmitudinem & grauitatẽ ánimi tui, quam, scilicet firmitúdinem ánimi tui, non imitâri, ego exístimo supple esse turpíssimum. Itaque, id est & ita, ego puto me fortiórem quàm teipsum præceptórem fortitúdinis, hoc. id est in hoc, aut propter hoc, quòd tu uidêre, id est uíderis mihi habêre nonnullam, id est aliquam spem, hæc futura, id est ut sint futura, aliquando, id est aliquo témpore futúro, melióra, scílicet quàm nunc sint. Enim, id est quia, casus gladiatórum, id est quod adduxísti mihi de cásibus gladiatórũ, quorum nunc hi, nunc illi superiores fiunt, & hæ similitúdines, tum, id est multo magis, ratiónes collectæ, id est allegatæ, à te in ea disputatione, scílicet de mutatióne statuum etiam reipub. uetabant me diffídere pénitus reip. id est restitutionis eius. Itaque álterum, scilicet duórum, quæ dicet, est sup. minus mirum te fortiorem esse supple tunc, cum aliquid speres. Alterum supple est magis mirum, uidélicet te tenêri ulla spe. dico te fortiórem tunc non fortiórem me, quia prius contrarium dixit Cicero, uidélicet se fortiorem esse quàm Luceium præceptórem fortitúdinis, eo quòd ipse nihil, ille aliquid speret quocirca posit hic subaudíri me, ut sit, álterum minus mirum est uidélicet me fortiórem esse, cum scílicet ita sit, quòd tu aliquid speras, ego nihil, & hanc expositionem credam esse de mente Cicerónis, ut infra dicam: Ratio tamen superioris dicti subobscura est. Non fortior est qui aliquid audet sine spe, sed potius temerárius, sed intellégimus propterea Ciceróne censêre se fortiórem sine spe, non quòd aliquid tentet aut moliatur, sed quòd decrêuit infractum ánimum tenêre, & in philosóphiam, eo attentius incúmbere, quòd à foro sine spe reuertendi exclusus sibi uideãtur. Probat mirum esse Luceium aliquid adhuc sperâre, dicens.

Quid est enim non ita affectum, vt id non deletum, extinctúmque esse fateare? Circunspice omnia membra Reipub. quæ notissima sunt tibi: nullum reperies profecto, quod non fractum, debilitatúmve sit. quæ persequerer, si aut melius ea viderem, quàm tu vides, aut commemorare possem sine dolore. quanquam tuis monitis, præceptísque omnis est abiiciendus dolor. Ergo & domestica feremus, vt censes: & publica paulo etiam fortius fortasse quàm tu ipse qui præcipis. Te enim spes aliqua consolatur, vt scribis: nos erimus etiam in omni desperatione fortes, vt tu tamen idem & hortaris & præcipis. das enim mihi iucundas recordationes conscientiæ nostræ, rerúmque earum quas te in primis authore gessimus. Præstitimus enim patriæ non minus certe quàm debuimus: plus profecto, quàm est ab animo cuiusquam, aut consilio hominis postulatũ. Ignoſces mihi de meipso aliquid prædicãti. quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare ægritudine voluisti, earum etiá

HVBER. QVID est enim. ponit rationem quare nõ deberet habere aliquã spem, quia omnia reipub. membra sunt omnino quassata. Affectum. dispositũ. Membra. partes: trãslatio à corpore quod habet membra sua, & ita respub. Membra autẽ reipub. sunt consulatus, prætura, ædilitas, & cæteri magistratus. Persequerer. exponerem. Tuis mo. quia ita mones & præcipis. Domestica. mea incõmoda priuata. Vt censes. ut existimas esse ferẽda, in desperatione omniũ, cum nihil omnino speremus. Das. addis. Iu. Da nunc ut uolucrẽ sceptro quę surgit eburno. Conscientiæ nostræ. bonę quę semper recte sensit de repub. ualet autẽ conscientia bona plurimum ad consolandũ, quæ secundũ Stoicos etiam sine alia remuneratione satis præmii per se habet: unde illud Virg. Dii tibi si qua pios respectãt numina, si qd Vsquam iustitiæ est, & mens sibi conscia recti Præmia digna ferant. Te authore. te suadente & consulente. Præstitimus. bene fecimus. Animo. cogitatione. i. plus quam quisquã potuisset cogitare. Aut consilio. prudentia. i. plusquã quisque sciuisset dicere esse præstandum. Prædicanti. laudanti. Quarum enim. sensus est. Mea facta quę suades mihi ut cogitem ad leuandã ægritudinem meam, me non solum delectat cogitare, sed etiam cõmemorare. Lenimur. demulcemur, delectamur. Angoribus. solicitudinibus, quæ animũ angũt. Abducam. remouebo. Ad ea. id est ad studia literarũ. Quibus. sunt enim studia literarum diuitibus & utentibus fortuna prospera ornamẽto, infœlicioribus uero etiam adiumẽto. Aetas utriusque. iam senilis, quæ non ita patitur consuetudinem crebram & conuersationẽ, sicut iuuenilis. Valetudo. ambo enim propter ætatem interdum mala ualetudine laborabant. Coniunctione animorum. animi enim interuallo locorũ disiuncti cogitatione & beneuolentia facile coniungi possunt. Nonnunquam. interdum & sæpe.

ASCEN. QVID enim est non ita affectum, id est cōcussum & saucium, ut non fateare id omne deletum & extinctum, quasi dicat nihil. Circunspice omnia membra reipub. quæ notissima sunt tibi, id est omnes fauentes reipub. & libertati cōmuni ciuium, & profecto nullū scilicet membrum inuenies quod non sit fractū & debilitatum. Videtur non debito ordine id quod alterū includit præponere: nam dices si fractū ergo debilitatum, sed norimus fractum dici, quod est concussum & debilitatum etiam si non sit ruptum: ut Aenei. secūdo Fracti animo fatisq; repulsi ductores Danaûm. fractū ergo. i. concussum, & pro. i. debilitatum. Quæ. s. membra, aut quę detrimenta reipu. ego prosequerer, si aut uiderem ea melius quàm tu uides ea, aut si possem cō memorare ea supple sine dolore, quanquā omnis dolor est abiiciendus tuis præceptis & monitis. i. secundū pręcepta & monita tua. Ergo nos feremus. i. tolerabimus & patiemur, &. i. simul domestica, scilicet incommoda, ut censes. i. iudicas ea ferēda, &. i. simul feremus publica. s. incōmoda aut mala, fortasse etiam fortius quàm tuipse qui precipis. s. ea ferenda. Enim. i. quia, aliqua spes consolatur te, ut scribis. nos erimus fortes etiam in omni desperatione, tamen sic erimus fortes, ut tu hortaris & præcipis. Hinc patet exponendum illud fortiorem te esse, sic. me esse fortiorē te. i. quàm tu sis &c. Tu enim das mihi iucundas recordationes conscientiæ nostræ, & earum rerum quas gessimus te authore in primis. i. præcipue. Nos enim præstitimus patriæ. s. conseruandæ in libertate, certe. i. indubitate, non minus quàm debuimus, & sup. profecto plusquam est postulatū animo aut consilio cuiusquam hominis. Tu o Lucei ignosces mihi prædicanti aliquid de meipso. Enim. i. quia, nos lenimur. i. demulcemur & consolamur, cōmemoratione. i. enarratione & recitatione etiam earum rerum, quarum rerum cogitatione tu uoluisti leuare. i. liberare aut deonerare nos egritudine. s. animi, hoc est ideo dabis ueniam prædicanti de me aliquid, quia sicut monuisti ut recordarer, à me præclare gesta pro repu. ad leuandam ægritudinem animi, sic eorum prædicatio & cōmemoratio lenit dolorem aut animum meum. Itaque, ut mones, abducam me quantum potero ab omnibus molestiis, & angoribus, & transferam. i. traducam animum. s. meum, ad ea quibus secundæ. i. prosperæ res ornantur, & aduersæ supple res adiuuantur, non ut maiores fiant, sed ut tolerētur aut minuantur, hoc est ad philosophiā moralem, & ero tecum quantum ætas utriusque. s. nostrum, & ualetudo patietur, quia & senes & ualetudinarii ambo esse ceperant. Dicitur autem ualetudo quia secunda producitur quasi à ualendo, nam à ualidus fieret ualitudo, etsi. i. quanquam poterimus minus esse una. i. simul, quàm uolumus, tamen fruemur iisdem studiis
Nunq̄ nō coniunctione animorum ita, ut uunquam non, id est semper uideamur esse una.

commemoratione lenimur. Itaque vt mones, quantum potero, me ab omnibus molestiis & angoribus abducam, transferámque animum ad ea, quibus secundæ res ornantur, aduersæ adiuuantur: tecúmque & ero tantum, quantum patietur vtriusque ætas & valetudo. & si esse vna minus poterimus, q̄ volemus, animorū tamen coniunctione iisdem̄q; studiis ita fruemur, vt nunquam non vna esse videamur. Vale.

Ex. xiiii. Epist. Quanquam ipsa consolatio. Itaque alterum mirum minus fortiorem te esse, cum aliquid speres, alterum omnino mirū, spe ulla teneri te. Quarum enim tu rerum cognitione nos leuare ægritudine uoluisti.

consolatoria. dissuasoria.

L. Luceius Q. F. S. D.
M. Tullio M. F. Epist. 15.

SI vales, benè est: váleo sicut sóleo: paulo tamen etiam deterius q̄ sóleo. Te requisiui sæpius, vt vidêrē. Romæ quia posteà non fuisti, *quàm discésseras, mirâtus sum: quod item nunc miror. Non hábeo certum, quæ te res hinc maximè rétrahat. si solitúdine delectâre, cum scribas, & aliquid agas eorū quorū consuêsti, gáudeo: neq; reprehendo consiliū tuum. nam nihil isto potest esse iucundius, nō modò míseris his tēporibus & luctuósis, sed etiā trāquillis & optâtis: præsertim vel aīo defatigâto tuo, qui nūc requiē quærat ex magnis occupatiónib⁹: vel erudito, qui semp áliquid ex se promat qđ álios delectet, ipsū láudib⁹ illustret. sinaūt sicut hîc dū eras, desperatione

HVBER. SI uales. Quia ut supra diximus Ci. repub. oppressa recéperat se rus. Luceius hac epistola dicit se laudâre eius consilium, si hoc fecit, ut aliquid eórum agat, quæ consuêuit legendo & scribendo aliquid, qđ sit aliis profutûrum. Sin uero dedit se láchrymis & tristitiæ, reprehendit eum & accûsat, quòd ita molestè ferat casum reip. quasi id quod áccidit fúerit ei improuisum, & ostendit eum non debêre mœróri luctuique uacâre, cum nihil profícere possit lugendo. Sicut sol. scílicet ualêre. solêbat enim Luceius laborâre interdū pódagra. Requisiui te. hoc in loco repetitiónem uel augmentum actus significat, uel requisiui pro quæsiui. Mirâtus sum. te nō fuisse Romæ posteaquàm à me
Maximè discessisti. Maximè. præcipuè, præter aliam causam.
Solitúdo Hinc. Roma. Solitúdine. loco non frequentâto, ubi non sit multitúdo hóminum. Scribas. compônas. Quæ consueuisti. s. ágere. Consilium. deliberatiónem habitandi potiùs rus quàm urbem, uel istic scribendi & agendi aliquid eórum, quæ consueuîsti. Isto. consilio tuo. Optâtis. quia bona témpora optâta dicuntur. Defatigâto curis reipub. qui nunc huiúsmodi studiis potest recreâri. Requiem. cessatiónē, ocium. Ex ma. oc. post magnas occupatiónes. Vel erudi. s. animo tuo. nihil potest esse iucundius. Promat. emittat, próferat. Illustret. clarum faciat. ex scriptis enim quę ex ingenio nostro promūtur, clariores efficimur. Sin autem. laudâuit Luceius quod Ci. se rus recéperit, si ea fuit causa, ut aliquid scríberet. & ex ingenio suo prómeret, quod & alios delectâret, & ipsum illustrâret. Nunc dicit, quòd si est ruri ea causa ut dóleat, & lachrymis indúlgeat, uehementèr est reprehendendus & accusandus. Sicut. uel postquàm, uel uéluti discésseras. i. cum

lachrymis ac tristitiæ te tradidisti, dóleo, quia doles & ángere: nec possum te non (si concêdis, qđ sentîmus, vt liberiùs dicam⁹) accusâre. quid enī? tu solus aperta nō vidêbas, qui ꝑpter acúmē occultíssima pérspicis? tu non intélliges te querélis quotidiánis nihil proficere? nō intélliges duplicâri solicitúdines, quas eleuâre tua te prudentia póstulat? Quòd si non póssumus

desperatióne rerum. Láchrymis ac tri. id est ad lachrymandum & dolendum, postquā hinc discessisti. Angere. pro ángeris, id est cruciâris. Non pos. n. ac. i. non possum fácere quin te accûsem. Si cō. ut libe. di. id est si páteris & permittis ut liberè & sine respectu dicam quod séntio. Quid. modus interrogandi. Tu so. non ui. id est in tanto número hóminum, qui hoc præuidêbant futûra, quæ accidêrunt, ut solus non uidêbas? interrogatiuè. q. d. immo uidêbas. Aperta. manifesta ómnibus nota. Occultis. etiam secretíssima, ergo multo magis aperta uidêbas. Acúmen. i. subtilitátem. s. ingenii. Nō. q. d. immo debes intellígere. Nihil pro. quo. que. id est licet quotidie querâris, nihil tamen ualêre querélas tuas. Duplicâri. augêri. Virg. in buc. Et sol crescēteis decedens dúplicat umbras. Póstulat. éxigit, quasi rem débitam, quia prudentem decet solicitúdines sibi minúere & tóllere. Quod si. sensus est, si non possum suadendo éfficere, & tibi persuadêre ut omittas solicitúdines: saltem peto à te hoc gratiâ.

QVAM discésserat. Antiqua hic olim à nobis, & élegans lectio restitûta est, quàm tamen quibusdam non probáuimus, spero tamen illam doctis aliis, & ingeniosis uiris probâtum iri. Libro VIII. epistolárum ad Att. Cicero eodem pacto locûtus est. Quum enim Pompeii peccâta collígeret, & omnis de eo sermo esset, nomen ipsius nunquam posuit. Alúerat Cæsarem, eundem repentè timêre cœperat, conditiónem pacis nullam probarat, &c. Possêmus & alia exempla adferre: sed hoc, quod ualdè accommodâtum est, contenti érimus, & alios etiā fore arbitrâmur. Postquam autem illius elegantissimæ epistolæ & cum magno ardóre ánimi scriptæ, mentiónē fécimus, ostendêmus in Græcis uerbis, quæ in ipsa inclusa sunt, nihil uitii continêri, nec illa Aristóphanis esse, quemadmodum nonnulli credidêrunt, qui ualde in hac re falsi sunt. quamuis autem huius rei matûrum tempus nondum sit, semper tempestiuum esse puto, studiósos literárum adiuuâre. In óptimo nostro epistolárum exemplari ita leguntur, ut à nobis exscripta sunt, nec non in commentariis Suidæ: quod mihi non paruum argumentum est, illa rectè habêre. Animaduerti posteà ipsa à Clemente usurpâri in VI. Stromate: & eodem pacto ibi legi, ut in epístolis Cicerónis, & in commentariis Suidæ, nam uetustos etiam libros Suidæ inspêxi, eósque nihil ab excusis dissentîre cognôui: quare his tot, támque incorruptis téstibus de synceritáte illius lectionis credendum puto. Qui ea nuper ad Aristóphanis lectiónem redígere uoluêrunt, non animaduertêrunt hanc pręclaram sententiam ab alio poeta accepisse Aristóphanem, & eam ad sensum suum exponendum accommodasse, quemadmodum crebrò facit, & ut nonnullos etiam Latinos poetas fácere notum est. Quicquid autem sensui suo non quadrabat, lepidíssimus cómicus commutâuit. Sed in extremo, quod planum facit, uéterem eam sententiam fuisse, & non ab ipso tunc primum prolâtam: nam quòd uerus ipsius autor dixerat, καὶ τὸ δίκαιον σύμμαχον ἴσαι, καὶ οὐ μήποθ' ἁλῶ κατὰ πράσσων (id autem perspicitur ex commentariis Clementis, & Suidæ, qui plura eius sententiæ uerba, quàm Cicero adducunt) Aristóphanes ita conformâuit: καὶ οὐ μήποθ' ἁλῶ περὶ τὴν πόλιν ὢν ὥσπερ ἐκεῖνος δειλὸς καὶ λακκοκατάπυγων. Post sentētiam illam suis uerbis expósitam Clemēs eruditíssimus scriptor hæc adiungit, quæ uim, intellectúmq; illius non parum apériunt. αὕτη δὲ ἡ συνείδησις τὸ ὅσιον τὸ πρὸς τὸν θεὸν καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δίκαιον διασώζει, καθαρὰν τὴν ψυχὴν φυλάττουσα διανοίαις σεμνοῖς καὶ λόγοις ἁγνοῖς καὶ τοῖς δικαίοις ἔργοις. Verba autem ipsa, quæ sunt elegantíssima, cum ad eum locum deueniêmus, accuratiùs declarábimus, & omnem uim illorum studiosè illustrábimus. *PETRI VICTO. CASTI.

aliquid proficere suadendo, gratiâ contendimus, & rogâdo, si quid nostra causa vis, vt istis te molestiis laxes, & ad conuictum nostrum redeas, & ad consuetudinem, vel nostram cōmunē, vel tuam solius, ac propriam. Cupio non obtúdere te, si non delectare nostro studio. cupio deterrere, ne permaneas in incepto, cum duæ res istæ cō trariæ me conturbent, ex quibus aut in altera mihi velim, si potes, obtemperes, aut in altera non offendas. Vale.

Ex. xv. Epist. Si uales bñ est, ego ua. sicut soleo.

Mirat⁹ enī sum, qđ in te nūc miror. Nisi solitudine delectare, cū scribas. Qui nūc requiē quęrit ex magnis occupationib⁹. Sin aūt hic dū eras, & sicut dixeras, lachrymis, ac tristitiæ te tradidisti, doleo, quia doles, & plangere nō possum te. Nā si cōcedis, qđ sentimus, ut liberius dicamus, accusare. quid. n. solus tu apta nō uidebis, q ꝑpter acumē ingenii occultissima ꝑspicis? Et ad conuictū nostrū redeas, & ad cōsuetudinem, uel ad nostrā cōmunem, uel tuam solius, ac propriā naturā.

CONTÉNDIMVS. plus est quàm pétimus. Rogando. precibus. Nostra causa. propter me. Laxes. liberes. Conuictum. sodalitátem, uel societátem uiuendi. Consuetúdinem. conuersatiónem. Vel c. qua uterq; nostrum utebâtur indulgēdo stu. literárum. Tui so. ad pro, id est ad consuetúdinem tuam solam, qui non es solitus indulgêre lachrymis, sed scríbere & fácere aliquid dignum uiro plusquam cæteri. quasi dicat ad eam saltem consuetúdinem, quam tu solus seruâre consueuisti. Cupio non ob. si non, id est cupio non esse tibi molestus meis uerbis, si non delectêris monitiónibus meis. obtúndere autem tractum ab íncude, quæ sæpe malleis túnditur, ita obtúndere est aliquem uerbis lædere, & quodammodo ferîre. Studio. meis scriptis, quæ ex studio & amóre proueniunt. Cúpio de. uellem remouêre te ab hoc propósito. Ne per. ne perseuêres. In in. in tristitia & láchrymis. Duæ r. c. nam nolle obtúndere aliquem, & uelle deterrêre ab incepto contraria sunt, quia nō póssumus deterrêre quin obtūdamus, quia id multis uerbis fieri necesse est. Cōturbēt. incertum fáciant. Ex qui. duabus rebus. Obtémperes. morē geras, obsequâris, & fácias quod uolo. In al. id est ne permáneas in incepto. In áltera. ut obtundâris uerbis meis. Non offendas. qui enim amicè & beneuolè non áccipit admonitiones amicórum, sed eis obtúnditur, offendit, & rem ingratam amicis facit.

HVBER. Cōtūdere Cōuictus Consuetudo. Obtūdere Obtēpero

ASCEN.

Valetudo

Ordo.

SI uales &c. Hac epiſtola dicit Luceius ſe approbâre conſiliũ Cice. ſi eo ſe ánimo in rus abdúxerit ut legendo & ſcribẽdo alios in re literária iuuet, ſin ut ſe láchrymis dedat damnâre,ꝙ ita lugeat caſum reip. quaſi non præuidérit futûrum.Preterea docet inutile eſſe,cum res immutâri nequeant.Ordo eſt.Si uales,benè eſt. Ego ualeo ſicut ſóleo,& etiam paulò.i.módicò detérius.i.minus benè q̃ ſóleo. Ego requiſiui ſæpius ut uidêrem te. Ego mirâtus ſum quod item.i.ſimíliter miror nunc te non fuiſſe Romæ poſteaquã diſcéſſeras à me. Non hábeo certum.i.explorâtum aut perſpectũ, quæ res.i.quæ occaſio rétrahat te. Maximè.i.precipuè hinc.i. ab urbe. Si delectâre.i.delectâris ſolitúdine,cum ſcribas & agas aliquid eorum,quæ conſueuiſti.ſ. ágere plúrimi tamen textus habent quorum conſueuiſti ſup.aliquid ágere,ſed Huber.legit, quæ gaudeo,neq; reprehendo conſilium tuum. Nam nihil poteſt eſſe iucundius iſto.ſ.genere uitæ cum líteris,& muſis non modo his tempóribus míſeris & luctuóſis,ſed etiam tranquillis & optâtis, præſertim uel ánimo tuo lugêre & in mœróre eſſe fatigâto,qui quærit nunc magnis occupatiónibus requiẽ,uel erudîto, qui ſemper promat aliquid ex ſe, quod delectet alios,& ſup.illuſtret teipſum laúdibus. Sinautẽ.i.ſed ſi tradidiſti te & láchrymis & triſtitiæ,ſicut dum eras hîc.i.Romæ,dóleo quia tu doles,& ángere.i.ángeris, hoc eſt affíceris angóre ánimi. Si tu concedis.i.permittis,ut dicam liberiùs quod ſentîmus.ſ.ego & réliqui amici tui,alioqui númerum mutâret.Sed dicunt Grãmatici licitum eſſe in prima perſona de uno,modo ſingulári,modo plurali, modo utroque numero loqui,ueruntamen aptior eſt ſermo dum númerus obſeruêtur idem,quocirca multi legunt dicâmus,ſed poteſt,ut dixi, de ſe dícere dicam,& de ſe ac aliis ſentîmus,præſertim cum ſcribâtur etiam illis qui dicâmus legunt,poſſum nõ poſſum non accuſâre te, id eſt quin accuſem te. Quid enim? principium accuſandi ſumptum à partícula indignatiuà,tu ſolus non uidebas aperta,id eſt manifeſtaria & euidẽter futûra,qui pérſpicis occultíſsima,id eſt abditíſsima,propter acúmen,ſcilicet oculórum tuórum mentalium, non enim de exterióre lóquitur perſpectióne. Et ſup.tu tam prudens homo non intélliges,id eſt permittêtur quòd non intélliges te,nihil,id eſt in nullo proficere,cõmodũ fácere aut remediũ mali inuenîre,querélis quotidiánis? quaſi dicat id non eſſe uero ſimile. Tu nõ intélliges ſolicitúdines duplicâri,id eſt geminâri,quas tua prudentia póſtulat te eleuâre,id eſt imminúere.tracta metaphora à bilance,in qua res minóris pónderis eleuâtur,unde quia minóris quoque æſtimâtur, ſolet eleuâre pro diminúere,de laude ac precio alicuius uſurpâri. Quod ſi nos non poſſumus proficere ſuadendo,ſcilicet tibi,ut à lugendo déſiſtas, nos conténdimus, id eſt inſtâmus gratiâ, ſcilicet qua apud te ualêmus,& rogando,ſi uis ſup.fácere,quod,id eſt aliquid cauſa noſtra,ut laxes te iſtis moleſtiis,& rédeas ad conuictum noſtrum,id eſt ad cõmunionem uitæ,ſeu ad conuerſationem noſtram. Et ad conſuetúdinem,id eſt conſuêtam rationem uiuendi,uel noſtram cõmunem,id eſt qua ſimul uti ſolêmus,uel ſup. ad conſuetudinem tuam ſolius, id eſt unius, ac propriam, id eſt peculiárem tibi. Notum eſt quia in ſignificatione actiua poſſeſſiua genitiui, mei,tui,ſui,noſtri,& ueſtri,qui tantum paſsiuè ſignificant cóſtrui non poſſunt, pro illis poſſeſſiua pronómina poni,cum quibus uel continuè uel coniunctionis interuentu cætera,quæ rectè in genitiuo regi poſſunt conſtruuntur,ut mea unius operâ,tua ſolius curâ &c. Ego cupio non obtúndere, id eſt non hebetâre, id eſt auditum tuum mentalem,id eſt te non onerâre multis uerbis. Si tu non delectâre,id eſt delectâris ſtudio noſtro, id eſt quo nos delectâmur. Ego cúpio deterrêre te,ne permáneas in incœpto,id eſt propóſito,lugendi procul ab urbe. Cum iſtæ duæ res contráriæ,ſcilicet nolle obtúndere & uelle eum deterrêre ab incœpto,conturbent me, ex quibus, ſcílicet duabus rebus, ego uelim ſup. ut aut obtémperes mihi ſi potes in altera, id eſt non manendo in propoſito,aut non offendâris in áltera,ſcilicet dum à nobis obtúnderis.

HVBER.

OMNIS. Cum uerſarêtur Ci.in máximis mœróribus & lúctibus propter reip. calamitátes. L.Luceius non ſolùm præcedẽti epiſtola eum conſolâtus eſt,ſed etiam multis aliis, quæ in hoc uolúmine non reperiuntur, neque hodiè extant, ſed id ex uerbis Ci.intellígimus.Dicêbat autem Luceius ſe mirâri,ut uiſum eſt in præcedenti epiſtola, quòd ab urbe abéſſet,ſe tamẽ id laudâre,ſi ea cauſa fáceret ut ſcriberet,& fáceret aliquid eorum quæ conſuéuit, ſinautem propter mœrórem & láchrymas ſe uehementèr reprehéndere & accuſâre, hortabâturque ut in urbem redîret ad cõiunctam & ſólitam conſuetúdinẽ utriuſq;. Itaque Ci.reſpondens dicit ſe cognouiſſe amórem Luceii erga ſe,ſed eum non intellígere cauſam dolóris ſui. dicit enim ſe non tantópere angi propter damna,quæ reipub. euenérunt, ſed quòd eorum nullum uídeat remedium,in quibus quidem miſériis dicit ſolum literarum ſtudium eſſe ſibi relictum, à quibus non medicínã perpétuam malórum capit,ſed aliquam obliuiónem:itaque dicit ſe eis dare óperam,quod quidem ſi feciſſent ante ambo,dicit ꝙ potuiſſent eſſe unà omni tempore,fuiſſentq; literæ lenimento ualetúdinis Luceii,& mœróris ipſius Ci. Ex omni.parti.nulla enim claúſula uel potius nullum uerbum eſt in epiſtola tua,unde non percípiam magnum tuum erga me amórem. Ille.amor tuus. Non igno.immo multo antè perfectus.

reſponſoria ad cõſolatoriam

M.C. S.D. L.Luceio Q. F. EPIS 10

OMnis amor tuus ex óibus pártibus ſe oſtendit in his literis, quas à te proximè accêpi, non ille quidẽ mihi ignot⁹, ſed tamẽ grátus & optâtus:dícerem iucundus, niſi id uerbum in omne tempus perdidiſſem. Neq; ob eam vnam cauſam, quã tu ſuſpicâris, & in qua me leniſsimis, & amantiſsimis verbis vtens,re grauitèr accûſas:ſed quòd illius tanti vúlneris, quæ remedia eſſe debêbant,ea nulla ſunt. Quíd enim?ad amicoſne confúgiã? quàm multi ſunt?habúimus enim ferè cõmunes: quorum alii occiderunt, alii neſcio quo pacto obduruérunt. Tecum viuere poſſem, équidem & maximè vellem:vetuſtas,amor, conſuetudo,ſtudia paria.quod vinculũ,quaſi deeſt noſtræ coniunctionis. Póſſumúſne igitur eſſe vnà? nec mehércule intélligo quid impédiat: ſed certè adhuc non fúimus cum eſſemus vicini in Tuſculáno, in Puteoláno. Nam quid dicã in Vrbe? in qua, cum forum cómune ſit, vicinitas non requíritur. Sed caſu néſcio quo in ea témpora noſtra ætas íncidit,vt cũ maximè florêre nos oporteret,tũ viuere etiã pudêret.

HVBER.

IVCVNDVS.delectábilis,plenus uoluptátis, & tamen latentèr oſtendit fuiſſe iucundus. Id.u. iucundus. Perdidiſ. quia nunquam ampliùs pótero dícere aliquid eſſe mihi iucundum, propter máximas calamitátes, quæ mihi accidérunt. Eam u.eam ſolã. Suſpicâris.arbitrâris, exiſtimâbat enim Luceius eum tantópere mœrêre propter amiſſam filiam, propter quã amicè & familiaritèr probat non eſſe tantópere dolendũ. Re,effectu ipſo,quia quamuis uerba non uiderentur acerba, re tamen ipſa me gráuitèr accuſábas.

Volnus

Vúlneris.damni & dolóris. Vir. Aeternũ ſeruans ſub pectore uulnus. Ea.remedia. Quid enim.probat nulla eſſe remedia,quæ eſſe debêbant: remedia autẽ malorum noſtrórum & dolórum ſunt amíci, ad quos póſſumus confúgere conſolatiónis cauſã,ſibi autem dicit præcipuum remedium potuiſſe eſſe Luceiũ,ſed nõ potuiſſe cum eo eſſe:ſupereſſe ígitur ſolas líteras, in quibus poſsit habêre perfúgiũ, ſed eas quoq; non poſſe omníno eum cõſolári.Quã mul.ſunt.q.d.paucíſsimi,ut tu noſti. Fere oẽs. nã qui erãt mihi amici etiã erant tui. Occidérũt.periérũt in bellis ciuílibus. Obduruérũt.facti ſunt duri cõtra me, ut nõ amplius miſereant̃ mei,reliquérũt enim me propter mutatiónem fortúnæ,quia ut inquit Oui.Tẽpore fœlici multos numerâbis amicos.Tẽpora ſi fúerint núbila ſolus eris. Tecũ. dicit ꝙ cum ex multis amicis,qui partim obduruérũt,partim periérũt, Luc. permanſit in fide & bñuolẽtia: ſupereſt ut cũ eo uíuere poſſit & uelit, latentèr tñ accúſat Lu. ꝙ eius culpâ nõ ſimul uiuãt, quia cũ eſſent ambo in Tuſculáno & Puteoláno uicini nõ tñ unà fuerũt,ex quo ínnuit eos,multo minùs fore ſimul nũc,cum locorũ interuallo ſunt diſiuncti.

Obduruerunt

Ouid.

Vellẽ.optârẽ. Vetuſtus amor.antiquus & iam multis annis incept⁹,in quo magna eſt uis,ut ipſe oſtẽdit in Lelio de amicitia. Paria.ſimília,qa ambo uerſati ſumus, & uerſamur in ſtudiis literárũ. Quod uincu.i.quæ ſtudia paria ſunt uinculum noſtræ coniunctionis, quia nihil eſt quod magis alliciat atque áttrahat ad amicitiam quàm morũ ſimilitûdo & páritas ſtudiórũ. Quid impe.quid prohíbeat,quóminùs unà eſſe póſſumus. Non fuit.ſ.unà. Vicini.propinqui habitatióne, ex quo facilius unà eſſe poterâmus. Puteoláno.rus erat Cic. apud Putéolos in cãpania,& ſic Tuſculánũ. In urbe.ſubaudi cũ eſſêmus,qđ plus eſt. Vicinitas,non re: quia ex diuerſis pártibus urbis omnes ad forũ conuéniunt,ita ut illud habeâtur pro uicinitáte,forum autem cauſárum intélligit. Caſu.infortúnio. Oportêret.decêret. Flore.eſſe in fortuna ſecunda. Pudêret etiam ui.quia amíſimus dignitâtem & libertâtem,& dénique rempub.ſine quibus uir magni ánimi uitam optâre non debet.

Puteolanũ

ASCEN. Ordo.

OMNIS amor &c.Quia multis uerbis conſolatóriis damnârat Luceius mœrórem Cic.dicit Cic.ſe agnóſcere amórem Lucei in ſe,ſed eum nõ cápere cauſam mœróris,quæ erat ꝙ nullum uíderat remedium.Ordo eſt. Omnis.i.totus amor tuus oſtendit ſe ex ómnibus pártibus in his líteris, quas accepi proximè à te, non quidẽ ille.ſ.amor tuus ignôtus mihi,ſed tamen grátus & optâtus,dícerem iucũdus,niſi perdidiſſem id uerbum,ſ.iucundus,quod non niſi rei lætæ cómpetit.Ex hoc autem loco accêpit Valla differentiam, quam ponit inter iucundus & gratus,allêgans hęc Ci.uerba,ut gratum ſit útile & acceptum,licet non hábeat delectationẽ annexã, iucundum tantum uoluptuoſum.Prætereà ſignandum ꝙ omnis pars oratiónis uerbũ dicâtur,nam iucundus quod nómen eſt,hic uerbũ dícitur,in ómne tempus.ſ.futûrum. Neq; ſup.pérdidi illud uerbum ob eam unam cauſam,quam tu ſuſpicâris.ſ.ꝙ reſp.amiſſa ſit.Huber. expônit ꝙ filia mortua ſit, ſed de filia nihil méminit in ſuperióri epiſtola Luceius,& in qua.ſ.cauſa,tu utens uerbis leniſsimis & amâtiſsimis,accúſas me gráuitèr re.i. in ſententiâ ipſa.Nam turpe eſt uiro forti lugêre,quæ neq; uitâre potuit priuſquã euenirẽnt,neque emendâre ubi euénerint,qualia erant incõmoda reip.ſed ꝙ ea,quæ debêbant eſſe remédia tanti uúlneris.i.tanti dolóris, ſunt nulla.i.non extant. Quid enim.i.nám quid fáciam? Confúgiam ne ad amicos,q̃.i. quantùm, multi ſunt ſup.amici?q.d.nimírum paucíſsimi.Et ſi quærat Luceius cur id à ſe petat Cic.addit,ideò peto,enim.i.quia,nos habúimus fere.ſ.omnes ſup.amícos cõmúnes,& ita ſi ſcis q̃ pauci ſint tibi amici réliqui,fácilè etiã ſcias q̃ pauci ſunt mihi. Quórum.ſ.amicórum cõmunium, alii.i.aliqui, occidérunt.i.mórtui ſunt, ab óccido pe.breui, alii neſcio quo pacto.i.modo,obduruérunt.i.duriſsimi facti ſunt,ut nõ miſereantur mei, & ita me dereliquerunt. Equidem,ego quidem,poſſem uíuere tecum. Reſpicit id,quod Luceius rogauérat, ut ad cõuictum ſuũ rédeat,& uellem maximè.ſ.uiuere tecum. Nam ſup.amor noſter eſt uetuſtus,conſuetúdo ſup.eſt uetuſta,ſtudia ſup.noſtra ſunt paria.i.conſimília,& ita quod uínculũ,quæ res deeſt coniunctióni noſtræ?q.d. certè nullũ & nulla. Ergo póſſumus ne eſſe unà.i.in uno loco? Nec mehércule, ſup.ita iudicante ut uerum dico, intélligo.i.non perſpício,quid impédiat.ſ.nos unà eſſe,ſed certè.i.quod euidentèr ſcio, nos nõ fúimus adhuc.ſ.unà cum eſſémus uicini in Tuſculáno.ſ.agro,ubi Cicero erat,& Tuſculánas ſcripſit quæſtiónes,& ſup.in Puteolano ſup.agro,ubi Luceius erat. Nam quid dicâmus in urbe.i.cum ambo eſſémus in urbe.ſ.Roma,in qua cum forum ſit cõmune,in quod omnes conuéniant præſertim cauſídici. nam de foro iudiciáli intelligit, uicínitas non requírit̃, & non erant ſimul quia nullus erat bonis uiris in foro locus.Sed noſtra ætas íncidit neſcio quo caſu in ea tempora, ut cum oportêret.i. decêret & iuſtum eſſet, nos florêre maximè, ſcílicet in curia & foro, cum ómnibus perfuncti eſſent honoribus, pudêret tum, id eſt tunc, etiam uíuere,cum ſine dignitáte uiuant.

Vallam au

Quod enim eſſe póterat mihi perfugiũ ſpoliâto & forénſibus, & domeſticis ornamẽtis,atque ſolátiis? literæ credo, quibus vtor aſsiduè. quid enim aliud fácere poſſum? ſed neſcio quo modo ipſæ illæ excludere me à portu & perfugio videntur: & quaſi exprobrâre quòd in ea vita máneam, in qua nihil inſit niſi propagátio miſérrimi témporis. Hic tu ea me ab-

HVBER.

QVOD enim.interrogátio. Domeſticis or. propter filiam, propter rem familiárem à Terentia malè adminiſtrâtam,quæ dénique ab eo diſcéſsit, & Saluſtium ſecûta eſt. Forénſibus.quia ut ſuprà dixit, nihil in foro ágere debêbat &c. Líteræ.ſubiéctio,& reſpónſio ad interrogatiónem,& ſubaudi póterant eſſe profugiũ mihi. Aliud.quàm uti líteris. Neſcio quomodo.q.d.præter natûram ſuam,cùm ſóleant fœlicibus témporibus ornamento, & miſeris ſolátio eſſe. Exclúdere.prohibêre,expéllere. A portu.à quiête,à recreatióne.tranſlátio ſumpta à nauibus,quæ in portu quiêtem habent.Ouid.Tu citiùs uenias portus & aura tuis. Exprobrâre.i. cum probro & contumélia obiícere.

esse vrbe miraris, in qua domus nihil delectare possit, summū sit odium temporū, hominū, fori, curiæ? Itaque sic literis vtor, in quibus consumo omne tēpus, nō vt ab his medicinā perpetuā, sed vt exiguam obliuionē doloris petā. Quòd si id egissemus ego atque tu (quod ne in mentem quidē nobis veniebat propter quotidianos metus) omne tēpus vna fuissemus: neque me valetudo tua offenderet, neque te meror meus: quod quantū fieri poterit, consequamur. Quid.n. est vtriq; nostrum aptius? Propediē te igitur videbo. Vale.

Ex.xvi. Epistola. Omnis amor tuus.

Neque eam unam ob causam, quam tu forte suspicaris. Quid enim faciam? ad amicosne confugiam? Vetustas, amor, consuetudo, studia paria, quod uinculum, quæ res, id est nostræ coniunctionis, possumus igitur esse una? Nec me hercle intelligo, quid impediat. Quod enim poterat esse mihi perfugium. filii, refugium habent. sic postea & perfugio legunt. Sed ut exigam obliuionem doloris, expetamque.

obiicere. In qua uita. Propagátio. dilátio, nam quanto diútius uiuam, tāto plures misérias expecto, quod quidē literæ, hoc est philosophiæ precepta, dissuâdēt quæ iubent potius moriendum in libertáte & hone-
Hic státe, quàm uiuendum in seruitúte. Hic. nunc. Domus, quia amisi ornamenta doméstica, ut ante dixi. Summum odi. tē. subaudi in qua urbe sit summum odium temporum, id est summū fastidium & moléstia & eórum, quæ his temporibus fiunt. Hominū. s. sit summū odium, quia nihil eórum agunt pro repu. quæ debent. Fori. in quo nihil ágere libet propter oppressa iudícia & leges. Curiæ. in qua non licet cuiquam dícere, quod sentiat. Medicínam. remédiū & medicamen malórum meórum, translátio sumpta ab ægrotántibus, quibus datur medicína ad tollendū morbum. Perpétuam. ad omne tempus. Exíguam obli. ut interdum obliuiscar dolóris mei, nam saltem dūm lego, non recordor malórum meórum. Quod. quam rem. Egissēmus. ut essēmus usi líteris. Quod non ue. in men. quod nō cogitabâmus. Motus quot. turbatiónes & mutatiónes, quæ quotidie fiébant in repub. Valitúdo. s. mala. Mœrór. quem ex misériis & doméstícis & públicis cápio. Quod. ut neque tua ualitúdo me offendat, nec te mœror meus. Consequâmur. efficiâmus, scilicet utēdo líteris, & simul uiuendo. Aptius. quàm literis uti, unà esse quantum
Propediē fieri póterit. Propédiem. quamprimum, cito.
ASCEN. QVOD enim profugium, quod dicūt refugium, póterat esse mihi spoliáto, id est uiolenter exacto & priuáto, &. i. simul ornamentis doméstícis. i. quibus ornâbar domi meæ, & forénsibus, id est quibus ornâbar prius in foro, & solatiis, scilicet doméstícis, & forénsibus, quasi dicat nullum, quod per locum à maióre declarat. Credo sup. quòd literæ, scilicet póterant mihi esse profúgium. quibus, scilicet líteris, ego utor assidue, quid enim possum fácere aliud, scilicet quàm líteris incúmbere? quasi dicat nihil, sed nescio quómodo illæ ipsæ, scilicet literæ, uidētur exclúdere me à portu & profugio, id est à réquie & securitáte, & quasi exprobrâre, id est probro dare quòd máneam in ea uita, in qua nihil insit, nisi propagátio. i. exténsio, témporis misérrimi. Tu mirâris hic. i. in hac conditióne uitæ & temporū, me abesse ea urbe, in qua domus. s. propria nihil possit delectâre, & in qua sup. sit summum ódium, témporū, hóminum, fori. s. iudiciális cúriæ. s. senátus. Itaque quia in urbe esse non licet, ego utor líteris ut, sic in quibus cōsumma omne tempus, non ut petam ab his. s. líteris, medicinā perpétuam, sed ut sup. petam exíguam. i. módicam obliuiónem dolo. Quod. s. ita uti líteris, si ego atque tu egissēmus, quod. s. ágere ne quidem. i. non saltem, ueniébat nobis in mentē, propter quotidiános metus, qui usum ratiónis impediébant, nos fuissēmus omne tempus unà. i. simul. Dixi signandum Ci. libentèr uti actō temporis continui, tam cum nota continuatiónis, ut hic omne, quàm sine ea, ut álibi sæpe. Neque ualetúdo tua. s. uária & nō bona, offénderet. i. læderet me, neq; mœror meus sup. offénderet te. Quod consequâmur. i. obtineâmus, quantùm poterit fíeri, quid enim aptius sup. est utriq; nostrum? quasi dicat nihil. Igitur ego uidêbo te propédiem. i. mox, ita ut propè sit dies.
***PETRI VICTO. CASTI.** EXCLVDERE me à portu, & perfugio uidentur. Eádem metaphora usus est Plutarchus, & éadem uerba coniunxit, cum de domo Tribuni Pl. loquerétur, cuius fores claudi leges non sinébant, sed & noctu ac die patébant, ut quilibet omni témpore præsidio ipsius uti posset, in explicatióne rerum R. cclii. ὅθεν οὐδὲ οἰκίας αὐτοῦ κλείεσθαι νενόμισται θύραν, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ ἀνέῳγε καὶ μεθ' ἡμέραν ὥσπερ λιμὴν καὶ καταφυγὴ τοῖς δεομένοις. Tanquam, inquit, portus quidam, ac perfugium cunctis, qui ope illórum indigérent.

consolatoria.

HVBER. ET si unus. Cum uehemēter doléret Ti. ciuis Roma amissis líberis, eo témpore, quo respu. erat in potestáte Cæ. Ci. hac epístola eum consolâtus est, adductis multis ratiónibus & à lege natúræ, & à qualitáte temporum, non esse lugendam mortem puerórum, aut adolescéntium, qui uidentur míseriis erepti. Denique arguit à tenóre uitæ ipsius Ti. & à reliquis ratiónibus, quibus usus est etiam Serui. Sul. ad Ci. lib. iiii. epístola. v. Vnus. ego solus. Accommodâtus. aptus, idóneus. Quod. quia, & est rátio quare non sit accommodâtus ad consolandum.

M. Cicero. S. D. Titio. Epist. 17.

ET si vnus ex omnibus minimè sum ad te consolandum accommodâtus, quòd tantum ex tuis molestiis cepi doloris, vt consolatione ipse egêrem: tamen cùm longiùs à summi luctus acerbitáte meus abesset dolor, quàm tu9, statui necessitúdinis nostræ esse, mêque in te beneuolentiæ, non tacêre tanto in tuo mœróre tamdiù: sed adhibêre aliquam módicam cōsolatiōnē, quæ leuare dolorem tuum posset, si minus sanâre potuisset. Est autem consolátio peruulgâta illa quidem maximè, quam semper in ore, atq; in ánimo habêre debēm9,

HVBER. MOLEstiis. angóribus solicitudínibus. Longiùs
Acerbitate q̄. t. qa ꝑpius te attigit casus tu9 quā meus. Acerbitate. uehemētia, asperitáte. i. cū meus luctus esset minùs acerbus q̄ tuus. Státui. insti. Módicā. medióćrē. Le. leuē & mi. facere. Si mi. potui sana. i. pénitus amouêre. Peruulgâta. q̄ ferè oēs utunt. In ore. ut eū semper dicâmus. In aio. in cogitatióne & recordatióne.
PHI. ET si. Amíserat libe. Titius ciuis Ro. & Cice. amicus, amissa repu. & quum eórum mor. plusquam decéret grauem & sapientem uirum dolére uiderétur: has ad eum Cic. líteras dedit, eiusdem senténtiæ cuius illa Sulpi. ad Cic. de óbitu filiæ. Accōmodâtus. aptus & idóneus. Quod. ratio est quod aptus non sim ad te consolandum. Longiùs. quoniam magis te tangit & perturbat quàm me ipsum casus tuus. Acerbitáte. aspéritáte. Translatio quæ plurimum splēdoris affert
Leuare in oratione parcè detorta. Módicam. mediôcrem. Leuâre. mollem & leuem efficere.
ASCEN. Ordo ET si unus. Consolâtur Ti. ciuem Ro. dolentem super morte liberórum suórum, quos sub dominâtu Cæ. ami. docens id pérperam ab eo fieri. Ordo est. Et si, id est quanquam, ego sum unus ex ómnibus, minimè accommodâtus, id est aptus ad consolandum te. quòd. i. quia, ego cepi tantum dolôris ex mœsticiis tuis, ut ipse, id est egomet, egêrem cōsolatione: tamen cum do. meus abesset longiùs ab acerbitáte summi. i. maximi luctus quàm tuus, statui. i. putâui esse necessitúdinis nostræ & beneuoléntiæ meæ in te. i. pertinêre ad necessitúdinē nostram & beneuoléntiā meam in te, non tacêre tam diù in tanto. i. tam uehementi dolóre tuo, sed adhibêre aliquam consolatiónem meam, quæ posset leuâre, id est imminúere, dolórem tuum: si minus, id est non satis, potuisset sanâre, id est pénitus abolére dolórem tuum, dum enim ægritúdo sanâtur, perit, dum homo cōnualet. Est autem consolátio peruulgâta, maximè quidem illa, quam debēmus habêre semper in ore.

Hómines nos vt esse meminerímus: ea lege natos, vt ómnibus telis fortúnæ propósita sit vita nostra: neq; esse recusandū, quo minùs ea, qua nati sumus, conditione viuâmus: neve tam grauitèr eos casus ferâmus, quos nullo consilio vitare possimus: euentísque aliórum memória repetendis, nihil accidisse noui nobis cogitēmus. Neque hæ, neque cæteræ consolationes, quæ sunt à sapientíssimis viris vsurpâtæ, memoriæq; literis próditæ, tantùm videntur proficere debere, quantùm status ipse nostræ ciuitatis, & hæc perturbátio temporum perditôrum: cum beatissimi sint qui líberos non suscepērūt: minus autē míseri, qui his tempóribus amisérunt, quàm si eosdē, bona, aut dénique áliqua Reipubl. perdidissent. Quòd si tuū te desyderium mouet, aut si tuárum rerū cogitatióne mœres: non fácilè exhaurîri tibi istum dolorem posse vniuersum puto. Sin illa te res crúciat, quæ magis amóris est, vt eórum, qui occidêrunt, miserias lúgeas: vt ea non dicam, quæ sepíssimè & legi & audíui, nihil mali esse in morte. in qua si resídeat sensus, imortalitas illa potius, q̄ mors ducenda sit: sin sit amissus, nulla vidêri miséria débeat quæ

HVBER. HOMIMES. mortâles. Telis. ictibus, translatio ab hóstibus. tela autem fortúnæ sunt, paupertas, repulsa, priuátio honórum & magistratuum, amissio amicórum & liberórum & propinquórum & cæterórū huiusmodi. Qua nati sumus ut subiaceâmus ómnibus telis fortúnæ. Nullo cō. nulla prudéntia, quia multi casus sunt, quos etiam uir prudens uitâre non potest. Euentis ca. nam si cogitâmus quid aliis eueniat, intelligémus nihil noui nobis accídere. Hæ cō. quas nunc tibi áffero. Vsurpâtæ. à sapiētíssimis, quibus frequentèr usi sunt uiri. Status. condítio. Perditôrum. miserrimôrum, de quibus nulla ferè spes. Beatíssimi. quia nullum omnino dolórem ex filiis suscepêrunt & nésciunt quid sit amittere filios, nec ꝓsperis nec aduersis tēporibus. Minus mi. fecit duos gradus eorúm, qui non sunt habendi infœlíces tálibus tempóribus, primùm, eorum, qui nunquā suscepérunt líberos, quos etiam beatíssimos dixit. Deniq; eórum, qui potiùs amisērūt eos tempóribus míseris quàm fœlícibus. Bona. secūda. Aut ali. i. aut saltem
Dilemma non penitùs delâta. Quod si. facit Ci. dilēma quoddam. i. argumentum diuisum, dicit enim Titiū mouêri & dolêre uel propriâ causâ, uel causâ eórum, quos amisit. qđ si dolet propriâ causâ, dicit ei facilè nō posse adhibêri consolatiónem. sin uero dolet causâ eorū, quos amisit, quia existimet eos esse míseros, & aliqđ mali passos esse, dicit nihil mali esse in morte, itaque nihil mali eis accídere potuisse. Prætereà ostendit ea imminêre & futúra esse, quæ qui relíquerit, non ui-
Desyderiū deâtur deceptus neq; miser, sed potiùs beâtus. Tuū de. i. proprium desydérium & amor tui ipsius, desydérium enim pro uehemēti amóre pónitur, sic apud Iuue. Cur desyderio Bibulæ Sertorius ardet. interdū pro abséntia rei gratæ & optâtæ, & pro morte. Cic. in Lælio. Ego si Scipionis desyderio me mouêri negem,
Exhauriri quàm id rectè faciam, uíderint sapientes. Mouet te. dolôre áfficit. Exhauríri. euacuâri, pénitùs auferri. Vniuersum. totum, quin aliqua partícula relinquâtur quotiescunque cogitâbis de rebus tuis. Istum. tuum. Illa res. quæ séquitur. s. ut eorum qui occidêrunt &c. Occidêrunt. periêrunt. Legi. apud Philosophos. Audiui. à uiris sapientíssimis & preceptóribus. Nihil ma. huiuscémodi dísputatiónem tractat Ci. in Lælio & pleniùs in libr. I. Tusc. quæstionum. Resídeat. remáneat. Sensus. ut ánima omnino non deleâtur, quod est uerum. Immortálitas. æternitas quædam uiuendi. Amissus. scilicet sensus. Débeat. pro debēbit.
PHI. HÓMINES. hæc est illa peruulgâta senténtia & diffûsa & generális consolátio, quam dicit: & est argumentum à lege natúræ. Sed interfit ne aliquid inter hómines & mortáles, Fronto Gellianus audiendus est. Ego (inquit) sic existimo longè itaq; esse ampliùs prolixiùs & fusiùs in signanda totius prope multitudine ciuitâtis mortáles quàm hómines, namque multórum hóminum appellatio inter modicum prope numerum cohibêri atque includi potest. Multi autem mortales nescio quo pacto & quodam sensu inerrábili omne fere genus, quod in ciuitate est, & órdinem & ætátem & sexus comprehendūt, & ex eo hæc disputatio est orta, quod apud Clodium Quadrigarium sic légerant, concione dimissa, Mar. in capitolium uenit cum multis mortalibus, inde cum domū proficiscerētur tota ciuitas eum redûxit. Ea lege. constitutione fatórum & syderū. Telis fortunæ. metáphora à re militari. Sunt enim tela fortúnæ, omnia incōmoda, & oīa mala, quæ hoībus possunt accídere,

dere. Propósita.tanquam signum sagittandi,quod græci σκοπὸν dicunt. Nullo consilio.tria in hómine spectare póssumus,consilium,factum,& successum,quæ sunt ánimi,córporis,& fortúnæ.& multi sunt casus,qui nullis his rationibus uitári possunt. Euentis.multi non intelligentes corrumpunt hunc locum,& pro euentis legunt euéntibus,putátes tam in singulári quàm in plurâli quartæ inflexionis nomen.Sed in singulâri est quartæ & masculini generis.In plurali uero secundæ,& ut plurimũ géneris neútri.Ci.ad Atticum,semper enim causæ euentórum magis mouent,q̃ ipsa euenta. Vsurpátæ. in frequenti usu habitæ tam dictis q̃ factis.Ci. in parado.prædicare enim hoc est usurpátum à doctíssimis. Memóriæ pródite.hoc est scriptæ.Nam scríbere multis modis apertíssime dícitur,ut exarâre,literis cõmendare,memóriæ pródere,literis dare,scriptis mándare,literis cõmittere,literárum monumentis trádere. Status ipse ciuitátis.cum póndere suo,dixit ipse,qui est infœlicíssimus,& tanta calamitáte oppréssus,ut omnino non sit amplius aliquis status ciuitátis: adeo φ ut ait,óes illi beatíssimi atq; fortunatíssimi habendi sunt, qui his temporibus perditis liberos non habuérunt, & illos minus míseros dicit esse,qui cum líberos habuíssent illos amísérunt,q̃ si eósdem líberos in florente rep.perdidíssent. Quod si tuum te desyderium mouet.mordet,& sollícitat,ut non propter filium qui sit extinctus,sed propter teipsum,qui careas utilitáte & dulcédine filii doleas.Id autem desyderium si te mouet,non puto omnino tolli posse.Et facit argumentum quod dícitur dilemma síue diuísio,quod fit ex duabus contrariis sententiis hoc modo:aut doles propter teipsum & propriam utilitatem:aut propter liberos.si quidẽ propter teipsum doles,non facilè consolári possem:si uerò propter líberos doles, quomodo eos exístimes esse míseros propter mortem,dico tibi in morte nihil.m.& miseriæ, & illis ex hóc quod mortui sunt,nihil.m.accídere potuísse.ex quo tibi cõcludo non esse dolendum. Desyderium.amor, alias pro absentia rei optatæ. Exhauríri. pénitus auelli. Quæ ma.amo.est ut luges filiũ non propter te,sed propter seipsum.Quod autem si mortuus: lætári magis debes,q̃ dolére:cum nihil.m.sit in morte,& nihil boni sit in uita. Legi & audíui:áddere & tertiũ póterat,scripsi.Nam primo Tusculanárum hæc ómnia ubérrima oratione tractáuit: legit etiam apud philósophos,& audiuit à suis præceptóribus. Si resídeat sensus.ut ánima nõ moriátur cum córpore.& est argumentum à necessário,ut aut remáneat sensus,aut omnino péreat,nõ est áliqua futura miséria ex morte. Vnde etiã nec morte alícuius dolendũ est.prima Tusculanárũ hæc ómnia dísputantur. Occidérunt.à cado,mórtui sunt.

ASCEN. ATQVE in ánimo, ut meminérimus nos esse hómines natos ea lege, ut nita nostra sit propósita ómnibus telis fortunæ. Neque id esse recusándum,quo minùs.i.ut non, uiuámus ea conditione,qua sumus nati, ue.i. uel,ne ferámus tam gráuiter eos casus,quos nullo consílio póssumus uitáre,& cogitémus repetẽdis memória euentis.i.dum repetimus memoria euenta aliórum,nihil nouí accidísse nobis. Neq; hæ.i.huiusmodi,neq; cæteræ.s.tales consolationes,quæ sunt usurpatæ.i.in usum addúctæ,& pródite.i.mándatæ memóriæ, & líteris.i.scriptis,à uiris sapiéntibus,uidéntur debére proficere.i.profectum fácere,tantũ quantum,status ipse ciuitatis nostræ,& hæc perturbatio témporũ perditórum,cum illi qui líberos non susceperunt.i.sustulérunt, aut genuérunt,sint beatíssimi. Autem.i.sed, illi sup. qui amísérunt líberos suos his témporibus , sint minus míseri,q̃ si perdidíssent eósdem,rep.supplente bona,aut déniq;.i.saltem,aliqua,cum iam sit nulla. Quod si desyderium tuum.s.in filios tuos,mouet.i.áfficit te,aut si mœres.i.in mœróre es, cogitatióne rérũ tuárũ, ego puto istum dolórem non posse exhauríri tibi facile uniuersum.i.simul omnem. Sin.i.sed si, illa crúciat te, quæ est magis amóris,ut lúgeas miserias eorum qui occidérunt.i.liberorum tuorum, ut non dicam ea,quæ legi & audíui sæpe,nihil mali esse in morte,id est in eo,quod est esse mortuum,in qua,scilicet morte,si sensus,id est perceptio & sensio resídeat,id est permáneat,illa,scilicet res,quæ dícitur mors,dicenda sit potiùs ímmortalitas q̃ mors.

HVBER. SENTIATVR. sensu aliquo percipiatur.nam nemo potest esse miser,qui nihil séntiat,sic Ci.in Lelio. Sinautem illa uereor, ut idem interitus sit animorũ & corporum, nec ullus sensus maneat, ut nihil boni est in morte,sic certe nihil mali.sensu enim amisso fit homo quasi natus non esset omnino. Tamen licet etiam nihil mali sit in morte. Non dubitans,sine dubio. Miseri.confundi,sine ratione & perturbate fieri.Vir.interea magno miscéri &c. & alibi. Miscet agés

Impẽdere telis nemora &c. Impendere.imminere, futura esse. Reliquit,scilicet morte. Nullo modo de.id est nullo uideatur male sibi consultum esse, sed potius sibi

Decepti bene euenisse , decepti enim dicuntur quibus aliter euenit, quàm putabãt. Quid est enim.probat ea uel miseri uel imminuere.Quę qui reli.nõ uideatur esse deceptus. Quid loci,id est quis locus. Pudori.uerecundiæ,timori,infamiæ,& ignominiæ,est enim uitus pudor. Rectis.probis. Bonis ar.quia sunt etiam malæ. Libertati.quæ oppressa est. Ereptus.liberat9. Inquinatíssima.sordidíssima & fœdíssima. A diis imor. qui recte sciunt consulere homini , ut testatur Iu. Charior est illis homo , quàm sibi. Hocunum.

Cõtingere hoc precipuum, & quasi solum. Detrahi. amoueri de malo dictum , sicut & apud Cice.accidere de bono dicto notauimus.

HVBER. RELINQVETVR. supererit,restabit. Simplex.unica. Non co.cum il.non erit cõmunis cum illis,si enim exístimabis eis nihil mali accidísse,nullam curam doloris de eis capies. Referetur. retorquebitur. Ad teipsum . cuius causa solũ dolebis. In qua, scilicet cura doloris propter teipsum. Grauitatis.au-

non sentiatur. hoc tamen nõ dubitans cõ firmare possum,ea miscéri,parari,impendere Reipubli. quæ qui reliquerit , nullo modo mihi quidem deceptus esse videatur.Quid est enim iá non modo pudori, probitati,virtuti,rectis studiis,bonis artibus, sed omnino libertati, ac saluti loci? non mehercule quenquam audiui hoc grauíssimo, & pestilentíssimo anno adolescentulum,aut puerũ mortuũ, qui mihi non à diis immortalib9 ereptus ex his miseriis,atq; ex iniquíssima conditione vitæ videretur.Quare si tibi vnum hoc detrahi potest,ne quid iis,quos amásti,mali putes cõtigísse: permultũ erit ex mœrore

animo. Contigisse.euenisse:& notandum cõtingere

tuo diminutum . Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui,quæ non cũ illis cõmunicabitur,sed ad te ipsum proprie referetur. in qua non est iam grauita

tis,&

tis & sapientiæ tuæ,quam tu à puero præstitísti,ferre immoderatius casum incómodorum tuorum,qui sit ab eorum,quos dilexeris,miseria,maloque seiunctus. Et enim eum semper te,& priuatis in rebus, & publicis præstitísti,tuenda ibi ut sit gratuitas , & constantiæ seruiendum . Nam quod allatura est ipsa diuturnitas quæ maximos luctus uetustate tollit, id nos præripere consilio, prudentiaque debemus. Etenim si nulla fuit unquam liberis amíssis tam imbecillo mulier animo quæ non aliquando lugendi modum fecerit:certe nos , quod est dies allatura , id consilio anteferre debemus : neque expectare temporis medicinam , quam repræsentare ratione possimus . His ego literis si quid profecíssem , exístimabam optandum quiddam me esse assecutum . sin minus forte ualuíssent, officio tamen esse functum beneuolentíssimi , atque amicíssimi : quem me tibi & fuísse semper exístimes uelim, & futurum esse confidas. Vale.

Ex.xvi.Epistola.Et si unus ex omnibus.

Et quasi resideat sensus,immortalitas illa potius, quàm mors dicenda sit.Hoc tamen non dubitans cõ firmare possum,eam miseriam parari , & impendere reipubli. quam qui reliquerit . Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui,quæ non cum illis communicabitur,sed ad te ipsum proprie perfertur. nonnulli defertur.

thoritatis,& constantiæ. Præstitisti,exhibuisti,ostẽdisti.Immoderatius.uehemẽtius , sine moderatione.

Qui.casus. Seiunctus,separatus,semotus. Eum.talem.Tuenda.seruanda. turpissimum enim non respondere pristinis uirtutibus.Seruiendum.obsequẽdum. Constantiæ,ut perseueres eodem tenore uitæ, quæ ante præstitísti. Diuturnitas est alla.i.φ longinquitas temporum est factura , ut obliuiscamur dolorum,id debemus cõsilio sapientiaque anticipare.Sic supra Seruius ad Cice. Nullus dolor est quem temporis longinquitas non minuat ac molliat,hoc te expectare tempus tibi turpe est,ac non ei rei sapientia tua te occurrere.Etenim.facit argumentum à minori ad maius dicens,φ si mulieres quæ sunt animi imbecilliores,amissis filiis aliquando lugendi finem faciunt,multo magis debent uiri consilio & prudentia anticipare id quod necessitate temporis aliquando fit. Imbecillo.infirmo. Aliquando.tandem. Lugendi.mœrendi. Repræsentare.ad præsens afferre. Profecíssem.profuíssem tibi.i.si persuasíssem tibi ut dolorem deponeres. Quiddam.i.aliquid assecutum, effecísse. Valuíssent.s. literæ meę ad te consolandũ.

Seiunctus

Aliquãdo

Futurum esse.subaudi existimabam. Quem.i. qualem.s.beneuolentíssimum & amicíssimum.

PHI. SENTIATVR. nam si non sentitur , non potest dici miseria,quis enim negat? Et hoc in Lælio,ut sin autem illa uereor,ut idem interitus sit animorum & corporum,nec ullus sensus maneat, ut nihil boni est in morte,sic certe nihil mali. Miseri.commoueri,& perturbari. Impendere.instare & uentura esse.

Articulus.& ea intelligit futura & præsentia reip. detrimenta,quæ quis morte reliquerit,non pessime cum illo esse actum uideatur. Reliquerit.euitauerit.s.morte. Deceptus. male egisse cum fortuna , sed bene sibi contigísse,φ sit mortuus.& ille dicitur deceptus cui aliter accidit q̃ putabat,ut Virg.deceptam morte fefellit. Quid loci.quoniam Cæ.inuaserat omnia, & est ratio superioris sententiæ. Pudori.arti culus. Non hercule.eorum fœlicitatem ostendit, qui mortui sunt,& à cõtrario eorum infœlicitatem qui uiuũt.A diis immortalibus.secundũ Stoicos qui dicunt deos habere curam rerum humanarum,& omnibus posse recte cõsulere,de quo Satyrus noster, Charior est illis homo,quàm sibi.Dicuntque unum deum esse,sed pro qualitate officiorum mutari nomina,& esse participem utriusque sexus. Simplex.

Deceptus

ut solum doleas propter teipsum. Ad te ipsum.cuius causa solum doleas . Referetur. reuoluetur. In qua. demonstrat hunc etiam proprium dolorem eiiciendum esse: Qui sit se.semotus & disiunctus casus tuorum incommodorum.Miseria.qua illi mortui liberati sunt,& tu doles eo esse ista miseria liberatos,id est mortuos, quoniam qui mortui sunt,omni sunt miseria liberati & malo,& illuc profecti ubi æuo sempiterno fruantur.

Partes ęthicæ

Euth.talem. Priuatis ac publicis. Tres sunt ethicę partes,Monastica,Oeconomica,Politica,duas ex his nunc tangit.Oeconomicam quæ in gubernanda re familiari uersatur.& optimas de seruis,de liberis,de uxoribus,de uniuersa domorũ familia leges ostendit,& Politicam quæ reip.administrationẽ amplectitur,& quo pacto quis cum summa laude in ea se habere possit,plane demonstrat, de quo multa cõscripsit. Plato .Priua. ad Oeconomicam. Publicis, Ad Politicam. Tuenda tibi.conseruanda, quoniam pristinis non respondere uirtutibus turpissimum esse uideretur . Ipsa diuturnitas:hanc Sulpitius longinquitatem dixit, & eandem sententiam posuit, ut nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat.sed hoc te expectare tempus tibi turpe est,ac non ei rei sapientia tua te occurrere: quod extremum Cice.sic ait id uero præcipere consilio,prudentiaque debemus,quæ duo sapientiæ membra sunt. Etenim à minore ad maius argumentum.Quod si fœmina amissis liberis lugendi finem facit,multo magis debent uiri,nec expectare temp9 ut admat,sed illum à se consilio & prudentia amouere. Dies allatura.longinquitas temporis, fœminino autem genere dies,ut plurimum pro tempore sunt usi. Neque expectare temporis medicinam.ut Sulpi. Hoc te expectare tempus tibi turpe est. Profecíssem.hoc est tibi persuasíssem,ut dolorem istum abiiceres . Quiddam. quid maximum. Valuíssent.s.literæ meæ,ad te consolandum potuíssent. Officio functum. fungimur officio uel officium.Teren.Tu illorum officia fungeris.Vtimur consilio & huiusmodi , & abutimur , quod est male utimur,accusatiuum etiam antiquitus petebant. Terent.abusum meretricem dixit.Potimur,in nostra potestate habemus.Virg.Connubio Aeacide Pyrrhi sceptrique potitum.Frui ad omnem animi delectationem ac commodamus. Nec illi hoc audiendi sunt , qui dicunt frui tantummodo ad res diuinas pertinere , cum etiã ad humanas refetri possit.Naso.Est aliqua ingrato merita exprobrare uoluptas.Hac frui,hac de re gaudia so-

Dies

Fungor
Vtor
Abutor
Potior
Fruor

la

la fêram.Vescimur cibis,unde antiquitas uesci pro comedere posuit.Virg.Vescitur Aeneas simul & Troiana iuuentus.Sed alibi pro uti accepisse uidetur, ut Quod si fata uirum seruant, si uescitur aura. Beneuolentissimi & amicissimi.bona iunctura uerborum,ut primo beneuolum,inde amicum dicamus. Beneuoli enim esse possumus,& non amici.Sed amici esse non possumus,nisi etiam beneuoli sumus,& crescit oratio.

ASCEN. SIN.i.sed si, sup.sensus sit amissus,nulla miseria debeat uideri,quæ non sentiatur.Recte concludit animos aut animas non mori:aut nõ pati si moriantur,sed non conuincit quin noxiorum animæ crucientur, non.n. sequitur habet immortalitatẽ,habet ergo beatitudinem. Hoc tñ.Tamen ego non dubitans possum confirmare hoc.s.ea,sup.ea mala,aut incommoda misceri.i.conflari,parari,impendere pe.longa.i. imminere reip. quæ .s.mala,is qui reliquerit scilicet moriendo:uideatur mihi quidem nullo modo esse deceptus,i. defraudatus, conditione uitæ,cum meliorem adierit,quã hæc esse posit, aut saltem malam euaserit. Enim.i.quia, quid loci est iam non modo.i.non solum,pudori, probitati,uirtuti,rectis studiis,bonis artibus,sed omnino libertati ac saluti.q.d.nihil. Me hercule ego non audiui quemq̃ adulescentulum aut puerum mortuum hoc anno grauissimo & pestilentissimo,qui non uideretur mihi ereptus à diis immortalibus ex his miseriis,atque iniquissima conditione uitæ, in qua unus dominatur oĩbus, nec locum probitati relinquit.Quare si hoc unum põt detrahi tibi,ne quid.i.ut nihil mali putes contigisse his quos amasti.s.liberis tuis permultum erit diminutũ.i.detractum ex mœrore tuo.Etenim.i.quia,iam.i.tunc,cura doloris tui relinquetur. Simplex.i.sine respectu liberorũ, utpote quę nõ cõicabitur cũ illis.s.defunctis,sed referetur proprie.i.peculiariter & unice ad te.In qua.s.cura,iam non est grauitatis ac sapientiæ tuæ,quam præstitisti.i.exhibuisti à puerili ætate ferre immoderatius casum incommodorum tuorum,qui sit seiunctus.i.separatus à miseria & malo eorũ quos dilexeras.Etenim tu præstitisti.i.exhibuisti semper te eum,id est talem,in priuatis & in publicis rebus, ut grauitas sit tuenda tibi,& seruiendum sit tibi constantiæ ut eã teneas. Nã nos debemus præripere consilio & prudentia,id quod ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus tollit, uetustate est allatura.Etenim si nulla mulier sit tam imbecillo.i.debili animo,amissis liberis,quæ non fecerit aliquando,id est tandem modum, id est finem lugendi,certe nos debemus anteferre id consilio,quod dies,id est diuturnitas est allatura, neq; expectare medicinam temporis,quam possimus repręsentare.i.in pręsens exhibere,ratione,id est per rationem.Si ego pro fecissem.quid id est in aliquo,his lr̃is, ego existimabã me esse assecutum quiddam optandũ. Sin, id est sed si, forte hæ literæ ualuissent minus,id est non satis,tamẽ existimabã me esse functũ officio.s.hominis bñuolentissimi atq; amicissimi, quem uelim ut existimes me & fuisse semper,& confidas esse futurum. Vale.

HVBER. NOn obliuióne.P.Séstius Cice.amicíssimus,cũ Clódius Cice.insequerétur, & rogatione sua ex urbe eiiciendum iudicasset,pro eo acerrimè unà cum Milóne aduersus Clodium & Clodianos pugnâuit, adeò ut etiam gráuitèr uulnerâtus in templo Castôris pro occiso relictus sit. Deinde accusâtus ꝙ hómines emisset,coegisset,parasset cum id ꝑ salute Ci.fecisset,Ci.post réditum suum elegantissima oratióne defendit, quæ adhuc extat, tandem tamen iniquitáte iúdicum damnâtus in exilium eiectꝰ est,quem Cic.hac epistola cõsolâtur, excúsans intermissionem literárum ad eum suárum, ostendens nõ fuisse propter obliuiónem uéteris amicitiæ,sed cum propter calamitátes reipu.tum propter acerbissima incõmoda ipsius Sestii,quem semper & amasse & tutâtum fuisse fatêtur. hortâturque ut forti magnoq; ánimo ferat hunc casum memor aliis etiam uiris clarissimis & Ro.& aliis ciuitátibus símiles casus euenisse.Deinde laudat pietâtem eius filii erga patrem,ex quo dicit eum debêre magnam consolatiónem accípere,ꝙ talem hábeat filium, magnam etiam ex amicis,quos habet fidíssimos.Postremo Cice.pollicêtur omnẽm óperam & officium suum ipsi Sestio.Intermissione con.id est cessatione meæ cõsuetúdinis scribendi libentèr ad amicos.Priora.cum eram ĩ exilio.

excusatoria. consolatoria

M.C. S.D. P. Sestio P.filio. Epist. 12

NON obliuióne amicitiæ nostræ, neque intermissióne consuetúdinis meæ, superióribus tempóribus ad te nullas líteras misi, sed ꝙ prióra témpora in ruinis reipu.nostrisq; iacuêrunt,posteriora autem me à scribendo tuis iniustissimis, atq; acerbissimis incõmodis retardârunt. Cũ vero & interuallum iam satis longum fuisset, & tuam virtutem,ánimique magnitúdinem diligentiùs essem mecum recordâtus:non putâui esse aliénum institûtis meis hæc ad te scríbere.

Ruinis.clâdibus,translatio sumpta ab ædificiis. Iacuêrunt,prostrata fuerunt. Posteriora.quæ secuta sunt réditum meum. Retardârunt.retinuêrunt,fecêrunt ut differrem ad te scríbere. Interuallum.spacium,distãtia témporis. Mecum.intra me,in ánimo meo. Alienum institutismeis:contrarium esse meæ consuetúdini & uoluntáti.

ASCEN. NON obliuione.Quo témpore Clódius Ci.acérrimè persequebâtur,eiiciendumq; urbe satagêbat,P. Sestius unà cũ Milone aduersus Clodiũ & Clodiânos réstitit, non uerbis modò sed armis, ita ut grauitèr uulnerâtus in æde Castôris pro occiso derelictus sit.Deinde accusâtus factionis,eleganti oratione,quæ adhuc extat,à Ci.defensus est,post modũ tamen in exilium missus,quo ad eum nunc scribit Ci.consôlans eũ,& primo se purgat,ꝙ nõ sæpius scrípserit,deíde filii ipsius Sestii pietâtem laudat,& óperam suã Sestio pollicêtur,hortâturq; demũ forti ac constanti sit ánimo. Ordo. Ordo est. Ego nullas,id est non ullas,non dedi ad te ullas literas tempóribus superióribus,non obliuiône,id est non propter obliuiônem amicitiæ nostræ,neq; intermissione,id est per tẽporis interruptionẽ, consuetudinis meæ,qua consuêui ad amicos scribere:sed ꝙ priora témpora,scilicet postq̃ prætermîsi scribere ad te, iacuêrunt in ruinis reipu.& nostris,posteriôra autem,scilicet tempora retardârunt me à scribendo, iniustíssimis atq; acerbîssimis incómmodis. Cum uero &,id est simul, interuallum iam satis longum fuisset,& recordâtus essem mecum diligentiùs uirtútem tuam & magnitúdinem ánimi non putâui esse alienum institutis,id est à moribus meis scríbere ad te hæc,scilicet quæ sequuntur.

Ego

Ego te P. Sesti,& primis tẽpóribus illis,quibus in inuidiá absens,& in crimen uocabâre,defendi:& cum in tui familiarissimi iudicio,ac periculo tuum crimen coniungerétur (ut pótui) accuratíssimè te, tuamque causam tutâtus sum: & proximè recenti aduentu meo cùm rem áliter institûtam offendissem, ac mihi placuisset si affuissem,tamen nulla re salúti tuæ defui. cumque eo témpore inuidiâ annónæ, inimici non solùm tui, uerum etiam amicórum tuórum, iníquitas totius iudicii, multaque ália reipub.uitia plus,quàm causa ipsa,uéritasque ualuissent: Publio tuo neque ópera,neque consilio,neque labore,neque gratia, neque testimonio defui. Quamobrem ómnibus officiis amicitiæ diligentèr à me, sanctèque seruâtis, ne hoc quidem prætermittendum esse duxi, te vt hortârer, rogâremque, vt & hóminem te, & virum esse meminisses: id est, vt & communẽ, incertumque casum,quẽ neque, vitâre quisquam nostrûm, neque præstâre vllo pacto potest, sapientèr ferres:& dolóri fórtitèr, ac fortúnæ resisteres:cogitâresque,& in nostra ciuitáte, & in cæteris,quæ rerum potîtæ sunt,multis fortissimis atque óptimis viris, iniustis iudiciis tales casus incidisse. Illud vtinã ne verè scríberem,ea te repub.carêre, in qua néminem prudentem hóminem res vlla delectâre possit. De tuo autem filio véreor,ne,si nihil ad te scrípserim,débitum eius virtúti videâtur testimoniũ nõ cedisse. sin autem omnia,quæ sentio, per scrípserim,ne réfricem meis líteris desyderium,ac dolórẽ tuum. Sed tamen prudentissimè fácies, si illius pietátem, virtútem, industriam,vbicunque eris, tuam esse, tecum esse duces. NEC ENIM minus nostra sunt, quæ ánimo compléctimur,quàm quæ óculis intuêmur. Quamobrem & illius eximia uirtus, summusq; in te amor, magnæ tibi consolatióni debet esse:& nos, cæterique,qui te non ex fortuna,sed ex virtute tua pendimus, sémperque pendêmus: & maximè ánimi tui conscientia, cum tibi nihil merito accidisse reputâbis, & illud adiunges, HOMINES sapientes turpitúdine, non casu:& delicto suo, non aliorum iniuria

HVBER. EGO lon.répetit & beneuolentiam & officium suum erga Sestium. In inuidiam.i.in odium. In crimen.in causam, in iudicium. Tui fa.puto intelligi Milo. cum quo Sesti.senserat contra Clo. Periculo con.quia si damnâtus fuisset Milo,necesse erat, ut Sesti.in eodem esset periculo. Accuratissime. diligentissime. Próxime.nupérrime. Recenti.nouo. Institûtam.dispósitam. Offendissem.inuenisse. Ac.q̃. Inuidia annónæ.quã contráxeras ex liberalitáte annónæ,quam pópulo distribuendam curaueras. Inimici Clod.& cæteri qui Clo.fauêbant. Iniquitas totius iudicii. quia omnes inique iudicarũt. Multa uitia.multi defectus,útpote mali magistratus & similia. Publio tuo. subaudi filio. Testimonio.testando te fecisse causã reipub.quæ fecisses. Sanctè.syncêrè & constantèr. Hóminem.q.d. subiectum telis fortúnæ. Virum.i.fortem, & munitum ad ferenda aduersa. Id est.declârat Cice. quid per hóminem & uirum intélligat. Communem incer. id enim hóminis est. Et dolóri fórtitèr.id ad uirum pértinet.Præstâre.superâre. In nostra ciuitáte.i. Ro. Multis fortíssimis.ut Furio Camillo, Africano superiori, Africano posteriori,& aliis multis quos Vale.li.v.ca.ter.comménorat,& Cic.in oratione pro P. Sestio. In cæteris.s.ciuitátibus.Quæ potîtæ sunt rerum.i.quæ imperauêrunt, sicut apud Athenienses áccidit Aristidi,Themistocli,Theseo,Alcibiadi, & Phocioni.apud Lacedæmónios Lycurgo.apud Carthaginẽses Anníbali,lege Vale.libro prædicto, & orationẽ Cice. pro Sestio. Vtinam.dicit Cic. rempu. Romanam talem nunc esse,ut non debeat Sestius multùm dolêre,ꝙ ab ea absit cum in ea nihil sit, quod possit quempiam hóminem prudentem delectâre. Vtinã ne scriberem.i.útinam non possem hoc uerè scribere. Débitum te.i.uéreor ne non uidear testâri eius uirtutes,sicut débeo. Réfricem.rénouem,tractum à uulnere,quod plerunque fricâdo renouatur. (Refricare) Tua esse te.i.apud te habêre. Animo.cogitatióne. Intuemur.cérnimus. Amor in te.i.quo te proséquitur. Nam Cice.in oratione prædicta sic inquit. Neq; hic unquam puer,qui his lachrymis, qua sit pietate declarat,amisso patre suo propter me, meipsum incólumen uidêbit. Et nos.s. debemus esse magnæ consolationi.Pẽdimus.põderamus,ęstimamus.Nõ ex fortuna.non ex rebus externis.Ex uirtúte,quam cũ etiã exul retíneas,non minóris æstimâmus te éxulem, q̃ si esses in patria. Méritò.iustè,sed ob inuidiã & iniquum iudicium inimicórum tuórum. Adiunges. ad consolationem tuam. Turpitúdine.flagitio aliquo.i.cum aliqua turpitúdine deprehensi sunt.Non casu.qui ut dictum est, uitâri non potest. Delicto su.si quid peccassent. Iniuria aliorum.quæ ab aliis infertur.

ASCEN. EGO ô Publi Sesti defendi te,&.i.simul,primis illis temporibus,quibus absens.s.ab urbe. uocabâre.s. ab inimicis tuis,in inuidiam.i.odium,& in crimen.i. criminationem & accusationẽ de crímine, &.i.simul cum tuum crimen coniungerêtur in iudicio ac periculo familiarissimi tui.s.Milônis, qui in símili causa si fuisset coniunctus,etiam Sestius conuictus fuisset, quia de símilibus debet idem esse iudicium, tutatus sum te & causam tuam,ut.i.quantum,potui acuratissimè,& próximè recenti aduentu meo.s.cum offendissem,i.præter spem inuenissem rem.i. litem tuam, institutam áliter,ac.i.q̃,placuisset,si affuissem tamen nulla re.i.in nullo auxilio defui saluti tuæ.i. in omni re affui

re affui & auxilio fui. Cumque.i.& cum.ſ.ita fúerit,ꝙ inuidia annónæ.i.quam contraxiſti ex liberali largitione annonæ,non ſolùm inimici tui.ſ.Clo.uerum etiam amícorum tuorum & ſup.iniquitas iudicii, quo condemnátus es,& multa alia uitia reipub.i.eorum,qui rempub.tractábant,nahuiſſent pluſquam cauſa ipſa & ueritas,nunquam defui Publio tuo,ſcilicet filio,neque ópera.i.diligentia,neque conſilio,neque labóre,neque gratia,qua apud alios ualébam,neque teſtimonio,quod de illo perhibébam. Quamobrem ómnibus officiis amicitiæ ſeruatis diligenter & ſanctè.i.inuiolabiliter à me,ne quidem.i.non ſaltem,aut non etiam,duxi.i.æſtimaui hoc.ſ.quod modò faciam,eſſe prætermittendum ut hortárer & rogárem te,ut meminiſſes te eſſe hóminem & uirum.i.ut ferres ſapienter caſum communem & incertum,quem quiſquam noſtrum, neque poteſt uitare,neque præſtare ullo pacto.i.modo,hoc eſt uim fortunæ,in quam non habemus poteſtátem. Et reſiſteres fortiter dolóri ac fortunæ,& cogitares tales caſus ut éxilia, incidiſſe iniuſtis iudiciis.i.per iniuſta iudicia, multis fortiſſimis atque óptimis uiris,ꝙ in noſtra ciuitáte,ut Furio Camillo,utrique Africano,Cice.&c.& in cæteris.ſ.ciuitatibus, quæ potitæ ſunt rerum.ſ.império, ut Themiſtocli,Ariſtidi, Theſeo, & Alcibiadi apud Athenienſes,apud Lacedæmonios Lycurgo,apud Carthaginenſes Hannibali. Illud autem utinam ne ſcíberem uere,te carére ea repub.in qua nulla res neminem prudentê hóminem poſsit delectáre. Autem.i.ſed,ego uereor ne ſi nihil ſcripſerim ad te de filio tuo,ego uidear non cepiſſe teſtimonium débitum.i.non exhibuiſſe conueniens teſtimonium uirtuti eius. Sin autem,i.ſed ſi,ego perſcripſerim omnia,quæ ſentio,uereor ſup. ut réfricem.i.renouem meis lris deſyderium ac dolórem tuum:quia graue eſſet tam excellentis filii præſentia carére. Sed tamen facies prudentiſsime,ſi ubicunque eris,duces.i.reputábis,pietatem,uirtutem, induſtriam illius eſſe tuam tecũ. Nec enim minus noſtra ſunt quæ cõplectímur aío.i.quæ cõtemplámur,q̃ quæ intuémur oculis.ſ.exterioribus. Ergo intueor dicitur inſpicere. Quamobrem.i.ſimul eximia uirtus illius.ſ. filii tui & ſũmus amor in te,debent eſſe tibi magnæ conſolatióni.i.ad magná cõſolationem, & nos cæteriq;,qui pendim⁹ .i.æſtimáuimus,& pendémus.i.æſtimábimus ſemper te nõ ex fortuna tua ſed ex uirúte tua,& maxie amici cõſcientiæ tuæ ſup.debémus eſſe tibi conſolatióni, cum reputábis nihil accidiſſe tibi merito.i.iuſte & ob peccatũ tuũ,adiunges &.i.etiá illud hoíes ſapiétes cõmoueri turpitudine.i.ſi aliquid turpe admiſerit,non caſu.

HVBER. ☞COMMOVERI.angi,& cruciári,pturbári. Mónitus me.ue.a.i. quem uetus amicitia noſtra faciet memorem tui.Obſeruantia filii tui.i.reuerentia,qua me ꝓſequitur. Leuan.iuuádũ. Perficiam reipſa faciá.

Fruſtra ASCEN. Fruſtrá.ſine effectu,incaſſúm.

☞ET commoueri delicto ſuo,non iniuria aliorum.

Ego monitus memoria ueteris amicitię noſtræ, & uirtute atque obſeruantia.i. reuerentia,erga me,filii tui,nullo loco deero,neq; ad conſolãdũ,neq; ad leuandum fortunam tuã.i. infortunium tuum. Tu ſi forte ſcripſeris quid.i.aliquid ad me,perficiá ne arbitrere te ſcripſiſſe fruſtra. Vale.

HVBER. ET ſi.Tit.Fábius uir nouus alioquí magno ingenio ſua uirtúte atq; induſtria & magnas fortúnas & amplas dignitátes aſſecútus fúerat.ſed poſteà occupáta repu.à. Cæſa.priuátus dignitátibus ómnibus in exilio uiuébat in ſummo mœróre.Itaq; Cicero eum hac epiſtola conſolátur, hortáturq; ut forti ánimo ferat incõmoda ſua, cũ ea amíſerit,quæ multi alii uiri nobiliſsimi,& præteréà propter cõditionem témporũ,quibus poſſũt exiſtimári fœlices,qui nõ grauióri pœna multarẽtur, quàm multátus eſſet ipſe Fabius.deinde quia adhuc remanſiſſent ei fortunæ ſuæ & liberi & amíci,cũ quibus aliqñ ſithabitũr⁹ facultátem uiuẽdi,& cũ oẽs benè de eo iúdicẽt, uno excepto,cuius tñ ſentẽtia reprehendátur. Cõſoland⁹ ſum,conſolatióne égeo. Cólligas te.diligentiùs conſideres. Virũ.fortẽ.Terent.Fac te uirũ prǽbeas. Qua cõditióe.qa nati ſum⁹,ut ſubiaceám⁹ oíbus telis fortúnæ ut ſæpiùs díxim⁹.Quibus.quia malis & míſeris tẽporib⁹ nati ſum⁹.Dedit.acquiſiuit.Fortúna ábſtulit.quia uirtúte adept⁹ es laudẽ & glóriã,fortúna uero ábſtulit tantũmodò pátriã & dignitátẽ. Non multi.pauci.Noui.non illuſtráti à maióribus ſuis.Nobiliſsimi.qa ut in præcedẽti epiſtola uídimus, huiuſcémodi caſus multis uiris clariſsimis acciderũt. Ea.talis. Quàm leuiſſima.minima & nõ ualdè gráuia.acerba. Fortúnas.res tuas. Facultátẽ.cõmoditátẽ. Nobiſcum.qui ſumus tibi beneuolẽtia cõiuncti.Et tã multis.ſ.iudiciis aliórũ. Vnũ.ſolũ.i.Cæ. Quod rephendátur.qui ſolus de te malè iúdicat,ꝙ iuſtè multẽris exilio,cũ alii aliter ſentiãt. Vt.ſicut,tãq̃.Quod.iudiciũ.

cómoueri. Ego & memoria noſtræ ueteris amicitiæ,& virtute,atq; obſeruátia filii tui monitus,nullo loco deero,neq; ad conſolandũ, neq; ad leuãdũ fortunã tuã. Tu ſi quid ad me forte ſcripſeris, perficiam,nete fruſtra ſcripſiſſe arbitrere. Vale.

Ex.xvii.Epiſto.Non obliuione.

☞Cum rem aliter inſtitutã offendiſſem, ac mihi nõ placuiſſet,ſi affuiſſem tũ nulla re ſaluti tuæ defui.

M.C.S.D.Tito Fabio Epist 19

ET ſi egomet, qui te conſolári cupio, conſolandus ipſe ſum, propterea quòd nullam rem grauiùs tuli iádiu, quàm incómmodum tuum: tamen te magnópere non hortor ſolùm, ſed etiam pro amóre noſtro rogo atque oro,te cólligas,uirumque prǽbeas:& qua conditióne omnes hómines, & quibus tempóribus nati ſumus, cógites. Plus tibi virtus tua dedit, quã fortúna ábſtulit, proptéreà ꝙ adeptus es, quod non multi hómines noui: amiſiſti quæ plúrimi hómines nobiliſſimi. Ea dénique uidétur conditio impẽdére legum, iudiciórum, témporum, vtóptimè actum cum eo videátur eſſe, qui quàm leuiſsima pœna ab hac Repub.diſcéſſerit. Tu uero qui & fortúnas, & líberos hábeas, & nos, cæteroſ que neceſſitúdine & beneuoléntia tecum coniunctiſſimos:quumq; magnã facultatem ſis habitúrus nobiſcum, & cum ómnibus tuis viuendi:& cũ vnũ ſit iudicium ex tam multis,quod reprehẽdátur, vt quod

VNA

vnà ſententiâ:eaque dúbia, potentia alicuius condonâtum exiſtimẽtur:ómnibus his de cauſis debes iſtã moléſtiam quàm leuiſsimè ferre. Meus ánimus erit in te, líberosque tuos ſemper,quem tu eſſevis, & qui eſſe debet. Vale.

☞VNA ſententia.ſententia unius.Dubia.incerta.Alicuius,non nominat,ſed innuit Cæ. HVBER. Iſtam moleſtiam.tuum dolorem. Quem.qualem.

ET ſi una ego. Fabi. ciuis Ro.ſed homo inquilinus,Cice.amícus, cum grandes diuitias & ampliſſimum patrimonium ſua uirtúte comparáſſet, magnas etiam dignitátes conſecútus fuiſſet,& occupáta repu.ómnibus dignitátibus à Cæ.priuátus in exilio maxima cum moleſtia uagarétur, cum hac epiſtola Cic.conſolandum putáuit,& eo útitur ſcribendi modo, quo in huiuſmodi conſolatiónibus uti cõſueuit. Nam principio illius incommodo ſe dolére oſtendit:inde mœróris ádhibet medicínam, multasque inducit cauſas & rationes,quibus illam ánimi moleſtiam omninò deponendam eſſe cognoſcat, & eum uehementèr hortátur,omnem aduerſam fortúnã patienter ut ferat,cum ea,quæ ſibi multis accidérunt mala,ſit ipſe prætereà res ſuas líberos & amícos ad commoditátem uiuendi pro conditióne témporum habitúrus. Cólligas. conpeſcas dolórem tuum,& ne te abiicias atque proſternas. Virum.empháticos: intelligit enim fortem & rérum humanárum contemptórem. Qua.hac.ſ.ut ómnibus télis fortúnæ propósita ſit uita noſtra,& omnes res noſtræ quæ modo hùc,modo illùc tranſportantur. Quibus témporibus.malis & pérditis. Hómines noui.inquilinos accípimus.Sed propriè nouum dícimus,quod nunquam fuit.Item recens.mirum & magnum ut,Pollio & ipſe facit noua cármina. Non multi. pauci adepti ſunt, quod tu.ſ.uirtútem & amplas fortúnas, & dignitátes. Quæ.ſ.amiſerunt,puto dignitátes & honóres in repub. Ea.talis. Nobiliſsimi. patritios dicit. Legum.artículus:erant hæc omnia unius uoluntáti ſubiecta,quæ uoluntas pro ratióne ualébat. Vt optimè actum.ut illud eſt Sulpitii,non peſſimè cum his eſſe actum. Fortúnas.diuitias,& res tuas. Facultátem uiuendi.commoditátem & opportunitátem:remánſerant enim Fabio fortunę,liberi,& amici,cum quibus uiuendi facultátem habére póterat.Id autem uerbũ in oẽs res honeſtiſsimè diffundi poteſt, ut facultatẽ dicẽdi eloquéntiam dicámus,facultátem agri colendi agricultúram,& huiuſmodi. Reprehendátur,quòd ſolus Cæſar te malè iúdicat exilio.ſ.puniendum eſſe te,plus eſt corrígere quàm repreheńdere. Nam qui reprehendit non ſtatim córrigit.Et eſt in hoc ſenſus,ꝙ omnes de Fabio benè dicant præter unum ſcilicet Cæſarem, cuius tamen ſententia reprehendátur. Vnum iudicium.unius Cæſaris,qui te iúdicat exilio puniendum. Ex tam multis.aliórum iudiciis,qui benè de te ſéntiunt. Vt.tanquam. Alicuius.Cæſar.intelligit.

Facultas

Corrige-re

Reprehendere.

ET ſi egomet.Conſolátur Titum Fabium, hóminem quidem nouum,ſed qui præſtanti uirtúte & induſtria ad ſummos honóres ante Cæ.tyránnidem euectus fúerat,ſed Cæſare regnáte in exilio degébat in mœróre. Hortátur ergo ut forti ánimo ferat communia damna,cum ſint,qui grauióra patiantur.Nam fortúnas & líberos atque amícos adhùc incólumes habébat, & propter Cæſa. potentiam non ob peccatum aliquod exulabat.Ordo eſt.Et ſi egomet qui cupio conſolári te, ipſe úidétur uacáre,aut me aut ipſe,ſed ad emphaſim utrunq; ponit,conſolandus ſum.ſ.ab aliis,proptéreà ꝙ nullam rem tuli.i.paſſus ſum,iam diu grauiùs.i.moleſtiùs,quàm incómmodum tuum,tamen ego non ſolùm hortor te magnópere,ſed etiam rogo pro amóre noſtro atque oro ſupple. Vt cólligas te,i.mires ánimi tui, metaphra tracta à merce facta,ſic ut fragmenta nullius ſint momenti & ita proſtráta iacent,ut nullus colligere uelit,& prébeas.i.exhíbeas ſupple te uirum.& cógites qua conditione,quia ea ut aliquando moriámur,& multa,ſi diu uíuimus patiámur,& quibus tempóribus nati ſumus,quia péſsimis,in quibus ómnib⁹ nobis neceſſe eſt pati plúrima,uirtus tua dedit tibi plus.ſ.ueri boni & honóris,quàm fortúna ábſtulit, proptéreà ꝙ adeptus es,ſup.id,quod non multi hómines noui.i.qui primi in familia ſua ad eum honórem peruenerunt, ſup.adepti ſunt,hoc eſt ſummos quoſque magiſtrátus.amiſiſti ſup.id,quod multi nobiliſsimi,uidélicet adminiſtratiónem reipub. Dénique.i.ut,quod ſummum eſt dicam,ea.i.talis,quia péſsima conditio legum, iudiciorum,témporum,,uidétur impendére.i.imminére,ut uideátur actum eſſe optimè cum eo.i.optimè contigiſſe ei,qui diſcéſſerit ab hac.ſ.tam míſera repu.pœna leuiſsimà,quale eſt exilium. Tu uerò,qui habes & fortúnas.i.diuitias,& líberos,& nos & cæteros coniunctiſsimos,tecum neceſſitúdine & beneuolentia, & qui ſis habitúrus magnam facultátem.i.commoditátem uiuendi nobiſcum,& cum ómnibus tuis, & cum unum ſit iudicium ex tam multis,quod reprehẽdátur.ſ.de exilio tuo,cum de ómnibus eiectis in exilium tu unus iniuſtè eiectus iudicéris,id potiùs dicã,quàm ꝙ unius Cæſaris iudicio éxulet,ſed tamen propter Cæſarem id pronunciátum innuit dicens,& id.ſ.iudicium exiſtimẽtur condonâtum.i.indulgenter datum,unâ ſententiâ.ſ.Cæſaris,cui contradícere non audébant,& ea,ſ.ſententia dubia.i.non ſatis euidente,potentia.i.propter potentiam alicuius,uidélicet Cæſaris:Valla díxiſſet cui iuſdam.tu débeas de his ómnibus cauſis.i.ob has omnes cauſas, ferre.i.tolerâre,quàm leuiſsimè.i.facilimè.iſtam iniúriam.ſ.exilii tibi illátam. Animus meus erit in,erga te & líberos tuos ſemper,ſup.talis,quem.i.qualem,tu uis ſup.eum eſſe,& qui.i.qualis.debet eſſe.q.d.beneuolentiſsimus. Vale.

Alicuius

Ordo

deliberatoria. Suaſoria.

* M.C.Rufo.S.D.Epist.20

ET ſi mihi nunquam dúbium fuit, quin tibi eſſé chariſſimus,tamen quotidie magis id perſpício, extatque id, quod mihi oſténderas quibuſdam líteris, hoc

ET ſi mihi. Titus Rufus Cice. quæſtor fuerat in Cilícia ante Caium Lælium, quem Cice.diſcedens quæſtorem reliquerat,ut lib.ſecundo ad Cælium Rufum ſcriptum uídimus, & última eiuſdem lib.epiſtola.Cum ígitur, ut multis in locis díximus, Ci.ex prouincia Romam reuerſus incidiſſet in diſcórdias ciuiles, & diſſẽſionem Cæſ.& Pom.ſtudiõſus reipu.hortátus fuerat hunc T. Ruf.ut adhæréret partibus Pompeii, & reipub.quod idem latenter hac epiſtola facit, oſtendens id eſſe uiri boni & fortis,neque eũ áliter fácere debére: quod

HVBER.

ſi in-

Quin Extat

si instituerit facere hortatur ut ad se ueniat. Quin. ut non. Extat.apparet,éminet. Studiosiórem.diligentiórem.Quàm in prouincia.in Cilicia ubi fueras quæstor meus. Ad officium prouinciále.i. ad id qđ in prouincia mihi tribuisti,sicut debebas. Nihil ad. qa officio tuo erga me cumulatissime satisfeci.Quo. propter quod. Liberiùs.largiùs & apertiùs.i.licet nihil posset addi ad id,quod feci sti erga me in prouincia,ut iudicium tuum & bona uoluntas in me posset esse clárior & manifestior.

Quo

te studiosiórem in me colendo fore, q̃ in prouicia fuisses (etsi meo iudicio nihil ad tuum prouinciále officiũ addi potest) quò liberius iudicium esse posset tuum. Itaque me, & superiores literæ tuæ ádmodum delectauerunt, quibus &

* PETRI VICTO. CASTI.

CICERO Rufo.Hos titulos epistolárum quemádmodum in antiquis exemplaribus inuénimus,ita scripsimus: id alii postea facere neglexerunt. Quòd si res magni ponderis non est,non est fortasse tam leuis quàm quispiam existimáret.Ita frequenter scribere sólitos esse ueteres duobus in locis,quòd nunc meminerim,testatur Cicero:in quibus etiam non parùm referre docet,prænómina ponantur,& tituli honórumque grad⁹ an nominibus tantùm,qui scribit,utátur: alter est in epistola ad Volúmnium cv. Quòd sine prænómine, familiariter ut debebas,ad me epistolam misisti,&c.alter in oratióne pro domo sua vc.Literas in concióne recitasti,quas tibi á C.Cæsare missas díceres. CAESAR PVLCHRO. Cum etiam es argumentátus amoris esse hoc signum:cùm nominibus tantùm uteretur,neque ad scríberet Proconsul,aut Tribuno Pl.ita enì legendus ille locus est,non Procónsuli:pértinet enim ad Cæsar uox illa,quemádmodum alia ad PVLCHRO. Tertium exemplum esse potest, si quis his contentus non sit,títulus epistolæ M. Antonii quæ in XIII. Philip.inclusa est.Huius autem & sequentis epistolæ nómina nuda sunt in prisis,& bonis libris.

* PETRI VICTO. CASTI.

ET si mihi nunquàm dubium fuit. Si témporum ordo seruátus esset ab eo, qui has Ciceronis epistolas rétulit in uolúmina,quædam(árbitror)nobis magis plana essent,neque in multis locis tantópere hæsitarémus. Hæc,nisi fallor,illam sequi debébat,cuius initium est: Quoquomodo potuissem.non præcédere.Obscurum est totum negótium,de quo hic agit: quid tamen séntiámus, liberé pronunciábimus.freti æquitáte lectórum.Cùm illa non multo post,quàm é prouincia Cícero rediit,scripta sit:hæc iam susćepto ciuili bello,& pulso ex Italia Pompeio,scripta est.Exornábat iam Tullius fugam,& in castra Pompeiána proficísci cogitábat,cupiébatque comitem habére illius consilii & itíneris Rufum:de quo ipse Rufus in epistola sua spem áliquam Ciceróni déderat;quod tamen cum cupidé Cicero optáret, modestè,cautéque rogat: quia res multum periculi,si emanasset,habébat,ideo obscurè lóquitur,ne si fortè literæ in alienas manus incidissent, aliquid mali,molestiæque ex ea re susćíperet.

HVBER. Amanter

EXpectátum.desyderátum. Amantèr. cum amóre. Cecidisset.pro accidisset. Ac. q̃. Consílio.quod dedissem tibi. Iudicii.opinionis certę,& propósiti cuiusdam. Officii.débiti. Iudicii.dèlarat utrunque cũ & ex iudicio & ex officio eius magnum fructum accépit. Fortes.magni ánimi. Boni. iusti, quia iustitia ipsa est,ex qua uiri boni dicuntur. Rectum.honestum,& cum uirtúte,id enim solum á uiro bono debet existimári útile. Officii.subaudi magnum fructum accépi. Quod.quia. Polliceris fore. ideſt,quia promittis te futúrum mecum quicquid deliberassem fácere. Quo.qua re, ꝙ sis futurus mecum. Tibi honestius. quia laudáberis esse secútus id,quod ego deliberáuero,neque dissensisse à consílio meo. Mihi.dicit Ci.se iam diu accepisse consílium suum,& deliberásse quid sit agendum,de quo dicit se hucusque nihil scripsisse ad T. Rufum.non qđ eum celáre uoluerit consílium suum,sed ne communi cando uideretur eum uel potius pétere & efflagitáre, ut idem ille fáceret,& Cic. decreuisset fácere: nam cum alicui amico dícimus quid constituerim⁹ fácere,uidémur quodammodo eum admonére, uel pétere, ut idem ipse faciat. Communicátio.participatio tecum. Tali témpore. ita mísero, quo non póssumus sine labóre & perículo aliquid deliberáre,ut ostendit epistola secun.lib.quar.ad Sulpitium, Omnino cum miserior res nũquam áccidit, tum ne deliberátio quidem difficilior:nihil enim constítui potest,quod non incurrat in magnam aliquam difficultátem. Quasi quædam.i.quodammodo tácita.

Admonitio. significatio. Coeundam.coniungédam. Cum uero.dixit Cice.se anteà uoluisse ad eũ scríbere de consílio suo ne uideretur eum pétere in

expectátum meum aduentum abs te amánter videbam,& cũ álitèr res cecidisset, ac putasses, te meo consílio magnópere esse lætátum: & his próximis literis magnũ cœpi fructum & iudicii,& officii tui.iudicii,quód intélligo te, id,quod omnes fortes ac boni viri fácere debent, nihil putáre útile esse, nisi quod rectum honestumque sit,officii,ꝙ te mecum, quodcũque cepissem consílii,pollicéris fore:quo neque mihi grátius,neq;,vt ego árbitror, tibi honéstius esse quicquam potest. Mihi consílium captum iam diu est:de quo ad te non quó celand⁹ esses, nihil scripsi anteà,sed quia communicátio consílii tali témpore,quasi quædam admonítio vidétur esse officii, vel potius efflagitátio ad coeundam societatem vel perículi, vel labóris. Cum vero ea tua sit voluntas, humánitas,beneuoléntia erga me, libentèr amplector talem ánimum:

Amplector

societátem labóris & perículi. Nunc uero dicit,ꝙ cum ex eius líteris cognóuerit eius uoluntátem & beneuolentiam promptam erga se,quia scripserat Rufus se esse factúrum quicquid Cice.placuisset,libentèr eius talem ánimum amplectitur,& hortátur ut ita faciat,quod si fécerit,dicit se habitúrum magnam gratiam. Ea uo.ea dispositio ánimi,ut sis futurus mecum quicquid consílium ceperim. Amplector. accípio & gratum hábeo. Talem ánimum.talem dispositiónem ánimi tui.

ET si

ET si mihi & cætera.Titum Rufum,qui Cice.quæstor id est, publici eris quæsitor & receptor fuerat ante C.Cælium,quem discedẽs quæstórem reliquerat,cohortátur ut Pompeianis partibus adhæreat. Reuersus enim é prouincia Cice. offendit ciuiles discordias inter Cæ.& Pópeium.simulque docet uiri fortis & ciuis boni partium esse fouére pias causas & reipub. fauentes,dicitque si eo sit ánimo ad se ueniat.Ordo est. Etsi.i.quamquàm, nunquàm fuit dubium mihi,quin essem charíssimus tibi,tamen ego perspício id quotidiè magis, & id,quod ostènderas mihi quibusdam líteris,uidélicèt te fore hìc id est,in urbe mecum, studiosiórem

ASCEN. Ordo ¶

,i.diligentiórem in me colendo,quàm fuisses in prouincia. extat.i. appáret & éminet,ut res,quæ extant.i. extra sunt,& non intus latent,& si meo iudicio nihil potest addi ad officium tuum prouinciále.i.quod in prouincia mihi impendísti,quo.i.per quod,aut propter quod,iudiciũ tuum, scílicèt de me colendo possit esse liberius,i.apertius & largius. Itaque &.i.símul,líteræ tuæ superiores.i.quas priùs misísti, & quibus significásti te hìc studiosiórem mei fore,delectárunt ádmodum.i.ualdè me,quibus &.i.tum, uidébam aduentum meum,expectátũ amantèr.i.ut sit ab amante,abs te, & cum res cecidísset.i.accidísset álitèr,ac.i.quàm putasses,uidébam te lætátum magnópere consílio meo, & .i.símul, cepi magnum fructum.i.uoluptátem, & iudicii & officii tui,his líteris próximis.i.último misis. Iudicii inquam fructum cápio,ꝙ.i.quia, ego intélligo te supfácere id,quod omnes fortes & boni ciues fácere debent,uidélicèt putáre nihil esse útile, nisi quod sit rectum .i.iustum & honestum. Officii sup.fructum cápio,ꝙ tu pollicéris te fore mecum,quodcunque.i.quicquid cónsilii cepissem.Quia quicquid resóluitur in quodcunq;,& nó in quodquod:id enim non dícitur.ideo quodcunque dum pónitur pro quicquid genitiuum regit tanquam substantiuum ut hoc loco,dũ pro quodquod adiectiuè constrúitur,ut si dicátur quodcunque consílium &c.Quo.s.officio aut facto,quicquam neq; potest esse gratius mihi,neq;,ut ego árbitror,honestius tibi. Consílium est captum.i.ánitum mihi iandúdum.i.a plúsculo témpore,decrèui enim partes Pompeiánas sequi,de quo.s.consílio meo,nihil scripsi ad te anteà, nó quod.i.de quo,aut lege non ꝙ,celandus.i.occultandus esses.Nouè id dictum uidétur:nam potiùs dicendum fuit,non quod celandum te, aut tibi esset, sed quia communicátio consílii tali témpore uidétur esse quædam admonítio officii,uel potiùs efflagitátio.i.áspera expostulátio ad coeundam.i.conciliandam societátem uel perículi uel labóris. Verò.i.sed cum uoluntas,humanitas,beneuoléntia tua sit ea.i.talis erga me,ego amplector.i.accípio libentèr talem ánimum.i.se ultrò offerentem.

Ascen. Extat.

Celandus

HVBER.

sed ita(non enim dimittam pudórem in rogando meum) si féceris id,quod ostendis,magnam habébo grátiam.si non féceris,ignoscam:& álterum timóri,álterum mihi te negáre non potuisse arbitrábor. Est enim res profectò máxima. quid rectum sit,appáret: quid expédiat, obscurum est.ita tamen, vt, si nos ii sumus, qui esse debémus,id est studio digni, & líteris nostris, dubitáre non possímus, quin ea maximè condúcant, quæ sunt rectíssima.* Quare tu,si simul placébit, statim ad me vénies.sin idem placébit, atque eodẽ modo,nec continuò póteris:omnia,tibi vt nota sint,fáciam. Quicquid statúeris, te mihi amicum:sin id,quod opto, etiam amicíssimum iudicábo. Vale.

SED ita.cum hac conditióne, subaudi amplector talem ánimum. Non enim.parenthesis est. Non dimittam pudórem. non impudenter à te petam, sed modestè. Habébo gratiam.debébo, ero obligátus. Ignoscam.dabo uéniam. Alterumsi féceris timóri scílicet nõ potuisse negáre Alterũ.s.si féceris.Res maxima,quam constítui fácere. Quod rectum sit apsic suprà ad Seruium Sulpi. si quid rectíssimum sit quærimus,perspícuum est,si quid maximè expédiat obscurum,sin hi sumus, qui esse debémus, ut nihil arbitrémur expedíre,nisi quod rectum honestũque sit,nõ potest esse dúbium, quid nobis faciendũ sit. Eundem igitur sensum hoc loco Cicero prosequitur. Quæ.consília mea. Eodem modo.quo scílicet mihi placet. Continuò.statim. Póteris, scílicet uenire ad me.Quicquid statúeris,id est quicquid deliberáueris,scílicet uel sequi consílium meum,uel non sequi. Sin id quod opto.subaudi statúeris,ut sequáris consílium meum.

SED ita.non enim dimittam pudórem meum.i. uerecúndiam meam in rogando, hoc est non rogábo te impudenter,si féceris id quod ostendis.s.te factúrum,hábeo sup.tibi magnam grátiam,si non féceris ignoscam.i.uéniam dabo, & arbitrábor te non potuisse negáre álterum.s. non fácere quod ostendis,hoc est non sequi partes Pompeiánas mecum, timóri.s.quem de Cæsaris poténtiâ concéperis, & álterum.s.si féceris arbitrábor te non potuisse negáre mihi. Enim.i.quia,res est profectò.i.re uera, máxima.i. máximi momenti. Appáret.i.éuidens est.quid sit rectum.i.decens & honestum, quid expédiat.i.útile sit,& tutum & obscurum:quia licet Cæsar uideretur potétior quia tamen iniquiorem habébat, cum incertum erat an uictor euasúrus esset, tamen ita est scílicet obscurum,ut si nos sumus ii,qui debémus esse.i.digni studio scílicet philosophístico,& líteris nostris, non possímus dubitáre, quin ea condúcant.i.utilia fiant, maximè quæ sunt rectíssima.i. æquíssima & decentíssima.

Ascen. ¶

Quod si placébit simul.i.pariter tibi. Alii legunt. Quare tu & cætera uénias statim ad me. Sin, scílicet sed si,idem placébit, atque eodem modo, scílicet quo mihi, nec póteris sup. fácere aut sequi continuò id est, statim,fáciam ut omnia sint nota tibi. Quicquid statúeris scílicet fácere,siue timori siue amóri cédere, ego iudicábo te amicum mihi. Sin.i.sed si, supple statúeris id,quod opto.i.sequi partes Pompeiánas, iudicábo te etiãamicíssimum mihi. Accuratè inuitat hóminem ad partes suas,ut si eas sectátus non sit, amicus tamen máneat,& se deferre erubescat.

QVARE tu.Penè eandem scriptúram habet Mediceus liber cum illa quam Manútius in omnibus suis manu scriptis inuenisse se tradit.QVAE enim in eo légitur,non QVE,quod minus à recepta lectióne discrepat. nam si forte ex QVE,QVARE fieri debet, duas literas áddere necesse erit:si ex ea scriptúra, quam nos inuénimus,unam.Quid tamen fácere opórteat,doctióres cogitábunt.

*PETRI VICTO. CASTI.

QVOMODO.

Universidad de Deusto Biblioteca

purgatoria.

M. C. Rufo. S. D. EPIST. 21.

QVomodo potuiſſem, te conueniſſem, ſi eò, quò conſtitúeras, venîre voluiſſes. Quare & ſi mei cómmodi cauſâ commouêre me noluiſti: tamen ita exíſtimes velim, me antelatûrum fuiſſe, ſi ad me veniſſes, voluntatem tuam cõmodo meo. Ad ea, quæ ſcripſiſti, commodiùs équidem poſſem de ſingulis ad te rebus ſcríbere, ſi M. Tullius ſcriba meus adeſſet, à quo mihi exploratum eſt, in rationibus duntaxàt referẽdis (de cæteris rebus affirmâre non poſſum) nihil eum feciſſe ſcientem, quod eſſet contra aut rem, aut exiſtimationẽ tuá.

HVBER. QVómodo. Vt in præcedenti epiſtola diximus, Rufus fuerat quæſtor Ci. in prouincia, cum eſſet facienda ratio pecuniarum prouincialium inter quæſtôrem & procónſulem uel imperatórem Ciceronem. Cice. relíquerat id negocium ſeruo ſcribæ & cancellario ſuo, & ipſi Rufo, ſed poſtea ſcrípſerat ſe Rufus fuiſſe deceptum in ratiónibus, & factum eſſe contra utilitâtem & authoritâtem ſuam: itaque Cic. hac epiſto. ſe excuſat, ꝙ Rufus neq; à ſe, neq; à ſeruo ſuo ſcientèr ſit deceptus. Deinde rñdet ad quædam alia, quæ ad hanc pecúniam pertinêbant. Hæc epíſtola quanuis ſit inuolûta ſatis & obſcúra, & à multis p̃mitti ſóleat, quia parum habet ſuauitátis, tamen dabo óperam, ut quàm optimè fieri póterit, declarêtur. Quómodo. quacunque ratione. i. etiam ſi cum maximo incommodo meo fuiſſem id facturus, & ut uulgò dícimus, ſi quatuor pédibus ad te uenire neceſſe fuiſſet. Conſtitúeras. decréueras: conſtitúerat enim ſe uentûrum in quendam locum ad Cice. neq; uenit. Commouêre. eſſe mihi impedimento & perturbatióni, ſi ueniſſes: nam ſcrípſerat Rufus ſe non ueniſſe, ne eſſet incómmodus Cice. Cícero autem dicit ꝙ ſi ueniſſet, præpoſuiſſet eius uoluntâtem omni

Scriba

cómmodo ſuo. Antelatûrum. præpoſitûrum. Scriba. i. cancellárius, nomen eſt officii. Explorâtum. certũ hoc dicit ſe certò ſcire ſcribam ſuum nihil feciſſe contra Rufum in ratiónibus referendis. Nam de cæteris di-

Duntaxat

cit ſe non audêre affirmâre. Ratiónibus. calcatiónibus, pecuniarum prouincialium. Duntaxât. ſolúmmodo. Referendis. reddendis, computandis. De cæteris affirmâre non poſſum. parentheſis eſt. Scientem quòd ſciret, niſi fortaſſe fécerit per ignorantiam. Rem. utilitâtem. Exiſtimatiónem. authoritâtem, reputationem.

ASCEN. QVÓMODO potuiſſem &c. Cum facienda eſſet ratio pecuniárum prouincialiũ inter quæſtórem Rufum & imperatórem Ci. Ci. id múneris relíquerat ſeruo ſcribæ, & cancellario, ut aiũt ſuo & ipſi Rufo, aut potiùs, ut hic dicet fratri eius obeundum, ꝙ cum obiiſſent, ſcripſit Rufus ſe in ea ratione læſum. Cic. ergo hac epiſtola purgat ſe & ſeruum dicens, neutrius culpâ læſum. Deinde reſpondet ad quædam alia à Rufo in eâdem epiſtola obiecta, præſertim de cẽtum ſeſtertiis prætermiſsis. Eſt autem epiſtola ſubobſcúra, ꝙ res nota erat Rufo, nec ſcriptam pluribus opus erat fuiſſe, nec operæpretium erat, ut aliis innoteſcat, quin. etiam Cice. ſcindendam & annihilandam cenſet. unde ſunt qui ab eius lectione ſuperſédeant, aliis negâta placent.

Ordo

Ordo eſt. Ego conueniſſem te. i. ueniſſem ad te, quomodo potuiſſem, ſi uoluiſſes uenîre eò quò conſtitueras. ſ. uenîre. Quare etſi. i. quamquàm, noluiſti me commouêre. i. diſturbâre cauſam commodi mei. alii legunt cauſâ, ut ſi noluiſti commouêre. i. impedîre me, cauſâ cómmodi mei. i. propter cómmodum meum, tamen uelim exiſtimes. i. iúdices de ea re ſic me antelatûrum. i. prælatûrum fuiſſe, cómmodo meo uoluntâtem tuam ſi ueniſſes ad me.

Ad ea. i. quantum ad ea, quæ ſcripſiſti, équidem. i. ego quidem, poſſem ſcribere commodiùs ad te de ſingulis rebus, ſi Tullius ſcriba. i. cancellarius, & rationum ſcriptor meus adeſſet. i. præſens eſſet mihi, à quo. ſ. Tullio ſcriba meo explorâtum eſt mihi. i. certum & éuidens, duntaxât. i. ſolúmmodo, in ratiónibus referendis. i. in reddendis & recognoſcendis ſupputatiónibus, non poſſum affirmâre de cæteris rebus, quia in aliis non erat ſcrutâtus curam eius explorâtum inquam eſt mihi, eum nihil feciſſe ſcientẽ. i. quod ſcíerit, quod eſſet contra aut rem. i. utilitâtem, aut exiſtimatiónem. i. authoritâtem tuam.

Deinde ſi rationum referendarum ius vetus, & mos antiquus manêret, me relatûrum ratiónes, niſi tecum pro coniunctione noſtræ neceſſitudinis contuliſſem, cõfeciſſemque, non fuiſſe. Quod ígitur feciſſem ad urbem, ſi conſuetúdo príſtina manêret: id, * quando lege Iulia relínquere rationes in prouincia neceſſe erat, eaſdemque tótidem verbis referre ad ærarium: feci in prouincia. neque ita feci, vt te ad meum arbitrium addúcerem: ſed tribui tibi tantum, quantum me tribuiſſe núquam pœnitêbit. Totum enim ſcribam meum, quem tibi video nunc eſſe ſuſpectum, tibi tradidi: tu ei M. Mindium fratrem tuum adiunxiſti. rationes cõfectæ me abſente ſunt tecũ: ad quas ego nihil adhibui præter lectionẽ. Ita accêpi librũ à meo ſeruo ſcriba, vt eundẽ accéperim à fratre tuo. Si honos is fuit, maiorem tibi habêre non pótui: ſi fides, maiorẽ tibi hábui quàm penè ipſi mihi. ſi prouidẽdum fuit nequid áliter, ac tibi & honeſtũ & vtile eſſet, referretur: nõ habui cui potius id negotii * darem, q̃ Tullio ſcribæ. Illud quidẽ certè factum eſt, quod lex iubêbat, vt apud duas ciuitates Laodicenſem & Apamẽſem, quæ nobis máximæ videbantur. quum ita neceſſe erat, rationes * confectas, & conſolitas deponerêmus. Itaque huic loco primũ reſpondeo, me, quanquam iuſtis de cauſis rationes deferre properarim, tamen te expectaturũ fuiſſe, niſi in prouincia relictas rationes pro latis haberẽ. Quamobrem de Voluſio quod ſcribis, nõ eſt id rationum. docuerũt enim me periti homines, in his cum omniũ peritiſsimus, tum mihi amiciſſimus C. Camillus, ad Voluſium tranſferri nomen à Valerio non potuiſſe: prædes Valerianos tenêri. neque id erat ſeſtertiis X X X. vt ſcribis, ſed ſeſtert. X I X. Erat enim nobis curata pecunia Valerii mánci pis noĩe: ex qua reliquũ quod erat, in rationibus rétuli. Sed ſic me & liberalitatis fructu priuas, & diligentiæ, (quod minimè tamen laboro) mediocris etiam prudẽtiæ.

HVBER.

Dein

DEIN. pro deinde: dicit Cic. ꝙ ſi ſeruarêtur ius & uetus mos antiquus referendárum ratiónum, nunquam retuliſſet rationes cum Rufo, niſi feciſſet gratiâ coniunctionis & amicitiæ. quia uéteri more nõ tenebâtur imperâtor aut præſes prouinciæ referre rationem cum quæſtóre: ſed poſteà lege Iulia id cautũ eſt, ut relinquerêtur rationes in prouincia in aliqua ex primis úrbibus prouinciæ, ut apparet lib. ſecundo ĩ epiſtola ad Caninium Saluſtium quæ incipit Literas à te. ſed cópia ipſárum rationum, quæ relinquebantur in prouincia, deferebâtur Romæ & deferebâtur ad ærarium Romanorum ita ut unum exemplum eſſet in prouincia, alterum Romæ in ærario, ut paulo infrà uidébitur. Dein. pro deinde. & ſubaudi ſcito uel poſſum ſcríbere me nõ fuiſſe relatûrum rationes. Contuliſſem. ſimul calculaſſem & tractaſſem. Quid igitur. ponit obiectionẽ ſibiipſi & eam ſoluit. Ad urbem. in urbe: & eſt ſolutio obiectionis. i. cum fuiſſem in urbe, ſi conſuetudo priſtina manêret, feciſſem rationem cum quæſtóre urbano,

Quando

non autem cum meo prouinciali. Quãdo. i. quoniam. & eſt ordo: feci id in prouincia quando lege Iulia neceſſe erat relínquere rationes in prouincia, & & referre eaſdem tótidem uerbis ad ærarium, ubi ſeruabâtur publica pecunia & theſaurus Romanorum: nam ab ære dicitur ærarium.

Aerarium

Tótidem uerb. ut nihil ádditum, nihilue imminûtum eſſet, ut ſolet fieri in exemplâribus, quę fidéliter extrahuntur uerbum de uerbo. Ita. ea cauſa. Addúcerem. tráherem. Ad meum ar. ad id, quod ego uellem. Tribui. tantum authoritatis dedi. Totum. ut tu uterêris eo ſicut tibi placêret. Adiunxiſti. dediſti ſocium, ut ipſi duo compónerent rationes. Adhibui. appóſui. Præter le. quia ſolũ eas legi, eis nihil aliud addidi. Ita. nulla re áddita, ſicut frater tuus oſténderat mihi librum rationũ, ita oſténderat mihi ſeruus meus ſcriba, nulla re áddita, aut imminûta. Si honos. nunc Cice. oſtendit ſe feciſſe quicquid debúerit fácere in ipſum Rufum. Tullio. ſcribæ, qui fúerat ſemper mecum in prouincia, & nóuerat optimè omnia. Confectas. conclûſas. Conſolidâtas. calculatione hincinde confirmâtas: alii códices habent conſulâtas, id eſt conſyderatè beliberâtas.

Deponere

Depoſitũ

Deponerêmus. relinquerêmus ſub fide, unde & depoſitum dícitur quicquid ſub fide alicui tráditur: unde ſuprà ad Caninium Saluſtium epíſtola prædicta, rationes mei queſtus nec uerum fuit me tibi míttere, nec tamen erant confectæ: eas nos Apameæ depónere cogitabâmus. de Apamea & Laodicea dictũ eſt eâdem epiſtola. Neceſſe erat. propter legem Iuliam, quæ ita cogêbat. Deferre. Romam. Pro la. i. tanquam ſi fuiſſent lata in ærariũ. Nam poſteaq̃ depoſúerat eas Apameæ, nihil póterat immutâri. Et idem erant quaſi fuiſſent delâtæ in ærarium: itaque fruſtrà expectaſſet Rufum. Quamobrem. ſcrípſerat quantum coniícimus Rufus, quòd cum Valerius fuiſſet pręs, & fideiuſſor pecunię Ci. intelléxerat Vale. à Voluſio quodam reuelâtum fuiſſe fideiuſſione, quod Ci. negat eſſe uerum: quia dicit ſe intellexiſſe à uiris perîtis & præcipuè à Camillo quodam & perîto & ſibi amiciſsimo, obligationẽ non poſſe tranſferri à Valerio ad Voluſium: ſed Valerium & Valerianos fideiuſſores tenêri, & eſſe obligâtos. Docuerunt. demonſtrauêrũt mihi. In his, ſcilicet perîtis, id eſt inter eos.

Nomen

Nomen. obligationem, débitum propriè, ſicut & Ci. in Topicis, & Sueto. uſus eſt, & Aſconius interpretâtur.

Prædes

Prædes. fideiuſſores: de hoc nómine díximus lib. ſecundo in epiſt. quæ incipit Literas à te. & eodem loco de ſeſtertio. Nómine. cauſa.

Manceps

Mancipis. Manceps (ut ſcribit Feſtus) dicitur qui quicquam à populo emit, conducitque: quia manu ſublata ſignificat ſe authórem emptionis eſſe &c. Máncipes etiam ſunt publicanórum príncipes, qui quęſtus ſui cauſa décimas rédimunt. Laboro. curo.

ASCEN. DEINDE. id eſt inſuper, ſi uetus ius rationum referendárum, id eſt diſcutiendárum, & mos antiquus manêret, me non fuiſſe relaturum rationes, id eſt quod dicunt, datûrum computum, niſi contuliſſem, id eſt cõmunicaſſem & feciſſem tecum pro cõiunctione neceſsitúdinis noſtræ. Igitur feci id, quod ego feciſſem ad urbem id eſt in urbe, cum quæſtóre urbáno, ſi conſuetúdo priſtina, id eſt priſca & antiqua manêret: feci inquã in prouincia. Quando. id eſt quandóquidem, neceſſe erat, ſcilicet lege Iulia, relínquere rationes in prouincia, & referre eaſdem, ſcilicet rationes ad ærarium, id eſt fiſcum Romanum, tótidem uerbis, id eſt nihil ádditum, nihilq; detractum ſit. Neque feci ita ut addúcerem te ad arbitrium meum, id eſt coram te rédderem, tales rationes, quales uellem, ſed tribui tibi tantum, ſcilicet obſeruantiæ, quantùm nunquam pœnitêbit me tribuiſſe. Trádidi enim tibi, ſcilicet diſcutiendum totum ſcribam meum, ſcilicet Tullium, quem uideo eſſe ſuſpectum nunc tibi, tu adiunxiſti ei, ſcilicet ſcribæ meo, Marcum Mindium fratrẽ tuum, & rationes ſunt confectæ, id eſt conſummatæ, tecum, me abſente, ad quas ego nihil adhibui præter lectionem: ita enim accêpi librum à ſeruo meo ſcriba, ut accéperim eundẽ à fratre tuo, nullo, ſcilicet immutâto. Si is fuit honos, ego non potui habêre tibi maiorem, ſcilicet honórem, ſi fides. i. credúlitas, & bona æſtimatio de te ſup. fuit, ego habui tibi maiórem. ſ. fidem. i. plus tibi crédidi. penè. i. quaſi, q̃ mihiipſi. Si fuit prouidendũ, ne quid referrêtur. i. recenſerêtur, cõputarêtur áliter, ac. i. quàm, honeſtum & útile eſſet tibi, nõ habui ſup. aliquem, cui darem potiùs id negocii, quàm Tullio ſcribæ, ſcilicet meo. Quidem, id eſt ut cǽtera omittam, certè illud factum eſt, quod lex, ſcilicet Iulia iubêbat, ut deponerêmus, id eſt cuſtodiæ derelinquerêmus, quoniam ita erat neceſſe, apud duas ciuitâtes, ſcilicet Laodicenſem & Apamenſem pro Apameecenſem, quæ uidebâtur maximę, prouinciæ illius, rationes confectas & conſolidâtas. i. confirmâtas. Itaque reſpondeo primũ huic loco me, quanquã properarim. i. feſtinauerim iuſtis de cauſis. i. ob iuſtas cauſas. deferre. ſ. Romã rationes, tamen fuiſſe expectatûrũ te, niſi haberẽ. i. exiſtimarẽ rationes réliquas in ꝓuincia pro latis. i. tanq̃ latas. Quãobrẽ qđ ſcribis de Voluſio, nõ eſt rõnum. i. nõ pértinet ad rationes.

nes. Enim,id est quia,homines periti, & in his C. Camillus,cum, scilicet ita sit quòd est peritissimus omnium, tum,scilicet multomagis est amicissimus mihi. docuerunt nomen,id est debitum,non potuisse transferri à Valerio ad Volusium,& ita prædes,id est fideiussores Valerianos,teneri,id est obligatos adhuc esse neque id erat, id est non tenebantur ut scribis,sestertiis triginta id est.lxxv. libris,sed nouemdecim sup. sestertiis.i.xlvii.libr. cum semis: nam sestertius aut sestertiũ dicitur quasi semitertiũ, id est duo cum dimidio tertii, ut sestertia sint quinque libræ. Enim.id est qũia,pecunia erat curata,id est cum cura aceruata, nomine ualerii mancipis,id est qui eam rem à populo manum leuatam tenente redemerat,ex qua pecunia quod erat reliquum, id est non debitum Valerio, retuli in rationibus, id est ut dicunt computis. Sed tu priuas me sic, scilicet sentiendo aut censendo de me,fructu liberalitatis & diligentiæ,& quod licet sup. dico, tamen minime laboro,id est nequaquam curo,etiam mediocris prudentiæ.

*P.V.C. ❧ID cum lege Iulia relinquere rationes P. N. E. E. Q. T. V. R. A. ærarium. De lege Iulia idem dicit in oratione in Pisonem 661.quo loco inducit ipsum cum genero suo Iulio Cæsare ita loquentem: Rationes ad ærarium retuli continuo, sicut tua lex iubebat:neque ulla alia in re legi tuæ parui.

*P.V.C. ❧QVAM darem. Cum fide olim antiquam lectionem reposuimus:quid autẽ nostri iudicii esset,non ualde aperuimus:alii quid ipsi coniicerent exposuerunt:quos qui probabunt, sequi poterunt: ea nobis nimis dura, & uiolenta uidentur.

*P.V.C. ❧CONFECTAS & solidatas. Cur nõ mendum tollam ex diuinatione in Verrem,nactus aliquam huius rei occasionem? cupio enim omni tempore, omnique in negotio studiosos literarum adiuuare. Scias igitur locum illum mendose legi. liiii. At enim solum id est,ut me Siculi maxime uelint, alterum illud credo obscurum est: legendum enim est, Solidum, hoc intellectu: cum enim planum fecisset antea se patronum fortunarum suarum Siculos maxime optare,idque ita confirmasset, ut labefactari non posset, incipit de altero capite differere. Solidum id sit: id est,firmum,stabile quòd de gradu & sede sua deiici non possit. Quemadmodum etiam nos eleganter sermone nostro familiari dicimus: retinemus enim pene Latinam uocem, eáque cum idem significare uolumus, passim utimur.

HVBER. ❧LIBERALITATIS. subaudi fructu priuas. Legatum,putó Volusium intelligi. Præfectum.id est fabrorum, ut usum est supra in epistolis ad Appium. Leuatos maxima calamitate, id est magnis incommodis esse releuatos. Id autem attribuebat Rufus potius scribæ Ci.quàm ipsi Ci. Docuerat enim Ci. obligationem pecuniæ non potuisse à Valerio ad eos trãsferri. Diligentiæ.subaudi etiam fructu priuas. Dicebat enim officium quod fuerat à Ci. ad supradictos collatum, insciente ab eo esse collatum,cum id fecisset eius scriba, Ci.nihil sciente. Tanto periculo. quia agebatur de pecunia publica,pro qua fuissem obligatus pro eis,nisi iure eos leuassem. Scribam re.subaudi existimas. Prudentiæ. subaudi fructu priuas, & sic respondit omnibus partibus, quas supra proposuit.

Mulcta Inita est ratio.inuentus modus. Mulcta, id est pœna, condemnatio. Depelleretur, amoueretur, ne damnaretur. Hi enim ambo fideiusserant, & erant obligati pro ea pecunia. Probant animo & consensu. Laudãt. uerbis, & uoce ipsa. Verum scire. hoc dicit Ci. quasi rem secretam. Populum ser.id est non noceret populo. De Luceio.hic etiam ut coniicimus tractabat hãc pecuniam. Authore.suasore. In fano.id est in templo,illic enim seruabatur pecunia. Meo iussu.non autem solummodo iussu scribæ mei, sicut tu dicis. Sestius.subaudi est usus. Ascriberem. scriptura mea attestarer. Grauissimis.maximis,quæ non facile possunt corrumpi,nam fuerant multi testes:erant & alia signa quibus cognoscebat quòd iussu Ci. illa pecunia fuerat à Rufo posita in fano, sed uoluisset Rufus quòd

Testata Ci.ascriberet ita esse. Testata.quodam quasi testimonio comprobata. Cui data. subaudi fuerit, id est cui fuerint credita & commissa. Quibus. tuis:quia ambo scripsimus,ut Sestio daretur. Vestigiis.signis. Impressa.notata,signata.

liberalitatis,quòd mauis scribæ mei beneficio, q̃ meo, legatum meum, præfectumq; Quint. Leptam maxima calamitate leuatos:cum præsertim non deberẽt esse obligati. diligẽtiæ,quòd existimas de tanto officio meo, tanto etiam periculo nec scisse me quicquam nec cogitauisse:scribã, quicquid uoluisset cum id mihi ne recitauisset quidem, retulisse. prudentiæ, cum rem à me non insipienter actam, ne cogitatam quidem putes. Nam & Volusii liberandi meum fuit consilium:& ut mulcta tam grauis Valerianis prædibus, ipsiq; T. Mario depelleretur,à me inita ratio est:quam quidem oẽs non solũ probant,sed etiam laudant,& si uerum scire uis, hoc uni scribæ meo intellexi non nimiũ placere. sed ego putaui esse uiri boni,cũ populus suũ seruaret,cõsulere fortunis tot uel amicorũ, uel ciuium. Nam de Luceio est ita actũ, ut authore Cn. Põpeio, ista pecunia in fano poneretur.id ego agnoui meo iussu esse factũ qua pecunia Põpeius est usus ut tua,quã tũ deposueras ex tuis. Sed hæc ad te nihil intelligo pertinere. Illud me nõ animaduertisse,molestè ferrẽ,ut adscriberẽ, te in fano pecuniã iussu meo deposuisse, nisi ista pecunia grauissimis esset, certissimisque monumentis testata:cui data,quo senatusconsulto, quibus tuis, quibus meis literis Pu. Sestio tradita esset. Quæ cum uiderẽ tot uestigiis impressa,ut in his errari non posset,non adscripsi id quod tua nihil referebat. ego tamen adscripsisse mallem, quum id te uideo desiderare. Sicut scribis,tibi id esse referendum,idem ipse sentio:neq; in eo quicquam à meis rationibus

❧LEGATVN

❧LEGATVM meum,præfectũmq; Q. Leptam. Nihil ab ea,quæ in nostris impressis est,lectione,discedendũ puto:nec duas illas dictiones ullo pacto delendas censeo. Nam quod Manutii argumentũ primũ est,qui eas inducit,in antiquo libro illas nõ esse,Medicæus codex eas habet,& nos olim illi noci nominiq;,illius exemplaris authoritatẽ secuti, prænomen addidimus. Alia item eiusdẽ argumenta nullo negotio tentari refelliq; possunt. * PETRI VICTO. CASTI.

❧VT tua quam tu deposueras Sestius. Sic etiam legitur,ne minima quidẽ uarietate,in Medicæo:quod olim quomodo nos præterierit,nescio:certe si id animaduertissemus,non tantopere laborassemus. *PETRI VICTO. CASTI.

discrepabũt tuæ.* Addes enim tu,meo iussũ,quod ego quidem non addidi:nec causa est cur negem:nec si causa esset,& tu nolles, negarem. Nam de sestertiis nongentis milibus, certe ita relatum est, vt tu,siue frater tuus referri voluit. Sed si quid est, quũ de Logeio parũ. gratiosum est, quod ego in rationibus referendis etiam nunc corrigere possim, de eo mihi, cum S. C. non sum usus,quod per leges liceat, considerãdũ est. te certe * ĩ pecunia exacta ita afferre ex meis rõnibus relatis nõ oportuit,

❧DISCREPABVNT. different. Si causa esset,id est si etiam haberem causam negandi, non negarem si tu nolles quòd negarem. Nongẽtis. nouem centum, ex integro & corrupto componitur:& quoniã non præcedit c.cõmutatur in g. ut quingenti pro quinq; centum. Frater tuus. Mindius,quem adhibuisti cum scriba meo ad rationes cõficiendas. Quando. quoniam, causatiuum est. De Logeo.quidam uolunt nomen esse uiri proprium alii putant non absurde locum esse, ubi de rationibus esset tractatum: nam λόγος cum alia multa, tum uero rationem significat:inde λογεῖον rationarium,ut ita dixerim. Corrigere,emendare, si quid aliquibus non probatur. Te certe. Cicero familiariter reprehẽdit Rufum,q̃ uoluerit eum corrigere in referendis rationibus,quod non decuit. HVBER. Nongenti Quingẽti

❧LIBERALITATIS inquam fructu me priuas,quòd mauis,scilicet dicere legatum meum,& Quintum Leptam præfectum meum,leuatos,id est liberatos, maxima calamitate,bñficio scribæ mei.i. Tullii q̃ meo. præsertim cũ ipsi non deberent esse obligati. Diligentiæ,q̃ existimas me nec scisse nec cogitasse quicquã de tanto officio meo,& etiam de tanto periculo. Prudentiæ. repete fructu me priuas, cum putes rem ne cogitatã quidem à me non insipienter, aut lege actam, sic cum putes rem actam à me non insipienter, ne cogitatam quidem. Nam & consilium liberandi Volusii fuit meum,& ut mulcta,id est pœna tam grauis depelleretur prædibus,id est fideiussoribus Valerianis,& ipsi Tito Mario,ratio,id est uia,est inita, id est inuenta à me, quam quidem,scilicet rationem omnes non solum probant,sed etiam laudant quod plus est. Et si uis scire uerum, ego intellexi hoc non placere nimium,uni,id est soli,scribæ meo,cui tamen Rufus iam accepta tulerat,dicẽs ab eo, non à Cicero. acta. Sed ego putaui esse uiri boni, id est pertinere ad uirum bonum, cum seruaret populum suum,consulere,id est prospicere,debito consilio & prouidentia, fortunis & facultatibus tot amicorum uel ciuium. Nam actum est de Luceio,ita ut authore Cnæo Pompeio, ista pecunia, scilicet quam mihi obiicis, poneretur in fano,id est æde sancta,in qua publica asseruabatur pecunia. Ego agnoui id omne factum iussu meo, qua pecunia Pompeius est usus,ut tua,id est tanquam à te deposita, quam tamen Sestius deposuerat. Sed ego intelligo hæc nihil pertinere ad te. Ego ferrem illud molestè,uidelicet me non animaduertisse,ut ascriberem, scilicet ad rationes consolidatas,te deposuisse iussu meo pecuniam in fano, nisi ista pecunia esset testata, id est corroborata & munita grauissimis & certissimis monumentis,id est testimoniis,cui data esset, quo senatusconsulto, quibus literis tuis & quibus literis meis esset tradita Publio Sestio. Quæ. scilicet omnia cum uiderem impressa tot uestigiis,id est tot sigillis signata,quæ imprimendo signant, ut non possit errari, id est error fieri in his,non scripsi id,scilicet te iussu meo,deposuisse eam pecuniam, quod nihil referebat, id est intererat tua, ego tamen mallem ascripsisse,quando,id est quoniam,uideo te desyderare id. Sicut scribis id esse referendum, id est reddendum & computandum contra,deputatis,ut dicunt tibi,id est à te, ipse,id est ego,sentio idem,neque rationes sup. tuæ, discrepabunt quicquam, id est in aliquo à rationibus meis. Tu enim addes, scilicet ad scripta de rationibus nostris meo iussu,scilicet te deposuisse aut fecisse, quod ego nunquam addidi: nec causa est cur negem,scilicet addi posse,nec si causa esset,& tu nolles, scilicet eam causam esse, negarem. Nam de nõgentis,id est nouies centum milibus,sestertium:sunt qui sestertiis scribant,sed puto Ciceronem sestert. duntaxat scripsisse,aut aliis signis eam summam expressisse. Veruntamen quia numeralia petunt genitiuum syncopatum,& neutra habentia singularem in um,nolunt syncopari ideo fere legimus expensum quadragies sestertium, ut sit singularis numeri: legi tamen potest sestertium per syncopam hoc loco, quia & sestertius dicitur. certe relatum est,id est scriptum in lib. rationum ita, ut tu sup. uoluisti, siue ut frater tuus referri uoluit. Sed si quid est,quando,id est quoniã,parum gratiosum, id est plausibile est de Logeo,id est quod scribis de logeo, id est rationatorio. λογεῖον enim rationatorium seu locus referendarum rationum dicitur λόγος ratio: quod ego possum corrigere etiam nunc in rationibus referendis, de eo non sum usus mihi, id est ad placitum aut commodum meum,senatusconsulto,id est decreto senatus:sunt qui legant uisurus,sed omnia sunt obscura: considerandum est quid liceat per leges,certe quicquid leges aut senatusconsulta permittant,non oportuit efferre, id est extollere te ita,id est tantopere,in pecunia exacta ex meis rationibus relatis,id est iam redditis. Logeon

❧ADDES etiam tu iussu meo,quod ego nunquam addidi. Suspecta mihi hæc lectio semper fuit,præsertim cum in melioribus exemplaribus aliter scriptũ sit,& tota etiã epistola non paruam obscuritatem in se habeat. Medicæus ita legit: Quod ego qui non addidi. quod diligenter considerandũ est:nihil tamen adhuc certi ex uetere scriptura elicere potui,nam per se etiã uox illa NVNQVAM hoc in loco mihi parum probatur:etsi coniecturam nostram non contemnendam putamus,qui olim particulam QVI superuacaneam iudicauimus, eámque sustulimus, NON autem retinuimus. Nunc tamen ut unusquisque quid sui consilii sit sequi possit, antiquam scripturam omnibus proposuimus. *PETRI. VICTO. CASTI.

❧IN pecunia exacta ita efferre. Ita nos quoq; olim scribi uolebamus ex melioribus codicibus, in quo tamẽ una in litera nostri librarii peccarunt:prisca certe scriptura hæc est. In pecuniæ exactæ ita efferre. ut facile in dehæc lectio concinnari possit:rectum tamen esse iudicauimus,in re obscura lectori omnia indicare.

HVBER. ¶ NISI quid me fallit. nisi aliqua re fallor. Petitiones, scilicet te. Interesse tua, ad te pertinere. Quod scribis. solebant imperatores denunciare, quise præclare gessissent in bellis, ut postea à populo meritis muneribus uel certis præmiis donarentur: quod cum faciebat imperator, dicebatur beneficium facere. itaque Cicer. dicit se fecisse tantummodo de quibusdam ex suis. & dicit sibi molestum esse quòd non reliquerit illud beneficium Rufo, ut istos deferret. Deferri. denunciari, referri senatui & popu. Roma. Alias accusare significat, & alias pro loco. Tribunos. diximus supra de tribunis. Quibus. scilicet diebus triginta. Contuberna les. qui in castris in eodem erant tabernaculo, qui simul erant. Ambitioni tuæ. tibi qui es ambitiosus, qui uoluisses deferre istos.

Deferri

Contuber nalis

HVBER. Diffinitū Erratum ¶ IN integro. in potestate, ut adhuc possit & fieri & omitti. Definitū. determinatū, ut possent scire quid eis dari posset. Smyrna. urbe de qua supra diximus. Erati. fraudis, erroris. Fratris tui & Tul. qñ ambo con fecerunt rationes. Depositis. sub fide relictis, ut supra uidimus apud Apameam & Laodiceā. Quam. spem, facultatem. Tum. eo tempore cum redii ex Cilicia, erāt enī tenues, quia fuerant dissipatæ facultates meę à Terentia, ut alio loco plenius notauimus. Obligatum. quia licet rescripserim humanissime, non tamen me tibi obligatum puto. Sic accepisse. cum molestia. Ad me tanquam ad Imperatorem, præter illam quæ perueniebat ad Popu. Rom. Publicanos. publicani sunt qui publica cōducunt, quos datiarios uulgo dicunt. Abstulisse. rapuisse, ut uteretur, ut paulo supra uisum est. Eo minus. quòd Pomp. abstulit, & non potuit tibi uel submināstrare cibaria tua, uel præstare liberalitatem meā, sicut oportuisset & uoluisset. Quod. nunc Cice. dicit quòd si etiam Rufus tulisset illa centum sestertia expensa fuisse à Ci. tamen cōficit pro eius suauitate & amore in se, quòd nunc nollet ab eo æstimatione, id est ut Cic. nunc redderet illa centum sestertia Quæ tua est sua. id est pro ea suauitate, quæ tua est, ut supra Seruius ad Ci. qui illius in te amor fuit, hoc te certe illa facere non uult. est frequens & elegans dicendi modus. Sin. uel. id est si uellem numerare ipsam pecuniam, quā tu diceres à me expressam fuisse. Non erat. id est non habebam quod numerarem. Ad rem. ad honorem nostrum. Scindi. dilacerari. Causa nulla est. quia neque elegantiam habet & erit testimoniū dissensionum nostrarum.

Publicani

ASCEN. ¶ NISI quid. id est aliquid intris fallit me, sunt enim peritiores in legali scientia, sup. quam ego. Caue dubites illud, scilicet quod sequitur quin ego faciā omnia, scilicet quæ restant adhuc, quæ existimem, id est iudicem. interesse, id est in re & utilitate esse tua, aut etiam te uelle, si possim facere ullo modo. Quod scribis, id est quantum ad id quod scribis, de beneficiis. s. delatis non per te. Solebant enim Imperatores peracta prouincia denunciare, qui se præclare gessissent in bellis, ut à senatu populóque Romano præmiis donarentur, quod cum faciebat Imperator dicebatur beneficium facere, ne ad hoc obligatus putetur, id autem uoluisset Rufus per se factum fuisse: unde dicit Cice. scito tribunos militares & prefectos, & contubernales duntaxat meos esse delatos, id est denunciatos à me, in quo quidē ratio. i. supputatio fefellit me, quia debuisem etiam Rufum & alios denunciasse, aut ratio. i. opinio, existimabā enim liberū tempus ad deferendos. i. denunciādos eos, dari mihi. postea sum factus certior necesse esse deferri triginta dieb⁹. i. post triginta dies. Quibus. i. post quos retulissem rationes. Tuli sane. i. ualde molestē, illa beneficia. s. denunciandi, nō esse reseruata potius ambitioni. i. cupiditati honoris. tuæ, q̄ nisi quid me fallit. sunt enim alii peritiores. Illud caue dubites, quin ego omnia faciam quæ interesse tua, aut etiam uelle te existimem, si ullo modo facere possim. Quòd scribis de beneficiis scito à me & Tribunos militares & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse. In quo quidem me ratio fefellit. liberū enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari. postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse quib⁹ rationes retulissem. Sane moleste tuli, non illa beneficia tuæ potius ambitioni reseruata esse, quàm meæ, qui ambitione nihil uterer. De centurionibus tamen, & de Tribunorum militarium contubernalibus res est in integro. genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. Reliquū est de sestertiis centum milibus, de quibus memini mihi à te Myrina literas esse allatas, non mei errati, sed tui: in quo peccatum uidebatur esse, si modo erat fratris tui & Tullii. Sed cum id corrigi non posset, quòd iam depositis rationibus ex prouincia decessimus: credo me quidem tibi pro animi mei uoluntate, proque ea spe facultatum, quam tum habebamus, quàm humanissime potuerim rescripsisse. Sed neque tum me humanitate literarum mearum obligatum puto, neque me tuam hodie epistolam de sestertiis centū sic accepisse, ut ii accipiunt quibus epistolæ per hæc tempora molestæ sunt. Simul illud cogitare debes, me omnem pecuniā, quæ ad me saluis legibus peruenisset, Ephesi apud publicanos deposuisse: id fuisse sestert. XXII. eam omnem pecuniam Pompeium abstulisse. quod ego siue æquo animo, siue iniquo fero, tu de sestert. centum æquo animo ferre debes, & existimare eo minus ad te, uel de tuis cibariis, uel de mea liberalitate perueniisse. Quòd si mihi expensa ista sestert. centum tulisses, tamen quæ tua est suauitas, quicq; in me amor, nolles à me hoc tempore æstimationem accipere: nam numeratum si cuperem, non erat. Sed hæc iocatum me putato, ut ego te existimo. Ego tamen, cū Tullius rure redierit, mittam eum ad te, si quid ad rē putabis ptinere. Hanc epistolā cur nō scindi uelim, causa nulla est. Vale.

¶ Ex. xix. Epistola. Quomodo potuissem. Quare & si mei incommodi causa cōmonere noluisti. Nihil eum feciss scienter, quod esset contra aut rem, aut existimationē tuam. Demum si rationū referendarū uis uetus, & modus antiquus maneret. Id quoniam lege Iulia relinquere rationem in prouincia necesse erat. Si retribui tibi tantum, quantū me tribuisse nunquam pœnitebit. Non habui, cui id potius negotii darem, q̄ Tullo tibi darem. Tamen te expectaturum fuisse, nisi in prouincia relictas rationes pro ratis haberem. in nonnullis sic. nisi in prouincia relictas rationes probatis haberē. Docuerunt enim me parati homines, in his cum omniū peritissimus, tum mihi amantissimus. Est quoq; sic in aliquibus uidere. in his cum oīm paratissimus, tum mei amātissimus. Et quod minime tamen laboro mediocris etiā prudentiæ liber tatis. Quod maius scribæ mei beneficio, q̄ meo, legatū meum, prefectūque & Leptā. Quondā maxima calamitate leuatos. Quod existimas de tanto officio meo, tanto etiam periculo, nec scisse me quicquā, nec cogitasse, scribā, quicquid uoluisset, cū id mihi ne reculasset quidē retulisse, & prudentiæ, cum rē à me non insipiēter excogitatā quidem putas. Et ut multi tam grauius Valerianis prædibus. Hoc unū uni scribæ meo intelle xi non nimiū placere. Nec causa est, cur negem, nec si tamen esset, & tu uoles, negarē. Nam de sestertiis nunc centum millibus. De centurionibus tamen, & militarium contubernalibus res est in integro.

tuā, de centū sestertiis nō relatis, sicut ii quibus epistolæ sunt molestæ, per tēpora. s. periculosa, accipiunt. s. epistolas, hoc est in deteriorē partē, simul debes cogitare illud me deposuisse Ephesi apud publicanos. i. publicanorum uectigaliū redemptores, omnē pecuniā quæ peruenisset ad me. i. ad possessionē meam, saluis legibus, & debes cogitare id. s. pecuniæ fuisse uigintiduo millia sestertiū, aut, & uicies mille sestertia. Sunt qui legunt solū modo uigintiduo sestertia, sed quō dicerēt eam omnē pecuniā, & Rufum debere de centū sestertiis, æquo aīo ferre, quasi de longe minori summa, aut quō ad Imperatorē nō, nisi uigintiduo sestertia ptinerent, & Pompeiū abstulisse omnem eam pecuniā, quod siue ego fero æquo aīo siue iniquo, tu debes ferre æquo aīo, de sestertiis centum per errorē non adductis, & existimare eo minus, quia ablata erat tota pecunia, peruenisse ad te, uel de cibariis tuis. i. tibi ab Imperatore debitis, uel de liberalitate mea, quā tibi impendissem, quod si tulisses expēsā mihi ista centū sextertia. i. si cōputasses ea tanquā expensa & à me recepta, hoc est si ea pro me exposuisses, & in rationem retulisses, tamen quę. i. ea, est suauitas tua, quiq;. i. & qui, hoc est & is est amor. s. tuus in me, tu nolles accipere æstimationē. i. ualorem, centū sestertiū, à me hoc tēpore. s. tam calamitoso mihi, nā si cuperē numeratū supple reddere, non erat. Sed putato me iocatum. i. per iocum scripsisse hæc, ut ego existimo te. s. iocatum. Ego tamen cum Tullius. s. scriba, redierit rure, mittā eum ad te, si quid putabis pertinere ad rem. i. cōmodum tuum. Nulla causa est cur non uelim hanc epistolam scindi, id est lacerari. Vale.

M. C. S. D. L. Mesino. Epi. 22

HVBER. GRATAE. In tumultu bellōrū ciuīlium, cùm exercitus esset in Africa, rebus in potestātem Cæs. Ro. redactis T. Mesinus mœrore oppressæ libertātis secessērat rus, ut carēret molestiis urbānis tali tempore. Scripserat autē ad Ci. se cupidū esse eum uidendi. Itaq; rescribens Ci. dicit se ita arbitrāri, quòd Mesinus fuerit cupidus eum uidendi, etiā si nihil scripsisset, quia & ipse esset cupidissimus eū uidendi. Nam si semper libentissimè cum eo fuit, cùm habēret maiorem copiam amicorū, multò magis nunc cum multos amiserit, dicit se desyderāre eius cōsuetudinē, quia in urbe dicit Cic. se nihil habēre, quo delectētur, prēter literas, ad quas rētulit, & præter conscientiā suorū rectè factorū, & consiliorū quæ semper spectauerūt ad pacē & utilitātē reip. Deinde consolātur ipsum Mesinū, ut forti ānimo ferat fortunā aduersam. Postremò suādet ut fruātur ocio secessionis, neq; uēniat ad urbē. Sine literis. s. tuis. i. etiā te nihil scribente, quia de tuo in me ánimo nunquā dubitabāt. Accipio. admitto, credo. Non cō. ti. non uincar à te, quia nō minus cupio te uidēre q̄ tu me. Nam te. sensus est, ita oīa quæ opto ueniant mihi cōmūnia, ut uehementer uelim esse tecum. Vt enim. facit Cic. argumentū ualidissimū ꝙ cum Mesino esse cupiat, quia si libentius cum eo q̄ cum cæteris ómnibus

meæ, qui scilicet ego, nihil uterer ambitione. Tamen res est in integro. i. adhuc sui iuris sine præscriptione temporis de centurionibus & contubernalibus. i. cohabitatoribus tribunorum militarium. Genus enim horum beneficiorū non erat definitū. i. limitatum, lege. Reliquum. s. querelæ tuæ, est de centum milibus sestertium, aut de sestertiis centies mille, legunt tamen quidam de sestertiis centum millibus, forte signis delusi, cum scriptū fuerit C. M. Vallæ enim nō uideretur constare ratio congruitatis, ut dicatur millibus sestertiis, cum mille declinatū sit substantiuū genitiuū exigens. Visi tamen sunt Liuius & quidā alii non multū differenter loqui ab eo quod est in euangelio, duodecim milia signati. de quib⁹ memini literas esse allatas mihi à te Smyrna, id est ex eo oppido in quo tūc eras, literas dico errati, nō mei sed tui in quo uidebatur et se peccatum, si modo erat. s. peccatū fratris tui & Tullii, qui inter se rationes supputauerant, sed quomodo erit erratum Rufi. s. fratris & Tullii, nempe & Rufus cui non debebat Ciceroni imputabat. Alii legūt erat ut sit, non erat mei, sed tui, in quo &c. sed Cice. diceret meum & tuum &c. Sed cum id. s. erratum, non posset corrigi, ꝙ id est quia, decessimus ex prouincia rationibus depositis iam. s. apud Laodiceā & Apameam, credo quidem rescripsisse tibi q̄, id est quantū, potui humanissime, pro uoluntate. i. beneuolētia animi mei, & pro ea spe facultatum. i. diuitiarum, quam habebamus tum. i. tunc, in propriis diuitiis, quas Terentia paulo post dissipauit. Scripsisse autem uidetur si quidē erratum fuerit in publicis rationibus, id se de proprio re posituram. Sed puta, id est existima, te obligatum, id est deuinctum non fuisse tum, id est tunc humanitate literarum mearū, neq; me accepisse hodie epistolā. s.

Universidad de Deusto Biblioteca

nibus esse consueuit, cum erat maior cópia bonórum uirórum & amicórum suórum, nunc plerósque amiserit, dicit se libentiùs consumpturum cum eo unum diem, quàm totum illud tempus cum eis, quibus conuiuere cógitur.

PHI. GRATAE. Accéperat Tul. à T. Mesino ciue Ro. líteras, quibus cértior factus quanta ille uidendi Ci. cupiditáte fuisset affectus, his eum allóquitur, quibus talē erga se ánimū sibi uehementèr gratū esse significat, dicitq; nō minóri desydério se tenēri uidendi eius. Et quoniā quę accidērūt reip. non nisi molestè ferre póterat, nonnihil etiam de his míseris tempóribus querelárū adiungit, & rerum Africanarū éxitum expectâre. Illuc enim se contúlerat exércitus Pomp. occupata repu. & ob hanc rem solum Ro. detinēri se dicit, & ibi nihil aliud se habēre commémorat, quo delectētur, q̄ literas & conscientiam mentis suæ ad pacem spectantis & utilitátem reip. Hortâtur inde amicum ocio fruâtur suo & quiētè uiuat ruri, ne Romā uéniat, & ipse si uidébitur rectè fieri posse, ad illum se iturū pollicētur. Secésserat enim ab urbe Mesinus, & ruri se tenēbat, ne ea uidēret, quæ in urbe oppressaq; repu. gerebantur.

Accipio. Accípio. admîtto, intélligo. Non concēdam. non abs te uincar ut magis tu me uidēre cupias q̄ ego te. Nam tecum. ordo est, nam ita omnia, quæ opto contingant mihi communia, ut uehementer uelim esse tecum. Vt enim. argumentū à comparatióne aliórū, quo demonstrat libentiùs cum eo esse uelle q̄ cum ómnibus aliis. Nam cum esset ei máxima amicórū copia, iucūdiùs erat ei cum Mesino uíuere, q̄ cum quouis alio. Nunc uero in tanta paucitáte amicórum multò magis & libentiùs se consumptúrum dicit unum diem cum Mesino, quàm omne tempus cum plerisque eórum, quibuscum necessariò uiuere cogebâtur. Quam te. præpônit ipsius consuetúdinem ómnibus aliis.

ASCEN. Ordo. GRATAE &c. In tumultu bellórum ciuilium cum exércitus esset in Africa, rebus in potestátem Cæsaris Romæ redactis, Lúcius Mesinus mœróre oppressæ libertatis secésserat rus, ut intereà molestiis urbanis leuarētur, scrípserat autem se Cicerónē uidēre uelle, ad quod Cicero amicè rescribit dicens. Literæ tuæ fuerunt mihi gratæ, ex quibus intellexi, quod etiam arbitrâbar sine líteris te affectum esse summa cupiditáte uidendi mei, quod ego accipio libentèr, ita tamen ut nō concēdam tibi, id est nō uincar à te in consimili cupiditáte, utpote tui uidendi. Nam ita contingant mihi omnia cōmunia, quæ opto, id est quæ ad rempub. spectant, quibus nihil gratius Ciceroni esset, uel omnia, quæ opto, euéniant mihi ita cōmúnia, id est mediocria, nisi cōmoda legendum putēmus, aut priórem ratiónē amplectendā, ut uelim uehementèr esse tecum. Vt enim. id est nam, uidētur enim una particula, nam ut áliter uacâre uiderētur. cum. i. quāuis, esset maior cópia & uirórum & ciuiū bonórum, & hóminū iucundórum, & amántium mei. i. qui me amâbāt, tamen nemo erat, qui cum. i. cum quo, ego essem libentiùs quàm tecum, & pauci sup. erant, quibuscum. i. cum quibus essem æque libentèr sup. ac tecum.

*PETRI VICTO. CASTI. ITA mihi omnia. Medicæus liber, & alii uéteres, COMMVNIA OMNIA: In quibus uerbis uitium inesse manifestum est: quomodo illud emendâri posse arbitrâti simus, spectâri potest: & fortasse non inelegantiùs, q̄ alii qui castigârunt, COMMODA OMNIA: magna enim uis est illórū uerbórū, Ita mihi ómnia, quæ opto, contingant. Cúpimus enim sæpe, præcâmúrque à Diis immortálibus non nobis tantùm cōmoda, sed amicis etiam & aliis qui nobis chari sunt, nō paruámq; ex ea re, si impetrâmus, uoluptátē cápimus. Honestius enim est amicis, suisq; cōmoda, q̄ sibi ipsi optâre. Hæc ratio fecit, & alia etiam argumenta, ut priorē uocē delerēmus: arbitrâmur enim cum OMNIA scríbere uellet pérperā librarium COMMVNIA scripsisse: cúmq; erratum suum cognouisset, OMNIA postea scripsisse, nec priorem uocem indúcere curasse, quod multis locis facit.

*PETRI VICTO. CASTI. VT enim cum esset. Hæc est Medicæi codicis, & aliorum etiam uéterum lectio, quam tamen nonnulli damnant, qui olim & ipsi eam ualdè amáuerant, etsi ut omnia compónerent, infra suo ex ingénio lectiónem mutáuerant. Quam restituērunt lectionem nullo modo probo: neque hoc facio concertatiónis studio, sed quòd ita uerum esse exístimo, si quis acutè perspiciet, si ETENIM (quemadmodum illi uolunt) legâtur, uidebit multominus uerba inter se cohærēre, quàm si prisca lectio conseruētur. Quare peccasse nobis non uidēmur, qui si aliquis error est, unà cum antiquis libris peccâre uoluimus. Potiùs animaduertendum est, an sit è génere eorum, quæ speciem solœcismi habēre uidentur, de quibus nos aliis in locis locúti accuratè sumus, & Paulus etiam in eo quod séquitur scholio agit.

æque libentèr: hoc vero témpore, cum alii interíerint, alii absint, alii mutâti voluntate sint, vnum mediusfidiùs tecum diem libentiùs posúerim, quàm hoc omne tempꝰ cum plerisq; eórum, quibuscū viuo necessariò. Noli enim existimâre, mihi solitúdinem non iucundiórem esse, qua tamen ipsa vti non licet, quàm sermónes eorum, qui frequentant domum meam, excepto vno, aut summùm altero. Itaque vtor eodem perfugio, quo tibi vtendum censeo, litérulis nostris: præterea conscientia etiam consiliórū meórū. Ego enim is sum, quémadmodū tu facílimè potes existimâre, qui nihil vnquam meâ potiùs, quàm meorū ciuium causâ fecerim: cui nisi inuidisset is, quem tu nunquā amasti (me enim amâbas)

HVBER. AEQVE libenter. tam libenter, scilicet quàm tecum. Absint. à patria, uel uolūtario uel necessario exilio. Mutati uo. quia destitērūt mihi esse amici, & mutauērūt uoluntátē postq̄ fortunā mutatā uidērūt. Mediusfidius. Mediusfidius. iurantis est. Significat autē per Iouis filiū. Necessariò. necessitáte coactus non autem uoluntáte. Posúerim. propónam. Solitúdinem. locum desertum. Quam ser. qui non multum habēt, quod me delectet. Profugio. scilicet. Litérulis, id est studio literárū. Conscientia consi. meórum. subaudi utor. Quam meo. ci. id enim proprium est eius, qui reipu. præsit, ut omnia, quæ faciat ad utilitatem publicam & suórum cíuium réferat, oblítus commodórum suórum. Is. Cæ. significat potiùs quàm Clódium, uel M. Antónium. Ipse bea esset. alii códices habent esses, quod magis probo, ut sit, & tu ipse & omnes alii boni beâti essetis. Vim. uiolentiam. Ocium. pacem. Honestum. quod esset cum honóre nostro. Idem. i. ego. Illa ar. ciuilia, quæ Cæsa. mouit. Il. cō. bo. i. iudiciū & uoluntatē bonorū ciuium. Quem, consensum. Effēceram. quia meis persuasionibus omnes uiri boni ad defensionē patriæ cōsentiēbant. Quāuis pacē. quālibet ètiā satis honestā nobis. Tota cō. i. omni conditione. Cū ua. cū potentiore. Licēbit. i. dábitur facultas. Hæc. subaudi dícere.

& ipse

& ipse beatꝰ esset, & omnes boni. Ego sum qui nullius vim plus valēre vólui, q̄ honestū otiū. idemq; cū illa ipsa arma, quæ semper timúerā, plus posse sensi, q̄ illū cōsensum bonórū, quē ego idē effécerā: quāuis tuta cōditione pacē accípere malui, quâm víribus cū valétiore pugnâre. Sed & hæc, & multa alia coram breui témpore licēbit. Neque me tamē vlla res ália Romæ tenet,

PHI. NEQVE. sic uel tam. Alii. repetitio. Interíerint. maior pars periit in bello ciuili. Alii absint. in Hispania & Libya, uel álibi in exílio. Aeque. Mutâti uo. quod recesserunt ab amicitia, & se mutauērunt cum fortuna. Voluntas. Voluntatis autem effectus est ipsa ratio. Nec uoluntas dici potest sine ratione, & uoluntas pro fauóre sæpe pónitur. Ter. uolūtas nostra si ad poetam accésserit date operam. Voluptas. Ad uoluptas. cum p. scriptū nomen qđ Græci ἡδονὴν uocāt tam in bonam q̄ in malā partē accípimus cuius génera sunt tria. Vnum naturále & necessarium. Alterum naturále & nō necessáriū. Tertium neq; naturále neq; necessariū, quæ neq; à natúra data sunt, & sine illis uitā quisq; posset uíuere. Mediusfidius. Mediusfidius. iurâtis aduerbium, & compositum uidetur μὰ quod est apud Græcos per, ut μάδιος χοῖρος & Διὸς cuius nominatiuus est Ζεὺς & fidius, quod antiqui pro filius dicebant. Nam loco s. líteras d. ponebāt. Vnde mediusfidius significat per Iouis filium, & intellígimus Herculem, plerîque tamen intélligunt per diui fidem, nonnulli per diuini témporis fidem, cuius opinionis est Pomp. Plerisque. antiqui plerus ra. rum. dicēbant. Iuniores ueroq; coniunctionē adiunxerunt significatione nominis non mutâta, ut plerúsq; pléraq; plerúmque. Solitúdinem iucundiórem, iucundus esset mihi esse soli q̄ cum istis uersâri, qui frequentant domū meam, & eos uitâre non possum, illos intelligēbat, qui cum Cæs. uictores fuērunt. Literulis no. studiis literârum, hæc erant profugia molestiæ Ciceronis, & solâmen mali. Conscientia consiliórum. quæ semper fuerunt salubria reipub. Recordatio autem multorum benefactórum iucundíssima est. Mei causa. ꝙ fecisset potiùs pro salūte cōmuni, q̄ pro seipso huiúsmodi institutio esse debet regentis rempub. ut omnia ad rempu. & utilitátem cōmunem pertinentia suis propriis cōmodis præferenda existimet, ut Cice. facere consuēuit, & Brutus patriæ libertátem filiis non pepercit. Quem tu nunquam ama. Cǽsarem dicit. Ipse beatus esset. Cæsarem intelligit, nam & ipse quoq; fuisset beatus in rep. non oppressa, & omnes hómines boni pública libertáte contenti. Multi legunt esses, ut sit sensus, ꝙ tu & omnes boni beatique essetis. Vim. uiolentiam. Ocium. pacem. Honestum. pro dignitate senâtus. Aut uim. potentiam. Et ho. ocium. literârum studium, quod pluris faciēbat, q̄ Cæ. potentiam, sed melior sensus prior. Arma. Cæ. & bella ciuilia. Bonorum senatorum. Effēceram. consilio enim Ci. effectū fuit, ut omnes boni uiri ad defendendam pátriam sentirent. Quamuis pa. quālibet pacem honestā, aut inhonestā pro uoluntáte uictoris. Tota. pro omni. Quam ui. cum ua. pu. rectum, & sacrum consiliū, sed non audîtum à Pomp. Melius enim erat quacunque conditione pacem accípere quàm pugnâre, & uinci. Licēbit hæc. potérimus hæc alias dícere.

ASCEN. VERO, id est sed, hoc témpore, cum alii, scilicet ex amicis interíerint, alii absint mutâti uoluntate, quia fortunam secûti. mediusfidius, id est ita me Hercules Iouis filius iúdicet, aut mediante fide mea, ego posuerim libentiùs, id est cum uoluptate maiore tecū unū diem, q̄ hoc omne tēpus cum plerisque eorū, quibuscū, id est cum quibus uiuo necessariò, quia témpori in seruiendū erat, aut quia álios non habēbat. Ego enim nolim te existimâre solitúdinē non esse iucundiórē mihi, qua tamen ipsa non licet uti, q̄ sermónes eorū, qui frequentāt domum meā, excepto uno, aut ad summū áltero, id est secundo. Itaque. id est & ita quia non lubet uersâri cū iis hominibus, qui Romæ sunt, ego utor eodē profúgio. i. linímine curárū, ad quod profugio, quo senseo. i. iudico, utendū tibi, uidélicet litérulis nostris, id studiis philosophiæ potissimum, quæ litérulas uocat, aut modestiæ gratiâ, aut ꝙ illis temporibus modica esse permittebantur, aut ꝙ plus literárū cénseat in causis forensibus expediendū si liceat. Præterea, id est præter litérulas nostras, utor etiā, scilicet ad sedandā animi molestiā, cōscientia consiliórū meorū. i. eo ꝙ mihi cōscius sum, nihil cuiquā consuluisti unde resp. iacturā fécerit. Et ecōuerso multa multis, quæ si sequi uoluissent, resp. adhuc stâret. Ego enim sum is, quemádmodū tu potes existimâre, id est iudicâre facilimè, qui nihil fécerim unquā potiùs causa mea, id est proprii cōmodi gratia, q̄ causa ciuium meorū, quod dicit quia consul & Imperâtor iam tum fúerat, aut quia usitatū est ciuiū meorū pro conciuium dici. Cui. scilicet mihi nisi is, scilicet Clodius, ut opînor potiùs q̄ Cæsar, quē tu nunquā amasti, amâbas enim me, inuidisset, & procurasset. s. mittendū in exiliū, &. i. simul, ipse esset beâtus, & oēs boni. Alii legunt beatus esses eo quòd de Cęsare intélligunt, qui tunc beâtus uidebâtur, & ita non díceret beatus esset sed esses, uerū de Cæsare non intelligi manifestū est, nunquā enim Cic. apertas inimicitias cum Cæsare habuit, quocirca potuit quis, ut etiam plures supra uídimus, utrosque amasse, cum iam dictū sit, ideo Mesinū nunquā amasse illū quòd Ciceronē amâbat. Ego sum supple is, qui nullius. i. non ullius, non uolui uim. i. potentiā aut uiolentiam ullius ualēre plusquā ocium honestū, ut est literárū, idéque. i. ego idem, cum sensi illa ipsa arma. s. Cæsaris, quæ timúeram semper, posse plusquā illū consensum bonorū, scilicet ciuiū, quē, scilicet consensum, ego idem effēceram, conuocatis enim senatóribus Cic. ea fundamenta pacis iecerat, quæ nunquā interrūpi posse uidebâtur, málui accípere pacē conditione, quāuis, id est quantumuis torta. i. uiolenta & iniqua, q̄ pugnâre uiribus cum ualentiore. i. potentiore uiribus. Sunt qui legāt tota, ut sit quāuis tota conditione pacis. i. níhilo detracto de conditionibus pacis, quas Cęsar proposúerit. Sunt etiam qui tum legūnt ibi, idemque tum illa &c. sed plures cum legunt. Sed licēbit supple nobis dícere aut disputâre coram. i. in præséntia mútua, breui tempore, id est intra breue tempus, hæc, scilicet iam dicta & multa alia. Neque tamen ulla alia res tenet me Romæ.

nisi expectatio rerum Africanarū. vidētur enim mihi res in propinquum adducta discrimē. puto autem mea nonnihil interesse: quanq̄ idipsum quid intersit, non sane intelligo. verúntamē quicquid illinc nunciatum sit, non longe abesse à cōsiliis ami-

HVBER. EXPECTATIO rerum Africa. ut intelligā qui finis sit illarum rerum, erant enim tunc exercitus Romani in Africa. Tenet Ro. facit nunc me esse in urbe. Propinquum di. in propinquum periculum quia breui alter uincet. Interesse mea. ad me pertinere. Quāquam correctio quędam. Illinc. ex Africa. Abesse dis. subaudi intelligo. Causas. bellorum. Multum inter. quia altera, scilicet Pom. est honesta, utpote pro repu. altera, scilicet Cæ. turpis est contra patriam suam. In-

Universidad de Deusto Biblioteca

ter ui.quia si uterque uicerit, uideo uictoriā fore cru
delem. Desperatis.s.rebus. Confirmatus. quia despe
ratio plerunq; addit fortitudinem. Quem . animum
meum. Iuuit me. placuit mihi, gauisus sum. Literas
tuas. quas didicisti, id est doctrinam tuarum literarū.
Profuisse tibi. ad te consolandum . Scripserat ad eum
Mes. se accepisse magnum fructum ex studio literarū
suarum quę eum multum consolatę fuerant. Verum
enim scri. non assentabor tibi , sed dicam tibi uerum.
Teneriore.pro tenero, id est molli,& imbecillo ad re-
sistendum doloribus. Ingenua.libera, molestius enim
ferunt seruitutem, qui nati sunt ingenui, & duxerunt
uitam ingenuam. Beata.opulenta, quæ aliis impera-
Funditus bat. Funditus.penitus, radicitus. Euersam.deiectam.
Hoc boni, id est hoc bonum,& hoc cōmodum. Con-
temnere.paruifacere, nō timere. Nullū, scilicet, quia
post mortem nihil mali sentire possumus. Sic affec.sic
dispositi, sic infelices. Sed etiam op.eligere uel etiam
desyderare. ita enim uidetur suadere philosophia , ut
Fruere supra dixit in multis locis. Fruere.delectare, fructum
cape. Isto ocio. quem habes dum abes ab urbe. Tibi
persu.simile est illud supra ad P. Sexti. & illud adiun-
ges homines sapientes turpitudine, non casu, & deli-
cto suo, non aliorum iniuria commoueri. Pręter cul.
& pec.id est nisi quid deliquerit,& peccauerit. Nihil.
neque amisionem fortunarum, neque exilium, neq;
mortem, neque cætera similia. Mutandum cō.mutan
da deliberatio, scilicet ueniendi à te. Tu.i.f.concludit
epistolam ex sententia principii , quia supra dixerat
Messinus se esse cupidum uidendi Ci. scribit Cice. ut
ita sit cupidus eum uidendi, tamen nō discedat ex lo
co ubi erat præcipue, quia non bene habebat. Infir-
ma.imbecilla. Quæsieris.interrogaueris. Per li.scri-
bendo ad me. Seruias.indulgeas, sis intētus. Trāquil
litati animi.ut careas molestiis,& sis animo trāquillo.
PHI. ☞RERVM Afri.illuc enim Scipio, Iuba, Cato, ut re-
Discrimen nouarent bellum accessere. Discrimen.nunc pericu-
Discretus lum, alias differentiam significat. Vnde discretum di-
uisum dicimus. In quo caue ne erres, & hominē discre
tum dicas pro modesto, ut multi inepti in epistolis di
cunt, Paulo discreto uiro salutem. Quanquam corre
ctio est. Idip. expectare rerum Africanarum euentū.
Non sa.non ualde intelligo , quoniam si illi in Africa
uicissent, non tamen ex eorum uictoria libertas in re-
pub.seruaretur ex uitio uictoriæ. Quod.subiungit ta
men inter uictorias non multum interfuturum putē.
Quanquam.correctio est. Illinc.ex Afric. Abesse. dis
sentire,& sup.intelligo. Intersit.differentia sit. Cau-
sa. quoniam Pomp.honesta, Cæs. inhonesta. Despera
tis. Vna salus uictis, nullam sperare salutem. Despera-
tio enim confirmare, & fortes reddere uictos solet.
Iniuria ma. & par. Contumelia uero semper magna.
iniuriæ sunt, ut inquit Ci.quæ aut pulsatione corpus,
aut conuitio aures , aut aliqua turpitudine uitam cu
iuspiam uiolat. Iuuitque me.delectauit me. Prof.ti.
utiles fuisse ad consolandum. Nam Messinus Ci. scri-
pserat, quòd ex studio literarum magnam ipse conso-
lationem capiebat in ferenda iniqua fortuna. Lite-
ras t.doctrinam dicit, qua fortiter iniuriam perferen
dam didicit. Verum . nunc ueritatem. Teneriore.
quasi molli , & effœminato ad perferenda aduersa.
Ingenua . grauius enim ferunt seruitutem , qui nati
sunt liberti , quàm qui serui sunt. Ille se . ut Sulpi.
Vidimus aliquoties secundam pulcherrime te ferre
fortunam, fac aliquando intelligamus aduersam quo-
Agnominatio que te æque ferre posse. Aduersam euer . Agnomi-
natio est, commutatio literarum. Hoc boni.hoc bo
num, scilicet ut mortem optemus, cum mors sit om-
nium malorum finis. Quam etiam.debent contem-

corum . Est enim res iam in eum locū ad-
ducta, vt quanquā multum intersit inter eo
rum causas qui dimicant , tamen inter vi-
ctorias, non multum interfuturum putem.
Sed plane animus , qui dubiis rebus forsi-
tan fuerit infirmior , desperatis confirma
tus est multum : quem etiam tuæ superio-
res literæ confirmarunt . quibus intellexi
quàm fortiter iniuriam ferres: iuuitq; me,
tibi cum summam humanitatem, tum etiā
tuas literas profuisse. Verum enim scri-
bam , teneriore mihi animo videbare , si-
cut omne is fere , qui vita ingenua, in bea-
ta ciuitate & in libera viximus. SED VT
ILLA secunda moderate tulimus: sic hāc
non solum aduersam , sed funditus euer-
sam fortunam fortiter ferre debemus : vt
hoc saltem in maximis malis boni sequa-
mur, VT MORTEM, QVAM
ETIAM beati contēnere debeamꝰ, pro
pterea quòd nullum sensum esset habitu-
ra : nunc sic affecti non modo contemne-
re debeamus , sed etiam optare. Tu si me
diligis, fruere isto otio, tibique persuade,
PRAETER CVLPAM AC PEC-
CATVM qua semper caruisti,& carebis,
homini accidere nihil posse quod sit hor-
ribile aut pertimescendum. Ego, si videbi
tur recte fieri posse , ad te veniam breui. si
quid acciderit , vt mutandum consilium
sit, te certiorem faciam statim. Tu ita fac
cupidus mei vidēdi sis , vt istinc te ne mo
ueas tam infirma valetudine , nisi ex me
prius quæsieris per literas quid te velim
fecere. Me velim, vt facis, diligas , vale-
tudinique tuæ & tranquillitati animi ser-
uias. Vale.

☞Ex.xx.Epistola.Gratæ mihi tuæ literæ.

Te summa cupiditate affectum esse uidendi mei. Nam
tecum esse ita communia mihi omnia tua, quæ opto,
contingant. Nolim enim existimare mihi non solitu-
dinem iucundiorem esse , qua tamen ipsa uni non li-
cet. Idémque ipsa cum illa arma. Quamuis tota con
ditione pacem accipere malui, quàm uiribus cum ua-
lentiore pugnare. Sed & hæc, & alia multa coram lo-
qui breuiter licebit. Verum etiam scribam , tenerio-
re mihi animo uidebare, sicut omnes fere, qui uita in-
genua in beata ciuitate , & in libera uiximus . Sed ut
illa secunda moderatione tulimus, si hanc non solum
aduersam, sed funditus euersam fortunam fortiter fer
re debemus.

nere

nere non solum miseri & infœlices ut nos sumus. Saltem & saltim differunt. Maxima profecto inest utili- Saltem
tas in cognoscendis uocabulorum differentiis, ut pro uerborum qualitate eloqui possit. Saltem à captiuorū Saltim
uoce sumptum est, qui cum salutem petere uolebant, ex festinantia sermonis saltem dicebant. Saltim uero à
saltu nominatum est. Nullum sen.ut Epicurei sentiunt, quibus cum morte omnia extinguuntur, nec remanēt
sensus. Sic af.infœlices,& dispositi, ut omnia in rep.ornamenta sint nobis extincta. Perti. Nihil potest inquit
homini pertimescendum accidere nisi culpa , & peccatum, sed hoc tu timere non potes , in quo nulla unquā
fuit culpa, nec futura est.eadem fere sententia est ad Sestium, homines sapientes turpitudine non casu,& de-
licto suo non aliorum iniuria commoueri. Mutandum, conueniendi ad te. Tu ita.s.admonet, quid pro
sua ualetudine faciendum sit. Namq; eum non recte ualere senserat,& quia dixerat se teneri cupiditate uidē
di Cice.admonet ne discedat prius , q̄ ab eo factus sit certior.
☞NISI expectatio rerum Africanarum.i.quid Cato & cæteri Pompeiani in Africa contra Cæsarē fecerint.E- ASCEN.
nim.i.quia, res uidetur mihi adducta in discrimen.periculum propinquū, ita ut paucis diebus de summa re-
rum in Africa concertandum sit. Autem.i.sed, ego puto nonnihil.i.aliquantulū interesse.i.referre mea.s. utra
pars uictoriam habitura sit, q̄q̄ non intelligo sane.i.multum, quid idipsum.s.utra pars uicerit, intersit.i.discri
minis habeat. Veruntamen, quicquid nunciatū sit illinc.i.ex Africa, ego uelim nō abesse consiliis amicorū.
Res enim adducta est in eū locū, ut q̄q̄ multū intersit.i.differētiæ sit, inter causas eorum, qui dimicāt, quia me
lior est Pompeianorū fuisse uictoriā. Sed plane.i.oīno, animus.s.meus, qui fuerit.i.permittamꝰ, ut fuerit, for
san infirmior, rebus dubiis.i.cum res essent dubiæ, cōfirmatus est multū, rebus desperatis , quem supple aīm,
literæ tuæ superiores cōfirmarunt etiam quibus.s.literis, intellexi, q̄.i.quantū fortiter ferres iniuriā,& iuuit.i.
delectauit me cū.s.ita sit, quod iuuit me summā humanitatē tuā ꝓfuisse.i.utilem fuisse tibi , tum etiā sup.iu-
uit me lr̄as tuas ꝓfuisse tibi. Scribā enī uerū. Tu uidebare mihi fuisse aīo teneriore.i.multum tenero, aut te-
neriore, q̄ decuit, sicut fere nos oēs sup.uidebamur fuisse, qui uiximus uita ingenua.i.nulla seruitute notata,
in ciuitate beata.i.opulenta, ac fœlici,& libera. Sed ut tulimus.i.portauimus, moderate.i.tēperanter, illa secun
da.i.ꝓspera,& læta, sic debemus ferre fortiter hāc fortunā non solum aduersam, sed etiam euersam funditus
.i.à primis fundamentis, q̄tum ad libertatem, ut consequamur in maximis malis, saltem hoc boni, ut debemꝰ,
nunc affecti sic.i.desperatione salutis aut libertatis, non mō .i.nō solū cōtēnere, sed etiā optare mortē, quā.s.
mortē, nos debebamus cōtēnere etiā beati.i.cū essemus beati.ꝓpterea, quod ipsa nullū sensum esset habitura.
quod dicit scđm Epicureos, quos tamen alibi rep̄hendit, nisi forte putemus ꝓpterea, dicere, ꝙ beatis tāta fue
rit lætitia, ut tormenta mortis nō sentiant. Vn̄ nō dicit se in morte, aut post mortē nullum sensum habituros
fuisse, sed mortem ipsam. Tu, si diligis me, fruere isto ocio.i.cape fructum,& uoluptatem ex isto ocio, quod na
ctus es,& persuade tibi nihil posse accidere, aut accedere.i.addi homini, quod horribile, aut pertimescēdum,
præter culpam, ac peccatū.qua.s.culpa, tu caruisti.i.uacuus fuisti & carebis semper. Ego ueniā breui.s.tempo-
re, ad te, si uidebitur posse fieri recte, si quid acciderit, ut.i.ita, ut consilium sit mutandum, ego faciam statim
te certiorem. Tu fac sup.ut sis cupidus mei uidendi ita, ut ne.i.non moueas te istinc.i.ab isto loco.ualetudine
sup.tua, ante tam infirma, nisi quęsieris prius ex me per literas, quid uelim te facere.i.ut tu facias. Velim.ut
facis, sup.ut diligas me,& seruias.i.inseruias ualetudini tuæ,& tranquillitati. animi.s.tui. Vale.

Quinti Libri Finis.

M·T·CICE-RONIS Epistolarum Familiarium Liber Sextus.

consolatoria

M.C. Aulo Torquato. S.D. EPIS.I

ET si ea perturbatio
est ómnium rerum,
vt suæ quemq; for-
tunæ máxime pœ-
niteat, nemóq; sit,
quin vbiuis , quàm
ibi, vbi est, esse ma-
lit: tamen mihi du-
bium non est, quin hoc témpore bono vi-
ro Rom. esse , misérrimum sit. Nam etsi
quocunque in loco quisquam est, idem
est ei sensus,& éadem acérbitas ex interi-
tu rerum & publicârum,& suârum : tamé
oculi augent dolôrem, qui ea, quæ cæteri

HVBER.
ET si ea. Torquatôrum gentem in Torquati
urbe non obscuram egregia qua-
dam gloria, at nóminis título il-
lustrauit primus. T.Man.ob de-
tractū áureum torquem Gallo
cuidā prouocatóri Torquatꝰ co-
gnominatus, ex ea gente longa
ordinis serie fuit hic A. Tor.ad quem nunc Ci-
ce.scribit, nam cū fuisset Pompe.deuicto Pom.bel-
lo Pharsálico,& ob poténtiam tyránnidemque Cæ.
deductus rebus in magnam desperationem, cum ad-
huc per Pom.& Cæ.assídue pugnarêtur , contúlerat
se Athenas, ubi deflêbat communes misérias,& ualdè
angebâtur, cùm de rebus suis, tùm uerò de repu. Ita-
que Cic hac epistola eum consolâtur, iisdem uero ra-
tionibus, quibus supra consolâtus est Ser.Sulp. Fue-
rant enim ambo in eâdem causa, ambo socii in bel-
lo,& ambo per ea témpora erant Athenis licèt hac e-
pistola signíficet Cice.se intellexisse Ser. paulo ante
ab Athenis discessisse, quod dicit se dolêre Tor.cau-
sa, ꝙ ex eius consuetúdine máximum fructum percí-
pere potuisset. Sensus totiùs epistolæ erit clarior in-
spicienti epistolam quam supra díximus scriptam
ad Ser.quæ incipit.uehemēter te esse solícitū, & nos
érimus minus uerbosi in explanatiône, quia quæ in
multis superioribus epístolis díximus, superuacáne-
um uideretur sæpius commemorâre. Et si.sensus est,
licèt omnia ita sint perturbâta , ut cuique displíceat
fortuna & conditio sua, & nemo sit contentus loco
ubi est, sed potius cúpiat esse in quólibet alio loco,
quàm in eo ubi sit, tamen non dúbito quin hoc tem-

pore

Universidad de Deusto Biblioteca

Quin
Vbiuis

pore ita misero sit miserrimum uiro bono esse Ro. Omnium re.& publicarum & priuatarum. Fortunæ suæ, suæ conditionis. Pœniteat.pigeat. Quin. qui non.Vbiuis in quocunque loco. Bo.ui.cui iniqua displicent,& maxime calamitas reipu. Nam etsi ratio est quare uiro bono miserrimum sit esse Romæ. Nam licet quisque quocunque loco sit, habeat eundem dolorem ex amissione rerum pub.tamen acerbius est uidere, q̃ audire. Acerbi.angor,dolor.Idẽ.

Auertere

similis. Oculi.i.sensus oculorum,quia certior aut arbiter est oculus. Intueri . aspicere. Auertere . declinare,amouere. Multarum re.sicut est uidere tuos frui fortunis tuis,frui solita dignitate,uidere rempub.in

Confici

statu suo,& similium rerum,Confici.affligi. Quod Ro.dolebat enim præcipue Torqua.ꝙ Ro. nõ esset, quod quidem dicit Cice.ei non esse dolendum. Tuos.propinquos,& amicos.Illa.s.tui,& tua.Tenent. retinent,& conseruant. Adesses.Rom.Pro.præcipuo.in quo alii non sint. Post.exigere. Præcipuam.s. quæ aliis non accidat. Communem.quæ omnibus accidat. Recusare. spernere.

audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miseriis cogitationem sinũt. Quare & si multarum rerum desyderio te angi necesse est,tamen illo dolore, quo maxime te confici audio,quod Romæ non sis,animum tuum libera. Et si enim cum magna molestia tuos, tuaque desyderas, tamen illa quidem,quæ requiris, suum statum tenent, nec melius, si tu adesses, tenerent, nec sunt ullo in proprio periculo.Nec debes tu,cum de tuis cogitas, aut præcipuã aliq̃ fortunã postulare,aut cõem recusare.

ASCEN. Ordo.

ET si &cæ.Aulus Torqua.post Pharsalicam cladem se Athenas contulit,ut pleriq; alii,interea dum bella adhuc sæuirent inter Cæ.& Pompeia.Eum ergo à mœrore auocat hac epistola Cice.dicens. Et si ea perturbatio est omnium rerum,ut quemque pœniteat maxime fortunæ suæ, ut nemo sit quin malit esse ubiuis.i.ubilibet,q̃ ibi,ubi est,tamẽ non est dubium mihi quin miserrimum sit bono uiro esse hoc tempore Romæ.Nam etsi quocunque in loco quisquis est,idem sensus est ei, & eadem acerbitas ex interitu rerum,& publicarum,& suarum.s.priuatim,tamen oculi.i.uisus,augent dolorem,quia cogunt.s.nos intueri.i.inspicere ea,quæ cæteri audiunt, nec.s.oculi sinunt.i.permittunt,sup. nos auertere cogitationem à miseriis.i. quamobrem,& si.i.quamquam necesse est te angi,id est premi,& affici uehementer,desyderio multarum rerum, tamen libera.i.solue,animum tuum illo dolore,quo audio te confici maxime scilicet ꝙ non sis Romæ. Enim id est quia, & si desyderas cũ magna molestia.i.magna molestia animi concomitante,tuos.s.amicos,& necessarios,& tua scilicet bona,tamen illa quidem,& quæ requiris.i.exigis,tenent statum suum.i. sibi debitum, nec tenerent melius si tu adesses, nec sunt in ullo periculo proprio. Nec tu debes, cum cogitas de tuis scilicet amicis,& rebus,aut postulare scilicet adeo,fortunam aliquam præcipuam.i.excellẽtem,aut recusare communem.s.fortunam.

HVBER. ❧DE te ipso.iam demonstrauit Cic.quare Torqua.angi non debeat propter suos,aut sua, nunc ostẽdit quomodo debeat de seipso cogitare, & qualem animum de seipso habere debeat.dicit enim eum non habere,

Agitare

aut desperare aut timere,& adducit ratiões. Agi.uersare, cogitare. Non adhi.de.i.ne ita cogites de teipso,ut spẽ amittas. Nec enim.ratio quare non sit adhibenda desperatio,quia Cæ.qui fuit iniustus in ipsum Torqua. dedit magna signa animi sui mitigati erga Torqua. & quia ipse Cæ. non est certus salutis tuæ.Is. Cæ.Ad.hactenus.Iniu. quia adhuc non reuocauit te in patriam.

tationum +

HVBER. ❧NEC tamen.quasi dicat cum alii ab eo petant salutem,& uitam,posset fortasse interire,itaque non est desperandum.Exploratam,certam,nondum enim finis bellorum ciuilium.Cũq;.posuit rationes, quare non debeat desperare, nunc uero declarat quare nõ debeat timere, quia utra pars uicerit uel Pompeia. uel Cæ.dicit Torquatum non debere sibi timere. Ab al.Cæ. Seiunctum.separatum. Ab inte.omnium.à cæde & calamitate,immo pernicie omnium,ita nihil accidet tibi,quod non accidat oibus. Ab altera. Pom. Nunq̃ tibi quia semper ei fauisti. Reliquum est.probauit Ci.ꝙ Torquatus,neque propter suos neq; propter res suas,neque propter seipsum, debet uehemẽter dolere, nunc remouet etiam ei dolorem ex parte reipub.de qua Torquatus uehemẽter angebatur. Id.ip.quasi dicat ut ex eo tu capias dolorem,& cruicieris,quod ego pono loco consolationis. nam Torquatus excruciabatur,quod periculum reipub.commune esset, Cice.uero ex ea re consolationem capiebat,quia quod sæpius dixit,& dicet in epistola sequẽte,non debemus recusare id periculum, quod est nobis commune cum multis. Tanti. ma.quod periculũ reipu.sit commune. Docti.u.philosophi. Vera.quæ posit omnino tollere dolorem. Præter il.i.excepta

De te autem ipso Torquate est tuum sic agitare animo, ut non adhibeas in consilium cogitatiónum tuarum desperationem,aut timorem: nec enim is, qui in te adhuc iniustior,q̃ tua dignitas postulabat,fuit,non magna signa dedit animi erga te mitigati. nec tamen is ipse à quo salus petitur,habet explicatam,aut exploratam rationem salutis suæ. CVMQVE omnium bellorum exitus incerti sint, ab altera victoria tibi periculum nullum esse perspicio, quod quidem seiunctum sit ab omnium interitu:ab altera teipsum nũquam timuisse certo scio. Reliquum est, vt teipsum, quod ego quasi cõsolationis loco pono,maxime excruciet, commune periculum reipu.cuius tanti mali,quãuis docti viri multa dicant tamen vereor,ne consolatio vlla posit vera reperiri,præter illam,quæ tanta est,quantum in cuiusque animo roboris est, atque neruorum. SI enim bene sentire,recteque facere satis est,ad bene, beateque viuendum, non

vereor,ne eum qui se optimorum consiliorum conscientia sustentare possit,miserum nefas sit dicere. Nec enim nos arbitror,victoriæ præmiis ductos, patriam olim,& liberos,&fortunas reliquisse:sed quoddam nobis officium iustum, & pium,& debitum reipub.nostræque dignitati videbatur: qui neque cum id faciebamus,tam eramus amẽtes, vt explorata nobis esset victória. Quare si id euenit,quod ingredientibus nobis in causam,propositum fuit accidere posse,non debemus ita cadere animis, quasi aliquid euenerit, quod fieri posse nunquam putarimus.

illa consolatione,quam quisq; sibi ipsi præstare potest ex fortitudine,& magnitudine proprii animi. Quantum ro.quantum fortitudinis. Neruorum. constantiæ. Si enim.sententia est stoicorum, qui dicunt rectam conscientiam,& actionem bonorũ, etiã sine aliis adiumentis esse satis ad bene beateq; uiuẽdum,& ipsam uirtutem esse unicuique pro præmio, quia uirtus propter seipsam expectanda est,hanc autem sententiam Cic.frequenter usurpat,& Virg. pri. æneі.Dii tibi si qua pios respectant numina, si quid, Vsq̃ iustitiæ est,& mens sibi cõscientia recti, Præmia digna ferant. Bene.s.rectam habere sententiam neq; precio,neque metu,neque alia re corrumpi,nec à ueritate deflecti. Recte fa.quia secundum Ci.in pri. of.Virtutis omnis laus in actione consistit. Non uene sit ne.i.non dubito quin sit nefas. Sustentare sustinere, defendere. Nefas.iniquum,& indignum.Miserum quia esset cõtra id,quod dixit,satis esse ad bene beateque uiuendum. Victoriæ præ.ut per ipsam uictoriam efficeremur ditiores & potentiores. Reliquisse pa.tunc cum discessimus, ut bello interessemus cum Pom. Olim. cum uideremus uires Cæ.metuendas. Videbatur no.of.actus nobis congruus,& conueniens.nam,ut Cic.in pri.offic.sæpe ostendit,Prima officia debentur diis immortalibus, secunda patriæ, tertia parentibus & cætera.Dicit ergo uidebatur esse quasi quædam oblatio, quam haberemus erga patriam. Quod quasi dicat præscriptum,& quod non liceret effugere,aut prætermittere sine reprehensione,quod declarat per adiuncta, cũ dicit iustum,pium.nam quę iusta,& pia sunt,sine nefario scelere prætermitti non possunt. Cum fa.id.cum relinquebamus patriam,liberos & cætera. Amentes.i.inconsiderati. Explorata.certa,& indubitata. Amens enim est,qui cum bellum ingrediatur,confidat,& indubitate speret uictoriam, quoniam,ut supra dixit,omnium bellorum exitus sunt incerti. Id quod fuit pro.id quod cogitauimus scilicet ut ita possemus uinci sicut uincere. Ingredientibus in cau.cum inciperemus resistere Cæ.remp.oppugnanti. In.cau.scilicet defensionis patriæ. Ita ca.animis.id est,deficere,& animos dimittere.Quasi.tanquam. Posse fieri.posse accidere. Nunquam pu.pro nunquam putassemus.quæ enim pręter opinionem eueniunt,solent molestius ferri,q̃ ea,quæ existimata sunt posse euenire.

Amens

ASCEN. ❧AVTEM.i.sed, ó Torquate tuum est.i.officii tui, agitare animo sic de teipso, ut non adhibeas in consiliũ cogitationum tuarum desperationem scilicet melioris fortunæ aliquando habendæ, aut timorem scilicet de peiore. Nec enim is uidelicet Cæ.qui fuit adhuc iniustior in te,quã dignitas tua postulabat, non dedit, hoc est dedit,nam nec non affirmatiua uox est,magna signa.i.indicia,animi scilicet sui,mitigati erga te. Nec tamen si ipse uidelicet Cæ.à quo salus petitur,habet rationem.i. uiam,& modum salutis suæ explicatam .i.prõptam, aut exploratam.i.euidentem, quod paulopost patuit in senatu tribus &.xx. uulneribus interemptus est. Cumque.i. & cum, exitus omnium bellorum sint incerti,quia nondum finitum erat bellum ciuile.q.d. ego perspicio.i.intelligo clare,nullum periculum esse tibi ab altera uictoria scilicet Cæ.qui tibi placato est animo, quidem.i.certe,quod periculum sit seiunctum.i.separatum ab interitu scilicet libertatis omnium, & certo scio te nunquam timuisse ab altera scilicet uictoria,útpote Pompeianorum. Reliquum est.i.restat,ut commune periculum reipu.excruciet maxime teipsum, quod scilicet solum à communi periculo cruciari,ego pono quasi loco consolationis. Cuius,tanti mali,quanuis .i.licet docti uiri,uidelicet philosophi,aut docti ciues,dicant multa scilicet remedia, aut legamus multas, ut sit, quanuis dicant multas sup.consolationes ab eo,quod sequitur,tamen uereor,ut ulla consolatio uera possit reperiri,hoc est uereor nullam ueram posse reperiri.Idem enim efficit uerbum uereor,cum negatione,& sine ea, præter illam scilicet consolationem, quæ est tanta, quantum roboris.i.fortitudinis,atque neruorum id est,uirium firmarum,est in animo cuiusque. Si enim sentire bene, & facere recte,est satis ad uiuendum bene, & beate, secundum stoicos, qui in uirtute beatitudinem ponũt.non uereor ne nefas sit dicere eum esse miserum qui posit sustentare sese cõscientia.i.eo,quod sibi conscius est optimorum consiliorum. Nec enim arbitror nos ductos.i.inductos,præmii uictoriæ.i.quæ uictoria talis afferre solet, reliquisse olim scilicet dum Pompeium secuti sumus, patriã & liberos, & fortunas.i.diuitias,sed uidebatur nobis quoddam officium iustum,& pium,& debitum reipu. & dignitati nostræ, qui nec cum faciebamus id.i.cum derelinquebamus nostros,& nostra,eramus tam amentes.i.insani,ut uictoria esset.i.reputaretur nobis explorata .i.certa. Quare si id, quod propositum fuit posse accidere nobis ingredientibus causam, id est, quod uidebamus ante oculos, hoc est Cæsarem uictorem fore, euenit, nos non debemus cadere animis ita, quasi aliquid euenerit, quod putarimus nunquam posse fieri.

Simus igitur ea mente,quam ratio & veritas præscribit, vt nihil in vita à nobis præstandum præter culpam putemus: eaque cum careamus,omnia humnana placate,& moderate feramus. Atque hæc eo pertinet oratio,vt perditis rebus omni-

❧SIMVS. hortatur Cice.Torquatum,ut sit eo animo,ut existimet nihil esse præcipue dolendum, nisi quod delicto,& culpa sua euenerit. Simus. imperatiui est modi.Præscribit.designat,proponit.Nil præstan.præ.culp. sic supra ad P.Sestium. Cum tibi nihil merito accidisse reputabis, & illud adiungas, homines sapientes turpitudine non casu, & delicto suo non aliorum iniuria commoueri. Item ad.T. Mesinum epistola præcedenti. Tibique persuade præter culpam,ac peccatum, quo semper caruisti, & carebis

HVBER.

his,homini accidere nihil posse, ꝙ si horribile, aut pertimescendum.Præstandum.debēdum. Eo.ad id.

Vt perdi.i.ut etiam intelligas, ꝙ amissis omnibus rebus, tamen ipsa uirtus seipsam sustentare potest.

Perditis. amissis,desperatis.Sed si.dixi ꝙ etiam rebus desperatis ipsa uirtus se sustentare potest,sed si est aliqua spes in rebus communibus,tu non debes ea carere. Quicunque sta. est su.siue imperent Cæsariani,siue Pompeiani. Atque. occurrit obiectioni Torquati.cogitabam inquit Cice.ō Torquate,cum hæc ad te scriberem, & conarer consolari, tanquam haberem aliquam spem,te solitum esse dicere me unum olim fuisse,qui in his bellis desperarem, & nostris rebus diffiderem. Cunctantem. tardātem ingredi in bellum.Excitare. cōmouere, & quasi stimulare, & subaudi solitus esses.Autoritate tua existimatiōe, quam non sequi mihi turpe existimabam.Nū impro. non reprehendebam. Causam.quæ erat honesta pro defensione reipub.Consilium,scilicet malum gerendi belli, quia togati contra armatos pugnabamus,ut supra ad M.Mar.Sed idem etiam illa uidi,neq; te cōsilium ciuilis belli ita gerendi,neque copias C.Pom. nec genus exercitus probare,semperque summe diffidere.& paulopost. Nō his rebus pugnabamus, quibus ualere poteramus cōsilio,authoritate,causa quæ erant nobis superiora, sed lacertis, & uiribus, quibus pares non eramus. Iis ar. Cæ. Confirmata per nos.Pompeia. quia ei fauimus intercedente etiam Pom.ut ei prorogaretur prouincia in aliud quinquēnium,quo tempore assumpsit tantum uirium,ut postea difficile fuerit ei obsistere. Neque e.di.prædicebam ex certa scientia quasi deus. Sed dicit se exprudentia,non autem ex diuinatione hæc prædixisse fore,quæ euenerunt. Posse fie.cum esset in potentia, ut fierent,dicebam fore.Exitiosum.pestiferum,& calamitiosum.Alterutrum.utrū essemus futuri uictores,an uicti. Id quod euenit.ut Cæsar uiceret. Explo ratius.certius.His enim re.ut diximus supra scriptū ad Mar. Vsu.experientia. Robore mili.i. robustis militibus. Sed tu il.ani.sensus est utere nunc in mœrore tuo ea animi fortitudine, qua hortabaris me, ut uterer cum essem in desperatione, & differentia rerum,quam paulo ante dixi. Adhibe.assumere,ad consolandum te.Censebas.iudicabas,hortabaris.Philargyrus.nomen liberti,interpretatur autem φιλάργυρος auarus,uel amator argēti. Requirenti.s.mihi.Qd. quam rem.s.esse solicitum. Aliqua.s.non omnino pdita,retinēte aliquam partem status sui. Qui esse de. .s.ex primis nostræ ciuitatis, & qui retineas dignitatem tuam. Aut per.i.omnino deleta scilicet repub.

Excitare

Exitiosū

Censere

bus,tamen ipsa virtus se sustentare posse videatur.Sed si est spes aliqua rebus cōmunibus, ea tu, quicunque status est futurus, carere non debes. Atque hæc mihi scribenti veniebat in mentem, me esse eum,cuius tu desperationem accusare solitus esses,quemque autoritate tua cunctātem & diffidentem excitare. Quo quidē tempore non ego causam nostram, sed consilium improbabam. Sero enim nos iis armis aduersari uidebam, quæ multò antè cōfirmata per nosmetipsos erāt. dolebamque pilis & gladiis, non consiliis, neque autoritatibus nostris de iure publico disceptari. Neque ego ea quæ facta sunt, fore cum dicebam,diuinabam futura:sed quod & fieri posse,et exitiosum fore,si euenisset, uidebam, id ne accideret, timebam:præsertim cum si mihi alterum vtrum de euentu, atque exitu rerum promittendum esset, id futurum q̄d euenit,exploratius possem promittere. His enim rebus præstabamus,quæ non prodeunt in aciem:usu autem armorum & militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nūc adhibe quæso, quo metum esse oportere censebas. Hæc eò scripsi, quòd mihi Philargyrus tuus omnia de te requirenti fidelissimo animo(ut mihi quidem uisus est)narrauit,te interdum solicitum esse solere uehementius: quod facere non debes, nec dubitare quin aut aliqua Repub.sis futurus qui esse debes, aut pdita,nō afflictiore cōditione,q̄ cæteri. Hoc vero tempus,quo exaiati omnes,

Afflictiore.tristiore,debiliore,subaudi sis futurus. Exanimati.consternati metu.

ASCEN. IGITVR simus ea mente.i.habeamus eam mentem,quam ratio,& ueritas præscribit.i.statuit nobis,ut putemus, id est existimemus nihil præstandum.i.emendandū à nobis,in uita.s.ista.i.eorum quæ contingunt uita nostra durante,præter culpam.s.nostram,& cum careamus ea.s.culpa. Ergo caremus etiam iis,quæ habere nolimus,feramus omnia humana.i.quæ omni homini accidere possunt incommoda,placate,& moderate.

Atque hæc oratio.s.mea pertinet eo.i.ad id,ut perditis omnibus rebus.i.licet omnes res sint perditæ,tamē ipsa uirtus uideatur posse sustentare sese. Sed si aliqua spes est rebus.i.de rebus communibus,tu non debes carere ea.s.spe,quicunque status est futurus. Atque ueniebat mihi scribenti hæc in mentem.i. cogitationē, me esse eum cuius desperationem tu solitus esses accusare,quemque.i.& quem.sunt enim.duæ partes,tu solitus esses excitare tua authoritate,cunctantem.i.hæsitantem, & diffidentem.i.quasi desperantem de republi.

Quo quidem tempore.s.quo tu me accusabas sic,& excitabas,ego non improbarem causam nostram, quæ semper iusta uisa est,sed consilium supple nostrum.quia dixi nos male consultos esse,qui tantæ Cæsaris potētiæ obseruaremur,cum tamen iustissima esset ratio belli contra eum,unde addit dicti sui rationem, dicens.

Enim.i.quia,ego uidebam.i.intelligebam,nos aduersari sero.i.nimis tarde,iis armis,quę erant confirmata per nosmetipsos multo ante,quia tunc cum Cæsari decretum est imperium in Gallia, & dolebam disceptari de iure publico.i.de principatu Romano,pilis.i.telis longis, Romanorum propriis,& gladiis, non consiliis, neque autoritatibus nostris. Neque ego,cum dicebam ea fore.i.futura esse,& dimittere,quæ facta sunt,uidelicet nunc diuinabam.i.quasi diuino inflatus spiritu prædicebam futura, sed timebā ne id accideret,quod uidebam,&.i.simul,posse fieri,& fore exitiosum.i.pernitiosum,si euenisset,præsertim cum si promittendum esset mihi alterutrum.i.alterum duorum.de euentu,atque exitu rerum.possem promittere exploratius.i.certius id,quod euenit, uidelicet Cęsarem uictorum in conflictu Pharsalico, aut simili, si contigisset confligere cum Pompeianis.Nos enim,qui Pompeium sequuti sumus,præstabamus.i.meliores eram⁹ his.i.huiusmodi rebus,quæ nō prodeunt in aciem.i.contra armatam manum hostium.Autem.i.sed,nos eramus inferiores usu armorum,& robore militum. Sed quæso tu adhibe nunc illum animum, quo censebas me oportere esse tunc. Ego scripsi hæc co.i.propterea,ꝙ Philargyrus,nomen est liberti ipsius Torquati,quando autem appellatiuum est,dicitur amator argenti,hoc est auarus,tuus.s.libertus, narrauit mihi requirenti omnia de te:narrauit dico animo fidelissimo,ut quidem uilus est mihi.s.narrare,quia fraus interdum occultur.te solere esse interdum solicitum uehementius.i.uehementer,aut uehementius,q̄ deceat,quod non deberes facere, nec dubitare,quin sis futurus sup.is,qui debes esse,aliqua rep.scilicet futura,aut rep.sup. perdita.i.si sit perdita,futurus sis conditione.i.statu uitæ,non afflictiore,q̄ cæteri. Vero.i.sed,tu debes ferre hoc tempus,quo nos omnes sumus exanimati.i.priuati animo.

& suspensi sumus,hoc moderatiore animo ferre debes,quòd & in vrbe ea es,vbi nata & alita est ratio ac moderatio uitæ:et habes Seruium Sulpitium quem semper unice dilexisti, qui te profecto & beneuolentia & sapientia consolatur,cuius si essemus & autoritatem & consilium secuti, togati potius potentiam, quàm armati victoriam subissemus. Sed hæc longiora fortasse fuerunt, quàm necesse fuit. illa quæ maiora sunt,breuius exponam. Ego habeo,cui plus quàm tibi debeam,neminem:quibus tantum debebam, quantum tu intelligis, eos huius mihi belli casus eripuit.qui sim autem hoc tempore,intelligo.sed quia NEMO EST tam afflictus, quin si nihil aliud studeat, nisi id quod agit possit nauare aliquid & efficere:omne meum consilium,operam,studium certe uelim existimes tibi,tuisque liberis esse debitum. Vale.

habeo, cui debeam plus, q̄ tibi,& casus belli eripuit mihi eos, quibus debebam, scilicet si uiuant, tantum, quantum tu intelligis. Autem.i.sed,ego intelligo,qui.i.qualis,& q̄ miser sim hoc tempore: sed quia nemo est tam afflictus,qui si nihil studeat aliud quàm id,quod agit,ubi studeo cum accusatiuo cōstruitur, non possit,& ita quilibet possit nauare & efficere aliquid scilicet aduersus Cæsarem. Ego uelim sup.ut existimes,omne consilium meum,operam,scilicet meam omnem, certe.i.haud dubie,studium sup.meum omne esse debitum tibi,& liberis tuis. Vale.

SVSPENSI.soliciti. Ea urbe. Athenis. Alita. nutrita,ab alendo:quia dicuntur omnes artes liberales Athenis,& natæ & perfectæ fuisse. Seruiū Sulpitium,qui,ut uisum est lib.quar.& ipse Athenis erat. Sapiētia.erat enim uir sapiētissimus. Cuius.Seruii. HVBER.

Togati.fine bello.nam cōsilia Seruii spectauerunt ad pacem,& concordiam,ut Ci.supra ad ipsum Seruium, cognorā enim abiens te hæc mala multo ante p̄uidētem defensoris pacis,& in cōsulatu tuo,& post consulatum. Maiora.maioris momēti, & ponderis.

Casus belli.calamitas belli ciuilis. Eripuit.quia pleriq; interierūt,pleriq; me deseruerunt. Qui sim.qa sum paruæ autoritatis,& parum possum. Sed quia. sententia est exornatio rhetorica:& est sensus,sed qa nemo est tam afflictus,qui si uni rei tantūmodo intē dat,non possit aliquid præstare,& efficere,uelim existimes,quicquid cōsilio,opera,& studio efficere possim,id esse debitum,& obligatum tibi,& tuis. Nihil aliud nisi id,quod agit.i.non intendat nisi ei rei,quā agat. Nauare.diligenter præstare. Debitum.obligatum,& ideo nullo modo defuturum. Nauare

ASCEN. ET suspensi.i.stupefacti,animo moderatiore,scilicet q̄ reliqui.hoc.i.propter hoc.ꝙ.i.quia,tu es.i.simul in ea urbe.s.Athenienſi, ubi ratio & moderatio uitæ est nata,& alita.i.nutrita.Et.i.simul, habes Seruium Sulpitium,quem dilexisti semper unice,qui,ꝙ fecto consolatur te,& beneuolentia,& sapientia,cuius si nos essemus secuti authoritatem & consilium, nos subissemus potius togati.i.in pace,potentiam,q̄ armati uictoriam. Sed hæc,scilicet cōsolatoria uerba,fuerunt fortasse longiora q̄ fuit necesse,ego expo nam breuius illa,quæ sunt maiora. Ego neminem

Studeo cum accusatiuo

exusatoria. consolatoria.

M.C. Aulo Torquato.S.D. Epist.2

HVBER.

PETO à te, ne me putes obliuióne tui rari⁹ ad te scribere, quàm solēbam:sed aut grauitáte ualetúdinis,qua tamen iam paulùm uideor leuari:aut quòd absim ab Vrbe,vt qui ad te proficiscātur, scire non possim. Quare velim ita statutum hábeas,me tui memóriam cum summa beneuolentia tenere, tuasque omneis res non minóri mihi curæ,quàm meas esse. Quòd maiore in va-

PEto à te. Eodem ferè argumēto scripta est hæc epistola,quo & superior, adducit enim Cice.multas rationes, quibus probat nihil esse,quod Torquatus moleste ferat,ꝙ adhuc non sit consecutus, quod uolebat, & ꝙ ea causa sua uersata sit in maiore uarietáte, quàm quisque opinātus esset. In principio tamen epistolæ excusat se Cicero de raritáte literārum suarum ad Torquātum. Peto.à te.quasi dicat iure amicitiæ nostræ,hoc à te exigo. Obliuione .i.quia sum oblitus tui,aut amicitię nostræ. Sed aut. duas ponit causas quare rarius scribat. Aut grauitáte.i.magnitúdine. Valetúdinis, scilicet malæ, & aduersæ:& est prima causa,Aut.secunda causa. Qui profi.qui ueniant:nam cum non sim in urbe, multi me insciente discedunt. Quare.concludit Cice.se nulla obligatione prætermisisse scribere. Statutum. iudicatum, & certum. Quod. incipit nunc consolari Torquatum.Varietáte.diuersitáte fortunæ, quia fuisti Statutum

fuisti uariè exagitatus. Volêbant.cupiêbant. Aut o- opinabantur.i.existimâbant,quia nemo unquã opinatus fuisset cãm tuã, ita uariè uersatũ iri.Pro malis témporũ.i.secdm mala tpm, quia qñ têpora generáliter sunt mala, minus molestè solêmus ferre incõmoda, quæ nobis áccidunt, quàm témporibus bonis. Non est.non habes. Necesse est.facit Cic.diuisionem tripartitam:& singulis pártibus probat nihil esse quod Torquat.malè ferat. Vrgêri.premi. Sempiternis.perpétuis, ita ut nunquã amplius emergat, ut libertatem recúperet,& est prima pars. Pósitis. pro depósitis,aphæresis. Recreâri.resúmere uires,

rietáte versâta est adhuc tua causa, quâm hoĩes aut volêbant,aut opinabantur: mihi crede,nõ est pro malis témporũ,ꝙ molestè feras.Necesse est enĩ aut armis vrgêri rēpubli.sempiternis,aut his pósitis recreâri aliquando, aut fúnditùs interire. Si arma valêbunt,nec eos,â quibus recéssisti vereri debes,nec eos,quos adiuuisti.

(phæresis) (Recreari) &respirâre. Aliquando tandem:est autem secunda pars. Aut fúnditùs.radícitùs. Interire.delêri, ita ut ne uestigia quidem reipu.remáneant:est autem tertia,& última pars. Si armis.respondet primæ parti, & dicit, ꝙ si respu b.armis fúerit oppressa,non erit ꝙ Torquâtus tímeat,uel à Cæsariânis uel à Pompe. Eos.Cæsarianos. A quibus re. quod non sis secûtus.Nec eos,quos adiuuisti.nec Pompeianos, quibus præstiti auxilium.

ASCEN. PETO. Argumentum est,quale superióris epístolę.Addûcit enim Cicero multas rationes, quibus probat nihil esse,ꝙ Torquâtus mérito molestè ferat,ꝙ non sit adhuc consecûtus id,quod uolêbat,& ꝙ causa eius sit obseruata in maióre uarietáte,quàm quiuis opinâtus esset. Purgat autem in principio,ꝙ raro ad eum scripserat dicens. Peto à te.ne putes me scríbere ad te rarius,quàm sóleam,obliuiõe.i.propter obliuionem tui,sed aut grauitáte ualetúdinis.i.ægritúdinis,qua tamen ego uideor leuâri.i.liberâri,iam paúlulũ.i. módicum, aut modiculè,aut supple ideo ꝙ absum ab urbe,ut non possim scire,qui proficiscantur ad tè.s.Athenas. Quare egó uelim,ut supple hábeas statûtum.i.constitûtum,& firmâtum me tenêre memoriam tui,cum beneuoléntia summa.i.máxima,& omnes res tuas esse mihi non minóri curæ, quàm meas,scílicet res. Quòd,scílicet ut scribis,causa tua uersâta est adhuc in maióre uarietáte,quâm hómines aut uolêbant, aut opinabantur crede mihi non est supple, aliquid tibi pro malis.i.secundum mala témporum,quod feras.i. ferre débeas molestè. Necesse est enim aut remp. urgêri armis sempiternis,aut rempu.recreâri aliquando,his.s.armis,pósitis.i.depósitis,aut supple eam interire fúnditùs.i.à fundo,uel ad fundum usque.

HVBER. SI armis.respondet secundæ parti dicens, ꝙ si aliqua ratione depósitis armis respu.recreâta fuerit, ipse Torquâtus póterit retinêre dignitatem, & fortunas suas. Conditióne.áliqua conuentióne. Defatigatione.tædio,cum útraque pars ita erit defatigâta,ut cogat depónere arma. quod sæpe solet accídere,cum diu durante bello neutra pars potest uincere,sed æquo prælio se sústinent. Detractis.ablâtis,amôtis:nam uictóres sæpe solent detráhere arma uictis,ne posteà possint amplius insúrgere. Respiráuerit.recreâta fuerit,& est translatio sumpta à corpore semiánimo. Licêbit tibi permittêtur tibi ab ómnibus. Frui dignitáte tua.habêre & possidêre dignitatem tuam.Si.tertia pars quam proposúerat. In terierint.delêta fuerint. Exitus.finis.M. Antonius. (M.Anton.) auus M.Antonii,inimici Cice.orator summus,& ciuis óptimus,& sapientíssimus.Iam.tunc,tempóribus suis. Cum ma.cum dissensiónibus Marii & Syllæ præuidêbat ma.regnatûros,dicens bella ciuilia non habitûra finem, donec respub.pénitùs esset euersa, & delêta.Suspicabâtur.putâbat.Instâre.imminêre, prope esse. (Instare) Illa quidem conso.scilicet nihil esse dolendum,præcipuè quod omnibus áccidat. Est mísera.infœlix,& quæ solet extremis rebus dari:nam malum aliorum nihil nobis prodesse uidêtur ad consolationem.Necessaria.quia aliter non ferrêmus mala nostra,nisi uiderêmus alios, uel eisdem,uel maioribus malis uersâri. Sic Iuuenalis cõsolâtur Clauinum his uerbis.Intercepta decem quereris sestertia fraude Sacrilega,quid si bis centum perdidit alter? Hoc arcana modo,maiorem ter.ille summam, quàm patulæ uix ceperat angulus arcę.& idem,Te nunc diuitias extra communia censes Ponendum,quia tu gallinæ filius albæ & cætera. Quæ.i.quanta. Vis.potestas, & sententia. Insit. includâtur.i.quantum pon.habeant hæc pauca uerba. Plura enim,paren. est.

Si armis aut conditióne pósitis, aut defatigatióne abiectis, aut victória detractis ciuitas respiráuerit:& dignitáte tua frui tibi & fortunis licêbit. Sin omnîno interierint ómnia fueritque is éxitus, quem vir prudentíssimus M.Antónius iam tũ timêbat, cum tantum instâre malórũ suspicabâtur, mísera est illa quidem consolatio:tali præsertim ciui & viro,sed tamẽ necessaria, NIHIL esse præcipuè cuiquá dolendum in eo, quod áccidat vniuersis. Quæ vis insit in his paucis verbis (plura enim committenda epístolæ non erant)

HVBER. ATTENDES, diligenter considerâbis. Quod facis.quia certè attendis,quid significent, hæc pauca uerba etiam sine meis líteris,etiam me nihil scribente. Nihil. subaudi intellígeres te habêre. Hoc statu,tali,qualis nunc est. Aut aliquo.ut non omnîno delêto,sed ex áliqua parte permanente. Omnia si. sensus est:si omnia interíerint, intélliges fortúnam, in qua non sit culpa tua ferendam esse æquo ánimo, cum non uelis uiuere, etiam si posis re pub. amissa: ordo est,intelliges fortunam esse ferendam:præsertim,quæ absit à culpa,cum ne uelis & esse superstitẽ reipu,si liceat,omnia interíerint, Supérstitem reip.

si attendes,quod facis:profecto etiam sine meis literis intélliges, te aliquid habêre, quod speres, nihil quod aut hoc, aut aliquo reipu, statu timeas. Omnia si interíerint,cum superstitem te esse reip. ne si liceat quidem, velis, ferendam esse fortunam; præsertim quæ absit à culpa. Sed hæc hãctenus. Tu velim scribas ad me quid agas, & vbi futûrus sis, vt aut quo scribam, aut quò véniam scire possim. Vale.

.i.uíuere post rempub. quia bono ciui & magnánimo qualem te semper præstitisti,ingrata omnino debet esse uita,amissa repu. Si liceat.i.posis, si permittâtur tibi fortunam ferẽdam esse.subaudi intelliges. Hæc hãctenus,subaudi dicta sint. Vbi futurus sis. supra uídimus eum fuisse Athenis,sed fortassè decréuerat discédere. Quo scribam.ad quem locum débeam míttere líteras tuas. Aut quò uéniam.si uelim te uidêre, & conuenire.

SI arma ualêbunt,nec debes uerêri eos.s.Cæ.& Cæsarianos,à quibus recésseris,neç eos, quos adiuuisti,uidelicet Pompeianos, si aut armis pósitis.i.depósitis,conditióne.i.pactione,aut abiectis defatigatióne,aut detractis uictoria.s.altérius partis,ciuitas.s.Romana,respiráuerit,licêbit tibi frui & dignitate tua,& fortunis tuis. Si omnia.i.reipu.iura interíerint omnîno.i.ex omni parte,& is exitus.s.bellorum fuerit,quem Marcus Antonius orator insignis,qui fuit auus illius Marci Antonii,qui triumuir Ciceronem postea proscribendum curauit,& proscriptum comprehendendum,ac trucidandum,præcipuè ob Philippicas orationes in eũ scriptas, uir prudentíssimus,timêbat iam tum.i.tunc,cum suspicabâtur tantum malorum instâre. Consolatio illa est quidem misera præsertim tali ciui,& uiro,sed necessária, uidélicet nihil esse dolendum, cuiquam præcipuè .i.singuláriter,aut peculiáriter in eo,quod áccidit uniuersis. Quæ uis & cæ.Si tu attendes,quod facis, quæ uis sit in his paucis.s.proximo loco iam hábitis, pauca autem ideo scripsit. Enim.i.quia,plura.non erant cõmittenda epistolæ,quæ breuitáte gaudet,tu profecto intélliges etiã sine líteris meis,te habêre aliquid,quod speres.i.sperare possis,& nihil sup.habêre,quod timeas.i.timêre debeas, aut hoc, aut áliquo statu reipu.sup. extante. Si omnia interíerint,cum ne uelis quidem si líceat te esse supérstitem.i. superuicturum reipubli. intélliges supple fortunam esse ferendam, præsertim,quæ absit à culpa. Sed hæc supple, scripta, sint hãctenus. Velim supple ut tu scribas ad me,quid agas,& ubi sis futurus,ut quo posim scire, aut scribam,aut quò ueniam. Vale. (ASCEN.)

M.C.A.Torquato.S.D. Epist.3.

SVPERIORIBVS literis beneuoléntia magis adductus, quàm quòd res ita postulâret, fui lóngior.

HVBER. SVperióribus literis. Hæc epístola uidetur iure óptimo preponenda superióri quia uidêtur esse scripta post primam, in qua plura,ut uisum est, adduxit ad consolandum ipsum Torquatum,propter quæ dicit se nunc debêre esse breuiórem. consolâtur etiam eum hac epístola quãtum potest, licet dicat eum esse in ea urbe,ubi uel ipsi parietes ornatiora loqui possint,quàm ipse Cice.quod dicit ad laudem Athenârum,in qua urbe máximè florêbant studia philosóphiæ. Superióribus. quas aute scripsi. puto autem eas esse,quæ incípiunt:Etsi ea perturbatio.Quam ꝙ res ita postulâret. q̃ ꝙ esset opus apud te ita fácere, & multis uerbis loqui,ut te consolârer.

PHI. MVlta.superius dixit in ea epístola,cuius initium est:Et si ea perturbatio,quibus A.Torquatum consolâtus est,& máximè confirmâuit ad ómnia æquo ánimo toleranda,quæ accidisse detrimenta reip. uidebâtur:idem in hac tractat epistola,fitque breuior in dicendo, cuius breuitátis causas ostendit, & qualis belli finis futûrus sit, se uidêre commémorat,illiúsque calamitátem sola morte uitâri posse, simul & in tali rerum perturbatione uíuere dicit esse misérrimum,& mori esse míserum, sed quid fœlix & beatum. Est is A.Torquâtus ex illa illustri familia longo post témpore oriundus T.Mãlii,qui ob torquem cuidam Gallo ad pugnam prouocanti singulári certámine abreptum, Torquati cognomẽ accêpit, à quo postea omnes ex familia Torquâti appellâti sunt.cuius históriam P.Q.Claudius scripsit: nec obscurâta gens est Torquatorum hoc hómine,sed cum doctrina,tum etiam cæterárum eius uirtutum præstantia,& rebus gestis est ádmodum illustrâta,& bello ciuili Pompeianas partes secûtus,acérrimum se reipubli.defensórem ostendit.Deuicto tandem eorum duce Pompeio,oppressaque libertate R.P.à Cæsare,Athênas se cóntulit,ubi misérias reipubli.deplorâbat. Consolâtur autem ipsum nunc Cicero.ut díximus,tametq eum dicat Athenis esse, cuius ciuitátis uel ipsi paríetes magis sápere uideantur quàm Cice. Superioribus. in illis quæ incipiunt, Et si ea perturbatio. (Torquat⁹)

ASCEN. SVPERIORIBVS literis &c.Hæc epístola,inquit Hubertînus,uidêtur præponenda superióri,quia scripta uidêtur post primam,in qua Ci.multa adduxit ad consolandum Torquâtum,propter quæ dicit se nunc breuiorem debêre esse.Consolâtur tamen eum etiam hac epístola,quãtum potest,licet dicat Torquatum esse in ea urbe,útpote Atheniensi,ubi uel ipsi paríetes ornatius,q̃ Ci.ipse loqui possint. Ordo est.Ego fui longior .s.q̃ decet, aut aliquãtulũm longus superióribus literis quarum initium est,Et si ea perturbatio &c.adductus, scilicet ad hoc,magis beneuolentia,q̃ ꝙ res.i.necéssitas,postularet ita.

Neque enim confirmatióne nostra egêbat virtus tua:neque erat ea mea causa atque fortûna, vt ego cui ipsi omnia deessent,álterum confirmârem. Hoc item tẽpore bréuior esse débeo.siue enim tum nihil op⁹ fuit tam multis verbis, nihilo magis nunc opus est:siue tum opus fuit,illud satis est, præsertim cum accésserit nihil

HVBER. NEQVE enim.ratio quare res non postulâret, ut esset lóngior. Virtus. fortitûdo ánimi tui. Ea. talis.Cui ipsi.scilicet mihi. Siue enim.quodam dilémmate.i.dúplici diuisione probat Cice.se hoc tẽpore debêre esse breuiórem.dicit enim, ꝙ siue tunc, cum scripsit illam longiórem epístolam,non fuit opus uti multis uerbis,níhilo magis, etiam nunc debet uti.si autem tunc opus fuit, satis debet esse id, quod semel fecit, præsertim cum nihil noui ádditũ sit ad id,quod supra scripsit.Nihilo magis nunc:non magis nunc subaudi est opus tam multis uerbis. Accesserit. ádditum sit. Nam etsi.díluit obiectiónem,

quam

quam posset facere Torquatus, ꝙ non accesserit: dicit enim ꝙ quanuis aliquid quotidie audiatur, tamẽ idem est in summa quod auditum est superius. Summa eadem est. ad idem redit, eadem est conclusio, ut puta si heri audiui remp. oppressam esse, & hodie uideatur nouum, idem tamen est in summa ꝙ fuerat id, quod heri auditum est. Idem exitus. quem ante prædixi. Video. cognosco. Animo. animi quadã prouidentia, Nec uero. sensus est: nec ego quicquã uideo aut cognosco futurum, quod idem non certo sciam te uidere. Nemo potest diuinare. quia, ut supra dixit, omnium bellorum exitus incerti sunt. Video. quadam ratione & prouidentia cognosco. Et si. duæ partes sunt. Minus. non subaudi uideo. Id. eam rem. i. exitus belli. Certe. saltem. Hoc quidem. subaudi uideo, quod sequitur. s. Qualis futura sit &c. Ordo est: & si min⁹ id uideo, certe hocquidẽ uideo, qualis futura sit, uel hæc, uel illa uictoria, cum necesse sit alterutrum uincere. Hæc uel illa. uel Pompeiana, uel Cæsariana. Id. s. qualis futura sit, uel hæc uel illa uictoria. Video tale. cognosco tale quiddam esse.

Certe

Si. quanuis. Ceciderit, acciderit, euenerit. Vel si. etiam, ut, Vel Priamo miseranda man⁹. Id. quod ꝓponitur ad timorem. i. etiam si euenerit mors, quæ ꝓponitur nobis à nostris inimicis, ut uehementer timeamus. Ita enim. ostendit Cic. uitam, quæ non sit certa & tuta, miseram esse. Vt sit uiuendum tum. ut tunc tantummodo possis uiuere. tunc cum sis in timore malorum & bellorum ciuilium, neq; postea expectatur uita libera. Miserrimum. infœlicissimum, pessimæ conditionis. Mori autem. dicit à sapientibus mortem non existimari miseram.

Si
Vel

PHI. IONEQVE enim. ratio est, quare non esset opus longior esse. Virtus tua. magnitudo animi, atque despicientia rerum humanarum. Ea. talis, & prospera siue causa, siue fortuna, ut alios consolari possem, quum mihi omnia desint, & aliorum consolatione indigeam. Cui ipsi. s. mihi. Alterum. te Torquatum. Breuior. q̃ fuimus in superioribus literis. Breuis, & item lõgus, tam ad oratorem, q̃ ad orationẽ referri possunt. Flaccus. Breuis esse laboro, obscurus fio, &, Quicquid præceperis esto breuis. Cic. ad Herennium. Nunc ne nimium lõga nostra sumatur oro, de re dicere incipiemus. Id est, ut breui oratione complectar. Quàlia sint de breuitate præcepta Cice. & Quint. ostendunt. Siue. dilemma est, quod duplici ratione collígitur. Nam & si. confutatio obiectionis, quam facere potuisset Torquatus. Tum. ordinis est, tunc uero tpis. & est sensus: si nõ fuit opus multis tunc uerbis scribere, minimè est nunc opus his paucis scribere: aut si tunc opus fuit longis uerbis scribere, nõ ampli⁹ est opus scribere, cũ illud satis sit, quod scripsimus. Nihil no. cũ maius malum euenire nõ posset, q̃ quod euenit, & id quotidiè ad te perferri existimo. Vnde satis est, quod superiusid scripsi. Summa eadẽ. cõclusio eadem, & idem finis. Earũ rerũ. calamitatũ & miseriarum. Video animo. oculis cernimus. Videre proprie est animorum, cernere oculorum. Virg. Miscetq; hiris, neque cernitur ulli. Et, nati coram me cernere letum fecisti. Certò scio. melius q̃ certè scio. Etsi mi. sup. uideo, & belli finem intelligit. Hoc quidem certe. sup. uideo hoc, uidelicet, qualis futura sit uictoria, quæ nobis omnino futura est misera, ut in alia ad Torquatum. Si inter causas armorum aliquantulum interfuit, tamen inter uictorias, non multum interfuturum, alteros propemodum iam sumus experti, de altero nemo est, quin cogitet, cum sit metuendus iratus uictor armatus. Hæc. Pompeii. Illa. Cæsaris. Idq;. refert se tandem ad mortem, quæ sola posset eos miseriis liberare. Ante acciderit. ut moriamur, & dicit. Id. scilicet qualis futura sit uictoria, uel hæc uel illa. Video. si quid inimicis nostris ad perterrefaciendum nos. Ita enim uiuere miserrimum est. hoc est uita omnium hominum est miserrima, quando non tuta & libera, & in timore malorum est. Vt tum sit uiuendũ. cum in timore malorum fueris, neque expectatur libere posse uiuere, & quando oia nobis patriæ ornamenta defuerint.

Cerno
Video

ASCEN. IONEQVE enim uirtus tua egebat confirmatione nostra. Neque ea. i. talis, erat causa mea, atque fortuna, ut cuiipsi omnia deessent, confirmarem alterum. debeo. item. i. similiter, esse breuior hoc tempore. enim. i. quia, siue nihil opus fuit, tum. i. tunc, tam multis uerbis, nihilo. i. in nullo est nunc magis opus scilicet tam multis uerbis, tum. i. tunc, illud scilicet quod tunc scripsit satis est, præsertim, cum nihil noui acciderit. Nam etsi. i. quãquam, nos audimus quotidie. s. singulis diebus, aliquid earum rerum, quas ego existimo perferri. i. complete nunciari ad te, tamen summa. i. finalis sententia, & conclusio de statu reipub. est eadem, & exitus est idem. i. ad eundem finem omnia tendunt, quem scilicet exitum, ego uideo animo, tam. i. tam perfectè, & euidenter, hoc est perspicio futurum, quàm. i. quantum, perfectè sup. uideo aut uidemus ea, quæ cernimus oculis scilicet exterioribus. Ex hoc loco traxerunt quidam differentiam inter cerno & uideo, dicentes cernere ad oculos exteriores, uidere etiam ad interiores pertinere. Nec uero uideo quicquam, quod non scio certo. i. pro certo, te uidere idem. Nam etsi nemo potest diuinare, quem exitum acies, id est conflictus, duarum aciẽrum sit habitura, scilicet in Philippis, campo Pharsaliæ, tamen uideo, &. i. simul exitum belli. i. id quod bellũ sequetur, utpote oppressionem reipub. & si supple uideo minus. i. non satis clare, id scilicet quod dictum est. hoc, exitum belli, certè uideo, quidem. s. saltem, hoc scilicet ꝙ, cum sit necesse alterutrum. i. unum duorum, aut Cæsarem, aut Pompeianos uincere, uideo sup. qualis uictoria, uel hæc. s. Pompeianorũ, uel illa scilicet Cæsaris, sit futura. q. d. cum amissiõe libertatis, cum utrique uelint opprimere aduersarios suos. Et cum. i. postq̃, perspexi,

noui. Nam & si quotidie aliquid audim⁹ earum rerum, quas ad te perferri existimo: summa tamen eadem est & idem exitus, quem ego tam video animo, quàm ea, quæ óculis cérnimus. nec vero quicquam video, quod non idem te vidére certò sciam. Nam & si quem éxitum ácies habitúra sit, nemo diuinare potest, tamẽ & belli éxitum video: & si id minus, hoc quidem certè, cum sit necesse altérutrum víncere, qualis futúra sit vel hæc, vel illa victória. Idque cum óptimè perspexi, tale vídeo, nihil vt mali videátur esse futurũ, si id vel ante acciderit, quod vel máximum ad timórem propónitur. * Ita enim víuere vt non sit viuẽdum, miserrimum est. mori aũt nemo sapiens míserũ dixit.

perspexi id, id est qualis futura sit uictória, optimè, id est perfectissimè, ego uideo sup. ipsum tale, ut nihil, id est non aliquid, ut aliquid mali non uideatur futurum, si uel, id est etiam id quod propónitur, scílicet nobis ab inimicis, uel, id est etiam maximè, ad timórem, id est ad incutiendum nobis timórem, hoc est mori, aut occidi, ceciderit ante, scílicet perfectam alterutrius uictóriam. Enim. id est quia, uíuere ita, id est in seruitute quadam publica, ut, id est qualiter, uiuendum sit tunc, scílicet post alterutrius uictóriam, est miserrimum. Autem. id est sed, nemo sapiens dixit, aut duxit mori míserum. Vnde Maro, Vsqueadeo ne mori miserum est?

* PETRI VICTO. CASTI.

IO ITA enim uiuere ut non sit uiuendum. Manu scripti códices, ut tum sit uiuendum, habent: quantum autem intélligo, ex utráque lectione idóneus sensus elícitur: ex recepta, ut opinor, hic: Viuere amissa dignitate miserrimum est: docti enim & graues uiri rectum non esse iudicábant uíuere illi, qui dignitatẽ perdidíssent. Quod etiam uétere prouerbio declarabátur, quo Cicero ipse usus est in epistola tertia ad Márium, Vbi non sis, qui fueris, non esse cur uelis uíuere. ex antiqua uero hic: Víuere ut uíuendum tum esset si Cæsar aut Pompeiani Rempub. opprésserint. quod omnino euenturum Cicero arbitrabátur miserrimum. Eam unusquisque lectionem sequatur quam ueriorem putat.

ne beato quidem. Sed in ea es vrbe, in qua hæc vel plura & ornatiora parietes ipsi loqui posse videantur. Ego tibi hoc confirmo, & si leuis est cõsolatio ex miseriis alio rum, nihilo te nunc maiore in discrimine esse, quàm quemuis, aut eorũ qui discesserint, aut eorum qui remanserint. alteri dimicant, alteri victorẽ timent. Sed hæc cõsolatio leuis est: illa grauior, qua te vti spero: ego certe vror. nec enim dum ero, angar vlla re, cum omni vacẽ culpa: & si non ero, sẽsu omnino carebo. Sed rursus γλαῦκας ἐς ἀθήνας, qui ad te hæc. Mihi tu, tui, oĩa tua maximæ curæ sunt, & dũ viuã, erunt. Vale.

IO NE beato qui. i. nec etiam. qui secunda fortuna utatur: multo ergo minus miserum erit homini infœlici mori. In ea urbe. erudita, & docta, & intelligit Athenas. Vel plura, id est etiam plura. Parietes ipsi. ipsi muri, prouerbialis hyperbole. Leuis. parua, ut in præcedenti epistola. Misera est illa quidem consolatio, tali præsertim, & ciui, & uiro, sed tamen necessaria, nihil esse præcipue dolendum cuiquam in eo, quod accidit uniuersis. Alteri dimicant. qui sunt cum Cæs. Alteri timẽt uictorem. qui discesserunt à bello, timent ne Cæsar sit uictor. Grauior. maior. Illa. quæ sequitur. Nec enim. hæc est illa consolatio, hominem non debere uehementer angi ulla re, nisi culpa, & delicto suo. utitur autem sæpe Ci. hac consolatione rectè conscientiæ. Angar. excruciabor. Dum ero. dum uiuã. Cum uacem. cum caream. Omni culpa. quia nihil sensi, aut feci unquã contra remp. sed semper ei optime cõsului.

HVBER.

Si non ero, id est si nõ uiuam. Omnino carebo sensu. non sentiam hæc mala. Sed rursus. quia supra dixit, Sed in tali es urbe, in qua hæc, uel plura ornatiora ipsi parietes loqui posse uideantur, & postea rursus reuersus est ad consolandum Torquatum. ideo nunc dicit, sed rursus. γλαῦκας ἐς ἀθήνας, id est noctuas ad Athenas, subaudi porto. Erat autem prouerbium, quali solemus uti, cum deferimus aliquas res ad locum ubi ea res abundet, ut dicamus aquam mari addis. Abundat enim Attica regio noctuis, unde finxerunt Poetæ noctuam esse in tutela Mineruæ, quæ maxime colitur Athenis. Dicit ergo nunc Cic. noctuas Athenas porto, scilicet præcepta philosophica ad te scribo. qui es in urbe, ubi uel ipsi muri ea sciunt, γλαῦξ significat noctuam. Qui. scilicet ego. Ad te. subaudi scribam Mihi. concludit epistolam dicens, & ipsum Torquatum & omnia sua esse sibi maximæ curæ, foréque dum uiuet.

ASCEN.

Prouerbiũ

Noctua

PHI. IONE beato quidem. non modo infœlici, sed ne beato quidem miserum est mori. Beatus uero ille dicitur propriè, qui multa possídet bona, ab habẽdo est appellatus. Sed in ea es urbe. quoniam ista, quæ ad cõsolationem eius de morte tolleranda in aduersa fortuna dicebat, magis philosophica uidebantur, quàm ciuilia: dicit illum esse Athenis, ubi parietes ista sapere, & loqui uidebantur. Multis in locis hanc laudem Athenis attribuit. Nihilo ma. discri. Confirmo inquit tibi hoc Aule te non esse in maiori periculo, quàm quemuis illorum, qui in castris remanserunt, aut illorum, qui recesserunt. Caue dicas castrum pro loco, in quo tentoria sunt militum. ab eo diminutiuum dices castellum pro uico muris auctum, sine muris uero uicum dices. Leuis. ut alibi. Nihil est præcipue dolendum cuiquam in eo, quod accidit uniuersis. Illa grauior. maior, quæ sequitur uidelicet. Dum ero. quoad uixero. Angar illa re. commouebor aliquo dolore. Cum omni uacem culpa. De hoc pluribus in locis mentionem facit, quod in suscipiendo bello ciuili nullam culpam commiserit, uel in alia ad Torqua. epistola. Conscientiam rectæ uoluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum, nec esse ullum magnum malum præter culpam, à qua quando tantum absumus, ut etiam optime senserimus, euentusque magis nostri consilii, quàm consilium reprehendatur, & quando præstitimus, quod debuimus, moderate quod euenit feramus. Non ero. mortuus fuero. Sensu carebo, non sentiam amplius aliquid, uel mali, uel boni. γλαῦκας ἐς ἀθήνας. Id prouerbiũ in eos dici solet, qui sapientioribus dare consilium uolũt. Sonant enim uerba latino sermone, noctuas ad Athenas, & supplendum est uerbum porto, & sic dicendum, porto noctuam ad Athenas, hoc est philosophica præcepta ad te uirum sapientissimum mitto, qui es Athenis ubi est studium sapientiæ. & in eos etiam tale prouerbium dici potest, qui res uenales aliquo deferunt nihil sibi fructus allaturas, tanquam si noctuas Athenas ducant ad uendendum, quod tamen non multum facit ad rem: γλαῦξ autem noctuam significat, qua plurimum abundare dicuntur Athenæ. hinc datus est locus huius prouerbii, & fabulæ, ut noctua in tutela Mineruæ, quæ Athenis colitur esse dicatur, ut coruus in tutela est Apollinis. & pauo Iunonis, Ociconia Concordiæ. Et tale prouerbium est illud, quod ut ait Cleander in secundo prouerbio, Hercules Adonis statuam conspicatus dixit quod postea in eos dici cæpit, qui potentioribus & sapientioribus aduersari uolunt. Quod Theocritus posuit in æpolico, ut quem nos latinum fecimus, & hunc uersum ita traduximus. Cecropiam contra sus est, tenditque Mineruam. est & aliud, ut dicitur, Sus Mineruam docet. Et item aliud ab Hercule tractũ est, quod idem Theocritus scripsit, ut Is enim cum in Macedonia Dion urbẽ intrasset, uidit multos ex quodã sacello prodeũtes, & uolens ipse etiam ingredi. cuinam dicatũ esset interrogauit, cumq; audiuisset Adoni respondit hoc est nihil sacrum quod est

Noctua
Caſtrum
Caſtellum
Vicus

nulla re dignum,delectantur Græci huiusmodi prouerbiis multum,ut est illud.Ad Scolum nec ipse uades,nec alteri comes ibis.Est enim Scolus in ora Asopia pagus sub Citherone, locus iniucundus & asper.Item qui Crotoniatarum prostremus est,is reliquorum Græcorum primus.Item Crotone salubrius asserit,& aduersus incredulos.Tale prouerbium. .i.hoc,re apud Sagram gesta uerius est. Item hero est Temese higrium sibi dicat nemo,item in eos,qui dissimulant scire,quod sciunt.Cretes nescit Pelagus. Tu.Articulus,& ait Torquatum,& omnia eius sibi fore,quoad uixerit maximę curæ.

ASCEN. IONE Quidem.id est non saltem,beato,hoc est cum,ut Flaccus dicit, mors ultima linea rerum sit, & ita finis malorum saltem huius mundi,ita uidetur mors miseris optanda,beatis fugienda, unde Boetius mortem censet fœlicem, quæ se nec dulcibus annis Inserit, & mœstis sæpe uocata uenit, tamen sapientes in beato quidem miserum putant mortem interuenire,cum sit ineuitabilis& citra culpam nostram, ob culpam tamen primi parentis occidere possit,uerũ Christianis placet quod dicitur,Preciosa in conspectu domini mors sanctorũ eius. &,Beati qui in domino moriunt,& contra,Mors peccatorũ pessima:sed reuertamur ad ordinẽ. Sed tu es in ea urbe.s.Athenienſi,in qua ipſi parietes uideantur posse,propter frequentẽ lectionẽ philosophiæ: unde Iuuenalis hyperbole utitur satyra prima.Frontonis platani conuulsaque marmora clamant, Semper & assiduo ruptæ lectore columnæ.loqui hæc,uel plura, & ornatiora. Ego confirmo tibi hoc,etsi.i.quanquã, consolatio ex miseriis aliorũ est leuis.i.modici põderis & momẽti, quia licet Solatiũ est miseris sociũ habere in pœnis,tamẽ nõ minus cruciant,qui cum multis,cruciãtur q̃ si soli essent,te nihilo.i.nullo modo,esse nunc in discrimine.i. periculo,maiore,q̃ quemuis,aut eorũ,qui discesserunt.s.ab urbe,aut eorũ,qui remanserunt. Alteri.s.qui recesserunt ab urbe secuti alterutrũ ducem,dimicant.i.certant pro uictoria, & ita in periculo uitæ sunt , alteri.s.qui remanserunt tanquam neutrius factionem approbantes,timent uictorem.s.tam Cæsa.q̃ Pomp. Sed,ut iam dictum est,hæc.i.huiusmodi,cõsolatio,est leuis.i.modici momenti,illa.s.quam dicet,est sup.grauior.i.maioris põderis,qua.s.cõsolatione,ego spero te uti,ego certe utor sup.ea. Nec enim angar ulla re,dum.i.donec,aut quãdiu ero.s.in hac uita,cum uacem.i.uacuus & purus sim,omni culpa,etsi non ero.s.in hoc mundo, carebo omni quodam conuincit uirum bonũ & sapientem nõ debere angi pro rebus,quæ hic accidant. Nam aut interierit malis huius uitæ,aut non,si interierit non angetur eis,quæ citra culpam suam cõtigerunt, ut mala belli ciuilis, cuius Cicero neutri fuerat author.aut non interierit,& ita non sentiet, saltem cum dolore, cum sine culpa sua contigerint,uidetur tamen Epicurice innuere,nullum manere post mortem in homine sensum, cuius contrarium alibi docet. Sed rursus sup. mitto λαῦκας.i. noctuas, ὡς.i.ad, ἀθήνας.i. Athenis,ubi maxima uis noctuarum est,hoc est prudentiorem me doceo,quasi sus Mineruam, qui.s.scribo hæc ad te.s.hominẽ tam doctum tu,tui,& tua omnia sunt mihi curæ,& erũt dum,id est quandiu,uiuam.Est autem Zeugma ab inferiore.nam per conceptionem diceret,eris & eritis.

HVBER. NOVI quod.Huius epistolæ argumentum parum distat à superioribus.ostendit enim Cicero impendere periculum ex bellis ciuilibus, utercunque sit futurus uictor.postea uero consolatur Torquatum fere iisdem rationibus, quibus consolatus est in aliis epistolis , & maxime in prima huius libri. Si quid esset, scilicet noui. Difficile. quia futurorũ nulla est scientia. Possis.pro possit aliquis. Accedere propius,scilicet non omnino diuinare, uerum tamen non longe aberrare. Coniectura. collatione multarum rerum. nam coniicere est simul iacere: inde coniectura dicitur quoties multa concurrunt ad demonstrationem alicuius rei.uide Cic. primo Rheto. ad Herennium , ubi tractat de partibus coniecturalis constitutionis. Eiusmodi , talis naturæ & conditionis. Exitus. finis : multa enim sunt, quorum exitus non potest coniecturis deprehendi , multa quorum potest. Prouideri.prospici,multo ante aduerti. Non diuturnum,id est longum:scilicet fore. Secus. aliter, qui putant fore diuturnum. Mars communis . subaudi sit. Vtrinque. ex utraque parte, & Pompeianorum & Cæsarianorum . Vtercunque . uel Cæsar, uel Pompeius, quamuis multi sentiant eum iam interiisse,& Quint. Pompeium suscepisse bellum post mortem patris.nam in epistola sequenti dicit Cice.Postremo is uir interiit &c. Non sit mirum.quia utercunq; habet maximas cópias. Inter uictorias. quia utercunque uicerit , opinantur hómines uictoriam fore crudelem. Alteros.Pompeianos. Sumus experti.re ipsa cognouimus,quàm sint insolentes. Iratus.quia negatus ei est triumphus. Victor. quia etiam si sit bonus, necesse est quodammodo,ut fiat insolens & immoderatus. Armatus.& ob id erit crudélior. omnia enim Emphasim habent.

Colligere Coiectura

consolatoria.

M. C. S. D. A. Torquato. Epist. 4

MOui,quod ad te scribere, nihil erat: & tamen si quid esset,sciebam te à tuis certiorem fieri solere. De futuris autẽ rebus, & si semper difficile est dicere, tamen interdum coniecturâ possis propius accedere, cùm res est eiusmodi cuius exitꝰ prouideri possit. Nunc tantùm videmur intelligere , non diuturnum bellum : & si idipsum nonnullis videatur secùs . Equidem cum hæc scribebam,aliquid iam actũ putabam, non quò ego certò sciam, sed q haud difficilis erat coniectura . Nam eum omnis belli Mars communis, & cum semper incerti exitus præliorum sint : tum hoc tempore magnæ vtrinque cópiæ , ita parátæ ad pugnandum esse dicuntur , vt vtercunque vicerit non sit mirum futurũ. Illa in dies singulos magis , magisque opinio hóminum confirmatur , etiam si inter causas armorum aliquantum interfit , tamen inter victorias non multum interfuturum. alteros propemodum iam sumus experti: de altero nemo est quin cogitet, cum sit metuendus iratus victor armatus.

HOC loco si videor augere dolorem tuum, quem consolando leuare debeam , fateor me communium malorum consolationem nullam inuenire,præter illam,quæ tamen si possis eam suscipere,máxima est, quaque ego quotidie magis vtor: Conscientiam rectæ voluntatis máximam consolationem esse rerum incommodarum: nec esse vllum magnum malum præter culpam.à qua cum tantum absumus, vt etiam optime senserimus: euentusque magis nostri consilii,quàm consiliũ reprehendatur:

& quando præstitimus quod debúimus, moderatè quod euenit, feramus. Sed hoc mihi tamen non sumo , vt te consóler de communibus miseriis , quæ ad consolandum maioris ingenii,& ad ferendum singularis virtutis indigent.Illud cuiuis facile est docere, cur præcipuè tu dolere nihil debeas. Eius enim qui tardior in te leuando fuit,quam fore putaremus, non est mihi dubia de tua salute sententia:de aliis autem non arbitror te expectare quid sentiam . Reliquum est vt te angat , quod absis à tuis tamdiu : res molesta , ab iis præsertim pueris , quibus nihil potest esse

IOHOC. loco. cum debeat Cice.consolari Torquatum,& hæc dicat,quæ dolorẽ afferãt,excusat se, quare id faciat,& affert consolationem,quam diximus ab eo usurpari de conscientia rectę uoluntatis. A qua. culpa. Absumus,sumus remoti. Euentus.quia quamuis bonum consiliũ ceperimus,tamen nobis malè euenit. HVBER.

IONOVI quod ad te scriberem &c. Consimili ferè argumento cum superioribus ostendit Cicero magnũ impendere periculum ex bellis ciuilibus , siue Pomp. siue Cæsa. uictor futurus sit. deinde consolatur Torquatum fere iisdem rationibus , quibus in superioribus,& præcipue in prima epistola. Ordo est.Nihil noui erat,sup.mihi,quod scribere ad te,& tamen si quid sup.noui esset,sciebam te solere fieri certiorem , id est te edoceri à tuis,scilicet familiaribꝰ & necessariis. Autem.id est sed,etsi,id est quanquam,dicere de rebus futuris est semper difficile præsertim de cõtingẽtibus, qualis est éxitus belli , ad quem fortuna multùm potest,tamen tu possis,id est quilibet possit,accedere,scilicet ad ueram cognitionem, propiùs,id est aliquantum, aut multum propè,coniecturâ,id est per coniecturam,tunc,supple cum, id est quando res est eiusmodi,cuius, id est eius ut éxitus possit prœuideri. Nos uidemur nunc intelligere tantũ, bellum non diuturnũ, supple futurum,etsi,id est licet,idipsum,scilicet bellum non futurum diuturnum uideatur nonnullis, id est aliquibus,aut quibusdam,secùs,id est aliter,hoc est,etsi uideatur quibusdam diuturnum fore, ubi etsi construitur cum subiunctiuo uerbo. Equidem, id est ego quidem, cum, id est quando , scribebam hæc, putabam iam aliquid.s.de bello finiendo,actum,non,supple id scribo,quo,id est quòd, legam, aut quo,id est per quod, sciam certò, sed quòd,id est quia,coniectura erat haud,id est non difficilis , hoc est quia facilè poteram per coniecturam consequi,quod sequentibus probat,unde non subscribam tollentibus negationem.nam cum omnis Mars, id est author uictoriæ,belli sup.sit communis,id est neutri parti adiuratus,& cum éxitus præliorum sint semper incerti,tamen magnæ copiæ dicuntur esse hoc témpore paratæ utrinque,id est ab utráque parte,ad pugnandum,ita ut utercunque,scilicet exércitus uicerit non sit futurum mirum,id est mirandum,utercunque, id est quicunque duorum,uicerit:quia uterque exércitus óptimè instructus erat : illa opinio óptima , quam dicturus est, confirmatur,id est augetur,& roboratur in singulos dies magis & magis, opinio autem est,etiam si,id est quãuis,interfit,id est differentiæ sit aliquantum inter causas armorum,quia Pompeiani iustiorẽ causam,eo quòd à repub.stabant,habebant,tamen non multũ interfuturum,id est differentiæ futurum inter uictorias,eo quòd utraque pars uictoriã insolenter usura uidebatur. Nos sumus experti propemodum,id est quasi,alteros,scilicet Pompeianos. Nemo est quin cogitet de altero,scilicet Cæsare, scilicet quin insolenter sit usurus uictoria, cum sit metuendus iratus,eo quòd est iratus,ob negatum triumphum & imperii prorogationem,uictor,id est si fuerit uictor, eo quòd uictoria insolentiores facere solet, armatus, id est cum sit uicturus ui armorum præditus. Si ego uideor augere dolórem tuum hoc loco,id est dicto huius loci,quem,scilicet dolorem debebam, aut débeam,leuare,id est minuere,fáteor me nullam,id est non ullam, non inuenire ullam consolationem malorum communium.i. reipub. præter illam quã dicet, quæ tamen est maxima,si possis suscipere,id est in usum tuum conuertere eam,& qua ego utor quotidie magis,uidelicet conscientiam uoluntatis rectæ,esse máximam consolationem rerum incommodarum, id est nociuarum , hoc est si quis sibi cónscius sit , quòd ad mala,quæ euenerunt non præbuerit consensum,nec ullum malum esse magnum præter culpam , id est si non adsit culpa, de qua scilicet culpa , quando , id est quoniam , nos absumus tantùm , ut etiam sensérimus óptimè , quia pacem qualemcunque potius quàm bellum suscipiendum, & euentus consilii nostri , quo dúximus Cæsari resistendum,reprehendatur magis quàm consilium,scilicet nostrum,quia licet malè euenit,benè tamen consului-
mus, unde Sappho Ouidiana ægre ferens consilium suum damnari ab illis qui dicunt. Exitus acta probat, addit.careat successibus opto,Quisquis ab euentu facta notanda putat.

IOPRAESTITIMVS. effecimus , scilicet patriæ & ciuibus nostris. Non sumo . non assumo , nec capio. Maioris in. quàm sit meum , quia dixit ad Marcellum:sin tanta mala reipubli.te frangunt, non ita abundo ingenio,ut te cõsoler. Virtutis. fortitudinis. Cuiuis.cuilibet etiam,qui non sit ualde doctus. Do cere.probare,ostendere rationibus. Eius. Cæsa. Sententia.iudicium uel deliberatio. Non est du.quia nõ dubito , quin sentiat te omnino restituendum in patriam. De illis.Pompeianis. Non arbitror te expectare . quia tu ipse scis quid sentiam. Reliquum est. cum non debeas desperare de salute tua:reliquum est, vt nihil debeat te cruciare , nisi q̃ absis à tuis & præcipue à filiis tuis , qui sunt iucundissimi pueri. Ab his pueris.filiis tuis. Sententia

Universidad de Deusto Biblioteca

feſtiuius. Sed, vt antea ad te ſcripſi, tempus eſt huiuſmodi, vt ſuam quiſque conditionem miſerrimam putet: & vbi quiſque ſit, ibi eſſe minime velit. Equidem nos quòd Romæ ſumus, miſerrimum eſſe duco, non ſolum quòd in omnibus malis acerbius eſt videre, quàm audire, ſed etiam quòd *ad omneis caſus ſubitorum periculorum magis obiecti ſumus, quàm ſi abeſſemus. Et ſi me ipſum conſolatorem tuum, nō tantum literæ, quibus ſemper ſtudui, quantum longinquitas tēporis mitigauit. Quanto fuerim dolore, meminiſti. In quo prima illa conſolatio eſt, vidiſſe me prius, quàm cæteros, cum cupiebam, quamuis iniqua conditione pacem. Quod etſi caſu non diuinatione mea factum eſt, tamen hac inani prudentiæ laude delector. Deinde, ꝙ mihi ad conſolationē cōmune tecum eſt: ſi iam vocer ad exitum vitæ, non ab ea republ. auellar, qua carendum eſſe doleam, præſertim cum id ſine vllo ſenſu futurū ſit. Adiuuat etiam ætas, & acta iam vita: quæ cum curſu ſuo bene confecto delectatur, tum vetat in eo vim timere, quo nos iam natura ipſa pene perduxerit Poſtremo, is vir, vel etiam ii viri hoc bello occiderunt, vt impudentia videatur eādem fortunam, ſi res cogat,

HVBER. FESTIVIVS. iucundius, lætius. Vt ſcripſi antea. in prima epiſtola. Videre quàm audire. quia ut ſupra dixit, oculi augent dolorem. Obiecti. ſuppoſiti. Literæ. ſtudium literarum, ut ſæpe ſupra dixit. Longinquitas temporis. quia ut ſupra ſcripſit Seruius Sulpitius. Nullus eſt dolor, quem longinquitas temporis non minuat atque molliat. Me uidiſſe. ſ. mala reipub. futura. Quamuis. quamlibet. In qua conditione. etiam cum aliquo dāno noſtro. Caſu nō diuinatione mea. non enim ita euenit, quia diuinarim, ſed caſu. i. quia ita fortuna tulit. Inani laude. qua dicat ante alios præuidiſſe hæc futura. Deinde. alia conſolatio, quæ ad utrunque pertinet, dicit Cic. quòd ſi eſſet moriturus non uideret rempub. ita florentem ut pigeat eam relinquere, magis enim inuiti deſerimus res proſperas, & quib⁹ delectamur, quàm aduerſas. Hora. Si quid mirabere pones inuitus. Commune tecum. quia hæc cōſolatio, ita pertinet ad me ſicut ad te. Ad exitum uitæ. ad mortem. Non auellar. non abſtrahar, non ſeparabor. Ab ea. à tali. Qua doleam eſſe carendum. quia eſt miſerrima, & nullus eſt dolor carere rebus miſeris. Sine ullo ſenſu. quia ut in præcedenti epiſtola dixit. Si non ero, ſenſu omnino carebo. Aetas ſenilis. quæ magis cōtemnit mortem, ut Anchiſes apud Virg. Acta. curſu naturali functa. Curſu ſuo. eſt enim uita hominis, quaſi curſus quidam, ut Paulus apoſtolus. Omnes quidem currimus, ſed unus accipit brauiū. Vim. uiolentiam, ſcilicet mortis. In eo. in ea re, in ſenecta, ut ipſe in Catone Maiore inquit: Nihil eſt tam naturale quàm ſenibus mori. Is uir. Pompeius. Vel ii uiri. correctio eſt, quia alii multi interierant, non quòd Pom. in pugna ſit interemptus, ſed quòd mortuus eſt tempore belli in Aegypto à Ptolomæo iuſſus interfici. Bellum autē pro toto tempore quo pugnat̄, & gerūtur prælia accipitur, ut bellum Troianum fuit decem annorum. Prælium uero eſt ipſe conflictus. Impudentia. temeritas. (Bellum) (Prælium)

ASCEN. ET quādo. i. quoniam, præſtitimus. i. exhibuimus, & effecimus quod debuimus, feramus. i. patiamur, moderate. i. temperato animo id, ſup. quod euenit, licet malum ſit, ſed tamen ego non ſumo. i. non attribuo, & arrogo mihi, unde rectius dicatur uir ſibi multa ſumens, quàm uir præſumptuoſus, ut uulgo dicunt, hoc, ut cōſoler te de miſeriis communibus, quæ ſcilicet miſeriȩ cōmunes indigent maioris ingenii, ſup. quàm meum ſit, ad conſolandum. i. ut conſolentur, paſſiue, hoc eſt, ut de eis conſolemur, & indigent ſingularis uirtutis ad ferendum, id eſt ut ferantur. Facile eſt cuiuis, id eſt cuilibet, docere illud cur tu nihil debeas dolere præcipue, id eſt præter cæteros. Enim. id eſt quia, ſententia de tua ſalute, eius, ſcilicet Cæſaris, qui fuit tardior in leuando, ſcilicet ab exilio, aut timore, quàm putaremus fore, id eſt futurum eſſe, non eſt dubia mihi, hoc eſt, eſt mihi perſpecta, ſcio enim quòd te ſaluum eſſe cupit. Autem. id eſt ſed, non arbitror te expectare, quid ſentiam de illis. ſ. Pompeianis, ſi forte uicerint, quia omnes ſciunt te Pompeio ſemper fauiſſe. Reliquum eſt. i. id ſolum reſtat, ut ꝙ abſis tamdiu à tuis, angat. i. cruciet, & torqueat te, appoſitorie res moleſta. i. ꝙ eſt res moleſta, præſertim, ſup. abeſſe, ab iis pueris, id eſt filiis, quibus nihil poteſt eſſe feſtiuius, id eſt lætius, & lepidius. Sed, ut ſcripſi antea ad te, tempus eſt huiuſmodi, id eſt tale, ut quiſque putet conditionem ſuam, id eſt ſtatum uitæ ſuæ, miſerrimam, ut quiſque minime. i. nequaquam, uelit eſſe ibi, ubi ſit. Equidem. i. ego quidem, hoc eſt certe, duco. i. exiſtimo, miſerrimum. i. rem miſerrimam eſſe, ꝙ ſumus Romæ, non ſolum ꝙ. i. quia, in omnibus malis acerbius eſt uidere, ſup. ea quàm audire, ſed etiā ꝙ nos qui Romæ ſumus, ſumus magis obiecti ad omnes caſus periculorū ſubitorum quàm ſi abeſſemus. Etſi literæ. i. ſciētiæ philoſophicæ literis cōmendatæ, quibus ſtudui. i. operam diligentem dedi ſemper, non ſup. mitigauerunt tantum. i. intantum, aut tantopere, meipſum conſolatorem tuū. Valla diceret tui, niſi quodammodo poſſeſſio importetur, quantum longinquitas. i. prolixitas temporis mitigauit meipſum &c. tu meminiſti. i. memoria tenes, ſup. in quanto dolore fuerim, in quo. ſ. dolore, illa eſt prima conſolatio, me uidiſſe prius quàm cæteri, ſup. uiderint. Aliter diceret quàm cæteros, cum cupiebam pacem conditione quāuis. i. quātumuis, iniqua, ſup. id quod etſi. i. quanquā factū eſt caſu. i. alea belli, nō diuinatione mea, hoc eſt Cæſarē uictorē fore, tamen ego delector hac inani. i. friuola laude prudētiæ. i. prouidentiæ, ꝙ ita fore ꝑuidebā. Deinde, ſup. conſolat̄ me, aut mihi cōſolationi eſt, id qđ eſt mihi cōe tecū ad cōſolationē, uidelicet ꝙ ſi ego uocer iā ad exitū uitæ. i. ad mortē, ego nō auellar inuitus ab ea. i. eiuſmodi rep. queȩ. i. cuiuſmodi doleā carēdū eſſe. i. ꝙ carere debeā, ꝑſertim cū id ſit futurū ſine ullo ſenſu. Videt̄ iterū Epicurice loqui, forte ꝙ Torquat⁹ eius ſectȩ erat. Epicurei. n. dictabāt oēm ſenſum hoīs in morte perire. Nā Epicurus impie iactitabat ſe genus humanū liberaſſe duobus maximis malis, timore. ſ. deorū in uita, cū doceret deos nō curare mortalia, & cruciatu poſt hāc uitā, cū doceret aīos cū corpibus interituros more pecuino. Aetas. ſ. ſenilis adiuuat me, & uita iā acta. i. cōſummata fere, queȩ. ſ. uita cū. ſ. ita ſit, ꝙ delectat̄, curſu ſuo cōfecto. i. cōſūmato, bn̄. i. decēter, tā. i. multo magis, uetat timere uim eo, id eſt in morte, quo, id eſt ad quam ipſa natura perduxerit iam pene eos. Poſtremo. id eſt ultimo loco, me conſolatur, quòd is ſup. ſcilicet Pomp. occidit, id eſt occubuit. Vel etiam. id eſt tales uiri, ociderunt, id eſt cæſi & mortui ſunt, hoc bello, ſcilicet ciuili, ut impudentia uideatur, uel ut uideatur impudentiæ recuſare eandem fortunam, quam illi paſſi ſunt, ſi res cogat. (Sumere ſibi) (Me quàm cæteri) (Epicurei Paradoxa)

* PETRI VICTO. CASTI. AD omnes caſus ſubditorum periculorum. Sic etiam locutus eſt doctiſsimus, & politiſſimus poeta Catullus in hendecaſyllabo ad Furium: Nec caſus alios periculorum. Totum autem carmen & elegans eſt, & ſummo artificio confectum: ludit enim Furium mendicum hominem, & qui omnibus bonis fortunæ carebat, quē tamen iocans fortunatum eſſe, ac beatum hominem oſtendit, cum ea ipſe quoque haberet, quæ uitam beatam conſtituere exiſtimantur. Nam ualentem eſſe, bene concoquere, non metuere fures, non alia incommoda, quæ opulentos homines continue angere, ac ſollicitare ſolent: omnibus denique huiuſcemodi malis carere, eſt fortunatū eſſe: & quibucūſq; hæc ſunt, illis bene, ac beate eſt: ut poeta ipſe loquitur. Eſt autē captioſa oratio: quāuis enim beati homines ipſi quoque hæc, quæ uidentur commoda, habeant, non tamen neceſſario, qui ea habent, ſtatim beati ſunt: nam qui nihil, quod amittant, habent, ii quoque non metuūt fures: & qui propter egeſtatem famem explere nequeunt, pulchre cibum concoquunt, nec cruditate unquam laborant. Hæc fallax ratio cōcludendi ab Ariſtotele exagitata eſt, & uitium illius accurate expoſitum in II. libro de arte dicendi, & in cōmentario, quem appellauit σοφιστικοὺς ἐλέγχους, ac tota deniq; res elegantiſſimis exemplis explicata. Late autem patet hoc uitium, quemadmodum ipſe in Elenchis oſtendit, & multos hæc captio in fraudem inducere conſueuit. Nam in Rhetorice docet eum, qui cum Alexandrum Priami regis filium laudibus ornaret, argumentatus erat illum magnanimum eſſe quòd ſpreta conſuetudine multorum, in Idæ montis ſolitudine degeret: hac captiuncula uſum eſſe: Quamuis enim magni animi uiri multitudinem fugiant, ac ſola, deſertáque loca libenter frequentent: non temen neceſſario, quicunque in ſyluis, deſertiſque locis morantur, magnanimi ſunt. Inde autem error ducitur, quòd putant totam rem conuerti, & ut Dialectici loquuntur, τὴν ἀκολούθησιν ἀντιστρέφειν, quod falſum eſt. Eadem ratio erat eius, qui exules beatos eſſe prædicabat, quòd poſſent ſedem, ac domicilia ſua ponere, ubicunque terrarum ipſis uiſum eſſet: quia (inquit Ariſt.) hæc illis, qui beati exiſtimantur, adſunt: omnes, quibus hæc adſunt, beati uideri poſſunt. Si quis tamen acute perſpexerit, intelliget, rem magnum diſcrimen habere: aliterque (ut in exemplo Catulliano permaneamus) mendicos non metuere fures, & aliter diuites: nam auget etiam uitam beatam, habere res ſuas ita clauſas, ac cuſtoditas, ut fur damnum afferre non poſsit. Quare quum hæc captio appelletur παρὰ τὸ πῇ μόνον, deduci etiam poſſe Ariſtoteles adfirmat ad aliam, quæ παρ' ἔλλειψιν uocata eſt, quòd quædam deſiderentur, nec ſermo plenus & abſolutus ſit.

recuſare. Equidem mihi omnia propono: nec vllum eſt tantum malum quod putem impendere: SED cum plus in metuēdo mali ſit, quàm illo ipſo quod timetur, deſino, præſertim cum id impendeat, in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futur⁹ ſit. Sed hæc ſatis multa, vel plura potius, quàm neceſſe fuit. facit autē non laquacitas mea, ſed beneuolentia longiores epiſtolas. Seruium diſceſſiſſe Athenis moleſte tuli. nō enim dubito, quin magnæ tibi leuationi ſit ſolit⁹ eſſe quotidian⁹ congreſſus, & ſermo, cum familiariſſimi hominis, tum optimi & prudentiſsimi viri. Tu velim te, vt debes & ſoles, tua virtute ſuſtentes. Ego, quæ te velle, quæque ad te, & ad tuos pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſe, diligenterq; curabo, quæ cum faciam, beneuolentiam tuam erga me imitabor, merita non aſſequar. Vale.

Ex.iiii.Epiſtola.Noui quid ad te.

Sed hoc mihi tamen non aſſumo, ut te conſoler de communibus miſerius.

HVBER. RECVSARE. non accipere. Propono mihi. animo cogito. Impendere. imminere. Deſino. ſcilicet metuere. Id impendeat. id immineat, id ſit futurū, ſcilicet mors. In quo. in qua morte. Finis do. quia ut dicit Hora. Mors ultima linea rerum eſt. Plura quàm fuit ne. quia ſcio te eſſe animi fortiſſimi, & es in ea urbe, ubi hæc optime traduntur. Loquacitas naturalis loquendi abundantia. Beneuolentia. qua te cōplector, ex abundantia enim cordis os loquitur. Seruium. Sul. Leuationi. diminutioni curarum, & creationi. Congreſſus. conſuetudo, conuerſatio. Tum. id eſt &. Suſtentes. fortē præbeas, non ſine te cadere animo. Quæ cum fa. ut ſtudioſe & diligenter curem omnia quæ ad te pertineant. Imitabor be. tuam erga me, id eſt oſtendam me beneuolum in te, ſicut tu fuiſti in me. Non aſſequar. non æquabo, ſcilicet ſtudio, & diligētia mea. Merita. officia mihi prȩſtita, id eſt nunquam potero facere tantum quantum tu de me meritus es. (Cōgreſſus)

ASCEN. EQVIDEM. id eſt ego quidem, propono mihi omnia, ſcilicet mala obeunda, nec ullum malum eſt, quod non putem impendere, id eſt in perniciem meā imminere, ſed cum plus mali ſit in metuendo, ſcilicet in metu mortis, quàm in illo ipſo quod timetur, hoc eſt quàm in morte ipſa, deſino, ſup. metuere, præſertim. id eſt precipue, cum id impendeat, id eſt immineat uidelicet interitus, in quo non modo, id eſt non ſolum, nullus dolor ſit futurus, uerum etiam, id eſt inſuper, finis doloris fuit futurus. Sed hæc. ſup. ſunt ſatis multa, uel fortaſſe plura quàm fuit, neceſſe. Autem. id eſt ſed non loquacitas mea, id eſt auiditas loquendi ſed beneuolētia mea facit epiſtolas longiores. ſ. quàm alioqui eſſent. Ego tuli moleſte. Seruiū, ſcilicet Sul. diſceſſiſſe Athenis, non enim dubito quin ſolitus ſit eſſe tibi magnæ leuationi, ſcilicet de miſeriis animi, cōgreſſus & ſermo quotidianus, tum, id eſt ſimul, hominis familiariſsimi, ſcilicet tibi, tum, id eſt ſimul, uiri optimi, & prudentiſſimi. Velim, ſup. ut tu ſuſtentes te tua uirtute, ut debes, & ut ſoles. Ego curabo ſtudioſe, q; pro & diligenter, omnia quæ arbitrabor, te uelle, quæque, id eſt quæ arbitrabor, pertinere ad te, & ad tuos, quȩ ſcilicet omnia cum faciam imitabor beneuolentiam tuam erga me, non aſſequar, id eſt non æquiparabo, merita, ſcilicet tua, erga me, conferendo, ſcilicet patria in te, quia id non potero. Vale.

M. C. S. D. A. Cæcinnæ. Epist. 5.

QVotiescunq; A. Cæcinna uir præstantissimi ingenii Pompeianarũ partiũ studiosissimus, scripserat quæ suis temporibus essent gesta, & laudauerat multos ciues, qui reip. studiosi fuissent, multos, qui eam oppugnassent notauerat, damnauerat, & præcipue Cæ. qui contra eam arma mouisset, & oppugnasset. Quamobrem Cæ. interdixerat ei patriam, sicut & multis aliis. Cum igitur uehementer angerẽtur, & cruciarẽtur Cæcinna desyderio patriæ & suorum Cic. hac epistola eum consolatur fere eisdem rationibus, quibus consolatus est Torquatum, ostendẽs eum non posse esse diutius in his malis. Postremo pollicẽtur omnia sua ipsi Cæcinnæ & eius filiis. Video. a. f. q. parenthesis est, quia potuisset dicere Cæcinna filium suum raro uideri à Cic. & ideò raro promitti studium suum. Studium. diligentiam, & uoluntatem. Sine exceptione. i. non excipiendo laborem, aut occupationẽ aliquam meã, aut temp⁹ aliquod, quia nolo ꝙ habeat respectũ alicuius rei. Gratiam. quæ est mihi apud Cę. & alios, subaudi pollíceor. Cum hac exceptione. i. nõ absolutè ei promitto, sed solum inquantum possum, quia imminuta est aliquantulũ authoritas mea. Liber tuus. quem misisti mihi uidendum. Custoditur. seruatur ne exeat in manus alicuius. Meliores. i. melioris conditionis. Video magnæ esse curæ. s. res & fortunas tuas. De studio quo. scilicet multorũ quibus res tuæ sunt curæ. Filium. tuum. Fieri potest. id est, est possibile. Ea. eas res tuas. Perturbatiore. scilicet ꝙ ego. Quid sentiam. quid iudicem, quid in animo habeam. Cursus. dispositio. Is. talis. Ista. mala, & aduersa. Et cæ. qui sunt exules sicut tu.

ASCEN. ¶ Ordo.

¶ QVOTIEscunque. A. Cæcinna Pompeianæ factionis uir insignis, scribendo temporis sui gesta, laudauerat Pompeianos, & carpserat Cæsarem, quamobrẽ Cæsar ei urbem interdixerat, cuius cum desyderio angerẽtur, consolatur eum Ci. dicens. Quotiescunque uideo filium tuum, uideo autem ferè. i. quasi quotidie, sup. toties polliceor ei quidem. i. certè, studium meum, & operam sine ulla exceptione, aut laboris, aut occupationis, aut temporis. Autem. i. sed, ego pollíceor ei gratiam atque authoritatem, sup. meam, apud Cæs. s. cum hac exceptione. i. cum hac clausula exceptiua, aut restrictiua, quantum ualeam, quantumque. i. & quãtum possum. Liber tuus. s. de gestis tui temporis, &. i. simul, lectus est, & légitur à me diligenter, & custoditur diligentíssimè. Res. i. negocia, & fortunæ. i. diuitiæ tuæ, sunt mihi maximæ curæ, quæ. s. res, & fortunæ, quidem. i. certè, uidentur mihi quotidiè faciliores, & meliores, faciliores quidem res. i. negocia, meliores autem fortunæ, & ego uideo. i. animaduerto, sup. res & fortunas tuas esse multis magnæ curæ. De quorũ studio scio certò filium. s. tuum, permo. i. attribuo, aut arrogo mihi, ut ipse. i. ego perspiciam plus de his rebus, quas possumus cónsequi. i. intellígere tamen, quia fieri potest, ut tu cogites ea, animo perturbatiore. s. quam ego, puto esse meũ, id est mei officii. Exponere. id est declarare tibi, quid séntiam. Ea natura rerum, & is cursus témporum est, ut ista, scílicet aduersa fortuna, non possit esse diuturna, aut tibi, aut céteris.

HVBER. ¶ HAERERE. permanére, fixa esse. Tam acerba. ut priuet te patria, & aspectu tuorũ. Extra ordinẽ. i. præter ordinem, & numerum aliorũ. Accedunt. adiunguntur. Hæc enim ornamẽta. s. dignitas, & uirtus, est autẽ parenthesis. Præcipua tua. quæ sunt tua peculiaria, & non cõmunia cum aliis. Ingeniũ. uim innatã ad oía percipiẽda. Virtutẽ. hic accipit uirtutẽ pro animi fortitudine, ut sæpe supra uídimus, est autẽ ordo, quare tua præcipua propter eximiũ ingeniũ atq; uirtutem accedũt ad eam spẽ, quã habẽmus &c. Cui. ingenio & uirtuti, nam supra ad Mar. dixit. Sed mihi crede etiam is qui oía tenet, fauet ingeniis. Hic. Cæ. Tribuit. præbet autho. & ho. Punctum. momentũ, punctus. n. & punctũ (utrunq; enim dicitur) res est minima, itaq; ponitur pro momento, & partículis témporis uel horæ. Hora. in epist. Nihil propriũ cuiquã puncto quod mobilis horæ. Nunc prece nunc precio, nunc ui, nunc mo. su. Per do. &c. Bono tuo. ingenio. Se uiolatũ. se offensum, quia scripsisti cõtra eum. Quod ipsum. quę ipsa. s. ꝙ putet se uiolatũ à te. Lenítur, mitigátur, quia neque hærére in tam bona causa, & in tam bonis cíuibus tam acerba iniúria. Quare ad eam spem, quã extra órdinem de te ipso habẽmus, nõ solùm propter dignitatẽ, & virtutẽ tuam (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua præcípua propter eximium ingenium summamq; virtutem: cui mehercules hic, cuius in potestate sumus, multum tribuit. Itaque ne punctum quidẽ temporis in ista fortuna fuisses, nisi eo ipso bono tuo, quo delectãtur, se uiolatũ putasset. quod ipsum lenítur quotídiè: significãtúrque nobis ab iis, qui simul cũ eo viuunt, tibi hanc ipsam

Punctus
Punctum

opinionem

opinionem ingenii apud illum plúrimum profuturam. Quapropter primum fac animo forti atque magno sis: ita enim natus, ita educãtus, ita doctus es, ita etiam cógnitus, vt tibi id faciendum sit. deinde spem quoque hábeas firmíssimam propter eas causas, quas scripsi. A me vero tibi líberis que tuis omnia paratíssima esse confídas velim. id enim & vetustas nostri amoris, & mea consuetudo in meos, & tua multa erga me officia póstulant. Vale.

quotidie æquiori animo fert, quod in eum scripsisti. Opinionem inquã habet de ingenio tuo. Ita natus: ex tali genere ortus. Educatus. nutritus. Eas causas. i. naturã rerum, cursum temporũ & opinionẽ, quã Cæ. habet de ingenio tuo. Vetustas. antiquitas, quę maiorem debet habere uim, q̃ nouitas amoris, ponit autem tria, quibus ostẽdit se id facere debere, uetustatẽ amoris sui in ipsum Cæ. consuetudinẽ suam in omnes amicos, quibus semper sólitus est libenter esse parãtus, & postremò beneficiorum sibi acceptorum à Cæci.

¶ NEQVE tam acerba iniuria, ut est exulare à patria, sup. posit hærere. i. firmiter inesse, in tam bona causa, & in tam bonis ciuibus. Quare tua, sup. ornamenta præcipua. i. peculiária, propter eximiũ ingenium summámq; uirtutem, sup. tuam. cui me hercule. s. ita iudicante, ut ex animo loquor, hic. s. Cæsar, in cuius potestate nos sumus, tribuit multum, accedunt. i. adduntur, ad eam spem, quam habem⁹ de teipso, extra ordinem. i. singulariter, nõ solum. i. nedum propter dignitatem, & uirtutem tuam, hæc enim ornamenta. s. dignitas, & uirtus, sunt tibi cõmunia etiam cum multis. Itaque. i. & ita, quia Cæ. tibi tantum tribuit, fuisses ne quidem, id est non saltem punctum, id est minimam partem temporis in ista. s. aduersa fortuna, nisi, scílicet Cæ. putasset se uiolatum eo ipso bono tuo, scilicet eximio ingenio in scribenda historia, quo delectãtur, quod, scílicet se uiolatũ putare ingenio tuo, lenitur, id est minúitur quotídiè, & significãtur nobis ab iis, qui uiuunt simul cum eo, scílicet Cæs. hanc ipsam opinionem ingenii profuturam sup. tibi plúrimum apud ipsum, scílicet Cæsarem. Quapropter fac primum, sup. ut sis animo forti atque magno. Enim, id est quia, tu es natus ita, educãtus ita, doctus ita, & cognitus etiam ita, ut id sit faciendum tibi, id est ut te deceat ita facere, hoc est forti, & magno animo esse. Deinde, sup. fac, ut hábeas quoque, id est etiam, spem firmíssimam, propter eas causas, quas scripsi. Vero. id est sed, aut pro uero, uelim, sup. ut confídas ómnia paratíssima esse tibi, & líberis tuis à me. Enim. id est quia, & id est simul, uetustas amoris nostri, & consuetudo mea, in, id est erga meos, & multa officia tua erga me, postulant id, scílicet ut mea ómnia sint tibi tuíque líberis paratíssima. Vale.

¶ QVARE ad eam spem. Nulla uarietas in Medicæo, neque in alíis bonis exemplaribus. *P.V.C.

M. C. S. D. A. Cæcinnæ. Epist. 6. HVBER.

VEreor ne desyderes officiũ meum, quod tibi pro nostra & meritorum multorum, & studiórum, & pártium coniunctione deesse non debet: sed tamen véreor, ne literárũ à me officiũ requiras. quas tibi iampridẽ misissem, nisi quotídie me l⁹ expectãs gratulatiónẽ, quã cõfirmatiónẽ ánimi tui cõplecti líteris maluissẽ. núc aũt, vt spo, breui gratulábimur.

VEREOR ne, idem esset si diceret ut, desyderes officium meũ, hoc est ne dicas me non functũ esse officio meo in te, aut confirmãdo, aut iuuando, desiderámus enim quæ non adsunt, quod. s. officiũ, non debet deesse tibi, pro coniunctione nostra. i. propter cõiunctionem nostrã, & studiorũ. s. literariorũ, præsertim auguralis scientiæ, & partium. s. bellicarũ, quia uterque Põpeium secutus fúerat. Sed tamen uereor ne requiras. i. éxigas à me officiũ literarum. i. epistolarũ ad te missarũ, quas. s. líteras, ego misissem tibi pridem, etiã Esedi, Sic quæ uidi exemplaria habent omnia, sed cõmentarii nihil expõnunt, uidetur autem loci nomen, cuius tamen Strabo, & plerique alii non meminérunt, neque si maxime locus esset rectè dici uideretur, nam si quo mittátur literæ significãret, díceret Esedũ, si unde, Esedo, nisi sit Esio legendum, quod óppidum Itáliæ est. unde sunt qui essedis, id est uehiculis legendum putent, aut é sede, sicut è uestigio, id est statim, ut sedẽs scripserim literas, locus certe obscurus est, si certius quid inuenero, in tabula dicam in uocábulo Esedũ. nisi ego expectans quotidie melius, scilicet quiddam de te, maluissem complecti literis, id est scríbere gratulationem, scilicet de réditu tibi concesso, quam confirmationem. i. corroboratiõnẽ animi tui, contra dolórem de exilio contractũ, nunc ut spero, gratulábimur, scilicet tibi breui. i. inter paucos dies.

ASCEN. ¶ Ordo

V.iiii. ¶ Argumentum

HVBER. ¶ ARGVMENTVM epistolæ.materia epi.gratulatoriæ. His præsen.quas nunc ad te scribo. Minime imbecillem,non infirmum & debilem,sed fortem,& cõstantem. Et si non sapientíssimi.s.mei,qui non sum sapientíssimus. At.i.certe,uel saltem. Nec iis u.subaudi puto confirmãdum. Vt,tanquam.Afflictum.deiectũ, & prostrãtum mœrore. Orbãtum. priuãtum. Omni spe. quia adhuc multæ, & magnæ spes tibi supersunt. De mea.s. incolumitáte.i. salúte, tunc cum ego etiam eram in exílio,sicut tu nunc es. Ii.Clodius & alii scelerãti, qui ei fauébant. Qui non putãrunt. id est cúpidi euertendæ reipu. putauérunt eam non posse cádere,si egoessem incólumis. Me stante. me incolumi. Cádere.rúere,euerti. Hospítibus.peregrinis. In qua tu eras.illis enim temporibus,quibus Cic.exulãuit,Cęcinna erat in Asia, ex qua multi hóspites,qui ad Cice. ueniébant,dicébant ipsum Cæ.nihil dubitãre de eius salúte, & de glorioso, & céleri eius réditu in patriam: quod idem dicit nunc se fácere de Cæcinna, affirmat enim fore, ut celériter rédeat in patriam. Disciplinæ. scientiæ auguralis.Vetustę.antiquæ, quæ ab Hetruscis habuit originẽ,unde & Tusci peritíssimi fuerũt,quorum libris,& cerimoniæ deorum, & omnia dúbia explicabantur, author est Vale. Ma.lib.1.ca.1.& Lu. Hæc propter placuit Tuscus de more uetustо Acciri uates, Oui.ii.Fa. Augur erat,nomen longis intércidit annis, Nuper ab Hetruscis uénerat exul humo. A patre.tuo, qui fuit peritíssimꝰ augur. Acceperas.didíceras. Nõ fefellit.sed certíssimam tribuit tibi cognitionem meæ salútis,fefellit autem dixit,quia multi fortasse non benè periti artis fallebantur,unde Virg.Ni frustrà augurium uani docuêre parentes. Diuinatio nostra, quam faciémus de salute tua,& de céleri réditu tuo in pátriam, diuinationem non sum consecutus per disciplinam auguralem sicut tu,sed per libros sapientíssimorum hóminum,qui scripsêrunt de uarietáte & mutatióne témporũ, rerum,& fortunæ & consecutus sum magna experientia tractandæ reip.& dénique ex magna uarietate nostrorum temporum. Cum.partim.

HVBER. ¶ MONIMENTIS.scriptis. Tum.partim & præcipuè. nam plus significat quàm cum, Vsu experientia. Tractandæ. gubernandæ. Nostrorum. meorum, quibus interdum flórui, interdum fui in summa fœlicitáte &c. Confidimus. crédimus, & damus maiorem fidem.Obscuris difficilibus iudicãtu,de exitu bellorũ Cæsa.& Põpeii. Ex euentis.ex his quæ euenêrunt,non autem quia ita pręuíderim esse futura.quia enim post factum dicit se aliquid præuidisse,créditur fingere magis quia euénerit, quàm quia ita euenisse præuíderit. Seiungeret.separáret. Frãgi.imminui,quia si ipsi duo coniuncti essent,& consueuissent,obtinuissent multũ contra senátum,ita quòd potestas senátus multũ fuisset imminúta. Ciuile bellum. sicut excitãtum. Salutare.quia ambos hortãbar ad pacem. Hunc.Cæsa. In t. inter togãtos. In pa. fine bello. Tantas o. tantas uires,quia omnia solus potest.

LASCEN. ¶ ITAQVE.i. & ita,argumentum,id est materia epistolæ,scílicet gratulatóriæ,differêtur in aliud tempus. Autem.id est sed,ego puto ánimum tuum,quem & audio, & spero esse minimè.i.nequaquam,imbecillem.i. frágilem,aut infirmum,confirmandum esse his líteris, etiam atque etiam, authoritáte hóminis, & fi.i.quanquam,non sapientíssimi.at.i.tamen,aut certè,amicíssimi, quasi dicat authoritate mea, sed modestiùs de se tanquam de alio lóquitur. Nec quidem.scílicet puto ánimum tuum confirmandum, iis.i.eiúsmodi uerbis quibus consóler te ut afflictum,& orbãtum iam omni spe salutis,talis enim non erat,sed ut eum, de cuius incolumitáte.i. salúte non dúbitem.i.non debeam dubitãre,plus quàm mémini te dubitãre.i.cũ dubitãres de mea, Valla díceret dubitasse. Nam cum ii expulíssent me ex repub.i.administratione eius, qui putárant, id est putáuerant.illam,scílicet rempub.non posse cádere,me stante,id est tantísper dum ego stárem in ea, mémini me audíre,ítem cum præsenti ponit mémini iuxta regulam Agretianam, ex multis hóspitibus,qui uénerant ad me ex Asia, in qua tu eras,te confirmãre.i.ꝙ tu confirmãres, & asséreres firmitêr,de réditu meo.s.in urbẽ ab exilio,glorioso,& céleri. Si ratio quædam disciplinæ uetustæ.i.diu obseruatæ, uidélicet auguralis apud Hetruscos repertæ. Vnde Luca. Hæc propter placuit Tuscos de more uetustо Acciri uates. Et Ouid. Augur erat,nomen longis intércidit annis,Nuper ab Hetrusca uénerat exul humo & cętera.quam acceperas à patre,sup.tuo uitо nobilíssimo,atque óptimo,non fefellit,cum díceres me citò redítúrum,nec quidem nostra diuinátio fallet nos.s.de réditu tuo,quam.s.diuinatiónem,hoc est diuinandi perítiam, nos consecúti sumus.i.obtinúimus,tum.i.partim,monimentis,atque pro.i.præceptis,uirórum sapientíssimórum,& plurimо studio doctrinæ.s.auguralis,ut tu scis,tum.i.partim, magna uarietate témporum nostrórum, in qua multa experíri licuit. Cui quidem diuinatióni nos confídimus plus,hoc.i.propter hoc,ꝙ es, nihil fefellit oino nos unquam in his rebus tam obscuris,tanq;.i.& tam perturbãtis. Dícerem.i.recitãrem tibi, quæ dixíssem anteà futura,ni.i.nisi uerêrer,ne uidêrer fíngere,sup.ea,ex euentis.i.iis quæ euenêrunt. Sed tamẽ plurimi sunt testes, me &.i.simul,commonuísse initio.i.ab initio belli,Pompeium ne coniúngeret se.s.per affinitatem cum Cæsare,& postea ne seiúngeret.i.separãret se à Cæsare,quia,sup.uidẽbam opes senãtus frangi coniunctione.s. duorum principum uirorum, & bellum ciuile excitãri,disiunctione.i.dissensione eórum. Atqui.i.sed quomodo ego utẽbar Cæsare familiarissimè,& faciẽbam Pom.plurimi. Sed meum consilium erat tum.i.simul, fidele Pompeio,tum.i,simul,salutãre utriq;.s.tam Pom.q̃ Cæsari,ego prætereo quę uíderim.i.prænóuerim, pterea.i.pter iam dicta.Enim id est quia,ego nolo hunc.s.Cæsarem, méritum optimè de me,exístimãre me suasísse Pompeio ea,quibus si ille,scílicet Pompeius paruísset.i.obediuísset.hic,id est Cæsar, esset quidem clarꝰ in toga.i.in senatu pacífico,sed non habêret tantas opes quantas nunc habet.

HVBER. ¶ EVNDVM in Hispaniam.ut Pomp. iret in Hispaniam quæ prouincia erat ei decreta,quod si Pompe. fecísset,dicebat Cæ.se uenturum ad urbem sine exercitu. Rationem,respectum. Absentis. Cæ.ut ei deceruetur consulatus sequentis anni.Licet ab.n.hoc.ipse p amicos suos petiuerat.Vt liceret.ut permitteretur & concederetur etiã contra consuetudinem.Ipso cõsule.Paulo Aemi.quẽ Cæsar mille & quingẽtis sesterciis facile corruperat, & in partes suas traxerat, cum ante aduersaretur ei. Anteferrem. præponerem.i. cum mallem etiam pacem cum incommodo nostro, q̃ gerere bel. Iustíssimum.sic sup.ad T.Messi.quanuis tota conditione pacem accipere malui, q̃uiribus cum ualentiore pugnare.

HVBER. ¶ MOuebatur.meis monitis.i.assẽtiebatur meis suasionibus.Putabant ui.il.i.putabãt quod si Põ.fuisset uictor potuissent ipsi augere rem familiarem suam, & consequi omnia quæ cupiebant. Quiescente me .i.nihil agente,nec faciente uerba de hoc bello.Manẽte.remanente. Domi.cum non exirem ad illud bel. ut su.ad.M.Mar.epi.quę incipit. Et si itaque neq; tu multum interfuísti,& ego id semper egi, ne interessem.Pudor.uerecundia,pudebat enim me non sequi Pompe.& eius salutem non tueri,qui meę saluti non defuisset,cum me in exílium eiectum restituendum curauit.Aliquando.aliquo tempore. Itaq; dicit Cic. se honestis & excusabilibus causis motum profectũ fuisse ad illud bellum, sciens, & cognoscens omnes Pompeianos succubituros, & comparat se Amphiarao uati filio Oeclei,unde & Oeclides dicitur ab Ouid. & à Statio. Hic cum sciret se esse perituru in bello Thebano latebris se occuluerat, id nemine sciente præter Eriphylem uxorem, quæ corrupta à Polinice monili aureo Argiæ uxoris suæ, indicauit maritum, qui compulsus profectus est ad bellum Thebanum,licet sciret se esse perituru,& ibi hiatu terræ absorptus est, ut late scribit Sta.Dicit ergo Cic. se imitatum fuisse Amphiaraũ, quia licet uideret exitum belli,& sibi & Pompeianis aduersum, tamen ad id profectus est. Prudens.per me intelligens. Sciens.per alios. Pestem.cladem. Prædictis. superioribus diuinationibus,quas feci ante hæc bella. Constitui. collocaui.Augures.qui ex garritu auium futura prædicebant, hæc scientia nunc omnino interiit. Astrologi,qui ex cursu motuque,& natura astrorũ plerunque futura deprehendunt, sed interdum etiam falluntur. dicit ergo Cice.Non igitur.i. non facio tibi diuinationem meam reb9tuis ex uolatu uel garritu auium, uel ex aliis rebus quas obseruant augures.Sed habeo alia signa multo certiora, scílicet naturam, & mores Cæsa.& naturam temporum ciuilium. Ex uolatu alitis. Virgil.& præpetis omnia pen

Universidad de Deusto Biblioteca

itaq; in aliud tempus id argumentũ epistolæ díffero. His autẽ líteris ánimum tuum, quem mímme imbecíllum esse & audio,& spero: etsi non sapientíssimi, at amicíssimi hominis authoritate, confirmandum etiam atque etiam puto. nec iis quidem verbis, quibus te consóler vt afflictum, & iam omni spe salútis orbãtum, sed vt eum de cuius incolumitáte non plus dúbitem, quàm te mémini dubitãre de mea. Nam cum me ex repu. expulíssent ii,qui illam cádere posse, stante me,non putarunt: mémini me ex multis hospítibꝰ,qui ad me ex Asia in qua tu eras,vénerant, audíre, te de glorioso & céleri réditu meo confirmãre. Si te ratio quædã Hetruscæ disciplinæ, quã à patre nobilíssimo, atq; óptimo viro acceperas,nõ fefellit, ne nos quidẽ nostra diuinatio fallêt:quam cum sapiẽtíssimorũ virorum monumentis, atque præceptis, plurimoq;,vt tu scis, doctrinæ studio, tum magno etiam vsu tractandæ Reipubl. magnaq; nostrorum temporum varietate cõsecuti sumus. Cui quidẽ diuinationi hoc plus confidimus, quód ea nos nihil in his tam obscuris rebus, tamq; perturbatis vnquam omnio fefellit. Dicerẽ quæ ante futura dixíssem,ni vererer ne ex euentis fingere viderer. Sed tamen plurimi sunt testes, me & initio, ne coniungeret se cum Cæsare,monuísse Pompeium,& postea ne seiungeret. coniunctione frangi senatus opes, disiunctione ciuile bellũ excitari videbam. Atque vtebar familiarissime Cæsare, Pompeiũ faciebam plurimi: sed erat meum cõsilium cum fidele Pompeio,tum salutare vtrique. Quæ præterea prouiderim, prætereo. Nolo enim hunc de me optime meritum exístimare, ea me suasísse Pompeio,quibus ille si paruísset,esset hic quidẽ clarus in toga,& princeps: sed tantas opes,quantas nunc habet,non haberet.

Memini

Eundum in Hispaniam censui. quod si feciſſet, ciuile bellum nullum omnino fuisset. Rationem haberi absentis non tam pugnaui, vt liceret, quàm vt, quando ipso consule pugnante populus iusse rat, haberetur.Causa belli orta est.Quid ego prætermisi aut monitorum,aut querelarũ,cũ vel iniquissimã pacẽ iustissimo bello anteferrem ? Victa est authoritas mea,non tam à Pompe.(nam is mouebatur) quàm ab iis, qui duce Pompe. freti per opportunam & rebus domesticis, & cupiditatibus suis illius belli victoriam fore putabant. Susceptum bellum est,qui escente me: depulsum ex Italia, manente me quoad potui. sed valuit apud me plus pudor meus,quàm timor. veritus sum de esse Pompe. saluti, cum ille aliquando non defuisset meæ.Itaque vel officio,vel fama bonorum, vel pudore victus, vt in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens, & sciens ad pestem ante oculos positam sũ profectus. Quo in bello nihil auersi accidit non prædicente me. Quare, quando vt augures,& astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te authoritatem augurii,& diuinationis meæ:debebit habere fidem nostra prædictio. Non igitur ex alitis uolatu, nec ex cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est : nec ex tripudiis solistimis,

Oscines Aues
Præpetes
Prouerbium
Salua res est
Tripudiũ Solistim⁹
ASCEN.

næ.Oscinis.uolucris,qui uoce,& ore dat augurium. Nam uolucres,ex quibus capitur augurium, aut dicuntur oscines,ꝙuod ore canant,aut præpetes.i.uolantes,ꝙ uolatu dent augurium. Disciplina. scientia augurali

Ex tripudiis.ex saltationibus quibusdam,quæ quadam obseruatione in sacris fiebant,unde cum in dedicatione Capitolii, ut scribit Liuius nunciato aduentu hostium,cæteri omnes acceptis armis, relicto sacrificio eis occurrissent,solus senex inuentus est saltans,quę res effecit ut piaculum admissum non esset,unde natum est prouerbium,Salua res est,saltat senex.Tripudium autem dicitur,quasi tritio pedum. Solistimis. terrenis,à solo,ꝙ in solo fierent huiusmodi tripudia,alii dicunt locum esse ubi aues uersantur,quod non satis ꝓbo.Solistimus autem dicitur,sicut legitimus,ubi additio nihil significat.

¶ EGO censui,dicit quæ negauit se dicturum Pompeio,eundum,sup.fuisse in Hispaniam, quod si feciſſet.i. si iuisset in Hispaniam,bellum ciuile nullum fuisset. Ego non iam.i.tantopere.pugnaui.i.quasi pugnando asserui,ut liceret rationem.i.respectum beneuolum in consulatu conferendo,absentis.s.Cæsaris, quia Cæsar absens petiit consulatum sibi deferri,quod illi lege negatum est,quam sup. pugnaui,ut haberetur.s. ratio absentis,postquam licuit,quando ipse populus iusserat,ipso consule.s.Paul.Aemi.pugnante.i.acriter decertante pro eo,quia Cæsar eum pecunia in sententiam suam traxerat. Causa belli orta est,eo ꝙ consulatus,& prorogatio imperii Cæsari negata. Quid aut monitorum aut querelarum ego prætermisi?quasi dicat nihil, cum anteferrem bello iustissimo,pacem,uel.i.etiam,iniquissimam?Authoritas mea est uicta.i.oppressa, non tam à Pompeio, nam is mouebatur.s.authoritate mea,q̃ abiis qui freti duce Pompeio,ut Cato, Marcellus,Seruius &c.putabant uictoriam belli fore peropportunam.i.ualde accommodatam, &.i.simul,rebus domesticis suis, &.i.simul,cupiditatibus suis. Bellum est susceptum.s.contra Cæsarem,me quiescente,bellum,sup.est depulsum ex Italia,quia in Epirum,& deinde in Pharsaliam translatum,me manente.s.in Italia,quoad,id est quandiu potui,sed pudor meus ualuit apud me plus quàm timor, hoc est plus feci propter pudorem,qui ne deessem Pompeio me traxit ad bellum,q̃ timor quem de infœlici exitu coceperam,retraxit. nã,sup.ueritus sum deesse saluti Pompeii,cum ille.s.Pompe.non defuisset aliquando meæ.s.saluti,quia eo rogante reductus sum

Itaque ego uictus,alii legunt inuitus uel officio.s.Pompe.debito,uel fama bonorum.s.uirorum,qui Pompeium sequebantur,uel pudore,ego ut Amphiaraus,aut Amphiareus,sup.profectus est, ad bellum Thebanũ cum Argiuis,ut in fabulis.i. sicut habetur in fabulis,ꝙ coactus est ire ad id bellum unde præuiderat se non rediturum.Cum.n.Amphiaraus Oeclei filius esset diuinandi peritissimus,& uidisset si ad id bellum quod Argiui Thebanis inferebant iret, se non rediturum, occuluit se, sola uxore Eryphile nomine conscia, quæ corrupta à Polinice monili aureo Argiæ uxoris eius indicauit maritum,atque ita compulsus ad bellum profectus est,in quo præuiderat se periturum,periitque.nam ut Ouid.tangit,& ad longum in Thebaide Statius narrat,hiatu terræ ibi absorptus est.profectus sum sic prudens,&sciens ad pestem.i.perniciem, ante oculos.s. mentales positam,in quo bello nihil aduersi accidit me non prædicente.i.quod non fuerit à me prædictum.

Quare quando.i.quandoquidem,aut quomodo.i.quoniam,ut augures.Astrologi qui solent,ego quoque .i.etiam,augur publicus,quia in augurum collegio sacerdos,constitui apud te ex prædictis meis superiorib⁹, qui.s.uera comperta sunt authoritatem augurii.s.scientiæ auguralis, & diuinationis meæ, prędictio.i. prophetia nostra debet habere fidem.i.credulitatem passiue. Igitur ego non auguror tibi ex uolatu alitis.i.auis, nec ex cantu sinistro.i.à sinistra parte,aut aduerso,oscinis.i.ore canentis auis. Vt est in disciplina nostra.s augurali,nec ex tripudiis solistimis.i.solo tenus,aut super solum factis.

HVBER.

¶ SOMNIIS.quæ ut scribit Vale.lib.pri.certis interdum imaginibus uelata sunt,sicut probat exemplis, de generibus eorum quæ uidimus in somniis,scribit abunde Macrob.Obseruem.inspiciam. Illis.s.signis quæ ex cantu, uel ex uolatu auium capiuntur, & ex cæteris,quæ supra dixit.Via.ratiõe.Hæc sunt.s.signa.

Clemens

Clemens.dicitur qui etiam remittit de eo quod posset persequi iure.Querelarum tuarum.nam Cæcinna querebatur,illo libro,quod cum Cæsar esset tam mitis,& clementis ingenii,inductus esset ad occupãdam rempub. Delectatur,Cæsa. Cedit,indulger, obtemperat. Incensis officio,quæ ex officio & debito proueniunt,sicut sunt, quæ pro te à me & cæteris amicis tuis fiunt ex officio quia ita tenemur.Non inanibus.uanis,sine causa.Ambitiosis.quæ ex ambitione proueniunt, non autem ex officio. Hetruria. Tuscia, unde est tuæ gentis origo. Consentiens. petensnobiscum ut tu restituaris. Mouebit.flectet ipsum Cæsarem. Cur hæc. ponit obiectionem, quam posset facere Cæcinna,quare his rationibus, quas supra dixit adhuc non sit reuocatus. Profecerũt. ualuerunt. Quia.responsio obiectionis. Iustius, quia non solum fauisti Pompeio contra eum,sed etiam scripsisti in eum. Quæ spes ab irato? quid ergo sperare ab eo possem,si mihi iratus est.Eodem.responsio obiectionis,& dicit cur spes sit habenda,quia Cæsar sperat se posse laudari aliquando ab eo, à quo notatus fuerat,& uituperatus, & idem ingenium ei aliquãdo profuturum, à quo ante sit læsum. Acutus. subtilis ad intelligendum. Parte Italiæ minime contemnẽda.i.Hetruria egregia regione,& industria hominum

aut somniis tibi auguror: sed habeo alia signa quæ obseruem.quæ & si nõ sunt certiora illis, minus tamen habent uel obscuritatis, uel erroris. Notantur autem mihi ad diuinandum signa duplici quadam via.quarum alteram duco è Cæsare ipso:alteram è temporum ciuilium natura,atque ratione. In Cæsare hæc sunt: mitis, clemensque natura, qualis exprimitur præclare illo libro querelarum tuarũ. accedit,quod mirifice ingeniis excellentibus quale est tuum, delectatur. præterea cedit multorum iustis, & officio incẽsis, nõ inanibus aut ambitiosis voluntatibus. In quo uehementer eum cõsentiens Hetruria mouebit. Cur hæc igitur adhuc parum profecerunt? quia non putat se sustinere causas posse multorum, si tibi,cui iustius uidetur irasci posse, concesserit. Quæ est igitur inquies, spes ab irato? Eodem fonte se hausturum intelligit laudes

suas

suas, è quo sit leuiter aspersus. Postremo homo est ualde acutus,& multũ prouidens: intelligit te hominem in parte Italiæ minime contemnenda facile omnium nobilissimum, & in communi republi.cuiuis summorum tuæ ætatis,uel ingenio,uel gratia, uel fama populi Romani parem, non posse prohiberi repu. diutius. Nolet hoc temporis potius esse aliquando beneficium, quam iam suum. Dixi de Cæsare: nunc dicam de temporum,rerumque natura.Nemo est tam inimicus ei causæ, quàm Pompeius animatus melius, quam paratus susceperat, qui nos malos ciueis dicere, aut homineis improbos audeat. In quo admirari soleo grauitatem, & iustitiam, & sapientiam Cæsaris. nunquam nisi honorificentissime Põpeiũ appellat. At in eius personam multa fecit asperi⁹. præstanti.erat enim Cæcinna Hetruscus gente. Parẽ cuiuis summorum tuæ ætatis.i. qui sis par cuilibet eorum,qui in ætate tua sunt summi.Nolis. sensus est cum Cęsa. intelligat se non posse diutius prohibere te patria,& necesse esse,ut te aliquando restituat, nolet,ne uideatur magis facere ex necessitate temporis, quàm ex beneficio suo. Dixi de Cæ.i.de signis quæ ex Cæs.capiebam. Melius animatus quàm paratus.i maiori animo & uoluntate defendendæ reipub.quã apparatu armorum & militum. Qui audeat dicere nos malos.qui audeat dicere male feciſſe, & esse ciues malos.quanuis enim fortuna nobis male respon derit,tamen nemo audet reprehendere id quod feci mus, licet sit inimicus causæ Pompeianæ. Admirari. cum quadam admiratione laudare. Appellat. nominat. Nisi honorificentissime, id est cum summo honore,quod quidem signum magnæ est grauitatis, nam fere omnes solent de inimicis suis maledicere.

At.obiectio, quasi dicat quid prodest quod eum honorificentissime appellet, si in eius personam multa acerba fecit, quia eum oppugnauit, & persecutus est ad mortem.

¶ AVT ex somniis, sed habeo alia signa quę obser- ASCEN.
uem. Quæ.s.signa,etsi.i.quamquàm,non sunt certiora illis,scilicet auguralib⁹,quod dicit, quia illi scientiæ iuratus erat,habent tamen minus, uel obscuritatis,uel erroris. hoc quoque astrologi prætendere solent,scientiam uidelicet esse certissimam, sed multos per errorem propter obscuritatem labi, & cum uix quisquam sit qui non erret, deum excusant qui

astris imperet. Autem.i.sed,signa notantur mihi ad diuinandum quadam uia duplici,quarum.s.uiarum, ego duco alteram à Cæsare ipso.s.capite rei,alteram à natura, & ratione temporum ciuilium. Hæc scilicet signa reconciliationis tuę sunt in Cæsare, natura mitis & clemens, qualis exprimitur præclare illo libro querelarum tuarum,accedit.i.additur, quòd Cæsar delectatur mirifice, ingeniis excellentibus, quale est tuum. Præterea Cæsar cedit uoluntatibus multorum iustis, incensis officio,non inanibus, aut ambitiosis. In quo scilicet proposito Hetruria, scilicet patria tua, consentiens,scilicet reductioni tuæ, mouebit, sup.eum uehementer. Igitur, supple dices, cur hæc scilicet signa quæ in Cęsare sunt, profecerunt adhuc parum .s.ad te restituendum.Responsio. Quia Cæsar putat se non posse sustinere causas multorum, si concesserit tibi,cui uidetur posse irasci iustius scilicet quàm illis,cum tamen minus iracatur. Igitur, inquies, quæ spes est ab irato scilicet Cæsare, Responsio. Cæsar intelligit se hausturum laudes suas eodem fonte scilicet ingenii tui, è quo sit aspersus.i.sparsim notatus,leuiter.i.modice. Postremo homo,scilicet Cæsar,est acutus ualde, & ꝓ uidens multum intelligit,sup.se non posse prohibere diutius à repub.te hominem facile nobilissimum omnium,in parte Italiæ contemnenda minime,uidelicet in Hetruria,& intelligit te in republi.communi scilicet Romanis,& Hetruscis municipibus,hoc est Romana. Alii legunt in communi repub.te parem,cuiuis.i.cuilibet,summorum,scilicet uirorum ætatis tuæ, uel ingenio, uel gratia, uel fama populi Romani, & nolet hoc scilicet restitutum esse reipubli. esse aliquando,id est tandem, potius beneficium temporis, quia prohibere diutius non posset,quàm suum,si cum posset prohibere noluerit. Dixi de Cæsare,dicam nunc de natura tẽporum & rerum.duas enim has diuinandi uias præscripsit. Nemo est tam inimicus ei causæ quam Pompeius susceperat.s.tutandam,est, sup.animatus melius,quàm paratus.i.instructus,qui audeat dicere nos.s. Pompeianos,ciues malos, aut homines improbos, in quo.s.uerecundiæ genere,ego soleo admirari grauitatem,& iustitiam, & sapientiam Cæsaris, qui, supple nunquam appellat, id est nominat,Pompeium nisi honorificentissime. At,id est sed dices,supple ꝙ Cæsar fecit in,id est aduersus personam eius.scilicet Pompeii,multa asperius,id est ualde,aut nimis aspere.Responsio.

Armorum ista, & victoriæ sunt facta, nõ Cæsaris. At nos quemadmodum est cõplexus? Cassium sibi legauit, Brutum Galliæ præfecit, Sulpitium Græciæ, Marcellum, cui maxime succensebat,cum summa illius dignitate restituit. Quo igitur hæc spectant? Rerum hoc natura,& ciuilium temporum non patietur, nec manens, nec mutata ratio feret: primum, ut non in causa pari eadem sit & conditio,

¶ ARMORVM.diluit obiectionem,dicens Cæsa.ea HVBER.
feciſſe contra Pompe.non natura sua,sed natura bellorum,& uictoriæ quæ faciunt,ut interdum insolentiores simus,quàm deceat. Ista sunt armorum, id est ista ex armis proueniunt. Nos.me Cic.& alios, Legare
qui fuimus sibi aduersarii. Legauit sibi.legatum suum fecit, licet fuisset Pompeianus. Brutum M. Brutum. Præfecit Galliæ.scilicet fecit præfectum & prætorem Galliæ.nam ei à Cæsare magna fides habebatur, qui hanc præturam assecutus erat quartum in annum consul futurus competitori Cassio prælatus,author Plutarchus in uita Cęsaris.Marcellum.M. de quo supra libro quarto. Restituit.concessit reditum in patriam,ut supra libro quarto ad Seruiũ Sulpitium epistola quæ incipit. Accipio excusationem, & epistola Seruii quæ incipit.Et si iucundissimum.

Quo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quo.quorſum,ad quid. Spectant. pertinent.Hæc. quæ dixi.Nec manens.permanens in eodem ſtatu. Nec muta.nec tacens,ſed loquens pro te.Feret.patietur. Vt non in cauſa pari.i.ut cum Brutus,Marcellus,Caſſius & Seruius fuerint in eadem cauſa,& Cæſar eis placatus ſit,in eadem cauſa nō placetur, & mitigetur etiam tibi, & eandem habeas fortunam,quā ipſi habuerunt. Deinde ſubaudi non faceret ratio. Notati.infecti. Nulla ignominia. nulla infamia, qui nihil mali admiſerunt. In quam. ciuitatem. Tot condemnati ſcelerum,id eſt tot homicidæ,& alii ſcelerati uiri.Quo non uterer.id eſt quod non dicerem tibi,ſi de eo haberem aliquod dubium,ſed potiꝰ cōſolarer te ex conſcientia tuorum conſiliorum,& factorum.Explorata.certa,non dubia. Non nimis laudandum.quia nō eſt magni animi offerre ſe tantum his rebus,de quibus nullum omnino uidet eſſe periculum, ſed obiicere ſe periculis cum ratione utilitatis. Poſſe accidere ut uince. id eſt poſſibile, ut ita poſſemus uinci,ſicut uincere. Non debere.ſubaudi uterer ea conſolatione, ſcilicet te non debere eſſe paratum & cæte.Literæ.id eſt ſtudia literarum Recentium norum. Externos.peregrinos,utputa Græcos, Carthaginenſes,Athenienſes,Thebanos,quibus peſſimi,& infœliciſſimi caſus euenerunt,ſicut Hannibali, Themiſtocli,Cimoni, Epaminundæ, & aliis quam plurimis. Quaſi,tanquam,& quodammodo. Communis.generalis omnibus, cum uidemus neminem eſſe immunem caſuum fortunæ.Turba. turbatione.

Hic, Romæ. Perdita.amiſſa. Quam bona. quâm proſpera,quàm ſi eſſet in flore. Hoc genere.ſ.conſolationis.

HVBER. ❧HVIC.filio,habebat enim filium Romæ,cui Cice. dicit ſe pollicitum eſſe omnem operam. Ani.quātum ad conſilia,& cogitationes. Corporis. eundo in ſenatum ad Cæ.& ad alios pro eo, & agendo reliqua,quæ opus eſſent. Detuli.præſtiti. Hoc amplius tanto magis,ſubaudi polliceor. Amplectitur. fouet,capit in numerum ſuorum. Familiares eius. ſubaudi amplectuntur me, Sicuti neminem.i.ita, ut neminem alium ſic amplectantur. Apud quem.ſ. Cæſarem. Quicquid ualebo.quicquid potero. Tibi,pro te,in fauorem tuum. Cum fortitudine.conſtantia,& fortitudine. Spe optima. quæ ſolet maxime ſuſtinere homines. Suſtentes.tuearis, te fortem præſtes.

ASCEN.

❧ISTA.ſ.quæ duriora ſunt,ſunt facta armorum, & uictoriæ, non Cæſaris. At.i.ſed,e contrario,quemdum eſt complexus nos.ſ.Pompeianos.q.d.humaniſſime,quia legauit id eſt legatum conſtituit ſibi Caſſium, præfecit Galliæ Brutum,à quibus duobus potiſſimum poſtea occiſus eſt,præfecit,ſup. Græciæ.Sulpitium.ſ.Seruium,reſtituit Marcellum cui maxime ſuccēſebat.i.iraſcebatur,cum ſumma dignitate illius.ſ. Marcelli,qui tamen patriam uidere non potuit à familiari ſuo Athenis interfectꝰ.Igitur quo.i.ad quid, ſpectant hæc? Natura rerum & temporum ciuilium .ſ.bellorum,quæ tandem ſedari debēt,non patietur, nec ratio manens.ſ.in pectoribus hominum,nec muta.i. quæ non eſt ſcripta, ſed in animo locata, feret.i. patietur,primum.i.id primum non patietur,nec feret,ut non ſit eadem & conditio, & fortuna omniū in cauſa pari,deinde, ut uiri boni, & nulla ignominia notati,non reuertantur in eam ciuitatem,in quā reuerterunt. Ergo utrunque dicitur, & reuertor, & reuerto, ſed reuertit quis,quaſi ſe hoc ſponte ſua, reuerritur quodammodo ab alio,ſed ut ex hoc loco patet confundetur, tot.ſ.ciues condemnati,ſup. cri

Reuertor & reuerto

& fortuna omnium: deinde, ut in eam ciuitatem boni viri, & boni ciues nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot nefariorum ſcelerum condēnati reuerterunt. Habes augurium meum: quo, ſi quid at dubitarem, non potius uterer, quàm illa conſolatione, qua facile fortem uirum ſuſtentarem. Te, ſi explorata victoria arma ſumpſiſſes pro republi. (ita enim tum putabas) non nimis eſſe laudādum. ſin propter incertos exitus, euentusque bellorum, poſſe accidere ut uincemur, putaſſes: non debere te ad ſecundam fortunam bene paratum fuiſſe, aduerſam ferre nullo modo te poſſe. Diſputarem etiam quanto ſolatio tibi conſcientia tui facti, quantæ delectationi in rebus aduerſis literæ eſſe deberent. Commemorarem non ſolum veterum, ſed horum etiam recentium, uel ducum, vel comitum tuorum grauiſsimos caſus. Etiam externos multos claros viros nominarem. LEVAT ENIM DOLOREM COMMVNIS QVASI LEGIS ET, HVMANAE CONDITIONIS RECORDATIO. Exponerē etiam quemadmodum hic, & quanta in turbatione, quantaque in confuſione rerum omnium viueremus. neceſſe eſt enim minore deſyderio perdita republi. carere, quàm bona. Sed hoc genere nihil opus eſt: incolumen te cito, vt ſpero, vel potius, vt proſpicio, videbimus. interea tibi abſenti, & huic, qui adeſt imagini animi, & corporis tui, cōſtantiſſimo, atque optimo filio tuo, ſtudium, officium, operam, laborem meum: iampridem & pollicitus ſum, & detuli. Nunc hoc amplius: ꝙ me amiciſſime quotidie magis Cæſar amplectitur: familiares quidem eius ſic, vti neminem. apud quem quicquid valebo, vel authoritate, vel gratia, valebo tibi. Tu cura, vt cum fortitudine animi tum etiam ſpe optimorum ſuſtentes. Vale.

❧Ex.vi. Epiſtola.Vereor ne deſyderes.

❧Exponerem etiam quemadmodum hic, & quanta in turba,quantaq; in confuſione rerum omnium uixerimus.Tu cura,ut cum firmitudine te animi, tū etiam ſpe optima ſuſtentes.

ſcilicet

mine ſcelerum nefariorum hoc eſt in ciuitatem Romanam. Tu habes,id eſt,intelligis augurium meum,quo ſcilicet augurio,non uterer potius ſi addubitarem quid,id eſt aliquid,quàm illa conſolatione,quàm ſuſtētarem,ne labatur animo,facile uirum fortem. Conſolatio autem eſt,te non eſſe nimis laudandum, ſi ſumpſiſſes arma,uictoria parta pro repub.tu enim putabas tunc,ſcilicet cum arma ſumeres ita ſcilicet pro repu. arma te ſumere, & â republi.uictoriam ſtatutam. Sin,id eſt, ſed ſi putaſſes poſſe accidere, ut uinceremur, propter incertos exitus,& euentus bellorum, te non debere fuiſſe paratum bene.i.decenter,aut multum, ad fortunam ſecundam.i.proſperam,& ſup.nullo.i.non ullo,non poſſe ferre ullo modo aduerſam ſcilicet fortunam. Etiam ſiquid addubitarem de augurio meo,diſputarem.i.diſputando adducerem contra te, quanto ſolatio conſcientia, ſcilicet recta,facta,facti tui, ſup.deberet eſſe tibi.ue pro uel, quantæ delectationi,literæ .i.ſcientiæ,& doctrinæ tuæ,deberēt eſſe tibi in rebus aduerſis,quia maximę.Turpe enim eſt homini docto id non poſſe facere,quod faciendum ex philoſophiæ præceptis didicerit, ac aliis faciendum eſſe ſubinde præceperit,præſertim in moralibus,quæ non diſcimus,ut ſciamus,ſed ut boni efficiamur.Commemorarem,ſup.etiam grauiſsimos caſus non ſolum ueterum.ſ.ducum. Sed etiam horum recentium,uel ducum,nel comitum tuorum,etiam nominarem multos claros uiros externos,ut Lacedæmonios,Thebanos, Athenienſes. Enim .i.quia recordatio quaſi cōis legis,& cōditionis hūanæ,leuat.i.minuit, aut mitigat dolorē. Etiā exponerē tibi quemadmodum uiueremus,hic.ſ.Romę, & in q̄ta turba & in quanta confuſione rerum omnium. Enim.i. quia neceſſe eſt,carere ſup.cum minore delyderio,repu.perdita,quàm bona.i.ſalua,& locuplete, ſed nihil opus eſt ſup.tibi hoc genere.ſ.conſolationis, nos uidebimus,ut ſpero. Vel potius,ut proſpicio,te cito.i.propediem incolumen. Interea ego iampridem.i.iam à pluſculis diebus,& pollicitus ſum,& detuli.i.exhibui tibi abſenti,& huic imagini animi tui,& corporis tui.ſ.filio tuo conſtantiſsimo.ſ.in paterna pietate,aut uirtute, & optimo,qui adeſt.i.preſens eſt nobis,ſtudium,officium,operam,laborem meum. Nunc ſup. deferam, uel eſt. Hoc amplius,ꝙ Cæſar amplectitur me amiciſsime quotidie magis, quidem id eſt certe, familiares eius ſcilicet Cæſaris ſupple amplectuntur me,ſicuti neminem.i.ita,ut neminem tantopere, apud quem ſcilicet Cæſarem,quicquid ualebo,uel authoritate,uel gratia,ego ualebo tibi.i.ad utilitatem tuam. Tu cura,ut ſuſtentes te,cum.ſ.ita ſit,ꝙ ſuſtentes te fortitudine animi tui,tum.i.tunc,magis decet,ꝙ ſuſtentes te ſpe optima,ſcilicet de reditu habenda.

excuſatoria. Petitoria.

Aulus Cæcinna M.C.S.D. Epiſt.7.

QVod tibi non tam celeriter liber eſt rédditus, ignoſce timôri noſtro & miſerêre tēporis. Filius (vt audio) pertimuit, (neque iniúria), ſi liber exîſſet (quando non tam intereſt, quo ánimo ſcribâtur, q̄ quo accipiâtur) ne ea res ineptè mihi nocéret, cū præſertim adhuc ſtyli pœnas dē. q̄ quidē in re ſingulâri ſum fato. N A M cum mendum ſcriptúræ, litûra tollatur, ſtultitiā famâ multêtur, meus error exilio corrígitur: cuius ſumma criminis eſt, quòd armâtus aduerſario malè dixi. Nemo noſtrum eſt, ut opinor, quin vota victóriæ ſuæ fécerit, nemo quin etiam cùm de ália re immolâret, tamen eo quidem ipſo témpore, vt quamprimùm Cæſar ſuperarêtur optâret, hoc ſi non cógitat, omnibus in rebus fœlix eſt. ſi ſcit, & perſuâſꝰ eſt: quid iráſcitur ei, qui aliquid ſcripſit contra ſuam voluntátem: cum ignôrit ómnibus, qui multa deos venerâti ſunt contra eius ſa-

HVBER. QVod tibi. Eiectus fuerat in exilium Cæcinna,ut ſuprà díximus,quia, non ſolū ſecûtus fúerat partes Pompeiânas, ſed etiam quia ſcripſerat contrà Cæſarem, petiuerat autem Cic.ſæpè eum librum à Cæcinna.Itaque Cæcinna ſe excuſat, ꝙ tardiꝰ hic liber rédditus ſit Ci.quia eius filius,ad quem miſerat, non auſús fúerat eum édere, ne fortaſſe nocêret patri,ſi in alicuius ex inimicis ſuis manus perueniſſet. Poſteà uero oſtendit,q̄ difficile genus ſcribendi aggreſſus ſit,& præcipuè,cū nō auſus ſit laudâre,quod debúerat neque etiam reprehéndere,quæ reprehendēda fúerant.Poſtremò orat Ci.ut eius defenſionem ſuſcipiat,neq; reſpiciat filium ſuum,quoniam eſt adoleſcens, & imperîtus rerū, neq; expectet dū rogêtur,ſed ſponte faciat quicquid putâbit intereſſe ipſius Cæcinnæ. Tam celériter.tā citò ut uolêbas. Miſerêre témporis.indulge conditioni témporis. Filius. meus, ad quem miſeram librum. Pertimuit.ſenſus, & ordo eſt,filius meus timuit ne ea res nocêret mihi ineptè,ſi liber exiſſet ex mánibus ſuis. Ineptè.ſtultè. Ea res.ſ.dare librum. Quando.quoniam. Non tam intereſt.non tam refert. Quo ánimo. multa enim bono ánimo ſimpliciter ſcribuntur,quæ interdum in malam partem accipiuntur.Dem pœnas.patiar pœnas.Stili.ſcripturæ. In qua re.ſ.quod dem pœnas ſtili.

HVBER. ❧SVM fato ſingulari.ſum infortunio præcipuo, & quod nulli alii euēnit,niſi mihi. Mendum.uitium. dicitur enim & hoc mendum, & hæc menda fœmini géneris. Tollâtur litûra.nam quotiens aliqua ſcriptura habet mendam ſolet tolli menda linendo, & fœdando ipſam ſcriptûram. Stultitia.ſubaudi cum ſtultitia multêtur fama.i.patiâtur pœnas fama, quia de ſtulto omnes liberè loquuntur. Fama.i.infamia, maledicendo in ea. Meus error.quem admiſi ſcribendo malè de Cæſ. Corrígitur.multâtur. Exilio. quia eiectus ſum è patria. Cuius. erróris. Summa eſt.i.uniuerſa cauſa & omnium rationum collectio. Armâtus.cum pugnârem aduerſus eum. Aduerſario.Cęſari. Maledixi.ſcribendo. Nemo probat ſe fuiſſe omnium infœliciſſimum, quia punitus ſit ob minôrem culpam, q̄ alii:dicit enim omnes feciſſe uota diis,ut Cæſar uincerêtur, & tamen de huiúſmodi uotis néminem eſſe multâtum, ſe autem multâtum ſolâ ſcripturâ. Noſtrorum.ciuium Romanorum. Quin.qui non. Victoriæ ſuæ.ut eſſet uictor. Cum. quando. Immolâret. ſacrificâret diis,

Mendum Menda

diis. De alia re.propter aliam rem. Quin op.i.qui non optâret,& à deo péteret,ut optandum est, ut sit mês sana in córpore sano. Hoc ꝙ multi fécerint uota contra eum. Fœlix in oîbus rebus. quia fœlix est qui nulla re ángitur. Si scit.si intélligit. Et est persuâsus.& firmitèr credit. Quid.cur. Ignôrit. pepércerit. Venerâri deos.i.cum ueneratione precâri deos. Contra salútem.quod plus est,quàm scripsísse contra uoluntátem.Eodem.ad id quod primo incœperam. Parce.modicè,minus quàm debúeram tua laudatione. Sed pene.ferè. Refugiens.timóre quodam recedens,ut,Quamquàm ánimus meminísse horret, luctuq; réfugit.& item Virg.Trépidusq; repentè Refugit,attollens iras.

lutem? Sed vt eodem reuertar, causa hæc fuit timoris: scripsi de te parce medius fidius, & timide, non reuocans me ipse, sed pene refugiens.

Non réuocans me.non trahens me uoluntate mea à

ASCEN. ordo.

QVod tibi & cætera. Excusat ꝙ libros à Cic.expetitos ei nondum exhibúerat,eo quôd filius eos édere non ausus fuerat, ostenditque quàm difficilè genus scribendi aggressus sit,ac demum Ciceronis patrociniũ implórat. Ordo est.Ignosce timóri nostro,ꝙ liber.s.de historiis belli ciuilis,nõ est réddit⁹ tibi tam citò.s.ut uolueras,& miserére témporis scílicet calamitósi,& suspecti,ut audio fili⁹ pertimuit.i.multùm timuit, liber exisset.s.in manum Cæsaris (neq; iniuria) quandóquidem non interest.i.refert.tam.i.tantopere,quo ánimo scribâtur.i.descriptio rerum fiat q̃.i.quantópere interest,quo scílicet ánimo accipiâtur,si abiis,de quibus scriptum est,pertimuit inquam, ne ea res.i.éditio libri,nocéret mihi ineptè,quia potuissem cauére,præsertim cum dem adhuc pœnas stili.i.pátiar adhuc incommoda,& addam male,ob stili immaturitatem,in qua quidem re,ego sum fato.i.infortúnio singulâri,nam cum mendum.i.uitium,aut errâtum scripturę tollâtur,litûra.i.deletióne eius,ꝙ malè scriptum est, & cum stultitia.s. scribentis,multétur.i.puniâtur fama.i.per infamiam,error meus,quo dicor non benè scripsísse,corrígitur exílio,cuius críminis summa.i. príncipalis ratio est, quod armâtus.i.cum essem armâtus pro repub.contra Cæsarem,malè dixi aduersario scílicet Cæsari,quem iure belli tunc interficere licuísset,si potuísset,nedum uerbis lacéssere.Nemo nostrorum.i.de nostris.dícitur etiam nemo nostrum.i.de nobis:est ut opínor,quin fécerit uota uictoriæ suæ, quin etiam cum immolâret de ália re.i.ob aliam rem,tamen optâret quidem.i.certè,eo ipso témpore, ut Cæsar superarêtur quamprimùm. Si supple Cæsar non cógitat hoc.i.omnes contra se uota feciſſe, ipse est fœlix in ómnib⁹ rebus,quia in bello ubi superâuit,& post bellum ubi nullâ curâ ángitur,si scit sup. omnes contra se uota fecísse,& persuasus est.i.firmitèr credit,ad,qui dirâscitur ei,qui scripsit aliquid contra uoluntatem suam, cum ignorit.i.ueniam déderit, omnibus,qui uenerâti sunt.i.uenerando precâti deos, multa contra salútem eius.

Sed ut reuertar eodem.s.quo cœperam,hoc est ad purgandum quod non celeriùs est tibi liber réddit⁹, hæc causa fuit timóris. Scripsi mediusfidius.i.ita me Iouis filius iuuet Hercules,aut deus fidei ita me iúdicet, ut uerum dicam,scripsi de te.i.de gestis témporis,parcè.i.modicè,& timidè, quia non audebat Cæsarem taxáre, ipse non réuocans.i.excitans me ad prístinos ánimos, sed penè refugiens.

HVBER. ❡HOC genus scripturę.uituperandi aliquem. Liberum sine respectu & timore. Incitatum. quasi etiam stimulâtum. Latum.amplum. Solutum.ostêdit uituperandi genus non esse liberum,licet quibusdam uideatur esse.discurrit autẽ per tria genera scribendi:primum contra alios,deinde de seipso,postremò de aliorum laudibus, quorum nullum liberum esse ostendit, nisi álios laudâre, quod tamen etiam ostendit esse difficile, quia siue minus siue plus dicas, non deest causa reprehensionis, ut patet in textu. Solutum.in libertâte. In petulantia.in dicacitate, ne fortasse nimium maledicas. Impeditum .s.est inuolûtum.Assequâtur comparet. Arrogantiæ.quia de seipso prædicâre arrogantiæ est, & ut inquit Seuerinus, Laus in proprio ore sordescit. De quo scílicet de aliena laudatione. Detrahas. minus dicas infirmitati.imbecillitati ingenii,quod nõ potuerit ássequi tantas laudes. Vel inuidiæ. quod propter inuidam nolúeris dícere. Assignêtur. attribuatur.

Genus autem hoc scripturæ non modo liberum, * sed incitatum,atque latum esse debere quis ignorat? Solutum existimatur esse, alteri male dicere: tamen cauendum est, ne in petulantiam incidas. Impeditum,seipsum laudare, ne vitiũ arrogantiæ subsequatur. Solum vero liberum, alterum laudare, de quo quicquid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. At nescio, an tibi

* PETRI VICTO. CASTI. HVBER.

❡SED incitâtum atque elâtum. Sic etiam in Medicæo légitur, quare hanc prorsus lectionem sequendam cénseo.

❡GRATIVS.s.id quod scripsi. Nõ attíngere.quod uon póteram fácere præclarè.i.nullam omninò fácere mentiónem de eo,quod non possem præclarè exequi,sicut Salu.Nam de Carthágine melius silére puto,quàm parum dícere. Secundum beneficium.secundum munus,quod tibi in hac re fácere póteram.

Quam peritissimè.i.doctissimè, & elegantissimè.

Fácere.s.scribere de te. Sustínui.repressi, contínui. Quemádmodum.ex similitudine quadam ostêdit Cæcinna imperfectionem suorum scriptorum:dicit enim ꝙ sicut scalæ, quibus alii gradus malè sunt fixi,alii desunt,alii inscísi sunt potius ruinam, quàm ascensum parant, & nihil tutum habent, sic scripta sua,quibus propter timorem multa sunt imminuta, multa sublata,multaue pósita, quidem nihil habent

gratius, opportuniusque acciderit. Nam quod præclare non poteram, primum erat non attingere, secundum beneficium, quàm peritissime facere, sed tamen egome quidem sustinui, multa minui, multa sustuli,complura ne posui quidem.

Quemádmodum.

✝QVEMADMODVM IGITVR SCALARVM GRADVS SI álios tollas,álios incîdas,nõnullos malè hærentes relinquas, ruinæ

periculum

periculum strúas,non ascensum pares,sic tot malis cum victum,tum fractum studium scribendi,quid dignum auribus, aut probabile potest afferre? Cum vero ad ipsius Cæsaris nomen veni, toto corpore contremísco,non pœnæ metu, sed illius iudicii.totum enim Cæsarem non noui.quem putas animum esse,vbi secum lóquitur?Hoc probabit, hoc verbum suspitiosum est,quid si hoc muto?at vereor,ne peius sit.Age vero,laudo aliquẽ?nũ offendo?cũ porro offendâ,quid si nõ vult? Armati stilũ persequitur,victi, & nondũ restituti,quid faciet?Auges etiá tu mihi timorem, qui in oratore tuo caues tibi per Brutũ, & ad excusatiónem sociũ quæris.

dignum auditu,& quod sátis probâri possit. Male hærentes,male fixos. Struas efficias: & est secunda persona pro tertia,& strúas pro strues eleganter pósitum, tempus pro témpore. Non pares.non parabis. Ascensum. cuius causa maxime efficiuntur scalæ. Si.adaptatio similitudinis. Victum. fatigatum. Et fractum. pénitùs debilitâtũ. Quid.quasi dicat nihil. Dignum aúribus. dignum auditu.

Probâbile.quod probâri & placére possit.Veni ad nomen Cæsâris.i.cum fuit mihi nominandus Cæsar.

Contremísco.propter timorem. Non illius. dicit se non trémere propter timorem pœnæ,quam expectat à Cæsare:sed propter timoremeius iudicii, de qua uoluntate & propósito scriptorum, ne fortasse in aliam partem accipiat,quàm scripserat Cæcinna, &iúdicet aliter,quàm ipse sénserit. Pœnæ.punitionis. Totum Cæsarem.i.totum ánimum Cæsaris.Loquetur secum.dicit intra se ea,quæ de eo scripsi. Hoc probâbit.aliud dicet benè scriptum esse. Suspitiósum est.quia p otest trahi ad uituperium suũ. Quid si.ratiocinâtur secum Cæcinna, & dicit se non posse non timére iudiciũ Cæsâris: quia si etiam mutet id, quod est suspitiósum,uerétur ne peius sit. Age laudo, scílicet Cæsarem, uel laudo aliquem.i.scribo de laudibus alicuius. Non offendo, scílicet cum laudo aliquem. Cum offendam.i.quanuis offendam. Quid si.ratio est quare offendat,cum tamen nõ offendat, quia fortasse non iuuit Cæ.Cæcinnam aliquem laudâre. Armâti.i.mei,qui adhuc gero bellum cum eo. Victi.scílicet mei.i.quid faciet,cum ero uictus. Auges timorem.facis me magis timére. In oratore.in libro, quem de oratore scripsísti. Caues.próuides tibi.Per Brutum.quem facis loqui de Cæsare,times ne tu uideâris de eo locútus esse. Socium.nam quod multis peccátur,multum est:quæris ergo socium Brutum, ne uideâris solus cum offendísse.

❡AVTEM.i.sed,quis ignorat, hoc genus scripturæ, quo publice gesta scribuntur,debere esse non modo.i. non solum liberum,scílicet ab omni formidine.& fauore, sed supple etiam incitatum.i.stimulatum & uehemens,atque latum.i.diffusum quasi dicat,nemo. Maledicere alteri putatur esse solutum.i. liberum legibus, tamen cauendum est ne incidas in petulantiam. Laudare seipsum putatur esse impeditum, ne uitium arrogantiæ subsequatur,uerum.i.sed,solum laudare alterum putatur liberum, de quo scílicet genere laudãdi, quicquid detrahas,necesse est sup.ut assignetur,aut infirmitati, aut inuidiæ. At nescio an acciderit tibi ô Cicero,gratius.i.utilius & oportunius scílicet ꝙ parce, quàm si prolixe te laudarim. Nam primum.i.prima lex,aut primum decorum erat,non attingere,quod non poteram scílicet perficere, præclare quales putat laudes Ciceronis,secundum sup.erat fácere beneficium,quàm peritissime.i.calidissime,hoc autem fit dissimulâter laudando,nam qui in laudem propensior est minus proficit,ꝙ deuinctus putatur,sed tamen, ego quidẽ sustinui me.i.personam historiographi iussi minui multa,& me quidem.i.non saltem posui.i.attigi complura. Quemadmodum & c.Probat se in ea perturbatione non potuisse seruare decorum scribendi, dicens. Igitur quemadmodum si gradus scalarum tollas.i.auferas,álios.i.quosdam,& incidas alios, relinquas nonnullos male hærentes.i.infixos,tu strúas periculum ruinæ,& non pares ascensum.sic studium scribendi tum,i. ꝙ tim uictum,tum.i.partim fractum,tot malis.i.aduersis rebus. Quid potest afferre dignum auribus,aut probabile.q.d.nimirum nihil. Vero.i.sed cũ ueni ad nomen ipsius Cæsaris,ego contremísco,plus est,q̃ si dicat ego contremui.q.d.adhuc timorem perseuerare,toto corpore,nõ metu pœnæ.s.inferendæ à Cæsa.sed iudicio,aut metu iudicii ipsius.i.propter iudicium faciendum de ipso Cæsare,non enim noui totum Cęsarem.i.animum eius,aut propter iudicium,quod de scriptis meis facturus sit Cæ.Nam quem animum putas esse sup.scriptori,ubi loquetur secum,dicens sup.Cæ.probabit hoc uerbum: hoc uerbum est suspitiosum.i. quod in malam partem interpretari possit,quid sup.erit si ego muto hoc.s.uerbum,at uereor ne sit peius.s.quod in illius locum inferetur. Age uero,est in deliberando adhortantis, & disputantis contra remorsum conscientiæ, si ego laudo aliquem.num.i.nunquid offendo.q.d.non, alii textus habent non,& in idem redit.Vero.i.sed,cum .i.quanuis,offendam,quid sup.fiet,si non uult.i.non admittit genus scribendi. Ipse persequitur stilum armati.s.adhuc contra se,& ita publici hostis,quid faciet sup.de stilo uicti,& nondum restituti.q.d. multo magis persequetur. Tu etiam ô Cice.auges mihi timorem, qui caues.i.prospicis tibi in oratore tuo.i. in libro de oratore per Brutum,& quæris socium ad excusationem.s.scripti.

Vbi hoc omnium patron⁹ facit,quid me veterem tuum, nunc omnium clientem sentire oportet? IN HAC IGITVR calumnia timoris,& cæcæ suspitionis tormento, cum plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribantur, quàm difficile sit euadere

❡VRI.sensus est:si tu patronus & defẽsor omniũ times loqui de Cæsare,quid oportet me facere,q̃ nullius sum patronus,sed uerus cliens tuus, & à te sæpe defensus. Sentire.existimâre, iudicare quasi dicat oportet me multo magis timére. Calumnia.uexatióne.Calumniari enim interdum significat per fraudem, & rationem subdolosam uincendi causa litibus alium uexare. Tormento.cruciatu. Cæcæ.occultæ. Ad coniecturam.ad existimationem. Alieni sensus.alienæ interpretationis,& intellectus. Euadere.effugere,ne quenquam offendam,& periculum incurrem.

HVBER.

Calũniari

incutrem. Minus.non. Sentimus.cognoscimus cũ damno nostro. Auferret.à te postquam legisses,reciperes,& promitteres, & susciperes onus corrigendi. Hoc est. declarat quam correctionem uellet fieri libro suo à Cicerone,scilicet ut totus fieret nouus. De itinere Asiatico.habebat Cæcinna quædam negocia in Asia,ut in sequẽti epistola uidebimus, ad quæ perficienda cupiebat proficisci,quo quidem itinere dicit se supersedisse,quia Cicero ita iusserat. Feci ut imperasti.id est,supersedi eo itinere sicut tu uoluisti. Quid horter? quasi dicat nihil: quia scio non esse opus. Tempus.i.ita infœlix. Constitui.cœpi cõsilium & deliberationem aliquam. Nec expectes filium meum.i.ne respicias filium,& speres,ut ipse pro me agat. Omnia.dicit filium suum uariis rebus impediri,quominus possit omnia cogitare, quæ debet pro patre. Aetate.quia puer est, & imperitus rerũ, Studio literarum.quo est occupatus. Tenes.intelligis. Capiatur.delectetur, & maxime inescetur. Hora.in sermo. Te coniunx aliena capit meretricula Dauum. Proficiscantur. exeant & initium capiant.

Per te.opera tua:est autem sensus: oportet ut omnia incipias & finias. Tui muneris.tui officii. Vt facias rogatus. ut facias precibus, uel meis, uel filii mei,nam ait ipse Cic.in Lælio,certandum est beneficiis nec expectandum ut rogemur. Magnũ,scilicet ꝙ rogatus facias.de differentia magni & ampli diximus lib.primo,epistola tertia ad P.Len. Sed totum tuum onus.subaudi persuaseris:est autem ordo: perficies, scilicet omnia de me, si persuaseris tibi non esse tuũ munus, ut facias,si fueris rogatus, id quamquàm & cæ.sed persuaseris tibi totum onus esse tuum & cæ. Nisi forte. modestissimus est excusationis modus.

Stulte.insipienter. In miseria.quæ facit hominẽ minus consideratum. Aut impudenter in amicitia. .i.nimis audacter fretus amicitia nostra.Vtrique rei, scilicet stultitiæ in miseria,& impudẽtiæ in amicitia.

Consuetudo tuæuitæ.i.uita tua,quæ consueuit esse humanissima.Laborare pro amicis.suscipere negocia,& causas,amicorum causa. Non iam sic sperant .i.non habent spẽ amici tui,ut eos defẽdas,sed quod plus est,imperant tibi. Ne exeat ille liber è manibus tuis. Aut.subaudi si uis,ꝙ exeat. Ita corrigas,ita amoueas omnia errata.Ne noceat mihi. etiam si uenerit in manus inimicorum.

ASCEN. ℣BI tu patronus .i.defensor hominum,scilicet eorum,facis hoc.i.quæris socium ad excusationem, qd oportet me ueterem clientem tuum, nunc clientem omnium, quia omnium egẽtem patrocinio sentire?

Igitur cum plurima scribantur in hac calumnia timoris,& in tormento suspitionis cæcæ.i. occultę, ad coniecturam sensus alieni, non ad iudicium suum.i. proprium.quàm,id est quãtum, difficile sit euadere scilicet culpam,si ei minus.i.non satis expertus,quasi dicat difficilimũ,sed nos sentimus,ꝙ ingenium sũmũ & excellens,armauit.i.muniuit te ad omnia, scilicet quæ uelis scribenda, & obeunda. Sed tamen ego dixeram filio sup.ut legeret tibi librum,& auferret,scilicet lectum,aut daret,scilicet tibi,ea conditione si reciperes, id est promitteres te correcturum, hoc est si faceres totum alium, hoc per modestiam dicit.

Ego feci de itinere Asiatico.i.quod in Asiam mihi assignasti,ut.i.quemadmodum,imperasti, quamquàm.i. tametsi,summa necessitas.i.penuria rerum premebat me. Quid horter te, sup.facere pro me.tu uides tempus uenisse,quo sit necesse constitui de nobis,aut reducendo,aut perpetuo exilio damnando. O Cice.nihil est quod.i.propter quod expectes filium meum.i.officium filii mei,ipse est adulescens, non omnia potest excogitare,uel studio,aut quia aliis rebus adhuc studet,aut quia nondum satis studuit,uel ætate,quia per ætatem non licuit.Senibus enim maior est rerum experientia,uel metu.i.quia metuit Cælà. ut quem patri iratũ scit,oportet supple ut tu sustineas totum negocium supple meum, aut de me restituendo. Omnis spes est mihi in te,tu tenes.i.intelligis pro tua prudentia.i. propter prudentiam tuam, quibus rebus Cæ.gaudeat,& quibus capiatur.i.afficiatur,oblectetur uehementer, ita ut captus uideatur: necesse est sup.ut omnia.s.quæ

pro me

si minus expertus es, quod te ad omnia summum, atque excellens armauit ingenium,nos sentimus. Sed tamn ego filio dixeram, librum tibi legeret,& auferret: aut ea conditione daret, si reciperes te correcturum,hoc est,si totum alium faceres. De Asiatico itinere, quamquàm summa necessitas premebat, vt imperasti, feci. Te pro me quid horter? vides tempus venisse, quo necesse sit de nobis constitui. Nihil est mi Cicero, quòd filium meum expectes:adolescens est,omnia excogitare, vel studio, vel ætate, vel metu non potest. Totum negocium tu sustineas oportet,in te mihi oĩs spes est. Tu pro tua prudentia,quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Cæsar,tenes.à te omnia proficiscantur,& per te ad exitum perducantur, necesse est. apud ipsum multum, apud eius omneis plurimum potes. Vnũ si tibi persuaseris,non hoc esse tui muneris,si quid rogatus fueris,vt facias (quamquàm id magnum & amplum est) sed totum tuum esse: omne onus perficies. nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. Sed vtrique rei excusationem, tuæ vitæ consuetudo dat.nam quod ita consueuisti pro amicis laborare, non iam sic sperant abs te, sed etiam sic imperant tibi familiares. Quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto à te, ne exeat: aut ita corrigas, ne mihi noceat. Vale.

Ex.vii.Epist.Quod tibi non.

℣Nec ea res mihi inepte noceret,cum præsertim ad huc stili pœnas debet.Qua quidẽ in re singulari sum tantũ.Nam cum emendandum scripturæ litura tollatur. Nemo nostrum est,ut opinor, quin uota uictoriæ suæ fecerit. Tamen cauendum est, ne in petulã tiam incidas impudicam. Quid si hæc omitto? Age uero laudo aliquem?

nem per te. Tu potes multum apud ipsum,scilicet Cæsarem,& potes plurimum apud amicos eius,quod Cicero ipse scripserat epistola superiore his uerbis.Nunc hoc amplius, quòd me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur,familiares quidẽ eius secuti neminem. Si persuaseris tibi unum, scilicet hoc quod sequitur,hoc non esse muneris tui,id est non pertinere ad munificẽtiam tuam,ut facias si fueris rogatus,quid,id est aliquid, & supple aliter non, quamquam id.i.facere quod rogatus fueris, est magnum & amplum, sed persuaseris tibi, omne onus esse tuum,tu perficies,scilicet uotum meum de reditu, nisi forte ego impono tibi onus nimis stul tũ in miseria,id est eo quòd sum miser, & miseris uicina est stultitia, id est nimia affectio fœlicioris status, aut nimis impudenter,id est inuerecunde in amicitia,id est eo quòd sum tibi coniunctus uetere amicitia,licet autem amicorum deberent omnia esse communia, impudentis tamen esset omnia expostulare. Sed consuetudo tuæ uitæ,qui facilis & beneficus in omnes esse soles,dat utrique rei,scilicet & stultitiæ & impudentiæ excusationem. Nam quòd.i.quia tu consueuisti laborare pro amicis ita.i.tam attente, & accurate, ut omnia pro ipsis audeas,ut patuit de Milone, & aliis multis, quos in causa difficilima defendit, & absolutos reddidit. familiares.s. tui,non sperant,iam sic.s.te,pro se facturũ,quod tamen magnũ esset,nam non speramus nisi de quibus spes sit, sed imperant etiam tibi,sic.i.& stulte & impudenter,& tamen fœliciter,quia quæ imperant impetrant. Est ergo epistola imitatione digna,& ideo à Cicerone Ciceronis libro cum Ciceronianis collecta, & perpetuitate donata.Nam non est dubium nisi longe plures,aut responsiuas,aut à Cicerone scriptas fuisse, sed eas duntaxat conseruatas in rebus,aut dicendi maior est uenustas,aut ad eas,quæ conseruatæ sunt intelligendas maior opportunitas. Quod attinet ad librum.i.historiarum bellorum ciuilium,quem filius dabit tibi,peto ne exeat à te, aut ut corrigas ita ne noceat mihi.Prius autem dictum est.Sed tamen ego filio dixerã librum tibi legeret,& auferret,aut ea conditione daret si reciperes te correcturum, hoc est sit totum aliud faceres. Modestius ergo in sua persona de libro statuit in filii,nam non auferendum,sed sic duntaxat corrigendum,ut non noceat,monet.

Suasoria.

M. C. A. Cæcinnæ. S. D.

VM esset mecũ Largus homo tui studiosus locũtº,cal. Ianuarias tibi præfinitas esse: quòd omnibus in rebus perspexeram, quæ Balbus & Oppius ablente Cæsare egissent,ea solêre illi rata esse,egi vehementèr cum his, vt hoc mihi darent,tibi in Sicilia,quoad vellemus, vti esse licêret. Qui mihi consuessent,aut libentèr pollicêri,si quid esset eiúsmodi,quod eorum ánimos non offénderet, aut etiam negâre & afferre rationẽ, cur negârent: huic meæ rogatióni potiùs non continuò respondêrunt, eodem die tamẽ ad me reuertêrũt:mihi hoc dedêrũt, vt esses in Sicilia,quoad velles, se præstaturos, nihil ex eo te offensionis habiturũ. Quum quid tibi permittâtur cognouisti: quid mihi pláceat, puto te scîre oportêre.

CVM esset.Cæcinna,ut suprà diximus, urbe prohibitus edicto Cæsaris erat in Sicilia.consulúerat autẽ Cic.censeret ne ei diutiùs commorãdum in ipsa Sicilia, an in Asia proficiscendũ quasi permitterẽtur ei esse in ipsa Sicilia si uellet,cum per edictum Cæsaris non licêret esse ultra calendas Ianuarias. Id enim tempus præfinitùm ei fúerat à Cęsare,Cic.qui interrogáuerat Balbum,& Oppium intimos Cæsaris,qui eius mentem nossent & exequerẽtur: scribit quid ei líceat fácere,quantum audiuit ab istis. Deinde dat cõsilium suum,ut cõmorêtur in Sicilia potiùs quàm in Asiam, & addûcit rationes huius consilii. Postremò pollicetur se commendatûrum eum Tit. Furfano, & cæteris familiáribus suis, cum primùm Mutina redírent. dicit ex petitione amicôrum Cæcinnæ scripsísse líteras commendatitias ad Furfanum pro ipso Cæcinna,quorum exemplum infra scribit. Studiósus, tui amator. Præfinîtas.assignâtas,determinâtas. Quod. quia. Rata.firma,stabilita. Illi.Cæsari,id est Cæsarem approbâre oĩa,quæ illi egissent. Egi cum his.rogâui eos. Darent concéderẽt,fácerent mihi hanc gratiam. Liceret tibi permitterẽtur tibi,darêtur tibi licentia. Esse. cõmorâri. Quoad.quousque, quãdiu. Qui mihi. subaudi ipsi. Non offénderet, id est qui non consuecuissent mihi promittere& concédere libẽter si quid esset quod nõ displicêret eis. Et afferre rationem. quod signum grauium uirôrum, & amicôrum. Huic rogationi.quam de te féceram,ut licêret tibi esse in Sicilia. Non continuò.non statim,ut solẽbant,petiuerunt esse enim spacium ad respondendum. Tamen. licèt non continuò respondissent. Eodem die. quo de te rogáueram. Dedêrunt.uel dixêrunt.ut Virg.Sed tamen iste deus qui sit da Tityre nobis,id est dic, uel permisẽrunt,& concesserunt.nam supra dixit,ut darent hoc mihi. Præstatûros. effecturos. Nihil offensionis habiturum,id est quod nemo te offendet. Ex eo.scilicet quòd morêris in Sicilia,quamdiu uoles. Quando.quoniã. Oportêre.decêre. Quid pláceat mihi.quid cénseam tibi esse faciendum. HVBER.

Dedêrunt

Actis his rebus literæ à te mihi sunt réddítæ,quibus à me cõsilium petis,quòd sum tibi author in Sicilia ne subsídas, an vt ad reliquias Asiaticæ negociationis proficiscâre. Hæc tua deliberatio non mihi conuenîre visa est cum oratione Largi. Ille enim mecum, tibi non licêre in Sicilia

℣ACTIS his rebus.impetrata à Balbo, & Oppio cõmoratione tua in Gallia. A te. nomine tuo. Sum author tibi.cónsulam tibi: & dicitur sum tibi author huius rei,& huic rei.Terent.in Adel. His rebus quis author. Subsídeas.remáneas.Vir.Ima galea subsêdit Acestes,licet eo loco alii sensus afferantur. Reliquias. id est ad ea, quæ ex negociatione, quã habes in Africa tibi restant agenda,ut epistola superiori de Asiatico itínere &c. Deliberatio. utrum remáneas in Sicilia, an proficiscâre in Asiam. Conuenîre. concordâre, con-

HVBER.

X.i. sentíre,

sentire, ut illud Ouidianum. Non bene conueniunt, nec in una sede morantur Maiestas & amor. Ille.Largus loquutus est mecum,tanquam non permitteretur tibi remanere in Sicilia,tu uero petis consilium,quasi sit in tua potestate remanere,uel non. Siue hoc.quod tibi sit cōcessum. Siue illud quod nō liceret tibi diutius commorari,ut locutus est mecū Largus. Censeo. iudico, consulo. Propinquitas. ratio quare censeat commorandum in Sicilia, & est duplex, quia propter propinquitatem crebriores literas, & nuncios mittere poterit ad impetrandum reditum deinde,quia impetrato celerius poterit Romam redire ex Sicilia,quàm ex Asia. Impetrandum.obtinendum, scilicet reditum tuum,à Cæsare.

diutius commorari,ita loquutus erat:tu autem quasi concessum sit ita deliberas. Sed ego,siue hoc,siue illud est, in Sicilia cēseo commorandum. Propinquitas locorū,vel ad impetrādum adiuuat crebris literis, & nunciis,vel ad reditus celeritatē,re aut impetrata, aut qđ spero, aliqua rōne cōfecta.

Universidad de Deusto Biblioteca

ASCEN. CVM esset mecum &c. Cæcinna urbe prohibitus, & in Sicilia ad calendas usque Ianuar. manere permissus, consuluerat Ciceronem an contra prohibitionem Cæsaris in Sicilia amplius maneret, an in Asiam proficiscatur,Cicero itaque cum amicis Cæsaris se egisse significat,ut illic manere possit,licet non bene impetrarit, consulit tamen ut potius immoretur, polliceturque se commendaturum Cæcinnam familiaribus Cæsaris, & pro eo ad ipsum scripturum. Ordo est. Cum Largus homo studiosus tui, id est studens multum saluti & utilitati tuæ,esset loquutus mecū, calendas Ianuarias esse præfinitas,id est limitatas,& præfixas tibi,ne amplius esses in Sicilia,quod,id est quia,ego perspexeram,id est cognoueram ea,quæ Balbus, & Oppius egissent, Cæsare absente,solere esse rata,id est firma,& approbata illi,scilicet Cæsari,ego egi uehementer cum iis,ut darent,id est concederent tibi hoc,uti liceret tibi esse in Sicilia,quoad.i. quādiu uellemus. Qui.scilicet Balbus, & Oppius,cum consueuissent,aut polliceri mihi libenter siquid esset eiusmodi,quod nō offenderat animos eorum, aut etiam negare,& afferre rationem cur negarent,potius,id est libentius,non responderunt huic rationi meæ,ipsi tamē reuerterunt eodem die ad me,& supple dederunt,id est permiserunt,aut cōcesserunt mihi hoc, ut esses in Gallia quoad uelles,& supple præstaturos, dicitur ergo utrunque præstaturus & præstiturus, te nihil offensionis habiturum supple esse,ex ea re.

Ordo

HVBER. T. Furfano. is erat ea tempestate prætor in Sicilia. Legatis.qui dabantur pretoribus,consulibus,proconsulibus,& imperatorib⁹. Mutinæ. quæ urbs est Italiæ non longe à regione Lepidi. Similium tui. id est doctorum,& bonorum. studiosi.amatores. Venient in mentem.cogitabo. Mea sponte. per meipsum. De eo.scilicet quod ignorabo. Admonitus. factus certior,uel à te,uel aliis. Vincam studia omnium,id est ero omnium studiosissimus, & diligentissimus pro te. Coram. uerbis,&, ut ita dixerim præsentialiter. Ita. ut nihil sit opus literis meis, id est & si ita diligenter de te ei dicam, non sit necesse me scribere ad eum literas commendatitias de te,tamen,ut tuis morem gererem,scripsi literas, quas ei redderes. Earum.literarum mearum. Exemplum.copia, exemplum autē posterius,exemplar prius,unde exemplum sumitur.

Mutina.

ASCEN. QVANDO. id est quoniam,tu cognouisti,quid permittatur tibi, puto oportere te scire quid placeat mihi, his rebus actis. i. postquam hæ res essent actæ. literæ sunt redditæ mihi à te, id est quæ missæ erant à te quibus petis cōsilium à me, quod sim tibi author, id est approbator & consultor ne,id est an,subsidas,id est locū manēdi capias in Sicilia prouincia,an ut proficiscare ad reliquias negociatiōis Asiaticæ,id est quæ in Asia obeunda susceperas. Hæc deliberatio tua non est uisa mihi conuenire cum oratione, id est sermone Largi.Ille enim locutus erat mecum ita, quasi non liceret tibi commorari diutius in Sicilia,tu autem deliberas ita, quasi concessum sit tibi. Sed siue hoc.s.quod tu innuisti, siue illud quod Largus dixit, est: ego censeo commorandum tibi in Sicilia. Nam supple propinquitas locorum adiuuat,uel ad impetrandum, scilicet reditum,crebris literis,& nunciis,uel ad celeritatem reditus,re aut impetrata,aut confecta,id est trāsacta, quod spero,aliqua ratione. Quamobrem censeo magnopere commorandum, supple esse in Sicilia. Ego commendabo te diligentissime Tito Furfano Posthumio familiari meo, & legatis eius,item, id est similiter, familiaribus meis,cum uenerint,scilicet in urbem. Erant enim,scilicet cum hæc scriberem,omnes Mutinę, id est in ea urbe Italiæ non longe mea sponte à Bononia,uiri sunt optimi,& studiosi similium tibi,ingeniosi, & necessarii mei.id est necessitate coniuncti. Ego faciam mea sponte, id est etiā non rogatus à te, ea,quæ arbitrabor pertinere ad te. Si ego ignorabo quid,id est aliquid,scilicet pertinens ad te,ego admonitus, id est cum fuero admonitus,uincam,id est superabo,studia omnium. Ego etsi loquar cum Tito Furfano, scilicet Posthumio de te,coram,id est in præsentia eius,ut nihil opus sit tibi literis meis ad eum, tamen quoniam placuit tuis, scilicet necessariis,& amicis,habere literas meas,quas redderes ei,ego gessi ita his,scilicet tuis morē, id est illis, obsecutus sum,exemplum earum literarum est scriptum infra,id est quod sequitur.

Quamobrem censeo magnopere commorandum. Tito Furfano, Posthumio familiari meo,legatisque eius,item meis familiaribus diligentissime te commendabo, cum venerint. Erant enim omnes Mutinæ:viri sunt optimi, & tui similiū studiosi,& mei necessarii. Quæ mihi venient in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabor, ea mea sponte faciam. Si quid ignorabo de eo admonitus omnium studia vincam. Ego & si coram de te cum Furfano ita loquar, vt tibi literis meis ad eum nihil op⁹ sit, tamen quoniam tuis placuit, te habere meas literas,quas ei redderes,morem his gessi. Earum literarū exemplū infra scriptum est. Vale.

CVM

M. C. Furfano procos. S. DEPIS.9.

CVm Aulo Cæcinna tanta mihi familiaritas, consuetudoq; semper fuit, vt nulla maior esse posſit. Nam & patre eius claro homine, & forti viro plurimum vsi sumus: & hunc à puero, quod & spem mihi magnam afferebat summæ probitatis, summæq; eloquētiæ,& viuebat mecū cōiunctissime, non solum officiis amicitiæ, sed etiam studiis communibus, sic semper dilexi, vt non vllo cum homine coniunctius viuerem. Nihil attinet me plura scribere: quod mihi necesse sit, eius salutem, & fortunas, quibuscunque rebus possim, tueri, vt vides. Reliquum est, vt cum cognorim pluribus rebus, quid tu & de bonorum fortuna, & de reipub. calamitatibus sentires, nihil à te petam, nisi vt ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cæcinnam habiturus esses, tātus cumulus accedat cōmendatione mea, quanti me à te fieri intelligo. Hoc mihi grati⁹ facere nihil potes. Vale.

CVM Aulo.Hac epistola Cice.commendat Tito Furfano Cæcinnam, ostendens causam esse sibi iustissimæ commendationis,& ex amicitia,quę sibi fuit cum eius patre uiro claro,& ex consuetudine & familiaritate,quam cum eo habuerit usque à pueritia,& postremo ratione communium studiorum. Itaque rogat Cice. T.Furfanum,ut ad id,quod sua sponte esset facturus erga Cæcinnam, tantus cumulus accedat eius commendatione, quanti scit se fieri ab ipso Furfano, id esse fore sibi gratissimum. Consuetudo. conuersatio. Et spem. rhetorice de puero spem dixit,non autem facta. Eloquentiæ.in eo futuræ. Probitatis.uirtutis. Studiis communibus.literarum,quibus ambo operam damus. Attinet.opus est. Necesse est.pro amicitia, quæ mihi cum eo est. Salutem. uitam, incolumitatem eius Cæcinnæ. Fortunas.res,patrimonium. Tueri.defendere. Reliquum est. restat. Bonorum. ciuium. Fortuna.statu, conditione. Sentires.iudicares, quia cognoui te existimare indignum esse bonos uiros aduersa fortuna uexari. Volūtatem. benefaciendi Cæcinnæ. Cumulus.augmētum. Accedat.adiungatur. Quanti.id est quāti me facis,& quantum me amas,tanto plus causa mea augeas uoluntatē, quam per teipsum. Habiturus esses. erga ipsum bene dispositum. HVBER.

CVM Aulo &c. Commendatio est, quam in fine superioris epistolæ promisit. Ordo est. Tanta familiaritas, & consuetudo fuit mihi semper cum Aulo Cæcinna, ut nulla esset maior. Nam nos usi sumus plurimum patre eius homine claro, & uiro forti, & semper dilexi à puero, hunc, scilicet Aulum, quod, id est quia,& id est simul, afferebat mihi spem summæ eloquentiæ, id est simul,uiuebat mecum coniunctissime, non solum officiis amicitiæ,sed etiam studiis communibus,scilicet eloquentiæ,& postea auguralis scientiæ, sic inquam dilexi, ut cum nullo homine uiuerem coniunctius. Nihil attinet, scilicet ad rem, me scribere plura,quod necesse est mihi tueri,id est protegere,salutem & fortunas eius,quibuscunque rebus posſim,ut uides. Reliquum est,ut cum,id est postquam,cognorim,id est cognouerim,pluribus rebus,quid tu sentires de fortuna bonorum,scilicet uirorum,& de calamitatibus reipub.nihil petam à te, nisi ut tantus cumulus accedat cōmendatione mea ad eam uoluntatem, quam habiturus es tua sponte erga Cæcinnam, quanti ego intelligo me fieri,id est æstimari à te,quasi dicat quicquid pro me facturus sis pro illo facias. Nihil gratius potes facere mihi, quàm hoc,id est habere Cæcinnam tibi quàm commendatissimum. ASCEN.

M.C. Trebatio. S. DEPIS.IO.

confirmatoria

EGo quanti te faciam, semperq; fecerim, quanti me à te fieri, intellexerī, sum mihi ipse testis. Nam & consilium tuum, vel casus poti⁹ diutius in armis ciuilibus commorandi, sēper mihi magno dolori fuit:& hic euentus, q̄ tardi⁹ quàm est æquum, & quàm ego vellem, *receperis fortunam,& dignitatē tuam, mihi non minori curæ est, quàm tibi sēper fuerint casus mei. Itaq; & Posthumuleno,& Sestio,& sæpissime Attico nostro,

EGO. Trebatius ciuis Romanus eadē causa,qua Marcellus, Sulpitius, Figulus, & plerique alii,& patria,& fortunis suis carebat, prohibebatur autem eo magis à Cęsare redire in patriam,quo non statim discesserat à bello Pōp. sed diutius perseuerauerat,licet semper maluisset pacē,quàm bellum.Itaq; Ci. declarat,quàm cupidus sit satisfacere, & eius liberis quacunque re possit.Deinde dicit,quod si posset tantum gratia,& authoritate quantum deberet posse in ea patria de qua est optime meritus, non passus esset Trebatium diutius carere patria,& fortunis suis,pollicetur autem,quicquid potest apud Cæsarem, & eius familiares. Postremo excusat quare antea ad eū nō scripserit,quod neque putabat eum cōsolandum,qui fortiter & sapienter ferret fortunam,neq; erat quod polliceretur,quod nunc se habere dicit. Sum testis mihi, id est scio. Quanti faciam. quanti existimem. Vel casus potius.correctio,quasi dicat quodam casu, & infortunio potius commoratus es in bellis ciuilibus, q̄ consilio, quod dolui. Euentus. hæc mala fortuna. Quod.quia, & est declaratio huius euētus. Aequum. iustum & debitum. Reciperes. recuperares. Minori curæ. minori molestiæ. Quam fuerint casus mei tibi,id est quàm,fuerint tibi infortunia mea,cum iniuste eiectus sum è patria. Posthumuleno & Sestio,hi omnes amici erant Trebatio,quibus Cic.apparuit,quo animo esset in ipsum Trebatium. HVBER.

RECVPERARAS fortunam. Quia Medicæus RECIPERAS habet, ego olim scripsi RECVPERAS, quēadmodum tunc adnotaui.Alii RECVPERES malunt,res sane parui ponderis:sed mea ut arbitror lectio uerior. *P.V.C.

HVBER. PROXIME. nuperrime. Patefeci.me totum indicaui, omnem animũ meũ aperui, ut ita dixerim, pectus meum. Singulis. omnibus ad unum, omnibus ſeparatim. Satiſfacere. officium meum præſtare, facere quod à me expectas. Id. ſcilicet me cupere, ſatiſfacere tibi, & tuis liberis, quacunque re poſſim. Hæc. ſcilicet quæ ſequuntur, operam, fidem, &c. Quæ in poteſtate mea ſunt. quæ poſſum præſtare. Parata. eleganter per neutrum genus adiectiuum reſpondetur pluribus ſubſtãtiuis, unius, uel diuerſi generis, ut hic, & Saluſtius in Iugurthino. Pleroſque uelocitas, & regio hoſtibus ignara tutata ſunt. & multis aliis locis inuenitur ſimilis conſtructio. Ita meritus ſum. propter immortalia mea in eam beneficia. Is. talis. Qui. qualis. Cum &c. Tũ. maxime. Ordinis. ſenatorii. Princeps. primus. Eadem cauſa. defendendæ patriæ. Cecidit. ex gradu dignitatis ſuæ delapſus eſt. Illa. quæ ſupra ſcripſi, operam, conſilium, rem, fidem. Ex aliqua parte. non integre neq; plene in poteſtate mea. Ex reliquiis priſtinæ dignitatis, id eſt ex his, quæ mihi de priſtina dignitate ſunt relicta. Priſtinę. prioris, ſolitæ. Neque enim. arguit à perſona Cæ. à qua dicit non eſſe à ſe alienum. Deuincti. aſtricti, obligati. Caſu. quia eis præſtiteram beneficia nulla tali intentione & cauſa. Obſeruant. reſpiciunt, reuerentur. Si quis aditus erit. ſi potero ipſum adire, & alloqui. Incolumitate. ſalute, ut reſtituatur tibi, & patria, & priſtina dignitas. Quod. quam rem, ut pro tua incolumitate agam. Adducor. perſuadeo. Per me. mea ſpõte. Et moliar, id eſt enitar. ꝓ omnibus uiribus utar, ordo eſt: itaq; ſi quis aditus erit mihi, ipſe agam per me, & moliar de tuis fortunis, id eſt de tua incolumitate, in qua ſunt omnia agenda, quod quidem, ut ſperem, adducor magis ex ſermonibus eorum. Perſequi dicere. Singula pro te facturus ſum. Vniuerſum ſtudium. totam diligentiam, & fauorem meum. Defero ad te. tibi attribuo.

proximeq; Theudæ liberto tuo totum me patefeci: & hæc his ſingulis ſæpe dixi, quacunq; re poſſem, me tibi, & liberis tuis ſatiſfacere cupere: idque tu ad tuos velim ſcribas: hæc quidem certe, quæ in poteſtate mea ſunt, vt operam, conſilium, rem, fidem meam, ſibi ad omneis res paratam putent. Si authoritate & gratia tantũ poſſem, quantum in ea repu. de qua ita merit⁹ ſum, poſſe deberem: tu quoque is eſſes qui fuiſti, cum omni gradu ampliſsimo digniſsimus, tum certe ordinis tui facile princeps. Sed quum eodem tempore, eademque de cauſa noſtrum vterque cecidit: tibi & illa polliceor, quæ ſupra ſcripſi, quæ ſunt adhuc mea: & ea, quæ præterea videor mihi ex aliqua parte retinere tanquam ex reliquiis priſtinæ dignitatis. Neque enim ipſe Cæſar, vt multis rebus intelligere potui, eſt alien⁹ à nobis: & oẽs fere familiariſſimi eius caſu deuincti magnis meis veteribus officiis, me diligenter obſeruant & colunt. Itaq; ſi quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt de tua incolumitate, in qua ſunt omnia, agendi (quod quidem quotidie magis ex eorum ſermonibus adducor vt ſperẽ) agam per me ipſe, & moliar. Singula ꝑſequi nõ eſt neceſſe: vniuerſum ſtudium meũ & beneuolẽtiam ad te defero.

ASCEN. EGO quanti &c. Trebatius ciuis Romanus egregius, ob eandem cauſam, ob quam Marcel. Sulp. Figulus, Cæcinna, & plerique alii patria, & fortunis ſuis carebant, urbe exulabat, à qua prohibebatur eo magis, quòd uicto Põpeio eius cauſam non deſeruerat. Hunc Cic. docet, quantum cupidus ſit, & ſatiſfaciẽdi, & eius liberis ſubueniendi, polliceturq; ſe pro eo interceſſurum, purgãs quòd nõ prius ſcripſerit. Ordo eſt. Ego ipſe ſum mihi teſtis, quanti faciam te, & ſemper fecerim, & quanti intellexerim me fieri à te. Nam & conſilium tuum, uel potius caſus manendi ſemper, ſcilicet poſt uictũ Pompeiũ in armis: fuit mihi magno dolori, & hic euentus, id eſt inopinatus exitus, quòd receperis fortunam, & dignitatẽ tuam tardius, quàm æquum, id eſt iuſtum eſt, & quàm ego uellem, eſt mihi non minori curæ, quàm caſus mei. i. ærumnæ meæ, fuerint tibi ſemper. Itaque id eſt & ita, ego patefeci me totum, id eſt aperui penitus animum meum Poſtumuleno, & Seſtio, & ſæpiſſime Attico noſtro, ſcilicet intimo amico, & proxime, id eſt diebus proxime præteritis, Theudæ liberto tuo, id eſt à te libertate donato, & dixi ſæpe his ſingulis hæc, me cupere ſatiſfacere tibi, & liberis, quacunque re poſſem. Et uelim ſupple ut tu ſcribas id ad tuos, ut putent quidem, id eſt ſaltem, hæc certe, id eſt indubitanter, quæ ſunt in poteſtate mea, utpote, operam, ſtudium, conſilium, rem, id eſt diuitias, fidem meam, eſſe ſupple paratam ſibi ad omnes res. Si ego poſſem authoritate, gratia tantum, quantum deberem poſſe in ea repub. ſcilicet Romana, de qua ſum meritus, ita, id eſt tam egregie, tu quoque eſſes is, qui, id eſt talis, qualis fuiſti, cum, ſcilicet ita eſſet, quòd eſſes, aut quòd es digniſſimus omni gradu ampliſſimo, tum certe ſupple eſſes, aut digniſſimus es, qui eſſes facile princeps tui ordinis, ſcilicet ſenatorii, aut potius iuriſperitorum. Sed quoniam, aut quando, id eſt, quoniam, uterque noſtrum cecidit eodem tempore, & eadem de cauſa, ego polliceor tibi, & illa quæ ſcripſi ſupra, operam, ſtudium, conſilium, rem, fidem, quæ ſunt adhuc mea, id eſt mihi non erepta, & ea, quæ uideor præter ea retinere ex aliqua parte, tanquam ex reliquiis dignitatis priſtinæ. Neque enim ipſe Cæſar, ut potui intelligere multis rebus, eſt alienus à nobis, & omnes fere familiariſsimi eius, ubi rurſus omnis cum ſuperlatiuo, quaſi deuincti, id eſt obligati, magnis meis officiis, ueteribus, ubi duo adiectiua, ſine cõiunctione media, obſeruant, ſcilicet ne offendant, & colunt diligenter me. Itaque ſi quis aditus erit mihi, ſcilicet ad Cæſarem, ipſe agam, & moliar, id eſt cum difficultate nitar, per me, id eſt ſine interceſſore, & precatore, de fortunis tuis, id eſt de incolumitate, id eſt ſalute tua. in qua, ſcilicet incolumitate tua, omnia ſunt agenda. Non eſt neceſſe perſequi ſingula, ego defero ad te, id eſt in poteſtatem, aut utilitatem tuam, uniuerſum ſtudium meum, & beneuolentiam, ſcilicet meam.

Ordo

Omnia
Nota

Sed magni mea intereſt, hoc tuos omneis ſcire: quod tuis literis fieri poteſt, vt intelligãt omnia Ciceronis patere Trebatio. Hoc eo pertinet, vt nihil exiſtiment eſſe tam difficile, quod non pro te mihi ſuſceptum iucundum ſit futurum. Antea miſiſſem ad te literas, ſi genus ſcribendi inuenirẽ. Tali enim tẽpore, aut conſolari amicorum eſt, aut polliceri. Conſolatione nõ vtebar, quod ex multis audiebã, quàm fortiter, ſapienterque ferres iniuriam temporum, quàmque te vehementer conſolaretur conſcientia factorum, & conſiliorum tuorum. quod quidem ſi facis, magnũ fructum ſtudiorum optimorũ capis, in quibus te ſcio ſemper eſſe verſatum: idque, vt facias, etiam atque etiã te hortor. Simul & illud tibi homini peritiſſimo rerũ, & exemplorum, & omnis vetuſtatis, ne ipſe quidẽ rudis, ſed in ſtudio minus fortaſſe, q̃ vellẽ & in rebus, atq; vſu plus etiam, quàm vellẽ verſatus: ſpondeo, tibi acerbitatem iſtam, & iniuriã non diuturnã fore. Nam & ipſe qui plurimum poteſt, quotidie mihi delabi ad æquitatem, & ad rerum naturam videtur: & ipſa cauſa ea eſt, vt iam ſimul cum repub. quæ in perpetuum iacere nõ poteſt, neceſſario reuiuiſcat, atque recreetur: quotidieque aliquid fit lenius, & liberalius, q̃ timebamus. Quæ quando in temporũ inclinationibus ſæpe paruis poſita ſunt, oĩa momenta obſeruabimus, neque vllũ prætermittemus tui iuuandi, & leuãdi locum. Itaq; illud alterũ, quod dixi literarũ genus quotidie mihi, vt ſpero, fiet procliuius, vt etiam polliceri poſſim: id re, quàm verbis, faciã libentius. Tu velim exiſtimes, & plureis te amicos habere, quàm qui in iſto caſu ſint, ac fuerint, quantũ quidẽ ego intelligere potuerim: & me cõcedere eorum nemini. Fortem fac animum habeas, & magnum: quod eſt in vno te. quæ ſunt in fortuna, temporibus regentur, & conſiliis noſtris prouidebuntur. Vale.

Ex. xx. Epiſtola. Ego quanti te faciam.
Sed magis mea eſt, hoc tuos omnes ſcire.

INTEREST mea, magni eſt momenti, multum ad me attinet. Quod. ſ. omnes tuos ſcire. Poteſt fieri literis tuis, ſi tu ad eos ſcripſeris. Patere. expoſita eſſe & parata. Eo. i. ad id. Tam difficile. tã graue, & laborioſum. Pro te. cauſa tui. Antea, excuſat ſe Ci. ꝙ antea non ſcripſerit. Genus. argumentũ, materiam. Inuenirem. pro inueniſſem. Tali tempore. tam miſero; eadem ſententia Ci. lib. iiii. ad P. Nigidium epiſtola, quæ incipit. Quærenti mihi. Polliceri. promittere aliquod auxilium. Iniuriam temporum. fortunã aduerſam, quam fers his temporibus, quibus Cæ. plurimum poteſt, & omnia ſub poteſtate ſua tenet: quæ enim uel bene, uel male fiunt, interdũ temporibus aſcribuntur. Conſcientia. uſitatiſsima cõſolatio Ci. ad omnes amicos, ad quos ſcribit in calamitatibus poſitos. Quod ſi facis. ut conſcientia tuorum, & factorum, & conſiliorum te conſoletur. Capis fructum. colligis & accipis magnum fructũ ex ſtudiis literarũ, quibus operã dediſti, quæ nihil aliud præcipiunt, quàm res aduerſas fortiter ſapienterq; ferre. Etiam atq; etiam. uehementer Vt facias id. ut conſolationẽ capias ex bona conſcientia tua. Simul etiam, & præterea: & eſt ſenſus: prę terea homini doctiſsimo, & rerum, & exemplorum, ego qui non ſum omnino rudis, ſed fortaſſe minus uerſatus in eis, quàm uellem, polliceor & affirmo iſtam acerbitatem & iniuriã, quã nunc pateris, non fore diuturnã. Rerum. quas uidiſti. Exemplorum. quæ maxime ſunt demonſtratiua rerum, & plurimum ualent ad imitationem: ſic ad Sulpitium, cuius epiſtola in lib. iiii. nec enim clarorum, quos ſimiles debemus eſſe exemplo, neque doctiſsimorum, quos ſemper coluiſti, præcepta te fugiunt. Ipſe. Cæ. Delabi. deſcendere. Ad naturam rerum. quæ tempore ipſo maturantur, & quotidie mitiores fiunt. Ipſa cauſa, quã ſecuti ſumus. Reuiuiſcat. reſuſcitet, quaſi iam mortua: eſt autem tranſlatio ſumpta ab animalibus. Lenius. mitius. Quàm timebamus. i. q̃ id quod timebamus. Paruis inclinationibus temporum. paruis mutationibus temporum quia breui tempore homo mutatur. Momenta. Puncta. Perſius, Momento tpis exiit Seruus Dama. Obſeruabimus. i. diligenter inſpiciemus, quid in ſingulas horas mutetur & fiat. Leuandi. minuendi tibi labores. Locum occaſionem, opportunitatem. Illud alterum, ſcilicet pollicendi aliquid. Procliuius. pronius, magis aptũ: quia cum hæc ſit natura Cæ. quã dixit, & rerũ quotidie, ut ſpero magis potero polliceri. Id. ſ. qđ poſſum polliceri. Re. effectu. Quã uerbis. i. libentius faciã, q̃ dicã. Tu uelim. hortatur ipſum Trebatium, ut ſibi perſuadeat ſe plureis amicos habere, q̃ alios omnes, qui ſunt uel fuerint in tali caſu. Eſt autẽ mos ita dicendi eis quos uolumus conſolari, etiã ſi ita non ſit. Quantum. ꝓ inquantũ. Et me concedere. ſ. uelim exiſtimes inter tot amicos, me nemine eorum eſſe inferiorem. Qđ. ſ. habere animum fortem & magnũ. Eſt in te uno. eſt poſitum in te ſolo, qa eſt ex bonis animi. Quæ ſunt in fortuna. quæ ſunt ex bonis externis, ut puta qđ reſtituaris, & recipias dignitatẽ tuã. Tpibus. quæ ſolẽt mitigare res oẽs. Conſiliis noſtris. quibus utemur, ut rebus tuis prouideamus.

HVBER.

Reuiuiſcit.

ASCEN. SED magni intereſt mea. i. in re mea eſt, oẽs tuos. ſ. familiares & amicos. ſ. hoc. ſ. qđ, oĩa defero ad te, quod. i. quæ res, poteſt fieri tuis literis, ut intelligant omnia. i. omnes facultates Ci. patere Trebatio. Hoc. ſ. dictũ pertinet eo. i. ad id, ut ſup. tui nihil exiſtiment eſſe, tã difficile, qđ non ſit futurũ iucũdum mihi, ſuſceptũ. i. ſi fuerit pro te. Ego miſiſſem antea literas ad te, ſi inuenirem genus ſcribendi. Enim. i. quia, aut cõſolari eſt amicorum. i. ptinet ad amicos, tali tpe. ſ. tam calamitoſo, aut polliceri. ſ. opem, aut operam, & gratiã. Ego non utebar conſolatione. ſ. tui, hoc eſt, non ſum te cõſolatus, ꝙ audiebam ex multis, q̃. i. quantum, fortiter, & ſapiẽter ferres. i. patereris, & portares iniuriam temporũ.

quanque,id est & quam uehementer,conscientia factorum,& consiliorum tuorum,scilicet rectorum consolaretur te. Quod quidem si facis.i.consolationem rectorum consiliorum,& factorum recipis. Tu capis magnũ fructum.i.utilitatem studiorum optimorum,quibus ita faciundum didicisti,in quibus.s. optimis studiis, ego scio te esse uersatũ semper, idque.i.& id, & hortor te etiam,atq; etiã, ut facias id.i.magnũ fructũ sic capias. Simul iple ne quidẽ.i.nõ etiã,rudis.i.minus exercitatus,sed erudit⁹,& satis tritus,sed minus.i.rarius in studio,fortasse,q̃ uellem,& uersatus in rebus,atq; usu fortasse etiam plus,q̃ uellem,spõdeo tibi homini peritissimo rerũ, & exemplorũ,& ois uetustatis,istam acerbitatẽ,& iniuriã non fore diuturnã;nam & ipse Cæsar,qui potest plurimum,ut detur mihi delabi quotidie ad æquitatẽ,& ad naturã rerũ,quæ bonis bene esse uult,& ipsa causa.s.exiii est ea.i.talis,ut reuiuiscat,atq; recreetur necessario iam cũ rep.quæ non potest iacere in perpetuũ,& aliquid fit quotidie lenius,& liberalius,q̃ timebamus.s.à Cæs.faciendũ esse. Quæ.s.lenia,& liberalia quoniã posita sunt sæpe in paruis inclinationibus.i.ut dicunt,in influentiis temporũ.Vnde Iuuenã.Plus etenim fati ualet hora benigni,Quã si te Veneris cõmendat epistola Marti. Ad hos autẽ tẽpestiuos Cæsaris aditus putatur allusisse Virg. in.iiii.Aeneid.cum ad Annã dicit Dido de Aenea,Sola uiri moles aditus, & tempora noras. nos obseruabimus omnia momenta,neq; prætermittemus ullũ locũ.i.oportunitatẽ, iuuandi, & leuandi te. Itaq; illud alterũ genus literarũ,quod dixi.s.quo polliceamur auxiliũ,duo enim proposuit.alterũ, quo cõsolamur, alterũ quo pollicemur opem,fiet mihi ut spero quotidie procliuius.i.facilius,ut possim etiã polliceri. Sed sup.ego faciam,id quod.s.quæritur in eo genere,hoc est auxiliabor libentius re,quàm uerbis. Velim sup. ut tu existimes, &.i.simul,te habere plures amicos,q̃ qui sint ac fuerint in isto casu.s.in quo tu es, hoc est in exilio aut me certe propter fauorem Pompeio præstitum,quidem.i.tu quantum ego potuerim intelligere,& existimes me concedere, id est locum dare tanquam uictum,hoc est succumbere nemini eorum. Fac supple ut habeas animum fortem, & magnum,quod.s.habere animum fortem, & magnum, est in te uno.i.in potestate tua solius, ea quæ sunt in fortuna.i.potestate fortunæ,regentur temporibus,& prouidebuntur consiliis nostris. Vale.

HVBER. DOlabellam.Cum fauore, & intercessione Dolabellæ apud Cæ.Trebátius obtinuisset réditum in patriam,Ci.ita sibi hanc rem gratã esse ostẽdit,ut se etiam Dolabel. obligãtũ dicat,cuius operà id impetrauerit,Deinde ei gratulãt,& hortãtur,ut obliuiscãtur,eorũ,quę amisit.Postremò dicit se gaudere ea esse grata Treba.quæ p eo fecit. Obligãtus. quia nullum in me beneficium cõtulerat. Nec enim hoc subiunxit Ci.ne uideret non esse obligãtus Dolabel. eius culpã,sed quod nõ accíderat Ci.ut opus esset eius ópera,& officio. Opus esse.s.eius. Beneficio.in me. Debẽbat.erat obligãtus.Eius pericu. cũ eum defendi bis, ut lib.iii.epist.quæ incipit.Cum est ad nos allatũ.illud uero permirũ ãccidit tantam temeritatẽ fuisse in eo adolescente, cuius ego salutẽ duobus cãpitis iudiciis summa cõtentione defendi,licet eo loco alii aliũ intélligant. Deuinctus.astrictus. Tãto.tam magno.Quod quia.& est causa obligationis,quia & alias in re,& nũc in salute Trebatii fecit ipse Dolabella,quod Ci.optãuit. Satisfẽcit mihi.respondit uolũtati meæ. Cumulatissimè.plenissimè,ita ut nihil desit.Vt.subaudi ita ut. Grátulor.gaúdeo causa tua. Malim.potiùs uelim. Alterum non desýdero.s.te ágere gratias mihi. Alterũ fácere potes.s. gratulári mihi. Quod reliquũ est. quod restat. Dignitas & uirtus.i.quoniã propter uirtutẽ & dignitatẽ tuã est cõcessus tibi réditus ad tuos. Quando.quoniã. Est tuæ sapientię.pértinet ad sapientiam tuam. Quid recuperáris, quia plus recuperásti q̃ amisísti. Viues.ecce quod recuperauit. Quę.dignitas. Si resp. esset ulla.i.si habéret aliquẽ státum. Nestorius. propriũ uiri. Agere gratias.cp in reb⁹ tuis fuerim diligentíssimus. Prædicatio tua, cõmendatio tua de me, quod prædices,& apertè fateáris me fuisse in reb⁹ tuis promptíssimũ. Facilè patior. permitto libenter &, ut ita dicã,sum cõtentus. Syrõnẽ.hic fuit Epicureæ sectę philósophus,præceptor Virg.ut ostédit Seruius in Bucoli. Máximè probãta esse.máximè placére & laudári. ASCEN. ❡DOLABELLAM &c. Cum per intercessionem Dolabel.qui inuíto Ci.partes Cæ.secũtus fuerat, Trebatius réditum in urbem obtinuisset, dicit Ci. sibi gratũ esse,gratulãturq; Treba. monens eum, ut amissorum obliuiscatur,ac demum dicit se gaudére,quòd grata essent Treba.quæ p eo fecerat. Ordo est. Ego diligẽbã tantũmodò.i.dũtaxat,q̃ minus est q̃ amasse,Dolabe. s.génerũ Ci.quòd.i.quia nihil erã obligãt⁹ ei.i.nec ei accíderat mihi esse opus.s.auxilio illius,& ille.s.Dolabel.debébat mihi,quòd.i.quia non defuerã,immo auxilio áderam,periculis eius. Nunc sum deuinctus.i.obligãtus

Nestorius.

Syro quis

ASCEN.

ordo.

grabulatoria. consolatoria.

M.C. S. D. Trebatio. Epist. II

DOlabellam anteà, tantúmmodo diligẽbam: obligãtus ei nihil erã:nec enim accíderat mihi opus esse:& ille mihi debẽbat, quòd nõ defúeram eius periculis. Nunc tanto sum deuinctus eius beneficio, quòd & anteà in re, & hoc témpore in salúte tua cumulatíssimè mihi satisfécit,vt némini plus débeam. Qua in re grátulor tibi ita uehementèr, vt te quoque mihi gratulári, quàm grátias ágere malim.álterum omnino non desýdero: álterũ verè fácere póteris. Quod reliquũ est,quando tibi virtus,& dignitas tua réditum ad tuos apéruit:est tuæ sapientiæ, magnitúdinisque ánimi,quid amíseris,obliuíscì: quid recuperáueris, cogitáre. viues cum tuis, viues nobíscum. plus acquisíuísti dignitátis,quàm amisísti rei familiáris: quæ tamen ipsa esset iucúdior, si vlla esset respu. Nestórius noster familiáris ad me scripsit te mihi valdè grátias ágere. Hæc prædicatio tua mihi valdè grata est, eaque te vti fácilè patior, cũ apud álios, tum mehércule apud Syrónem nostrum amícum. Quæ enim fácimus,ea prudẽtissimo cuiq̃ máximè probãta esse vólumus. Te cúpio vidére quamprimùm. Vale.

❡Ex.xxi.Epistola.Dolabellam antea.

❡Alterum uero,facere poteris.

cet tua seruanda,& hoc témpore in salúte tua,sup.ita ut némini débeam plus.s.quàm ipsi débeo,licèt aliis etiã débeam. In qua re.s.in salutis tuæ receptione ego grátulor tibi ita uehementèr,ut malim te quoque gratulári mihi ob rem lætam,quæ mihi in salute tua cóntigit,quã ágere gratias, quòd per génerum meum cóntigit,quia non desýdero omnino álterum.s.te ágere gratias mihi,& tu possis fácere uerè alterum.s. gratulari mihi ob uerum gaudium,quod cóntigit. Quod reliquum est.i.quantũ ad hoc,quod adhuc restat,quando.i.quandóquidem,uirtus & dignitas tua,apéruit tibi réditum ad tuos,est sapientiæ tuæ, & magnitúdinis ánimi.i.pértinet ad sapiéntiam tuã & magnitúdinem ánimi,obliuíscì quid amíseris,& cogitáre quid recuperáueris. Tu uiues cum tuis,uiues nobíscum,tu acquisíuísti plus dignitátis,quàm amisísti rei familiáris, quæ ipsa res.s.familiaris, esset tamen iucundior, si ulla resp. esset. Nestorius familiaris noster scripsit ad me,te ágere mihi máximas grátias. Hæc prædicátio tua.s.de méritis meis in te,est mihi ualdè grata,& patior fácilè.i.libenter fero,uti ea.i.ciúsmodi re,cum,scilicèt ita sit,quòd apud álios, tum me hércule, apud Syrónem amicum nostrum. Enim. id est quia, nos uólumus ea,quæ fácimus esse probãta,id est approbãta máximè, cuique prudentíssimo, id est omni ualde prudenti. Ego cúpio uidére te quamprimùm.

grabulatoria. consolatoria.

Cicero Appio S. D. Epist. II.

GRATVLOR. Balbus hic, ad quem nunc Cice. scribit, álius est ab eo, de quo última epístola ad Cæcinnam mentiónem facit,ille enim amicíssimus Cæs.& eius uices in multis rebus gerébat, hic autem cum Pompeiánas partes secútus iam diu exulásset à patria,tandem réditum à Cæ.impetrávit, intercedentibus Pansa,Hircio,Oppio,& Balbo,& quibúsdam aliis familiáribus Cæsaris, simul cum Cicerone, licet nondum essent impetrátæ líteræ restitutiónis in patriam.Itaque Cic.ei gratulátur primùm, deinde ostendit, quàm apertè egerit eius causam cõtra témporum conditionem.Posteà uero dicit quare Cæsar statim concésserit literas restitutiónis,quas quidem affirmásse dicit Pansa se celériter allatúrum. Deinde ostendit eum semper fuisse magni ánimi, ut significet ita etiam nunc esse oportére, licet súbdat ea tali consolatione potiùs alio tempore opus fuisse, q̃ nunc. Verè.i.ex uera causa, propter impetrátam promissiónẽ Cæsaris de restitutióne tua. Stultus.insipiens. Vt te usura.i. ut te uelim in falsum gaudium conícere.Falsum enim gaudiũ dícitur cum sine iusta causa gaudémus. Frui.fructum,& uoluptatem cápere.Vsura.usu. Deinde postquã usus fúeris falso gaudio. Frangi.rumpi,ubi cognóueris gaudium esse falsum. Cádere.prosterni. Vt nulla res possit extóllere ad æquitatẽ,quia qui cognoscit se semel falsò gauisum esse,nõ fácilè pòt posteà érigi,ut æquo ánio ferat quæ áccidũt. Extóllere.erígere. Aequitatẽ.moderationẽ. Falsum

Falsum gaudium

GRátulor &c. Scribit ad Balbum,nõ quidem eum,de quo última in epistola ad Cæcinnam méminit,útpote,qui Cæsaris partes secũtus fuerat,sed ad álterum aliénum à Cæsare,exulantem priùs, nunc autem restitútum patriæ,quanquam líteras restitutionis nondum habéret. Gratulátur que ei de restitutione, docens quómodo contra témporis qualitátẽ pro eo oráuerit,& cur líteræ restitutionis dilátæ sint. Ordo est. O mi Balbe,ego grátulor tibi & grátulor uerè.i.ob ueram causam,nec sum tam stultus,ut uelim te frui usúra.i. fructu immódico falsi gaúdii,deindè.i.postquàm pereéperis te deceptum,te frangi repentè,atque cádere ita,ut nulla res possit extóllere te posteà ad æquitatẽ ánimi. ASCEN. ordo HVBER.

apertiùs quàm tẽpora mea ferébant. Vincebátur enim fortuna ipsa debilitáte grátiæ nostræ, tui charitáte, & meo perpétuo erga te amóre, culto à te diligentíssimè. ómnia promissa,confirmáta, certa, & rata sunt,quæ ad réditum,& salútem tuam pértinent.vidi,cognóui,intérfui. etenim omneis Cæsaris familiareis satis opportunè hábeo implicátos consuetúdine, & beneuoléntia,sic vt cum ab illo discésserint,me proximum hábeant. hoc Pansa, Hircius, Balbus,Oppius,Marius,Posthumius planè ita fáciunt,vt me vnicè díligát. Quod si mihi per me efficiendum fuisset, nõ me pœnitéret pro ratióne témporum ita esse mólitum.sed nihil est à me inseruitũ témporis causa, véteres mihi necessitudíes cũ his óibus intercedũt, quibuscũ ego ágere de te nõ destiti.Príncipẽ tamen habúimus

❡APERTIVS. promptiùs. Mea témpora. quæ non erant satis fœlícia,quia carébant dignitáte,gratia,& authoritate sólita. Ferébant.exigébant. Tuam causam. restitutiónis tuæ. Vincebátur. ratio quare apertiùs égerit eius causam quàm sua témpora ferébant, & est sensus, fortuna debilis gratiæ meæ uincebátur à charitáte tua,& beneuoléntia mea erga te, ita ut plus cogerétur fácere quàm posset. Fortuna,scilicet mala. Gratiæ debilitatę.i.imminutę. Charitáte tui.i.beneuoléntia tua in me, Culto. obseruáto. Promissa, à Cæsare. Certa.indubitáta. Rata.firma, stabilita. Réditum in patriam. Salútem.incolumitátem. Cognóui. intellexi,est autem artículus. Opportunè.commodè. Implicátos. alligatos,astrictos. Cum ab illo discésserint.modus est dicendi,ideſt post illum.útitur autem interdum Ci.etiam alio loco hoc génere dicendi. Ab illo,scilicet Cæ. Proximum.i.me ament post Cæ.nullo ante me pósito. próximus enim dícitur, cui nullus interpónitur. Pansa,Hircius.hi omnes quos enúmerat in textu erant familiarissimi Cæ.& apud eum plúrimum póterant;à quibus Ci.dicit se uehementèr amári. Ita fáciunt ut me & cæ.id est me únicè díligunt.Est etiam genus dicendi ornatè,ego faciam,ut te plurimũ amem.i.plurimũ amábo,faciam,ut tibi promisi.i. pródero. Quod.dicit Ci.se tantũ feciſſe pro Balbo,cp si,p salúte sua efficiendũ fuisset,non uideretur sibi parum ita feciſſe, sicut fecit pro Balbo. Non pœniteret.non parùm uideretur.Teren.quantum hic operis fiat me pœnitet.Virg. Nec te pœniteat calamo triuisse labellum. Pro ratione temporum.i.secundũ consideratiõnẽ,& conditionẽ temporum. Esse molítum.i.feciſſe, nam mo-

Proximũ

Pœnitet

Ter. Virg.

liti inter cætera facere ſignificat. Virg. Monſtrue moram. ... nulla opera tibi præſtita. Neceſſitudines.amicitiæ,coniunctiones. Intercedunt.ſunt. Cum his omnibus.

Universidade de [illegible] Biblioteca

HVBER. PANSA,Hircio,& cæteris ſupra memoratis. Agere de te. tuam cauſam tractare. Cymber, alias ad nomen gẽtis. (Cymbri) Sunt enim Cymbri populi Galliæ,quos Marius apud aquas Sextinas uicit.Item authore Appiano in libro qui Illyrius inſcribitur,(Celtæ) Celtæ dicti ſunt à Celto filio Polyphemi,(Galatæ) & Galatæ, alii tamẽ malunt à claritudine dictos , hic autem Cymber proprium eſt uiri Satiſfecit.functus eſt officio ſuo,fecit quod ab eo expectabam. Valent tamen . hoc dicit Cæſarem moueri magis iuſtis precibus amicorum & propinquorũ alicuius,q̃ ambitioſis,& inanibus,ſicut ſupra A. Cæcina.Præterea cædit multorũ iſtis & officio incenſis,nõ inanibus , aut ambitioſis uoluntatibus. Neceſſariæ, quæ ex officio perueniunt. Quas.neceſſarias rogationes. Quia Cymber habuit.erat enim propinquus Balbi. Plus ualuit.pro te. (Diploma) Diploma.pro literis reſtitutionis ponitur hic diploma,licet literaliter ſignificet omnes literas,à uerbo Græco διπλόω.i.duplico,inde δίπλωμα duplicatio literæ,eo ꝙ duplicentur. Non eſt datũ. nobis à Cæſa.Mirifica.maxima. Veniam dari tibi.tibi (Tubæ uſus) indulgeri,tibi cõcedi reditum. Quem. te. Appellant tubam.i.dicunt incitatorem belli ciuilis. nam tubæ uſus incendendorum militum gratiâ repertus creditur. Quaſi.tanquam. Non gaudeant.cum uehemẽter læti ſint. Id bellum.ciuile. Incidiſſe.eueniſſe.

Panſam, tui ſtudioſiſsimum, mei cupidũ: qui valeret apud illum non minus authoritate quàm gratia . Cymber autem Tullius mihi plane ſatiſfecit . Valent tamen apud Cæſarem non tam ambitioſæ rogationes, quàm neceſſariæ: quas quia Cymber habebat,plus valuit , quàm pro vllo alio valere potuiſſet. Diploma ſtatim non eſt datum , quod mirifica eſt improbitas in quibuſdam , qui tuliſſent acerbius veniam tibi dari , quem illi appellabant tubam belli ciuilis : multaque ita dicunt , quaſi non gaudeant id bellum incidiſſe.

ASCEN. EGO egi cauſam tuam apertius quàm tempora,ſcilicet periculoſa,ferebant,id eſt expoſcebãt aut patiebantur. Enim.i.quia,ipſa fortuna uincebatur debilitate gratiæ noſtræ.Alii legunt debilitatæ,ut ſit participium genitiui caſus, ſic fortuna gratiæ noſtræ debilitatæ uincebatur charitate tui.i.quanquam debilis erat mihi gratia, tamen propter charitatem tui ipſa reſumpſit uires , & amore meo perpetuo erga te, culto diligentiſſime à te. Omnia,quæ pertineant ad reditum & ſalutem tuam, ſunt promiſſa, confirmata, certa & rata. Ego uidi, cognoui,interfui.ſ.dum tibi reditus concederetur. Etenim ego habeo ſatis oportune, omnes familiares Cæſaris implicitos conſuetudine.i.familiaritate,& beneuolentia ſic,ut cum diſceſſerint ab illo.ſ.Cæſare,habeant me proximum.i.coniunctiſſimum ſibi. Panſa,Hircius,Balbus,Oppius, Marius, Poſthumius, qui omnes ſunt Cæſaris amici,faciunt hoc ita,ut diligãt me unice.i.ſingulariter. Quod.ſ.factum Panſæ,Hircii,Balbi,& cæterorum pro te,ſi efficiendum fuiſſet mihi per me.i. quod dicunt in propria perſona. Hubertinus exponit pro me.i.pro ſalute mea,ſed ueri textus habent per me. nõ pœniteret me.i.non uideretur mihi parum eſſe molitum.i.ꝙ eſſem molitus ita pro ratione temporũ,quia illis temporibus non erat opportunitas inſtandi, etiam ſi quis uelit urgentius anniti.ſenſus autem eſt,ita amicos illos pro Appio Balbo interceſſiſſe, ut ſi ipſe Ci.ita feciſſet cõtentus eſſe potuiſſet. Sed nihil eſt inſeruitum à me, ubi imperſonale ablatiuũ habet loco ſuppoſitum.i.nihil inſeruiui,nec cuiquam ſupplex fui cauſa temporis,nam conſuetudines ueteres,uidelicet ante ciuile bellum contractæ, intercedunt.i.ſunt,Conciliatæ mihi cum his omnibus,quibuſcum.ſ.cum quibus,ego non deſtiti agere de te,tamen nos habuimus Panſam principem.i.præcipuum,utpote ſtudioſiſſimum tui,cupidum mei,qui.ſ. Panſa ualet apud illum,uidelicet Cæſarem, non minus authoritate quàm gratia. Autem.i.ſed,Cymber,uir ille Tullius cognomento,ſatiſfecit mihi plane.i.omnino. Tamen.i.nihilominus,quamuis urgenter illi interceſſerint, rogationes ambitioſæ.i.ambitioſe factæ,ualent tam.i.tantum,apud Cæſarem, quàm.i.quãtum ualent rogationes neceſſariæ,quas.ſ.rogationes,quia Cymber habebat, ipſe ualuit.ſ.pro te, plus q̃ potuiſſet ualere pro ullo alio. (Diploma) Diploma.i.duplum actorum,non eſt datum ſtatim.ſ.poſtquam reditus tibi conceſſus eſt,ꝙ.i.quia,mira improbitas eſt in quibuſdam,qui tuliſſent acerbius, id eſt nimis acerbe ueniã dari tibi, quem illi, appellant tubam.i. buccinatorem & prouocatorem ſummum belli ciuilis, & dicunt multa , ita.i. in deteſtationem belli ciuilis, quaſi non gaudeant id bellum incidiſſe,cum tamen in tanto honore non eſſent.

HVBER. QVARE. quamobrem,quia multi erant qui moleſte tuliſſent , ſi tibi per literas conceſſus eſſet reditus. Occultius.ſecretius, ne omnes intelligerent de reditu tuo tibi promiſſo. Diuulgandum. publica fama ſpargendum. Eſſe perfectum de te, id eſt iam eſſe impetratum,quod de te uoluiſſemus. Id. ut diuulgetur de te eſſe perfectum. Perbreui,ſcilicet tempore , ſed abſolutum eſt per ſe,ut perbreui ad te ueniam,ſubauditur tempore,quod tamen interdum additur à Cice. & ab aliis. Legente te:id eſt cum habueris has literas in manibus & eas leges. Certus, fidelis,cui uere eſt credendum. Recepit.promiſit,ſuſcepto hoc onere in ſe. Tamen.licet res adhuc occulte agatur,& nondum allatũ ſit diploma. Epuleiæ. uxoris tuæ , cum qua locutus ſum. Minus firmum. in ferenda iniuria & exilio iſto. Quam literæ tuæ declarabant, id eſt quàm ſcripſeras ad nos. Appiæ.filiæ tuæ. Cum à te abeſſent,id eſt eis remotis à te , multo maiori ſolicitudine futurũ cum illis præſentibus eſſes in magna.

Quare viſum eſt occultius agendum,neq; vllo modo diuulgandũ,de te iam eſſe perfectum : ſed id erit perbreui : nec dubito, quin legente te has literas confecta iam res futura ſit. Panſa quidem mihi , grauis homo & certus , non ſolum confirmauit, verumetiam recepit perceleriter ſe ablaturum diploma. Mihi tamen placuit, hæc ad te perſcribi.minus enim te firmum ſermo Epuleiæ tuæ,lachrymæque Appiæ declarabant , quàm ſignificant literæ tuæ. atque illæ arbitrabantur , cũ à te abeſſent ipſæ,multo in grauiore te cura futurũ. Qua-

... quæ eſſent certa.i.ut ſint certa,ita certa ad te perſcribenda putaui. Explora HVBER. tam.certam,qui antea nõ habebã certã ſpem ſalutis tuæ ſicuti nũc,ſed ita ſcribebã,ut cõſolarer te. Niſi eam.ſ. ſpem ſalutis. Hic ardor.hoc incendium belli ciuilis. Eſſet extinctus.eſſet deletus:quia amoto bello uidebã ſperare rẽp.allaturã ſalutem,& tibi & aliis bonis ciuibus.Recordare.redige ad memoriã. Animũ ma.quẽ nũc nõ ſeruare eũdem tibi turpe eſt.Quod.ſ.te habere talem aĩm. A primis tpibus.nã ut Maro inquit, adeo à teneris cõſueſcere multũ eſt. In diſcrimina.in pericula, quibus es aſſuefactus ad labores ferendos. In hoc bellũ.ciuile. Victor beatus.i.ut nõ ſolũ eſſes fortunatus uictor. Sed ſapiens uictus.i.etiã uictus ſapienter ferres fortunã,& in hoc oſtenderes ſapientiã tuã. Prodẽdis.tradẽdis.Memoriæ poſterorũ.i.cũ ſcribas facta uirorũ fortiũ. Cõmittendũ.efficiendũ. Quãobrem. ꝓpter quod. Quos laudas.in tuis ſcriptis. Similẽ.fortem,ſicut ipſi fuerunt.Quæ effugiſti , quæ p̃terierũt quibus indigebas cõfirmatiõe. Hæc ferenda. ꝙ reſp. noſtra iacet,& oppreſſa ſit. Vnũ.ſolũ.ſ.doctrina,& literæ.i.doctrina literarum.Modo.tãtummodo.Nunc. his temporibus aduerſis.Etiã ſalutẽ. quia ſine eis nõ poſſemus uiuere. Caue dubites.uide ne dubites. (Caue) Caue enim negationem in ſe habet,ut Caue facias.i. uide ne facias.Poteſt etiam addi ne. Vale.

re magnopere putaui angoris,& doloris tui leuandi cauſa,pro certis ad te ea , quæ eſſent certa,perſcribi oportere . Scis me antea ſic ſolitum eſſe ſcribere ad te , magis vt conſolarer fortem virum,atque ſapientẽ,quàm vt exploratam ſpem ſalutis oſtenderem,niſi eam, quam ab ipſa repu. cũ hic ardor extinctus eſſet, ſperari oportere cẽſerem. Recordare tuas literas , quibus & magnum animum mihi ſemper oſtendiſti, & ad omneis caſus ferendos cõſtantem,atque paratum:quod ego nõ mirabar,cum recordarer te & à primis temporibus ætatis in repub. eſſe verſatum, & tuos magiſtratus in ipſa diſcrimina incidiſſe ſalutis, fortunarumque communiũ: & in hoc ipſum bellum eſſe ingreſſum, non ſolum vti victor beatus,ſed etiam,vt (ſi ita acidiſſet)victus & ſapiens eſſes.Deinde,cum ſtudium tuum conſumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis,conſiderare debes nihil tibi eſſe committendum,quamobrem eorum,quos laudas,non te ſimilem præbeas. Sed hæc oratio magis eſſet apta ad illa tempora quæ iam effugiſti. Nunc vero tantum te para ad hæc nobiſcum ferenda . quibus ego ſi quam medicinam inuenirem , tibi quoque eãdem traderem.ſed eſt vnum perfugium , doctrina ac literæ , quibus ſemper vſi fuimus,quæ ſecundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam ſalutem . Sed vt ad initium reuertar,caue dubites, quin omnia de ſalute,ac reditu tuo pefecta ſint. Vale.

ASCEN. QVAre uiſũ eſt,ſup.nobis tibi fauentibus, agẽdũ ſup.eſſe occultius, neq; diuulgãdũ eſſe ullo mõ, ſup. negociũ de te.i.de reditu tuo,eſſe iã pfectũ, ſed id.ſ. ꝙ non diuulgabitur,aut ꝙ diuulgabitur, utrũq; enĩ in idẽ recidit,erit pbreui , ſup.tpe, nec dubito quin te legente.i.cum legebas has literas,res ſit futura iam cõfecta.i.penitus trãſacta.Quidẽ.i.certe.Pãſa hõ grauis mihi & certus,nõ ſolũ cõfirmauit.uerũetiã recepit .i.ꝓmiſit,& ad ſe onus accepit, ſe ablaturũ.ſ.è manibus inuidulorũ,diploma.i.ut dixi duplũ inſtrumẽti, quo cõtinetur uenia tibi datã eſſe.pceleriter.i.ualde cito.Tñ placuit mihi hæc pſcribi ad te.Enĩ.i.quia, ſermo Epuleiæ,alii legũt Epuliæ,tuæ.ſ.uxoris,& lachrymæ Appiæ.ſ.filiæ tuæ,declarabãt,te,ſup.eſſe minus.i. nõ tã firmũ.i.forti aĩo ad ferẽdũ longũ exiliũ,q̃.i.q̃tũ,firmũ literæ tuæ ſignificabãt te eſſe,atq; illæ.ſ.uxor & filia,arbitrãtur,cũ ipſe abeſſet à te,te futurũ cura multo grauiore. (Pro) Quare ego putaui magnopere ea quæ eſſent certa perſcribi ad te pro certis.i. tanq̃ certa,cauſa angoris.i.anguſtiæ aĩ,& doloris tui leuãdi.i. minuẽdi. Tu ſcis me ſolitũ eſſe ſcribere antea ad te ſic,ut magis cõſolarer uirũ fortẽ atq; ſapientẽ,q̃ ut oſtenderẽ ſpem ſalutis.ſ.tuæ,exploratã.i.certã,& cõpertã mihi,eã.ſ.ſpem,quã cẽſerẽ oportere ſperari ab ipſa rep.cũ hic ardor.ſ.belli ciuilis,& irarũ inde contractarũ eſſet extinctus.Recordare.i.reduc ad memoriã,literas tuas , quibus oſtendiſti mihi ſemp,&.i.ſimul,magnũ aĩm,&.i.ſimul cõſtãtẽ atq; paratũ ad oẽs caſus ferendos , quod ego non mirabar cum recordarer te,&.i.ſimul,eſſe uerſatum à primis tpibus, ætatis.ſ.tuæ,in rep.&.i.ſimul, magiſtratus tuos incidiſſe in ipſa diſcrimina.i.pericula, ſalutis , & fortunarũ cõmuniũ,& eſſe ingreſſum in hoc ipſum bellum, nõ ſolum uti.i.ut,eſſes uictor beatus, ſed etiam ut, ſi accidiſſet ita,eſſes uictus,&.i.etiam, ſapiens id eſt ſapiẽter laturus aduerſitatem. Deinde conſumas ſtudiũ tuum in factis uirorum fortium prodendis memoriæ.ſ.in ſcribendis geſtis uirorum fortium , tu debes conſiderare nihil eſſe committendum tibi quamobrem.i.ob quod non præbeas te,ſimilem eorum quos laudas. Hoc eſt fortium uirorum. Sed hæc oratio eſſet magis apta ad illa tempora ſcilicet ante reconciliationem, quæ effugiſti.i.euaſiſti, & tranſegiſti ſine incommodo. Vero.i.ſed,para te,nunc tantum ad ferenda.i.toleranda nobiſcum hæc ſcilicet incommoda reipub. oppreſſæ,quibus ſi ego inuenirem.i.inuenire poſſem,quam .i.aliquam , medicinam , id eſt , aliquod remedium,ego traderem , quoque.i.etiam, tibi eandem,ſed unum eſt profugium ſcilicet à præſentibus miſeriis,doctrina ac literæ,quibus fuimus ſemper uſi,quæ uidebãtur habere modo.i.ſolummodo,delectationem, rebus ſecundis.i.cum res eſſent proſperæ,uero.i.ſed,uidentur nunc habere etiã ſalutẽ.Sed ut ego reuertar ad initiũ .i.ad id, quod in initio dixi,aut dicere inſtitui,caue dubites quin omnia ſint perfecta, id eſt plene tranſacta, & compromiſſa de ſalute ac reditu tuo.ſ.in urbem. Vale.

ET si tali. Quintum Ligariũ ante bellorũ ciuilium initia, cũ C. Cõsidio cõsule legatus in Africã ꝓfectus est. Deide Cõsidio ex ꝓuincia discedẽte, Ligarius ꝓuinciæ præfuit. Posteà uero inter Cæsarẽ, & Põpeiũ ciuilibus discordiis, & bellis, Ligarius nullo negocio se implícuit, sed arrepto imperio ꝓuinciæ à Publio Varo. ꝑtore, Ligarius in ipsa ꝓuincia ex necessitate ꝑmãsit, ad quã cũ L. Tubero iusto sibi imperio à senatu dato uenisset, ꝓhibitus est à Quin. Ligario, ut ipe Tubero asserẽbat, qui posteà ad Põpeiũ in Macedo. se cõtulit, sed posteà restitũto L. Tuberone in patriã Qu. T. L. filius apud Cæsa. Liga. accusãuit, ꝙ cõtra eum in Africa fuisset, ob quã cãm Ligari. exilio multabãtur, eius tũ frãtribus Romæ manẽtibus, ita Ci. hac epist. excusat tarditatẽ suarũ ad eũ literarum, quã ideo fuisse dicit, ꝙ nõ uidẽbat quo pacto posset lenire eius dolorẽ. Sed posteà q̃ cœpta ẽ habẽri spes eius incolumitãtis dicit se parasse aliquid ad eũ scribẽdũ. Scribit igit se ꝑspicere Cæ. nõ futurũ in eũ diutiùs durũ, aut acerbũ, idq; árguit ex eius naturã, quã mitẽ esse dicit, & ex tẽpore oñdit se cũ frãtribus Ligarii ita fecisse apud Cæ. ut nihil sit ꝙ eum tributũrũ nõ speret, addũcitq; ratiões, quare tardi⁹ hoc fẽcerit, pollicẽr autẽ oẽm operã suã frãtribus Ligarii ꝓ eo. Postremò hortãr eum ut forti aío sit, & eũ cõsolãtur maxie & cõscientia rectè factorũ. ꝓ hoc Qu. Ligario extat oro egregia Cic. qua eũ defendit apud Cæsarẽ. Tali tpe. tã misero, quo éxulas à patria & à tuis. Nõ feci. nõ scripsi. Quia. rõ quare scripserit. Lenire. mitigãre. Oro ne. meis uerbis. Fore. futurũ esse. Haberẽmus. in patriã reciperẽmus. Sententiã. opinionẽ, iudiciũ. Dies. tẽpus. Opinio ho. quã uidet erga se bonã. Mitiorẽ. molliorẽ. benigniorẽ. Quibus. familiarissimis ei⁹. Ex eo tẽpore. post id temp⁹. Quorum. fratrum tuorum. Virtúte. fortitúdine ánimi. Pietátem. incredíbili in te affectu. Tantùm profecit. tantùm ualuit.

ASCEN. ET si tali &c. Scribit ad Quintũ Ligariũ, qui ante bella ciuilia cũ Cõsidio cónsule in Africa legatus ei⁹ ꝓfectus fúerat, & post cõsulis ábitum ꝓuinciæ præfectus fúerat, post bella exilio dãnãtus, fratribus eius in urbe manẽtibus. Eum itaq; docet cur tardiùs scripserit, pollicẽturq; Cæsarẽ placatiorẽ futurum, & se intercessurum eidẽ, monens, ut forti sit aío. Extat autem Ciceronis ꝓ hoc Ligario oratio. Ordo est. Et si. i. q̃q̃, oportẽbat ꝓ nr̃a amicitia. i. ꝑpter nostrã amicitiam, me scríbere aliquid ad te, tali tpe tuo. s. tã calamitõso, cã tui, aut cõsolãdi, aut iuuãdi, tñ ego nõ feci id adhùc, Quia neq; uidẽbar posse lenire, neq; leuãre dolorem tuum oro ne. s. mea. Verò. i. sed, posteà q̃ cœpi habẽre magnã spẽ, fore. i. futurum esse, ut habẽrẽmus te incólumen breui tẽpore, nõ pótui fácere q̃n declarãrẽ tibi & sententiã, & uolũtatẽ meã. Igitur ego scribã primũ, qđ intélligo, & ꝑspicio. i. deprehendo, Cæsarẽ nõ fore. i. futurũ durioré. s. q̃ est, aut multũ durũ in te, nã & res. i. utílitas, & státus rerum, & dies. i. tpis ꝓlixitas, & opinio hoĩm, qui censent irã remittendã, & ut uidẽtur mihi, etiã natura sua facit eũ. s. Cæsarem, mitiorẽ quotídiè, & cũ. s. ita sit, ꝙ séntio id, de reliquis. s. exúlibus, tum. i. multomagis est, ꝙ etiã audio ex familiarissimis eius. s. Cæsaris de te, qui b⁹. s. familiarissimis ei⁹, ego nõ déstiti supplicãre unà cũ fratrib⁹ tuis, ex eo tpe. i. státi post illud tẽp⁹ quo nũcius. s. tuus, uenit prim ex Africa, quorũ. s. familiarisimorũ eius, quidẽ. i. certè, & uirtute, & pietate, & amor singularis in te, & assídua & ꝑpetua. i. nõ intermissa cura salutis tuæ, ꝓfecit tantũ, ut nihil sit, quod non exístimẽ ipsum Cæ. tributũrum, sup. esse tibi, & si. i. q̃q̃, sit tardiùs q̃ uólumus, quia, sup. magnis occupationibus. i. ꝑpter magnas occupatiões eius. s. Cæ-

confirmatoria. hortatoria.

ET si tali témpore me aut consolandi, aut iuuandi tui causã, scríbere ad te aliquid pro nostra amicítia oportẽbat: tamen adhùc id non feci, quia neque lenire vidẽbar oratione, neque leuãre posse dolórem tuum. Posteà verò quàm magnam spem habẽre cœpi, fore vt te breui témpore incólumen haberẽmus: fácere non potui, quin tibi & sententiam & voluntátem declarárem meam. Primùm igitur scribam, quod intélligo & perspício, non fore in te Cæsarem duriórem. nam & res eum quotídie, & dies, & opínio hóminum, & (vt mihi vidẽtur) etiam sua natura mitiórem facit: idque cùm de réliquis séntio, tùm de te étiam áudio ex familiaríssimis eius, quib⁹ ego, ex eo témpore, quo primũ ex Africa núncius venit, supplicãre vnà cum frátribus tuis non déstiti: quorum quidem & virtúte, & pietáte, & amóre in te singulári, & assídua, & perpétua salutis tuæ cura tantũ profécit, vt nihil sit quod non ipsum Cæsarem tributúrum exístimem. Et si tardius fit quàm vólumus, magnis occupatiónib⁹ ei⁹, à quo ómnia petuntur, áditus ad eum difficiliores fuérunt. & simul Africánæ causæ iratior, diutiùs velle vidẽtur eos habẽre solícitos, à quibus se putat diuturnióribus esse molestiis conflictátum. sed hoc ipsum intellígimus eum quotídie remissiùs, & placati⁹ ferre. Quare mihi crede, & memóriæ manda, me tibi id affirmasse, te in istis molestiis diutiùs non futúrum. Quando quid sentírem expósui: quid vellem tua causa, re potiùs declarãbo, quàm oratióne. Et si tantùm possem, quantùm in ea repub. de qua ita méritus sum, vt tu exístimas, posse debẽbam: ne tu quidem in istis incommodis esses. Eadem enim causa opes meas fregit, quæ tuam salútem in discrímen addúxit. Sed tamen quicquid imago véteris meæ dignitátis, quicquid réliquæ gratiæ valẽbunt: studium, consilium, ópera, gratia, fides mea, nulla loco deerit tuis óptimis frátribus. Tu fac hábeas fortem ánimum, quem semper habuisti, primùm ob eas causas, quas scripsi: deinde, quod eas de republi. semper voluisti, atque sensisti, vt non modo secunda sperãre debeas, sed etiam, si omnia aduersa essent, tamen cõscientia, & factorum, & consiliórum tuórum quæcunque acciderent, fortíssimo, & máximo ánimo ferre debẽres.

Vale.

mea, nulla loco deerit tuis óptimis frátribus. Tu fac hábeas fortem ánimum, quem semper habuisti, primùm ob eas causas, quas scripsi: deinde, quod eas de republi. semper voluisti, atque sensisti, vt non modo secunda sperãre debeas, sed etiam, si omnia aduersa essent, tamen cõscientia, & factorum, & consiliórum tuórum quæcunque acciderent, fortíssimo, & máximo ánimo ferre debẽres.

Vale.

saris, à quo oia petũtur, áditus ad eũ fuerũt difficiliores, & simul, sup. fuit iratior. s. q̃ cæteris, causæ Africanæ. i. iis q demicto Põpeio bellũ i Africa reparauerũt, uidẽtur uelle habẽre solícitos diutiùs eos, à quibus putat se esse conflictãtum molestiis diuturnióribus. Sed nos intellígim⁹ ipsũ ferre hoc quotídiè remissiũ⁹, & placatiùs, quare, crede mihi, & manda memóriæ, me affirmasse tibi id. s. te nõ futurũ diutiùs. i. multũ diũ, in istis molestiis. s. in quibus nũc es. Quãdo. i. qñ quidẽ, ego expósui quid sentírẽ, declarãbo potiùs re, q̃ oróne. i. q̃ uerbis, quid uellẽ causa tua. i. ꝓ utilitate tua. Etsi ego possem tãtũ q̃tũ débeã posse, ut tu exístimas, in ea repu. de qua sum méritus ita. i. tã bene, ut parẽs patriæ primus meruerit appellãre, ne quidem. i. nõ saltẽ, aut nõ etiã tu esses in istis incõmodis. Eni. i. quia, eadẽ cã. s. fauor i rep. fregit opes meas, quę ad duxit salũtem tuam in discrimẽ. i. in periculũ. Sed tamen quicquid imago, quasi dicat, aliud nõ restãre, uéteris. i. pristinæ dignitãtis meæ & quicquid gratiæ relique. i. quæ restant, adhuc ualébunt, stúdium, consílium, opera, gratia, fides mea, nullo loco deerit fratribus tuis óptimis. s. in causa tua. Tu fac, sup. ut hábeas fortem ánimum, quem habuisti semper, primùm ob eas causas, quas scripsi, deinde ꝙ. i. quia tu uoluisti & sensisti semper de republi. ea. i. eiusmodi res, ut débeas non modò. i. non solũ sperãre, secunda. i. próspera, sed etiam si omnia essent aduersa, tamen debẽres ferre ánimo fortíssimo, & máximo quæcunque acciderent, conscientia. i. ꝓpter conscientiam. &. i. páriter, factorum & consiliorum tuorum. Vale.

confirmatoria.

ME scito omnem meum labórem, omnem óperam, curam, studiũ in tua salúte consúmere. nam cùm te semper máximè dilexi, tùm fratrum tuórum, quos æque atque te summa benevolentia sum complexus, singulãris pietas, amorque fraternus, nullum me pátitur officii erga te, studiique munus, aut tempus prætermittere. sed quæ fáciam, fécerimque pro te, ex illorum te literis, q̃ ex meis, malo cognóscere. Quid autem sperem, aut confidam, & explorãtum hábeam de salúte tua, id tibi à me declarãri volo. Nam si quisquãm est tímidus in magnis, periculósisque rebus, semperque magis aduersos rerum éxitus métuens, quàm sperans secundos, is ego sum: & si hoc vitium est, eo me non carére confíteor. Ego idem tamen cùm ad. v. calen. intercalareis priores, rogatu fratrum tuorum veníssem manè ad Cæsa. atque omnem adeundi & conueniendi illius indignitatem, & molestiam pertulíssem: cùm fratres, & propinqui tui iacẽrẽt ad pedes: & ego essem locútus, quæ causa, quæ tẽpus tum postulãbat: non solùm ex oratione Cæsa. quæ sane mollis, & liberalis fuit, sed etiam ex óculis, & vultu, & multis præterea signis, quæ faciliùs perspícere

ME scito. Ostendit Ci. se diligenter laborãre pro salúte Ligarii, idque fácere ex sua in eum ueteri benevolentia, & in eius fratres, à quibus assídue dicit se rogari pro eius salúte. Deinde declãrat, quam spem & fiduciam de eius réditu & incolumitate acceperit, non solùm ex uerbis Cæsa. sed etiam ex uultu, & multis aliis signis, & hortátur, ut eũdem ánimum præstet rebus redactis in tranquilliorem locum, quẽ ánimum præstitit rebus turbidíssimis. Me scito. q. d. noli dubitãre. Cõsúmere. pónere. In tua salúte. ut incólumis restituãris in patriam. Cùm, copulatiua est particula, ut supra díxim⁹ significat autem &, sed minus significat q̃ tũ, & iungitur indicatiuo. Atq;. tam. Atq;. q̃. Pátitur. finit, quia assídue me monet, ut ómnia pro te agam, quæ débeo. Munus. onus. Malo. potiùs uolo. Honestiùs enim puto officium meum ab aliis laudãri, quàm à meipso. Confídam. certum hábeam, & credam. Explorãtum. cognitum. Nam si. ne uidẽtur Cice. témerè hæc sperãre de Ligário, dicit se esse tímidum in rebus magnis & periculósis, & semper magis timére aduersa, quàm sperãre secunda sed cum audiuisset Cæs. se cognouisse ex eius uerbis, & multis aliis signis nihil esse dubitandum de salúte Ligarii. Aduersos. ifœlíces. Exit⁹, fines. Is. s. tímid⁹, & magis métuẽs aduersos éxitus q̃ sperãs scẽdos. Hoc ti. in magnis reb⁹ &c. Est ui. quia uidẽr esse cõtra fortitúdinẽ, quæ à se ámouet oẽm desperatiõnem. Ego idẽ. quia sum tímidus &c. Calẽ. interca. de ratiõe intercalatiõis Macro. i Satur. abũdè scribit. Itaq; nõ puto hic esse opus tã multa referre. Appellabãr autẽ mẽsis intercalari⁹ siue intercalaris, utrũq;. n. dr, quo interferebanr dies, qui deerãt ad cõplendũ annũ, diuersis quidem rationibus diuerso tempore, ut idem Macro. ostendit. Is autem mensis erat Februarius, quóniam erat últimus mensis anni, non tamen intercalabantur in fine mẽsis, sed post uigesimum & tertium terminálibus iam peractis, deinde reliquos Februarii mensis dies qui erant quinque post intercalationem subiungẽbant uetere legationis suæ more, ut Februarium omnino Martius sequeretur. Intercalares igitur calendæ, dicuntur calendæ mensis intercalaris. i. Februarii. Alii intelligunt etiam appellãtas calen. intercalares, calendas Martias, nõ ꝙ eo mense intercalarentur dies, sed ꝙ essent próxime diebus intercalatis

Ordo

Intercalaris mensis

Resolutio intercalatio

Universidad de Deusto Biblioteca

…tis.i.ꝙ ſtatim ſequerentur intercalationem,quinque… autem menſem dícimus Februárium , & Macro.ut oſténdimus declarat , & Aſconius Pædianus his uerbis,Pompe.interrogatus à Seruio Sulpi.quinto calen.Martias intercalario menſe conſul creâtus eſt,ſtatimq; conſulatum iniit.Indignitatem.quia non habita eſt maior ratio mei quàm ſi fuiſſem minimus ciuis.Et mole. quia difficilimum habui ad eum áditum. Iacérent.proſtráti eſſent,ut eſt mos ſupplicántium, ſicut uiſum eſt ſupra Seruium Sul.de reſtitutióne Marcelli , & cum Mar.ſe ad Cæ. pedes abieciſſet,&c.. Tuum tempus.conditioni témporis. Mollis.non acerba. Liberális.benigna, & quæ ueniæ ſe promptam oſténderet. Oculis.uultu,quibus ſæpè cognóſcimus ánimi qualitâtem,& iram uel placabilitâtem.Iuuena.Deprehendas ánimi tormenta latentis in ægro Corpore,Deprehendas & gaudia,ſumit utrunque. Inde hábitum facies.

pótui, quàm ſcríbere:hác in opinionem diſcêſſi,vt mihi tua ſalus dúbia nō eſſet. Quamobrem fac ánimo magno , fortíq; ſis, & ſi turbidíſsima ſapienter ferêbas, tranquillióra lætè feras. Ego tamen tuis rebus ſic ádero , vt difficílimis , neque Cæſa.ſolum,ſed etiam amicis eius ómnibus,quos mihi amicíſſimos eſſe cognôui,pro te, ſicut adhuc feci , libentíſsimè ſupplicabo. Vale.

HVBER. QVAM ſcri. quia non fácilè eſt ſcríbere omnia ſigna uultus,& oculorum. Opinionem. ſpem. Et ſi. duæ partes ſunt. Turbidíſſima.infœliciſſima, plena perturbationis. Tranquillióra lætè feras.i.ut anteà ſapiēti ánimo tuliſti aduerſa,ita nunc proſperióribus lætâre. Adero.fauêbo,ſubuéniam. difficílimis.i.tanquam difficílimis,hoc eſt licet res tuę factæ ſint tranquilliôres, non tamen minori cura & diligentia in eis utar,quàm ſi eſſent difficílimæ.

ASCEN. MEſcito &c.Rurſus oſtendit ſe totis uíribus contendere pro ſalúte Ligárii , deinde ſpei ſuæ cauſas áperit , ac demum,ut fortior ſit monet.Ordo eſt.Scito me conſúmere omnem laborem meum,omnem óperam,curam,ſtudium,ſup.omne, in ſalûte tua ſcílicet procuranda.Nam cum ſcílicet ita ſit,ꝙ dilexi ſemper máximè te,tū ſcílicet magis, uerum eſt,ꝙ ſingularis pietas,& amor fraternus ſcílicet in te , fratrum tuorum,quos ſum complexus ſumma beneuolentia.æque.i.æquáliter , atque.i.ac te,nullū .i.non ullum,non pátitur me prætermíttere ullum munus officii & ſtu[…]erga te,aut ullum tempus. Sed mallo te cognóſcere ex líteris illorum ſcílicet fratrum tuorum,quàm ex meis,quid fáciam ſcílicet modò, & quid fécerim pro te.autem'.i.ſed quid ſperem aut confidam & hábeam explorâtum.i.compertum de ſalûte tua,uolo id declarâri tibi à me. Nam ſi quiſquam eſt tímidus in rebus magnis & periculóſis,& ſemper metuēs magis éxitus rerum aduerſos,quàm ſperans ſecundos.i.proſperos,ego ſum is.i.talis,& ſi hoc eſt uitium.ſ.meticuloſitatis,aut puſillanimitatis,ego confíteor me non carêre eo.Ergo, ut álibi notâui , carêmus etiam iis,quæ habêre nolîmus.Ego tamen idem ſcílicet qui propenſior ad timorem ſum,cum ueniſſem ad ſecundum Calen.intercalâres.i.biſſextiles,priores.i.in Februa.Locus uidêtur non ſatis ínteger,nam ſecundo Calen.negant dicendum , eo quòd pro illo dícimus pridie,uerum illud fácilè purgâtur,nam licet aptiùs díxeris pridie Calen.quàm ſecundo,non ꝙ ut dicunt Calendæ præcêdunt,& ſecundus â ſequendo dícitur, nam licet ſecund9 dies Calendas præcêdat, ſéquitur tamen tertium,ſed ꝙ magis proprium eſt uocábulum,tamen pro eo,quod eſt ad ſecundum Cal.non rectè díxeris pridie Calen.tunc enim ad ſecundum dicitur , cum iuxta ſecundum ſit,ſiue ipſo ſecundo,ſiue tertio,prídiè autem duntaxat de die immediâtè præcedente . Preterea cum intercalatio.i.unius diei,qui biſſextus dícitur interpóſiti,duntaxat in Februario fiat,uidêtur non rectè addi priôres, præſertim cum Calendæ Februarii ſint præter primum diem in Ianuario,unde uidêtur ideo ádditum priores ut Calendas præcedentes intercalationem intelligâmus,&(ita de penúltimo Martii) cuius ſunt priores intercalares Calendæ,licet in Feb.ſint præter primum diem,& poſteriores ſint Aprilis.ſed in Martio, ad Cæ.mane, rogatu.i.ex rogatione & requiſitione fratrum tuorum,atque pertuliſſem omnem indignitatem.i.humiliationem contra dignitatem meam,& moleſtia illius ſcílicet Cæ.adeundi & conueniendi.i. colloquendi, & cū eo agēdi,gratia uiſitandi,cum fratres & propinqui tui iacêrent ad pedes,& ego eſſem locûtus,ſup.ea, quæ cauſâ & tempus poſtulâbat.tum id eſt tunc,ego diſceſſi,non ſolùm ex oratione Cæſaris,quæ fuit ſanè.i.ualdè mollis,& liberalis,ſed etiam ex óculis & uultu,& præterea ex ſignis mutis.i.tácitis,quàm pótui ſcílicet tunc perſpícere.i.agnóſcere faciliùs,quàm ſcríbere ſcílicet nunc,diſceſſi,inquit,in hanc opinionem,ut ſalus tua non eſſet mihi dúbia. Quamobrem fac,ſup.ut ſis ánimo magno & forti & ſi tu ferêbas ſapientèr turbidíſſima,feras lęte tranquillióra.Ego tamen ádero.i.auxilio ero,rebus tuis ſic,ut difficílimis quaſi dicat uigilantíſsimè, neque.i.& non,& ſupplicábo pro te,non ſolum Cæſa. ſed etiam amicis eius , quos ego cognôui amicíſsimos mihi,ſicut feci adhùc libentíſsimè. Vale.

M.T.C. Baſilio. S.D. Epiſt. 15.

gratulatoria.

TIBI grátulor , mihi gáudeo , te amo , tua túeor:à te amâri , & quid agas , quidque agâtur, cértior fieri volo. Vale.

HVBER. Tibi grátulor.Baſilius ciuis Romanus égerat aliquid præclâri cū in aliqua eſſet prouincia cui præfuiſſet.Vnde Cicer.ei nūc gratulâtur.

ASCEN. Tibi & c. Breuis eſt gratulátio,& admonítio de re ſcribenti & lecturo.duntaxat nota. Ordo tamen eſt.Gratúlor tibi ſcílicet pro re fœlíciter geſta,aut quæ fœlicitèr euênit, gáudeo mihi.i. ꝓ cōmodo meo,eo ꝙ tua bona mea ſunt , ego amo te, túeor.i.prótego tua,uolo amâri à te, & fieri cértior, quid agas , & quid agâtur ſcílicet ab aliis,qui iſtic ſunt. Vale.Ex hoc loco trahi poteſt nota differentia inter grátulor,& gáudeo,quia gratulâmur alienis cómmodis,gaudêmus noſtris.

SI mihi

… Bythinius Ciceroni. S.D. Epiſt. 16.

petitoria.

SI mihi non tecum & multæ, & iuſtæ cauſæ amicitiæ priuatim eſſent, repéterem initia amicítiæ ex parētibus noſtris.quod faciendum his exiſtimo,qui paternam amicitiam nullis ipſi officiis proſecûti ſunt.. Itaq; contētus ero noſtrâ ipſorū amicitiâ , cuius fidúciâ peto à te,vt abſentē me,quibuſcūq; in rebus opus fúerit,tueâre,ſi nullū officiū tuū apud me intermoritûrū exíſtimas Vale.

HVBER. SI mihi.Cum abeſſet Bythínius ab urbe, rogâuit Ci.hac epíſtola, ut abſentem quibuſcunque rebus poſſet tuerêtur, idq; eum fácere debêre oſtendit ex amicítia non ſolùm parentum ipſorum, ſed multo magis ex amicítia utriuſque ipſorum,multis,& iuſtis cauſis confirmâta. Si non.i.niſi. Et iuſtæ.honeſtæ ut puta cauſæ uirtutis & morum & ſimilitúdinis ſtudiorum.Repéterem.reuocârem,reſúmerem. Ex paréntibus noſtris,qui inter ſe fuêrunt amicíſsimi . Quod.quàm rem.ſ.ut repętantur inítia amicítiæ à paréntibus.

HVBER. SVNT proſecûti nullis officiis.i. qui paternæ amicitiæ nulla propria & ſua officia addidêrūt,ſicut nos addídimus per ipſam amicítiam paternā,& multis officiis proſecûti ſumus. Noſtra ipſorum.i.noſtrorū metipſorum,neque nūc per amicítiam paternam aliquid à te petam . Cuius.ſ.amicítiæ noſtræ ipſorum. Fiducia.bona eſt,confidentia mala,licet Virgi.fiduciam pro cōfidentia poſúerit,Tanta ne uos géneris tenuit fiducia ueſtri? Officium.Beneficium, quod in me ſit collâtum. Intermoritúrum . peritûrum , tanquam conferâtur in ingrâtum. Fidúcia Confidéntia

ASCEN. SI mihi & c.Commendat ſe & ſua Bythínius Cicerôni , lépidè quidem ac doctè,dicens : Si cauſæ amicitiæ, & multæ & iuſtæ,non eſſent mihi tecum,repéterem inítia amicítiæ ex paréntibus , id eſt progenitóribus noſtris,quod,ſcílicet pétere inítia amicítiæ ex paréntibus,id eſt progenitóribus noſtris, ego exiſtimo faciendū iis,qui ipſi,id eſt in propriis perſonis,aut per ſe nullis officiis proſecûti ſunt,id eſt continuauêrunt amicítiā paternam. Itaque,id eſt & ita,quia áliter inter nos eſt , ego contentus ero amicítiâ noſtrâ ipſorum , & id eſt quæ nobis eſt própria.Sic dícimus noſtra omnium,mea unius & c.cuius ſcílicet amicítiæ noſtræ,ipſorum fiducia, id eſt per cuius fiduciam ego peto à te ut tueâre , id eſt prótegas me abſentem , in quibuſcunque rebus opus fúerit,ſi exíſtimas nullum officium tuum intermoritúrum,id eſt peritûrum & obliuioni perpetuæ dandum apud me. Vale. Noſtra ipſorum

M.C. Bythinio. S.D. Epiſt. 17.

amicitie teſtificatoria.

CVM cæterárum rerum cauſâ cúpio eſſe aliquando rempubli. conſtitûtam,tùm velim mihi credas accédere id etiá, quo magis éxpetam promiſſum tuum,quo in líteris tuis vteris: Scribis enim,ſi ita ſit, te mecum eſſe victûrum . Gratíſſima mihi tua volûtas eſt, faciſque nihil aliênum à neceſſitudine noſtra, iudiciiſque patris tui de me, ſummi viri. Nam ſic habêto, beneficiorum magnitúdine , eos,qui tempóribus valuèrunt,aut váleant,coniunctióres tecum eſſe , quàm me neceſſitudine néminem. Quamobrèm grata mihi eſt & memória tua noſtræ coniunctionis, & eius etiam augendæ voluntas. Vale.

HVBER. CVm ceterarum.Scrípſerat Bythínius ad Ci. ſe cúpere cum eo uiuere, ſi aliquando reſpubli.quæ diu agitabâtur,conſtituerêtur. Itaque Ci.reſcribit ſe uehementèr cúpere, ut reſpu.tandem conſtituâtur , & in bonum ſtatum reducâtur,& aliarum cauſâ,& hac præcipuè ut poſſit exígere à Bythinio promiſſum,ut ſecum uiuat.Deinde dicit Cice.eſſe áliquos , qui quia plúrimùm potúerint ſint coniunctiores Bythinio magnitudine officiorum quàm ipſe Cice. neceſſitúdine uero & beneuolentia néminem eſſe coniunctiorem. Cæterarum.aliarum multarum.Conſtitûtam. firmâtam , in ſtatu ſuo collocâtam.Aliquandò.tandem,aliquo tēpore.Tum, præcipuè. Accédere.adiungi ad illas cæteras res. Id.quod ſéquitur, ſcilicet. Quo.id eſt ut. Éxpetam.éxigam à te. Quo ſcílicet promiſſo. Si ita ſit.ſ.ut reſp.ſit conſtitûta.Tua uo. uiuendi mecū. Alienum ne.no.id eſt nihil facias , contra neceſſitúdinem noſtram .i.nihil facis ꝙ ſit contra amicitiam noſtram cum petis mecum uíuere. Nam ſic.ſenſus eſt, crede eos,qui habuêrunt gratiam,aut authoritâtem,his tempóribus, contuliſſe in te maiora beneficia, quàm ego qui non uálui,ſed neceſſitúdine, & beneuolentia néminem eſſe tibi coniunctiorem.

Neceſſitudine néminem,ſubaudi coniunctiorem eſſe. Eius.coniunctionis . Augendæ uoluntas , id eſt cupio iam augêre.

Ex Epiſtola.Cum. cæterarum.

Cum cæterarum rerum cauſâ percúpio aliquandò eſſe rempubli.conſtitûtam.Nam ſic habêto,magnitúdine beneficiorum eos, qui tempóribus ualuêrunt, ut uáleant,tecum eſſe coniunctiores, quàm me neceſſitúdine néminem.

ASCEN. CVm cæterarum & c. Reſpondet epiſtolæ Bithynii,nō quidem ſuperióri,ſed álteri , quæ non extat,ſignificans gratam ſibi cum eo cōſuetúdinem, ſi reſpub.uigêret,fore. Ordo eſt. Cum, ſcílicet ita ſit , quod cupio cauſâ cæterarum rerum rempu.conſtitûtam, ſup.eſſe, aliquando.i. tandem, tùm.i.multo magis,uelim credas mihi, id etiam accédere.i. addi,aut accídere.i.contíngere, ut reſpub.ſit conſtitûta.i.ſtabilíta, quo, id eſt ideò , ut éxpetam.i. éxigam â te magis promiſſum tuum,quo ſcílicet ꝓmiſſo,úteris in líteris tuis,nō tn̄, ut dixi in ſuperióribus.Scribis enim ſi ſit ita,te eſſe uictûrum mecū.Volūtas tua eſt gratíſsima mihi,& facis nihil aliênū.i.diuerſū â neceſſitúdine noſtra, & iudiciis patris tui uiri ſummi,de me.i.quæ hábuit de me . Nam habêto ſic.i.tenêto id ra-

id rariſſimũ,eos,qui ualuerũt tempóribus, id eſt quibus tẽpora fuerunt ſecunda,aut qui ualeant ſemet ipſo do témporibus,eſſe coniunctióres tecum magnitúdine beneficiorum quàm me:quia cum illis témpora eſſent próſpera potuerunt fácile in te conferre beneficia quàm ego,ſed,ſup.néminem ſup.eſſe coniunctiórem tecum quàm me, neceſſitúdine.i.uínculo neceſſariæ coniunctionis ex paréntibus contractæ. Quamobrèm .i.ſimul,memoria tua ſcilicet actiua,coniunctionis noſtræ, paſſiuè.i.quàm habes de coniunctione noſtra,eſt grata mihi,& uoluntas eius.ſ.coniunctiónis noſtræ etiam augendæ eſt mihi.i.hábeo eam.Sæpe Ci.uni ſubſtantiuo potiſſimùm uerbali adiungit,aut duos genitiuos,& loco altérius pronomen poſſeſſiuum,quorum alter paſſiuè,alter ſiue álterum actiuè aut paſſiuè ſignificat,ut ſtudium Seruii iuris ciuilis, prior genitiuus actiuè, poſterior paſſiuè accipitur.

*** PETRI VICTO. CASTI.** ❧CVM cæterarum rerum cauſâ. Non reſpondet hæc Ciceronis epiſtola, quemadmodum égo exiſtimo, ſuperiori Bithynii:id autem,qui attentè ambas légerit, fácilè animaduertet. Scrípſerat alias líteras Bithynius ad Ciceronem, quibus cúpere ſe oſténderat,cum eo uíuere.quæ aut poſteà periére,aut in hæc uolúmina relâtæ non ſunt.

Cicero Leptæ S.D. Epist. 13.

S* Imul ac accépi à Seléuco tuo líteras,ſtatim quæſiui è Balbo per codicillos,quid eſſet in lege. Reſcripſit eos, qui fácerent præconium vetâri eſſe in decurionibus: qui feciſſent non vetâri. Quare bono ánimo ſint & tui, & mei familiâres: neque enim erat ferendum,* cùm qui hodiè aruſpicînam fácerent, in ſenatu Rom.legerentur,eós,qui aliquando præconium feciſſent, in municipiis decuriónes eſſe non licêre. De Hiſpanis nihil noui: magnum tamen exércitum Pompe. habêre conſtat.Nam Cæſar ipſe ad nos miſit exemplum Paciaeci literarum,in quo erat,illi vndecim eſſe legiones:ſcrípſerat enim Meſſalla Q. Salaſſo.P. Curtium fratrem eius,iuſſu Pompeii, inſpectante exércitu interfectum, quòd conſenſiſſet cum Hiſpânis quibuſdam,ſi in óppidum neſcio quod Pompeius rei frumentariæ cauſâ veniſſet, eum comprehéndere, ad Cæſaréq; dedúcere. De negocio tuo,quòd ſpóſor es pro Pópeio, ſi Galba conſponſor tuus redíerit, homo in re familiári nõ parum díligẽs, non déſinam cum illo communicâre,

HVBER. S Imul ac.interrogáuerat Lepta Cic.utrũ prçcônes & arúſpices poſſent per leges fieri decuriones municipiorũ, de quo Ci.dicit ſe cõſuluiſſe Balbũ iuriſconſultum,expônitque eius ſenténtiam, deinde facit eum certiórem quid audíerit de rebus Hiſpanis:erant enim eo témpore in Hiſpania exércitus Cęſ.& Pomp.deinde quia Lepta laudáuerat opus Cice.de oratôre: dicit Cice.uehementèr gaudêre,dicitque ſe cúpere,ut Leptæ filius Lepta eo delectêtur: & poſtremò hortâtur eum ut filium ad diſcendum Heſiodum indûcat,& præcipuè quatuor eius cármina, quæ in fine epiſtolæ ſubdit.

Simul ac Simul ac.poſteaquam, cum primum. Quæſiui.interrogâui. E Bal.pro ex Balbo,iuriſconſulto, qui nouit,quid leges ſtatuant.

Codicilli Codicillos.breues líteras, ut lib.quar. in epiſtola Sulpitii de morte Marcelli.Puer Acydini obuiàm mihi uenit cum codicillis:eſt enim diminutiuum à diminutiuo:**Codículꝰ** codex enim facit codiculꝰ,inde codicillꝰ. Iuriſconſulti pro génere quodam teſtimoniorum accipiunt. Quid eſſet in lege.i.quid lex ſtatúerit de eo,quod petiſti. Qui fácerent præconi.qui nunc

Præcônes eſſent præcônes in municipiis.Præcónes autem qui publicè aliquid ore & uerbis denúnciant, ut Virg. in.v.Aenei Victorem Aeneas præconis uoce Cloanthum Declârat.idem **Tubícines Cornícines** tubícines,& cornícines dicuntur, ꝙ ſonitu tubæ pópulum ad ſe ducãt.Iuue. Quõdam hi córnices,& municipalis arenæ Perpetui cómites, notæque per óppida buccæ.dicuntur autem à præ & cano,ꝙ antè canant,& denúncient quod eſt faciendum:hi autem uiles erant,unde nunc dicit reſcriptum eſſe à Balbo,qui exercêrent præconium,uetâri per leges,eſſe in Decuriónibus.

Decuriones Decuriônes autem (authoribus Feſto, & Nonio) à número militiæ cui prǽerant dicti ſunt,ꝙ denis equítibus præeſſent,ſicut Centuriones.Erant tamen Decuriones alii urbani,alii municipales. Vrbanus Decuio turmæ prǽerat,quæ duobus & triginta equítibus conſtâbat: neque uero belli ſolùm,ſed domi quoque.Decurio dicitur nomen quoddam præpoſituræ turmæ ſignificans,ut Sueto.in Domitiani uita.Saturius Decurio cubiculariórum.In municipiis autem Decurio idem créditur,qui & ſenator: nam qui in ſenatu,& conſiliis reipu.municipalis intereſſe póterant, Decuriones erant:ut Cice.in oratione pro P.Seſtio.Recita quæſo Seſti quid decréuerint Capuæ Decuriônes. Romanum autem & municipalem Decuriônem differre, declârat Plin.iũnior,epiſtolâ quadam libro primo. Puto autem uerius dictos Decuriones,ut ſenſit Pompónius iuriſcon. de uerborum ſignificatione, ꝙ initio cũ deducerentur Colonię conſilii publici gratia decima deductorum conſcribi ſólita ſit. Decuriones igitur in hoc loco non pro equitibus,aut qui præeſſẽt decem equitibus accipiuntur, ſed pro his,qui in ſenatu & conſiliis reipub.municipali intereſſent,ut declarat Cice.ipſe hac epiſtola.

Decuriæ Centuriæ Decurias autem nobiliorum. Centurias inferiorum dici Pediânus uoluit,ergo. Eſſe in Decurionibus.i.eſſe in ſenatóribus municipalibus. Qui feciſſent.ſubaudi præconium:nam quidã fruſtrà,& falſo addunt,qui aruſpicinam feciſſẽt, cum aruſpicina ſuperfluum eſſe conſtet. hoc enim ſentit Cice.reſcripſiſſe Balbum eos qui nunc facerent præconium prohiberi eſſe in Decurionibus,qui uero aliàs feciſſent & non prohibêri. Familias.amicos, propter quos fortaſſe quæſiuerat hoc Lepta à Cic. Neque enim.arguit à minori ad maius,ꝙ ſi illi,qui in præſenti faciunt aruſpicinam,poſſunt éligi ſenatores in urbe Roma,multo magis póterunt eligi Decuriones,qui in municipiis præco

nium

num ſecimet, & in præſenti no faciant,cum minus ſit eſſe Decurionem in municipiis, quàm ſenatorem Romanum. **Aruſpicina** Aruſpicinam fácerent.i.qui eſſent arúſpices.Aruſpicina erat diuinandi diſciplina per inſpectionem extorum & uíſcerum animalium, quæ non ſatis honeſta putabâtur,ergo dicit,non erat tolerandum cum illi eligerentur in Senatu Ro.qui fácerent hoc tempore aruſpicinam, ꝙ illi non poſſent eſſe Decuriones in municipiis,quia anteà feciſſent præconium. Legerentur.eligerentur. In ſenatu Ro.ut poſſent eſſe Rom. ſenatores. Aliquando.aliquo témpore, non nunc. Non li.uetâri per leges. Eſſe Decu.in mu.ꝙ minus eſt q̃ éligi in ſenatu Ro. Conſtat.appâret,manifeſtum eſt. Illas.ſ.legiones Pom. Inſpectante exércitu.conſpectu totius exércitus. Conſenſiſſet.coniuraſſet. Neſcio quod.ita ſolêmus dícere cum ignorâmus nomẽ.

Cauſâ rei frumentariæ.i.cauſâ prouiſionis frumenti. Comprehéndere.cápere, lígare. Quo.neſcio. Eſt ſponſor pro Pompeio.i.qui pro Pompeio fideiuſſiſti.fide iuſſerat enim Lepta ſimul cum Galba quodam ꝑ Põ.de re pecu.& quærêbat ſe liberâri illa fideiuſſione:ſcrípſeratq; ad Ci.ut id communicâret cũ Galba,quod ſe facturum dicit. Conſponſor.ſimul ſponſor.

ASCEN. ❧SIMVL ac &c.Interrogáuerat Lepta Ciceronem utrum præcônes poſſent per leges fieri Decuriones municipiorum.De quo dicit ſe conſuluiſſe Balbum iuriſconſultum,expônitque eius ſenténtiam, deinde ſcribit quid audíerit de rebus Cæſaris & Pompeii in Hiſpanias,& hortâtur ut filius Leptæ ediſcat librum de oratore,& cármina illa Heſiódica,quæ ponit.**Ordo** Ordo autem eſt.Simul ac accêpi líteras tuas à Seleuco,ſtatim quæſiui è Balbo.ſ.iuriſconſulto,per codicillos.i.per litérulas,quid eſſet in lege.ſ.quid iuris eſſet, de eo,quod quæſiuiſti. Reſcripſit eos,qui fácerent præconium.i. præcônes públicos adhuc officium exercentes, uetâri eſſe in Decuriónibus.i.in número Decuriônum,eos ſupple qui feciſſent ſcílicet præconium, & non ampliùs fácerent,non uetâri. Quarè & tui & mei familiâres ſint bono ánimo. Neque enim erat ferendum.i.tollerandum, eo ꝙ eſſet iniquum, cum ſup.ii, qui fácerent hodiè aruſpicînam.i.qui eſſent arúſpices.i.inſpectores oblatorum, legerentur Romæ in ſenatu.i.ut ſint in número ſenatôrum, & non licêre eos,qui feciſſent aliquando præconium,eſſe Decuriones in municipiis.i.in úrbibus Itáliæ,quorum ciues eſſent múnerũ Romanorum capâces.Nihil noui ſup.eſt de Hiſpaniis:conſtat tamen Pompeium habêre magnum exércitum. Nam **Diploma** Cæſar ipſe miſit ad nos exemplum.i.diploma,aut duplum literarum,Patiatii.i.quas Patiatius ex Hiſpania miſerat,i quo.ſ.exemplo erat,illas legatiónes,ſ.quas Põpeius in Hiſpania habêbat, eſſe úndecim. Enim.i. quia, Meſſala ſcrípſerat Quinto Selaſſo.P.Curtium fratrem eius interfectum iuſſu Pompeii, exércitu inſpectante, ꝙ.i.quia,ipſe interfectus conſenſiſſet cum quibuſdam Hiſpaniis,ſi Pompeius ueniſſet cauſâ rei frumentariæ .i.ad obtinendum frumentum,in neſcio quod óppidum.i.in óppidum,cuius nomen ignôro comprehéndere eum.ſ.Pompeium,& dedúcere ad Cæſarem,qui inimicus eius erat,ꝙ.i.quia,ſponſor es pro Pompeio,ſi Galba conſponſor tuus.i.qui tecum ſponſor pro eodem eſt,homo non parùm.i.multùm diligens in re familiari,nõ déſinam communicâre cum illo de negocio tuo.

***PETRI. VICTO. CASTI.** ❧SIMVL accêpi. Ita ſanè in Mediceo hic légitur:uerúntamen quemádmodum poſteà animaduértimus,cum índicem epiſtolarum huius libri conſulerêmus,offéndimus ſic ibi ſcriptum eſſe, CICERO LEPTAE.Simulatq; accêpi.Quare ſtatim ita in meo códice emendâui:non quòd neſciam, (quod nonnulli me inſímulant) SIMVL etiam à bonis autóribus ſine AC aut ATQVE crebrò uſurpâri: frequens enim id eſt apud poêtas, & púeri omnes ſciunt.Terent.etiam in Phormiône inquit:Hic ſimul argentum reppêrit.Quin ipſe potiùs nõnullis exemplis adlatis dócui, aliis in locis ita Cicerônem locûtum fuiſſe: ſed cum ex maiore parte illi in uulgatis codícibus aliter legerentur,nolui uidêri parum firmis uti téſtibus.Multa ſunt autem,quæ conceduntur poêtis,quibus qui ſoluta oratione ſcribunt,ábſtinent.

***PETRI VICTO. CASTI.** ❧C V M qui hodie aruſpicînam fácerent in Senatu Romæ legerentur. locus (niſi fallor) in Cæſarem, qui in eum órdinem indigniſsimos élégerat: ſuppleuit enim ille Senatum, nam multi ciuilibus bellis Senatôres defécerant.

ſi qd expediri poſſit,quod videbatur mihi ille confidere. Oratorem meum tantopere à te probari vehementer gaudeo. Mihi quidẽ ſic perſuadeo, me,quicquid habuerim iudicii de dicendo, in illum librum contuliſſe. Qui ſi eſt talis,qualem tibi videri ſcribis, ego quoque aliquid ſum: ſin aliter,non recuſo,quin quantum de illo libro, tantundem de mei iudicii fama detrahatur. Leptam noſtrum cupio delectari iam talibus ſcriptis: & ſi abeſt matúritas ætatis, iam tamen perſonare aureis eius huiuſmodi vocibus non eſt inutile. Me Romæ tenuit omnino Tulliæ meæ partus. Sed cum ea, quemadmodum ſpero, ſatis firma ſit, teneor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam pri-

HVBER. ❧EXPEDIRI.explicari & liberari. Oratorem.alii uolunt eſſe oratorem quem ad Bru.ſcripſit: ego ſentio eſſe libros de oratôre, de quibus facit mẽtionem epíſtola penúltima primi libri, quos dialogo ſcripſiſſe dixit, & magnópere commendâuit, ſicut etiam hîc, utrunque tamen opus elegantíſſimum.

A te probâri.tibi placêre. De dicendo.de arte dicendi. Contuliſſe.poſuiſſe.. Aliquid ſum.i.alicuius pretii. Detrahâtur.diminuâtur. Leptam.filium tuum. Etſi.quamquam. Matúritas ætatis. q̃a iudiciũ uix poteſt eſſe maturũ adoleſcéntibus, proptereà ꝙ per ætatem non ſunt multa experti. Abeſt. deeſt ei. Perſonâre huiuſmodi uoci.i.audire aſſidue huiuſmodi uoces. Nam quo ſemel eſt imbûta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Partus.quia nuper péperit,nec propter id licuit mihi honeſtè diſcédere. Satis uálida. Téneor.impédior uenîre. Procuratóribus Dolabellæ,qui gerunt negocia Dolabellæ,âberat enim eo tempore Dolabella, & mãdâuerat Ciceroni,ut à procuratóribus ſuis exígeret primam **Penſio** penſionem rerum ſuarum. Penſio autem à pendendo dícitur,quæ datur pro uſu alicuiꝰ rei,ut agri,aut domus.Et me hercule. alia cauſa quare morâtus ſit diutius Romæ: dicit enim Cicero ſe non ita delectâri peragrâre loca multa,& ire peregrè,ſicut ante delectatus eſt:eſt enim magis iuuenũ,quàm ſenum. Ae

dificia

dificia mea me delectant.id est delector esse domi meæ. Ocium domus.quies domestica. Quæ.domus. Cedat. id est sit inferior:quia non minus ociū est mihi domi meæ,quàm in meis uillis. Maius omni regione desertissima.id est ocium maius quàm ubi fere nulli habitant:loca enim minus habitata pl⁹ habent ocii. Interpellatione. intermissione temporis,id est assidue.Quare.concludit Cicero ex supradictis causis,quod potius ueniet Lepta Romam,quā Cicero eat ad eum. Ediscat,nō solum cognoscat,sed & memoriæ mandet:id enim significat ediscere. Hesiodum poetam,quem quidam uoluut antiquiorem fuisse Homero: scripsit autem de agricultura apud Græcos,quem noster Virgilius in Georgicis, cum magna laude imitatus,creditur superasse.Fuit autem ex Ascra uico Bœotiæ admodum paruo & aspero, ut scribit Strabo,unde & Maro noster,Ascræumque cano Romana per oppida carmē.& alibi. Ascræo quos ante seni. Habeat in ore.i.assidue memoret, & pronunciet carmina quæ sequuntur,quia maxime hortantur ad amplectendas uirtutes.

Ediscere — *Hesiodus*

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν,
ἀθάνατοι. μακρὸς δὲ, καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται
ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα,

Horum autem carminum,ut fere uerbum de uerbo interpretemur :hic est sensus.

Virtutis sudorem Dii immortales anteposuerunt,lōga autē est & ardua uia ad ipsam, & aspera primum, ubi enim in cacumen uentum est,facilis est, quæ dura,& aspera extiterat,ea carmina multi uarie traducunt uersibus,sed non interpretantur uerum sensum poetæ, nos igitur ita traduximus. Virtutem posuere dei sudore parandam. Arduus est ad eam, longusque per ardua callis. Asper & est primum , sed ubi alta cacumina tanges: Fit facilis,quæ dura prius fuit inclyta uirtus.

mam pensionem . & me hercule non tam sum peregrinator iam,quàm solebā.ædificia mea me delectant ,& ocium domus est, quæ nulli uillarum mearum cedat,ocium omni desertissima regione maius. Itaque ne literæ quidem meæ impediun tur, in quibus sine vlla interpellatiōe uer sor. Quare(vt arbitror) prius hic te nos, quàm istic tu nos videbis . Lepta suauissimus ediscat Hesiodum, & habeat in ore.

τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν,
ἀθάνατοι. μακρὸς δὲ, καὶ ὄρθιος οἶμος, ἐπ' αὐτήν
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται
ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα,

Ex epistola.Simul accepi.

Quare bono animo sint , & tui,& mei familiares, neque enim referendum erat. Nam Cæsar ipse ad nos misit exemplum Platiaeci literarum. Ocium omni desertissima regione maius.Itaque ne literæ quidem meæ impediuntur,in quibus sine ulla interpellatione uersor.

ASCEN. SI quid possit expediri.i.transigi,& absolui,ꝙ ille,scilicet Galba uidebatur mihi,confidere , scilicet ꝙ aliquid posset expediri. Ego gaudeo uehementer,oratorem meum.i. opus de oratore , siue quod ad Brutum scripsit,siue potius alterum,probari.i.approbari,tantopere à te, quidem.i.certe,ego persuadeo mihi sic, me contulisse in illum librum quicquid habuerim iudicii de dicendo.i.de arte loquendi,qui,scilicet liber , si est talis,qualem tu scribis,sup.eum uideri tibi,ego quoque sum aliquid. Sin autem.i.sed si.aliud supple est.i. si non est talis,ego non recuso quin quantum detrahatur de illo libro.i.de laude illius libri, tantūdem detrahatur de fama iudicii mei. Ego cupio Leptam nostrum,scilicet filium, tibi per naturam , mihi per curam & amorem,delectari iam talibus scriptis.etsi.i.quamquam,maturitas ætatis abest,scilicet ab illo, tamen non est inutile aures eius personare huiusmodi uocibus.Vnde errant qui barbaris & ineptis uocibus utētes rhetoricem , aut poeticem,aut etiam grammaticem doceant. Partus Tulliæ meæ,scilicet filiæ,tenuit omnino Romæ. Sed cum ea sit satis firma,quemadmodum spero, tamen ego teneor , scilicet Romæ,dum.i. donec, ego exigam à procuratoribus Dolabellæ mariti eius, primam pensionem.i. pretium pro usu rerum eius , quod à pendendo dum reponitur pensio dicitur. Et me hercule,ego iam non sum tam.i.tantopere, peregrinator, quàm.i.quantopere,aut quantum solebam,ædificia mea delectant me, & ocium domus quæ nulli uillarum mearum cedat,quæ nulla inferior sit, cum ocium maius omni regione desertissima. Itaque.i. & ita,ne quidem.i.non saltem,literæ meæ impediantur,scilicet strepitu,aut uulgo.in quibus,scilicet literis,ego uersor sine ullo interpellatore.i.obturbatore.Interpellator enim est qui in medio opere aliquem compellit ac turbat. Quare ut arbitror , nos,supple uidebimus te hic.i.Romæ,ubi nos sumus , prius quàm tu uidebis nos istic,scilicet ubi tu es.Vbi inuenitur differentia,quam ponit Valla inter hic,& istic &c. Lepta suauissimus, scilicet filius tuus,ediscat , id est memoriter discat,Hesiodum,scilicet poetam Græcum , qui opera , & dies & deorum generationem scripsit,& habeat in ore , supple illud carmen Hesiodicum,quod de uerbo ad uerbū translatum subieci,conferat qui uelit latina Græcis,sed Græcorum penitus ignar⁹ sciat τῆς esse articulum,quo Latini carent,δὲ significare autem,sed sequente uocali colliditur , & dicitur pro de aretes daretes.uertitur ergo τῆς δ' ἀρετῆς,uirtutis autem,ἱδρῶτα,sudorem,θεοὶ.i.dei, & ita consequenter.Carmine autem sic uertit Hubertinus,Virtutem posuere dei sudore parandam.Arduus est ad eam, longusq; per ardua callis.Asper & est primum,sed ubi alta cacumina tanges:Fit facilis,quæ dura prius fuit inclyta uirtus.

HVBER. MAculā.Mácula quidam ciuis Românus inuitáuerat Leptam, & Cice. ad uillam suam.itaque Cice.eam laudat erat autē in Falerno Campániæ loco óptimi uini feracíssimo:deide,quia Lepta cupiêbat esse in familiáribus Cæsa.& ob eam causam paráuerat múnera,& Cæ.& cǽteris,qui apud eum plúrimū póterant:hortatur Cice.Leptam,ut neque curet esse apud Cæsa.nec faciat ea múnera,& addúcit rationes,

Cicero Leptæ.S.D. Epist. 19.

MAculam officio functum esse gáudeo.eius Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio.si modo tecti satis est ad comitátum nostrūm recipiendum.cæterum is quidē mihi locus non dísplicet,nec ea re Petrinum tuum déseram.nam & villa,& amœnitas illa commoratiônis est, non diuersorii. De curatiône áliqua *múnerum regiorū cum Oppio locutus sum. nam Balbum , posteaquàm tu es profectus,non vidi.tantis pedū dolóribus,vt se conueníri nolit.Omnîno de tota re , vt mihi uidêris , sapientiùs fáceres , si non curâres . quod enim eo labore ássequi vis , nullo modo assequêre. Tanta est enim intimórum multitúdo , vt ex his pótiùs aliquis éffluat , quàm nouo sit áditus , præsertim qui nihil ásserat, præter óperam , in qua ille se dedisse beneficium putâbit,si modo ipsum sciet non accepisse . Sed tamen aliquid vidébimus, * in quo sit species:áliter quidē,nō modo non appetendū, sed etiam fugiendū puto. Ego me Astûræ diutiùs arbitror cómoratúrum,quoad ille quandoq; véniat. Vale.

Ex Epistola.Maculam officio functum.

Cæterum qui mihi locus non displicet . De cura omni alia munerum regiorum cum Oppio locutus sum. Omnino de tota re,ut mihi uidetur,sapiētius faceres,si nihil curares . Quod enī eo labore assequi uis, nullo modo assequere.Tanta est enim multitudo in-

pollicetur tamen quid fuerit, in quo sit spes , se tentatûrum,& factûrum,quod póterit. Functum officio.non finiuisse officium quoddam, quod gésserat, ut quidam malè interpretantur , sed fecisse officium & débitum suum. Falernum eius . ubi habet uillam: inter sex enim loca quę scribit M.Varro præcípuis quibusdam rebus abundâre, affirmat Falernum feracissimum esse, quæ ut faciliùs memoriæ mandentur, infra scripto epigrāmate meo plácuit complecti, quod iam multis annis scrípseram ad Octauianum uicomercatum,nunc iurisconsultorum Mediolanensium decus, & ornamentum máximum , quem mihi discípulum fuisse,& meorum elegantia literarum doctrina facit,ut me non pœniteat. Sex cognosce suis insignes fructibus agros:Carmínibus uates,quos celebrasse leges.Dat Cérerem Campanus ager, dat uina Falernus, Cassinas oleæ, dicitur esse ferax.At de Tusculēo molles tibi sumere ficus,Déque Taréntino dulcia mella potes.Præcipuos Tyberina dabunt tibi flúmina pisces.Hos tibi,quem malis,nat lupus inter aquas. Pisce lupo melius multi nil esse probârunt:Inter si pontes uixerit ille natans. Diuersorio.id est iucundo & grato hospitio.Diuersorium enim locus quílibet dícitur, quo hómines de uia quiescendi aut reficiendi córporis causā ad tempus diuértere solent:nam diuortia & diuerticula alia dicuntur, ut suprà alio loco díximus. Si modo satis tecti est, id ēst si habet tantum tecti , quantum súfficit ad suscipiendos cómites nostros , quos nobiscum ducêmus. Cǽtera, id est per cǽtera,uel secundum cǽtera. Virgil.Cætera graius.Hora. in epistolis. Hæc ego dictabam post templum putre uacunæ. Petrinum.nomen uillæ apud Sinuessam.Hora.in episto.Sinuessanúmque Petrinum. Nam & uilla Iulia. cómparat nunc uillam Iuliam Falerno & Petrino , quas uillas dixit esse aptas diuersorio . Iuliæ autem uillæ amœnitatem , non diuersorium solum esse , sed & commorationis , id est habitationis , & permansionis. Regiorum.quæ Cæs.paras:sed inuidiosè dicit regiorum, quoniam & illud nomen erat inuîsum Românis. Curatione. impropriè dixit , quia propriè , ut ait Donâtus , Curatio est medicorum , cura reliquórum. Tantis. tam magnis.

Ciceronis: grauissimo

Diuersorium — *Diuortia* — *Diuerticula* — *Petrinum* — *Curatio* — *Cura*

**PETRI VICTO. CASTI.* MVNERVM regiórum. Sciebam sane nonnullos REGIONVM in suo códice scripsisse, contra impressórum,& meliórum ómnium códicum fidem : in quo quòd illos imitârer,non fuit : Historiam huius loci in meis castigationibus explicâui,quod prætermisi ut planum, ac notum ómnibus . Cur regia appellâret múnera, paucis expônam. quæ Cæsar dictator daret,quem regem uocat multis in locis (ut etiam regiam domum eius: Te planè uisum in regia non reprehendo, & reginam uxorem) quòd regiam Romæ potestatem habêret, & cuncta pro arbitrio suo administrâret . Cum sexcenta alia exempla huius nóminis afferre possem , uno contentus ero,quod huic rei docendæ mirificè accommodatum est:ágitur enim in eo quoq; de curatione ludorum,etsi diuersi ludi fuerint,quos curáuerat Matius ab his,quos Lepta curâre cupiêbat. In epistola ad Matium clxx. Sed te hóminem doctissimum non fugit, si Cæsar rex fúerit,quod mihi quidem uidêtur : & quæ sequuntur:quamuis autem múnera per singulas urbis regiones Cæsar edíderit, nemo unquam múnera regionū illa appellâret , nisi omnia fallunt. Vocasse autem regem quandoque Ciceronem , quem Græci τύραννον dicunt, perspicuum est:undélibet locum in Oratione prima cōtra Catilînam emendâre: Si in hunc animaduertissem, crudélitèr,non egrégiè factum esse dícerent.Legendum enim est, ET REGIE, id est,τυραννικῶς. Hanc scriptûram , sua sponte planam , confirmat authóritas óptimi códicis : uidi enim librum literis Longobardis exarâtum, qui continêbat historiam Salustii,& quædam Cicerônis,in quibus erant orationes hæ in L.Catilinam,in quibus ita legebâtur.

HVBER. D E tota re. id est neque de tantis munéribus , neque de quærendo locum apud ipsum Cǽsarem. Tanta est multitûdo intimórum, id est tam multos habet apud se íntimos, & familiarissimos. Éffluat. eiiciâtur ab ipso Cęsare . Aditus . subaudi ad ipsum Cǽsarem. Qui.scilicet nouus. Nihil áfferat, nihil præstet Cǽsari. In qua. ópera. Non accepisse. scilicet óperam tuā, qui putâbit te sibi obligâtum , si non accéperit óperam tuam,quam ei allatúrus esses: est enim hæc natura potentum, & díuitum uirôrum , ut ostendit Cicero libro secundo officiôrum. Vidébimus . experiêmur. In quo sit spes. in quo sperêmus posse aliquid tibi prodesse. Aliter.si non erit spes. Sed etiam fugiendum . quia turpiùs est repelli , quàm non tentasse. Astûræ . oppidum est non longe à Terracina, & eius cognómine fluuius. Quoad.quoadusque. Ille. Cæsar.

Astura

ASCEN. MACVLAM &c.Mácula ciuis Romanus inuitáuerat Leptam & Ciceronem in uillam suam:Itaq; Cicero eum laudat . Dehortâtur autem Leptam ne se insinuet in amicitiam Cǽsaris, & Cæsarianorum per múnera.Ordo est.Ego gaudeo Máculam,proprium est ciuis Romani,esse functum officio.i.fecisse,ut dicunt débitum suum,falernum eius.i. hospitium, quod habet in Falerno agro uicino Campániæ,óptimi uini feracissimo,uisum est semper mihi

Ordo

idoneum diuersorio, id est ut sit nobis diuersorium, modò, id est dūmodò, satis tecti, id est ædificii est, supple in eo, ad recipiendum comitatum nostrum. Cæterum. id est sed, quidem, id est certè, locus non displicet mihi, nec deseram ea re, id est propter eam rem,

timorum. ut ex his aliquis potius effluat, quam nouo sit additus. Aliter nō modo quidē nō appetendum. sed fugiendum etiam puto. Ego me in Astura diutius arbitror commoraturum.

Petrinum — Petrinum tuum, scilicèt hospitium apud Sinuessam: unde Horatius in epistolis, Sinuessanúmque Petrinum. Nam & uilla. id est domus in agro, & amœnitas illa, scilicèt quæ est præcipua in falerno Maculæ, est commorationis, id est ad commorandum apta, non diuersorii, id est ad tempus illic agendi, ut in diuersorio solemus, & ita Petrinum non deseret: pro uocabulo illa legit Hubertinus Iulia, sed nō recipitur. Ego locutus sum cum Oppio amico Cæsaris, de curatione munerum regiorum, quæ Cæsari parasti, tanquam regi donanda. Nam nō uidi Balbum postea quàm, tu es profectus, id est discessisti hinc & ita non pótui cum eò loqui, supple. Balbus afficitur tantis doloribus pedum, ut nolit se cōueniri, id est uisitari. Tu faceres omnino de tota re sapientius, ut uidetur mihi, si non curares, & ita nihil faceres. Tu enim nullo modo assequere, id est obtinebis, id supple quod uis assequi eo labore. i. ut sis de familiaribus Cæsaris. Enim. id est quia, multitudo intimorum, scilicèt amicorum Cæsaris est tanta, quòd aliquis effluat, id est dematur, ut liquor è uase nimis pleno, potiùs ex iis, scilicet qui sunt, quàm aditus, id est accessus sit nouo: præsertim qui nihil afferat præter operam, id est laborem, & industriam suam, in qua ille, scilicèt Cæsar, putabit se dedisse beneficium, si modo sciet se non accepisse ipsum, scilicèt beneficium operæ tuæ. Sed tamen nos uidebimus, id est experiemur aliquid, in quo sit spes: aliter quidem puto, non modo non appetendum, sed etiam fugiendum. Ego arbitror me cōmoraturum diutius Asturæ, id est in eo oppido non longè à Terracina, quoad, id est donec, ille, scilicèt Cæsar ueniat, quandoque, id est aliquandò. — Astura vbi

*P.V.C. IN QVO sit species. Si rem semel, de qua hic agit, nonnulli intelligere uoluissent (poterant autem ex epistolis ad Att. omnia accipere: his enim quæ à me pro huius loci declaratione scripta sunt, fortasse parum fidebant) non tam multa peccassent, & ueterem lectionem, quæ in Medicæo est, à me restitutam, ueriorem esse cognossent. Sententia huius loci, & uis illius nominis, copiosè à me in meis castigationibus explicata est: addam tamen huius nominis eodem significatu exemplū, è primo de Oratore ad Qu. Fratrem: Et quanquam in utroque nostrum summum esse ingenium, studiúmque perspexi: tamen hæc, quæ sunt in specie posita, &c. Sed magis adhuc simile huic loco est illud in L. Pisonem: At fuit pompa, fuit species, fuit incessus. nam locus ille ad Att. non parum lucis rei, de qua hic agit, adfert 504 Balbum conueni: Lepta enim de sua ui in curatione laborans, me ad eum perduxerat.

HVBER. DEDERAM. Toranus eandem causam secutus, quam Cæcinna, & pleriq; alii, cùm exilio mulctaretur, essetq;, ut puto in Sicilia, sicut & Cæcinna, decreuerat inde discedere, quod Cicero suadet ne faciat propter opportunitatem loci uicini, ex quo facilè poterit intelligere quicquid de restitutione sua actum fuerit, & subitò discedere. Deinde quia Cæsari ex Hispania redeunti uolebat Toranus se offerre, idq; Cicero ei dissuadet. Deinde consolatur eum, ut forti animo ferat communem casum. Triduò. ante tribus diebus superioribus. Pueris. seruis. Eo. propter id, quia dedit literas pueris Planci ad te deferendas. Vt sicut. Anteà. superiori tempore. Monebo. dabo consilium. Ibidem. id est ibi, scilicet ubi tu es. Opperiri. expectare, ut Virgil. Reginam opperiens. scribitur autem gemino p. & est deponens: nam operio actiuum simplici p. scriptum tegere significat. Præter periculum. excepto periculo. Hyemalis. tempestuosæ. Minimè portuosæ. quę non habet multos, & idoneos portus. Incommodissimum est enim nauigare per ea loca, ubi non reperiuntur portus. Quod. periculū. Vitaueris, ibidem. Ne illud quidem non negligendum, non contemnendum: est autem liptote, id est illud quoq; si expectaueris plurimi faciendum. Quamuis subitò, id est ualde subitò: ponitur enim pro quantumuis. — Opperior / Operio / Liptote fig.

monitoria

Cicero Torano. S. D. *Epist. 20.*

DEderam triduò ante pueris Cn. Planci literas ad te: eò nunc ero breuior: teque, vt anteà consolabar, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse vtilius, quàm ibidem opperiri, quoad scire possis, quid tibi agendum sit. Nam præter nauigationis lōgæ, & hyemalis, & minimè portuosæ periculū, qđ vitaueris, ne illud quidē negligendū, quāuis subitò, cum certi aliquid audieris, *te istinc posse

*P.V.C. Istim Istinc — TE istinc posse proficisci. Hic potissimū olim adnotauimus, in antiquis codicibus ISTIM pro ISTINC legi, citauimusque multorum locorum testimonia, plura etiam nunc afferre possemus: nam dum accuratè uersamus prisca exemplaria, in hanc uocem crebrò incidimus, uel potius raro aliter scriptam animaduertimus. Addimus nunc ad ea ILLIM quoque pro ILLINC nos sæpè positum in iisdem libris animaduertisse: nam libro VII. ad Att. in optimo illo sic legitur: Ista magis expecto, quid illim afferatur. Accuratè igitur considerandum, an huius animaduersionis auxilio locus Ciceronis in epistola ab Brutum emendari possit, siue ita aduerbium hoc pronunciare, ac scribere ueteres soliti sint, siue frequentèr in eo exscribendo ab antiquis librariis, & eodem semper modo peccaretur, quod uix puto. Verba Ciceronis sunt à Quintiliano adducta libro. v. Veritus fortasse, ne nos in Catonem nostrum transferremus illi mali quid est, etsi argumentum simile nō erat. Arbitror igitur legendum, transferremus illim aliquid, etsi argumentum &c. ut sit ILLIM pro ILLINC, nam in manu scriptis nonnullis EST, nō uidi: quò facilius hic locus nunc corruptissimus ita restitui potest: totam tamen rem arbitrio doctiorum permittimus. Animaduertimus posteà Germanos in suo Quintiliano, quem multis locis castigatum ediderunt, hunc etiam locum restituere conatos esse: nam ita scripserunt. Transferremus illinc mali quid: & si &c. nam quod EST sustulerunt, quodque ILLINC desiderari in hac sententia iudicarunt, nobiscum faciunt: non tamen ex reliquis duabus uocibus ALIQVID componere, quod non minus desiderari uidebatur, potuerunt.

proficisci. Nihil est præterea cur aduenientibus te offerre gestias. Multa præterea metuo, quæ cum Chilône nostro communicaui. quid multa? Loco opportuniore in his malis nullo esse potuisti, ex quo te quocunque opus erit, facillime, & expeditissime conferas. quod si recipiet ille se, ad tempus aderis: sin (quoniam multa accidere possunt) aliqua res vel eum impediet, vel morabitur, tu ibi eris, vbi omnia scire possis. hoc mihi prorsus valdè placet. De reliquo, vt te sæpè per literas hortatus sum, ita velim tibi persuadeas, te in hac causa nihil habere, quod tibi timendum sit, præter communem casum ciuitatis: qui & si est grauissimus, tamen ita viximus, & id ætatis iam sumus, vt omnia quæ non nostrâ culpâ nobis accident, fortitèr ferre debeamus. Hic tui omnes valent, summaque pietate te desyderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura vt valeas & te istinc ne temerè commoueas. Vale.

PROFICISCI. discedere illic. Aduenientibus. Cæsarianis. Gestias. uehementer cupias. Est enim gestire motu quodam corporis lætitiā animi significare. Virgilius, Incassum uideas studio gestire leuandi. Offerre te. obuiam dare, occurrere. Nostro. familiari & amico. Opportuniore. commodiore rebus tuis. Quocunque. aduerbium est, in quemcunq; locum. Opus erit. scilicet te conferre. Ille. Cæsar. Recipiet se. redibit scilicet in patriam. Omnia quæ agentur, & ad te pertinebunt. Hoc. scilicet quòd sis tibi. Prorsus. omnino. In hac causa. quam secutus es simul cum Pompeio, & multis aliis. Communem. cuius nemo est expers, aut immunis. Ita uiximus. cum ea honestate, & rectitudine: est autē consolatio à conscientia, qua Cicero sæpe utitur. Id ætatis sumus. id est in ea ætate sumus: est autem ornatus quidem dicendi modus, quasi dicat, ita sumus iam senes, ut fortem animum omnibus rebus præstare debeamus, quæ nostra culpa non acciderunt, senes enim magis debent cōtemnere mortem, quàm iuuenes, propterea quod parum uitæ superest eis, qui uiuere possint. Hic. Romæ. — HVBER. / Gestire / Quocūq;

Ex Epistola. Dederam triduo ante pueris.

Vt omnia, quæ non nostra culpa accidant, fortiter, atque constanter ferre debeamus. Tu cura, ut ualeas, & te istinc, ubi es, temere non commoueas.

ASCEN. DEDERAM &c. Toranus eandem cum Cæcinna causam secutus, & cum eo in Sicilia exulans decreuerat inde discedere, à quo Cicero eum dehortatur, suadensq; ne Cæsari ex Hispania redeunti obuius fiat, fortitudinis eum admonet. Ordo est. Dederam triduò antè, scilicèt quàm hæc scriberet, pueris, id est seruis Cnæi Plantii, literas ad te, eò, id est eam ob rē, ego ero nunc breuior, ut consolabar te anteà, scilicet in dictis epistolis, ita supple monebo te hoc tempore. Ego nihil puto utilius tibi, quàm operiri, id est expectare ibidem, scilicèt ubi nunc es, quoad, id est donec, possis scire, quid sit agendum tibi: nam præter periculum nauigationis longe, & hyemalis, & minimè portuosæ, id est ubi paucissimi sunt portus, quod scilicèt periculū tu uitaris, id est uitaueris opperiendo, & manendo in Sicilia, ne quidem, id est non etiam, aut non saltem illud, scilicet quod dicam, est negligendū te posse proficisci, id est discedere istinc, id est ab isto loco ubi es, quamuis, id est quantumuis citò, cum audieris aliquid certi. Præterea nihil est, id est nulla est causa, cur gestias, id est nimium cupias. Ita, ut gestu cupiditatē indices, offerre te aduenientibus, scilicet Cæsarianis ex Hispania. Præterea ego metuo multa, quæ communicaui cum Chilone nostro, scilicet amico. Quid supple scribam tibi multa. Tu nullo loco opportuniore potuisti esse, in his malis, id est durantibus his malis quàm supple ubi es, tu conferas, id est traducas te facillime & expeditissimè ex eo, scilicèt loco quocunque erit opus, id est utile, aut expediens, quò, id est ad quem locum, si ille, scilicet quem metuis hoc est Cæsar, recipiet, id est tanquam in locum tutiorem conuertet se, tu aderis ad tempus. Sin, id est sed si, quoniam multa, scilicet impedimenta possunt accidere, aliqua res impediet eum uel morabitur, id est retinebit, cùm tu eris ibi, ubi possis scire omnia. Hoc. scilicet consilium placet mihi prorsus, id est omnino, ualdè. De reliquo, ut sum hortatus te sæpè per literas, uelim supple ut persuadeas tibi ita, te nihil habere in hac causa, quod sit timendum, præter communem casum ciuitatis, scilicet Romanæ, qui scilicèt casus communis, etsi est grauissimus, tamen nos uiximus ita, & sumus iam id ætatis, id est in ea ætate, ut debeamus ferre fortitèr omnia quæ non accident culpâ nostrâ. Omnes tui, scilicet necessarii & amici, ualent hic scilicet Romæ, & desyderant te summa pietate, id est charitate cum obseruantia, quam debent inferiores maioribus ut liberi parentibus, & nos omnes deo, & diligunt & colunt. Tu cura, &, id est simul, ut ualeas, & id est simul, ne commoueas te istinc, id est à loco ubi nunc es, temerè, id est inconsultè. Vale. — Ordo

consolatoria

Cicero Torano. S. D. *Epi. 21.*

ET si cum hæc ad te scribebā, aut appropinquare exitus huius calamitosissimi belli, aut iam aliquid actū, & confectum videbatur, tamē quotidiè commemorabam te vnum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem, &

HVBER. ET si cum. Cōsolatur Ci. hac epistola Toranum, ut forti animo ferat ea, quæ acciderunt: præsertim cum ipsi soli prædixerint quod esset futurū, siue Pomp. siue Cæ. uicturus foret, ostenditque fuisse timendū, cum aliquid caueri potuit. Nunc uero cum nulla spes, rebus euersis supersit, omnia ferenda moderatè, præcipuè cum mors sit omniū extremum, & finis laborum, & miseriarum. Postremò addit consolationē sibi assuetam rectæ conscientiæ. Calamitosissimi. perniciosissimi. Belli. Africani: nam mortuo Pom. Cato in Africā se cōtulit ad Iubam, contra quem posteà pugnauit C. Confectum. finitum. Commemorabam. referebā, dicebam. Assensorem. quia idem dicebas, quod ego.

Universidad de Deusto Biblioteca

HVBER. IONOS Iolos.duos,me & tē. In eo bello.ciuili,quod gerebâtur inter Cæ.& Pomp. Exclûſa.eiecta,quia nulla erat ſpes pacis. Ipſa uictória. utriuſcunque futura eſſet,ſiue Cæ.ſiue Pom. Intéritum. máximam cladem & perniciem ciuium. Domitium.Cn. Domitium dicit,& Léntulū,qui Cic.tímidum appellâbant,quia bellum timéret: dicit autem Cic. ſe non timuiſſe bellum, ſed euentum belli,& ne ea acciderent,quæ acciderunt. Eram plane.ſcílicet tímidus. Idem. ego. Ad omnem euentum,id eſt ad omnia, quæ euénerint. Cauêri.uitâri, aut prouidêri. Dolêbam négligi. dolêbam quòd non prouidéret aliquid,& quod nō curarêtur. Euerſis.proſtratis,tractum ab ædificiis. Conſilio.prudentia, quia nullus eſt adeò ſápiens, qui ampliùs poſſit prouidére. Vna ratio. una uia, unus modus. Ferre moderatè, quicquid erit, tale illud Maro. Quicquid erit ſuperabundâs omnis fortuna ferenda eſt.Extemū. Hora. Mors última linea rerum. Mihi ſum cónſcius. ſcio. Quod licúerit, quantùm potúerim. Conſuluiſſe.prouidiſſe. Hac amiſſa.dignitate reipub.oppreſſa, & pérdita. Eadem cogitâres. eandem conſolationem accíperes. Recordâre.id eſt recordaris,& in memoriā rédigis. Etiam ſi accíderit ſe.id eſt etiā ſi aliter euénerit, quàm uolêbas & ſentiêbas. Conferre ſollicitudines noſtras.ut enim Cice.ſuperiùs dixit ad Luceium. Habet prętériti doloris ſecura recordatio delectationem.Virg.Forſan & hæc olim meminiſſe iuuâbit. Idē,

Virg Æn. iuuat euaſiſſe tot urbes Argolicas, medioſque fugam tenuiſſe per hoſtes. Conferre.ſimul cólloqui. Tum. eo témpore. Præter intéritum uniuerſæ, id eſt præter communem calamitatem, & perniciem reipub. Futurum præſto.id eſt paratum,& promptum.

ASCEN. Ordo. ſOET ſi &c.Conſolátur eundem Toranum ferè conſueto modo conſolandi,dicens, Et ſi.id eſt quanquā, cùm ego ſcríbam hæc ad te, aut éxitus huius belli calamitoſiſſimi.quia ciuilis,& in perniciem reipub.urgentis, uidebâtur appropinquâre, aut aliquid uidebâtur iam actum,& confectum,ſcílicet de bello. Tamen ego commemorâbam.i.memória reuoluêbā, quotidie te unum fuiſſe in tanto exércitu aſſenſorem mihi,& me tibi,quia ambo ſentiêbant potiùs pacis iniquæ conditiones ſuſcipiendas, quàm bellum obeundum,& nos ſolos uidiſſe.i.conſideraſſe, quantùm mali eſſet in eo bello,in quo ſpe pacis excluſa,ipſa uictoria utriuſque ſcilicet partis,eſſet futura acerbiſſima,quæ aut eſſet allatúra tibi intéritū,ſi eſſes uictus, aut ſeruitútem ſubdominatiónem Pompeianorum ſi uiciſſes,aut accipiâtur generáliter ſecunda perſona pro quacunque:nam utriuſque partis uícti intéritum paſſúri erant,& uictóres ſeruitútem,cum alteruter uictor uidebâtur remp. oppreſſurus. Ita quòd ego,quem illi uiri,ſcilicet nobiliſſimi Domitii,& Lentuli,fortes & ſapientes tum.i. ut tunc uidebantur,dicébant eſſe tímidum,eram plane tímidus. Timêbam enimue ea,quæ acciderūt euenírent.Lóquitur ergo de bello Africano,aut alio poſt Pharſalicum cōflictum geſto, idem nunc nihil tímeo, & ſum parâtꝰ ad omnem euentum. Cauſam affert cur tunc timúerit,& nunc non tímeat. Cum, id eſt quandiu, aliquid uidebâtur poſſe cauêri, tum, id eſt tunc, dolêbam,id eſt ægrè ferébam,illud négligi,nunc uero ómnibus rebus euerſis,cum nihil poſsit prófici,id eſt nullus poſsit fieri profectus,cōſilio,una,id eſt ſola ratio uidêtur,ſcílicet amplectenda,utpotè ferre moderatè quicquid euénerit:præſertim cum mors ſit extremū omnium rerum,unde Flaccus in epiſtolis.Mors última linea rerum eſt.& ſupple cum ſim cónſcius mihi me conſuluiſſe reip.quod licúerit, & uoluiſſe retinére ſalutē, hac.ſ.repub. amiſſa. Ego ſcripſi hæc,non ut ipſe dícerem de me, ſed ut tu qui fuiſti, & ſententia & uoluntate coniunctiſsima mecum, cogitáres éadem. Magna enim conſolátio eſt,cum recordáre,id eſt recordêris,etiam ſi acciderit ſecùs,id eſt álitèr,te tamen ſenſiſſe recte & uere.i.iuſtè,atq; útinā líceat aliquādo nos frui áliquo ſtatu reip.& conferre inter nos ſollicitúdines noſtras,quas pertúlimus. Id enim iucundum eſſe innuit Aeneas apud Maronem ſic, forſan & hæc olim meminiſſe iuuábit:

Flaccus

Virgilius

me tibi:ſoloſque nos uidiſſe,quantum eſſet in eo bello mali,in quo ſpe pacis excluſa, ipſa victoria futúra eſſet acerbiſsima, quæ aut intéritum allatúra eſſet, ſi victus eſſes:aut ſi uiciſſes,ſeruitútem. Itaque ego, quem tum fortes illi viri, & ſapientes Domitii, & Léntuli tímidum eſſe dicébant (eram plane: timêbam enim, ne euenírent ea,quæ acciderūt) idem nunc nihil tímeo, & ad omnem euentum parátus ſum. Cum áliquid videbâtur cauêri poſſe,tum id négligi dolêbam.nunc vero euerſis ómnibus rebus, cum conſilio prófici nihil poſsit, vna rátio vidêtur,quicquid euénerit,ferre moderatè:PRAESERTIM CVM OMNIVM RERVM MORS SIT EXTREMVM:& mihi ſim cōſcius,me,quoad licúerit, dignitati reipub. conſuluiſſe: & hac amiſſa,ſalutem retinére voluiſſe. Hæc ſcripſi,non vt de me ipſe dicerem, ſed vt tu, qui coniunctiſsima fuiſti mecum & ſententia,& voluntate, éadem cogitáres. MAGNA ENIM conſolatio eſt, cum recordáre,etiam ſi ſecus acciderit,te tamen recte, verèque ſenſiſſe. Atque útinam líceat aliquādo aliquo reipublicæ ſtatu nos frui, interq; nos conferre ſolicitudines noſtras, quas pertúlimus tum,cum tímidi putabâmur, quia dicebâmus ea futura,quæ facta ſunt. De tuis rebus nihil eſſe quod tímeas, præter vniuerſæ reipublic.intéritum, tibi confirmo. de me autem ſic velim iúdices, quantùm ego poſsim, me tibi, ſaluti tuæ, liberiſque tuis, ſummo cum ſtudio præſto ſemper futurum. Vale.

Ex Epiſt.Et ſi cum hæc.

ſOET ſi cum hæc ad te ſcribebam,aut appropinquare. Quæ aut interitum allatura eſſet, ſi uictus eſſes, aut ſi uinceres ſeruitutem. Cum aliquid uidebar tum cauêri poſſe, tamen id negligi dolebam. Sed,ut tu,qui coniunctiſsimus fuiſti mecum & ſententia, & uoluntate,eadem cogitare.

cum putabâmur, tímidi. ſup. ideo quia dicebâmus futúra ea quę facta ſunt. Ego confirmo, id eſt firmitèr áſſero tibi nihil eſſe,quod tímeas, id eſt timére débeas, de rebus tuis, præter intéritum uniuerſæ reipub. quaſi dicat non eſſe ſpeciáliter notâtum, aut inuiſum cuiquam. Autem. id eſt ſed, ego uelim ſup. ut iúdices de me ſic me futurū ſemper præſto,id eſt parātū auxilio tibi, ſaluti tuæ,& líberis tuis,cum ſummo ſtudio,id eſt ſummo ſtudio concomitante,ſi enim pro inſtrumento accíperet,non ádderet propoſitiónem.

ſuaſoria.

M. T. C. Domitio S. D.

MON ea me res detérruit, quo minùs, poſteaquàm in Itáliam veniſti, líteras ad te mítterem,quòd tu ad me nullas míseras: ſed qa nec quid tibi pollicérer ipſe egens rebus ómnibus:nec quid ſuadérem, cum mihimetipſi conſilium deeſſet, nec quid conſolatiónis afferrem,in tantis malis reperiébam. Hæc quanquam nihilò meliora ſunt, nunc etiam atque etiam multo deſperatiora, tamen inaneis eſſe meas literas,quàm nullas málui. Ego ſi te intelligerem plus conâtum eſſe ſuſcípere Reipublicæ cauſâ múneris,quàm quantū præſtâre potuiſſes:tamen quibuſcunque rebus poſſem, ad eam conditionem te viuendi, quæ darétur, quæque eſſet, hortárer. Sed cùm conſilii tui benè, fórtitèrque ſuſcepti, eum tibi finem ſtatúeris, quem ipſa fortuna términum noſtrarum contentionum eſſe voluiſſet:oro,obteſtorque te pro vétere noſtra coniunctióne, ac neceſsitúdine, proque ſumma mea in te beneuolentia,& tua in me páritèr, te vt nobis parenti,coniugi,tuiſque ómnibus,quibus es,fuiſtique ſemper chariſsimus, ſaluum conſerues:incolumitati tuæ, tuorumque, qui ex te pendent, cónſulas: quæ didiciſti, quæque ab adoleſcentia pulchérrimè à ſapientiſsimis viris trádita memoria,& ſcientia comprehēdiſti,his hoc témpore vtâre.quos coniunctos ſumma beneuolentia, plúrimiſque officiis amiſiſti, eorum deſyderium, ſi non æquo ánimo,at forti feras.Ego quid poſsim,néſcio: vel potiùs me parū poſſe ſéntio:illud tamen tibi pollíceor,me quæcunque ſalúti,dignitatique tuæ condúcere arbitrâbor,tanto ſtúdio eſſe factúrum, quanto ſemper tu,& ſtudio, & officio in meis rebus fuiſti.Hanc meam voluntatem ad matrem tuam óptimam fœminam, tuique amantiſſimam détuli. Si quid ad me ſcríſperis,ita fáciam,vt te velle intelléxero. Si nautem tu minimè ſcripſeris,ego tamen ómnia,quæ ttbi vtília eſſe arbitrâbor,ſummo ſtudio diligentèrque curâbo. Vale.

Ex última Non ea res..

ſHis hoc témpore curâre, quos coniunctos ſumma beneuolentia,plurimiſque officiis amiſiſti.

HVBER. NON ea. Poſt cladem pharſalicā,Cum hic Domitius in Italiam ſe recepiſſet, neque Cicero ad eum quicquam ſcripſiſſet,hac epiſtola ſe exsuſat, oſtendens eam ſolam fuiſſe cauſam, quòd in tantis malis nullam habéret conſolatiónem,quàm ut ad eum ſcíberet, cùm ipſe conſolatione indigéret,nunc tamē eum conſolâtur, quòd hoc bellum ingreſſus ſit ea intentione,ut reipub.prodeſſet quantùm poteſt,quòd ſi ſecus accíderet ſtatuiſſe ſibi finem propóſiti ſui, quem ortum ab ipſa dediſſet, hortâtur deinde eum, ut curet diligentèr ſalutem, & incolumitatem ſuam. Poſtremò pollicêtur ei Cicero, quícquid pro eo efficere póterit. Non ea res. hoc dicit Cicero ſe non prætermiſiſſe ſcríbere ad ipſum Domitium ob eam cauſam, quia nullas ab eo accepiſſet líteras. Detérruit. detinuit remóuit. Quóminùs. ut non. Suadérem. conſúlerem. Hæc. ſcílicet témpora, uel conditiones horum témporū. Nihilò meliora.erant ante. Etiam atque etiam. multò deſperatiora ſine comparatione, magis ſine ſpe, & in deteriori conditione, & ut apertiùs declárem, quod uulgò dícimus: centies millies magis ſine ſpe. Inanes. uacuas, ſine eo póndere uel pollicitationum, uel ſuaſionum, uel conſolationum, quas uoluiſſem poſſe afferre. Quàm nullas. quàm nihil ſcríbere. Ego. addúcit rationes ualidiſsimas, quare débeat ferre ea,quæ acciderunt,præſertim cum ſecútus ſit illud bellum ea mente, ut ſibi conſtitúeret eum finem, quem fortuna uoluiſſet. Conātum.tentauiſſe. Múneris.honóris. Præſtâre. efficere. Términum. finem. Noſtrarum contentionum. noſtrarum diſcordiarum,& bellorum. Qui pendent ex te. qui ſine te non poſſunt eſſe incólumes, quia eorum incolúmitas eſt ex te. Quæ didiciſti.hortâtur ut utatur his précibus, quæ ex philoſóphia díſdicit. Si non æquo. ſi non quieto & contento. At. certè, ſaltèm. Forti.conſtanti & magno,qui uincant perturbationes omnes. Vel potiùs. correctio. Conducere.utilia eſſe. Détuli. ſignificāui. Minus ſcripſeris. non ſcripſeris aliquid.

Ordo

ASCEN. Ordo ſONON ea me res &c. Cum Domitius poſt cladem Pharſalicam in Itáliam ſe recepiſſet,neq; Cice.quicquā ad eum ſcripſiſſet, hac ſe epiſtola excuſat, & óperam ſuam illi pollicétur,dicens. Ea res. quòd tu nullas líteras míseras ad me poſteaquàm ueniſti in Itáliam, non detérruit me quo minùs mitterem líteras ad te, hoc eſt non ideò miſi ad te poſteà líteras. Sed quia nec reperiébam quid pollicérer tibi, ipſe egens rebus ómnibus,

nibus,nec quid suadêrem tibi, cùm consilium deesset mihimetipsi, nec quid cõsolationis afferrem in tantis malis. Hæc scilicet ómnia iam dicta, quanquam nihilo.i.in nullo sunt meliora nunc, & supple sunt etiam, atque etiam.i.cumulatè, desperatiõra multò,tamen malui meas literas esse inanes.i.frìuolas,& inefficaces,quàm nullas. Ego si intellígerem te conãtum esse susc ípere causã reipublicæ, plus múneris.i.obsequii & labõris, quàm quantùm potuisses,scilicet uerisimilitèr,præstãre.i.exhibêre,tamen.i.nihilóminùs,ego hortãrer te, quibuscunque rebus possem ad eam conditiónem uiuendi, quæ darẽtur.i.concederẽtur tibi,& quæ esset, sed cùm tu statueris tibi eum finem consilii tui susc epti benè.i.decenter & fortiter,quem ipsa fortuna uoluisset esse términũ, id est éxitum contentionum nostrarum. Ego oro & obtestor tẽ pro nostra uetere coniunctione, ac necessitúdine,& pro summa beneuolentia mea in te,& páritèr tua,scilicet beneuolentia in me, ut conserues te saluum nobis,parenti,cóniugi, & ómnibus tuis, quibus es,& fuisti semper charissimus, & supple ut cónsulas, id est cõsilio tuo,auxilio sis,& prospícias incolumitáti tuæ,& tuórum,qui pendent,id est quorum salus pendet ex te, & supple ut utãre.hoc tẽpore iis,quæ dedicisti & comprehẽdisti memoriâ, & scientiâ pulchérrimè ab adulescentia,scilicet tua,trádita scilicet tibi,à uiris sapientissimis, hoc est feras desyderium, id est mortem, & absentiam eorum,quos coniunctos,scilicet tibi summa beneuolentia,& plúrimis officiis amasti,feras inquam,si nõ æquo ánimo,at,id est saltem,forti,scílicet ánimo. Ego nescio quid possim,uel potiùs séntio me posse parùm,tamen ego polliceor tibi illud me esse factũrum,quæcunque arbitrãbor conducere,id est utilia fore salúti,& dignitati tuæ,tanto studio,quãto studio,& officio, tu fuisti semper in rebus meis. Ego détuli.i.denunciaui,hanc uoluntatem meam,ad matrem tuam,fœminam óptimam & amantissimam tui. Si scripseris quid.i.aliquid ad me, ego faciam ita, ut intellexero te uelle. Sinautem.i.sed si, tu mínimè.i.nequaquam scripseris, ego tamen.i.nihilóminùs,curãbo summo stúdio & diligentèr ómnia,quæ arbitrãbor esse utilia tibi. Vale.

FINIT LIBER SEXTVS.

HVBER.

M.T.CICERONIS EPISOLARVM FAMILIARIVM LIB. VII.

M.T.C. M.Mario. S. D. Epist. I.

nuntiatoria.

SI te dolor aliquis córporis,aut infirmitas ualetúdinis tuæ ténuit, quóminùs ad ludos venîres, fortunæ magis tríbuo, quàm sapiẽtiæ tuæ. Sin hæc,quæ cæteri mirantur,contemnenda duxisti, & cum per ualetudinem posses venîre, tamen noluisti: utrunq; lætor, & sine dolóre córporis te fuisse,& ánimo ualuisse,cum ea,quæ sine causa mirantur alii,negléxeris:modo vt tibi constíterit,fructus ocii tui,quo quidem tibi perfrui mirificè líceat, cum esses in ista amœnitate penè solus relictus. Neq; tamen dúbito,quin tu ex illocubículo tuo, ex quo tibi Stabiânum perforasti, *& patefecisti Seianũ,per eos dies matutina témpora lectiunculis consúmpseris: cum illi interèa,qui te istîc reliquêrunt,spectârent cõmuneis mimos semisomni. Réliquasverò ptes diêi tu cõsumêbas his delectatiónibus, quas tibi ipsi ad arbitriũ tuum comparâras.nobis autẽ erant ea perpetienda,quæ uel apparúerit, uel suppetíerit. Quo.ocio. Licuit tibi.permissum est tibi, potuisti. In ista.in ea ubi tu es. Neque.hoc dicit Cic.quòd quamuis Marius parasset sibi uillas ad amœnitatem aptas,non tamen dúbitat quin consúmpserit témpora matutina in lectiúnculis alíquibus. Cubículo.locus ubi cubãtur, & dormitur,cubiculum dicitur.Stabianum & Scyanum,nomina sunt uillarum. Perforasti.fécerat enim fenestras, ut ex cubiculo longè posset prospícere.Patefecisti.aperuisti,deiecto aliquo modo. Lectiúnculis.usus est diminutiuo,ut ostẽdat eum uel aliquid légere debuisse. Intérea.dum tu legẽbas. Illi.amici tui. Istîc.ruri. Semisomni.cum enim spectamus aliquid,quo non delectamur,obrepit nobis somnus. Communes.uulgares, quotidiános. Mimos.histriones,gestículatores scenicos. Reliquas partes. præter matutina témpora. Ad arbitriũ.ut uolẽbas. Comparâras.constitúeras. Nobis. qui erâmus Romæ & spectabâmus ludos. perpetienda. cum magna molestia ferenda.

Cubiculũ

Stabianũ

Scyanum

ASCEN.

SI dolor &c.M.Marius ciuis amplissimus pódagra labõrans ruri agẽbat, quocircà, cum audisset Romæ celebrãtos esse ludos magnificentíssimos,absentiam suam ægrè ferens,scripserat ad Ciceronem,ut de eis ad se scríberet.Cui nunc respondens Cicero exténuat illorum magnificentiam,laudatque ocium Marii, describitque ferè totum apparãtum ludorum superuácuum. Et prostremò dicit se uelle expeditis negociis cum eo in uilla ocio uacãre.Ordo est. Si aliquis dolor córporis, aut infirmitas.i.debílitas ualetúdinis.i.sanitãtis tuæ ténuit te,quo minùs.i.ut non uenîres ad ludos,scílicet Romæ exhíbitos, ego tríbuo magis fortunæ tuæ, quæ noluit te frustrà acciri Romam,quàm sapientiæ tuæ: quia per ipsam non stéteris, quòd non uenísti. Sin.i.sed si,tu duxisti.i.existimasti hæc,scílicet lúdicra,quæ cæteri,útpotè plebeii,mirantur,esse contemnenda,ego lætor utrunque,scílicet & simul te fuisse sine dolóre córporis,&.i.simul,te ualuisse ánimo,cùm negléxeris ea,quæ alii mirentur sine causa,eo quòd non sunt admiratione digna,modò ut.i.dũmodò ita sit,ut fructus.i.utílitas ocii tui,constíterit.i.notus fuerit tibi,quia non omnes,qui beati esse possunt cõtinuò beati sunt,eo quod nésciũt, unde Maro.O fortũnatos nimium bona si sua norint Agricolas.quo, scílicet ocio, lícuit tibi pérfrui.i.ad plenum frui mirificè cum esses relictus penè.i.quasi solus in ista amœnitate, scílicet ruráli. Neque tamen dúbito quin cõsúmpseris per eos dies témpora matutina lectiunculis.i.legendo subinde libros áliquos, ex illo cubículo tuo,ex quo perforasti mihi.i.ad uotum meum,alii tamen habent tibi,Stabianum, partem uillæ sic nominãtam,& patefecisti Scyânum,álterum locum uillæ,forte à σκιᾶ scia.i.umbra dictum,unde patefecit eum faciendo fenestras,cùm ante esset umbrosus,cum illi,qui reliquêrunt te istîc.i.ruri,aut in uilla tua,spectârent intérea cõmunes.i.uulgares.mimos.i.histriones,& actóres ludórum:gesta córporum.Entei,sup.semisomni.i.qui non nisi ad dimidium satis dormierant,aut propter lentam actionem somno óppressi. Verò.i.sed,tu consumêbas réliquas partes diêi.i.præter matutina témpora,his delectatiónibus,quas ipse.i.tute,comparâras, id est conquisíueras ad arbitrium tuum. Ea autem.quæ, scílicet Spurius Metius, prætor Vrbânus, Prætor enim ludos celebrandos cõducẽbat,Iuue.Nullius fibula durat uocem uendentis prætóribus, interdum tamen ædiles curúles ludos curãbant,ut patet de comœdiis Terentiânis.Sunt qui pro Spurio Publium legant.

Ordo

Tu

Virg.

Stabianu

Scyanum

Iuuen.

*PETRI VICTO. CASTI.

IDET patefecisti Seianum. Quæscriptura esset in Medicæo, olim exposúimus: quamuis autem multi multa dicant,à recepta lectione discedendum non puto,nisi aliquid firmius, ueriusque reperiãtur. Exístimãui semper nómina esse locorũ:nam de stabiis dubitâri non potest.Columella etiam in hórtulo mentionẽ illarũ facit.

Fóntibus & stabiæ celebres.

De Seiano obscurius est:potest tamen óppidi ignóbilis, uel montis nomen esse, à quo etiam Seianus ille fortasse uocãtus sit,qui tantam potentiam apud Tibérium Imp.consecũtus est.nihil tamen nedum certi,quod fine culpa temeritas affirmâri possit:nam ille Seianus à Seio possessore appellãtus est. Qui autem SCENAM putant legi debêre, meo iudicio falluntur, quod facilè intelliget, qui σκοπὸν Ciceronis huius epistolæ scribendæ acutè spectâbit.

ISCILICET. irónicè dictum, & indignatiõnem, & stomachatiõnẽ ánimi ostendit. Sp. Mæcius.is erat prætor,qui & histriónes,& cantóres,& álios huiúsmodi conducẽbat ad ludos celebrandos.Iuue.Nullius fibula durat uocem uendentis prætoribus. Si quæris modus est dicendi,pro si scire uis. Tui stomachi.id est appetítus ánimi tui,id est qui tibi potuíssent placêre, est autem translatio à córpore. Coniecturã enim facio.id est coniicio ex stómacho meo, cui non placuêrunt ista, quòd non placuíssent etiam tuo. De meo. stómacho. Nam primum.ostendit quare hæc non placuêrunt,dicit enim quòd quidam,qui discéssérant ex scena, & putabantur discessísse, & esse amôti honóris causã ne essent dedécori, redíerunt postèa in scenam, ut honestârent ludos. Discessísse causã ho.i.discessísse ne dehonestârẽt ludos. Delítiæ tuæ,quẽ habes charíssimum. Aesopus. mimi & actóris scænici nomen est hoc loco,nam alius fuit fabulâtor in Phrygia, de quo scribit Gellius,cuius extant suauíssimi apólogi. Eiúsmodi fuit.ita se gessit. Vt licêret ei per omnes hóminesdesínere,id est ut omnes essent cõtenti, quod desíneret à recitatione, quia malè se gessit. Is. declarat quare omnes æquo ánimo ferrent,ut desíneret. Cum cœpíssetiurâre. erat locus in tragœdia, quam pronunciãbat,ubi erat aliquod iuramentum, quod cum

HVBER.

Aesopus

illę incœpiſſet,ſtatim uox eũ defecit, id eſt dereliquit, ita quod non potuit pronunciare. In eo loco. dicit qui fuerit locus tragœdiæ. Siſciens fallo. hic erat locus in quo incipiebat iurare paratus, cum uox eum defecit. Reliquos ludos.in quibus non recitabantur comœdiæ,ſed fiebant,aut gladiatorum certamina,aut Venationes aliquæ. Lepõris.ſuauitatis. Apparatus enim.dicit tantum fuiſſe rerum apparatum,quod ludi ipſi ſpectari cum delectatione non poterant. Animo æquiſſimo. id eſt ualde libenter, ſine dolore aliquo.

Clytemneſtra — Quid enim. iam deſcribit apparatum. Clytemneſtra. Clytemneſtra uxor Agamemnonis maritum interfecit,de qua tragœdia facta eſt, & ab ea appellata, quam nunc intelligit, dicit igitur repreſentatione huius tragœdię fuiſſe apparatum ſexcentorum mulorum,ſicut uiſum eſt Mediolani ſæpe in oblationibus portarum, ubi uel currus, uel equi multi, & multi etiam onerati auro & argento & uestibus fericis ducũtur. In equo

quus Troianus. — Troiano.alia tragœdia,quæ continebat proditionem, quam fecerunt Græci Troianis per equum æreum,ſiue ligneum,ſicut ſcribit Virg. lib. ſecundo Aeneid. Craterarum.paterarum.uidi etiam Mediolani, q̃ plurimas cratẽras ferri ad Pompam, quum fiũt oblationes. Varia. diuerſi generis. Popularem admirationem habuerunt, id eſt quam populus tantũ admiratus eſt. Tibi. uiro grauiſſimo. Protogeni. nomen eſt liberti. Anagnoſtæ Marii, id eſt qui Mario legebat. Quiduis. quamlibet. Potiuſquam.uitat arrogantiam. Dediſti.operam intendiſti. Ne.hic non ponitur pro certe, aut quidã putant quia ſenſus non patitur, ſed ſic. Ne haud paulo plus. id eſt paulo plus, nam duæ negationes affirmant. Non enim.occurrit obiectioni,ne fortaſſe diceret Mari? ſe deſyderaſſe alios fortaſſe ludos,ut puta Græcos & Oſcos, reſpondet Ci.ſe non credere eum tales ludos deſyderare,& adducit rationes cum ioco, aut etiam ſcõmate quo-

Oſci Oſce — dam:dicit enim Ci.quòd non credit Marium deſyderaſſe ludos, uel Oſcos, uel Græcos, quia Oſcos non modo in theatro,ſed etiam in ſenatu ipſo ſpectare poſſit:tangit autem quoſdam ſenatores, qui fœdè, & obſcœnè loquerentur,quos dicit quodammodo repreſentare ludos oſcos ſcænicos. Nam oſcos, qui & Capuenſes dicuntur,appellati ſunt authore Feſto ab oris fœditate. Dicit ergo Cice. credo te non deſyderaſſe ludos Oſcos, quia eos ſpectare potes in ſenatu noſtro,ubi ſunt,qui oſcè loquuntur,id eſt fœdè. Addit prætereà eum non deſyderare Græcos ludos,quia ita oderat Marius Græcos,ut cum eſſet uia,quæ ad uillam eius ducebat quæ Græca appellabatur, propter odium Græcorum nollet ire per eam uiam. Romani autem ludorum morem ex diuerſis gentibus,& patriis acceperunt.

ASCEN. — ❡ SCILICET autem.per indignationem ponitur,quaſi dicat ſi diis placet, probauiſſet, erat nobis perpetienda, ea quæ indoctis placent,ſunt doctis cruciatui. Si quæris omnino, ſcilicet ſcire quales fuerint ludi,ludi ſup.fuerunt apparatiſſimi,id eſt maximo ſumptu,& apparatu inſtructi,ſed non ſup.fuerunt ſtomachi tui.i.qui tibi ſaperent,ac placerent,facio enim coniecturam de meo,ſcilicet ſtomacho, cui non ſapuerunt. Nam primũ ii,quos ego arbitrabar deceſſiſſe de ſcæna,id eſt de proſcænio,hoc eſt loco in quo agebantur ludi cauſſã honoris,ne,ſcilicet præſentia ſua ludos dehoneſtent,cum eſſent inhoneſti,redierunt in ſcænam cauſſã honoris.i.ut

Aeſopus nõ ludos honorificent. — Verò.id eſt ſed, Aeſopus noſter,ſcilicet Hiſtrio nobiliſſimus,appoſitorie delitiæ tuæ,ideſt in quo tantoperè oblectaris, fuit eiuſmodi, id eſt talis in agendo, ut liceret ei per omnes homines, id eſt nullo reclamante,cum omnes ſatiati eſſent ante finem ludorum, deſinere,ſcilicet ab agendo, is cum cœpiſſet iurare, ut fit in fabulis, uox defecit, id eſt deſeruit eum in illo loco, id eſt cum diceret illa uerba. Si ſciens fallo. ſolet. Quid? ſup.dico reliquos,hi ſup.ne quidem,id eſt non ſaltem, habuerunt id decoris, quod ludi mediocres ſolent,ſcilicet habere. Enim.id eſt quia,ſpectatio,id eſt frequens inſpectio apparatus, tollebat omnem hilaritatem. Quo quidem apparatu non dubito quin carueris æquiſſimo animo. Enim.id eſt quia,quid delectationis habent ſexcenti muli in Clytemneſtra,ſcilicet per pompam deducenda in fabula, aut tria milia craterarum.i.id genus poculorũ. Dicitur hic crater,in accuſatiuo hũc cratẽra,unde fit nominatiuus hæc cratẽra. Hu-

Clytemneſtræ fabula — iuſmodi autem cratẽræ oſtentabantur pro incluſis in equo ad uſum potandi,niſi ſit legendũ cratium, quibus

Equus Troianus. — equus intrinſecus intexebatur. Certum eſt quòd Clytemneſtra eſt nomen fabulæ, ſicut equus Troianus, quæ de nominantur à re præcipua in eis acta. Clytemneſtra autẽ erat uxor Agamemnonis,principis exercitus Græcorũ, quæ cum Aegiſtho adulteriũ cõmiſit abſente marito,& reuerſum eius cõſilio interfecit, unde ab Oreſte filio interfecta eſt. Cum ergo ageret imperatricẽ ſexcẽtis mulis in fabula uſa fingebatur. In equo autẽ Troiano quàm plurimi græcorum fuerant incluſi,unde ad pompam illis tria milia craterarum in fabula aſſignabantur, & armatura uaria peditatus, & equitatus in aliqua pugna,quid delectationis habet,quaſi dicat nihil. Quæ,ſcilicet ſupradicta in apparatu ſuperfluo conſiſtentia,aut ea, quæ habuerunt admirationem popularem, nullam delectationem attuliſſent tibi.quod ſi tu operam dediſti per eos dies, ſcilicet quibus ludi tales exhibebantur,

Protogenes Agnoſtes Anagnoſtes — Protogeni,ſcilicet liberto,& Anagnoſtæ.i.lectori tuo,ſonat autẽ Protogenes id,quod primus generis, dummodo is,ſcilicet Protogenes, Anagnoſtes tuus,legerit tibi potiùs quiduis.i.quamcunque aliam rem,quam orationes meas,ne.i.certè,tu habuiſti haud.i.non paulo plùs, immo multo plus delectationis, q̃ quiſquam noſtrum. Modeſtè autem dicit quàm orationes meas,quaſi uero in illis,aut operam perdidiſſet,aut minus delectationis habuiſſet. Non enim puto te deſyderaſſe ludos græcos, aut oſcos.i. aut apud Græcos inuentos, ut ſunt fere

Fabulæ Athenæ quid. — comœdiæ,& tragœdiæ,aut apud oſcos,ut ſunt Athelanæ fabulæ,ſed per iocum rationes affert, cur tales non debeat deſiderare, præſertim, cum poſſis ſpectare ludos oſcos.i.ab obſcœnitate oris denominandos, uel.i.etiam, in ſenatu noſtro.i. Romano,in quo uterque erat.q.d.illic eſſe qui obſcœnitate loquẽdi oſcos repreſentẽt.uero id eſt ſed,cũ tu ames Græcos ita.i.tãto odio proſequaris,ut ne quidẽ.i.nõ ſaltẽ, ſoleas ire ad uillã tuã uia græca.

Nam quid

in equo Troiano craterarum tria millia? aut armatura uaria peditatus & equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attuliſſent. Quòd ſi tu per eos dies operam dediſti Protogeni tuo, dummodo is tibi quiduis potius,q̃ orationes meas legerit: ne tu haud paulo plus,q̃ quiſquã noſtrum delectationis habuiſti. Non enim te puto Græcos aut Oſcos ludos deſyderaſſe: præſertim cũ Oſcos ludos uel i ſenatu noſtro ſpectare poſſis: Græcos ita nõ ames, ut ne aduillã qdẽ tuã uia Græca ire ſoleas.

Nam quid ego te Athletas putem deſiderare,qui gladiatores cõtempſeris? in quibus ipſe Pompeius confitetur ſe,& operam, & oleum perdidiſſe. Reliquæ ſunt uenationes binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat.ſed quæ poteſt ×eſſe homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus à ualentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia uenabulo tranſuerberatur? quæ tamen ſi uidenda ſint,ſæpe uidiſti: neque nos,qui hæc ſpectauimus,quicquam uidimus noui ×. Extremus elephantorum dies fuit: in quo admiratio magna uulgi,atque turbæ, delectatio nulla extitit: quin etiã miſericordia quædam conſecuta eſt, atque opinio

❡ ATHLETAS. certatores,pugiles,luctatores. Qui con. gla.qui paruifeceris ſpectare gladiatores,in quibus poterat eſſe maior delectatio,q̃ in Athletis. Operam & oleum,prouerbium eſt,ꝙ Macro.ſcribit,quẽdam docuiſſe picam proferre. Eſt autem tractum,uel à paleſtritis,quibus dabatur oleum, ut iungerentur, uel ab his,qui multum, & fruſtra uigilãtes oleum cõſumunt. unde eſt in prouerbio ſtudioſorum,plus olei,q̃ uini cõſumpſi. unde Iuuen. de hiſtoriographis. Veſter porro labor fœcundior hiſtoriarum ſcriptores,parit hic plus temporis, atque olei plus. Binæ. duæ,quod in uſu,& apud Cice.& apud Quintil.& Liuium inueni etiam cum his,quæ declinantur in ſingulari. Magnificæ.ſ. fuerunt. Sed quæ. quanuis fuerint magnificæ,dicit tamen eas homini ciuili non fuiſſe allaturas delectationem. Politico. ciuili nam πόλις ciuitatem ſignificat. Valentiſſima. ut leone,aut urſo, qui ſæpe in eiuſmodi ſpectacula ducebantur. Hora. in epiſt. Ducunt aut urſũ,aut pugiles,nam plebecula gaudet. Trãſuerberat. Trãſigitur. Videda. digna ut uideantur. Sæpe. alio tẽpore, itaque nũc debes minus ea deſiderare. Quicquid noui.i. aliquid quod non uiderimus alio tempore. Extremus dies. ſpectaculorum. Fuit elephan. fuit quo elephanti exhibiti ſunt. In quo. in qua re. i. ꝙ elephanti exhibiti ſunt in ſpectacula. Vulgi. quod omnia etiam minima ſolet admirari,& ſtupere. Quinetiam. inſuper, immo. Miſericordia, commotio quædam animi. Eiuſmodi. talis. HOMINI eſſe polito. Medicæus liber,& Petrarchæ manu (ut putant) ſcriptus, hanc lectionem retinent, quæ non uideo cur reiici debeat: eſt enim elegans,& huic loco ualdè accommodata. tantæ autem hi apud me auctoritatis ſunt,&, niſi fallor, apud alios propter fidelitatem erunt, ut teſtimonio duorum illorum magis credam, quàm reliquorum omnium. Il. etiam de Orat. cxciiii. Cicero hac uoce uſus eſt: uel quòd ipſum oratorũ politum eſſe hominem ſignificat, quòd eruditum, quòd urbanum. Græci, ut opinor, huiuſcemodi homines χαρίεντας appellant. Ariſt. libro primo de uita & moribus, ubi de uita beata diſſerit, inquit: πλὴν γὰρ ἱκανοὶ καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσι. & non multo poſt iterum.

οἱ πολλοὶ καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσι.

❡ EXTREMVS elephantorum dies fuit. Diõ libr. xxxix. magnificentiam, & apparatum horum ludorum copioſiſsimè narrauit: multaque de elephantis, & de miſericordia, quæ in animis uulgi exorta eſt, diſputauit. Quod autem Cicero inquit, uenationes binæ per dies quinque. Dion tradit, quingentos leones quin q; diebus ferro abſũptos eſſe. Sed quia hiſtoricus ille rarus inuẽtu eſt, magnã partẽ eius loci hic adponamus.

καὶ τῶν αὐτῶν ἡμέρῶν ὁ πομπὴ τὸ θέατρον ὧνῦν λαμπρυνόμενα καθίερωσε καὶ ἔντε ἱππίῳ θέᾳ καὶ μουσικῆς καὶ ἀγῶνος γυμνικοῦ κἀνταῦθα τῶν αὐτῶν ἡμέρῶν ὁ πομπὴ τὸ θέατρον ὧνῦν λαμπρυνόμενα καθίερωσε καὶ ἔντε ἱππίῳ θέᾳ καὶ μουσικῆς καὶ ἀγῶνος γυμνικοῦ κἀνταῦθα τῶ ὑποσπόνδῳ καὶ ἵππων ἄμιλλαν, καὶ θυρῶν πολλῶν καὶ παντοδαπῶν σφαγὰς ἐποίησεν: λέοντες γὰρ πεντακόσιοι ἐν ἓξ μὲν ἡμέραις ἀναλώθησαν καὶ ἐλέφαντες ὀκτὼ καὶ εἴκοσι πρὸς ὁπλίταις ἐμαχέσαντο καὶ αὐτῶν οἱ μὲν παραχρῆμα ἀπέθανον, οἱ δὲ πολλῷ ὕστερον: ἀλλὰ καὶ ἵππους ἐκατὸν καὶ εἴκοσιν ὑπὸ τῶ δήμου παρὰ τῆς πομπείου γνώμης, ἐπειδὴ τραυματισθέντες τῆς μάχης ἐπάυσαντο καὶ περιόντες τάς τε πρόσω σαυγάρτινες

Universidad de Deusto Biblioteca

cio alieno,& non in arbitrio meo.Disrupi.nimia contentione dicendi uexaui.Iudicio.causa iudiciali. Tam fa.q̃ Aeso.i.si ita mihi permitteretur à populo desinere ab agendis causis,sicut permittitur Aesopo desinere ab actione histrionica,profecto libenter desinerem. Artem scilicet dicendi,& agendi causas. Desinerem. .i.omitterem. Similibus no.i.uiris doctis,& literarum studiosis. Nam cum.probat quòd libenter desineret artem,si liceret ei per populum.dicit enim quòd cum tæderet eum ante agere causas,cum erat iuuenis, & ambitiosus,& cum non cogebatur defendere, quem nolebat,nunc multo magis tædet eum,quia & multum fructum capit ex his , quos defendit,& sæpe cogitur defendere inimicos suos rogatu amicorum. Licebat non de.i.poteram non defendere. Tum ue.multo magis. Hoc tempore .quo ætas est maturior , & minus ambitiosa,& uiuo ad arbitrium multorum. Vita nulla est.i.ingrata,& insuauis. Peto.capio. Non optime. id est piissime. Rogatu.precibus. Qui bene me. scilicet de me , qui mihi beneficium præstiterunt , quibus non liceret ullo pacto negare.

ASCEN. NAM quid.i.ad quid,ego putem te desyderare athletas.i.pugiles,& luctatores,qui contempseris gladiatores,quorum tamen spectaculum uidetur delectabilius,cum sit periculosius,& artificiosius,in quibus scilicet gladiatoribus , ipse Pompe.qui eis plurimum oblectari solebat,confitetur se perdidisse,& operam,& oleum .i.impensam & laborem.Reliquæ sunt.i. præter dictos apparatus sunt uenationes per dies quinque , binæ.i. singularis è quinque diebus duæ,& ita.x.magnificę quasi dicat dices forte ex aliorum relatu , ꝙ fuerint magnificæ , nemo negat scilicet magnificas fuisse. Sed quæ delectatio potest esse homini politico.i.ciuili, cū aut homo imbecillis laniatur à bestia ualentissima, aut bestia præclara transuerberatur uenabulo.i. cuspide uenatoria,quasi dicat nulla, talia autem fiebant in uenationibus in harena exhibitis,nam ad bestias damnati obiiciebantur bestiis,aut ad hoc exercitati sese locarunt ad transfigendas feras. Quæ scilicet spectacula,tamen.i.nihilominus si sint uidenda,tu uidisti sæpe. Neque nos, qui spectauimus hæc uidimus quicquam noui.Extremus.i.ultimus dies ludorum,fuit elephantorum scilicet exhibitorū spectaculo,in quo scilicet die, magna admiratio uulgi,atque turbæ extitit nulla delectatio extitit.i.emersit, quinetiam quædam misericordia est consecuta,atque opinio eiusmodi,cum quandam societatem esse illi beluæ.i. elephanto , cum genere humano,quia cum potuissent sæuire in homines uictos noluerunt.unde Soli.Elephanti iuxta sensum humanum intellectus habent,memoria pollent,syderum seruant disciplinam,inest illis clementiæ bonum, quippe si per deserta uagabundum hominem forte uiderint,ductus ad notas usque uias præbent, uel si consertis pecoribus occursitent,itinera sibi blanda,& placida manu faciunt , neque animal interimunt conflictu fortuito.Si quando pugnatur non mediocrem habent curā sauciorū , nam fessos uulneratosque in mediumrecептant,&c.Tñ ne uidear tibi fuisse his diebus,nō modo.i. nōsolū beatus ludis scenicis.i. ꝓpter ludos scenicos, sed oĩno liber .s. ab omni cura, ego disrupi pene me,in iudicio Galli Caninii familiaris tui,quem defendi, ne contra eum iudicium fieret,quod si haberem populum tam facilem,quàm.i.quantum, facilem habuit Aesopus,qui ob malam actionem statim dimissus est,me hercule,ego libenter desinerem artem scilicet causidicorum,& uiuerem tecum,& cum similibus nostri .i.uiris studiosis. Nam cum scilicet ita sit, ꝙ tedebat me antea scilicet sollicitudinis in causis dicēdis, cum.i.quando, & ætas scilicet ualida, & iuuenilis,& ambitio.i.cupiditas,perueniendi ad magnos honores,hortabantur me scilicet tali officio, per quod emergere possem incūbere , & licebat denique non defendere , quem nolebam scilicet defendere,qui nulli erat obnoxius Tum uero,id est,tunc ita est pro uero,quòd uita est mihi nulla hoc tempore,hoc est, quòd sic crucier agendo tot causas inuite,ut uidear mihi non uiuere . Neque enim peto ex his ullum fructum laboris,& cogor nonnunquam id est, interdum,defendere homines non optime,immo nequaquam meritos de me,rogatu.i. propter preces eorum,qui benemeriti sunt.s.de me.

Elephanti

*PETRI VICTO. CASTI. HIS ego tamen diebus,ludis scenicis ne forte. Nullam uarietatem inueni in priscis codicibus , quid tamē repente dum hæc scriberem in mentem uenerit , libet exponere : lectores ipsi , an penitus explodendum sit, iudicabunt. Vereor ne duæ illæ dictiones LVDIS SCENICIS uacent, & Ciceronis non sint , sed declaratio quondam fuerit prioris illius partis,quæ postea ab imperitis librariis temerè huc inculcata sit , neque Ciceroni ad Marium scribenti id significare necesse erat:non enim ille ignorare poterat qui illi dies essent. Verum quemadmodum diximus,tenuis hæc suspicio , nec aliquid immutandum nisi ita doctioribus uisum fuerit censeo: potuit enim hoc addere, adhuc magis significare uolens infelicem conditionem suam:qui dum alii ludis oblectarentur , & a curis sollicitudinibusque animum reficerent, in rebus molestis , odiosisque implicatus esset. Mentionem fecit horum ludorum Cicero in oratione contra L. Pisonem lxii. Instant post hominum memoriam apparatissimi , magnificentissimique ludi : quales non modo nunquam fuerunt , sed ne quomodo fieri quidem posthac possint , possum ullo pacto suspicari.Quem locum sic interpretatus est Pædianus . Cn. Pompeii ludos significat , quibus theatrum à se factum dedicauit, quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in circo.

*PETRI. VICTO. CASTI. FRuctum laboris ex his expecto.Non affirmarim cuius culpa mendum hoc natum sit: incuria certè commissum est, & pro EXPECTO Medicæus codex uetere scriptura ferè habet EXSPECTO (quamuis hoc in loco EXISPECTO mendosè habeat)quemadmodum non multo post EXSOLVAM,& in epistolis Q. Ciceronis ad M. Fratrem EXILVI gaudio , & à me iampridem ex meo codice sublatum erat,quēadmodum aliud etiam septimo ab hoc uersu:deleri enim debet uox illa ID.

HVBER. ARBITRATV meo, id est ut uolo, meo modo Rationem.propositum . Laudo & probo,laudamus uerbis. probamus etiam re. Interuisis. interdum uisitas.Lepore. suauitate , & facetiis.

HVBER. NEQVE li.quia uterque sumus occupatissimi. Molestissimas grauissimas. Relaxaro.leuauero,& im minutus fuero. Exoluam pla.i.liberem penitus. Nō po.quia scio,ꝙ non possem . Commentor,exerceo, cogito,meditor. Humaniter. more hominum. Im-

causas omneis aliquãdo viuendi arbitratu meo:teq;, & istam rationem otii tui & laudo vehementer & probo : quodq; nos minus interuisis,hoc fero animo æquiore , quòd si Romæ esses tamen neque nos lepore tuo,neque te, si quis est in me,meo frui

frui liceret , propter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro(nã vt plane exoluam , non postulo: & ipsos quidem multos annos,nihil aliud commentor) docebo profecto quid sit humaniter viuere. Tu modo istam imbecillitatem valetudinis tuæ sustenta, & tuere, vt facis:* vt nostras villas obire ,& mecum simul lecticula concursare possis. Hæc ad te pluribus verbis scripsi,quàm soleo,nō ocii abundantia, sed amoris erga te, quo me quadam epistola subinuitaras , si memoria tenes vt aliquid ad te huiusmodi scriberem, quo minus te prætermisisse ludos pœniteret . Quod si assecutus sum, gaudeo,sin minus, hoc me tamen consolabor,quod posthac ad ludos venies, nosq; vises : neq; in epistolis relinques meis spem aliquam delectationis tuæ. Vale.

Nicolai Scelsii Luttarei super.vii. Epistolarum familiarium Ciceronis libro. additiones.

Ex pri.Episto. Si te dolor.

Neque tamen dubito , quin tu ex illo cubiculo tuo,ex quo mihi stabianum perforasti , & patefecisti seni,nuper eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris.Alii alio modo, sic enim legunt. & patefecisti scænam per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris, Cum illi interea, qui te istic reliquerunt,spectarent mimos semisomni,reliquas uero partes diei tu consumas his delectationibus,quas tibi ipse ad arbitrium tuum compararas. Cum aut homo imbecillus à ualentissima bestia laniatur.Nam tum antea tedebat,tum & ætas, & ambitio me hortabatur,& licebat denique,quem uolebã, non defendere. Neque enim ullum fructum laboris ex eis expecto. Quod si Romæ esses , tamen nos neque lepore tuo,neq; te,si quis est in me,meo, frui liceret. Et ipsum quid multos annos aliud commentor ? Quod si assecutus sum , gaudeo , sin minus, hoc me tantum consolor.

responsoria ad gratulatoriam.

M.T.C. M.Mario S.D. Epist.2.

MAndatum tuum curâbo diligentèr. Sed homo acútus ei mandasti potissimùm , cui expedîret illud venîre quã plurimò. Sed eo vidisti multum,quod præfinisti, quo ne pluris émerem. Quod si mihi permisisses, qui meus amor in te est, confecissē cū cohærédibꝰ,

cillitatem.infirmitatem.Obire.adire.Concursare,cōuenire,frequentare.Non ocii abundantia.i.non ꝙ supersit mihi tempus,quo caream negociis . Sed amoris,scilicet abundantiam. Subinuitaras.latenter inuitaras,significaras. Si assecutus sum.si effeci, ut nō pœniteat te prætermisisse ludos. Sin mi.s.assecutus sum.Neque relinques spem.i.uenies ad uidendos ludos,neque expectabis, ut ego meis literis tibi afferā delectationem, sed eam queres ueniendo ad ipsos ludos uidendos.

ASCEN. ITAQVE.i.& ita.quæro aut quæso.s.à diis omnes causas.i.uias,uiuendi aliquando.i.tandem arbitratu meo , & laudo uehementer , & probo.i.approbo te, & istam rationem ocii tui.quodque.i. & ꝙ, minus.i. non,interuisis.i.interdum uisitas nos,fero hoc animo æquiore, ꝙ.i.quia, si tu esses Romæ , tamen non liceret nos frui lepore.i.uenusto sermōe tuo , neq; te meo,si quis,scilicet lepor,est in me , propter occupationes meas molestissimas,quibus scilicet occupationibus, si relaxaro.i.leuauero me , nam non postulo, ut exoluam.i.liberem me,plane.i.omnino , & quidē .i.certe,commentor.i.animo agito, multos annos ipsum scilicet ut absolui possim, nihil aliud . Alii legūt sic,& ipsum quidem , ꝙ multos annos nihil aliud commentor,docebo te profecto & c.sed non placet, ut dicat se talem uirum docere uelle , præsertim id quod nō ipse faciat, docebo profecto.i.reuera, quid sit uiuere humaniter .i.benigne,& ut homine dignū est . Tu modo.i.solummodo , aut nunc sustenta , & tueri.i. protegere ne quid deterius patiatur , istam .i.tuam imbecillitatē.i.infirmitatem ualetudinis,ut facis,ut posis obire.i.circumire nostras uillas.i. domos in agro positas , & concursare mecum simul lecticula,in qua senes, & potentes portabantur à seruis. Ego scripsi hoc ad te pluribus uerbis,quam soleo,non abundantia ocii,sed amoris erga te,quo.i.p quem amorem,tu subinuitaras.i.occulte inuitaueras me quadam epistola,si tenes memoria.i. si non es oblitus,ut scriberem ad te aliquid huiusmodi , quo.i. per quod,minus.i.non, aut non tantopere pœniteret te prætermisisse ludos.s.Romæ celebratos.Quod .s.scripsisse,quo te minus pœniteret,si sum assecutꝰ .i.si obtinui,& effeci,gaudeo,sin minus.i.si non sum assecutus,tamen ego cōsolabor me,hoc, id est hac re, ꝙ uenies post hac ad ludos,& uises nos,neque relinques aliquam spem delectationis tuæ in epistolis.i. quam capies ex eis,cum hæ non delectent. Vale.

*P.V.C. VT nostras uillas obire,& mecum simul lecticula concursare posisis. Ad Q. Fratrem cclxxxv. Marium autem nostrum in lecticam mehercule coniecissem. Sed etiam quod hic Cicero inquit , Tu modo istam imbecillitatē ualetudinis tuæ:eodē in loco ad Quintum idem traditur. Sed hominem infirmum in uillā apertam,ac ne rudem quidem etiam nunc, inuitare nolui.

HVBER. MAndatum tuum . Scriptus fuerat Cice. testamento cuiusdam prædii hæres,cum quibusdam aliis cohærédibus.hoc prædium cum Marius émere cúperet,mandârat Cic.ut illud émeret.Præfinieratq; ei précium, quod non prætériret,uel quod impénderet pro eo prædio.Quare Cice.iocans eum carpit imprudentiæ,ꝙ mandasset id negocium ipsi Cice. cuiꝰ interesset illud prædium uendi quamplúrimò , seriò tamen posteà dicit se curatûrum diligenter eius negócium.Deinde scribit se uicisse in iudicio Bursam quendam.de quo dicit se scire Márium uehementèr lætâri , quia conâtus fúerat omni ui oppugnâre Ci.

Mandatum tuum.id quod mihi mandasti,& commisisti , ut pro te fácerem. Sed homo acu.subáudies, iróni-

ce

Venire

ce dixit. Potissimùm, præcipuè, præter cæteros, quia máximam hábeo in eo partem, & minus debueras mihi mandâre, quàm aliis, quia erat in parte res mea. Expediret. útile esset. Venire. uendi, est enim infinitiuus à ueneo uænis. Quamplúrimo. quanto máximo precio posset. Illud. uel prædium, uel absolutè illud, illa res ut nolit declarare quid fúerit. Sed eo. quia dixit eum errasse in hoc ꝙ mandasset negocium ei, cuius interesset illud nẽdi q̃ máximo precio posset, dicit tamẽ ꝙ inhoc fuit cautus, quia præsiniuit ei precium, quod si præteriret, in quo tñ irridet ipsum, quia nõ permisisset ipsum precium in potestate Cice. dicit, ꝙ iam emisset. Eo. propter id, uel in eo. Vidisti multùm. fuisti multũ cautus, & prudẽs. Præsinisti. præscripsisti, determinâsti, ut tãtum impénderem, q̃tum scripsisses, nõ plus. Quo ut. Ne. nõ pluris. q̃ scripsisses. Permisisses. reliquisses in potestate mea. Confecissem cum cohæredibus. i. cõclusissem cum aliis, qui sunt instituti hæredes mecum, qđ tibi reliquissent ipsum prædiũ. Qui meus amor est in te. i. per eum amorem, qui meus amor est in te, est autem constructio usitata apud Cic. ut sæpe ostendimus.

ASCEN.

Ordo

MANDATVM tuum &c. Ci. acceperat ex testamento p̃diũ, de quo Marius scripserat, ut sibi emãtur à Cic. q̃ minimo queat, unde iocãs Ci. dicit sua interesse, ut q̃ máximo uendãtur, dicit tñ se curaturũ eius negotiũ, ac demũ dicit se uicisse aduersariũ suũ noie Bursam, de quo sperat Marium gauisurum. Ordo est. Ego curãbo diligenter mãdatũ tuũ. s. ut p̃diũ tibi emãtur, sed tu homo acútus, quod iocosẽ dicit, tu mãdasti. s. prædiũ tibi emi, q̃ minimo, potissimũ. i. maximè ei, cui expediret. i. útile esset, illud. s. p̃diũ, uenire. i. uendi, q̃plúrimo. i. máximo precio, hoc est mihi, eius ex testamento possessóri. Sed tu uidisti. i. prospexisti multũ, eo ꝙ p̃sinisti ne émerem pluris. s. q̃ scripseras, quod si scripsisset, eme q̃ mínimo póteris, sine quibus paulo, aut quanti quibus, potuisset Cice. máximo uendidisse precio, ipse tamen per iocum dicit sese contra fuisse factũrum, addẽs ꝙ si permisisses mihi. i. arbitrio meo, & nõ præsiniuisses mihi preciũ, qui me⁹ amor est in te. i. secũdũ amorem, quo te prósequor, ego fecissem. s. emptionem cum cohæredibus, quia ipse non erat solus hæres.

HVBER.

Licitatorẽ

NVNC. adhuc iocãtur C. & dicit, qđ nunc cũ intélligat preciũ Marii, qđ uult impéndere, p eo p̃dio, potiùs adhibẽbit licitatorẽ. i. æstimatorẽ, q̃ quod uendãtur minoris. Tuum precium. summam tui precii, qđ uis impénderem. Licitatórem æstimatórem, qui precium facit, à liceor uerbo, quod significat æstimare, preciũ deferre. inde licitator, Cic. ter. offi. Non licitatorem uenditor, nec contra sequi liceãtur emptor apponet. Váneat. uẽdãtur. Minoris. q̃. s. p̃finisti mihi.

Sed de ioco. hoc subdit Ci. ne uideãtur serio dixisse, & uelle id carius émere, quia præfinitum esset sibi preciũ. Tuum negociũ. emendi, quod mãdasti mihi.

De Bursa. quem superãui in iudicio. Nimis uerecundè. nimis parcè & modicè. ut scribit, scribẽbat Marius se putare Cice. non multum gaudêre, ꝙ uicisset Bursam, quia erat homo uilis, & sordidus, laus autem uictoriæ pẽdet ex precio hóminis. Hoc iudicio. quo uici Bursam. Inimici. uel Clodii, ut quidam uolũt, uel ipsius Bursæ, ut sit sensus, magis lætãtus sum uicisse inimicum meum iudicio, q̃ si esset mórtuus. Primum. una ex multis rationibus. Malo. uíncere. Gloria amici. quis fúerit hic amicus non satis constat sed intellígimus áliquem esse oppugnãtum ab illo Bursa. Studium. fauorem. Contentionem. orationem ad uersariam. Clarissimi uiri. Mar. Crassum significat, q hunc Bursam tuebãtur. Postremò. última ratio, quare uehementer lætãtus sit hoc iudicio. Multo peius. multo magis, multo uehementiùs. Ouid. Quæ uenit exacto tempore peius amat. Illum ipsum. q. d. inimicissimum meum. Illum. Clódium. Hunc. Bursam. Habitúra discrimen. habitúra periculum, & cladem. In cápite meo. i. in uita mea, si ego perissem. Spectauit. superãuit, considerãuit. Quiddam magnum, quãdam rem magnam. Sua sponte. p seip̃m. Illorũ. inimicorũ meorum, & reip. Auxiliorũ. i. fauore illorũ. Qui stare nõ póterant me stãte. qui non potuissent obtinére statum suum me incólumi, & obtinêre statum meũ hic. Simiolus. s. Bursa, p contemptũ autẽ appellãuit eum Simiolũ. Delegerat amicum. acceperat sibi Clodium amicũ. Causa mei. quia sciébat eũ inimicũ meũ. Inquẽ. s. inme. Inueherétur. i. quem insequerétur, & criminationibus lacerãret. Emissarium. promptum, & paratum adhoc, nã emissarii dicuntur equi, qui seruantur ad ꝓcreãdam sobolem, & emittuntur ad equas, inde translatiuè emissarii in aliquos dicuntur, qui sũt parati inuehi in aliquos. Iubeo. uolo. Gesta est. cum uictus est hic Bursa. Fortiores. maioris ánimi. Eius. Crassi, qui elégerat iúdices, & tñ illũ condemnauerunt contra fauorem Crassi. Nisi meus dolor fuisset dolori iis. nisi doluissent meo dolore. i. nisi doluissent, quia ego dolẽbam. Multitúdine & celebritáte. i. multis, & celébribus, hoc est claris iudicijs, quia semper uincimus. Detinẽmur. sumus occupáti. Intercalẽtur. fiat intermissio, nam intercalare est interserere, siue interpónere, siue interuocãre ut suprà declarãuimus plenius. Vale.

Peius pro magis

Emissarii

NVNC quóniam ego qui sum in parte hæres, noui précium. i. quanti tibi sit, ego ponã potiùs in licitatiónem, id est uenditiónẽ, quæ cedat plus cæteris offerenti, q̃ illud. s. prædium, uẽneat. i. uendãtur minoris. s. q̃ finiuisti. sed latis est de ioco. Ego agã negociũ tuum diligẽter sicut debeo. q. d. ꝓpter ptem meã nõ curãbo, ut pluris uẽneat q̃ par sit. Ego certò scio te gaudêre de Bursa. i. ꝙ Bursam uicerim, sed tu gratulâris mihi nimis uerecundè. Putas enĩ, ut scribis, me putãre illã lætitiã minus magnã ꝓpter sordes hois. i. uicti. Velim, sup. ut credas mihi, me magis lætãtũ hoc iudicio, qđ cõtra Bursã latũ est, q̃ morte inimici. Enĩ. i. quia, prim malo. s. uictũ esse, iudício q̃ gládio, deide glória. i. cũ gloria amici, ꝓ quo Ci. cõtra eũ egit, q̃ calamitáte, quæ secũta fuisset, si gladio uindictã sumpsisset. Et in primis delectãuit me tãtũ studiũ bonorũ extitisse in me cõtra incredíbilem cõtentionem uiri clarissimi, & potentíssimi Crassi, qui ꝓ Bursa stéterat. Postremò, quod uidẽtur fortasse incredíbile, ego óderã multo peiùs. i. grauiùs, & cũ maiore execratione, & mali in illũ optione, hunc. s. inimicũ, q̃ illũ ipsũ Clodiũ. s. singularẽ inimicũ, & huius amicũ. Enĩ. i. quia ego oppugnãram. s. priusillũ. s. Clodiũ, & ita mérito inimicus fuit, & defénderã hunc. s. Bursam, qui postea factus est inimicus. Et ille. s. Clodius, cũ eis resp. esset habitúra discrimen. i. periculũ, in meo cápite. i. si ego in perículo essem, spectãuit. i. prætendit, quiddã magnũ. i. quoddã emolumentũ singulare, nec quidẽ sua spõte. i. ꝓprio ingenio, aut naturali industria, sed auxilio eorũ qui nõ póterant stare me stãte. i. si ego mãsissẽ in statu meo. Hic. s. Bursa. Simiolus. i. turpis imitator Clodii, delégerat causã ánimi. i. út satisfáceret malitiæ ánimi sui, me in quem inueherẽtur, & pluãlerat nõnullis ínuidis meis se fore semp emissárium in me. i. qui inueherẽtur in me, & semp ꝓprius esset, ut emittãtur in me. Quãobrem ego iúbeo. i. uolo, sed tamen aliquántulum imperiosè, quod ex gaudio dicit, Seruius autẽ ad illud Aenei. Infandum regina iubes, dicit. i. uis, sed tamen Aeneas modestè pótuit dícere Reginã iubêre. te gaudêre ualdè, quia sup. magna res est gesta, nunquam fuérunt ulli ciues fortiores, q̃ qui ausi sunt condemnãre eum. s. Bursam, contra tantas opes eius. s. Crassi, à quo ipsi erant lecti iúdices, quod ipsi nunquam fecissent, nisi dolor meus fuisset iis dolori. Nos detinẽmur hic multitúdine, & celebritáte iudiciorum, & nouis légib⁹, ut faciámus quotídiè uota, ne intercalẽtur, id est ne fiat intermissio, & suspensio iudiciorum, & possímus uidêre te quamprimùm, quod non liceret, nisi iudiciis absolútis. Vale.

Ascen

Simiolus

Virg Æ

HVBER.

PErsæpè. Quo témpore Cæ. ab illo uniuersę Gallię bello reuersus est, creãti erant cõsules L. Lẽ. & M. Marcellus, infesti & aduersi eius dignitãti, qui cùm in Italiam profectus intellexisset, duas legiones ad se remissas, quæ ex senatusc̃os. ad parthicum bellum duci debêrent, per M. Mar. Cn. Pompeio trãditas, atq; in Italia retentas esse, postea quam aliquántulum passus est, tamen multis acérrimis in se Pom. & aliorum sententiis, tum infámia duarum legionũ, quas diximus à Pompe. in Italia retentas, rem ad arma dedũci studẽbat. Itaque data sibi opportunitáte, & discessu fuga tribunorum, qui se ad eum Rauennã contúlerant, incensis oratione sua militum ánimis, tandem occupáto Arimíno bellũ incœpit, quod postea extra Italiam translatum est in Thessáliam, ubi Pompe. superãtus est, cui bello dicit Cice. se interfuisse magis officio q̃ uoluntate, discessísse autẽ postea quàm uidit nullam esse spẽ uictoriæ, elegisse ex multis conditiónibus potissimum esse Rom. quanuis id quoque míserum sit, ostendit autem se máximam cõsolationem cápere ex conscientia rectorum consiliorum suorum, habẽreq; duas res, quibus máximè in his aduersitátibus se sustentet, scientiam liberalium, & optimarum artium, & gloriam rerum gestárum. Tot an. postquàm Cæ. reuersus è Gallia incœpit esse contra pátriam. Versábimur. quia uicto Pompe. Cato ad Iubam confũgit, ubi reparábat exercitum, itaque nondum erat finis bellorum ciuilium. Proximè. non nupérrime, nam iam multum tempus erat quo non fuérant unã sed próximè postquam non cõuénimus, nec simul fuimus, nam próximum dicitur quod etiam longè pósitum est, longè interuenière, unde si duobus annis prætéritis à te líteras accéperim, post quas nihil postea scripséris, rectè dicam ꝓximas literas tuas quia re uera sunt proximæ si nullas álias post eas misísti. Quinetiam. immo insuper.

Proximũ

Lentulo

Lentulo & Mar.con.Hi enim ut diximus initio bellorum ciuilium cõſules erant. In Pompeia.in Pompe.uillam meam. Præſtò fuiſti.ſtatim ueniſti,obtuliſti te mihi. Solicito , anxio.Solſcitũ.dixit Cice. Marium fuiſſe anxium duplici de cauſa, & propter periculum Cice.ſi profectus fuiſſet ad bellum, & propter eius officiũ, quod uidebatur negare Pompe.& patria ſi in Italia manſiſſet,neque ad bellum iuiſſet. Tum officii.i.& officii mei.i.eius,quod deberem facere. Tum maxime,& præcipue. Ne officio deeſſem.ut facerem,quod deberem,& erga patriam,& erga Pompe.Non expo.non diſcernerem, nõ cognoſcerem. Pudori.uerecundię, honeſtati,quia pudebat me, & deeſſe,à quo,in ſalute fuiſſem adiutus . Et fa.quia fuiſſem dictus malus ciuis,niſi ſaluti reipu.ſubueniſſem.Cedere.obſequi, obtemperare. Cuius fa.quod præpoſuerim pudorem, & famam meæ ſaluti. Vitia mul.multas cauſas uitioſas. Offendi.inueni. Ibi.in caſtris Pomp.Primum.enumerat uitia,quæ inuenit in caſtris Pompe.Neque bel.neque fortes,in bello,ut ſcribit Ap.Extra ducem.i.excepto duce ſcilicet Pompe. Paucoſque.ſcilicet extra paucos.i.exceptis paucis,eſt autem ornatum dicendi genus apud Cice.ut ſi ſic dixero, extra Home.nullus poeta græcus Virgilio antefertur.i.excepto Homero.Præterea.præter eum ſcilicet ducem. De principibus.de primis , & optimatibus. Rapaces. auari prædatores.
Aes alienũ Crudeles in ora.minabantur enim multi Cæ.cædem,Horrerem.uehementer timerem. Aes alienum.pecunia quæ aliis debetur,nam æs alienum dicitur quod non noſtrum eſt,cum aliis debemus ob cauſam.

PETRI VICTO. CASTI. LENTVLO & Marcello Coss. Qui temporibus his per notas conſulibus ſcribunt , duobus S S, uti conſueuerunt , atque ita ſcribere Coſſ.quos non reprehendo:ſcio enim hunc morem ſribendi ueterem eſſe. in ueteribus tamen codicibus,& in lapidibus priſcis , qui ſuperioribus ſæculis ſcripti ſint, Cos ſæpe legi . Medicæus codex hic Cos habet. Antiquus Florentiæ lapis eſt , in quo hoc nomen eodem pacto ſcriptum inuenitur:

TI. CAESARE. TERT. GERMANICO
CAESARE ITER. COS.

Continet autem quædam,quæ ad hiſtoriam pertinent, & ſanè cognitu indigna non ſunt. De quo eò libentius mentionem feci,quòd qui ea,quę in lapidibus leguntur, in uolumen redegerunt,& Epigrammata antiquæ urbis inſcripſerunt,truncum illud,lacerumque adpoſuere: in priuata autem domo parieti adfixum eſt, non longè à porta, quàm Diui Galli uulgò appellant.Quòd autem ita in multis lapidibus ac uetuſtis libris ſcriptum ſit, culpa fabrorum, librariorumque factum eſt: nam ueram illam incorruptamque antiquitatem melius noſtri homines reddunt,ſi Quintiliano credimus,qui primo libro inquit: Et Conſules geminata eadem litera S S,legimus. Quoniam autem ea quæ ſequuntur Quintiliani uerba mendum continent,non patiemur ipſum amplius hunc locum inquinare,præſertim,quum poſsimus ſatis tutò(niſi fallor) illud delere. In cunctis codicibus legitur, Et ſuburra cum talibus literis notatur B , tertiam oſtendit: quum legi debeat, C,tertiam. Qui inquit doctiſſimus rhetor,per notas Suburra ſcribunt,cùm tribus primis literis totum nomen intelligi uelint,non B,tertiam,ſed C,ſcribunt. Quod ſane mirum, cùm C, in hac uoce Suburra non ſit. Diſſerit autem de illis,quæ ſcribuntur aliter, atque enunciantur.Ita autem,ut nos caſtigauimus, legi debere oſtendit doctiſsimus Varro libro quinto de lingua latina ad Ciceronem: Sed ego à pago potius Succuſano dictam puto Succuſam: nunc ſcribitur tertia litera C,non B. Qui etiam huius rei rationem reddit,quòd antiquitus Succuſa appellata ſit: quis autẽ poſtea nomen uariatũ eſſet ratio tũ,illud ſcribendi permanſerat.

ASCEN. QVID quæris quaſi dicat ut paucis concludam. Nihil boni.ſubaudi erat in caſtris. Præter cauſam. excepta cauſa , quæ eſt honeſtiſſima pro defenſione patriæ. Autor, ſuaſor. Abhorreret. alienus eſſet,neque ullo pacto uellet ei aſſentiri. Duceret.protraheret,ne deſcenderet ad pugnam cum Cęſa.Ex quadam pugna. qua uiſus eſt habere fortunã fauentem.

21. quid quæris ? nihil boni præter cauſam. Quæ cum vidiſſem,deſperãs victoriam, primùm cœpi ſuadere pacem , cuius fueram ſemper author:deinde,cũ ab ea ſententia Pompeius valdè abhorreret,ſuadere inſtitui,vt bellum duceret . Hoc interdum probabat,& in ea ſententia videbatur fore:& fuiſſet fortaſſe,niſi quadam ex pugna cœpiſſet ſuis militibus confidere.

HVBER. PErſæpe & cætera . Commemorat quo conſilio aduerſus Cæſarem in bellum Pharſalicum abiuerat,& ſe poſt uictoriam Cæſaris in urbẽ receperat,docens miſerum eſſe illic uerſari, ſed alibi longè miſerius , maximam tamen ſe conſolationem capere ex conſcientia rectorum conſiliorum, habereque quibus ſe confirmet ſcientiam bonarum artium,& gloriam rerum geſtarum, quibus argumentis in omnibus fere epiſtolis ſemper conſimili re conſolatoriis utitur. Ordo eſt.Solet uenire mihi cogitanti perſæpe de miſeriis communibus,in quibus uerſamur tot annos,& uerſabimur,ut uideo.i. quantum perſpicio,in mentem.i.in mentionẽ,& memoriam illius temporis, quo fuimus proximè.i. proxime elapſis diebus, unà,id eſt ſimul & in uno loco,quin etiam teneo.i.complector memoriã ipſum diem. Nã ad,id eſt,circiter tertium ſcilicet diem. Idus,id eſt,qui eſt inter idus,aut ante idus maias,& ita eſt.xi.dies Maii.Lentu.& Marcello conſulibus , cum ueniſſem ueſperi in Pompeianum ſcilicet agrum , tu fuiſti mihi præſto .i.affuiſti mihi, animo ſolicito .i. habens animum ſolicitum , dicerem habenti animum ſolicitum niſi ſequeretur. Autem , id eſt ſed, cogitatio tum officii,tum etiam periculi mei habebat te ſolicitum. Nam ſupple tu uerebare ne deeſſem.i.non ſatiſfacerem officio, ſi manerem in Italia , & periculum meum commouebat.i.anxietate afficiebat te,ſi proficiſcerer ad bellum ſcilicet Pharſalicum cum Pompe. Quo tempore tu uidiſti profectò.i.reuerà,me quoque .i.etiam conturbatum,ut non explicarem .i.diiudicarem , quid eſſet optimum factum,uidetur optimum de duobus dicere. Nam duo erant,aut eundum in bellum, aut manendum in urbe, malui tamen cedere.i.ſucoumbere pudori,& famæ.i.facere quod pudor & fama exigebant, quàm ducere rationem.i.habere reſpectum ſalutis meæ,cuius facti mei pœnituit me non tam propter periculum meum,quã propter multa uitia,quæ offendi.i.præter ſpem reperi,ibi,quò ueneram. Primùm , ſupple offendi copias neque magnas, neque bellicoſas,deinde reliqui extra.i.præter ducem, & præterea.i.præter eum,paucos. Loquor de principibus.i.ut dicunt nunc de capitaneis, ſupple. fuerunt primùm rapaces in ipſo bello , deinde ita crudeles in oratione,ut horrerem ipſam uictoriam , quia ſi uictores euaſiſſent,multò crudeliores futuri uidebantur. Autem.i.ſed, ſupple offendi , aut ibi fuit maximum æs alienum.i.debitum,uirorum ampliſſimorum ſcilicet ante bellum . Quid quæris ? ſcilicet plura. Nihil boni , ſupple fuit illic , præter cauſam, quæ contra Cæſarem iuſta erat. Quæ cum uidiſſem, ego deſperans uictoriam, cœpi primum ſuadere pacem , cuius fueram ſemper author.i.approbator. Deindè.cum Pompe.abhorreret.i.alienus eſſet & diſſentiret ualdè ab ea ſententia ſcilicet pacis componendæ,inſtitui.i.cœpi ſuadere,ut duceret.i.produceret, & extẽderet bellum, donec meliorem haberet exercitum , Pompeius probabat interdum hoc ſcilicet bellum producendum , & uidebatur fore in ea ſententia,& fuiſſet fortaſſe, niſi cœpiſſet confidere ſuis militibus,ex quadam pugna ſcilicet proſperè contra Cæſarianos geſta.

Ex eo tempore vir ille ſummus , nullus imperator fuit. Signa tyrone & collectitio exercitu cum legionibus robuſtiſſimis contulit,victus turpiſſime,amiſſis etiam caſtris,ſolus fugit. Hunc ego belli mihi finem feci: nec putaui,cum integri pares non fuiſſemus, fractos ſuperiores fore.Diſceſſi ab eo bello,in quo aut in acie cadendum fuit , aut in aliquas inſidias incidendum, aut deueniendum in victoris manus aut ad Iubam confugiendum , aut capiendus tanquam exilio locus, aut conſciſcenda mors voluntaria. Certe nihil fuit præterea , ſi te victori nolles, aut non auderes committere. Ex omnibus autem iis , quæ dixi , incommodis , nihil tolerabilius exilio, præſertim

HVBER. VIR ille. Pompe. Summus.tot uictoriis , & triumphis inſignis. Nullus fuit.i.amiſit quicquid antefecerat.Contulit ſigna. congreſſus eſt , conſeruit manũ. Tyrone.pro tyronibus.i.nouis militibus,& inexercitatis. Collectitio.undique contracto,ex omni genere hominum. Cum legionibus ſcilicet Cæſa.quæ erant exercitatæ decennali bello in Gallia , & robuſtiſſimæ. Turpiſſime.cum magno dedecore. Amiſſis caſtris. quia non potuit etiam tutari locum ubi erant milites. Solus fugit uſque ad tempe theſſalica,ut ſcribit Plu. & Lu.deinde per tempe ad mare delatus eſt & cætera. Hunc finem. cum Pompe. eſt ſuperatus. Hæc pu.ſenſus eſt cum non potuiſſemus eſſe Pares Cæſarianis,quando eramus integri,& non dum clade affecti,putaui non eſſe poſsibile, ut eſſemus ſuperiores poſtquam eſſemus fracti , & diminuti.Itaque putaui bello diſcedendum. Superiores. uictores. Aut in acie ca.i. moriendum pugnando. Commemorat autem multas cõditiones malas, quæ fuerant neceſſariæ,niſi diſceſſiſſet ab eo bello.In ma. uict.in captiuitatem. Iubam.regem Numidiæ amicisſimum Popu. Roma. Capiendus. eligendus à me, ſponte mea . Tanquam exilio.i. tanquam miſsus ſim in exilium. Conſciſcenda.tribuenda , capienda. Nihil fuit præ.i.nihil fuit ultra prædictas conditiones.Si te.ponit unam conditionem, quæ poterat eſſe cum reliqua,ſed oſtendit eam neque tutam neque honeſtam fuiſſe. Nolles.pro nollet aliquis , more ſuo ponit ſecundam perſonam pro tertia.

innocenti,vbi nulla adiuncta eſt turpitudo.addo etiam, cũ ea vrbe careas , in qua nihil ſit,quod videre poſſis ſine dolore. Ego cum meis (ſi quicquam nunc cuiuſquam eſt)etiam in meis eſſe malui.quæ acciderunt omnia, dixi eſſe futura. Veni domum,non quo optima viuendi conditio eſſet, ſed tamen, ſi eſſet aliqua forma reipub.tanquam in patria vt eſſem: ſi nulla,tanquam in exilio. Mortem mihi cur conſciſcerem , cauſa non viſa eſt.cur optarem,multæ cauſæ. VETVS EST ENIM, VBI NON SIS, QVI FVERIS, NON ESSE , cur velis viuere. Sed tamen vacare culpa magnum eſt ſolatium,præſertim cum habeam duas res, quibus me ſuſtentem, optimarum artium ſcientiam, & maximarum rerum gloriam : quarum altera mihi viuo nunquam eripietur, altera ne mortuo quidẽ.

HVBER. INNOCENTI.i.ei qui i nulla eſſet culpa. Vbi.uel quando, uel in quo innocenti. Addo.i.accedit & alia cauſa,quod exilium ſit tolerabilius, quia ſi exul ſis,nihil ſit quare debeas carere urbe Ro.in qua omnia ſint miſera. Si quicquam.correctio.Cuiuſquam. quia nemo poteſt dicere quicquam eſſe ſuum . Duxi.exiſtimaui. Optima.fœliciſſima, quia ſciebam cauſam mihi eſſe non poſſe.Tanquam in pa.quaſi in patria,quia Ci.non audet amplius uere nominare Romam patriam,ſed tanquam patriam. Si nulla.ſubaudi eſſet fortuna reipu.Tanquam in exi.i.tanquam fuiſſem exul, & extra patriam. Non uiſa eſt cauſa.ſ.idonea utmeipſum interficerem. Optarem.cuperem. Multæ.quia amiſeram ea propter quæ maxime iuuabat me uiuere. Vetus eſt enim ſubaudi dictum uel prouerbium,& eſt ratio quare eſſent multæ cauſæ cur optaret ſibi mortem , quia quando homo deſinet eſſe is qui conſueuit,non eſt quare multum debeat appetere uitam. Vbi.quando. Qui fueris qualis eſſe conſueueras. Cur uelis uiue.cur optes uitam,quia uiuimus propter honores & dignitates, quibus amiſſis deficit cauſa optandæ uitæ. Vacare. carere. Altera ne eri.ut.ſ. ſcientia optimarum artiũ, quia remanet, & hominis uitam nunquam deſerit, quocunque ierit, ſola enim morte aufertur . Altera ne mortuo quidem. quia gloria rerum geſtarum eſt æterna & immortalis. Verboſius.pluribus uerbis.

ASCEN. EX eo tempore.i.poſt illud tempus, uir ille ſummus.ſ.Pompei.fuit nullus.i.nullius ualoris imperator,contulit ſigna.ſ.militaria.i. uexilla ad committẽdum

Universidad de Deusto Biblioteca

dum prælium,exercitu Tyrone.i.nouitio,& collecti tio.i.ex uariis collecto.cum legionibus robustissimis,quia ueteranorum & ex Gallica gente bellicosissima,& ipse uictus turpissime,etiam castris amissis fugit solus,ut Luca.cecinit,ad Regem ægypti,cuius assensu obtruncatus est.Tunc ego feci mihi finem belli nec putaui,sup.nos fractos fore.i.futuros superiores,cum non fuissemus pares integri. Ego discessi ab eo bello,in quo aut fuit cadendum.i.moriendum cadendo in acie,aut incidendum in aliquas insidias, aut deueniendum in manus uictoris, aut confugiendum ad Iubam.s.Regem in Africam , aut locus.s.aliquis erat capiendus.i,eligendus tanquam exilio , aut mors uoluntaria.i. propria manu,aut iussu illata , conficienda.i peragenda sup.erat certe,nihil fuit præterea.i.præter dictas conditiones belli,si nolles aut non auderes committere uictori.s.Cæsari te. Autem.i.sed,nihil est tolerabilius,ex omnibus his incommodis,quæ dixi , exilio.i.quàm exilium,præsertim innocenti,ubi nulla turpitudo.s.proprii peccati est adiuncta,addo etiam cum careas ea urbe.s.Roma,in qua nihil sit quod possis uidere sine dolore.Ego malui esse cum meis.s.necessariis, & si qui equam nunc est cuiusquam,malui esse etiam in meis.s.regionibus.Ego dixi oia futura quę acciderũt.

Veni domum,non quòd optima conditio uiuendi esset.s.domi,sed tamen si esset aliqua forma reipubl.ut essem tanquam in patria,si nulla.s.forma reipu.esset,essem tanquam in exilio. Causa.i.iusta , non est uisa.s. mihi cur consciscerem.i.accelerarem & concitarem mihi mortem.multæ causæ sup.uisæ sunt , cur optarem.s. mortem honestam. Est enim uetus.s.dictum,ubi.i.postquam non sis qui fueris.i.in ea dignitate in qua fueris non esse.s.causam,cur uelis uiuere,aut ibi,aut simpliciter.Sed tamen licet triste est amisisse dignitatem,tamen magnum solatium est,uacare.i.uacuum,& purum esse culpa , præsertim cum habeam duas res quibus sustentem me.s.ne in desperationem, aut summam miseriam cadam,uidelicet scientiam optimarum artium , ut legalis,auguralis,oratoriæ,philosophiæ,& gloriam maximarum rerum.s.gestarum in consulatu, in quo in toga non minus gloriæ nactus est,quàm quiuis imperatorum in armis, præterea Siciliam prouinciam gloriose rexerat.Quarum.s.duarum rerum,altera.i.optimarum artium scientia,nũquam eripietur mihi uiuo,quin etiam bonæ scientiæ,quibus hic deum ueneramur,ne mortuis quidem eripiũtur, unde Hieronymus noster. Discamus scientiam in terris,quæ nobiscum manebit & incœlis. Casu tamen ut uulnere capitis, aut morbo potest labi memoria,& perire scientia in terris,altera.s.maximarum rerum gloria , nunquam eripietur mihi, ne quidem.i.non saltem mortuo,immo mortuis augetur gloria,quam quiuis detraxerat liuor. Hæc &cætera. Ego scripsi hæc.i.supradicta uerbo.i.nimis uerbose ad te, & molestus tibi.s.multitudine uerborum,sed scripsi ideo ꝙ cognoui te amãtissimum.i.maximum amatorem,tum.i. pariter reipubli. Ego uolui omne consilium meum esse notum tibi,ut scires primum me nunquam uoluisse quemquam neque Pompeium neque alterum posse plusquam uniuersam rem pub.licet in repub. uoluerit unum plus posse quàm alium.

HVBER. ❧PLVS quemq̃ posse.i.me uoluisse,ꝙ aliquis tantũ posset,ut ipsa reipub.non retineret statum,& dignitatem suam.i.plus amaui rempu. quàm quemq̃ alium. Vnus.Cæ.quia omnia solus poterat. Alicuius.non dicit quis fuerit,sed innuit ipsum Pomp.qui antea tãtum studuerat partibus Cæ.ꝙ postea cognouit se male fecisse,eius enim causa fuerat Cæsa.confirmata prouincia in alterum quinquennium. Eo duce.Pompe. In quo uno.in quo solo. Voluisse.est ordo,uoluit,ut scires me etiam uoluisse fecisse finẽ belli mihi ipsi. Posteaquam non potuerim reliquis omnibus scilicet fecisse finem belli.i. postquam non potui facere , ut reliqui omnes discederent a bello, uolui ego ipse discedere , hæc omnia declarantur in uita Cice.scripta à Plutarcho. Ciuem esse me.subaudi uolui ut scires me uoluisse esse ciuem & cætera.

Si non.s.hæc ciuitas. Exulem,etiam Romæ, Mitylenas, Lesbum,de Rhodo,& Mitylenis diximus abunde alio loco. Malueram.subaudi loqui. Fiebat longius.i.trahebatur in longum , ut tecum corã loqui possem . Eadem.s.dicere, quæ dicturus fueram coram. Nihil profuturus.nullam utilitatem allaturus,immo potius nociturus. Loco criminis .i.putent me peccare,quia uellent ꝙ potius me interimerem quàm uincerem. Satis multos. quia uellent, & alios perire. Quanuis iniqua.quia iniqua pax est, ubi qui meliorem habet causam subit conditiones eius qui iniustam causam fouet. Nisi longiorem remiseris.nam si tu quoque ad me multa rescribes.intelligam meam epistolam non uisam fuisse tibi nimium uerbosam. Vale.

Hæc ad te scripsi uerbosius , & tibi molestius fui , quòd te cum mei , tum reipublicæ cognoui amantissimum.Notum tibi omne consilium meum esse uolui, vt primum scires me nunquam uoluisse plus quemq̃ posse, quàm vniuersam rempubli.postea autem quàm alicuius culpa tantum ualeret vnus, vt obsisti non posset,me uoluisse pacem amisso exercitu, & eo duce, in quo spes fuerat vno:me uoluisse etiam, reliquis omnibus postquam non potuerim , mihi ipsi finem feciſſe belli. nunc autem , si hæc ciuitas est, ciuem esse me : si non , exulem esse non in commodiore loco , quàm si Rhodum , aut Mitylenas contuliſſem. Hæc tecum coram malueram:sed quia lõgius fiebat,volui per literas eadem:vt haberes quid diceres, si quando in uitupera tores meos incidisses.Sunt enim , qui cũ meus interitus nihil fuerit reipub. profuturus,criminis loco putant esse, quod uiuam. Quibus ego certo scio non uideri satis multos periisse : qui si me audissent, quanuis iniqua pace, honeste tamen uiuerent. Armis enim inferiores , non causa fuissent. Habes epistolam uerbosiorem fortasse,q̃ uelles:quod tibi ita uideri putabo,nisi mihi longiorem remiseris. Ego, si quæ uolo expediero, breui tempore te, vt spero,videbo. Vale.

❧AVTEM

❧Ex.iii.Epistola.Persæpe mihi cogitanti.

❧Persæpe mihi cogitanti de communibus miseriis, quibus tot annos uexamur,& ut uides etiam uexabimur.Solet in mentem uenire illius temporis recordatio , quum etiam ipsum diem memoria teneo. Cum in Pompeianum uesperi concessissem, tu mihi solicito animo præsto adfuisti. Si ad bellum proficiscerer, periculum te meum ualde cõmouebat. Primum neque magnas copias , neque paratas illas , neque bellicosas. Reliqui primum in ipso rapaces, deinde in opera omneis ita crudeleis , ut ipse uictoriam perhorrescerem . Suadere institui , ut bellum produceret. Tunc ego mihi belli finem feci,hæc putaui , cum integri pares non fuissemus, fractos superiores fore? Discessi ab eo bello,in quo aut in acie cadendum fuit,aut in aliquas insidias incidendum . Tandem conscientia mors uoluntaria.Nonnulli sic atque conscisceuda esse . Certi nihil fuit præterea . Ego cum eis (si quicquam nunc cuiusquam est) etiam in meis esse malui, quæ acciderunt omnia prædixi futura. Sed tamen si esset aliqua fortuna reipub: tanquam in patria ut essem. Vetus est enim urbi,cum non sis,qui fueris,non esse,cur uelis uiuere . Sed tamen uacare culpa magnũ est solatium , præsertim quòd habeam duas res, quibus sustenter. Hæc ad te scripsi uerbosius, etiam tibi molestius, aliqui uero sic. etiam tibi molestior fui. Hæc tecum malueram coram loqui.

❧AVTEM. id est sed posteaquam unus,scilicet Cæsar ualeret culpa,id est propter culpam alicuius, quasi dicat unius quisquis ille fuerit, certum tamen est quòd de Pompeio loquatur,cuius primum fauore in Cæsarem, Cæsari cõfirmata erat prouincia in alterum quinquennium : deinde eius culpa ut uidimus , male pugnatum fuerat, maluit tamen alicuius quàm cuiusdam dicere,ne de certo uideatur loqui, ut non posset obsisti,scilicet illi , scires me uoluisse pacem , exercitu amisso, & eo duce, scilicet Põpeio amisso in quo uno spes, scilicet uictoriæ fuerat : scires etiam me uoluisse fecisse finem belli mihiipsi , postquam non potuerim,scilicet fecisse pacem reliquis omnibus.Nunc autem si hæc ciuitas est,repete scires me esse ciuem,si nõ sup.est ciuitas:scires me esse exulem loco non incommodiore,id est non magis incommodo,sed æque commodo,quàm si contuliſſem me Rhodum,aut Mitylepas:Mitylenæin Lesbo sunt insulæ: Rhodus autem & urbis & insulæ nomen notum . Ego malueram , sup. agere , aut narrare tecum hæc , coram, scilicet te, hoc est in præsentia tua: sed quia, scilicet coram agere,fiebat longius,id est differebatur nimis,uolui,scilicet agere, aut cõminisci eadem per literas,ut haberes quid aut quod diceres, si quando incidisses in uituperatores meos:Valla diceret mei, id est qui me propterea ui tuperant,quòd post Pharsalicum conflictum me Romam cõtulerim. Sunt enim qui cum. id est quamuis, interitus meus nihil fuerit profuturus reipub.putant esse loco criminis , id est pro crimine habendum quòd uiuam. Quibus ego certo scio uideri non satis multos periisse,qui,scilicet extincti,aut interempti,si audiuissent me , id est obediuissent mihi . Non enim semper audio pro obedio datiuo iungitur,sed audiens participium frequentius,quamuis uiuerent pace iniqua, id est iniquis conditionibus comparata,uiuerent tamen, id est nihilominus honeste, fuissent enim inferiores armis non causa. Si dicas non modo fuissent,sed & nunc fuerunt res, quia pro iusta causa perierunt,dicam,ut fuerunt.ita fuisse si audiissent Ciceronem,sed honeste uixissent, quòd cum uincere nequirent pacem accepissent. Habes epistolam fortasse uerbosiorem quam uelles,quod ego putabã uideri tibi ita, id est quod uerbosior sit hæc epistola,nisi miseris mihi longiorem. Ego uidebo te breui tempore,ut spero,si expediero,sup. ea quæ uolo,scilicet prius expedire,id est transigere,& consummare.

Mors Audio

HVBER. AD.IX.Caleden.Iocãtur Cicero Cum Mário qui laborãbat pódagra , nam cum dicat se ad eum itũrum,hortãtur, ut constituat cum pódagra , ut per id tempus eum non uexet. Tuo amico uel propinquo. Cógito.scilicet uenire. Ante.quàm uéniam.

M.Cicero S. D. M.Mario. Epist. 4

AD.IX. Cal. in Cũmanũ veni cum Libõne tuo , vel nostro potiùs.in Pompeianum statim cógito. sed fáciam ante te certiórem. Te cum semper valére cupio, tùm certè dum hîc sumus . vides enim quãto post vnà futûri simus . Quare si quod constitũtum cũ pódagra habes , fac vt in álium diế différas . Cura igitur vt váleas , & me hoc bîduo aut tríduo expecta. Vale.

❧CVM semper. & semper & omni témpore. Dum sumus hîc,in Cumâno. Quanto post.quasi dicat non multò , id est quàm citò. Quare . nunc iocãtur cum eo,ut si habet constitutiónem áliquam cum pódagra différat eam constitutionem in aliud tempus: constitũere autem est locum uel tempus determinare . Biduo aut tríduo.intra duos aut tres dies. Vale. HVBER. Constituere

❧AD. ix. &c. Scribit.ex agro ad Marium ad quem se profectũrum pollicẽtur, monens ut cum pódagra paciscâtur , ne ab ea(dum adsit) uexẽtur. Sane quia nondum erant Calendæ Iuliæ, sed festiles,aut certe etiam Cæsare uiuente Iuliæ cœperant appellãri , sunt qui Iunias legant.Ordo est.Ego ueni cum Libõne tuo uel potiùs nostro,id est communi amico,in Cumãnũ, scilicet agrum ubi Cicero uillam habẽbat : ad.ix. Cal. Iulias aut Iunias , cógito sup. ire aut proficiscí statim in Pompeianũ,ubi Mário erat uilla,sed fáciam certiorem antè,scilicet quàm uénero. Cum.scilicet ita sit,quòd cupio te ualére semper,tum,id est tunc máximè ita est quòd dum,id est quamdiu,nos sumus hîc,id est in agro. Tu enim uides quanto.scilicet témpore post,scilicet hoc tempus, nos sumus futûri unà, id est páriter, in unis ædibus. Quare si habes quid constitutum cum pódagra, id est habes aliquod commércium transigendum cum ea , hoc est cum dolóre pedum tuorum , & ita constitúeris ei diem,fac différas in alium diem. Igitur. hoc est ut apertè dicam , cura ut váleas, & expecta me hoc biduo,aut triduo,id est intra biduum,aut triduum próximum. Vale. ASCEN. Ord Tibo

Universidad de Burgos Biblioteca

Cicero Cæsari Impe. S. D.

VIde quàm mihi persuáseri,te me esse álterum, non modò in his rebꝰ,quæ ad meipsum, sed etiam in iis,quæ ad meos pértinent.C.Trebatium cogitâram, quòcunque exirem, mecum dúcere,vt eum meis omnibꝰ studiis,beneficiisque ornatissimum domum redúcerẽ. Sed posteaquàm & Pompeii commorátio diuturnior erat quàm putâram, & mea quædá tibi nõ ignôta dubitatio,aut impedíre profectionem meam videbâtur, aut certè tardâre:vide quid mihi súmpserim: cœpi velle ea Treba. expectâre à te, quæ sperasset à me. Neq; mehérculè minus ei promisi,de tua voluntate prolixè, quàm eram sólitus de mea pollicêri. Casus vero miríficꝰ quidam intéruenit, quasi vel testis opinionis meæ, vel sponsor humanitátis tuæ. Nam cum de hoc ipso Trebátio cum Balbo nostro lóquerer accuratiùs,domi meæ,literæ mihi dantur à te, quibus,in extrémis scriptum erat,[*M. Orfium, quem mihi commendas, vel regem Galliæ faciá, vel hunc *Leptæ legátũ. Si vis tu,ad me álium mitte,quem ornem.[Sustúlimus manus & ego & Balbus:tanta fuit opportúnitas,vt illud néscio quid non fortúitum, sed diuinum viderêtur. Mitto igitur ad te Trebátium, atque ita mitto, vt initio mea sponte, post autem inuitatu tuo mittendum dúxerim. Hunc mi Cæsar sic velim omni tua comitate cõplectâre,vt ómnia,quæ per me possis addúci vt in meos cõferre velis,in vnũ hunc cõferas.de quo tibi hómine hæc spõdeo, nõ illo vétere verbo meo, quod cum ad te de Milõe scripsissem,iure lusisti: sed more Romano, quomodo hómines non inepti loquuntur: probiórem hóminem, melioré virum, prudentioré esse néminẽ.

HVBER. VIDE. Cæsar semper magnifécit Ci. Itaq; cúpiens ei gratificâri, humaníssimè scrípserat sibi esse uehementèr gratũ M.Myrtium quendam, quem Cic.ad eum miserat,quod si habêret alium aliquem amicum ad se mítteret:se enim ornatûrum eum. Inuitatꝰ igitur Cic.hac humanitâte Cæ. commendat ei hac epi. C.Trebátium iurisconsultum.Vtiturq; singulâri quodam génere cõmendatiónis. Persuáserim mihi.confisus sim. Te esse álterum me,id est esse mihi uere amicíssimum,nam uerus amicus dícitur alter ego. Quocunque exirem. quocunquè mítterer extra urbem. Mecum dúcere.occulta quædam commendátio hóminis. Studiis.fauóribus. Beneficiis. cómmodis. Domum.Romam. Commorátio.tardátio. Non ignôta tibi. quam tu óptimè nosti. Profectiónem.discessum ab urbe in prouínciam. Aut certè. correctio. Quid sum.quid attribúerim mihi, quid de te mihi sumpserim. Expectâre à te,quę à me.id est sperâret te ei factûrum éadem,quæ ego ei fecissem, si eum mecum duxissem. Prolixè. largè, nam prolixus largum significat. Terentius in Eunucho. Accipit nemo meliùs neque prolixiùs. Casus.opportúnitas fortúita. Opiniónis. spei, quam de te habêbam. Quibus in extrémis. pro quarum in extremo,eleganter dictũ,id est in fine quarum. Vel regem Galliæ:erat in potestâte Cæs. tanquã imperatóris Románi fácere regem Gálliæ. Quem ornem.cui dem aliquam dignitâtem. Sustúlimus.eleuáuimus ad cœlum,quasi agentes grátias diis, qui nobis tam optâtum casum attulissent mittendi ad te Trebátium,quia petêbas mitterêtur ad te alius,quem ornâres.Non uiderêtur.non putarêtur à nobis Fortúitũ.à casu & à fortuna datum. Sed diuînum. sed ex diuîna quadam institutióne. Mitto ígitur.óptimè præparâto & lenîto ánimo Cęsa.Ci.ei commendat Trebátium Inuitâtu.inuitatione & petitione. Comitáte.humanitâte,facilitâte. Complectâre.suscípias. Per me. causâ meâ. Addûci.mouerí,incitâri. In hunc unũ. in hunc solum,quæ pro ómnibꝰ meis amicis fáceres uelim pro hoc solo fácias. Spóndeo. promitto, & quasi fideiúbeo. Verbo.sententia. Lusisti.derisisti me. Iure.scrípserat enim Ci.Milonem esse uirum bonum,& fortè, præterquam Cæsa.eum iuuâret. Cæsar autem scripsit hanc commendationem esse uulgarem, quæ simpliciter amicum laudâret. Itaque nunc laudat Trebatium comparatiuè, & ostendit eo néminem esse uel meliôrem,uel prudentiôrem.

VIDE &c. Cæsar, ut Ciceroni gratificarêtur ante bellum ciuile scrípserat sibi M.Myrtium aut potiùs M. Rufum à Cicerône missum gratum esse,monúeratque si alium amícum habêret,quem ad se mítteret se eundem ornatûrum, qua beneuolentia erectus Cice. commendat eidem C. Trebatium iurisconsultum,útiturque exquisito commendationis génere,propterea,quòd doctus ad doctum, & de hómine docto scribit.Ordo est.Vide.id est consýdera,agnosce,ô Cæsar,quàm id est quantùm, persuáserim mihi, te esse álterũ me.i.ut uerum amicũ, unũ uelle & nolle mecũ,non modò.i.non solũ in iis rebus,quæ pertinẽt ad me ipsum,sed etiam in iis,quę pértinent ad meos.i. amicos,& necessarios. Cogitâram dúcere mecum quocunquè irem, tanquam fidelíssimum, & iucundíssimũ hóminem:unde ut dixi,cállide est commẽdâtus,C.Trebatiũ,ut redúcerem eum domum.s.suam,ornatíssimum ómnibus studiis & beneficiis meis. Sed postea ꝙ &.i.simul,cõmorátio.i.tardátio. Põpeii,qui tunc adhuc amicus cõmunis erat.erat diutúrnior,ꝙ putâram.s.futûram,& quędam dubitatio fortè de uoluntate Pompeii,non ignôta tibi.i.quã benè nosti,uidebâtur aut impedíre profectionem meam, aut certè.i.saltẽ, tardâre.i.differre. uide quid.i.quantùm,súmpserim.i.arrogáuerim mihi,cœpi uelle Trebatium expectâre ea.s.beneficia,& ornamenta à te,quæ expectasset à me,si,scílicet mecum profectus fuisset. Neque me hérculè promisi ei minus prolixè,id est ampliter de uoluntate tua,scilicet erga eum,quàm erã sólitus pollicéri de mea.s.uoluntate. Vidêtur cum res sit éadem pro eodem accípere, promíttere & pollicéri. Nisi fortè rogatus à Trebatio promíserit quæ sponte

sponte de se pollícitus fúerat. Casus uero quidam miríficus interuênit,scílicèt inter supradictas cogitationes, quasi uel testis opinionis meæ,qua opinâbar te esse álterum me,& factûrum pro me,Trebatio quantum facturus fuissem,uel sponsor, id est quodammodo obses humanitatis tuæ. Nam cum lóquerer accuratiùs.i.diligentiùs cum Balbo nostro,scílicet communi amico,de hoc ipso Trebátio, scílicet de quo nunc mentio est, literæ dantur mihi domi,id est cum essem domi à te,scilicet missæ,quibus,scílicet líteris,scriptum erat in extremis.scilicet pártibus M.Rufum &c. uerba sunt Cæs.usque ad eum locum. Sustúlimus manus &c. Ordo est. Ego faciã inquit Cæsar Marcum Rufum,quem commendas mihi,uel regem Gálliæ,qui Gallos regat nómine imperatôris Romani,ut reges eos suo nómine régere solêbant, uel legatum Lêptæ, quem in Galliam imperatorem mittere constitúerat. Si tu uis,mitte alium ad me,quem ornẽ.s.honóribus & magistrátibus. Nos,hoc est,& ego & Balbus,qui tunc áderat sustúlimus.i.sursum, hoc est ad cœlos extúlimus manus, ut fáciunt qui deo grátias agunt, tanta opportunitas fuit,scílicet munificentiæ oblatæ,ut illud néscio quid,id est incertum oblatum tuum:quia de quocunque uellem,uiderêtur non fortúitum,id est à fortuna cecidisse,sed diuinum,id est diuina prouidentia datum.Nam dei propriũ est prouidêre:unde interdum prouidẽtia pro deo pónitur, & deus græce θεὸς theos à theoro,quod est inspicio,quia ómnia uidet,dícitur. Igitur quia ita pollicêris. Mitto ad te Trebátium,atque mitto ita,ut díxerim,id est iudicáuerim,initio mittendum sponte mea,id est próprio,ut dicunt instinctu.autẽ id est sed,post,id est postquam, legí líteras tuas, tuo inuitâtu, id est quia ad hoc me inuitasti. O mi Cæsar, ego uelim,sup.ut complectâre hunc omni comitate,id est benigna affabilitâte tua,hunc,id est Trebátium sic,ut conferas in hunc unum omnia,quæ ut uelles conferre in meos,possis addûci,id est persuadêri per me. De quo hómine, scílicet Trebatio ego spóndeo hæc, non illo uétere, id est consuêto uerbo meo, quod cum scripsissem ad te de Milone, tu lusisti.i.ludendo risisti iure.i.mérito,sed more Româno, quomodo hómines non inepti loquuntur,uídelicet néminem esse hóminem probiôrem,uirum meliôrem,prudẽtiôrem.s.quàm Trebátium.

Ordo. Prouidentia. Deus.

☞M. ORFIVM. Nonnulli conantur osténdere diuersum hunc esse,de quo hic agit Cæsar,ab eo quem Cicero commendat Qu.Fratri in epístola quæ est.cclxxxvii. potuit tamen fieri,ut doméstici negotii causâ ab exercitu discesserit, & Romam uénerit, uel ab Imp.missus fuerit,cum autem in Gállias redîret,epístolam ei déderit M.Cicero,qua illum fratri conciliâret: nam tunc primo eum ad Cǽsarem profectum non esse, illud áperit, quod inquit de hoc ad fratrem scribens,Est Trib.mil.in exércitu uestro. Si enim tunc primum illum ad Cǽsarẽ misisset,ita locûtus non esset,nec affirmasset eum Trib.esse: nesciêbat enim an id à Cǽsare impetraturus esset. Orfium autem ipsum líteras Ciceronis ad Cǽsarem attulisse,quæ péterent ab eo,ut ipsum Trib.mil.fáceret,Cæsaris uerbis intellígitur. *P.V.C.

☞LEPTAE delega. Véreor sane ne in his uerbis mendum sit,nihil tamen ausim immutâre: alii uulgâtæ lectionis uestigiis hærentes,hunc locum emendâre conantur,quod prorsus faciendum non fuit:uerisímile enim est,in uétere scriptura minorem (si ulla est) labem esse: peritiôres hoc diligentèr considerâbunt. Ad Atticum Cicero eundem modum loquendi usurpâuit,qui hic est in priscis exemplaribus 504.Quinto delegâbo,si quid æri meo superâbit,& emptionibus.Sed etiam aliis in locis. Quare uidendum est an omnis obscúritas nascâtur ex rei ipsius ignoratione. Quòd si históriam illius negotii tenerêmus, omnia plana essent, & in uerbis nullam máculam esse intelligerêtur. *P.V.C.

Accêdit etiam, *quòd famíliam ducit in iure ciuili:singularis memória,súma sciẽtia. Huic ego neque tribunâtum,neq; Præfecturam, neq; vllius beneficii certum nomen peto: beneuolentiam tuam & liberalitatem peto:neque impédio quo minùs,si tibi ita placúerit, etiá hisce eum ornes gloriolæ insígnibus. totum denique hóminẽ tibi ita trado de manu(vt aiunt) in manum tuam istam & victoria & fide præstantem. Simus enim putidiusculi,quàm per te vix licet:verum,vt video,licêbit. Cura vt valeas,& me vt amas,ama. Vale,

HVBER. ☞ACCEDIT. additur ad illas uirtutes eius. Ducit familiam. id est ducit genus, neque placet, ut dicatur:ducit,id est nutrit,quasi habêret familiam pauperem quam ipse nutriret, quia est inepta sententia neq; significatio uerbi id patitur. Singularis me. fuerãt.n. multi ex ea familia iuriscõsulti. Huic ego.hac modestia petitionis, qua se nihil certum petere dicit: plus obligat Cæs.ad præstandum, quasi diceret quid ab eo uellet. Neque impedio.significat Ci. se contentum esse,ut Trebatius ornetur à Cæs.tribunatu uel præfectura, licet dixerit se nihil certi petere. Insignibus, ornamentis. De ma. in manu. prouerbialiter dictum. Istam.tuam. Victoria. quam consecutus es in isto bello Gallico. Et fide.qua plurimũ polles. Sumus enim. quia tantopere extulit Cæ.subdidit. Sumus putidiusculi. hic locus ut plurimum ita legitur, & exponitur. Putidiusculi.id est fastidiosi, & auribus tristiores, insuaues,austeri,rãcidi,sicut scribit No. Mar. uerum hic sensus non uidetur cõuenire,melius ergo legitur pudentiusculi, ut sit à pudendus pudentiusculus, id est uerecundiusculus, puto autem factum errorem in transmutatione literarum. Quam licet per te.i.quàm postulet facilitas & humanitas tua. Verum licebit.significat enim se aduertere quo spectaret Cæs.

ASCEN. ☞ACCEDIT. id est additur etiam ad eius commẽdationem singularis memoria iure ciuili,& summa scientia,quod,id est quæ res,inducit familiaritatem,quia ex tali homine quasi ex promptuario quodam possis quęlibet haurire. Ego neque peto huic tribunatum,neque præfecturam,neq; certum nomen, id est insigne ullius officii,peto beneuolentiam & liberalitatem tuam. Neque impedio,id est obsto,quominus.i.ut nõ,ornes eum etiam hisce.i.huiuscemodi insignibus gloriæ,ut sunt tribunatus & præfectura,si placuerit tibi ita. Denique.i. ut uno uerbo concludam,ego trado tibi totum hominẽ de manu,aut (ut aiunt) in manũ tuam istam præstantem.i.quæ manus tua præstat,& uictoria & fide. Sumus enim pudẽtiusculi.i.aliquanto plus pudentes, & uerecundi,quàm uix licet per te,uerum licebit,ut uideo.i.consydero. Locus uidetur mihi obscurus.Nam propter illud uerum licebit,putem legendum impudentiusculi.i.aliquanto plus impudentes,quàm uix licet per te:uerum licebit aliquando,prioris tamen clausulæ bonus est sensus legẽdo pudẽtiusculi, ut sit quia oĩa obtulisti, ut licet nobis à pudentibus,sed quõ licebit:nisi ad aliud referas. Cura ut ualeas, & me ama ut amas. Vale.

P.V.C. ❧QVOD familiam ducit. Hunc locum antea mendosissimum castigauimus, elegantissimum modum loquendi, pluribus Ciceronis exemplis adductis, explanauimus. Accusant tamen nonnulli, quòd existimarim, Ciceronem dixisse, Trebatium ipsum ducere familiam: intelligiq; uolunt (quod non reprehendo) inter alias Trebatii laudes hoc bonum, quòd legum scientiam habeat, & in iure ciuili singulari memoria sit, præstare omnibus aliis ipsius bonis. Scio Ciceronem μεταφορικῶς aliis in locis hoc modo dicendi usum esse, ut in IIII. de Finibus (qui locus à me olim adductus est) cum inquit: Sed primum illud uide, grauissimam illam nostram sententiam, quæ familiam ducit, &c.

hortatoria. monitoria.

Cicero Trebatio S. D. *Epis. 6.*

IN omnib⁹ meis epistolis, quas ad Cæsarem aut ad Balbum mitto, legítima quædam est accessio cõmẽdationis tuæ: nec ea uulgaris, sed cum áliquo insigni indicio meæ erga te beneuolentiæ. Tu modò inéptias istas & desyderia urbis & vrbanitátis depône: & quo consílio profectus es, id assiduitáte & virtúte cõséquere. Hoc tibi tam ignoscẽm⁹ nos amici, quàm ignouérunt Medeæ, quæ Corinthum arcem altam hâbebant matronæ opulentæ, optimâtes: quibus illa mánibus gypsatíssimis persuâsit, ne sibi vitio illæ vérterent quòd abesset à patria. Nam multi suam rem bene gessêre, & públicam patriâ procul: Multi, qui domi ætatem ágerẽt, propterea sunt improbâti. Quo in número tu certè fuisses, nisi te extrusissẽmus. Sed plura scribẽmus aliâs. Tu qui cæteris cauêre didicisti, in Británnia ne ab essedariis decipiâris, cauêto: *& quum Medêam ágere cœpi, illud semper memento, QVI IPSE SIBI SAPIENS PRODESSE non quit, nequicquam sapit. Cura vt váleas. Vale.

❧Ex.v.Epistola. In omnibus meis epistolis.

❧Sed cum aliquo indicio meæ erga te beneuolentię. Quibus illa manibus gypsatissimis sparsis persuasit.

HVBER. IN omnibus. Pœnitúerat Trebátium profectum fuisse in Galliam, scrípserat se cúpere reuerti Rom. quod cum Ci. displicéret, à quo fuerat missus, hortátur eum, ut depônat huiúsmodi cupiditâtes & ineptias redeundi Ro. & quo ánimo profectus est, eo uelit perseuerâre, laudabiliúsq; esse ostendit, rem bene foris ágere, quàm male domi. Ad Balb. qui plurimùm potest apud Cęs. Legítima. iusta. Accessio. adiunctio: nam præter ea, quæ de aliis rebus ad eos scribo, addo, etiam commendatiónes de te. Indício. declaratióne. Inéptias. stultítias. Vrbanitátis. ciuilitátis. commorandi in ciuitáte. Proséquere. pérfice. Id. consilium. Profectus es. discessisti Ro. in Galliam, hoc ut quo consilio discessisti, id perficias. Ignoscẽmus. concedẽmus. Medeæ. addûcit fabulam. Medêa enim cum à patre fugisset, interempto fratre secûta Iasónem, & ab eo deinde etiam expulsa, Corinthum peruẽnit, ubi admirántibus muliéribus Corinthiis, quòd mulier regia domo abẽsset, & per aliénas urbes uagarẽtur, illa eis persuâsit sese rectè facere, quòd patriâ abesset. Medeæ. filiæ Oetæ regis Colchorum. Matronæ. mulíeres. Habẽbant. habitâbant. Corinthum. urbem Achâiæ in Isthmo sitam, ut álio loco díximus. (Acrocorinthus) Altam arcem, quá Acrocorinthon appellauẽrunt: est autem Corinthus locupletíssima Isthmo imminens, (Corinth⁹) ut scribit Strabo, eius ascensus ad stadia. xxx. in acutum terminâtur cacúmẽ: Acrocorinthon autem eam nóminant, cuius quidem pars in aquilónem uersa máximè in arduum recta consurgit. Opulentæ. diuites. Manibus gypsatissimis. notãda est distinctio: nõ enim dicendum est persuasit mánibus gypsatíssimis, sed illa mánibus, id est habens manus gypsatíssimas, id est candidíssimas: (Gypsus) gypsus enim genus est cretæ: inde Tibullus. Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coẽgit Bárbara gypsâtos ferre castáta pedes. Alii malunt intélligi gypsatíssimis, rapacíssim is: nam γὺψ uúlturẽ signíficat: sed magis probo priorem sensum. Ne uérterent. ne uitio darent. Nam multi. sententia est ad confirmationem allâta. Propterea. propter id, eâ causâ Improbâti. uituperâti. In quo número. eorum, qui domi ætátem agentes improbantur. Extrusissẽmus. eiecissẽmus, & quasi inuitum emisissẽmus extra domum. (Cauêre) Cauére. uerbum est legále, id est dare cautiones in iure. In Británnia. tunc enim Cæs. erat in prouíncia. Essedariis. carrucariis, id est ab his, qui éssedâ uehunt aut ducunt. Est enim éssedum genus uehículi (Essedum) Gállici. Hora. Esseda dicuntur pilenta, petórita, naues. (Essedarius) Inde essedárii dicũtur, sicut & carrucarii qui carrûcas (Carucari⁹) ducunt. Cœpi ágere Medeam, id est cœpi facere mentionem de Medêa. Qui ipse. sententia est exornatio: sensus autem est: qui sapiens sibi non prodest, frustrà sapiens est, ut ostendit Cicero, sapientis esse primùm sibi prodesse præcipuè, deinde aliis: hoc autem prouerbium sic græce dicitur: μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐκ αὐτῷ σοφός.

ASCEN. *Ordo* IN ómnibus. Pœnitúerat Trebatium profectiónis in Gálliam, quod Ci. damnat, docens honestiùs esse rem bene curâre foris quàm domi malè. Ordo est. Accéssio, id est augmentátio quædam legítima, id est iusta, commendatiónis tuæ, est in ómnibus epístolis meis, quas mitto ad Cæsarẽ, aut ad Balbum, nec ea, scilicet accéssio est uulgáris, sed cum áliquo insigni, id est singulari. Indicio. id est significatione beneuolentiæ meæ erga te. Tu modò. id est solúmmodò, depône istas, scilicet tuas inéptias & desyderia urbis, scilicet Romæ, & urbanitátis. i. urbánæ ciuilitátis Románæ, & conséquere assiduitáte, & uirtúte id, quod. i. quod profectus cõsilio. s. tuo. Nos amíci. s. tui ignoscẽmus tibi, hoc. s. quòd rem benè geras foris, tam. i. tantùm, quàm. i. quãtùm. matronæ opulentæ. i. díuites, optimâtes. i. inter óptimas hábitæ, quę habẽbãt. i. habitâbant Corinthum urbem Achaiæ in Isthmo, altam. Vnde Acrocorinthus ea pars dícitur, ignouẽrunt Medeæ. scilicet ꝙ extra pátriam ágeret: pródito enim

Corinthus *Medeæ fab.*

dito enim thesáuro paterno seu áureo uéllere, & interfecto fratre, Iasonem secûta est, qui Creusam Corinthi regis superdûxit filiã, quibus. s. matronis illa. s. Medea, mánibus gypsatíssimis. i. máximè indicántibus eã esse quasi seruam uenálẽ, eo ꝙ tali amatóri inseruîret: nam serui dum uenundabantur, habẽbant pedes gypsâtos: unde Tibullus, Nota loquor, regnũ ipse tenet quẽ sæpe coẽgit Barbara gypsâtos ferre cauata pedes. Ingénui autẽ lígulã nigræ alútæ intexẽbant, ancillæ uerò uidentur ne inhonestum sit pedes ostentâre manus habuisse gypsâtas, aut gypsatas intelligẽmus ex opere assíduo. persuâsit, id est ad hoc indûxit, ne illæ, scílicet matrónæ uérterent sibi uitio, quòd abesset à pátria: dócuit enim qui mores hóminum multorum uíderint & urbes, meliores euádere. Nam multi benè gessẽre rem suam, id est própriam, procùl à patria, multi, qui ágerent ætatem domi, sunt improbâti propterea. In quo número, scílicet improbatôrum, tu certè fuisses, ni extrusissẽmus te, id est ui quadam exire coegissẽmus. Sed nos scribẽmus aliàs plura. Tu qui didicisti cauẽre cæteris, eo quòd sis iurisperitus. In Británnia, ubi tunc Cæsar agẽbat, nunc dícitur Anglia, cauẽto ne decipiâris ab essedáriis, id est carrucáriis, hoc est qui éssedа. id est uehícula, quibus hómines in Anglia uehuntur de óppido in óppidũ, quod genus hóminum ubîque cauillosum esse solet, ne dum in Anglia. Et quando. id est quóniam, cœpi ágere Medéam, id est citâre quæ in fabula Medeæ habentur: memento semper illud. Qui sápiens nequit ipse prodesse sibi, sapit nequicquam, id est nullo modo sápiens. Cura ut uáleas.

Tibullus

❧ET quum Medẽam ágere cœpi, illud semper memento, Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequicquã sapit. Ita lóquitur Cicero, ut apertè ostendat, hæc uerba è Medea fabulã sumpta esse, uersiculum autem Græcum, undè expressa sunt, pósuit in epístola ad C. Cæsarem, qua commendâuit Præcilium, & illum Eurípidis esse docet. Itaque ab Homẽri magniloquẽntiã cónfero me ad uera præcepta εὐριπίδου. μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐκ αὐτῷ σοφός. Eundem etiam Plutarchus in commentario, quo dissẽruit si honestè utilitẽrque pronunciâtum est τὸ λάθε βιώσας. nec tamẽ in Græca Eurípidis Medea hic senárius inuenĩt: quomodo hic nodus dissolui possit fáteor me ignorâre. Nonius Marcellus cum Ennii testimonium è Medẽa addúceret, fábulæ illius nomen, MEDEA EXVL, esse uóluit, atque id duobus in locis, in elimináre semper: sic enim eum locum aliquántulum deformâtum legendum arbitrantur. Ennius Medẽa éxule, *PETRI VICTO. CASTI.

> Antiqua herilis fida custos córporis
> Quid sic ante ædes exanimata eliminas?

Quin autem intélligat Medeãm fábulam, quam hodiè habẽmus, Eurípidis, dúbium esse nõ potest: nam sentẽtia illa ex his uérsibus, qui à custóde liberorum Medeæ cum eiusdem nutrîce loquente pronũciantur, accepta est.

> παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,
> Τί πρὸς πύλαισι τάσδ' ἄγουσ' ἐρημίαν
> Ἕστηκας, αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά.

Tértio adhuc loco in CERNERE Nonius Medeam éxulem, hanc fábulam uocat. Ennius Medea éxule,

> Nam ter sub armis malim uitam cérnere.

Esse autem hanc sententiam in Græca, quam habẽmus, notíssimum est. Inde autem quispiam suspicâri posset duas Medẽas scripsisse Eurípidem, ambasque Ennium expressisse. in Græco poeta tituli illius uestígium nullum quemádmodùm Iphigéniæ, de qua cum duas fábulas confecisset, nomínibus quoque ipsas separâuit. Docti uiri totam hanc rem accurâtè cogitâbunt, ego scrúpulum, qui me diu solícitum hábuit, aliis notum facere uólui.

admonitoria.

M. Cicero Trebatio S. D. *Epi. 7.*

EGo te cõmendâre non desisto: sed quid profíciam, ex te scîre cúpio. Spem máximam hábeo in Balbo, ad quem de te diligentíssimè & sæpíssimè scribo. Illud sóleo mirâri, non me totiès accípere tuas líteras quotiès à Qu. fratre mihi afferantur. In Británnia nihil esse aúdio neque auri, neque argenti. Id si ita est, éssedum aliquod cápias suádeo, & ad nos quamprimùm recurras. Sin autem (sine Britannia tamen) ásseq͠ui, quod vólumus, póssumus: pérfice vt sis in familiáribus Cǽsaris: multùm te in eo frater adiuuâbit meus, multùm Balbus: sed mihi crede tuus pudor, & labor plurimũ. Imperatórem liberalíssimum, ætatem opportuníssimam, commendationẽ certè sin-

HVBER. EGO te. Expônit Cice. diligentiam suam in commẽdando Trebátio. Deinde cum eo iocâtur, petitq; ab eo, ut stúdeat quãprimum Cęs. cõmendâtus esse, quod fácile posse fácere probat. Quid profíciam, scílicèt cõmendatiónib⁹ meis, id est quid ualeant meę commendationes. A Quin. fratre. is enim erat legatus Cæ. & in Britãnia, sicut Trebáti⁹: dicit igitur quòd mirâtur quòd Trebátius nõ scribat ad se totiens quotiens Quin. frater suus. In Britannia. iocâtur Ci. quia sciebat Trebatiũ auidiusculum pecúniæ. Si id ita est quod non sit aurum, aut argentum. Capias. celériter accípias. Éssedum. uehículum. Recurras. reuertâris. Id qđ nólumus. ut diceris. In eo. ut sis in familiáribus Cæs. Frater meus. qui est legâtus Cæsa. & apud eum plúrimùm potest. Pudor & labor plúrimùm, id est multo magis próderit tibi, si & honestè uíxeris, & laboráueris multùm. Pudor. honestas. Imperatórem. ostendit Cice. omnia ita esse Trebatio opportuna, ut débeat timẽre ne ipse solus sibi defuisse uideâtur. Imperatorem. Cæsa. per quem póteris ómnia máxima cõsequi. Aetatem. iuuenilem & aptam labóribus. Cõmendationem. meam, quam de te apud eum feci, & quotídiè facio. Singulârem. egrégiam & non uulgarem. Vnum. una sola. Ipse. tumet, quia réliqua ómnia habes opportuníssima, ita quod si non consecûtus fúeris Cæsar. gratiam & fortunam bonam, uidébitur fuisse culpa tua. Vale.

ASCEN. ❧EGO te commendâre. Declârat diligentiam ſuam in commendando Trebátio, iocâturque cum eo, ut legendo patére póterit. Ordo eſt. Ego non deſiſto commendâre te, ſcílicèt Cæſari, ſed cupio ſcire ex te quid profíciam, id eſt quantùm commendatus ſim Cæſari. ego ſcribo ſæpíſſimè ſpem máximam, ſcílicèt de te cõceptam. Soleo mirâri illud uidélicèt, me non accípere totiès líteras tuas, quotiès afferuntur mihi, ſup. líteræ non tuæ ſed illius, à Quinto fratre. Ego audio nihil eſſe in Británnia neque auri neq; argenti, quaſi dicat per iocum te illic nihil lucrâri, id ſi eſt ita.i.ſi nihil eſt auri ac argenti, ſuádeo, ſup. ut cápias aliquid éſſedum id eſt pilentum aut uehículum. Et recurras ad nos quamprimùm, id eſt ualde citò. Sinautem. id eſt ſed ſi, tamen.i.nihilóminus, nos póſſumus áſſequi quod uólumus.i.te per Cæſarem ad gloriam & honorem promouêri. Pérfice. ut ſis in familiáribus.i.in número familiárium Cæſaris. Enim.i.quia, frater meus.ſ.Quintus, adiuuâbit te multùm in eo.ſ.ut ſis in familiáribus Cæſaris, Balbus adiuuâbit te multùm, ſed crede mihi, pudor.i.uerecundi mores, & labor tuus, ſup. iuuâbunt te plurimùm in eo. Tu habes imperatôrem, ſcílicèt Cæſarem, liberalíſſimum, ætatem, ſcílicèt tuam iuuenilem opportuníſſimam, ſcílicèt ad labôrem, habes certè, id eſt haud dubitantèr, commendationem ſingulârem, ſcílicet à me, ut unum ſit timendum tibi, uidélicèt ne ipſe, id eſt tute uideâre pro uideâris, defuiſſe tibi, id eſt utilitati tuæ. Vale.

gularem habes, vt tibi vnum timédum ſit, ne ipſe tibi defuiſſe videâre. Vale.

❧Ex.vi.Epiſtola.Ego te commendare.

❧Maximam ſpem habeo in Balbo, ad quem de te diligentiſsime & ſapiẽtiſsime ſcribo. Sin autem ſine Británnia, tamen, quod uolumus, aſſequi poſſumus.

HVBER. SCRIPSIT. Accûſat Cic. latentèr Trebátiũ quod nondũ inſinuáuerit ſe Cæ. Cui dicit ſe cõmendaſſe: deinde eundem reprehendit, quod tribunâtum à Cæſare ſibi oblâtum ſpreuiſſet: præſertim cum poſſet habêre ipſius tribunâtus cómmoda ſine labôre, in quo iocâtus oſtendit eum ſtultè feciſſe. Sed certè fore.ſ.te ei familiârem ſcripſit. Studium. Studii.amôris, & fauôris. Officii. beneficii. Præpróperam. id eſt nimis próperã & ſúbitam. Feſtinatiônem. quia non potes expectâre tempus. Tribunâtus. cõmoda, utilitâtes, & ſtipéndia, quæ dantur Tribuno. Potúerat enim Trebátius fieri Tribúnus mílitum, habêreque cõmoda ipſius magiſtrâtus ſine labôre, ſed ſprêuit. Vacerra. Manilius. Vacerra & Manilio: erant enim amici, & propinqui ipſius Trebátii.

ſcripſit obiurgatoria.

Cicero Trebatio S. D. Epis. 8.

SCripſit ad me Cæſar perhumánitèr, nondum te ſibi ſatis eſſe familiârẽ propter occupatiões ſuas, ſed certè fore. cui quidem ego reſcripſi, quàm mihi gratum eſſet futûrum, ſi quamplúrimùm in te ſtudii, officii, liberalitâtis ſuæ contuliſſet. Sed ex tuis líteris cognôui præpróperam quádam feſtinatiônem tuam: & ſimul ſum admirâtus, cur Tribunât⁹ cõmoda, dépto præſertim labore militiæ, contémpſeris.

ASCEN. SCripſit ad me &c. Argumentum patet. Ordo eſt. Cæſar ſcripſit ad me perhumánitèr, ſe nondum eſſe ſatis familiârem tibi propter occupationes ſuas: ſed fore.i.futûrum, certè.i.infallibílitèr. Cui quidem ego reſcripſi, quàm.i.quantum gratum eſſet futûrum mihi, ſi contuliſſet in te.i.ſi benéfice tribuiſſet, quamplúrimũ.i.ualdè multum ſtudii, officii ſup. & liberalitâtis ſuæ. Sed ego cognôui ex líteris tuis quãdam feſtinatiônem tuam præpróperam.i.nimis properantem, & admirâtus ſum ſimul, cur contémpſeris cómmoda tribunâtus, præſertim labôre militiæ dempto. Hoc per iocum dicit, quòd uero Trebatius tribunâtum affectáuerat priuſquam merúerit, aliis ſeriò dictum placet.

HVBER. ❧QVERAR. de ſtultítia tua, qui ſpréueris magiſtratum ſine ónere. Cuius. Cornelii. Perículo. experientia, conſilio. Stultus es. quia tibi cõſúluit, ut eum magiſtrâtum ſpérneres. Quando. quoniã. Sápere didiciſſe.i.didiciſſe ſapientiam, cum nullã hábeas. Quin. hortâtur eum Ci. ut omníno accípiat hunc magiſtratum, neque omíttat hanc oppotunitâtem, quia fortaſſe non póterit eum cónſequi aliàs ita fácilè cum uolúerit. Quin. cur non. Vrges. árripis, ſequâris. Occaſionem. opportunitâtem habendi nunc tribunátus. Prætiâno. aut nomen proprium, aut deriuâtum à loco Británnicas. de rebus Británnicis.

ASCEN. ❧QVERAR cum Vacêrra & Manílio.ſ.commúnibus amícis, quibus te cõmendâui.ſ.ꝙ te permittũt ita deſípere. Nam nihil aúdeo dícere Cornélio, cuius cũ perículo tu ſtultus es, quandò.i.quandóquidẽ, tu profiteâris te didiciſſe ſápere ab eo, & ita ſi tu erras etiam ille errat, unde cum perículo eius ſtultus es, ſiue eo cõſultôre tribunâtum oblâtum ſpréueris, ſiue imméritum affectáueris. Quin.i.cur non, cur tu non urges.i. inſtantèr perſéqueris, iſtam occaſionem & facultatem ſcílicet obtinendi tribunâtus, qua nunquã reperiêtur melior. Quod ſcribis de illo Prætiâno. aut proprium eſt nomen, aut à loco, aut à precio deductum, notum Trebátio, qui petiit ſe ei commendâri iureconſulto, ego non déſino commendâre ei te. Ipſe etiam ſcribit mihi te debêre ágere gratias ſibi, eo quòd de te benè méritus ſit. Cura ut ſciam, de eo quid ſit. Ego expecto líteras ueſtras Británnicas, id eſt è Britannia, & de rebus Británnicis, à te & à fratre ſcriptas. Vale.

Querar cũ Vacerra & Manilio: nam Cornélio nihil áudeo dícere, cuius tu perículo ſtultus es, quum te ab eo ſápere didiciſſe profitêris. quin tu vrges iſtã occaſiónẽ & facultátẽ, qua mélior núquã reperiêtur? Quod ſcribis de illo Præciâno iureconſulto, ego te ei nõ déſino cõmendâre. ſcribit enim ipſe mihi, te ſibi gratias ágere debêre. De eo quid ſit, cura, vt ſciam. Ego ueſtras Británnicas líteras expecto. Vale.

❧Ex.vii.Epiſtola.Scripſit ad me Cæſar.

❧Scripſit ad me Cæſar perhumánitèr, nõdum ſe tibi eſſe familiârem. Quin tu urges iſtam occaſionem, & facultatẽ, quæ nunquã mélior reperiêtur. Præſertim Balterra mórtuo. Sed tibi conſilium non deeſt. quod conſtitúeras, cúpio ſcire, Cn. Octáuius, Antonius Cn. Cornelius tibi familiâris ſummo génere natus, terræ filius is me, quem ſcit tuum familiârem eſſe.

Trebatio,

monitoria.

Cicero Trebatio S. D. Epis. 9

IAndiu ignôro quid agas: nihil enim ſcribis. Neque ego ad te his duobus mẽſibus ſcrípſerã, quòd cum Qu. fratre meo non eras: quò mítterem, aut cui darẽ, neſciêbam. Cúpio ſcire quid agas, & vbi ſis hyematûrus: équidem velim cum Cæſare. ſed ad eum *propter eius occupatiônes nihil ſum auſus ſcríbere: ad Balbum tamen ſcripſi. Tu deeſſe tibi noli. ſeriùs poti⁹ ad nos, dum plénior. Quid hùc próperes, nihil eſt, præſertim Vacerra mortuo: ſed tibi cõſilium non deeſt. Quid conſtitúeris, cúpio ſcire. Cn. Octauius eſt, an Cn. Cornelius quidem tuus familiâris, ſummo género natus, Terræ fili⁹, is me, quia ſcit tuum familiarem eſſe, crebrò ad cœnam inuîtat. adhuc non pótuit perdúcere ſed mihi tamẽ gratum eſt. Vale.

HVBER. IANDIV. Hortâtur etiam Ci. Trebatiũ ne feſtînet Romã redîre, primũ tñ dicit ſe exoptâre eius líteras. Nõ eras. cũ Qu. fratre meo, ad quem cum ſæpe ſcríberẽ, miſiſſem etiã áliquas ad te líteras. Quò. ad quem locum, quia neſciêbam ubi eſſes. Hyematûrus. futûrus in hybernis, moratûrus in hyeme. Cum Cæ.ſ. te hyemâre. Noli deeſſe tibi. noli eſſe négligens & amíttere opportunitâtes, quas habes amplificandæ fortúnę tuæ. Serius. tardiùs. Ad nos. ſubaudi reuértere. Dum. dúmmodo. Plénior. dítior & magis pecuniôſus. Quod. propter quod. Vacerra. in eo fortaſſe plurimùm confidêbat, & ſperâbat Trebátius. Quid cõſtitúeris. uenîre an remanêre in prouincia cum Cæ. Cn. Octauius. ita debet eſſe ſolum: nam ſuperfluo additum eſt. An. Cn. Cornélius. Terræ filius. alii legunt Leræ, ut ſit nomen proprium: puto tamen ironicè & iocoſè dictum eſſe ſummo génere natum, qui eſſet ignóbilis: deinde ádditum Terræ filius, ut oſtendâtur nouus & ignóbilis eſſe: nam Terræ filii dicuntur. quorum ferè parentes ignorantur, & qui nullis maióribus claris nati ſunt: alii uolunt terræ filios dici, quorum orígo maiorum ignorâtur propter longã ſeriem proſápiæ. Terræ filii. Perſius Satyra última. Præſto eſt mihi Manius hæres progenies terræ. Et paulo poſt. Adde etiam unũ. unum etiam terrę eſt filius. Pers.

ASCEN. IANDIV ignôro quid agas. Nihil enim ſcribis: neque ego ſcrípſeram ad te his duôbus ménſibus, quia non eras cum Quinto fratre meo: neſciêbam quò, id eſt ad quem locum mítterem, aut cui darem, cúpio ſcîre quid agas, & ubi ſis hyematûrus.i.hyberna témpora tranſactûrus. Équidem.i.ego quidem, uelim ſup. ut ſis hyematûrus. Cum Cæſare, ſed nihil auſus ſum ſcríbere ad eum propter occupatiônes eius: ſcripſi tamen ad Balbum. Noli tu deeſſe tibi. id eſt utilitâti tuæ. Redi ſup. ad nos pótiùs ſeriùs, id eſt tardi⁹, quàm ſup. citiùs, dum, id eſt dúmmodo ſup. rédeas plénior, ſcílicet rebus & honóribus. Nihil eſt quod. id eſt propter quod, aut quid, id eſt cur. próperes, id eſt feſtînes, hùc, id èſt Romam. præſertim Vacerra, qui tibi prodeſſe póterat, mortuo. Sed conſilium non deeſt tibi. Cúpio ſcîre quid conſtitúeris ſup. fácere. Cnæus Octauius, aut Cnæus Cornelius ſup. incertum eſt. Quidem.i.certè, familiâris tuus natus ſummo génere, quia filius terræ.i.homo mínimè generôſus, qui neſcit an ſe Octauiorũ an Corneliorũ familiæ mentiâtur, cum proximiorem neſciat citâre propinquitátẽ, quàm ꝙ ſit filius terræ: filii autem terræ habebâtur, qui originem ſuam neſciuérunt ignobilíſsimi, ut gigantes qui cum uaſto eſſent córpore filii terræ dicebantur: ad quod allûdens Iuue. dicit. Vnde ſit ut malim frater cuius eſſe gigantum, id eſt ignobilíſſimus, quàm ob nobilitatem periclitâri. Terræ filij. Iuu. Is. ſcílicet homo uanus, quia ſcit me eſſe familiârem tuum, inuîtat me crebrò ad cœnam: ſed ſup. non pótuit adhùc perdúcere, ſcílicet me ad cœnam ſuam. Sed tamen gratum eſt mihi quòd eo, ſcílicet animo ſit. Multa autem ad Trebátium ſic ſcribit Cicero, ut néſcias ioco ne an ſeriò loquâtur.

❧PROPTER eius occupatiônes. Accuratè de hoc loco in noſtris explicatiónibus diſſerúimus. & quomodo legi poſſet nõ ineptè (ut árbitror) ex hiſtoria indicáuimus: quare nihil ad ea, quæ tunc à me dicta ſunt áddimus: defendêmus tantum ipſa ab argumentis quæ contra ea à nonnullis excogitâta ſunt. In duobus meis antiquiſſimis, & optimis codicibus (in quibus illius uocis nullum ueſtigium manet) nihil ſpatii relictum eſt, quo récipi aut illa, aut alia poſſit, quemadmodum illi in ſuis relictum eſſe narrant. Quòd Græcam potiùs uocem deeſſe credunt, quàm Latinam, id paruam, aut nullam uim habet: quaſi non ſæpe in ſcribendo dictio aliqua imprudentia prætermittâtur, quemadmodum in optimis his etiam libris factum eſſe quandoque oſténdimus. Græcas uoces Latini librarii ſcientes omittêbant, ſermonis inſcítia: ſedẽ tamen illis, ac regionem, in qua collocâri poſſent, relinquêbant: quod hic factum non eſt, ut teſtimónio Medicæi codicis, & alterius, non multo deterioris, comprobáuimus. Addo etiam, in Latinis authóribus quandoque uoces Græcas abundâre, non ſolum deeſſe: quod docuiſſe, ad id quod uólumus probandum accommodâtum erit, & ſua ſponte etiam gratum eſſe debêbit. Quintiliânus libro primo: Noto quidem illo, ut tráditur, uerſu ex Philocteta frequenter uſus, Turpe eſſe tacêre, & Iſócratem pati dícere. Sic enim legi debet, non ut in ómnibus impreſſis codícibus. Id autem & ratio docet, & uétera exemplária confirmant. Verſus autem, qui importunè inculcâtus erat, intélligi hic, non legi debet: interpretâtur enim illum diligentèr Quintilianus, quod non fáceret, ſi in ſuo libro poſuiſſet. Eodem modo apud eundem authôrem peccatum erat lib. VIII. Sic autem legi debet, Neque alio Platonis inuenta ſunt quatuor illa uerba, quibus in illo pulcherrimo operum in Piræum diſcendiſſe ſignificat plurimis modis ſcripta. Voces enim illæ Græcæ κατέβην χθὲς εἰς πειραιᾶ intelligi debent, non adponi. *P.V.C.

uocatoria. monitoria.

M. Cicero Trebatio S. D. Epis. 10.

LEgi tuas literas, ex q bus intellexi te Cæſari noſtro valdè iuriſconſultum vidêri. Eſt qđ gaúdeas, te in iſta loca veniſſe, vbi aliquid ſápere vidêre. Quod ſi in Británniam quoque profectus eſſes, profectò nemo in illa tanta înſula perítior te fuiſſet. Verúntamen, rideâmus licet: ſum enī à te inuitâtus: ſubinuídeo tibi, vltrò te etiam accerſitum ab eo, ad quem cæteri, non propter ſuperbiá eius, ſed propter occupatiônem aſpirâre nó poſſunt. Sed tu in iſta epíſtola nihil mihi ſcripſiſti de tuis rebus, quæ mehérculè mihi non minôri curæ ſunt quàm meæ. Valdè métuo ne frígeas in hybernis: quam obrem camîno luculento vtendum cēſeo. Idem Mutio & Manilio placêbat, præſertim qui ſagis non abundâres: quanquam vos nunc iſtîc ſatis calêre aúdio: quo quidem núntio valdè mehercule de te timúeram, ſed tu in re militâri multò es caútior, quàm in aduocatiónib⁹: qui neq; in Océano natâre volueris ſtudioſíſsimus homo natandi: neque expectâre eſſedários, quem anteà ne Andabatam quidem defraudâre poterâm⁹. Sed iam ſatis iocâti ſumus. Ego de te ad Cæſarem quàm dilıgēter ſcrípſerim, tute ſcis: quàm ſæpe, ego. Sed mehérculè iam intermíſeram, ne vidêrer liberalíſsimi hóminis, meique amantíſsimi voluntati erga me diffídere. Sed tamen his líteris, quas próximè dedi, putâui eſſe hóminem commonendum. id feci. quid profécerim, fácias me velim certiôrem, & ſimul de toto ſtatu tuo conſiliiſq; ómnibus. Scire enim cupio, quid agas, quid expectes, q̄ longum iſtum tuum diſceſſum à nobis futûrū putes. Sic enim tibi perſuádeas velim, vnū mihi eſſe ſolátiū quare faciliùs poſſem pati te eſſe ſine nobis, ſi tibi eſſe id emolumento ſciam. ſin autem id nó eſt, nihil duobus nobis eſt ſtultius, me, qui te nó Romam attraham: te, qui nó huc áduoles.

HVBER. LEGI tuas. Scripſerat Trebátius magnam eſſe de ſe apud Cæſ. opinionē, ſeque exiſtimâri ab eo in iure ciuili peritíſsimū, in quo Ci. iocâtur cum Trebátio, & eum familiaritèr irrîdet de multis rebus. Deinde quia ſæpiùs commendáuerat eum Cæſar, dicit ſe cúpere intelligere quid profécerint eius commendationes. Poſtremò dicit ſe ferre æquo ánimo eius abſentiam, ſi eſt ei emolumento & utilitâti, ſin minus, ſuâdet ut Romam reuertâtur. Valdè iuriſconſultū. ualde ſapientem in iure ciuîli. Quod. propter quod. In iſta lo. Galliæ: tunc enim nondum íuerat in Britanniā: quod autem ſuperiùs dixit, expecto ueſtras literas Británnicas, non eſt mirum, quia non ſunt epíſtolæ póſitæ eo ordine, quo ſunt ſcriptæ: nam ex his quæ ſunt in hoc uolúmine, alias in Gálliam, alias in Británniā miſſas conſtat. Inſula. id èſt Británnia: eſt enim inſula. Peritior. ſcilicet iuris. Rideâmus licet. ſignificat Cic. ſe iocatûrum cum Trebátio. Sum inuitâtus à te. dediſti mihi cauſam ut ridêrem. Subinuídeo. aliquántulùm inuídeo. Accerſitum. uocâtum, admíſſum. Ab eo. Cæſ. Non propter ſupérbiam. nam eſt humaníſsimus. Aſpirâre. accédere. Ne frígeas. iocâtur Cic. quia ſciêbat Trebatium eſſe auârum. Camîno luculento, *Caminus* id eſt magno foco & ſplêndido igni: nam camînus dicitur fornax, ubi ignis fit: alii legunt Camino, ut ſit nomen proprium, ſed malè. *Sagum* Sagis. ueſtimentis: eſt enim ſagum ueſtis militaris. Satis calêre. uel propter timôrem belli, uel propter auarítiam, quod magis placet. De te. propter te, quia ſcio te eſſe áuidum & rapâcem: & iſti pópuli cápitales ſunt, ut infra dicêtur. Sed tu. quaſi díceret non eſt opus timêre, quia cum ſis cautus in aduocatiónibus & conſultatiónibus cauſarum, es tamen caútior in re militâri: & hoc ironicè dictum. Natâre. exercebantur enim iuuenes ad natandum, ut *Horat.* aptiores eſſent militię. Hora. in primo cárminum. Cur timet flauum Týberim tángere. & etiam mílites interdum natâbant, qui etiam erant periti natandi: dicit autem nunc Trebátium noluiſſe natâre: quod aliqui uolunt allegóricè intelligi, id eſt noluiſſe ſúmere res magnas, ſed placet meliùs, ut intelligâmus ſimpliciter eum noluiſſe natâre, neque expectâre eſſedários exercentes certamen currēdi, ut ſignificet eum tímidum, neque aptum rei militâri. Quem. te. Ne Andabâtam quidem. apud ſolum ſanctum Hierony. mémini lege- *Andabatæ* re hoc nomen, qui ſignificat Andabatas quoſdam fuiſſe fortaſſe populos, qui oculis clauſis pugnârent: ſic enim inquit epiſt. prima contra Iouiniânum. Melius eſt quod dicitur oculis clauſis Andabatârum more pugnare, quàm directa ſpicula clypeo non repéllere ueritatis. dicit ergo, quem ne claudentem quidem óculos decípere poterâmus, quantò ergo apériens oculos & tibi cauens fraudâri póteris? alii dicunt à Plini. mentiônem fieri de his populis, ſed non mémini. Quàm ſæpe. ſcilicet ſcripſerim. Ego. ſcilicet ſcio. Intermíſeram, id eſt minùs rarè ſcríbere incœperam. Diffídere ſi ei fuiſſem moleſtus multitúdine literârum. Commouendum. reuocandum in memoria tui. Vnum. ſolum. Quare. i. propter quod ſolátium. Id. ſ. te eſſe ſine nobis. Emolumēto. utilitâti. Non èſt. ſcilicet emolumento. Nihil nobis duobus eſt ſtultius, id eſt nos duo ſtultíſſimi ſumus. Me. ſ. nihil eſt ſtultius. Qui. ego. Te. nihil eſt ſtultius. Aduoles hùc. celeriter huc uenias, ſi non eſt tibi útile abeſſe.

ASCEN. LEGI literas &c. Scripſerat Trebatius magnā eſſe de ſe apud Cæſarē opiniônē de perítia iuris ciuilis, in quo Cic. iocāt nunc cū Trebátio, & cū familiaritèr ridet multis de reb⁹: deinde dicit ſe uelle ſcire q̄tū ꝓfécerint cōmēdatiônes ſuæ, ac demū cōſulit ut

utilitati ſuæ cōſulat, aut manendo diutiùs cum Cæſare, aut redeundo q̄primum. Ordo eſt. Legi literas tuas, ex quib⁹ intellexi te uidêri Cæſari noſtro. ſ. cōmuni amico & patrono, ualdè iureconſultū. i. conſultū in iure dicendo, aut conſultum. i. peritum iuris. Eſt quòd. i. propter quod gaúdeas. i. gaudêre poſsis, te ueniſſe in iſta loca, ubi uideâre ſápere aliquid. q. d. per iocum, cum ſi Romæ eſſes nihil ſápere uiderêris. Quòd ſi profectus eſſes quoq;, id eſt etiam in Británniam, profectò nemo fuiſſet perítior te in illa tanta înſula, quæ reuera máxima & potentíſſima eſt. Verúntamen licet. i. lícitum eſt, ſupple ut rideâmus, id eſt ioco loquâmur: ſum enim inuitâtus, ſcilicet ad ridendum à te, ſcilicet per líteras tuas ridículas. Subinuídeo. i. latentèr aut aliquántulum inuídeo tibi, te eſſe accerſitum. i. aduocâtum & aſſumptū in familiaritâtem ab eo, ſcilicet Cæſare, ad quem cæteri nonpoſſunt aſpirâre. i. ſpem perueniendi habêre: non propter ſupérbiam eius, ſed propter occupatiônē eius. Sed tu nihil ſcripſiſti mihi de tuis rebus in iſta epíſtola, ſcilicèt tua, quæ ſcílicet res tuæ ſunt mihi, mehérculè non minôri curæ q̄ meæ, ſcilicèt res. Ego métuo ualdè ne frígeas. i. tórpeas potiùs ocio q̄ frígore, in hybernis, id eſt locis, ubi hyemâbis, quamobrem cénſeo utendum, ſcilicet tibi, camîno. i. igni, luculento. i. claro: allegóricòs, ut reor, aut adhortatôrem ad uirtutem intélligit, aut ignículum gloriæ. Eſt autem camîn⁹ ignis ipſe in foco, non fumárium, quod uulgus camînum uocat. Idem ſcilicet ut camîno utâris: placebat Mutio & Manílio commúnibus amicis meis, præſertim ſupple tibi, qui nón abundâres ſagis, id eſt tegmínibus militaribus, quæ uillôſa ſunt, quanquam ego audio uos ſatis calêre iſtic, ſcílicet ubi eſtis, calôre quidem auarítiæ, aut potiùs metu nauigatiônis & belli, quo licèt præcórdia frígeant, facies tamen ſudâre ſolet. Quo nuncio, ſcílicèt de metu belli ineundi, ego me hérculè timúeram ualdè de te. Sed tu es multò cautior in re militâri, q̄ in aduocatiónibus. Quia in re militâri non commiſit ſe perículo aut labôri, in aduocatiónibus præſtâdis ſæpe óperam perdíderat, quia meli⁹ aliis, q̄ ſibi proſpêxit: unde addit Cicero, qui neque uolúeris natâre in Océano: homo, id eſt cum ſis homo ſtudioſíſſimus natandi, ſed in Týberi. Oceano autē natâre nō ſolent, niſi qui naufrágium fécerint: unde ſenſus mihi uidêtur, Trebátium non eſſe ingreſſum Océanum, nec Britāniam profectum timôre naufragii: unde priùs díxerat, Quod ſi in Británniam quoque profectus eſſes &c. Neq; uolúeris expectâre Eſſedários. i. gubernatôres curruum, qui contumeliôſi & iniuriôſi ferè ſunt, quem nos anteà néquidem. i. non ſaltem, andabâtam. i. more andabatârum, qui (authore diuo Hyerónimo in prima epiſtola ad Iouinianum) oculis clauſis pugnāt, clauſos óculos habentē, poterâmus defraudâre, cum eſſes calidíſſimus, unde nunc caútior factus uidêtur, eo ꝙ ne uidens quidem auſus ſit expectâre Eſſedários Británnicos: ridet ergo ꝙ non ſit profectus in Angliam, aut propter periculū maris, aut propter petulātiam Eſſedariôrū, qui ſunt in Britannia. Sed nos ſumus iam ſatis iocâti. i. per iocum locûti. Tute. i. tuipſe ſcis, q̄. i. q̄tum diligentèr ego ſcrípſerim de te ad Cæſarem. q. d. tu ſcis quantum id tibi prófuit, quod ſi multū prófuit, etiam me multum diligentèr ſcripſiſſe ſcis, aut iúdicas. Ego ſcio q̄. i. quantum, ſæpe ſup. ſcrípſerim. q. d. ſæpiſſimè. Sed me hérculè ego iā intermíſeram. i. ad tempus omíſeram ad Cæſarem de te ſcríbere, ne uidêrer diffídere uoluntâti erga me, hóminis liberalíſſimi & amantíſſimi mei. ſ. Cæſaris. Sed tū putâui hóminē eſſe cōmonendum his líteris, quas dedi. ſ. ad eū proximè, id eſt nuperrime, & feci, id eſt cōmôui eum. Velim ſup. ut fácias me certiôrem, quid profécerim, id eſt utilitâtis tibi fécerim, mittendo ád eū líteras cōmonitórias, & ſimul ſup. facias me certiorē de toto ſtatu tuo, & conſiliis ómnibus. Cúpio enim ſcire, quid agas, quid expectes. i. quid boni ſperes tibi, futûrum, quam longum putes futûrum iſtum diſceſſum tuum à nobis. Velim enim ſupple ut perſuâdeas tibi. i. fírmitèr credas ſic, unum ſolatium eſſe mihi, id eſt me habêre unum ſolatium de abſentia tua, quare. i. ob quod, poſſum pati faciliùs. i. minus moleſtè, te eſſe ſine nobis, ſi uidélicèt ſciam id, uidélicèt te ſine nobis eſſe: eſſe tibi emolumento, id eſt lucro & cómmodo. Sinautem, id eſt ſed ſi, id non eſt. i. nullum eſt tibi emolumentum ex abſentia, nihil eſt ſtultius nobis duobus me ſcilicet nihil eſt ſtultius, qui non attraham te Romam, & te, qui non aduoles, id eſt q̄ celérrimè uénias Romam.

Ordo. *Caminus* *Oceanum*

Vna mè hercule noſtra vel ſeuera, vel iocoſa congreſſio pluris erit, quàm nó modo hoſtes, ſed etiam fratres noſtri Hedui. Quare ómnib⁹ de rebus, fac ut quam primùm ſciam: aut conſolando, aut conſilio, aut re iúuero. Vale.

☞ Ex.vii.Epiſtola.Legi tuas literas.

☞ Vna me hercle noſtra, uel ſeuera, uel iocoſa congreſſio pluris erit, q̄ non modo hoſtes, ſed etiam fratres noſtri hac etiam diu.

HVBER. ☞ VNA. dicit Cicero quanti facienda ſit ipſorum conſuetudo. Congreſſio. collocutio, conuerſatio. Non modo hoſtes. quos magni facis poſſe ſuperari. *Hedui* Hedui. populi Galliæ, de quibus Cornelius Tacitus libro undecimo ſic inquit. Hedui primi ſenatorum ius in urbe adepti ſunt, datum id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cū Popu. Rom. uſurpant. & Plutarchus in uita Cæſa. deinde receptis in fidem, quos facti pigeret haud deſtitit, quo ad Heduorum gentem, qui aduerſus bellū ſuſceperant, deuicit. hi ſuperiore tempore fratres ſe Ro. prædicantes, magnificentíſsimis habebantur honoribus & cætera. Aut conſolando. ſi quid fuerit quod doleas. Aut conſilio. ſi quid agendum deliberabis. Aut re. i. opera, ſi quid minus per te efficere poteris. Iuuero. pro iuuabo.

ASCEN. ☞ ME hercule una congreſſio noſtra uel ſeuera, uel iocoſa, erit pluris. i. maioris pretii ac ualoris ſeu æſtimationis, propter uoluptatē, quam ex ea caperemus, quā ſup. ſint non modo. i. non ſolum hoſtes. ſcilicet Britanni, quorum congreſſio ſi uicti fuerint plurimi eſſet facienda: ſed ridet Trebatium, qui uiſus eſt eorum congreſſum uitauiſſe, ſed etiam Hedui populi in Burgundia fratres noſtri. i. populi Romani, antiquo iure: unde grata deberet eſſe Trebatio congreſſio hoſpitalis cū illis: aut ſenſus eſt, pluris faciendum Ciceronis & Trebatii congreſſum, quàm illius & hoſtium aut ſociorum populi Romani, cum hoſtis timeat, ſociis parum charus aut clarus ſit. Sane ut Cornelius Tacitus libro. xi. ſcribit: Hedui primi ſenatorum ius in urbe adepti ſunt, datum id fœderi antiquo: & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Roma. uſurpant, quod etiam Plutarchus in uita Cæſaris atteſtatur. Quare fac ut ſciam quamprimum. i. ualde cito, de rebus tuis: nam ſupple iuuero te, aut conſolando, aut conſilio, aut re. i. auxilio & ope. Vale.

Universidad de Deusto Biblioteca

M.T.C. Trebatio S.D. Epiſt. II.

Suaſoria

NISI antè Romã profectus eſſes, nunc eam certè relínqueres. quis enim tot interregnis iureconſultum deſýderat? Ego ómnibus, vnde pétitur, hoc conſilii déderim, vt à ſingulis interrégibus binas aduocationes póſtulent. Satis ne tibi vídeor abs te ius ciuile didiciſſe? Sed heus tu, quid agis, & quid fit? vídeo enim te iam iocâri per literas. Hæc ſigna meliôra ſunt, quàm in meo Tuſculâno. Sed quid ſit, ſcire cúpio. Cónſuli quidem te à Cæſare ſcribis, ſed ego tibi ab illo cónſuli mallem. quod ſi aut fit, aut futûrum putas, perfer iſtam milítiam, & pérmane. Ego enim deſyderium tui, ſpe tuórũ commodórũ conſolâbor. Sin autẽ iſta ſunt inaniôra, récipe te ad nos. Nam aut erit hîc áliquid aliquandò: aut ſi minùs, vna mehércule collocútio noſtra pluris erit, quam omnes Samarobrînæ. Dénique ſi te citò retúleris, ſermo nullus erit: ſin fruſtrà diutiùs abſúeris, non modò Labérium, ſed etiam ſodalem noſtrum Valérium pertimeſco. Mira enim perſona indûci poteſt Britannici iureconſulti. Hæc ego non rídeo, quanuis tu rídeas: ſed de re ſeueríſsima tecum, vt ſoleo, iocor. Remôto ioco, tibi hæc amiciſſimo ánimo præcípio, vt ſi iſtîc mea commendatiône tuam dignitatem obtinêbis, pérferas noſtri deſyderium, honeſtâtem, & facultâtes tuas aúgeas. Sin iſta frigêbunt, recipias te ad nos. Omnia tamen, quæ vis, tua virtute profecto, & noſtro ſummo erga te ſtudio conſequêre. Vale.

☞ Ex viii. Epiſtola. Niſi à me Roma.

☞ Ego omnibus, unde petitur, hoc conſilii dederim, ut à ſingulis interregibus, & aduocatoribus binas aduocationes poſtulent. Nam aut erit hic aliquid aliquando, aut ſi minus, una me hercule conſolatio noſtra plus erit, quàm omnes Samarobrinæ. Sed de re ſeueriſsima tecum, ut ſoleo, remoto tamen ioco. Tibi hoc amantiſsimo animo præcipio.

HVBER. NIſi. Hortâtur Cice. Trebátium hac epiſtola ſicut & ſuperiori, ut libentèr abſit ab urbe: præſertim tot ſeditiónibus & tumúltibus ciuílibus, deinde latentèr innuit, ut agat diligentèr rem ſuam. profectus eſſes. diſceſſiſſes. Anteà. & alias ſuperiori témpore. Quis de.q.d.nullus. Tot inter.tot ſeditiónibus, quæ fiunt interregnôrum cauſâ. **Interreges** Interrêges autem dicti ſunt propriè apud maiores centum patres, qui mortuo rege Rómulo, donec alius rex crearêtur, rempu.gubernâbant, ex iis enim unus, authore Feneſtella, decernebâtur, cuius quinque dierũ ſpacio finirêtur impérium, & ita per totum annum omnes finiêbant impérium: apud minôres uero Romanôrum, cum reipub.cauſa abeſſent cónſules, neque comitiis intereſſe poſſent, qui initio creâti conſules eſſent, ſi dictatôrem comitiôrum cauſa dici nõ potuiſſet, res ad interregnum deducebâtur, ac per interrêgem conſulária comítia habebantur: hæc igitur interregna nunc intélligit Cic. in quibus cum eſſent diſcórdiæ, dicit non deſiderâtos iuriſconſultos, quia **Vnde** eorum dictis & reſponſis non parêtur. Vnde.à quibus, aduerbium pro nomie, ut genus unde latinum. Déderim.pro dabo. A ſin.quoniam cum multi eligerentur, ſínguli tamen imperâbant, & ius reddebant. Binas.iocâtur, cum uix una per quinque dies poſsit peti. Satis.quia fortaſſe hoc nõ póterat per leges fieri. Sed he.iam íncipit familiariùs ágere, & iocâri cum Trebatio, ſcrípſerat enim quemádmodũ ei magna fides à Cæ.haberêtur. Hæc ſi.quid uídeo te iocâri. Meliôra quàm in meo Tuſculâno.ubi eras tríſtior, & nõ póteras iocâri. Quid.ſ.ꝙ ita iocêris. **Cónſuli Iuriſconſultus.** Cónſuli.de iure, unde iuriſcon.dicuntur, & iuriſconſultôrum reſponſa, quia interrogabantur & reſpondêbant. Cónſuli ab il.alluſit ad uerbum quod duo ſignificat, interrogari & conſilium dare ſiue ꝓuidêre, ſed in poſtremo iúngitur datiuo, hoc autem dicit, mallem quod Cæ.conſúleret tibi quàm conſúleret.i.prouidêret tibi quã interrogâret te, facêtè autem iocâmur per huiúſmodi uerba homonyma, tale eſt in Neronem diſtichon. Quis negat Aeneæ magna de ſtirpe Nerônem. **Suſtulit** Súſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem, nam ſúſtulit & portauit & interfecit ſignificat. Quod.quæ res, ut tibi cónſulat. Perfer.tólera. Iſtam mili.iſtum labôrem milítiæ, & commorandi in caſtris. Ego enim.talis fuit in ſuperiore epíſtola ſenténtia. Sic enim tibi perſuádeas uelim unum mihi eſſe ſolátium, quarè faciliùs poſsim pati te eſſe ſine nobis, ſi tibi eſſe id emolumento ſciam. Deſyderium. abſentiam tuam. Iſta ſunt inaniôra.i.ſine emolumẽtis. Récipe te.reuértere. Aut erit hîc aliquid.i.aut hîc aliquod cõmodũ cõſequêris. Aliqñ tandẽ, áliquo tẽpore. Aut ſi minus.ſ.erit aliquid emolumenti. Samarobrinæ.i.quàm omnes urbes, talis qualis eſt Samarobrina, **Samarobrina** ſi multæ eſſent Samarobrinę, eſt enim Samarobrina urbs Británniæ. Retúleris.recéperis in patriam. Sermo nul.erit, nemo de te loquêtur, ómnibꝰ linguam auelles. Diutiùs.per longum tempus. Fruſtrà.quin aliquod emolumentum conſequâris. Non modo La.équitem Romanum uirum magnæ liber- **Laberius** tatis in loquendo, qui neque Cæſari pepercit, acérrimis uerbis in eum inuectus, cum iam admodum ſenex, iuſſus eſſet à Cæſare ágere mimos, ut ſcribit Macro.in ſatur. Sed etiam Vale.qui licet ſit moleſtior ĩ loquendo, tamen ſi diu abſúeris, quin aliquid agas, te maledictis lacerâbit. Mira enim.hoc dicit ſicut repræſentantur perſonæ ex comediis ad iocum & delectationem, ita ſument perſonam tuam ad ridendum.q.d. póterunt

terunt fácere de te comœdiam, & abdúcere perſonam tuam quaſi pro perſona cómici, qua rídeant. Británnici iuriſcon.i.tui, qui in Britannia fuiſti. Sed de re ſeueríſsima.i.de re grauíſsima, & non negligenda. Remôto io.i.ſine ioco.i.ut ſeriò loquar. Præcípio.non iúbeo, ſed potius admoneo te, do tibi hoc præceptum. Mea commendatiône.quia Cæ.propter commendatiônem meam te charum hábeat. Præferas de.no. æquo ánimo feras nobis carêre. Honeſtâtem.honôrem & dignitâtem. Facultâtem.utilitâtem. Iſta. dígnitas & facultas. Frigêbunt.ceſſâbunt, déerunt tibi. Terent.nimirùm hi hómines frigent. Omnia quæuis.i.quæcunq; cupis etiam máxima & difficíllima. Stúdio.amôre, & fauôre, quia nõ deſiſtêmus te cõmendâre Cæſari.

☞ NISI.Hortâtur Trebátium ut libentèr abſit ab urbe, quia ſi adeſſet cúperet abeſſe, propter ſeditiônes ciui- **ASCEN.** les, monetque ut res ſuas diligentèr curet. Ordo eſt. Niſi profectus eſſes.i.diſceſſiſſes, Romã, tu certe relínque- **Ordo.** res nunc eam. Quis enim deſýderat iuriſconſultum tot interregnis.i.uacatiónibus regnorum, cum omnes in ſenâtu regnâre uelint, & nulli ab aliis admittantur, aut uacatiónibus in conſulâtu, cum qui cónſules dice- **Interreges** rentur interrêges, inter ſe concordâri non poſsint. Ego déderim.i.uelim dediſſe ómnibus, unde.i.à quibꝰ petitur ſup.conſilium, ſup.hoc conſilii, ut póſtulent binas aduocatiônes.i.patrocínia aduocatôrum, aut iura aduocandi, à ſíngulis interrégibus.i.magiſtrátibus, ad quos conſulâtu & olim regno uacante ius cónſulis ac regis pertinêbat, ideò autem binas, quia cum totiès mutarentur per ſeditiônem ſíngulæ non ſuffeciſſent, & tamen dicit, ut dicit Huber. uix una pro quinque diêbus aduocátio peti poſſet, unde iocando addit. Vídeor me tibi didiciſſe ſatis ius ciuîle abs te, hoc eſt déderim ne tale conſilium ſatis ex ſententia iuriſconſultôrum.

Sed heus tu, quid agis? ecquid fit.ſ.à te. Vídeo enim te iam iocâri per líteras. Hæc ſigna, id eſt, indícia ánimi tui ſunt meliôra quàm ſup.erant in Tuſculâno meo.ſ.agro cum uilla, ubi triſtis Trebátius longè áberat à iocis. Sed cúpio ſcire quid ſit.i.ꝙ ita ánimum mutaſti. Scribis quidem te cónſuli.i. conſilium peti à Cæ.ſed ego mallem, cónſuli.i.próſpici & prouidêri, ac rem útilem fieri tibi à Cæ.Quòd Cæſa.tibi cónſuli, ſi aut fit, aut putas futûrum perfer.i.ad finem uſque fer iſtam milítiam, & pérmane.ſ.apud Cæſa.uſque ad finẽ belli. Ego enim conſolâbor.i.quaſi per conſolatiônem medicâbo, & ſuſtinêbo deſyderium tui.i.quod habeo ex abſentia tua, ſpe tuôrum commodôrũ.i.quam habúero de cómmodis tuis. Sinautem.i.ſed ſi, iſta.ſ.quę ſperem ſunt inaniôra.i.nimis inánia, récipe.i.reduc quaſi in locum utiliôrem te ad nos, nam aut aliquid.ſ.cõmodi erit hîc.ſ.Romæ aliquandò, aut ſi minùs.i.ſi non ſup.erit hîc aliquid, me hercule una collocútio noſtra erit pluris.i.maiôris emolumenti & uoluptatis, q̃ omnes Samarobrînæ.i.ciues eius urbis in Británnia, ſi fúe- **Samarobrĩ** rint à te capti, aut cæſi. Dénique ſi retúleris.ſ.è Británnia te citò, ſermo.i.de te ac conſtantia tua, erit nullus, quia omnes putâbunt te remiſſum à Cæ.aut noluiſſe ſuſcípere conditiônes ab illo oblâtas, ſi abſúeris diutiꝰ fruſtrà.i.nihil conceſſo à Cæ.ego pertimeſco non modo Labérium équitem Romanum in loquendo & mor- **Laberius** dendo libérrimum, qui ne Cæſari quidem pepercit acérrimis uerbis in eum inuectus, cum iam ádmodum ſenex iuſſus eſſet à Cæ.mimos ágere, ut autor eſt Macro.in Saturnálibus, ſed etiam Valérium ſodalem.i.con- **Valerius** uictorem noſtrum, quia mira.i.multùm rídicula perſona iuriſconſulti Británnici, hoc eſt tui poteſt indûci.ſ.in fábulam de te factam. Ego non rídeo.i.non ridendo puto, aut non dico ioco, quanuis tu rídeas, ſed iocor tecum ut ſóleo de re ſeueríſsima quaſi dicat illud Horatiânum. Quanquam ridentẽ dícere uerum Quid uetat. Ego præcipio tibi hęc aio amiciſſimo, ioco remôto.ſ.cũ remitto, ut ſi obtinêbis.ſ.apud Cæſ.ubi nũc es, tuam dignitâtem.i.locum honôris te digni, commendatiône mea.i.per commendatiônem meam, pérferas.i.ad finem uſque feras, deſydérium noſtri, & ſup.áugeas honeſtâtem & facultâtes. Sinautem.i.ſed ſi, iſta.i.dignitas & facultâtes, frigêbunt.i.frígidè óbuient tibi, recípias te ad nos. Tu enim conſequêre.i.obtinêbis.ſ. Romæ, ómnia quæ uis, profectò, &.i.ſimul, uirtûte tua, & ſtudio noſtro ſummo.i.máximo, erga te.

M.T.C. Trebatio S.D. Epiſt. 12.

Iocatoria

MIRABAR quid eſſet, quòd tu mihi líteras míttere intermiſiſſes. Indicâuit mihi Panſa meus Epicúreum te eſſe factum. O caſtra præclara: quid tu feciſſes, ſi te Tarentum, & non Samarobrînam miſiſſem? Iam tum mihi non placêbas, cùm idem intuebâre, *quod & Títyus familiâris meus. Sed quonammodo ius ciuîle defendes, cum ómnia tua cã fácias, non ciuiũ? Vbi porrò illa erit *fórmula fidúciæ, ut îter bonos benè agier oportet? q̃s.n.eſt, qui facit nihil niſi ſua cã?

HVBER. MIrâbar. Intelléxerat Cic.Trebatium effectum Epicúreum, quod quidem oſtendit eſſe turpiſsimũ, præſertim iuriſconſulto, quem æquum eſſe decet, quod eſſe non póterit, ſi omnia ſua utilitâte metiêtur, ſicut fáciunt Epicúrei, & licet ſímulet ſe iocâri, tamen ſeriò lóquitur. Epicúreũ, & hæc erat cauſa quare líteras intermíſerat, quia iſta ſecta nullùm omnîno uult labôrem. O caſtra præclara.ironicè quaſi dicat ubi cùm debêres eſſe factus laboriôſus tradidiſti te delitiis & uoluptátibus. Quid tu feciſſes.q.d. **Tarentum** multò móllior & delicatior factus eſſes. Si te Tarẽtum miſiſſem.quæ ciuitas eſt Calábrię, primum à Tara filio Neptuni cóndita & nominâta, ut uoluit Seruius, deinde à Phalanto octauo ab Hércule expulſis uetéribus íncolis occupâta & habitâta. Inde Vir. **Virg. Lib.** Hinc ſinus Hercúlei, ſi ueraeſt fama, Tarenti Cérnitur. ſunt autem ciues eius urbis ádmodum delitiôſi. **Iuuen.** Inde Iuue.dixit, Atque coronatum & pétulans mãdi dumque Tarentum. Non ſa.quæ eſt magis bárbara & rúſtica, & quæ minus inuîtat ad uoluptates. Idẽ intue.idem ſpectâbas, habêbas eandem ſenténtiam. Quod Éthicus.hic enim ſentiêbat uoluptâtem eſſe appetendam. Quonammodo quaſi dicat nullo modo. **Epicureorum Dicta.** Tua cauſa Epicúrei enim dicunt fugiendas eſſe multas amicítias, quóniam non poſſint eſſe ſine labóribus, & eſſe conſulendum ocio & utilitâti própriæ. Non ci.ſ.cauſâ, cum decet omnia referri ad utilitâtem ciuium, & obliuiſci commodôrum noſtrôrum ſi uólumus uiri boni & iuſti eſſe, ut ipſe Cice.in pri.offi. Porrò.deinde.

Universidad de D… Biblioteca

Formula Porrò.deinde. Illa for.fidu.i.lex fiduciária. Inter bo.benè agi.i.ut inter bonos seruetur æquitas & iustitia,uidetur iniúria.fórmula autem pro lege & institutiône pônitur.Ci.in.ter.offici. Nondum enim Aquilius protúlerat de dolo malo fórmulas. Inter bonos benè agier.uerba sunt iuris,ut idem Cice. ostendit loco supradicto in tertio officiôrum,ubi tractâtur plenius hæc matéria. Quis est:pro qualis est, quasi díceret simillimus pecóribus,quæ natura prona & uentri obedientia finxit.non enim intérrogat de substantia,sed de qualitâte,ergo non est quis,quasi díceret nullus, sicut quidam malè interpretantur: nam multi sunt. Communi diuidendo.diuisioni rerum commúnium,quæ quo iure diuidêbant, tractant iurisconsul.titulo de rerum diuisiône.

ASCEN. Mirâbar & c.intelléxerat Cic.Trebátium effectum Epicúreum,quod detestâtur,dicens.Mirâbar quid esset,ꝙ tu intermisisses mittere literas mihi. Pansa meus.s.amicus uetus indicâuit mihi te factũ esse Epicúreum.i.uoluptâti studentem,& ómnia ad commoda própria referentem. O castra præclara. Ironia est,quasi dicat ò præclarè tecum in castris actum,cum in tantam deméntiam deuéneris,quid fecisses,si misissem te Tarentum.i.in eam ciuitâtem Calábriæ, ubi uoluptuosè uiuitur.unde Iuue.Atque coronâtum & pétulans mádidumque Tarentum.non Samarobrînam.i.in eam urbem Británniæ regiônis frígidæ & bellicosæ. Tu non placêbas mihi tantùm.i.ab eo statim témpore,cùm intuebâre.i.inspectâbas inhiando,quod &.i. Titius.alii legunt Ethitius,familiaris meus.i.ad lucrum aut uoluptâtem,ut ille. Sed quonammodo defendes ius ciuíle.s.quod profitêris.cum fácias omnia causâ tuâ.i.proprii cómmodi,non ciuium,cùm ius ciuile dictũ sit,eo ꝙ ciuium utilitati cónsulat. Porrò.i.sed profectò,ubi erat illa fórmula fidúciæ id est illa lex & régula iuris,è qua fidúciam habeâmus,uidélicet inter bonos &c.Quidam textus habent ut inter & cætera. sed uidêtur particula ut redundâre,nisi sit oportet agier.i.benè,ut.i.uéluti,inter bonos.i.perinde ac decet inter bonos agi. fórmula autem est ut dixi lex aut regula, ut libro ter.offici. Nondum enim Aquilius protulerat de dolo malo fórmulas. Quis enim est supple bonus,qui nihil facit nisi causâ suâ?quasi dicat nullus,& ita fórmulæ illi non esset locus,aut quis.i.qualis est.q.d.inhumânus & auârus est &c.

***PETRI VICTO. CASTI.** ❧QVOD & Titus familiâris meus. Diuersa ab hac scriptûra est in Medicæo códice: ita enim ibi légitur, Quod Zeius familiâris meus. Quare accuratè uidendum est,an SEIVS legi débeat,quod sanè mihi non displicet:pro S,eni antiqui librarii,ac fabri Z,sæpe ponêbant,quod Romæ in multis lapídibus uísitur,& à doctis,ac diligéntibus uiris adnotâtum est. Seius autem Cicerôni familiâris erat, quod intellígitur his uerbis ex Episto.ad Varronem cxxii. Cœnâbam apud Seium,cùm utrîque nostrum rédditę sunt à te literæ.clxvi. Cognosse ex M.Seio árbitror,qui nostro sermôni intérfuit.Quia hoc nomen crebrò legum intérpretes usurpant,& Trebátius iurisconsultus erat,ideo(ut opînor)áliqui, cùm locum mendosum putârent, ET TITIO reposuêrunt.

***P.V.C.** ❧FORMVLA fiduciæ ut inter bonos benè ágier oportet. Cōséntiunt prisci,quos uidi,códices cum impressis.Et nobilíssimus omnium Medicæus eandem , quam uulgâti libri lectionem seruat:aliis doctióribus quid faciendum sit,iudicandum relinquo:ipse contra tot exemplariorum consensum nihil ausim statúere.

Quod ius státues commûni diuidendo, cum commune nihil possit esse apud eos, qui ómnia voluptâte sua metiuntur? Quo modo autem tibi placêbit Iouem lapidẽ iurâre,cum scias Iouem iratum esse némini posse? Quid fiet porro populo Vlubrâno si tu statueris πολιτεύεσθαι non oportere? Quare si plane à nobis déficis,molestè fero,sin Pansæ assentâri commodum est, ignosco: modo scribas aliquãdo ad nos, quid agas, & à nobis quid agi, quid fieri, aut curari velis. Vale.

HVBER. Iouem Lapidem. Vlubræ ❧QVOD ius.quasi díceret péssimum & iniquíssimum.Nihil commûne.sed potius ómnia própria. Iouem lapidem. Lapidem silicem tenêbāt iuratûri per Iouem,hęc uerba dicentes.Si sciens fallam,me deispiter salua urbe arceque bonis eiiciat,ut ego hunc lápidem,autor Festus Pompe. dicit ergo nunc Iouem lápidem id est qui represéntat Iouem.Iouem esse irâtum némini posse.quia Epicúrei tenent, & arctè defendunt,deos non curâre mortália,ut,Nec curâre deum credis mortália,nec précibus aut ira mouêri. Vlubrano.est enim Vlubræ,ciuitas Italiæ,ubi fortasse habêbat Trebátius agros & res suas,de ea Iuue. Vacuis edilis Vlubris.Hora.Est Vlubris ánimus,si te non déficit æquus. Quid fiet.s.à te quasi dicat péssimè & iniustíssimè.πολιτεύεσθαι.i.administrare rempu.uersari in rebus ciuílib9.Si déficis à nobis. tractum est à subditis,qui dicuntur à dóminis defícere, cum discedũt ab eorum gubernatiône & império. Plane.omnîno. Sin est cómmodum.si tibi est útile. Assentâri Pãsæ,blandîri Pansæ,& ei dícere ꝙ sis factus Epicúreus, cum non sis,ut ei compláceas,quóniam & ipse gaudet uoluptâte,uel si Pansæ est cómmodum assentâri.s.mihi,sed nunc posteriôrem sensum minus probo. Modo.dúmmodo.

ASCEN. Iouem lapidem ❧QVOD ius státues supple de commûni diuidendo,cùm nihil possit esse commûne apud eos,qui metiuntur ómnia.s.bona suâ uoluptate.i.qui nihil ducunt bonum nisi unde singuláritèr captent uoluptâtem quasi dicat nullum. Autem.i.sed,quomodo placêbit tibi scílicet ex iure Romano,iurâre Iouem lápidem.i.repræsentâtum per lápidem,quem iurans in manu tenêbat. Sicut enim nunc quidam iurant Bráchium sancti Antonii,aut ignem sacrum,ita olim Iouem lápidem,tenentes.s.lápidem ac dicẽtes, ut Festus Pompeius dicit.Si sciens fallam me diéspiter salua urbe arceque bonis eiiciat,ut ego hunc lápidem, quo dicto,lápidem eiiciebant†cùm scias.s.ex paradôxo Epicúri qui dicêbat deum nō curâre mortália,& quòd deus,ut dicit Luc. Nec benè pro méritis cápitur,nec tángitur ira.Iouem némini posse esse irâtum?Porrò quid fiet populo Vlubrâno.i.colenti Vlubras, óppidum Italiæ satis desertum, de quo Hora.Est Vlubris ánimus si te non déficit æquus,si tu statúeris non oportêre πολιτεύεσθαι.i.administrare rempubli.quasi dicat ab omni Polítia deserentur. Quare fero molestè,si déficis.i.desciscis, plane à nobis scílicet stóicis, sin.i.sed,cómmodum est scílicet tibi assentâri Pansæ.s.Epicúreo, ignosco modo.i.dúmmodo scribas aliquando,quid agas, & quid uelis agi, quid fieri,aut curâri à nobis. Vale.

ADEO

M.T.C. Trebatio S.D. Epist. 13.

ADEO ne me iniustum esse existimasti,vt tibi irascêrer, quòd parum mihi constans, & nimiũ cúpidus decedendi viderêre, ob eamque causam me arbitrarêre líteras ad te iamdiu non misisse? Mihi perturbátio ánimi tui, quam primis líteris perspiciêbam, moléstiam áttulit. neque ália fuit vlla causa intermissiônis literârum, nisi quod vbi esses, planè nesciêbam. Hîc tu me etiam insímulas nec satisfactiônem meam áccipis. Audi mi Testa, vtrùm superbiôrem te pecunia facit, an quod te imperâtor cónsulit? móriar ni(quæ tua gloria est)puto te malle à Cǽsare cónsuli, quàm inaurâri. Si vero vtrunque est,quis te feret præter me, qui ómnia ferre possum? Sed vt ad rem rédeam, te istîc inuîtum non esse vehementèr gáudeo: & vt illud erat molestum, sic hoc est iucundum. Tantùm métuo ne artificium tuum tibi parùm prosit.Nam, vt áudio, istîc Non ex iure manu consertum, sed mage ferro Rem répetunt, regnumque, vadunt solidâui. Neque est quod illam exceptionem in interdicto pertimescas, quòd tu prior vi omnibus armatis non véneris. Scio enim te non esse procâcem in lacessendo. Sed vt ego quoque te aliquid de vestris cautionibus admóneam, Tréuiros vites cénseo: áudio capitâles esse, mallem auro, argento, ære essent. sed alias iocábimur. Tu ad me de istis rebus ómnibus scribas velim quam diligentissimè. Ad IIII. nonas Martias. Vale.

HVBER. ADeo ne.quia reprehénderat Cic.Trebátium ꝙ esset tam cúpidus redeundi Romam,& postea intermíserat diu ad eum literas, Existimâuit Trebatius eum sibi irâtum fuisse, & propterea intermisisse ad eum scríbere,quod quidem ostendit Cicero non fuisse causam suæ intermissiônis literârum, sed quod ignorâbat ubi esset.Deinde cum eo iocâtur,appellans eum superbum. Postremò hortâtur ut caueat illos populos,& præcipuè Treuiros, quos audit esse feros. Parum con.id est,aliquántulum instábilis. Perturbâtio ánimi tui.quem pœnitêbat in ista loca profectum esse. Hic. nunc uel in hoc. Insímulas.accûsas. Satisfactiônem.excusatiônem. Audi mi Testa.blandítur ei ut æquiùs ferat quòd superbus appellêtur. Testa.appellabâtur enim Treba.Testa,ut infrà.ego tamen Scæuolæ & Testę assentior. Vtrum,id est, es ne magis superbus,quia factus es diues,an quia Cæsar te cōnsulit, id est intérrogat, & à te consilium capit. Pecúnia facit super.sic Terent. Quia paúlulum tibi accessit pecuniæ, elâti sunt animi. Móriar.dicit Cice.se cognóscere Treba.ita esse gloriosum,ut máluit cónsuli à Cæsare q̃ ditâri.Móriar.mos est dicendi cum uólumus aliquid affirmâre ita esse. Inaurâri.auro implêri, uel ditâri. Si uero utrunque est,scílicèt & te cōsulat,& te inauret.Quis te feret,quis te tolerâbit,quasi dicat nullus, quia effecêris superbíssimus. Qui possum ferre omnia,quia sum patientíssimus. Non in.id est libentèr,scripserat enim posteà Trebatius se libentèr esse foris,cum initio longè áliter scripsisset. Vt illud.s.ꝙ esses ánimo perturbâto & inuíto. Sic hoc ꝙ nunc non sis inuîtus. Tantùm.solùm. Artificium. industria uel scientia legum. Tuum.ius ciuîle. Istic.in istis regiónibus,ubi tu es. Non ex iure manu consertum.i.non ex legitimis actionibus,& ex iure ipso.Ex iure manu cō sertum inquit Au.Gel.lib.ulti. noctium atticarum, uerba sunt ex antiquis actionibus & c.qui uult uidêre causam & oríginem horum uerbôrum uideat ipsum Gellium libro prædicto,à quo multis uerbis declarantur. **Ex iure manu consertum** Sed magis.potiùs. Ferro.armis. Adhibêre fa.ad uim,quæ non habet locum,ut Ennius.Pellitur è medio sapientia,ui géritur res. Spérnitur orator bonus,hórridus miles amâtur. Haud doctis dictis certantes nec maledictis. Miscent inter se inimicitiam agitantes. Non ex iu.ma.con. sed mage ferro Rem repetunt regnumque petunt,uadunt sólida ui. à quibusdam légitur,& tu soles ad uim faciendam adhibêri,quod minus probo, neque enim est consentáneum iurisconsultum ad uim inferendam adhiberi,sed potiùs. **Facundia** Facúndiam.eloquéntiam,ornâtum, & grauitâtem uerbôrum,quæ non prosunt inter arma ut ex uerbis Ennii declarâtur,& Cice.Silent enim leges inter arma.Neque est.i.nō oportet. **Exceptiones** Exceptiones. sunt enim exceptiones quædam prætoriæ, ut iuriscōsulti declarant. **Interdicta** Interdicto.interdicta dicebantur formæ & conceptiones uerbôrum, quibus prætor aut iubêbat aliquid fíeri,aut prohibêbat,& dicitur interdum prohibitio à possessionis turbatiône. Prior. antequàm prouocarêris,nam grauiùs puniendus est qui íncipit contentiônem áliquam,q̃ qui supéruenit iam incœptæ. Procâcem.i.impudentem. In lacessendo, in prouocando & irritando álios. **Cautiones Treuiri** De nostris cautiónibus,quia cautiônes propriè dicuntur legales,ideo nũc Cic.dixit de nostris.q.d.quæ non sunt legâles,sed tantùm oratóriæ. Tréuiros.inéptias quorundam, qui hoc loco exposuêrunt treuiros quosdam fuisse qui authoritâtem iudicãdi non habêrent,nisi tres simul essent,& præerant rebus capitálibus,ò supremam ignorantiam,hi triúnuiri non treuiri dicebantur, nã treuiri de quibus nunc Cice.dicit, pópuli sunt Gálliæ transalpînæ. Luca.Te quoque lætâtus uenissem in prælia treuir,& de his Cęsar in commentariis. **Capitales** Capitâles.i.manu promptas ad cædẽ,id enim significat intedũ capitâlis, interdũ autem dignum puniri cápite. Mallem auro.non est intelligendum,mallem esse capitâles auro,sed mallem auro conténderent uel carêrent.Aliàs,alio tempore.

Universidad de Deusto Biblioteca

ASCEN. A Deo ne. Dicit se intermisisse dare literas ad Trebatium, non quia irascebatur illi, sed ꝙ nesciebat ubi nam ille esset, iocansque uocat eum superbum monetque, ut treuiros præsertim prouocare timeat.

Ordo Ordo est. Ne.i.an, existimasti.i.iudicasti me esse adeo iniustum, ut irascerer tibi ꝙ uiderere.i. uidereris mihi parum constans & nimium cupidus decedendi, & arbitrarere me non misisse iamdiu literas ad te ob eã causam.s.ꝙ tibi irascerer. Perturbatio animi tui, quam perspiciebam primis literis tuis, attulit mihi molestiam, neque ulla alia causa intermissionis literarum fuit, nisi ꝙ nesciebam plane.i.omnino ubi esses. Tu insimulas.i.occulte arguis & accusas etiam hic.i.in hac purgatione mea, nec accipis satisfactionem meam.i. purgationem, qua tibi conor satisfacere. O mi, blandiendi uox, Testa.i.tu Trebati, qui & Testa appellaris. (Trebatius Testa) appellatur enim Trebatius Testa, sed affectanter Testam nunc uocat, quasi durum & fragilem, & ita inaniter de iuribus superbientem, audi, sup. quod quæro, & dic utrum.i.quod duorum facit te superbiorem, pecunia, an ꝙ Cæsar consulit te.i.petit consilium à te. Moriar ni.i.nisi, puto te malle cõsuli.i. consilium peti, à Cæsa.q̃ inaurari.i.honore portandi aurei ornamenti decorari, quæ.i.quia, ita magna est gloria.i.cupiditas gloriæ tuæ.

Si uero utrunque est.s.quod & pecunia, & quod Cæsar te consulit, te superbum facit, quis feret.i.tolerabit te præter me, qui possum ferre omnia.i.etiam superbissimos mores tuos quasi dicat nemo. Sed ut redeam ad rem, ego gaudeo uehementer te non esse istic inuitum, & ut.i.quemadmodum.illud.s.te superbum factum esse erat molestum, sic hoc sup. est iucundum. Ego tantum.i.duntaxat, metuo, ne artificium tuum.i.peritia iuris prosit tibi parum. Nam ut audio, non manu consertum ex iure sup. est istic.i.in Anglia, hoc est non iudicantur res legitimæ ex iniectione manus per legitimas actiones, more ciuili, sed repetunt rem.s.ablatam aut debitam alioqui, magis.i.frequentius. Ferro.i.ui armorum, & tu soles adhibere facundiam.i.naturalem eloquentiam tuam, ad uim.i.uiolentiam, hoc est tu soles uim aliorum reprimere eloquentia tua. Neque est sup. causa aut legitima ratio, hoc est non oportet, ꝙ tu pertimescas.s.agendo in Britannia, illam exceptionem .i.prohibitionem quæ nota est in actionibus Romanis, ꝙ tu non ueneris prior in oĩbus armatis.i.ut nõ occupes rem ui armata, sed ex iure procedas, quia ui illic omnia aguntur. Scio enim te nõ esse procacem in lacessendo.i.prouocando, hoc est petulantem & nimis molestum prouocatorem ad iram. Sed ut ego quoque (Treuir) moneam te aliquid de cautionibus.i.ut dicunt, cautelis nostris, censeo sup. ut uites. Treuiros.i. populos illos Germaniæ trans rhenum, quia audio sup. eos esse capitales.s.hostes, hoc est caput potius q̃ rem hostium petẽtes. Mallem sup. esse capitales.i.pernitiosos in auferendo, non capite, sed auro, sed argento, ære.i.materia unde fierent (quas amas) pecuniæ, tunc enim facilius & libentius eos inuaderes. Sed nos iocabimur alias.i.alio tempore. Velim sup. ut tu scribas ad me, de omnibus rebus istis q̃ diligentissime. Scriptum sup. Romæ. ad tertium Nonas Martias.

M.T.C. Trebatio S.D. Epis. 14.

iocatoria

CHrysippus Vectius Cyri architecti libertus fecit vt te non immemorem putarem mei, salutem enim mihi verbis tuis nuntiauit. Valdè iam lautus es, qui grauare literas ad me dare, homini præsertim prope domestico. * Quod si scribere oblitus es, minus multi iam te aduocato causa cadent. Sin nostri oblitus es, dabo operam vt istuc veniam ante quam plane ex animo tuo effluo. Sin æstiuorum timor te debilitat, aliquid excogita, vt fecisti de Britannia. Illud quidem per libenter audiui ex eodem Chrysippo, te esse Cæsaris familiarem. Sed mehercule mallẽ, id quod erat æquius, de tuis rebus ex tuis literis quam sæpissime cognoscere. Quod certe ita fieret, si tu maluisses beneuolentiæ, quam litium iura perdiscere. Sed hæc iocati sumus, & tuo more, & non nihil etiam nostro. Te valde amamus, nosque à te amari tum volumus, tum etiam confidimus. Vale.

HVBER. CHrysippus. Ostendit se conqueri Cice. iocose & familiariter de Trebatio, ꝙ nihil ad eum scriberet, sed tamen reuera serio eum accusat. Architecti. principis fabrorum. Tuis uerbis. tuo nomine. Valde iam lautus es.i.ualde delicatus, & irridet eũ Cice. & latenter accusat. Qui grauare. quem pigeat. Quod si. hoc dicit Cice. si omnino oblitus es scribere ita ut amplius nescias, non eris amplius aduocatus, & pauci perdent litem te aduocato, sin autem es oblitus tantummodo scribere ad me, ueniam ad te antequam excidam penitus ex memoria tua. Minus multi. non multi, pauci. Cadent causa, amittent litem, quod faciunt qui non recte egerint. Te ad. litem agente. Nostri. mei Cice. Effluo. excido. Si æstiuorum, confutat aliam causam quam posset afferre. Trebatius. Timor æstiuorum. timor commorandi in æstiuis. Excogita, inueni, meditare. Vt fecisti de Britannia, in qua ne morareris causas inuenisti. Mallem ex tuis literis.s. quam ex uerbis aliorum. Cognoscerem. deest ut cognoscerem. Id quod erat æqui.i.id quod magis decebat, nam debueras tu potius scribere de rebus tuis. Iura beneuolentiæ quam litium.i.si ita uoluisset studere quomodo seruetur beneuolentia, sicut didicisti quomodo agatur lites.

ASCEN. CHrysippus &c. Conqueritur, ut uidetur, ioco, sed tamen serio, ꝙ Trebatius nihil scripserat, dicens. Chrysippus Vectius libertus Cyri architecti.i. principis ædificatorum, fecit ut non putarem te immemorem mei, nunciauit enim mihi uerbis tuis salutem. Tu es iam ualde lautus.i.delicatus, qui grauare.i.grauaris, dare literas ad me, præsertim homini prope .i.quasi domestico, uidelicet Chrysippo. Quod si oblitus es scribere, minus multi cadent, sup. à causa sua.i. amittent rem in lite, te aduocato, cum aduocati soleant defensiones scribere. Si tu es oblitus nostri, dabo operam ut ueniam istuc.s.ubi tu es,

tu es, antequam effluo.i.celeriter elabor, plane.i.omnino, ex animo tuo. Sin.i.sed si, timor æstiuorum.i.bellorum, quæ proxima æstate gerenda sint. debilitat te, excogita aliquid.i.aliquam occasionem non proficiscendi ad locum prælii, ut fecisti de Britannia, iam enim in Germaniam res translata erat. Audiui quidem illud libenter ex eodem Chrysippo, te esse familiarem Cæsaris, sed mehercule mallem id quod erat æquius.i.iustius uidelicet, me cognoscere quam sæpissime ex tuis literis, quam ex relatu aliorum, de rebus tuis, quod certe fieret ita, quod tu faceres, si maluisses perdiscere iura beneuolentiæ scilicet in amicos, quam litium.i.si tam legem amicitiæ, quam iuridicam calleres. Sed nos iocati sumus hæc, & tuo more qui libenter iocaris, & non nihil etiam nostro.s.more. Nos amamus ualde te, & tum.i.simul uolumus, tum id est, simul confidimus etiam nos amari à te. Vale.

❧QVOD si scribere oblitus es. Lusit in hoc uerbo Cicero eleganter: nam scribere dicuntur iurisconsulti, cum clientibus suis scripto cauent. Cum literas ad se nullas Trebatius mitteret, aperit Cicero quod incommodum ex ea re oriturum sit: transit tamen ad alium minus communem huius uerbi significatum. Minus multi iam te aduocato causa cadent, paucos habebis clientes, nec multi ad te causas suas deferent. In qua etiam re exponenda, carpit illum, ut malum aduocatum, & defensorem causarum: quasi omnes qui ad eum patronum confugerent, causas amitterent, nec ius suum tueri possent. Vtitur autem in ea etiam re narranda uocibus peculiaribus iurisconsultorum. Vidi antiquum exemplar Topicorum, in quo locus ille ita scriptus esset: Etenim cum tu mihi, meisque, multa sæpe scripsisses. cum formis excusi omnes CAVISSES. *P.V.C.

M.C.T. Trebatio S.D. Epist. 15.

gratulatoria

QVam sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest, moleste ferebam anteà te inuitum istic esse: pungit me rursus, quod scribis te esse istic libenter. neque enim mea commendatione te non delectari facile patiebar: & nunc angor, quicquam tibi sine me esse iucundum. Sed tamen hoc malo nos ferre desyderium, quam te non ea, quæ spero consequi. Quod vero in C. Marii suauissimi, doctissimique hominis familiaritatem venisti, non dici potest, quam valde gaudeam: qui fac vt te quam maxime diligat. mihi crede, nihil ex ista prouincia potes, quod iucundius sit, deportare. Cura vt valeas.

HVBER. QVam sint. Primum moleste tulerat Cic. ut uisum est superius, ꝙ Trebatius inuitus esset in Gallia, nunc autem sibi etiam molestũ esse dicit, ꝙ scripserit se libenter esse, quæ quidem uidentur esse contraria, sed hoc ex amore fieri asserit Quam.q̃tum. Morosi. uariis moribus mutabiles. Qui ama. qui prosequuntur aliquem amore. Vel.i.maxime. Pungit. offendit, displicet mihi. Neque enim, ratio primæ partis, quare moleste ferret, ꝙ inuitus esset cum Cæsare. Non dele.com.mea.i.non habere commendationem meam gratã, quod ita esse uidebatur, quando nolebas eã uti. Et nunc. ratio secundæ partis. Sine me.i.me absente, uellem enim ut essemus unà. Malo. potius uolo. Hoc desyde. absentiæ. Quæ spero. honorem & facultates.. Venisti in fami. iudicio tuo non casu fecisti eum tibi amicum & es familiaris. Qui. Marius. Quod iucundius sit.s.ut diligaris ab ipso Mario tali uiro.

ASCEN. QVam sint.&c. Iocando dicit se moleste ferre id, quod prius placuit Galliam uidelicet placere Trebatio, deinde laudat & commendat familiaritatem eius cũ Caio Mario, quem, ut ex superioribus epistolis patet, Ci. ipse magnopere obseruabat. Morosus à moribus, prima longa dicitur, qui difficilis est, & uarius in moribus, ut cuius mores alii ferre non possunt, ut pote cui nunc hoc, nũc illud placet, & utrunque sine comitate. (Morosus) Sed ordo est. potest intelligi, utrunque, impersonaliter capitur, quam.i.quantum morosi.i.anxii & uariorũ & difficilium morum sint, sup. ii qui amant, uel.i.etiam, ex hoc.i.ex hac re, quam dicturus est. (Ordo) Ego ferebam, s. antea moleste te esse istic.i.in Gallia, aut apud Cæ. inuitum, pungit.i.dolore afficit me rursus.i.è cõtrario, ꝙ scribis te esse istic libenter. Probat utrunque, addens. Neque enim patiebar facile te non delectari commendatione mea.s.qua te commendabam Cæsari, hoc autem ideo fiebat quia inuitus apud illum erat, quod Cice. tunc moleste ferebat, & ego angor nunc, quicquam esse iucundum tibi sine me. Sed tamen ego malo.i.magis uolo, nos ferre.i.pati, hoc desyderium.s.tui absentis, quam te non consequi.i.obtinere à Cæ. ea, quæ spero .s.te consecuturum. Vero, pro sed, non potest dici, quam.i.quantum, ualde gaudeam, quia uenisti in familiaritatem Cai Marii hominis suauissimi, & doctissimi, qui.s. Marius, fac ut diligat te quam maxime. Satis cõsueto more ponitur qui, sed non cõstruitur cum uerbo fac, sed cum diligat consuetius diceretur, sed non elegantius, fac igitur ut is te quam maxime diligat &c. (Ordo) Crede mihi, tu nihil potes portare ex ista prouincia.s.in qua apud Cæ. militas, quod sit iucundius.s.q̃ diligi à tali uiro. Cura ut ualeas.

iocatoria

M.T.C. Trebatio S.D. Epist. 16.

IN equo Troianno scis esse in extremo, sero sapiunt. tu tamen mi vetule non sero: primum, illas rabiosulas sat fatuas

HVBER. IN equo Troiano. Cupiebat Trebatius cito consequi aliquem magistratũ, quod cum fieret serius q̃ uolebat, questus fuerat de Ci. qui eum misisset in prouinciam ubi tantopere nihil adhuc egisset, ad quod Cic. respondet satis facete. Deinde petit ut scribat quando in Italiam uenturus sit. Postremo dicit se intellexisse à Balbo eum futurum diuitem, sed cupere intelligere quomodo intelligat diuitem, an opinione philosophica, an opinione communi & maxime Romanorum. In equo Troiano, nomen est tra-

gœdiæ, ut diximus supra epistola pri.huius libr.vii. In extremo, in fine. Serò sapiunt.i. hómines serò cognoscunt quid útile sit,cùm non possunt prouidere. est autem sententia in omnes,quos facti minus considerâti pœnitet, sicut Troiânis áccidit, qui serò congnouêrunt non fuisse fidendum equo & hóstibus,hanc sententiam Græci sic dicunt ἄφρων νήπιος ἐτύθη.i.passus stultus cognôuit. Tu tamen. accómmodat sententiam Trebatio per contrárium. Pigébat enim eum expectâre opportunitâtem témporis quo sibi à Cæ.prouiderêtur, quare dicit eum non serò sápere,quia citò uellet rebus suis consúlere. Nõ serò,subaudi sapis, deest enim uerbum. Primasill as .s.líteras tuas. Rabiósulas. ásperas,mordâcès,& pro me conquerentes uehementiùs. Fátuas.insípidas, neque enim erat iusta causa querêlæ, dicuntur enim fatui multũ loquêtes,& qui nec quod ipsi,nec quod alii fantur intélligunt. Deinde scripserat Trebátius se fuisse Cæsari in Británnia fidelíssimum,sicut olim fúerat Philoctêtes Hérculi, cui fúerat amicíssimus, nota est fábula. Non mi.quàm Philo.i.non minus fidelem,& sócium Cæ.quàm Philoctêtes Hérculi. Non reprehendo.i.laudo,liptôte. Iniectus.impósitus, inclusus. Vsquequâque.assíduè,semper. Telum.translatio est, telum enim pro defensiône pónitur & tutámine. Accérrimum.ualidíssimum. Foris. apud álios,extrà domum meam. Non defuissem.in cœna.i. ei obtemperássem. Cui.Cn.Octauio. Aliquótiens.sæpiúsculè. Oro te.interrogâtis est. Quis tues.s.qui uelis habêre in cœna apud te talem,qualis ego sum. Sed mehércule ut uitet arrogántiam ostendit Cic.se potiùs ea uerba ioco quàm seriò dixísse. Extra iocum.i. sine ioco. Bellus.non pulcher intélligitur,sed bonus, est enim bellus diminutiuum à bono. Ecquid.i.an, uel ne,uel nunquid. Donatus in Eunúcho. Romãni enim qui pecúniis abundant, eos díuites dicunt. Benè nummâtum. benè pecuniô sum. Hora. At benè nummâtum décorat suadela Venúsque. Frui cœlo & terra, id est uita. Vir. Quem si fata uirum seruant,si uéscitur aura Aetherea. Percunctántibus interrogántibus, sic supra ad.L.Vale. Qui istinc uéniunt,partim te superbum dicunt,ꝙ nihil respóndeas. Sed tamen est.deridet eũ Cic. nulla enim aut parua laus est inter imperîtos peritíssimum iudicâri. Samarobrînæ. ubi nullus est qui iuris cognitionem habeat. Iurisperitiôrẽ.i.qui meliùs intélligat ius ciuile,is enim dícitur Iurisperîtus. Hora. Agricolam laudat Legum iurisque perîtus.

Fatuus

Liptôte Fig.

Bellus Ecquid

Horat. Virg. 3 Æn.

Iurisperitus

ASCENS. IN equo Troiano &c. Quéstus fuerat Trebátius ꝙ nondum magistrâtum assecûtus erat, cui respondet Cihac epistola iocando,dispútatque quomodo intélligat Trebatium futûrum díuitem. Sane controuersia est inter doctos de lectione huius epistolæ. Angelus enim Politiânus,homo anxiè doctus non Philoctêtem, sed Philoctêorum legendum esse contendit,quod eius imitatôri Petro Crinito non placet, qui libro tertio ea. xii. disciplinæ honestæ ita scribit. M. Cice. locus exponendus est in epístola ad Trebátium iureconsúltum,quo loco de Philoctête ágitur,cui símilem dicit Trebátium in locis uariis peragendis,deindè in Británnia inquit ipsum parum certo loco consístere,sed peregrè uagâri, & spectácula complúra queritâre ad exemplum Philoctêtis,ut ex Græcis quoque fábulis colligimus, in quibus Philoctêtes indúcitur post acceptam iniúriam p uárias urbes ac regiônes deferri. Sed eiusdem Ci. uerba repetenda sunt ex epístola ad Qu.fratrem,ut apertiùs intelligámus quàm sit absurda hoc loco méntio de Philotheorum. De repu.inquit nimiùm te laborâre doleo,& meliórem ciuem esse,ꝙ Philoctêtem, qui accepta iniuria illa spectácula querêbat, quę tibi acerba esse uídeo. Ex his autem uerbis nemo est qui non uídeat Philoctetem esse legendum non Philotheôrum,quando & ueteres quoque códices huic sententiæ astipulantur. Quod ego cum Politiâno retulíssem,ingenuè quidẽ & amicè professus est,non fines modo se hac in re,sed ipsam quoque possessiônem concédere. Hæc ille, quibus astipulâdum cẽseo. Ordo autem est. Tu ò Trebati, scis esse in equo Troiano.i.in ea fábula, quæ ab equo Troiano nomen sumpsit,in extremo.i.in extrema parte fábulæ. Serò sápiunt sup. Phryges,quod in prouerbium abiit,de iis,qui post rem prudentes fiunt cum serum est. Vũ nascitur in símilem sententiam álterum adagium,passus stultus cognôuit,hoc est accepto uúlnere,aut incómmodo cognôuit primùm se malè ágere,prudẽtis autẽ est,ut Ci. álibi docet,nõ cõmittere,ut dicendũ sit nõ putarâ. Sed órdinẽ ꝓsequâmur. Tũ tu mi uétule.i.aliqtulũ ueterâne & expte,nõ serò sup. sapuísti,prim sup.ꝙ dedísti illas &c. aut nõ serò.i.nõ minus tardè dedísti,illas primas.s.líras tuas rabiósulas.i.mordâces & litigiósas,unde tales hómines more canino mordâces Rábulas uocant,sat.i.satis,fátuas.i.insulsas,& sine ratione mordẽtes. Deinde nõ reprehendo planè, qđ ꝓbuísti rte in Británnia nõ minus ꝙ Philoctêtem.i.solertem cómitẽ Cæsaris,ut Philoctêtes erat Hérculis,& indagatórem locôrum minôrum,& uariôrum spectaculôrum,ut ex uerbis à Crinito citátis iam clarè patuit. Vero.i.sed,tu uidêris mihi nunc hybernis.i.cum sis in hybernis .i.locis tutis,ubi mílites hyemâre solent, dum per tempestâtem rem gérere non licet,iniectus.i.torpens & immóbilis,ut iniectus aut in saccum, aut glis in antrum suũ tẽpore Hyemâli quod dormitádo absúmit. Itaq; i.& ita,cũ sis quasi iniectus secũ & torpẽs, tu non dedísti: deinde quòd in Británnia non minus, quam Philoctêten te præbuísti, planè non reprehendo: nunc uero in hybernis iniectus mihi uidêris: itaque te cõmouêre non curas. Vsquequaque sápere oportet: id erit telum acérrimum. Ego si foris cœnitârem,Cn.Octauio familiari tuo non defuissem. cui tamen dixi, cum me aliquótiès inuitâret, oro te, quis tu es? Sed mehercule extra iocum, homo bellus est,uellem eum tecum abduxísses. Quid agatis, & ecquid in Itáliam ventûri sitis hac hyeme,fac planè sciam. Balbus mihi cõfirmâuit te díuitem futûrum, id utrum Romano more locutus sit, bene nũmatum te futûrum,an quomodo Stóici dicunt, OMNEIS esse díuites qui cælo & terra frui possunt, póstea uídero. Qui istînc véniunt, supérbiam tuam accûsant,quòd negant te percúctántibus respondêre. sed tamen est quòd gáudeas: constat enim inter omneis,néminem te uno Samarobrînæ iuris peritiorem esse. Vale.

Ordo

Serò sapiunt Phryges.

Rabulæ

Philoctetes

non curas te commouêre,quod laudábile non est,quia opórtet sápere usquèquâque,id est omni loco & témpore,id telum,id est id uerbum reprehensórium erit ácerrimum,scilicet cui resístere néqueas, cum non possis inficias ire quin uerũ sit,& si uerum est,nullus erit locus,nullumque tempus inértiæ & ignáuiæ. Nunc redit ad áliam partem epistolæ Trebatiânæ,scripserat enim Trebátius gratum sibi fore,si Cic.familiaritâtem cum Cnęo Octauio contráheret,ad quod Cic.more suo iocans dicit. Si ego cœnitârem,id est essem eius consuetúdinis, ut cœnârem frequenter foris,id est extra domum meam, nõ defuíssem,id est in cœna, Cnæo Octauio familiâri tuo,cui tamen dixi, scilicet satis superbè & cõtumelioſè,cum inuitâret me,scilicet ad cœnam aliquóties, id est aliquántulùm frequẽter,oro te.i.quæso,dic mihi, quis es tu?.s.ut apud te cœnem. Sed me hercule extra iocum sup.loquor,aut dempto ioco.quo uti nescit,ipse est homo bellus,id est aliquãtulum bonus & lépidus,uellem abduxísses eum tecũ.s.in expeditiônẽ, ut te oblectet.q.d.mihi enim uoluptâtẽ afferre nequit. Fac sciã planè.i. omnino,quid agatis.s.uos omnes,Cæsar,tu, & reliquus exércitus, & ecquid.i.an ne, uentúri sitis hac hyeme in Itáliam. Balbus confirmâuit mihi.i.firmiter asseruit te futurũ díuitem,ego uídero.i.dispuisséuero, hoc est disquíram,aut permitte ut disquíram postea,utrum.s. Balbus locútus sit te díuitẽ futurum more Romano.i.quo Romani áliquem díuitem censent,ut pote te futûrum benè.i.multùm,nummâtum.i.nummis abundantem,an quo modo Stóici dicunt omneis esse díuites,qui possunt frui cœlo & terra.i.hac uita, in qua uéscimur & aura ætherea,& terra crescentibus. aut quęcunque contingunt & in hac uita,quæ per terram significâtur, & futûra quæ per cœlum,si modo díxero,Stóicos cognouisse uitam hóminũ in cœlo futûram. Sup. hómines aut nunc ii,qui ueniũt istinc.i.è Gallia,ubi tu es,accũsant.i.árguunt & reprehendũt supérbiam tuam,ꝙ negẽt te respondêre.i.quia dicunt te nõ respõdere percunctántibus.i.te sciẽdi causâ áliquid interrogãtibus. Sed tamẽ est quod id est propter quod gáudeas. Enim.i.quia,constat.i.sine controuérsia tenêtur inter omneis, néminem esse peritiôrem iuris te uno.i.solo,Samarobrînæ.i.in ea urbe Británniæ,per quam totam ínsulam intélligit. Vale.

secundum Stoicum

diues

gratulatoria. hortatoria.

Cicero Trebatio S. D. EPIS. II.

EX tuis líteris,& Qu.fratri grátias egi,& te aliquandò collaudâre possum, ꝙ iam uidêris certa aliqua in sententia constitísse. Nam primórum ménsium líteris tuis uehementèr commouêbar, quòd mihi interdum (pace tua díxerim) leuis in urbis urbanitâtisq; desydério: interdum piger, interdũ timidus in labóre militâri: sæpe autẽ etiá, quod à te alienissimũ est, subimpũdẽs uidebâre.

HVBER.

EX tuis. Opera Qu.fratris Cic. Trebátius qui antèà inuitus fúerat in Gallia, mutáuerat ánimum,& scripserat se libẽtèr esse,de quo dicit Cice. se egísse grátias Qu.fratri suo, & laudâre ipsum Trebátium,qui cõstantis ánimi esse cœpit. Deinde dicit se ferre eius desydérium propter eius utilitâtem & commémorat quàm diligenter eum cõmendáuerit Cæsari,& quanti fécerit Cæsar commendationes suas. Itaque eum hortâtur ut fruâtur commoditâte & hóminis,tẽporis,& loci. Ex tuis líteris. propter tuas líteras, quibus ad me scripsísti te ab eo adiútum fuísse. Aliquando. tandem. Constitísse, fecísse constántiam,cõfirmâtum esse. Primórum ménsium. quibus in prouinciam profectus fúeras. Commouêbar. indignâbar. Pace tua di. honestus reprehendendi mos, priùs captâta uenia. Pace tua.i.tuâ uenia,te non irascente. Leuis. mutábilis. Vrbanitâtis. uitæ ciuilis uiuendi in urbe. Impiger. pröptus. Tímidus. ecce léuitas, quia qui impigrum se interdum ostendébat, interdum tímidus uidebâtur. Sæpe etiam. subaudi commouêbar. Alieníssimus à te,id est extra te & ferè sine ratione,neque is qui esse consuéueras. Subimpũdens. id est aliquántulum sine uerecúndia.

ASCEN.

EX tuis líteris &c. Laudat Cicero quòd Trebátius ex consílio Qu.fratris sui Gallis placeat, monetq; ut utilitâti suæ cónsulat,& utâtur commoditâte témporis,& Cæsa. cui eum diligenter commẽdat. Ordo autem est. Ego &,id est símul,egi ex líteris tuis.i.postquam legi líteras tuas,ex iis,quæ in líteris tuis erant,grátias Quinto fratri,scílicet meo,est enim Cicero frater,& possum collaudâre te aliquando,id est tandem, quòd uidêris iam constitísse in sententia certa,id est propósito firmo. Nam ego commouêbar uehementèr líteris primórũ ménsium, id est quas primis ménsibus postquàm hinc profectûrus eras,ad nos dedísti, quòd uidebâre mihi interdum,díxerim,id est líceat mihi hîc dixísse,pace sua,scílicet salua leuis,id est móbilis & inconstans,in desydério urbis,scílicet Romæ,& urbanitâtis, id est urbânæ uitæ & pollitiæ Românæ, & uidebâre interdum impiger, id est acer & strénuus,interdum tímidus in labóre militâri,& ita inconstans ac leuis fuit,autem,id est sed uidebâre etiam sæpe subimpũdens,id est aliquántulum licet non planè impũdens, quia ea,quæ non debẽbat petẽbat, ut supra pátuit,tribunâtus cómmoda sine labóre militiæ,quod,scílicet esse impudentem,& alieníssimum à te, id est à consuêtis móribus tuis. Probat impudentem fuísse.

tanquam enim sýngraphan ad imperatorem, non epistolam attulísses, sic pecúnia ablâta,domũ redíre ꝓperâbas. nec tibi in mentẽ veniẽbat,eos ipsos, qui cũ sýngraphis venissent Alexãdriam,nummum adhuc nullum auférre potuísse. Ego si mei cõmodi ratiônem dúcerem, te mecum esse máximè uellẽ. Non enim mediócri afficiẽbar uel uoluptâte ex consuetúdine nostra, uel utilitâte ex consílio atque ópera tua.

HVBER.

TANQVAM enim. probat quòd uideretur subimpũdens, quia uoluísset státim dítari à Cæ. tanquam attulísset ad eum cédulam & scriptum aliquod de accipiendis pecuniis,& non líteras commendatítias. Sýngraphan. scriptum de capienda pecúnia faciens fidẽ. Ablâta. quasi arrépta & súbito accepta. Nec ueniẽbat in mentem.i.nec cogitâbas. Alexandriam. ubi scripti fúerant mílites. Ego. ostendit Ci. se ferre desydérium Trebátii propter eius utilitatẽ, nam si suâ respíceret, deberet magis optâre eius præséntiã. Docérem ratiônem mei cõmodi.i.si respícerẽ & æstimârem cómmodum meũ. Mecum. apud me. Ex consuetúdine, ex cõuersatiône,& cõsilio, quod mihi dabas utilíssimũ. Ópera. auxílio. quod mihi præstâbas. Contulísses te. dedísses te. Tuendũ. defendendum. Ornandũ. dignitátib⁹ a.i. decorandum.

Singrapha

decorandum. Ex quo.scilicet tempore. Id opinatus sum.existimaui. In prouinciam.quæ erat mihi decreta. Exiturum.profecturum Roma. Ratio. institutio. Trado Est cō.quia decreui nō exire in prouinciam. Trādidi. Vtro. Hora. eius fidei credidi.Vir.nuper mihi trādidit egon.Hora. in epistolis. Si licet ut tibi se laudare & trādere coner. & ipse supra ad Cæs.Totum denique hominē tibi trado. Grauissimè. honorificentissime. Quod. quam rem.s.quod ei recōmendauerim & tradiderim. Accepit.charum habuit. Verbis. dicendo tibi. Et re.i.effectu,quia te multum subleuauit. Hunc.talem. Virgil. Hunc ego te Euryale aspicio. Nactus. qui inueniſti. Ne dimiseris.p ne dimittas.i.ne relinquas. Et si. duæ partes sunt. Offenderit te. displicuerit tibi, affecerit te molestia. Occupatione. cum erit intentus maioribus negociis. Aut dif. cum erit durior in te admitten do,& cum non ita tibi assequetur ut uelles. Perferto. tolerato. Vltima. finem. Est autem optimum præceptum ad eos qui apud magnos uiros uiuunt,ut tolerent,si qua in principio minus prospera euēniunt, & expectēt finem,quia modo benè agas,quod differtur, nō aufertur,cum agas apud uiros liberales qualis erat Cæ. Iucunda & honesta, id est læta & plena honoris. Præstabo.efficiam. Tantum.solummodo. Moneo te. dico tibi. Vberioris. ditioris. Neque æta. quia nunquam eris aptior laboribus quàm nunc. Vt uos. iurisconsulti. In ue.li.legalibus,ubi soletis ita dicere, hoc Scæuolæ placet, & affirmatis sententias uestras autoritate aliorum. Idem ui.Q.Cor.i.idem existimat Qu. Cor.s.ut tu expectares ultima, & finem rerum, quem tibi lætum & honestū reddam. Te nō esse profectum. non iuisse,scripserat enim Trebatius se noluisse ire in Britanniam sed remansisse in Gallia. Quod &. dicit duas causas esse, quare gaudeat Trebatium non iuisse in Britanniam,quia trebatius labore caruit, qui fuisset ferendus in Britannia,& ipse Cic. non audit Trebatium querentem de illis rebus Britannicis. De rebus illis.asperis & periculosis.Hyematurus. mansurus hac hyeme. Quæ spe. scilicet melioris uel deterioris fortunæ. Conditione.præsenti statu.

ASCEN. ENIM. id est quia tu properabas pecunia,scilicet ex stipendio assignata,ablata, properare domū sic tanquam attulisses ad imperatorem,s. Cæs.syngraphā.i. cedulam,expectatione conscriptam,in qua obligatus esset Cæsari eam afferēti statim pecuniā numerare, & non sup.attulisses epistolam.s.commēdatitiam,qua te illi cōmendāueram, ut in militia te humaniter tractāret,non ut receptā pecuniā statim abires. Nec ueniebat tibi in mētem eos ipsos,qui uenissent Alexandriā id est in eam urbem, ubi scripti fuerant milites,cum syngraphis.i.scriptis obligatoriis,nullum potuisse adhuc auferre nūmum. Ego si dūcerem rationem.i.haberem respectum cōmodi mei, uellem maxime te esse mecum, non enim afficiebar mediocri uel uoluptate,ex consuetudine.i.conuersatione & cōione nostra,uel utilitate ex consilio.s.tuo,& opera tua.i.labore & industria. Sed cum contulisses te ex.i.ab,adolescentia tua, in amicitiam & fidem meam,ego putaui te semper,non modò tuendum.i.protegendum mihi.à me,sed etiam augēdum atq; ornandum.s.honoribus & diuitiis. Itaque.i.& ita, quoad.i.quādiu, opinatus sum me exiturum in prouinciā, credo te meminisse,quæ attulerim ultrò.i.non rogatus,ad te.q.d.promisi te mihi legatum aut Quæstorem fore. Posteaquàm mea ratio.i.conditio est immutata: quia prouincia non erat mihi commissa, cum uiderem me tractāri honorificentissimè à Cæ.& diligi unicè.i.singulariter,ut parentes unicum diligunt filium,& nossem.i. cognouissem, liberalitatem hominis.s. Cæsaris, & incredibilem & singularem fidem.i.fidelitatem, in amicitia conseruanda,aut pollicitis exequendis. Ego commendaui & contradidi.i.fidei cōmisi,ei.s.Cæsari te sic,ut potui,grauissimè & diligentissimè,quod.i.quam commendationem meā,ille, scilicet Cæsar,&.i.simul,accepit ira scilicet grauissimè & diligentissimè à me factā, & significauit.i.indicauit mihi sæpe literis.s.suis,& ostendit tibi uerbis & re,sese esse ualde cōmotum.i.affectum erga te, commendatione mea. Tu nactus.i.adeptus hunc,id est talem uirum,ne dimiseris.i.caue dimittas,si tu putas me aut sapere aliquid,aut uelle aliquid causa tua.i.p utilitate tua.Videtur hoc loco aut,copulatiue debere accipi,nam alterum nō sufficeret. Si.n. maxime saperet Cicero,& non bene uellet Trebatio,stultus esset si illi acquiesceret,& cōtra, si optime uellet nec quicquā saperet non esset illius consilio standum. Et si qua.i. aliqua res, offenderit.i.læserit, & displicentia affecerit forte aliquando te, scilicet apud Cæ.Cū ille.s. Cæsar erit uisus tibi tardior.s.ad uota tua perficiēda, aut occupatione.s. sua,aut difficultate.s.rei quam petieris,perferto.i.ad finem usq; ferto,& expectato ultima,id est exitum rei,quę scilicet

Sed cum te ex adolescentia tua in amicitiam & fidem meam contulisses, semper te non modò tuendum mihi, sed etiam augendum, atque ornandum putaui. Itaque quoad opinatus sum me in prouinciā exiturū, quæ ad te ultrò attulerim, meminisse te credo. postea quàm mea mutata ratio est,cum viderem me à Cæsare honorificētissime tractāri,& unicè diligi,hominisq; liberalitatem incredibilem,& singularem fidem nossem,sic ei te commendaui, & tradidi, ut grauissimè, diligentissimeq; potui. Qđ ille ita & accepit,& mihi sæpe literis significauit:& tibi & verbis,& re ostēdit, mea commendatione sese valde esse commotum. Hunc tu virum nactus, sime, aut sapere aliquid, aut velle tuā causā putas, ne dimiseris. & si qua te forte res aliquando offenderit,cum ille aut occupatione,aut difficultate, tardior tibi erit visus, perferto,& vltima expectato,quæ ego tibi & iucunda,& honesta præstabo. Pluribus te hortāri non debeo: tantùm moneo,neque amicitiæ confirmandæ clarissimi, ac liberalissimi viri, neq; uberioris prouinciæ, neque ætatis magis idoneum tempus, hoc si amiseris,te esse vllum unquā repertūrum. Hoc quemadmodum vos scribere soletis in vestris libris,idem Qu.Cornelio videbātur. In Britanniam te non esse profectum vehementèr gaudeo,q & labore caruisti,& ego te de reb? illis non audiā. Vbi sis hyematūrus,& qua spe, aut conditione,perscribas ad me velim. Vale.

scilicet ultima, ego præstabo,id est efficiam aut exhibebo tibi, iucunda & honesta. Ego non debeo exhortari te,pluribus,scilicet uerbis.tantum,id est duntaxat, moneo, scilicet te,tempus sup. nullum esse aut fore magis idoneum,id est aptum,neque amicitiæ uiri clarissimi ac liberalissimi,uidelicet Cæsaris,confirmandæ,id est ista biliendæ,neque prouincię uberioris,id est pinguioris,in qua tibi posset consulere,neque ætatis,cum sis in ætate,in qua & labores obire,& gratiā promereri facillime possis. Si tu amiseris hoc,scilicet temporis,id est hanc opportunitatem & occasionem,quia Fronte capillata post est occasio calua.sup.moneo te,te nullum repertum esse unquam, scilicet aliud tempus tantæ commoditatis. Hoc idem, scilicet quod te moneo, uidebatur Quinto Cornelio uiro prudenti & tibi amico, quod sup. per eius authoritatem confirmo, quemadmodum uos,scilicet iurisconsulti,soletis scribere in libris,instrumentis uestris,dum opiniones uestras confirmatis opinionibus aliorum iurisconsultorum subscribentium uobis. Ego gaudeo uehementer: & tamen prius risit,te non esse profectum in Britāniam,superius tamen iocando dixit eum Philoctetem, ob talem deambulationem, quòd,& id est simul, caruisti labore. Et ego si illic esses, non audiam te de rebus illis, quas illic agas. Velim sup. ut perscribas, id est ad perfectum & plane scribas, ad me ubi sis hyematurus, id est hyemem in Hybernis transacturus,& qua spe aut conditione,id est quam conditionem tibi Cæsar obtulerit,de qua speres. Vale.

laudabam. & locabam.

Cicero Trebatio S. D. Epist. 12.

ACcēpi à te aliquòt epistolas uno témpore,quas tu diuersis tēpóribus déderas: in quibus me cætera delectārunt. Significābant enim te istam militiam iam firmo ánimo ferre, & esse fortem & virum constantem. Quæ ego paulisper à te ita desyderāui,non vt imbecillitāte ánimi tui,sed magis vt desydério nostri te æstuāre putārē. Quare pergevt cœpisti,forti ánimo istam tólera militiā. Multa, crede mihi, assequēre (ego enim renquābo commēdatiōnem) sed témpore. Sic habēto,non tibi maiōri esse curæ, vt iste tuus à me discessus q̄ fructuosissimus tibi sit,q̄ mihi. Itaq; quum vestræ cautiōnes infirmæ sunt, grāculā tibi misi cautionem chyrógraphi mei. Tu me velim de ratione Gállici belli certiōrē fácias,ego enim ignauissimo cuíq; máximā fidem hábeo. Sed vt ad epistolas tuas rédeam, cætera belle: illud miror, quis solet eodē exemplo plureis dare, qui sua manu scribit? Nā q in Palipsesto, laudo équidē parsimóniā: sed miror quid in illa chártula fúerit,quod delēre malúeris, *q̄ hæc scríbere:nisi fortè tuas fórmulas.nō enim puto te meas epistolas delēre,vt repōas tuas.

HVBER.

CCEPI. Cum antèa Trebatius inuitus esset in prouincia.& C.ad quem scripserat de hac re molestiā attulisset.Postèa multis epistolis eodē exemplo scriptis, ut saltem unà redderētur,ei significāuit se iam forti ánimo ferre labōres militiæ & libentèr esse cum Cæsa.quod quidem rescribit Ci.sibi esse gratū, & sæpe etiā ab eo desyderāsse, non quòd æstimāret eum esse ánimo imbecilli, sed fortassē,quia nímio amōre ipsius Ci. abēsse non posset.itaque eum hortātur, ut perseuēret in propósito, se enim denuò cum opus fúerit commendatūrū eum Cæ.Postèa uero iocātur cū ipso Tre. qui ráserat q nandam chartam,ut in ea rursus scríberet.Postremò quędam de seipso cum laude dicit,símulans iocāri. Aliquot.multas. Cætera.pendet sensus usq; ad eum locum,sed ut ad epistolam &c. Significābant.ostendēbant literæ meæ. Fortem.in toleranda militia. Constantē.perseuerādo in propósito. Paulisper. aliquántulum. Desyderāui à te.optāui te fácere. Non enim excūsat Treb.ne uideātur eum excūlare leuitātis. Dicit enim se ab eo ita desyderāsse, non propter imbecillitātem eius ánimi, sed quod putāret eum uehemēter incensum eius amōre,ita ut tamen fácilè posset abēsse Vt p.i. q putārē. Aestuāre. ardēre, incendi. Vt cœ. ferre istā militiā,& seruāre cōstántiā. Assequēre adipiscēris,cōparābis. Renouābo cō.i.rursum & denuò te cōmendābo Cæ. Sed t.subaudi renouābo cōmendatiōnem.i.cū uidēbo esse opus. Fructuosissimus. utilissimus. Quàm mihi.s.est curæ. Itaque.dicit se manu propria scripsisse græce cautionē quādā ad ipsum Treb. quia uidēbat eius cautiōnes legales nō multum ualēre ad consequenda ea,quæ cupiebat. Cautiōnes. Cautio scientiæ legales. Cautionē g.i. præceptū & institutio- Chirógranem græce scriptā. Chyrographi.scripti manus meæ: phum nam χείρ manū significat, γράφω scribo. De ratione ga. Palimpsebēl.i.quómodo gerātur istud bellum in Gallia. Cæte- stus ra.illud est.supra dixit cætera me delectārunt. Bellè.i. satis benè:est autem eclypsis:deest enim scripsisti ut fecisti. Plures.s.literas uel epistolas. Nam quod in palimpsesto. quidam habiti non eruditi exposuerunt palimpsestum librum esse, in quo Treb. de parsimónia scripsisset. quidam autē uir doctrina & fide grauis,mihique familiāris,& literis notāuit, & mihi dixit, atque affirmāuit se uidisse scriptum manu Guarini Veronensis uiri eruditissimi,quodam in códice epistolārum.vi.genus ciborū, quos confortinos appellant.Palimpsesta autem confortinos recoctos,quod miror dictum esse à tali uiro, quia nulla est huius sensus ratio, & tamen ut ab eo dictū credam,fáciat autóritas eius,qui rétulit,& códici suo ab illius manu inseruit, quasi délphici Apóllinis responsum. Sed nō oia pōssumus omnes.& quandoq; bonus dormitat Hom. Verus igitur est hic sensus. Psestum tabulam dici siue chartam,quæ ráditur postquam est scripta:nam ψάω rado significat, inde ψηστὸν tabēlla rasa,qualis solet esse tabella ábaci:palimpsestus autem tabella iterum rasa:nam πάλιν iterum significat:conii- ciámus igitur Trebátium rasisse chartam,quæ semel fúerat rasa.Latentèr autē Cic.notat eum auaritiæ. Quod in Palimpsesto.subaudi scripsisti.i.in charta iterum rasa.Parsimóniam.parcitātem,diligéntiam tuam in conseruandis rebus:nam parsimónia est uirtus diligentèr res suas seruans:est autem médium inter auaritiam & prodigalitātem:ironicè tamen locūtus est. Delēre.tóllere,abrādere. Nisi fortè.iocātur Cic.dicit se crédere epistolas suas delēri à Trebatio,ut in illis chartis repónat Treba.nō epistolas suas, sed fórmulas legáles, id est cápita uel títulos legum. Repōnas.scribas,iterum ponas. Tuas.scilicet epistolas,ubi erant meæ. Repōno

Universidad de Deusto Biblioteca

ASCEN. ACCEPI à te &c. Aegrè túlerat Ci. quòd Trebátius ſignificârat ſe inuitũ eſſe in prouincia, quod cùm accepiſſet,ſcripſit multas epiſtolas Ci.ſignificans ſe fortitèr militiã ferre,& libentèr cum Cæ.eſſe.Quod Ci.nunc ſibi placêre dicit:iocoſè tamen more ſuo cum eo agens.Ordo eſt.Ego accepi à te uno témpore aliquòt epiſtolas,quas tu déderas,id eſt míſeras ad me, aut déderas tabellárijs diuerſis tempóribus , in quibus cétera,id eſt præter quàm,quòd non eſſent ſuo tempore perlâtæ, placêbant mihi. Significâbant enim te ferre iam ánimo firmo iſtam milítiam,ſcílicet ſub Cæſare,& eſſe uirum fortem & conſtantem,quæ, ſcílicet duo iam dicta. Ego deſyderâui pauliſpèr.id eſt per parum témporis,ita ut non putârem te æſtuâre imbecillitâte ánimi tui.i.puſillanimitâte,ſed magis putârem te æſtuâre.i.ardêre,deſyderio noſtri. Quare perge.i.procéde, & péragè incœptum ut cœpiſti,& ſup.tólera iſtam milítiam ánimo forti , tu crede mihi, aſſequêre multa.ſ.cómmoda per eam:ego enim renouâbo cõmendatiônẽ.ſ.tui apud Cæſ.ſed tẽpore.ſ.tempeſtiuè. Habêto ſic.i.firmitèr tibi perſuáde nõ eſſe tibi maiôri curæ,q̃ mihi,ut iſte diſceſſus tuus à me ſit tibi fructuoſiſſimus.i.utilíſſimus. Itaq; quando.i.quandóquidem, cautiônes ueſtræ.i.quas uos mílites fácitis imperatori ueſtro de militia perferenda, ſunt infirmæ.i.parũm créditæ apud imperatôrem , niſi tibi , quam Cæſari dares , cautiônem græculam.i.more Græco,non líteris,ut Hubertínus interpretâtur ſcriptam,hoc eſt qua pro te me & mea óbligo. Nam Græci nulli ſolent adhibêre fidem,nec quicquam uéndere niſi præſenti pecúniã,qua qui quid emunt,dicunt ſe apud Cõmicos Græca fide mercâri,chyrographi mei, id eſt obligâtorij manu mea ſcripti. Ego uelim ſup. ut tu fácias me certiôrem,de ratiône,id eſt forma & conditiône belli Gállici. Ego enim habeo fidem máximam.i.maximè credo,cuique ignauíſſimo,id eſt nihil ualenti ad rem béllicam. Sed ut rédeam ad epíſtolas tuas,cétera ſup.ſcripſiſti aut ſcripta ſunt,belle,id eſt benè & decẽtèr,illud miror,ſcílicet quòd plures uno exemplo ſcriptas ad me dediſti líteras. Quis enim qui ſcribit ſua manu,& non dictat,quæ alii excípiant & ſcribant,ſolet dare plures,id eſt epíſtolas aut líteras,exemplo,ſcílicet eiſdem uerbis & forma ſcriptas , quaſi dicat nemo : áccidit tamen aliquando dum tabellarii incerti ſunt. Nam ſup.quòd ſcripſiſti in palimpſeſto,id eſt in íterum raſo, ſiue tabella ſiue chártula aut membránula. Equidem.id eſt ego certè,laudo perſimóniam tuam, qui noluiſti tabellas nouas pérdere dando eas ad me , & ita tácitè notat Trebátium auarítiæ . Sane ψάω pſao rado ſignificat.inde ψῆϛ, res ut tabella aut ália raſa,& πάλιν íterum ſignificat. Vnde palimpſeſtos res iterum raſa. Sed miror quid fuit in illa chártula,ſcílicet raſa,quod malúeris delêre quàm ſcríbere hũc,id eſt ad nos, niſi fortè malúeris delêre fórmulas tuas , id eſt régulas iuris aut formas inſtrumentôrum conficiendôrum. Non enim puto te delêre epiſtolas meas radendo,ſcílicet membrânas,in quibus ſcribo ut repônas, id eſt íterum in eiſdem ſcribas tuas,ſcílicet epíſtolas.

*P.C.V. ❧QVAM hæc ſcríbere. Verâne ſit nonnullorum coniectûra,alii iudicâbunt : meliôres certè libri,ac manu ſcripti ferè omnes à noſtris nihil díſcrepât.Ita quondam legebâtur hic locus , ut nõ malus omnino ſenſus ex ea ſcriptura elicerêtur,atque ille quidem ſatis planus, Quam hæc non ſcríbere. ut dicat Cicero, ſe mirâri , quid nam ibi ſcriptum ante fuerit,ut ſine culpa delêri poſſet,ut quæ ſcrípſerat poſteà depônerentur. Solêmus enim inſulſa, malaq; delêre,ut bona reponâmus:nihil autem detęrius iis,frigidiuſque eſſe póterat.Quare oſtendit, ſe non probâre conſilium eius,& in hac re facetíſsimè ludit. Verũntamen óptima exemplária diſſéntiũt,unum tamen ex multis quod negantem illam partículam habêret ſtudio,ac diligéntia amicôrum inuentum eſt.

An hoc ſignificas,nihil fieri,frigere te,ne chartam quidem tibi ſuppeditari? Iam iſta tua culpa eſt, qui verecundiam tecum extuleris,& non hic nobiſcum reliqueris.Ego te Balbo, cum ad vos proficiſcetur , more Romano commẽdabo. Tu, ſi interuallum longius erit mearum literarum , ne ſis admiratus. erã enim abſuturus menſe Aprili. Has literas ſcripſi in Pontino, *cum ad villam Metrilii Philémonis diuertiſſem, ex qua iam audieram fremitum clientium meorum,quoſquidem tu mihi conciliaſti. Nam Vlubris honoris mei cauſa vim maximã ranunculorũ ſe cõmòſſe cõſtabat.Cura vt valeas. VI .Idus Apriles, de Põtino.

HVBER. ❧AN hoc.dicit Ci.fortaſſe hoc fieri à Trebatio,ut ſignificet ſe nihil facere & nihil lucrari in ꝓuincia, ꝙ ſi ita eſt,dicit hoc fieri ex eius uerecundia, qui non audeat petere à Cæſa. An ſignificas hoc . an fortaſſe uis hoc mihi ſignificare & oſtendere. Nihil fieri.à te. Frigere te.te ceſſare,te ocioſum eſſe . Terentius. Nimirũ hic homines frigent. Ne chartam quidem.ergo multominus maiora. Suppeditare.ſubaudi te ſuppeditare tibi,ſcilicet ſuggerere,ſufficere,ſubminiſtrare. Tua culpa.quod nil facias. Extuleris.exportaueris. Verecundiam.pudorem & timorem quendam in petendo. More Ro. id eſt diligentiſsimo , ſicut etiam ſupra dixit. Tu.petit excuſatiõe tarditatis & dilationis ſuarum ad eum literarum.Ordo eſt. Tu ne ſis admiratus, pro ne admireris ſi interuallum mearum literarum erit longius. Affuturus , id eſt diſceſſurus ab urbe. In Pontino.rus in ſinu Cumano,ubi & Põtina palus erat de qua Iuue.Et Pontina palus & Gallinaria pinus . Illuc enim ſe cõtulerat ad uillam amici,ut ipſe dicit. Diuertiſſem,gratia recreationis iuiſſem. Metrilii Philomenis.nomen proprium uiri. Ex qua uilla. Metrilii. Clientum meorũ.qui moleſte ferrent diſceſſum meũ. Quos conciliaſti mihi . quos tu mihi coniunxiſti ante diſceſſum tuum in Galliam. Vlubris.oppido Campaniæ,ut ſupra diximus. Vim.i.copiam. Ranunculorũ.iocatur Cic.uocat enim per iocum ranunculos Vlubrenſes,qui de Cic. loquerentur, eo ꝙ clamarent tanq̃ ranæ, quæ proprie dicuntur coaxare. Conſtabat.manifeſtũ erat. Cõmoſſe.pro cõmouiſſe:à rana autem cum diminutiuum deberet eſſe ranula,uſurpatum eſt ranunculus,quod neque formationem neque genus ſeruat.

ASCEN. ❧AN ſignificas hoc,nihil fieri.ſ.lucrorũ tibi in exercitu,te frigere.i.ocioſum eſſe,nec quidẽ.i.& non ſaltem, ſuppeditare.i.adminiſtrare tibi chartam,aut ſi eſt ſuppeditari,lege,ne quidem.i.non ſaltem chartam ſuppeditari.i.ſubminiſtrari tibi ad ſcribendũ. Iam iſta culpa.ſ.qua te tam prudenter taxo,eſt tua,qui extuleris.i. extra urbem tuleris tecũ,& nõ reliqueris hic nobiſcũ uerecundiã. Ego cõmendabo te Balbo more Romano.i.ingenue & fideliter,ut Romanum decet,cum.i.quãdo,ſup.Balbus proficiſcet.i.iſtinc diſcedet ad uos. Tu ſi interuallũ .i.intercapedo & intermiſſio literarũ mearũ,erit longius.i.diuturnior,ne ſis admiratus: eram enim abſuturus, ſcilicet

ſcilicet domo menſe Aprili. Ego ſcripſi has literas in Põtino,id eſt agro illo in ſinu Cumano,cum diuertiſſem id eſt cauſa hoſpitii à me uertiſſem ad uillam,id eſt domum in agro ſitam, Metrilii Philomenis, uiri ſic dicti,& utrique noti,ex qua,ſcilicet uilla,ego audieram iam ſtrepitum clientum meorum, id eſt hominum liberorum me colentium,ut illis pátrocinium præſtarem,quos quidem clientes tu conciliaſti,id eſt comparaſti mihi,eo ꝙ pro eis Cic.Trebatium conſulere ſolebat. Nam conſtabat,id eſt manifeſtum & in cõfeſſo erat,maximam uim, id eſt multitudinem,ranunculorum,paruulorum hominum , ruſtice ſimul loquentium , in morem ranarum, commoſſe,id eſt commouiſſe,ſe Vlubris,id eſt in eo oppidulo inculto,cauſa honoris mei, id eſt ut me honorifice acciperent. Cura ut ualeas. Scriptum ſup.de Pontino,id eſt de eo loco.Sexto Idus Aprilis. Ranunculus

*P.V.C. ❧CVM ad uillam Metrilii Philomenis. In cunctis antea impreſsis ita legebatur:manu etiam ſcripti quos uidi, neque inter ſe, neque ab impreſsis diſſentiunt . Scripſerunt tamen nonnulli , ſatis leui coniectura ducti.M. Aemilii Philomenis. quos,niſi aliquid certius inuenerint,non ſequar.Non mirum autem uideri debet, tenuis hominis,ac libertini mentionem alibi non reperiri.

Cicero Trebatio S. D.

*EPíſtolam tuam,quã accêpi ab L. Arrúntio,conſcidi innocẽtèr. nihil enim habêbat quod non vel in conciône rectè legi poſſet. Sed & Arrúnti⁹ ita te mandaſſe aiêbat, & tu adſcrípſeras. Verum illud eſto:nihil te ad me poſteà ſcripſiſſe demîror, præſertim tam nouis rebus. Vale.

HVBER. EPISTOLAM. Mandat Trebátius epiſtolam quandam, quã Ci. ſcrípſerat lacerâri,quod Ci.ſe feciſſe ſcribit,licèt nihil habêret propter quòd debêret lacerâri. Conſcidi. lacerâui. Innocentèr.ſine culpa , nòn merentem lacerâri, quia in ea nihil erat malè ſcriptum. Vel. id eſt, etiam In conciône.in medio pópulo,palàm. Mandâſſe.ei dixiſſe. Ita.ut lacerêtur. Illud eſto. concedentis eſt qua ſi dicat,factum ſit non curêmus.

ASCEN. ❧EPISTOLAM &c. Mandârat Trebatius epiſtolam quandam,quam ad Cic. ſcrípſerat ab eo lacerâri, quod ſe Ci.feciſſe dicit , cum nullam agnóſceret cauſam cur reſcindi debêret, ſúſpicans fortè aliã miſiſſe quæ ad ſe nõ ſit perlâta. Ordo eſt.Ego conſcìdi,id eſt, dilacerâui,innocentèr,id eſt ſine culpa mea ac epiſtolæ, niſi ſit legendum innocentem, id eſt rem ſic méritam. Illa enim nihil habêbat,id eſt ſcriptum continêbat,quod non poſſet legi rectè,id eſt decentèr & impũnè, uel,id eſt eſſet,in conciône,id eſt concilio & cœtu totíus pópuli,& id eſt etiam Arrúntius qui eam áttulit, aiêbat,te mandaſſe ita,id eſt ut ita fácerem,& tua ſcrípſeras,id eſt ad cétera mãdâta tua in fine epíſtolæ ſcrípſeras, ſup.ita. Verum eſto illud.ſcílicet quòd mandâras,illam à me reſcindi ſine cauſa,& non potiùs áliam,quam nõ uíderim,demîror,id eſt multùm miror.Nam de,nunc auget,nunc diminuit,nunc contrárium índicat. te nihil ſcripſiſſe poſteà ad me,præſertim rebus tám nouis, id eſt cum res tam nouæ contígerint.

*P.V.C. ❧EPISTOLAM tuam, quam accépimus ab L. Arrúntio. Ante hæc uerba títulus nullus eſt in manu ſcriptis codícibus,quod nos quoq; ſeruáuimus.nec noua epíſtola hæc eſt,ſed pótiùs áddita ſuperiôri. Cum enim iam líteras ſcripſiſſet,diemque,quibus dâri debêbant,adpoſuiſſet,aliud in mentem rediit,quod prætermíttere nóluit,quemádmodũ ſæpe in ſcribẽdo fit. Vnde apud nos quoq; pars illa epíſtolæ nomen inde accêpit,quòd poſt prióra illa iam ſcripta confecta ſit.Ex índice,qui ante ſíngulos libros in Medicæo exemplâri eſt,hoc præclarè etiam intélligi poteſt:cum enim ſíngulis epíſtolis títuli addantur,nulli leguntur ante uerba illa, Epíſtolam tuam , quam accépi. Quia tamen nouum hoc erat princípium literârum poſt primum illud uerum initium, huius etiam membri primæ uoces adponuntur:ita enim ibi légitur.

CICERO TREBATIO SAL.
ACCEPI A' TE ALIQVOT EPISTOLAS.
EPISTOLAM TVAM QVAM ACCEPI AB L. ARRVNTIO.

Adde quòd dies adſcripta non eſt,quòd in fine ſuperioris epiſtolæ iam adpóſita erat.

Cicero Trebatio S. D.

VIde quanti apud me ſis , & ſi iure id quidem:non enim amôre te vinco. Verúntamen qđ præſertim tibi propè ſubnegâram,nõ tribúeré

HVBER. ❧VIDE. Dicit Cic. quòd id quod ferè negâret uel certè non retribúeret Trebatio ſi præſens eſſet,tríbui abſenti:nam cũ Velia in quo óppido Trebátius diligebâtur, diſcéderet Cice. recordâtus Trebatii propter illud óppidum , tránſtulit illud opus in latinum, quod quidem uehementèr commendat: dicitque eum non debêre mirâri , ſi áliqua uidebuntur obſcuriôra,quia in quálibet arte neceſſe eſt habêre intérpretes. Oſtendit tamen eum poſſe multa per ſe cõnſequi,ſi modo uólúerit ſe exercêre. Quanti apud me ſis,id eſt quanti te faciam. Id quidem . ſcilicet eſt. Iure. mérito. Non uinco te amore. quia par eſt amor noſter. Propè.ferè. Subnegârem.áliquo modo negârem.

ASCEN. VIDE &c.Dicit Ci. quòd id quod ferè negâret,uel certè non tribúeret Trebátio,ſi præſens eſſet,tríbuit abſenti.Nam cum Velia in quo oppido Trebatius uehementèr diligebâtur,diſcéderet Cice. recordâtus Trebatii propter illud óppidum,tránſtulit Topica Ariſtótelis in latinum,quod opus ad Trebatiũ miſſum uehementèr commendat:dicitque eum non debêre mirâri ſi áliqua uidebuntur obſcuriôra,cum in quálibet arte opus ſit intérprete & doctôre, oſtendit tamen Trebátium poſſe multa cónſequi per ſe, ſi modo nolúerit ſe exercêre. Ordo eſt.Vide.id eſt conſydera.quanti, id eſt quàm magnæ æſtimatiônis tu ſis apud me , & ſi,id eſt quanquam id quidem ſupple ſit iure,id eſt mérito tuo,non enim uinco te amôre, id eſt nõ plus te amo quàm amer à te. Verúntamen quod propè,id eſt quaſi,ſubnegârem,id eſt aliquantulũ negârem tibi præſenti.

EPISTOLARVM [...]

HVBER. CERTE. ſaltem. Non tribúerem. non concédere, non fácerem. Non pótui non debêre tibi abſenti.i. non pótui fácere quin abſenti tibi debêrem & tribúerem. Alii códices habent ſolam negationem & delêre, ut ſi non pótui delêre.i.tóllere tibi, ſed melius placet prior ſenſus. Velia.ex Velia:eſt autem óppidum Lucániæ. Inſtítui. decrêui,propóſui. Cõmónitus. in memoriam tui adductus. Eum librum.librũ topicôrum ἀπὸ τῶν τόπων.i.à locis de quibus in eo ópere tractat:non tñ intelligẽdũ eſt de locis terrârũ,ſed locis, artis & ad philóſophos pertinéntibus. Rhegio.Rhegio óppido Siciliæ:nam aliud eſt Rhégium Lépidi in Itália nõ longè à Mutîna. Quàm pleniſſimè.quàm apertíſsime. Illa res.quę natúra ſui eſt obſcûra & difficilis. Obſcuriôra.aliquantulũ obſcûra. Sine intérprete.quantũ pértinet ad artes liberâles. Sine exercitatiône.tam ad liberales, quã ad mœchánicas: quoniã utræq; exercitatiône índigent. Pércipi.intélligi Nõ longè abíeris.nõ longè diſcedas.q.d.exempla petantur. Num.an. Ex libris,ſcílicet ſolis,ſine intérprete,quaſi dicat nõ poteſt intélligi. Deſýderãt. ſcílicet libri iuri ciuilis. Doctorẽ. qui uiua uoce declâret. Lumen. expoſitiônem áliquam & commentatiônem, quæ apériat mentem iuriſconſultorum,quaſi lumen quoddam.

Velia

Rhegium.

Nullam

certe.debêre id abſenti non pótui. Itaq; vt primùm Velia nauigâre cœpi, inſtítui Tópica Ariſtotélica cõſcríbere, ab ipſa vrbe cõmónitus amantíſsima tui. Eum librũ tibi miſi Rhegio ſcriptum, quàm pleniſsimè res illa ſcribi potuit. Sin tibi quædam videbuntur obſcuriôra, cogitâre debebis, *NVLLAM ARTEM Literis ſine intérprete, & ſine aliqua exercitatione pércipi poſſe. Non longè abíeris. num ius ciuile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? qui quáquam plúrimi ſunt, *doctorem tamen, lumenque deſýderant.

*P.V.C. DOCTOREM tamen unúmque deſíderant. Non díſplicet Pauli coniectura.nam & ueſtigiis hæret priſcæ lectiônis,& ſenténtiam idóneam habet.

HVBER. SI attentè ſi ſæpiùs: duo dixit,quæ neceſſária ſunt díſcere uolenti,ut ſtudioſè attentèq; legat & ſepè,neq; enim ſatis eſt óculo percúrrere, ſed mente reſpícere, neq; ſemel,ſed ſæpiùs. Per te. ſine doctôre & lúmine áliquo. Ipſi loci.tractatur in eo libro de locis artis,ut ſuprà notáuimus. Occurrant. ſint obuii & prompti. Exercitatiône. quæ uincit ómnia præcepta magiſtrórum. In qua exercitatiône. Continébimus te. quia interdum de his rebus tecum agam. Redierîmus. Romam. Iſta. res Romanas. Salua.i. íntegra, in ſtatu ſuo. Offenderîmus.inuenerîmus.

quanquam tu ſi attentè leges, ſi ſæpiùs,per te omnia cõſequêre,vt certè intélligas:vt vero etiam ipſi tibi loci propóſita quæſtiône occurrant,exercitatione cõſequêre. In qua quidem nos te continébimus,ſi & ſalui redierîmus, & ſalua iſta offenderîmus. Vale. V. Calend. Sextiles Rhegio. 23 Iulij

ASCEN. CERTE.id eſt ſaltem aut quod certum eſt, non tribúerem, id eſt non ſpontè offérrem, tibi præſenti.non potui ſup.negâre,aut ut áliqui habent non delêre. Alii tamen habent non debêre, ſed non placet, tibi abſenti id. Itaque ut primum,id eſt cum primùm,aut ubi primùm,id eſt ſtatim poſtquàm, cœpi nauigâre.i.diſcédere nauigando,Velia,id eſt ab eo óppido,in quo Trebátius,ut dictum eſt,multùm diligebâtur, inſtítui conſcribere.ſ.latino ſermône,Tópica Ariſtotélica.i.libros Ariſtótelis philóſophi nobilíſſimi de totis locis argumẽtationum,commónitus ab ipſa urbe amantíſsima tui. Ego miſi tibi eum librum.ſ.topicôrum à me trãlatórum,ſcriptum Rhegii.i.in eo óppido,quàm.i.quantùm,potuit illa res ſcribi pleniſsimè. Sin.i.ſed ſi,quædãm uidebuntur ſup.in eo obſcuriôra.ſ.ad intelligendum prima lectione,tu debébis cogitâre nullam artem poſſe pércipi literis.i.ex ſcripto ſine intérperte & ſine áliqua exercitatiône. Non abíeris longè à profeſſiône tua, ad confirmãdum quod dixi exemplo. Num.i.nunquid ius ciuile ueſtrum.i.quod uos iuriſconſulti profitémini, poteſt cognoſci.i.perfectè diſci ex libris,quaſi dicat ſcio quòd nequâquam:unde addit, qui.ſ.libri quanquam ſunt plurimi,tamen deſýderant doctôrem & lumen.i.elucidatiônem. Quanquam.i.tametſi,tu ſi leges.ſ.librum topicôrum attentè.i.cum accuratiône & diligéntia,& ſup.ſi leges ſæpiùs, quia quod prima lectione cápere non póſſumus,iterâta lectiône,non raró conſéquimur,tu cõſequêre,id eſt obtinebis per te, id eſt ſine intérprete aut doctôre,certè,ut intélligas ómnia:quia perſpicaciſſimo erat ingenio & ex legâli ſciẽtia ad tópica uiam muniuerat. Verò.id eſt ſed,ut etiam quæſtiône propóſita,ſcilicet poſtquam quæſtio ac matéria aliqua fuerit tibi propoſita,ipſi loci occurrant tibi,ſicut eis ſtatim uti poſſis,conſequêre ſup.id exercitatione,ſcilicet ſola,in qua quidẽ ſcílicet exercitatiône,nos cõtinébimus te,quia quãdo áderis,quotidie te exercébimus,& quæſtiones tibi proponémus,ad quos locos cóngruos ápplices,ſi & id eſt ſimul redierîmus,ſcílicet Romam,ſalui,& offenderîmus, id eſt quaſi preter ſpem inuenerîmus,iſta,ſcilicet quę ſunt ubi nunc es.i.res urbanas,ſalua,id eſt non corrupta nec occupâta bello ciuili, quod iam tunc inſtâre formidâbat. Iam enim Trebátius à Gallia redíerat, & Romæ agêbat,ut ſequentes etiam epiſtolæ indicâbunt. Vale Rhegio, id eſt ex eo oppido. Scribit autem Cicero ferè locum è quo,non in quo,& ita in ablatiuo,quinto Calend.Sextiles.

Velia

Tópica, oru[m]

HVBER. AMABILIOR.Laudat Ci.Véliam,ut Trebátio magis perſuádeat, ne uendat ea,quæ Veliæ habêbat,quemádmodũ illum factúrum ſeſe intellexiſſe dicit. Deinde more ſuo iocãs dicit ſe uidiſſe librum quendam Nicônis de uoracitâte, ſeque eo delectâtum,cum longè aliter ſit,quia Ci.ſemper fuit ſibi parcíſſimus. Velia. urbs Lucániæ, ut ſupra dictum eſt. Amabílior. magis amôre digna. Sed quid dicã te.ſ.amâri. Quem.te. Quis non amat.quaſi dicat quílibet. Buſius.uel ut alii códices habent Rufius. Tradúxeris.tranſmíſeris. Ad ædificationẽ. quã facis, cui uis eum præeſſe. Vilior.abiectior. Quàm

Velia. Amabilior

Cicero Trebatio S. D. Epis. 21.

AMabilior mihi velia fuit, q te ab ea ſenſi amâri. Sed quid ego dicam te,quem quis non amat? Rufio mediuſſidius tuus ita deſyderabâtur, vt ſi eſſet vnus è nobis. Sed ego te non reprehendo, qui illum ad ædificationem tuam tradúxeris. Quanquam

enim

CLXXVIII.

enim Velia nõ eſt vílior q̃ Lupercal: tamẽ iſtùc malo,q̃ hæc oĩa. Tu ſi me áudies,quẽ ſoles, has paternas poſſeſſiones tenêbis,

lupercal.locus Romæ ſub mõte Palatîno, de cuius nóminis ratiône & deriuatiône uide Quintilianum,Varronem, & Seruium in vii. Aeneid. In eo loco fortaſſe ædificâbat domum Trebati. Iſtùc. uel pronomen ſit pro iſtud.ſcílicet lupercal,uel aduerbium,& ſubandiâtur uenîre. Quàm hæc ómnia.quæ hábeo Veliæ. Tu.hoc pronomen in principio huius claúſulæ,habet hanc uim,ut ita intélligat Cic.licet malim lupercal quàm hæc ómnia,tamen tu conſilio meo non uendas has poſſeſſiones,quas pater tuus tibi Véliæ relíquit. Si me áudies.ſi parébis conſiliis meis. Lupercal

ASCEN. AMabilior &c.Laudat Véliam urbem Lucánię,in qua Trebátius domum amœnã habêbat,eò ut uidêtur ánimo,ne Trebátius eam uendat.Ordo eſt. Velia.ſ.urbs & portus. Vnde Aeneid.vi. Portúſq; requîre Velinos. fuit mihi amabílior.i. magis amábilis, quòd ſenſi te amâri ab ea.i.ab eius íncolis. Sed quid ego dicam te.ſ.amâri ab ea,quem quis non amat?q.d.nemo:& ita non eſſe mirum ſi ab ea amâtur. Búſius,aut, ut alii legunt Rúfius,tuus mediuſfidius.i.ita mehércules Iouis filius amet,aut deus fídei,ut uerum dico,deſýderabâtur ita ut ſi eſſet unus è nobis.ſ.qui illìc poſſeſsiônes habêmus. Sed ego non reprehendo te.qui tradúxeris illum.ſ.Búſium aut Rúſium ad ædificationẽ tuam. Enim.i.quia quanquã Velia non eſt uílior q̃ lupercal.i. locus ille Romæ ſub Palatîno monte,tamen ego malo iſtùc.ſ.iſtud ipſum lupercal,quæ hæc ómnia.ſ.quàm Véliæ ſunt, & ita non reprehendit q ad illius ædificatiônem traduxerit Búſium. Tu ſi aúdies me.i.ſi obédies mihi,quem ſoles.ſ.audîre,tenêbis.i.non uendes has poſſeſſiones paternas.i.à patre obtentas,quod ſub.ſcribo. Ordo

(neſcio quid enim Velienſes verebantur) *neque Halethẽ nóbilẽ amnem relinques, nec Papyrianam domũ déſeres. *quanquã illa quidẽ habet locum, à quo etiam aduenæ tenêri ſolent: quem tamen ſi excíderis, multũ proſpéxeris. Sed in primis opportunũ vidêtur, his præſertim tẽpóribus, habêre perfúgiũ, primùm eorũ vrbem, quib⁹ chari ſis: deinde etiam tuam domũ, tuoſq; agros, eaq; remôto ſalûbri, amœnoq; loco: idq; etiã mea îtereſſe mi Trebati árbitror. Sed valêbis, meaq; negócia vidêbis, meq; Diis iuuantibus, ante brumam expectâbis. Ego à Sexto Fabio Nicônis diſcípulo librum ábſtuli Νίκωνος περὶ πολυφαγίας. O medicum ſuauem, meq; dócilem ad hanc diſciplinã. Sed Balb⁹ noſter me de hoc libro cælâuit, te quidẽ non vidêtur. Ventus increbeſcit. Cura vt valeas. XIII. Calen. Sexti. Velia. 20 Iulij

HVBER. VEREBANTVR. timêbant. Neſcio quid de uenditione tuarũ poſſeſſiônũ:alii códices habent. Neſcio qui.i.quidam Veliẽſes. Halethem.fluuium Lucániæ, iuxta quem erãt poſſeſsiônes Trebatii. Papyriânam. quę olim fuit Papyrii,& adhuc retinêbat nomẽ. Quẽ. locum. Excíderis.pateféceris. uel ut ego puto iocans Ci.ei benè cónſulit.Dicit enim ſi excíderis.i.ſi deiéceris uel dirúeris,ab eo quod eſt éxcido, ut illud Virgil. Et negat excíſam uitã prodúcere Troia. Multũ proſpéxeris.uſus eſt uerbo ambíguo: nam ſigníficat & uidêre,& prouidêre:réuera autẽ intélligit multũ. præuíderis.magnum tibi cómmodum féceris,quia dixit áduenas ab eo loco tenêri.i.eo loco delectâri, qui erant ei magnæ impenſæ,ideò per iocum cõſulit ut eum diruat ad cómmodum ſuum. Præſertim his tempóribus.i.tálibus tempóribus,quibus multa triſtitia uidêtur imminêre. Tuam do.in qua ſine reſpectu poſſis eſſe,ſi aliquid áccidat. Salûbri.ſano. Intereſſe mea. ut poſſim interdum tecum eſſe, ſi opus fúerit, & iſtis cómmodis frui. Diis iuuantibus.diis concedentibus & fauentibus. Ábſtuli.extorſi,& cum difficultate habui. Νίκωνος.Nicônis. περὶ πολυφαγίας.uoracitâte,& multa cõmeſtiône. O medicum ſuauem.i.facetum & iocundum,qui præcéperit uoracitatem. Dócilem.attentum. Cælâuit me.nihil mihi dixit,cum ſciret iam eſſe ſcriptum. Te nõ uidêtur.ſ.cælaſſe. Ventus increbreſcit.i.fœlix eſt,& me uocat: erat.n.Cic. ſcripta epiſtola nauigatûr⁹ ex Velia, ideò dixit uẽtus increbreſcit.q.d. iam nauigatûrus ſum.Virg.Crebreſcunt optatæ auræ. Halethes

ASCEN. ENIM.i.quia. Velienſes uerebantur neſcio quod.ſ.quod audíerint te uelle alienâre,neq; relinques alecem ab alex alêcis,ut Strabo legit,ut Halêthem ab hales, ut Theócritus,amnem nóbilem iuxta domũ tuam,nec déſeres domũ Papyriânam.i.quæ olim Papyrii fuit,quãquã illa.ſ.domus, quidẽ.i.certè,habet locũ,à quo áduenę ſolent tenêri.i.immorâri delectatiône capti,aut inſidiis, quẽ.ſ.locum, aut periculôſum aut delectábilẽ,ſi excíderis.i.dirúeris,proſpéxeris.i.porrò inſpéxeris è domo tua multũ,aut cõſulúeris utilitâti tuæ,ſi periculũ démpſeris. Sed uidêtur opportunum in primis.i.pręcipuè:præſertim his tempóribus periculôſis,aut propter ſeditiónes aut propter peſtes, habêre profúgiũ.i.locum ad quem confúgias,primùm urbem eorum,quibus ſis charus,deinde etiam domum tuam,& agros tuos,habêre ea,loco remôto.ſ.à ſtrépitu populâri aut ab urbe,ſalúbri & amœno,& árbitror ô mi Trebati id.ſ.te tenêre eas poſſeſſiônes,intereſſe.i.in re & utilitâte eſſe,etiã mea,ut.ſ. tecum hábeã confúgiũ. Sed tu ualêbis,& uidêbis mea negócia,& expectâbis me ante brumam.i.ſolſtitiũ hyemale,quo dies ſunt breuíſſimi,diis iuuantibus.ſ.me,ſine quo adiecto quicquã de ſe pollicêri turpe ſit chriſtiãno homini,cùm éthnicus id adiiciat. Ego ábſtuli à Sexto Fabio diſcipulo Nicônis librum.Niconos.i.Niconis. peri.i.de, polyphágias.i.multa comeſtiône. O medicum.ſ. Niconem ſuauem, & me dócilem ad hanc diſciplinam.ſ. multæ comeſtionis, quo dicto potiùs Trebatium taxat q̃ ſe. Sed Balbus noſter.ſ.amícus celâuit me de hoc libro.i.nullam mihi mentionem fecit,quidem.i.certè,non uidêtur ſup.celaſſe te, de hoc libro.q.d.tu eius diſciplinam egregiè calles. Ventus.ſ.auſter aut alius, uentri cibis onuſto pernicioſus,increbreſcit,id eſt ſit crebrior.cura ut ualeas,Velia,id eſt ex ea urbe.XIII.Calendas Sextilis,id eſt quæ nunc Auguſti ſunt. 20 Iulij

NEQVE Halethem nóbilem amnem. Helethem legi debet,huius fluuii mẽtionem fecit libro.xvi.epiſtolarum ad Att.his uerbis:Erat enim cum ſuis náuibus apud Hálethẽ fluuiũ citra Veliam:quo in loco noſtrũ illud exemplar Helêthẽ habet.Strabo in initio vi.libri ubi de omni illa ora agit,plures ſentẽtias addúcit,unde Vélia à Græcis Helea appellâta eſſe poſsit,nonnullóſq; tradit ab Helethe fluuio ei nomen índitum uoluiſſe.Stephanus inde nomẽ illum accepiſſe affirmat.hæc ipſius uerba ſunt: ὠνομάσθη δ' ἐλέα ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ ἢ νῦν Ἐλέα.

Velia Græcè Helea

a.iiii. Quanquam

Universidad de Deusto Biblioteca

*PETRI VICTO. CASTI. QVANQVAM illa quidem habet lotum, à quo etiam aduenę teneri solent: quem tamen. Hæc est in Mediceo scriptura: quòd si aliquid in ea mendi est, ea parte est, quòd non eo genere Lotum appellat, quo alię arbores appellari consueuerunt, & quo hanc ipsam Vergilius in Culice appellauit:

—inter quas erat impia Lotos
Impia, quæ socios Ithaci mœrentis abegit.

Quàm nefarium facinus lucum (dicatam alicui Deorum syluam) cædere ueteres existimarent, necesse non est docere: pleni sunt huius rei omnes poetarum libri. Dionis tamen accurati historici testimonium adducemus, quod etiam utile esse poterit, quia sermo est de Turullio, cuius mentionem fecit in Episto. ad Ciceronem C. Cassius his uerbis: Sequebatur classis altera, quam anno priore in Bithynia Tullius Cimber compararat, cui Turullius Quæstor præerat. Erat Turullius ex interfectoribus Iulii Cæsaris, qui in Asiam in Antonii amicitiam uenerat, & eum in multis rebus impigrè adiuuerat: quem tamen ille rebus male gestis prodidit Augusto Cæsari, ut ea ratione (si posset) sibi illum placaret. Ilico autem Turullius trucidatus est: & cum in insula Co. supplicio affectus esset, uisum est hoc non sine consilio ac uoluntate Deorum factum esse: nam nõ multo ante ille ad classem ædificandam Aesculapii lucum ibi inciderat, & ex ea materia naues fabricauerat. Verba Dionis καὶ τέλος πούπλιον τουρούλλιον βουλευτὴν ὄντα, καὶ σφαγέα τοῦ καίσαρος γεγονότα τότε φιλικῶς οἱ συνόντα ἐξέδωκεν αὐτῷ. καῖσαρ δὲ τὸν μὲν τουρούλλιον ἀπέκτεινε, ἔτυχε γὰρ ἐκ τῆς ἐν κῷ τοῦ ἀσκληπιοῦ ὕλης ξύλα ἐς ναυτικὸν κεκοφώς, δίκην τινὰ καὶ τῷ θεῷ, ὅτι ἐκεῖ ἐδικαιώθη, δοῦναι ἔδοξεν.

Cicero Trebatio. S. D.

SIlii causam te docui. is póstea fuit apud me, cũ ei dícerem, tibi vidéri spõsionem illam nos sine periculo fácere posse. Si bonórum Turpiliæ possessioné Quin. Cæpio Prætor ex edicto suo mihi dedit, negáre aiébat Séruium, tábulas testamenti esse eas, quas instituisset is, qui factiónem testamenti non habúerit: hoc idem Offilium dícere. tecum se locútum negabat: meq; rogáuit, vt se & cáusam suã tibi cõmendárem. Nec vir mélior mi Testa, nec mihi amicior P. Silio quisquã est, te tamen excepto. Gratíssimum igitur mihi féceris, si ad eum vltrò véneris, eiq; pollícitus eris: sed si amas, quamprimũ: hoc te vehementer etiã atq; etiã rogo. Vale.

HVBER. SILII. Silius quidam amicus Cice. habebat litem de hæreditáte quadam, eum Cic. hac epistola cõmendat Trebátio, rogátque ut ad eum ultrò ueniat, eique polliceátur operã suam. Docui. plane aperui. Sponsionem. obligatoriam promissionem. Videri tibi. te existimáre, tuam esse senténtiam. Si bonorum. ponit uerba, de quibus erat lis, & erat futura spõsio. Prætor. ad prætórem enim pertinébat dare & bonórum possessiónem, & possessiónem bonórum. Hæc enim inter se & secundũ iurisconsultos differũt, quia bonórum possessio est iuris. Possessio uero bonorum est facti. Ex edicto. i. ex constitúto prætório. Negáre aiébat. sensus est. aiebat Silius quòd Seruius Sulpitius dicébat illud testamentum esse nullum, quod esset factum ab eo, qui non habuisset factiónem testamenti. i. qui iure non potuisset fácere testamentum. Trédecim autem sunt casus secundum iurisconsultos, quibus non licet fácere testamentum, quos qui uelit uidére, legat instituta in titulo quibus non est permissum fácere testamentum: & in glosa Acursii eiusdem títuli. Eas esse tábulas testamenti, id est eas tábulas habére uim testamenti.

Bonorum possessio
Possessio bonorum

HVBER. FACTIONEM. potestatem faciendi. Vltrò. non rogátus ab eo. Pollícitus eris. óperam & consilium tuum. Cum primùm. subitò.

ASCEN. SILII cau. &c. Cõmendat Silii amici cõmúnis causam Trebátio, dicẽs. Ego dócui te cáusam Silii. i. quid iuris habéret. Is. s. Silius póstea apud me, cum dícerẽ ei, uidéri tibi. i. ꝙ uiderétur tibi nos posse fácere illam sponsionem. s. quã uolébat fácere sine periculo, si Cępio prætor dedit mihi ex edicto suo bonórum possessionem, quę iuris est, cum possessio bonorum sit facti: unde præpósuit genitiuum bonórum. Túrpiliæ. s. mulíeris testantis. aiébat. s. Sílius, Séruium. s. Sulpitium iurisperitíssimum, negáre eas tábulas esse testamenti. i. habére uim legítimę legatiónis, quas is instituisset, qui non habúerit factionem, id est ius faciendi testamenti, & aiêbat, scilicet Offilium. i. iurisperítum, dícere hoc. negábat se locútum sup. esse tecum, & rogáuit me, ut commendárem tibi se & causam suam. Nec ò mi Testa. s. T. Trebati, quisquam est mélior uir nec amícior mihi Silio, te tamen excepto. Féceris igitur mihi gratíssimum si uéneris ultrò. i. nõ requisitus ab eo, ad eum, & pollícitus fueris ei, sup. operã, aut consilium tuum, sed quamprimùm, id est statim, si amas me, ego rogo uehementer etiam atque etiam hoc. Vale.

Cicero Trebatio S. D.

ILlúseras heri inter scyphos, quòd díxeram controuersiã esse, possétne hæres, quod furtum antea factum esset, furti recte agere. Itaq; etsi domum bene potus, seróque redíeram, tamen id caput, vbi hæc controuersia est, notâui & descriptum tibi misi, vt scires id, quod tu néminem sensisse dicêbas, Sextum Helium, Marcum Manilium, Marcum Brutum sensisse. Ego tamen Scæuolæ & Testæ assentior. Vale.

HVBER. ILLVSERAS. Cum cœnásset Ci. apud Trebátiũ, proposúerat hoc dúbium, utrũ qui esset institutus hęres ab aliquo, habéret actionẽ furti, quod fuisset factum, antequam ipse esset institútus hæres, negáuerat Trebátius, & díxerat néminem id sentíre, contra cuius opiniónem affert Ci. senténtias quorundam iurisconsultórum. Illúseras. deríseras, contẽpseras, quasi uel ignarum iuris, uel ébrium. Inter scyphos. inter cyathos, id est in cõuiuio. Factũ anteà. de bonis eius, à quo esset institutus hæres. Bene potus. uino plenus. Id caput. eum títulum, id capítulum. Notáui, signáui. Néminem sen. néminem sententia sua & opinione sua tenuisse. Sextum Hélium, M. Maniliũ, hęc omnia sunt nómina iurisconsultorũ. Scæuolæ. qui tenet sententiam tuam. Testæ. i. tibi, nam Treba. etiam Testa dicebâtur, ut præcedenti epístola patet, & superióribus epistolis alio loco.

ASCEN. ILlúseras & c. Cum cœnásset Ci. apud Trebátium, proposúerat ei hoc dúbium, utrùm qui esset institutus hæres ab aliquo, habéret actionem furti, qđ fuisset factum, antequam ipse esset institútus hæres: ad quod Trebátius negatiuè respondit, ádditque néminem iurisconsultórum id sentíre, contra cuius opinionem affert nunc Cice. senténtias quorundam iurisconsultórum. Ordo est. Illúseras. i. irriseras, heri inter scyphos. i. pócula, hoc est inter potandum, quòd díxeram esse controuérsiam. i. rem dúbiam, & ad utranqꝫ partem probábilem, ne. i. an, hæres posset ágere recte furti. i. aliquem furti accusáre in iudicio, quod furtum esset factum ánteà scilicet quàm hæres institútus esset. Itaque & si redíeram domum benè. i. multùm potus. i. potu opplétus, & sero. i. tardè, quando notaui id caput, ubi hæc controuersia. i. disputátio, & misi tibi descriptum, ut scires Sextum Helium. M. Manilium. M. Brutum sensisse id, quod tu dicébas néminem sensisse. Ego tamen assentior Scæuolæ & Testæ. i. Trebatio, quia contra sentiunt. Vale.

Cicero. M. Fabio Gallo S. D.

TAntum ex Arpinati véneram, cum mihi à te literæ rédditæ sunt. ab eodemque accépi Auiáni literas, in quibus hoc inerat liberalíssimũ, nómina se factúrum, cum uenisset, qua ego vellem die. Fac quæso, qui ego sum, esse te. est ne aut tui pudóris, aut nostri, primùm rogáre de die: deinde plus ánnua postuláre? Sed essent mi Galle omnia facilia, si & ea mercátus esses, quæ ego desyderábam, & ad eam summam, quã volúeram. Attamen isthæc ipsa, quæ te emisse scribis, non solùm rata mihi erunt, sed etiam grata. plane enim intélligo, te non modo studio, sed etiam amore vsum, quæ te delectárint hóminem (vt ego semp iudicâui) in oĩ iudício elegãtíssimum, quæq; me digna putáris, coemisse. Sed velim máneat Damasippus in senténtia: prorsus enim ex istis emptiónibus nullam desýdero. Tu autem ignárus institúti mei, quanti ego genus omnino signorum omnium non éstimo, tanti ista quatuor, aut quinque sumpsisti. Bacchas istas cum musis Metelli cómparas:

HVBER. TAntùm. Cum instituisset Cice. ornáre bybliothécam suam alíquibus imagínibus, mandárat Fabio Gallo amico, ut eas sibi émeret, ille uero emit bacchas, hoc est baccharum imágines, quas Cice. ostendit professióni suæ non conuenire, quia potius conueniunt iis qui uino & ebrietáte delectantur: deinde dicit se cúpere exornare etiam porticum quandam picturis, quibus máximè fatétur se delectári. Postremò quia Gallus erat emptúrus domum iuxta Cice. ædes ostendit quantam óperam déderit, ut fieret, deinde quàm gratum sibi futúrum sit, ꝙ eam domum hábeat. Ex Arpináti. i. ex agro. Arpináti absolutè posuit & substantiuè, ut si dicam ueni ex Mediolanensi, subauditur agro. Arpinum autem Volscorum óppidum, unde Cice. oriundus fuit. Tantùm. solummodò, proximè tunc. Ab eo scilicet qui réddidit mihi líteras tuas. Liberalíssimum. plenum liberalitátis. Se fa. no. i. débita: nam nomen ut supra alio loco díximus significat & debitum & debitórem, de quibus autem rebus essent hæc nómina, utrum de signis an de aliis rebus ambiguũ est, puto tamen de signis quantùm ex hoc textu coniicimus.

Arpinum
Nomen

Fac te esse, qui sum, eum. i. finge te esse me, pone te loco mei. Est ne. t. p. tuæ modestiæ & uerecundiæ. q. d. non. Rogáre de die. i. rogare ut detur nobis spacium, aut términus aliquis ad soluendum. Plus ánnua. s. die. i. postuláre términum ultra annum. Ad eã summam. ad eam quantitátem. Rata firma, accepta, Studio, diligentia. Coemisse. intelligo. Damasipp9. ut coniicio fécerat ea signa, & se acquietúrum honesto pretio, aut receptúrum signa sua promiserat. In sententia. in proposito aut accipiendi honesti pretii, aut recipiendi signa sua. Institúti. uoluntatis, propositi. Sumpsisti. emisti. Genus om. signo. i. signa & statuas cuiuslibet géneris. Bacchas. scripserat Gallus ista signa Baccharum, quæ émerat, non minus esse pulchra q̃ musarum signa quæ émerat Metellus. Itaque Cice. dicit nullam esse comparationem, neq; signa baccharum suæ bybliothécæ conuenire.

ASCEN. TANtùm & c. Cum instituisset Ci. ornáre bybliothecam suam imagínibus, mandárat Fabio Gallo amico suo ut eas sibi émeret: ille uero emit Bacchas, hoc est baccharum Bacchi sacerdotulárum imágines, quas Cice. ostendit professioni suæ non cõuenire, quia potiùs conueníant iis, qui uino & ebrietáte oblectantur. Deinde dicit se uelle exornáre pórticum picturis. Postremò quia Gallus erat emptúrus domum iuxta Cice. ædes, ostendit quantam operam déderit ut id fieret, deinde quàm gratũ sibi futurum sit ꝙ eam domum Gallus hábeat. Ordo est. Ego tantùm. i. solúmmodò ueneram ex Arpinati. s. agro, cum literæ rédditæ sunt mihi à te. s. missæ, & accepi ab eodem. s. tabellário líteras Auiánas, in quibus hoc erat liberalíssimum se factúrum nómina. i. debitóres inscriptis nomínibus eorum in libro debitórum, aut débita, hoc est se redditúrum mihi pecúniam, cũ. i. postquam uenisset, qua die ego uellem. Quæso fac. i. finge, te esse supple eum, qui ego sum, est ne pudóris tuì aut nostri primùm rogáre de die .i. ut credátur nobis usque ad certum diem. Deinde postuláre sup. diem. i. dilationem, plus. i. longiorem, annua. s. die. i. quæ post annum uenerit. Sed ô mi Galle omnia essent facilia, si &. i. simul mercatus esses ea. s. signa, quæ

Universidad de Deusto Biblioteca

quæ ego deſyderabam,& ad eam ſummam,quam uolueram,quaſi dicat ſe eam poſſe præſenti pecunia ſoluere. Attamen.i.licet,alia quàm deſyderabam emeris,tamen iſta ipſa,quę ſcribis te emiſſe:erunt mihi non ſolū rata.i.approbata.q.d.nolim reſcindere quod per te factum eſt,ſed etiam grata .i.utilia & accepta.Intelligo.n. plane te uſum non modo.i.non ſolum , ſtudio.i.diligenti mihi obſequendi conatu , ſed etiam amore,emiſſe quæ delectant te,hominem,ut ego iudicaui ſemper elegantiſsimum .i.curioſiſſimum & politiſsimum in omni iudicio,quæque.i.& quæ , putaris pro putaueris,digna me.i.ſtatu meo & dignitate mea. Sed uelim ſup.ut Damaſippus qui eadem ſigna redimere aut recipere ſi Cice. non placerent , promiſit , maneat in ſententia .i.propoſito.Ego enim nullam prorſus.i.omnino,deſydero ex omnibus iſtis emptionibus.i.ex omnibus quæ emiſti mihi. Tu autem ignarus inſtituti .i.moris & propoſiti mei : quia tu ſumpſiſti .i.accepiſti, mihi per ſoluenda certa die , iſta quatuor aut quinque ſup.ſigna,tanti.i.tam caro pretio,quanti.i.q uàm magno pretio ego non æſtimo,i.appretior omnino,genus omnium ſignorum. Tu comparas iſtas, ſcilicet quas emiſti Bacchas.i. imagines Bacchi ſacerdotum.& comparas ſup.eas muſis Metelli.i.imagines , aut ſigna muſarum, quæ Metellus comparauerat ſibi.

quid ſimile? Primum ipſas ego muſas nūquam tanti pntaſſem : atque id feciſſem muſis omnibus approbātibus. ſed tamen erat aptum bybliothecæ , ſtudiiſque noſtris congruens. Bacchis vero ubi eſt apud me locus? At pulchellæ ſunt . noui optime , & ſæpe vidi. nominatim tibi ſigna mihi nota mandaſſem, ſi probaſſem. Ea enim ſigna ego emere ſoleo,quæ ad ſimilitudinem gymnaſiorum exornent mihi in palæſtra locum. Martis vero ſignum quo mihi pacis authori ? Gaudeo nullum Saturni ſignum fuiſſe.hæc enim duo ſigna putarem mihi æs alienum attuliſſe. Mercurii mallem aliquod fuiſſet:* fœlicius puto cum Auiano tranſigere poſſemus . Quod tibi deſtinaras trapezophoron: ſi te delectat , habebis. ſin autem ſententiam mutaſti , ego habebo.ſcilicet iſta quidem ſumma næ ego multo libentius emerim diuerſorium Tarracinæ, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim,omnino liberti mei video eſſe culpam , cui plane res certas mandaram:itemque Iunii, quē puto tibi notum eſſe Auiani familiarem.

HVBER. QVID ſi.q.d.nihil tanti, quanti conſtiterunt bacchæ.Approbantibus.affirmantibus ſententiam meā. Sed tamen erit aptum bybliothecæ.ſ. habere muſas quæ conueniunt profeſſoribus literarum. Vbi eſt locus apud me,quaſi dicat nuſquam,cum bacchis cōueniat ebrioſis,& ego ſim modeſtiſſimus & parciſſimus uini, hoc autem Cice. quadam ſtomachatione dixit. At pulchellæ,ſcilicet ſunt: eſt obiectio ex parte Galli. Noui.ſcio ſcilicet eſſe pulchellas. Nominatim . per nomina. Ad ſimilitudinem gymnaſiorum ſicut in gymnaſiis ſolet fieri,ubi ponuntur ſigna ſecundum profeſſionem exercitii. Iuue. Quamquam plena omnia gypſo Chryſippi inuenias:nam perfectiſſimus horum eſt.Siquis Ariſtotelem ſimilem uel Pitacon emit,& c. In paleſtra.in bybliotheca : tranſlatiue poſuit.Martis.ſcripſerat Gallus ſe noluiſſe emere ſignum Martis,quod quidem Cic.dicit ſibi nō
Mars conuenire:quia Mars de⁹ eſt belli,ipſe uero author pacis. Quomodo mihi.ſubaudi,cōuenit,quaſi dicat nullo modo.
Saturnus Saturni.eſt enim triſtis deus & damnoſus. Perſius . Saturnumque grauem noſtro Ioue frangimus una.Iuue.Hæc tamen ignorat quod ſidus triſte minet Saturni.& Maro nr̄,Frigida Saturni ſeſe quo ſtella receptet.Hæc duo ſigna.& Martis & Saturni.Attuliſſe mihi ęs alienū.i.attuliſſe mihi debitū pecuniæ Aliqd.ſignū Mercurii.q eſt deus lucrorū.Oui. v .Faſtorū.Te quicunq; ſuas profitetur uēdere merces.Thure dato tribuas,ut ſibi lucra rogat.& poſt aliquot uerſus. Da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro, & c.Idem etiam ſentit Hora.in ſermonibus. Cum Auiano.de nominibus quæ ſe facturum dixit. Tranſigere.conuenire , concordare , quia darem ei pecunias,neque peterem terminum ad ſoluendum.
Trapezophoron Trapezophoron . alii exponunt menſiferum à deriuatione græca,ſed quid ſit,neque intelligunt,neq; aliis declarant:alii dicunt eſſe uas,quod cacabum ſiue celdare appellant:re autem uera ſignum erat ſacerdotis cuiuſdam huius nominis,qui cum alio Coſmo nomīe omnia ſacra Mineruæ adminiſtrabat, author
Næ Suidas. Næ.i.certe.
Terrachinæ Trachina Terracine.apud Terracinum:aduerbialiter ponitur:eſt autem urbs Circæo proxima, ante Trachina.i.aſpera uocata. Hoſpitii,apud quem ſæpius diuerto. Moleſtus.grauis,odioſus.Eſſe culpam. ꝙ nondum emerim diuerſorium Terracine. Item Iunii.ſ.culpam eſſe uideo.

***P.V.C.** FELICIVS puto,cum auiano tranſigere poſſemus. Coniectura ductus arbitror legendum eſſe FACILIVS.plura hoc mihi perſuadent, & ꝙ uſitata peruerſio eſt : multis enim locis has uoces cōfuderunt librarii, ut ubi FELICIOR legendum eſſet,EACILIOR legeretur: & contrà ubi FACILIOR, FELICIOR.præterea ſuprà inquit,ſed eſſent mi Galle omnia facilia.Senſus denique totus elegantior , & uerior: nulla enim felicitas in hoc negotio reperiri poterat : ſed cupiebat Cicero inuenire, quem illa capere,& delectare poſſent:ſperabatque ſi illa,quæ paulo ante expoſuit, Fabius emiſſet,facilius inuenturum fuiſſe,qui ſe omni iactura,moleſtiaque liberarent.

Exedria quædam mihi noua ſunt inſtituta * in porticula Tuſculani : ea volebam tabellis ornare . etenim ſi quid generis iſtiuſmodi me delectat, pictura delectat.

HVBER. Exedria EXedria.ſedile.codex quidam uetuſtiſſimus habebat ex hedria , quod ſic intelligemus , uideo eſſe culpam Iunii familiaris Auiani ex hedria .i.qui eſſet hedriaticus, ſed magis probo ſuperiorem ſententiam.
Inſtituta.inchoata. Tabellis.pictis. Iſtiuſmodi generis.i.tale.utputa pictura uel ſcriptura . Iſta.talia.ſ. ſcilicet tabellæ pictæ. Quando accerſantur. quando trahantur & ducantur ad me. Quo genere uectu-

ræ.

Sed tamen ſi iſta mihi ſunt habenda,certiorem velim me facias, vbi ſint, quando accerſantur,quo genere vecturæ. Si.n.Damaſippus in ſententia non manebit , aliquem pſeudo Damaſippum,vel cum iactura reperiemus . Quod ad me de domo ſcribis iterum , iam id ego proficiſcens

ræ.qua conditione.ſ.naui,an curru,an aliquo iumento. Damaſippus d e quo ſupra etiam mentionem fecit. Pſeudo.fallacem.eſt autem nomen commune trium generum,& inuariabile per mutationes caſuum . Cum iactura.cum damno meo. De domo.quā es empturus hic. Proficiſcens.diſcedens Roma. **Pſeudo**

ASCEN. QVID ſimile ſup.eſt inter ipſas,quaſi dicat nihil, quod & ſequentibus probat. Primum ergo nunquā putaſſem ipſas muſas.i.muſarum imagines.ſ. quanti emiſti Bacchas longe uiliores, atque feciſſem id omnibus muſis approbantibus,cum.ſ.uerum ſit,ſed tamen ſup.habere muſas , erat aptum bybliothecæ,& congruens ſtudiis noſtris. Vero pro ſed, ubi eſt locus Bacchis.i.ſacerdotibus Bacchi apud me quaſi dicat nuſquam. At.i.ſed ſup.Bacchæ ſunt pulchellæ.i.aliquantulum pulchrę.ego noui optime,& uidi ſup.eas ſæpe ſi probaſſem.ſ.emptionem , mandaſſem tibi nominatim.i.per propria nomina ſigna nota mihi. Ego enim ſoleo emere ea ſigna, quæ exornēt mihi locum in paleſtra.i.exercitatorio meo,hoc eſt in bybliotheca mea,ad ſimilitudinem gymnaſiorum.i.locorum exercitationis publicæ, ſiue literariæ,ſiue alterius. Vero.i.ſed,quo.i.ad quid,aut ad quem uſum, ſignum Martis ſup. eſt,aut ſit mihi authori pacis.i.cum Mars ſit deus belli,ego autem ſemper amator pacis.Gaudeo nullum ſignū Saturni ſup.fuiſſe inter ea quæ emiſti. Ego enim putarem hæc duo ſigna.ſ.Martis & Saturni,attuliſſe æs alienum.ſ.debitum,aut quia Martis & Saturni planetarum ea uis eſt , aut ꝙ per bellum cui Mars præeſt pecuniæ ſæpe exhauriuntur , & Saturnus tanquam ſenex & auarus ærarium publicum in æde ſua conſeruet . Mallem aliquod ſup.ſignum Mercurii.ſ.dei mercationum,reconciliationum,facundiæ,factorū & c.fuiſſet, puto ſup. ꝙ propter Mercurium poſſemus tranſigere.i.paciſci , cum Auiano fœlicius.i.cum minore damno. Tu habebis Trapezophoron.i.ſignum cuiuſdam ſacerdotis,qui cum alio ſacerdote nomine Coſmo omnia ſacra Mineruæ adminiſtrabat,authore Suida: dicitur autem quaſi menſifer.i.menſam nummulariorum ferens, quod .ſ.ſignum tibi deſtinaras.i.animo adiudi caueras tibi.Sin autem.i.ſed ſi mutaſti ſententiam.i.ſi nō amplius petis ego habebo ſup.ipſum. Scilicet.i.ut ſcire licet.iſta quidem ſumma ſup.eſt.i.præcipua ſententia,ne.i.certe,ego emerim libentius multo diuerſorium.i.hoſpitium aut ædes ad quas ab itinere me diuertam, Tarracinæ.i.apud Terracidam urbem iuxta Circeum,ne ſim ſemper moleſtus hoſpiti.ſ.meo ad quem frequenter accedere ſolebat iure hoſpitalitatis non mercede apud eum uicturus. Nam tunc paucæ erant cauponæ murenarię aut diuerſoria omnibus pretio patentia.Ego uideo culpam ſup.aliquā eſſe omnino liberti mei,cui mandaram plane.i.aperte res certas , hoc eſt ut aut cunctanter domum emeret , aut res certas quas tu mihi emeres:itemque.i.& conſimiliter uideo culpam eſſe Iunii,quem familiarem Auiani.i.cū ſit familiaris Auiani , ego puto eſſe notum tibi. Quædam noua ſunt inſtituta.i.incœpta mihi exedria.i.in ſedili , aut loco ad ſedendū,i porticula.i.pua porticu,Tuſculani.i.uillę Tuſculanę:dici poſſet quędā exhedra niſi exhedra fœmininū ſit.ego uolebā ornare,tabellis.ſ.depictis,ea uidelicet noua. Etenim ſi quid iſtiuſmodi generis,quod ad ornatum pertinet,delectat ſup.me,pictura delectat. Sed tamen ſi iſta.ſ.ſigna quæ emiſti,ſunt habenda mihi.i.ſi debebo ea habere,uelim ſup.facias me certiorem ubi ſint.Quando accerſantur.i.afferantur , & quo genere uecturæ.Si enim Damaſippus nō manebit in ſententia,quia dicebat ſe ea uelle retinere,nos reperiemus aliquē pſeudo.i.falſum,Damaſippum.i.qui ea ſigna recipiet,uel.i.etiam,cum iactura.i.damno rei noſtræ,quia minoris illi uendemus q̄ nobis conſtent. Quod ſcribis iterum ad me de domo.ſ.tibi emenda,aut potius conducēda,ego iam proficiſcens.

***PETRI VICTO. CASTI.** IN porticula Tuſculani,ea uolebam tabellis ornare. Porticulas appellat, quas Gręci ςοΐδια: illas autem partes domus tabulis pictis ueteres ornabant,quod ex Diogene quoque Laërtio intelligitur,apud quem Theophraſti doctiſsimi hominis elegantiſsimique omnium philoſophorum in teſtamento ipſius hæc uerba ſunt: εἶτα ὃ ςωΐδιον οἰκοδομηθῆναι τὸ πρὸς τῷ μουσείῳ μὴ χεῖρον ἢ πρότερον. ἀναθεῖναι δὲ καὶ τοὺς πίνακας ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοι εἰσὶν εἰς τὴν κάτω ςοάν. In inferiore igitur porticu Græcus homo,& ipſe tabulas collocari mandauit , ſed in quibus terræ ambitus deſcripti eſſent,non aliquid quod poſſet coloribus aut artificio magiſtri delectare.

mandaram meæ Tulliæ. Ea enim ipſa hora acceperam tuas literas, egeram etiam cum tuo Nicia , quod is vtitur , vt ſcis familiariter Caſſio. Vt redii autem , prius q̄ tuas legi has proximas literas , quæſiui de mea Tullia,quid egiſſet:per Licinium ſe egiſſe dicebat. Sed opinor Caſſium vti non ita multum ſorore.eam porro negare ſe audere, cum vir abeſſet, (eſt enim profectus in Hiſpaniam Dexius) illo& abſente & inſciente migrare.

HVBER. MANdaram. dederam negociū.Meæ Tulliæ.filiæ meæ. Quęſiui,interrogaui. De mea Tullia.i.à mea Tullia.Egiſſe per Licinium.ſ.ſe uſam eſſe Licinio ad hanc rem,& per eum tractaſſe Caſſium.is frater erat uxoris eius,qui erat uenditurus domum, neque enī probo , quidam dicunt Caſſium nomen proprium mulieris declinatum ſicut Glycerium. Eam ſororem. Illo.Caſſio. Primum.duas adducit cauſas,quibus oſtendit plurimo æſtimatam conſuetudinem eius uitæ à Fabio Gallo. Sed plane mecum.quia ita eſt contigua domui meæ,quod non modo erimus uicini, ſed pene in eadem domo. Deinde.ſecunda cauſa.
Migrare,diſcedere, ut ad hanc domum uenias.
Sed ne uiuam.i.moriar:eſt autem iurantis . Experiar.tentabo,ut habeas hanc domum. Quid interſit mea.&c.q̄tum utilitatis,& mihi & utrique noſtrū hæc res ſit allatura.

ASCEN. MANDARAM id Tulliæ meæ.ſ.filiæ. Ego enim acceperam literas tuas ea ipſa hora.ſ.qua proficiſcebatur. Egeram etiam cum Nicia tuo.ſ.liberto aut amico, ꝙ.i.quia,is ſcilicet.Nicia,utitur familiariter Caſſio,ut ſcis. Autem.i.ſed,ut.i.poſtquam redii,prius quàm legi has literas tuas proximas,quęſiui de te. Tullia mea,ſcilicet filia , quid egiſſet.ſ.de negocio tuo , dicebat ſe

egiſſe

egisse per Licinium. Sed opinor Cassium.s.familiarem Niciæ,non uti ita multum sorore scilicet sua, aut tua. Res inter eos nota,nobis propterea obscurior est. Porro.i.sed,ea scilicet soror,negare.i.negabat,audere se cū uir abesset. Dexius enim uir.i.maritus eius profectus est in Hispaniam, migrare, immutare habitationem. scilicet uiro,& absente & insciente.

Universidad de Deusto Biblioteca

HVBER. GRAtissimum est mihi consuetudinem uitæ uictusque nostri,æstimatam sup.esse, à te tanti. Primū ut sumeres eam domum.i.tam uicinam domui meæ, ut non modo posses habitare prope me, sed plane.i. omnino mecum, quia frequenter una sint futuri,deinde ut festines tantopere migrare.i.mutare habitationem, & immigrare in eam domum.sed ne uiuam.i.nolim ut uiuam,si concedo tibi , ut tu sis cupidior eius rei scilicet ut mecum aut prope me habites, quàm ego sum. Itaque ego experiar.i.tentabo,omnia.i.quæ ad hoc conducere poterunt. Enim id est quia,ego uideo.i.cognosco,quid intersit mea.i.quātum sit mihi utile, & quid intersit utriusque nostrū.i.quid utilitatis utrique afferat. Ego si quid egero.s.de ea re,faciam ut scias. Tu &.i.pariter,rescribes ad omnia,& facies me certiorem, si uidebitur.s. utile futurum, quando expectem.i.expectare debeam te. Vale.

HVBER. AMoris.Conquéritur Cic.de leuitáte Tigellii Sardi cātóris& músici,de quo Hora.in ser.mentionem fecit.Is enim commotus fúerat in Cic.ꝙ quo die eius óperam exegisset in iudicio,dixisset Cice.se præstáre non posse, quia necesse fuisset ei ire in consilium pro P.Seruio , quocunque autèm alio die uoluisset se præstaturum,quare Tigel. discessit à Cice.iratíssimus. Deinde in fine epístolæ petit Cice. à Gallo librum quendam,quem ipse Gallus de Catóne scripserat. Vestigia.signa, subaudi uideo. Quoquo me uerti.i.quacunque parte me uerti, quocunque aspexi. Vel,etiam. Proximè.nupertimè.De Tigel.id est in causa Tigel.s.uidi uestigia amóris tui. pauca.s.dicam. Citiùs op.deest uel dicendū fuit , uel aliquid tale. Non dormio omni.i.non nego ómnibus operam meam.Non ser.omnibus.i.non expono me omnium arbitrio. Quæ est hæc scilicet quasi dicat parua aut nulla. .Olim,libera ciuitate,& repu. nondū à Cæ.oppressa. Regnáre.obtinére principátum. Non tam ab ul.s.obseruábar,quàm obseruor.i.honóror. Præter istum.excepto isto Tigellio Sardo.Istum autem ad contemptum dictum est. Fuit autem ut scribit Acron gratíssimus Cæsa. Id in lucris pono,id est existimo mihi esse magnum lucrum habére inimicum hunc Tigellium malédicum & pestilentem,sicut patria sua.Sardinia autem à Sardo Hérculis filio dicta est,authore Solino,duab⁹ rebus máximè pestilens. Soli fuga serpente perexiguo , & herba Sardonia,quę in defluis fontanis próuenit,largius esto,ea si edulio fuerit nescientibus neruos contrahit.Dedúcit ora rictu,ut qui mortem óppetunt interéant facie ridentium,unde in prouerbio extat,risus Sardonius,ut in sequenti epistola uidébimus. Non ferre. non tolleráre,non habére amicum,sed dixit ferre,quasi cum molestia & tædio. — Sardinia

Est mihi gratissimum tanti à te æstimatam consuetudinem vitæ, victusque nostri: primum vt eam domum sumeres, vt non modo prope me, sed plane mecum habitare posses: deinde vt migrare tanto pere festines. sed ne viuam, si tibi concedo, vt eius rei tu cupidior sis, quam ego sum. Itaque omnia experiar. Video enim quid mea intersit, quid vtriusque nostrum. si quid egero, faciam vt scias. Tu & ad omnia rescribes, & quando te expectem, facies me, si tibi videbitur, certiorem. Vale.

M.T.C. M. Fabio Gallo S.D.

AMoris quidé tui, quoquò me verti, vestigia, vel próximè de Tigellio. sēsi enim ex literis tuis valdè te laborasse. Amo igitur voluntátem. Sed pauca de re: * citiùs (opinor) olim, NON omnibus dórmio: sic ego non ómnibus mi Galle séruio. & si quæ est hæc séruitus, olim cum regnáre existimabâmur, non tam ab vllis, quàm hoc témpore obseruor à familiarísimis Cæsaris ómnibus, præter istum. Id ego in lucris pono non ferre hóminem pestilentiorem pátria sua:

ASCEN. AMoris &c.Conquéritur de leuitáte Tigellii Sardi cantóris & musici, de quo Hora.libro pri.sermonum. Omnibus hoc uitiū cantóribus,inter amicos, Vt nunquam inducant animos cantáre rogati. Iniussi nunquā desistant, Sardus habebat ille Tigellus hoc &c. petit deinde librum quem Gallus de Catone scripserat. Ordo est. Ego perspexi quoquò, id est quocunque uerti me,quidem id est certè, uestigia amoris tui,uel, id est etiam,proximè de Tigellio,id est in eo quod egisti pro me de Tigellio. Sensi enim ex literis tuis te laborasse ualdè. Igitur amo uoluntatem,scilicet tuam, licet parùm effecisti,sed sup.loquar pauca de re,id est de negócio,quod mihi cum illo est, opinor citius supple quàm credat cogendum,quod iustum est fácere. Olim nō omnibus dormio, aliis placet esse uerbum Cice. ut subaudiatur particula ut, sic.ut mi Galle ego olim , id est iam à multo témpore,non dórmio ómnibus,id est non nego ómnibus óperam meam, sic non seruio ómnibus.quia Tigellio si ópera mea eguerit non seruiero , aliis uidentur ut etiam mihi,uerba superba Tigellii,dicentis,cum illi exprobratum esset à Cicerone ꝙ ad cœnam inuitàtus loco cantus dormiébat, olim non ómnibus dormio ut sit,sicut dixit supple Tigellius,ego olim non ómnibus dórmio,sic ego ò mi Galle non ómnibus seruio. Etsi,id est tametsi, quæ,id est qualis est hæc seruitus,scilicet mea in patrocinio præstando, quasi dicat nulla,quia ego non obseruábar olim,cū existimábar regnáre, eo ꝙ ex sentētia mea ómnia fiebāt, tam,

tam, id est uehementer ab ullis,scilicet cliéntibus aut ciuibus , quam,id est quantum,ego obseruor,id est color & honóror,nunc ab ómnibus familiarissimis Cæsaris , præter istum , scilicet Tigellium. Ego pono id in lucris,aut in lucrum,non ferre,id est ꝙ non fero,aut non cogor ferre,id est tolerare,cum nulla sit mihi familiaritas cum eo.hominem pestilentiorem pa tria sua,id est qui sit pestilentior q̄ Sardinia patria sua, quæ tamen pestilens est præcipuè duabus rebus.Soli fuga serpente perexiguo, & herba Sardonia, quæ si edulio admisceatur neruos uescéntibus contrahit,& didúcit ora rictu,sic ut morientes ridére uideantur,unde est ris⁹ Sardónicus in Adagio.Præterea in ea est uis taxi,unde mel inficitur.

CAPIVS,ut opínor,olim. Ita scripsimus, ut ab aliis restitútum fuerat. Medicæus tamen C I T I V S.Apud Festum Pompeium,à quo hoc prouerbium explicátur, C A P I V S légitur. Nec tamen est, quòd testimonio huic firmitèr credámus : ipsius enim commentarii , ut ímprobe olim detruncati fuerunt ita nunc multis máculis fœdati sunt.Plutarchus in Erótico,qui totam historiam accuratè expónit,nequam hunc hóminē Cabbam,uel Calbam potiùs appellat:totus autem locus ab Erasmo in Prouerbiis expressus est.Animaduertēdum tamen,quis fuerit ille Mœcenas,à quo uxórem suam subagitári tam æquo ánimo Capius hic, siue Cabba passus sit:non enim familiaris ille Augusti Cæsaris esse pótuit , nam antiquius eius ætate hoc Prouerbium fuit: à Cicerone enim addúcitur,& à Lucilio quoque,uétere poèta,celebrátum fuit. Præterea in uerbis Sex. Pompeii cogitandum,an παράρυγχ⊙ legi debeat,quod puto:quem enim locum ibi pararencho hoc casu habeat non uideo:quamuis docti uiri mendum in illis esse suspicati non sint. *P.V.C.

eumque addictum iam tum puto esse Calui Licinii Hypponacteo præconio. At vide quid succénseat. Phameæ causam susceperam: ipsius quidem causa. erat enim mihi sane familiáris. Is ad me venit, dixitque iúdicem sibi óperam dare, constituisse eo ipso die, quo de P. Sestio in consilium iri necesse erat. * respondi nullo modo me facere posse. quem vellet alium diem si sumpsisset, me ei non defutúrum. Ille autem, qui sciret se nepotem bellum tybicinem habére, & sat bonum vnctorem, discessit à me, vt mihi videbátur, iratior. Habes Sardos venaleis, alium alio nequiorem. Cognouisti meam causam, & istius Salaconis iniquitatem. Catonem tuum mihi mitte, cupio enim légere: me adhuc non legisse, turpe vtrique nostrum est. Vale.

EVM. Tigellium. Addictum.astrictum,destinatū. Calui Licinii.hunc coniicimus fuisse hóminem mordácem & malédicum. Præconio.públicæ detractioni. HVBER.

Hypponacteo.i.aspérrimum,quali utebatur Hypponax poeta Iambógraphus. Stra.lib.xiiii.& Pli.lib. xxxvi.authóribus. Ephésius patria fuit notábili uultus fœditate,qui in statuarios Búbalum & Athénidē qui státuas ipsius deformossissimas in eius contuméliam affixerant , acérrimè inuectus est,& qui imáginem eius lasciuia iocorum proposúerat ridentium circulis, eos Hypponax indignàtus tanta amaritúdine cárminum distinxit,ut credátur áliquos ad laqueum compulisse,ꝙ falsum est, & Ioannes cognomento Cæcus author græcus in Hesiodum scripsit,qui in Catálogo omnium poetarum cum Lambographorū mentionem fáceret inquit λαμβογράφους γλώττοτο ξότας νοεῖ πάριν τε ἀρχίλοχον αἰσχρὸν ἐν λόγοις καὶ λυνὸν ἱππώνακτα πικρίας πλέον,Iambographos lingua ferientes,uide Parim & Archilocum turpem in uerbis & grauem Hypponacta amaritudine plenum. Vide.intéllige. Quid.cur,ob quàm causam. Succénseat.irascatur mihi. — Hypponax

Recéperam.suscéperam defendendam. Dare o.curaturum auditum. De P.Sest.id est propter.P.Sestium. Iri.à me. Quem u.quem cúperet pro eo fácere.

Me nō def.ei.me futurum ei paratum.Sumpsisset.

Alium d.præter illum. Ille autem.per contemptum hoc dicit quasi dicat uide quid fecisset , si habuisset aliquos ex suis magnos, cum ita esset superbus, qui habéret suos uilissimos.s. Tibícines & Vnctores. Bellum.irónicè. Tibícinem. peritum tibiæ.

Bonum unctorem. Vnctor dicebátur , qui in gymnasio palæstritas ungébat.Mar. Nec rapit immeritas sordidus unctor opes.græce dicitur aliptes.Erant autem inter uilis officii hómines. Discessit ita.quia non impetrauit,ut uellem dimíttere causam.P. Sestii,pro qua necesse erat iri in consilium, ut ágerem causam Phameę,pro qua ipse me adiúuerat . Habes. cognoscis, intelligis. Venalis.quasi dicat seruilis conditionis. Aliū alio nequiorem,quasi dicat omnes péssimos. Iniquitatem.iniustitiam in suscipiendis inimicitiis contra me ob hanc causam. Salaconis.i.arrogantis superbi.Salacon enim uir fuit,qui cum pauper esset,se diuitem simulabat,unde Salacones superbi,& Salaconia superbia dicta est,author Suidas. Catonem.librum quem de Catone scripsisti. Turpe utrique nostrum.quia tu uideris negligere amicitiam meam,cui nondum ostenderis,ego esse negligens,qui nondum curauerim uidére. — Vnctor — Aliptes — Salacon — Salacones — Salaconia

ASCEN. ET puto eū addictum.i.destinatū,iam tum.i.iam ab eo tempore,quo mihi inimicari cœpit,præconio Hypponacteo.i.carmini iambico graui & mordaci,quali Hypponax usus est. Calui Licinii.i.quo Caluus Licinius Hypponactis imitator eum proscindet. At.i.sed,uide.i.animaduerte aut ignosce,quid.i.propter quid,succēseat.i.irascatur mihi.Ego recéperam,aut suscéperam scilicet protegendam causam Phameæ, quidem .i.certè, causa ipsius.s.Phameæ,erat enim mihi familiaris,sanè.i.ualdè. Is.s.Phamea uenit ad me,dixitque iudicem constituisse dare operam sibi, eo ipso die,quo.s.die necesse erat iri in consilium de Públio Sestio.i.propter negocium Publii Sestii,respondi me nullo modo posse fácere.i.ágere causam ipsius,& respondi si sumpsisset alium diem,quem uellet me non defutúrum ei. Ille autem qui.i.utpote qui sciret te habére tibicinem.i.canētem in tibiis,bellum.i.aliquantulum bonum,& unctorem.s.palæstritarum,hoc est aliptem,quod uile & sórdidum erat officium,sat.i.satis bonum.i.peritum,utpote Tigellium,nepótem.i.qui sibi nepos esset, discessit à me iratior.i.aliquantulum iratus , quasi qui minitaretur se expostulatúrum eam iniuriam coram nepote suo,ut uidebátur mihi scilicet ex uultu eius. Habes Sardos.s.duos,Phameam & Tigellium, uenaleis.i.facili precio corruptibiles, & quasi seruilis conditionis,alium nequiorem alio. Valla diceret alterum altero, ni

si plures

Universidad de ... Biblioteca

ſi plures ſint quã duo. Tu ô Galle cognouiſti cauſam meam,& iniquitatem iſtius Salaconis, id eſt arrogantis & inaniter ſuperbientis, utpote de propinquitate Tigellii. Salacon enim uir fuit, qui cum pauper eſſet ſe diuitem ſimulabat, unde Salacones inaniter ſuperbi,& Salaconia ſuperbia dicitur, authore Suida. Mitte mihi Catonem tuum.i.librum quem de Catone ſcripſiſti, cupio enim légere ſup.eum, quem ſup.me non legiſſe ad huc, eſt turpe utrique noſtrum. Vale.

Salacones

*PETRI VICTO. CASTI. RESpondi nullo modo me facere poſſe, quum uellem. Ita olim emendaui, imprimique iuſſi: nam quemadmodum nunc oſtendam, in melioribus libris hæc ferè ſcriptura inuenitur, quam Manutii probant quamuis inſimulent me alium ſenſum ex iis uerbis accepiſſe, quod culpa impreſſorum non bene interpunctionibꝰ diſtincta ſint: quaſi ab ullo, qui penitus ſtultus non ſit, alius ullus ſenſus ex iis uerbis elici poſsit. Ego autem impreſſioni non interfui, nec quæ iſtud hominum genus cotidie turbaret, corrigere potui: nam ſæpe me queſtum eſſe de iſtorum negligentia in meis ſcriptis omnibus notum eſt. Sed his relictis: Medicæus codex hanc ſcripturam retinet: Reſpondi me nullo modo facere poſſe quem uellem alium diem ſi ſumpſiſſet. & quæ ſequuntur. Non ſine aliqua omnino peruerſiõe: aliquid enim neceſſario in ea uitii eſt, ſiue prior illa, ſiue poſterior lectio magis probetur. Quare ſæpe de hoc loco ſolliciti fuimus: ac quandoquè ueriti ſumus, ne peccauerimus, quòd aliquid tunc immutarimus: nam ita peccatum eſſe potuit ab uetere librario à dictione illa VELLEM, ut in altera QVEM: peccatum enim omnino fuit: aut enim legendum eſt QVVM VELLEM ut nos tunc ſcripſimus, aut QVEM VELLET, quemadmodum antea in impreſſis libris legebatur, nam recepta lectio non malum intellectum habebat: declaratur enim magis per illam liberalitas Ciceronis,& cupiditas ſatisfaciendi Phameæ, quæ affirmat eum uno illo excepto omnibus aliis diebus in poteſtate ipſius fore. Hæc omnia accuratius acuti, ac docti uiri perpendent: & quid de tota hac re faciendum ſit, ſtatuent.

M.T.C. Fabio Gallo S.D. Epis. 26

responsum admonitarum

QVod epiſtolam cõſciſſam doles, noli laborare: ſalua eſt domi: petes, cum libebit. Quod autem memones, valde gratum eſt: idque vt ſemper facias, rogo.* Videris enim mihi vereri, ne, ſi iſtum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδόνιον. Sed heus tu manũ de tabula, magiſter adeſt citius, quàm putaramus.* Vereor ne in Catonium Catonios. Mi Galle caue putes quicquam melius, quàm epiſtolæ tuæ partem ab eo loco: cætera labuntur. Secretò hoc audi, tecum habeto, ne Apellæ quidem liberto dixeris. præter duo nos, loquitur iſto modo nemo. bene, male ne, videro: ſed quicquid eſt, noſtrum eſt. Vrgeo igitur, nec tranſuerſum vnguem (quod aiunt) à ſtilo. is enim eſt dicendi opifex. atque equidem aliquantum iam etiam noctis aſſumo. Vale.

Idest sardones tenere risu usque ad mortem. gelota sardonium

HVBER. QVod. Mandarat Gallus Cice. ut quandam ſuam ad eum epiſtolam laceraret. Deinde pœnituerat,& ſcripſerat ſe dolere illam epiſtolam laceratam. Itaque adhuc Cice. oſtendit epiſtolã integram eſſe apud ſe,& nõdum ſciſſam: deinde quædam dicere uidetur de Cæ. nouo quodam more & ſibi inſinuato, ne ab ullo præter quàm ab ipſo Gallo intelligatur,& re uera obſcura eſt hæc epiſtola. Noli labora. noli angi, noli cruciari. Salua. integra. Petes. ſ. eam, cum libebit. Me mones. quantum poſſumus conicere monebat eum Cice. ut uideret quomodo loqueretur de Cæ. Vereri mihi. mea cauſa uereri & timere. Iſtum. quidam intelligunt Cæſa. Rideamus γέλωτα σαρδώνιον. i. rideamꝰ riſum Sardonium, quẽ aliqui dicũt eos tenere uſque ad mortẽ, quos tarcontella animal momorderit, puto tamen intelligi riſum Sardonium, propter herbam Sardoniam, quam qui inſciens comederit, mortem obit facie ridentis, ut in præcedenti epiſtola diximus. Sed heus nõ tã uocantis, q̃ monentis eſt. Manum. ſ. aufer. De tabu. ſ. ne ſcribas contra eum.

ASCEN. QVod epiſtolam & cæ. Mandarat Gallus Ciceroni quandam epiſtolam lacerare, deinde petierat id eum non facere, unde ſcribit ſe eam integram habere. Deinde quædam obſcura quæ erant in illa epiſtola ſic tangit, ut præter eos uix quiſquàm intelligere poſsit, nec mirum cum ſecretum id haberi uelint. Verùntamen illud quod Huber. penitus incognitum cenſet, ne in Catonium & c. Beroaldus explicare uidetur, dicit enĩ Catoniũ Laberianũ eſſe uocabulũ, hoc eſt, quo Laberius uſus eſt pro inferno, in illo uerſu. Tollet bona fide uos orcus nudas in Catoniũ .i. infernũ. Et legit non Catonios, ſed Cato nos, ut ſit uereor ne Cato nos ſup. deducat in Catonium. i. quaſi ad orcum aut mortem. Si quis tamen Catonios malit legere non abſurdus fuerit ſenſus, ut cum ordine aperiam. Ordo autem eſt. Quòd doles epiſtolam. ſ. quam iuſſeras conſcindendam, conſciſſam ſup. eſſe, noli laborare. i. proptereà dolore affici. ipſa ſup. eſt domi. ſ. meæ, ſalua. i. adhuc integra, petes ſupple eam à me, cum. i. quando lubebit. Valde gratum eſt ſup. mihi, ꝓ mones me. ſ. cauere aut proſpicere mihi, & rogo ut facias id ſemper. Tu enim uideris mihi uereri, niſi habuerimus iſtum. ſ. defenſorem, aut alium, quem impune ridere poſſemus, rideamus. i. ꝓ rideamus, τὸν γέλωτα. i. riſum σαρδώνιον. i. pernicioſum, qualem rident qui herbam Sardoniam comederunt,& facie ridentibus ſimili moriuntur aperto ore. Sed heus tu, reuocantis eſt uox,& adhortantis, ſup. retrahe manum de tabula. ſ. luſoria, aut ut quidam opinantur. i. noli iocari, cum lupus ſit in fabula, aut de tabula in qua quicquam in Cæſarem ſcribas.

Catoniũ

ordo

*PETRI VICTO. CASTI. QVOD epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare: ſalua eſt domi, petes cum libebit. Ita legitur in cunctis impreſſis, à quibus Medicæus diſſentit: DOMO enim, non DOMI habet. quæ ſcriptura ſi attentè conſideretur, fortaſſe peior, inelegantiorque non erit: ita autem diſtingui debet: Salua eſt: domo petes cum libebit. Cũ enim dixit, SALVA EST, eripuit illi errorem, in quo erat, qui arbitrabatur illam conſciſſam,& ex ea re dolorem capiebat: cum addidit, DOMO PETES, declarauit penes ſe illam eſſe, ſeque illius copiam ei facturum ſẽper eſſe: Domo petes, dictum eſt, quemadmodum etiam Petere à Græcis, Petere è macello, aliis in locis Cicero dixit: eſt enim peculiaris ipſius locutio, non alia ratione, quàm Adferre domo, Depromere domo. Locus in Bruto deprauatus eſt, ubi hoc ſermone Cicero uſus fuerat cum cauſam redderet, cur ueteres numeris uſi non eſſent, alia autem ornamenta orationis maturè uſurpaſſent: inquit enim, Itaque tranſlata, aut facta, aut iuncta uerba facilè ſunt cognita, quia ſumebantur è conſuetudine, cotidianoque ſermone: numerus autem non domo depromebatur, neque habebat aliquam neceſsitudinem aut cognationem cum oratione. Ideo inquit, oratio ueterum numero caruit, quia unde numeros diſcerent non habebant: fuit enim res operoſa & difficilis: præterea neceſsitas non cogebat illos uti numeris, quemadmodum ſæpe cogit uti uerbis tranſlatis aut factis, aut iunctis cum propria & uſitata non ſunt, non depromebatur domo: non accipi poterat à conſuetudine, domeſticoque ſermone, ſed à doctoribus petere neceſſe erat uel potius diuturna accurataque ob-

ſeruatione notare. In cũctis impreſſis MODO DEPROMEBATVR legitur: quæ peruerſio alios quoque Ciceronis locos occupauit. Annus eſt, cum hoc animaduertimus, cumque non multis poſt diebus Petrꝰ Bembus Romam proficiſcens hàc iter faceret (uir ſummo ſtudio ab omnibus, atque uno ore ſemper laudatus, nunquam tamen ſatis laudatus) noſque in itinere illum ſalutaſſemus, me autem ille humaniſsimè accepit, familiariterque mecum diu locutus eſt: orto ſermone de ſtudiis literarum,& Ciceronis ſcriptis, dixi me putare hunc locum ita legi debere,& alterum etiam in oratione de Aruſpicum reſponſis, quem parua quædam labes, quę tamen omnes fefelliſſet, fœdabat: atque ita fœdabat, ut ſplendidiſsimum lumen orationis obrueret. Ne id quidem ſentis, conniuentis illos óculos abaui tui magis optandos fuiſſe, quàm hos flagrantis ſororis. In cunctis autem impreſsis o s, mendoſè legitur: ſunt enim antitheta, reſpondetque HOS, ſuperiori uoci ILLOS. FLAGRANTIS autem dictioni CONNIVENTIS: neque enim eſt, ut imperiti crediderunt, generandi caſus: neque pertinet ad SORORIS, ſed ad OCVLOS. Nam pro Cælio etiam Cicero inquit, Non flagrantia oculorum: cum de eadem muliere loqueretur: & Catullus, Flagrantia lumina Ariadnæ, Theſei amore correptæ, appellauit. HOS autem,& ILLOS ſæpe dixiſſe Ciceronem cum contraria contrariis redderet, declarat etiam locus hic, qui ab ipſo quoque adducitur, cum de hoc ornatu orationis loqueretur in Oratore: Conferte hanc pacem cum illo bello, huius Prætoris aduentum cum illius Imp. uictoria, huius cohortem impuram cum illius exercitu inuicto, huius libidines cum illius continentia: ab illo qui cepit conditas, ab hoc qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas. Sed non fuit in his confirmandis tantopere laborandum, cum eos doctiſsimo, ac maximi iudicii uiro probauerimus: uiſus eſt enim illis delectari,& non parum induſtriam noſtram laudauit. In epiſto. autem ad Fabium, qui receptam lectionem retinere uolet, non magnopere me aduerſum habebit: atque his tamen non moleſtè feret, me ea occaſione alium locum manifeſtò corruptum reſtituiſſe.

*PETRI VICTO. CASTI. Videris enim mihi uereri, ne ſi iſtũ habuerimꝰ. Medicæus liber, niſi iſtũ habuerimus. ſemper mihi ſuſpectꝰ hic locus, ac merito quidem, fuit: & ſanè tota epiſtola obſcurior. Quid mihi in mentem non multo antè uenerit, libet narrare. Arbitror legendum eſſe, Niſi iſtum cauerimus. Quibus autem argumentis ductus hoc faciam, cum expoſuero, qui non probabit, totã opinionem meam reiiciat. ſententia, ut patet, egregia eſt. intelligit enim per iſtum Cæſarem, cuius uoluntatem lædebant, quòd perpetuum inimicum eius laudabant, quẽ Gallus putabat cauendum, ac pertimeſcendum, quòd quibus uellet incommoda multa conciliare poſſet. In dictione etiam illa immutanda nulla, aut parua licentia nos uſos nunc oſtendemus. Obſeruauimus aliis in locis in Medicæo codice H, pro C, poſitam eſſe, ut in epiſtola Lẽtuli ad Ciceronem locus ille ſic legitur. clxxix. Præterea mihi promiſerunt Panſa,& Hirtius horam. In antiquis etiam lapidibus ita quãdoque ſcriptum eſt, ut docti,& diligentes uiri adnotarunt: nam ſæpenumero ueteres librarios pro V, B, ſcripſiſſe,& contra, magis notum eſt, quàm ut exemplis confirmari oporteat. Addam (quanquam uereor ne hæc mea diligentia nimia nonnullis in re ſatis aperta uideatur) aliis in locis in Medicæo me obſeruaſſe duo VV, poſita eſſe, ubi unũ ſatis erat, ut in epiſtola ad Cælium ſic locus ille legitur xxviii. Præſertim contra euum, cui ſpero me ſatisfeciſſe. Nam aptè reſpondere hoc uerbum ſuperiori perſpicuum eſt. ſic enim crebro Cicero locutus eſt ſecun. Philip. Et ſimul admonet quicquã, quod cauebimus. II. A quo admoniti, diligentius & uigilantius caueamus Antonium. Memini diſertum nobiliſsimum uirum,& ſumma ingenii laude florentem, cui ego & in ſecunda,& in aduerſa fortuna ualde amicus fui, ſed magis in perditis ipſius rebus officii gratia familiaris, qui & ipſe hũc locum deprauatum eſſe cenſebat, ſic eum emendare ſolitum, Ne ſi ſtilum acuerimus. Nondum autem quæ à me ſupra expoſita ſunt, excogitaueram, ut uidere potuerim, quid ipſe acutiſsimi ingenii uir de hac mea ſuſpitione ſentiret. Illum autem nomine etiam appellarem, ſi arbitrarer hãc rem poſſe ei aliquam laudem afferre.

HVBER. MAGiſter. Cæſarem intelligit, quem magiſtrum appellat, quia eum timeant tanquam diſcipuli magiſtrum. In Ca. Ca. ita ſcriptum erat ĩ codice uetuſtiſſimo, quidam hoc loco ſomniant Catonios intelligi ſeueros, ut ſit, uereor ne Catonios in Catonium. ſ. Cæ. ſeuerum, ſubaudi uideamus aut moueamus, ego autem nihil adhuc inueni, aut audiui, aut excogitaui, quod mihi ſatiſfaciat, puto enim Cice. ita de induſtria locutum eſſe ne intelligeretur, ſunt tamen q ita legunt, uereor ne in Catonem Cato in nos, quæ lectio eſt tolerabilior, ſed ut dixi fateor me non ſatis intelligere quid Cic. ſentiat. Quicquam me. ſ. eſſe. Ab eo lo. in eo loco,& in ea parte epiſto. quæ incipit. Cætera la. Hæc enĩ uerba erãt in epiſt. Galli. Hoc qđ dixi, nihil eſſe melius q̃ ꝑtem epiſtolæ tuæ ab eo lo. Cætera labuntur. Præter nos duo. duo pro duos dixit in accuſatiuo more græco, ſic Horati. Duo ſi diſcordia uexet inerteis,& Vir. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra uiros. Iſto modo. ita obſcuro. Ne an. Quicquid. i. ſcilicet quod loquimur iſto modo. Noſtrum eſt. noſtræ inuentionis eſt. Vrgeo. ſ. me, alii intelligunt urge quod minus placet. Tranſuerſum unguem. ſ. moueam,& eſt tranſlatio à marmorariis, qui lapidum commiſſuram & æqualitatem digito experiuntur, unde homines ad unguem facti dicuntur ad perfectionem. Hora. Fonteis ad unguem factus homo. Quod aiunt. quod eſt in prouerbio. Is. Cæſarem ſignificat, ut diximus. Opifex. artifex, magiſter. Aſſumo aliquantulum noctis. i. etiam multum uigilo in nocte, quia uideo quo cum homine mihi ſit res, aliqui tamẽ uolunt allegórice intelligi. Aliquantulum noctis. i. aliquantum obſcuritatis. i. obſcure loquor propter hoc, placet tamen melius. Aliquantum noctis. i. aliquantulum uigiliarum, ne negligentiæ ab eo notetur, qui eſt dicendi artifex.

ASCEN. MAgister.i.quem ut magistrum timere debeamus, Cæsar adest citius q̃ putaueramus.s.affuturum, uereor ne Cato.s.cuius nos imitatores sumus,trahat aut ducat aut præcipitet in Catonium.i.orcum aut baratrum inferni,hoc est ne eius imitatio sit nobis causa mortis.Si legatur Catonios pro Catonianos sensus est, uereor ne sup. Cæsar mittat Catonios.i.Catonis partes sequentes,aut facta probantes,ut Gallus qui in Catonis laudem librũ cõposuerat, ut patet in fine superioris epistolæ,& Cice.ob quẽ Anticatones scripserat Cæsar.Alludit ergo ad uocabulum Catonium,uocans Catonios Catonis amicos, id autem potius dixero, quàm Catonos,iam enim mortuus fuerat, sed tamen Cato.i.laus quæ de eo scribebatur & studium eius, poterat mittere in Catonium,quod uocabulum non est à Catone deductum quando infernum significat. Omi Galle caue putes quicquam melius,q̃ partem epistolæ tuæ,ab eo loco cætera labuntur. Audi hoc secretò, & habeto tecum, ne quidem.i.non saltem,dixeris Appellæ liberto tuo. Nemo loquitur isto modo, præter nos duo,id est duos, antiquus est accusatiuus,authore prisciano,quo & Virg.utitur in æneide.Si duo præterea tales Idea tulisset Terra uiros. Et Hora.in ser.Duo si discordia uexet inertes &c. Videro.i.permitte ut uideã,ne.i.an,sup. nos sic loquamur,bene an male.Sed quicquid est.i.siue rectum siue prauum genus loquendi, sup. ipsum est nostrum.i.nobis peculiare. Vrgeo igitur ne sup.quidem, unguem transuersum à stilo.i.non exorbito à stilo in transuersum ad latitudinem unguis,quod est in prouerbio,hoc est,ego sino stilum libere fluere,& non cogo cum ullius metu. Is enim.s.stilus,est opifex.s.optimus,quod etiam Fabius,ait dicendi,atque equidẽ assumo iam etiam aliquantum noctis.i.aut noctu scribo,aut obscure.

*PETRI VICTO. CASTI. VEreor ne in Catonium Catoninos. Medicæus codex VEREOR NE IN CATOMVM CATONINOS. Ita accurate olim de hoc loco disserui, ut necessarium esse non existimem,uerbum, de hac re addere:omnino enim censeo CATONINOS pro CATONIANOS scriptum fuisse,& intelligi debere Catonis studiosos. Nam quin,siue Catomum siue Catonium legendum sit,(nihil enim certi de hac uoce afferre possum) ea dictione inferos,& sedem mortuorum intelligat,non dubito.

HVBER. CVm iam.Scribit Ci.se petiuisse Tusculanum rus suum, quia cum iam decem dies laborasset ex fluxu uentris,& febre tamen caruisset, nõ poterat persuadere iis,qui suam operã exigebant se esse ægrotum,quia careret febre,exponit autem quemadmodum in quadam cœna augurali contraxit hunc morbum,holusculis quibusdam auidius comestis. Postremò dicit se commoraturum in Tusculano,donec se refecerit, quia erat admodum debilitatus eo morbo. Ex inte.i.ex morbo intestinorum.i.ex fluxu uentris. Neque pro.i.neq; ostenderem & persuaderem.Non ua.id est me nõ esse sanum.Quia febrim non ha.multi enim putant eum,qui non habeat febrem,non esse ægrotum, cum tamen multæ ægritudines sint sine febribus. Ne aquam quidem. quæ maxime solet ægrotantibus cõcedi,& maxime cocta. Confectus. debilitatus. Languore. ægritudine. Et fa.inedia,quia per duos dies nihil penitus gustaueram. Tuum offi. ut tu ad me scriberes, uel ut ad me uisendum uenires. Quam meum re.à te.quia in tali casu debueras existimare me non posse præstare officium,& ideo non putaui illud à te requiri. Ego autem.dicit Cice.se timere omnes morbos, sed præcipue duos.s.dysuriam.i.difficultatem urinæ, uel(ut alii uolunt) excoriationem uesicæ,& dysenteriam.i. intestinorum morbum, uel uentris fluxũ,quia stoici ascribunt hos duos morbos duabus turpissimis causis, alterum intemperantiæ, alterum edacitati.

Male accipiunt.reprehendunt,notant. Tuum.latẽter accusat Gallum uoluptatis. Dicant stoici.δυσουρικὰ.δυς in compositione apud græcos malum semper aliquid significat,οὐρέω urino,unde δυσουρία.i,grauitas siue difficultas urinandi,uel (ut diximus) excoriatio uesicæ,eadem ratione δυσεντερίαν morbus intestinorum,nam ἔντερον intestin[um] significat,πάθη.i.passione,dysurica & dysenterica [adi]ectiua sunt.i.passiones urinales & intestinales,ut ita dixerim. Alterum edacitatis.s.dysenteriam.i.crapulæ & nimiæ comestionis,quia ex nimia repletione plerunq; prouenit fluxus uentris.Intemperantiæ turpioris, id est libidinis & actus Venerei,ex quo prouenit excoriatio uesicæ. Iam senescentis. quia uincitur tempore morbus sicut homo.Remissio.iminutio.Ne mirere.cũ dixerim hæc ex duabus rebus turpissimis,puenire,quibus scis me nõ delectari. Commiserim.peccauerim.

Cicero Gallo S.D.

CVm decimũ iam diem grauiter ex intestinis laborarem, neque iis, qui mea opera vti volebant, probarẽ me nõ valere, quia febrim non haberem: fugi in Tusculanum. cum quidem biduum ita ieiunus fuissem, vt ne aquam quidem gustarem. Itaque confect⁹ languore,& fame, magis tuum officium desideraui,q̃ abs te requiri putaui meum. Ego autem cùm omneis morbos reformido tùm quod Epicurum tuũ Stoici male accipiunt,* quia dicant δυσουρικὰ, καὶ δυσεντερικὰ πάθη sibi molesta esse, quorũ alterũ morbũ edacitatis esse putãt, alterũ etiã turpioris intemperãtiæ. Sane δυσεντερίαν pertimuerã. Sed visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiã relaxatio, vel ipsa fortassis iã senescẽtis morbi remissio profuisse. Attamẽ ne mirere, vnde hoc acciderit, quõ ve cõmiserim: lex sũptuaria, quæ videtur λιτότητα attulisse, ea mihi fraudi fuit. nã dum volunt isti lauti terrã nata, quæ lege excepta sunt, inhonorẽ addùcere, fũgos, heluellas, herbas oẽis ita cõdiunt, vt nihil possit esse suaui⁹. in eas cũ incidissem in cœna augurali apud Lentulũ, tãta me διάρροια arripuit, vt hodie primum videar cœpisse consistere. Ita ego, qui me ostreis,& murenis facile abstinebã, à beta etiã, & malua decept⁹ sum. Posthac igitur erimus cautiores. Tu tamẽ cũ audisses ab Anitio (vidit enĩ me

Lex

nauseantem) non modo mittendi causam iustam habuisti, sed etiã uisendi. Ego hic cogito cõmorari, quoad me reficiã. nã & uireis & corp⁹ amisi. Sed si morbũ depulero, facile (ut spero) illa reuocabo. Vale.

Lex sumptuaria, id est de sumptu quæ moderabatur sumptum conuiuiorũ & uictus,& numerum conuiuarum præscribebat,fuit autem prima lex Orchia, deinde Fania,& postea aliæ multæ, ut scribit Macro. in Saturna. λιτότητα. frugalitate λιτότης, frugalitatem significat. Isti lauti. id est isti qui laute & splẽdide uiuunt. Terra nata.i. ea,quæ ex terra nata sunt, qualia sunt ea, quæ subdit,scilicet fungos &c. Quæ excepta sunt lege. quæ non continentur in lege sumptuaria, quia per eam non prohibemur eis uesci. Heluellas. heluellæ (authore Festo) dicuntur olera minuta. Herbasque omnes.post speciem transiuit ad genus, ne singula cõmemoraret. Condiunt.conficiunt,sapide componunt. In cœna augurali.aut quæ fiebat inter augures, aut quæ fiebat causa noui auguris. διάρροια. fluxus, effusio uentris. Hodie primum. tantum hodie, nam superioribus decẽ diebus coactus sum iacere. Ostreis & murenis.cibis delicatiorib⁹,ostreæ enim in magno luxu & exprobratione apud antiquos fuerunt. Sergius Orata,ut scribit Plin.in baiano ostrearum uiuaria instituit, primumq; docuit optimum saporem esse Lucris.Murenæ uero anguillis similes,olim in delitiis fuerunt, præcipue ex freto siculo missæ,illic enim saginabantur,ut in summo pelagi emergerẽt & fluitarent,inde à græcis plotæ, à πλέω, id est nauigo,à nostris flutæ à fluendo dicuntur,nam torrefacta pelle sole, mergi iterum non possunt,& manu capiuntur.Mar.Quæ natat in siculo grandis murena profunda,Non ualet exustam mergere sole cutem. Murenarum autem uiuaria primus (authore Plin.) excogitauit Curius,qui triumphalibus cænis Cæs. dictatoris septem millia murenarum appendit. Beta & maluæ.herbæ sunt uiles & quibuslibet hortis familiares. Deceptus sum,quia comessem auidius,eo quòd non uiderentur esse gulositatis,mouerunt fluxum uentris. Cautio.neque credemus facile quibuslibet cibis. Nauseãtem.nausea dicitur ex graui odore perturbatio stomachi ad uomitum,dicta à naui, ex cuius sentina mouentur uomitus,inde nauseare stomacho,perturbari,& ad uomitum moueri dicitur,Iuue.Ergo maritus nauseat.Mittendi.aliquem ad me. Hic.in Tusculano. Quoad.quousq;,donec. Et uires & corpus.uires corporis.Morbum. hunc fluxum uentris. Reuocabo. recipiam, resumam. Illa. uires & corpus. Vale.

Heluellæ. Ostreæ. Murenæ. Plotæ. Flutæ. Beta. Malua. Nauseare.

ASCEN. CVM decimum &c. Dicit se petiisse Tusculanum suum,quia iam decem dies laborauerat ex fluxu uentris quem in cœna augurali contraxerat,docétque se inde nõ abiturũ donec conualeat.Ordo est.Cum ego laborarem grauiter ex intestinis,id est dolore & profluuio alui,iam decimũ diem, neque probarem, id est persuaderem,iis qui uolebant uti opera mea,me non ualere.i.non sanum & ualidũ esse,quia non haberem febrim,non enim putabant morbum alui sine febre satis grauem, ut à causis dicendis abstineã,fugi,scilicet à frequẽtia populi,in Tusculanum,scilicet agrum & uillam,cum quidẽ fuissem iam ita ieiunus,ut ne quidem gustarem aquã. Itaque, id est & ita,ego confectus, id est fere consumptus languore et fame, desideraui magis officium tuum, ut,scilicet me sustentes,quàm putaui officiũ meum requiri abs te.Ego autem cum,scilicet ita sit, quòd reformido omnes morbos,tum quòd, id est quia Stoici malè accipiunt, id est tractant, hoc est carpunt & arguunt Epicurum tuum.i.cuius sectam sequeris,quia dicant,scilicet Stoici, πάθη.i.passiones & morbos,δυσουρικὰ.i.male urinandi aut mingendi,cum grauitate & excoriatione uesicæ,καὶ.i.&, δυσεντερίαν.i.intestinorum male se habentium,esse molesta,propter uitia unde procedunt,sane particula δυς dys,græcis in compositione malum notat,sicut interdum per nobis,ut peruersus, perfidus &c. Vnde δυσουρία disuria.i.mala aut difficilis urinatio & mictio, cum uesicæ excoriatione adiectiuè aut dicitur dysuricus.Vnde quia pathos neutri est generis,& in plurali dicitur pathe,dixit dysurica pathe molesta,similiter entera dicuntur intestina,unde dysenterica intestinorum morbus,& adiectiue dysenterica pathe,aut ut Græci pronunciãt pathi,quorum,scilicet dictorũ, ipsi putant. Alteram.scilicet dysentericum pathos,esse morbum edacitatis.i.auidæ ac nimiæ comestionis, alterum.s.dysuricum pathos,intemperantiæ etiam turpioris,utpote ueneriæ,quæ nimiam potationem sequitur. Sane ego pertimueram dysenteriam.i.malum intestinorum & alui profluuium,sed uisa est mihi profuisse uel mutatio loci, uel relaxatio etiam animi, uel etiam fortassis remissio morbi iam senescẽtis.i.debilitati per diuturnitatem. Attamẽ ne mirere.i.mireris,unde hoc.s.genus morbi aut pathos acciderit,ue pro uel,quomodo commiserim.lex sumptuaria.i.lata de sumptibus in conuiuiis imminuendis,quæ.s.lex uidetur attulisse λιτότητα,profertur tamen græcis litotyta.i.frugalitatem,nam λιτότης litotetos &c.frugalitas est. ea fuit mihi fraudi.i.detrimẽto sospitatis.i.imposuit mihi. Nam dum isti lauti.i. elegantes & exquisiti conuiuiorum instructores uolunt adducere in honorem nata terrã.i.fruges,herbas & similia,quæ sunt excepta lege,quia de eorũ sumptu lex non loquitur,ipsi condiunt fungos,heluellas.i.minuta holera,authore Festo,& herbas omnes,ita ut nihil possit esse suauius.Cum incidissem in eas.s. herbas dictas, aut in ea.s.terrã nata, in cœna augurali.i. quæ augurum collegio erat apposita, apud Lentulum,tanta diarroia.i.effusio aut profusio alui,arripuit me, ut uideat cœpisse primum hodie consistere.i.fluxum repressisse & stare fecisse. Itaque.i.& ita,ego qui abstinebam me ostreis.i. delicatis illis & lubricis conchiliis,& murenis.i.delicatis piscibus,quas Lampredas quidam,alii flutas,græci plotas uocant,deceptus sum etiam à beta & malua,herbis notis & uulgaribus.Igitur nos erimus posthac.i.deinceps cautiores.Tu tamẽ cum audisti.s.morbum meum ab Anitio. Enim.i.quia anitius uidit me nauseantem.s.è languore,habuisti causam iustam,non modo mittendi.s.aliquem ad me,sed etiam uisendi.i.ueniẽdi uisum,quasi dicat quorum neutrum fecisti. Ego cogito cõmorari hic.i.in Tusculano,quoad.i.donec,reficiam me. Nam amisi & uires & corpus,id est corpulentiam,sed reuocabo,id est recuperabo facile illa,scilicet uires & corpus, ut spero, si depulero morbum uidelicet fluxum alui. Vale.

*P.V.C. QVIA dicat δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη sibi molesta esse. Multis modis quidã peccãt in hoc loco:tria enim uerba nullorum antiquorum codicum testimonio citato,neque ullis etiam argumentis,quæ id saltem confirment,adlatis,contaminant,aut tollunt.Nam quod erat in omnibus & manu scriptis,& impressis libris QVIA DICAT commutant, & ex illis uerbis, CVI DICANT, faciunt: præterea SIBI ab ipsis etiam in priore sua editione receptam uocem delent,scriptura,quam secuti sumus,in omnibus uetustis exemplaribus est. Sententia quam habet diligenter à nobis in prioribus nostris scriptis exposita est,& authoritatibus doctissimorũ uirorum cõfirmata.Quod in epistola sua confessus est Epicurus,se torminibus,ac stillicidio laborare,acerrimi

ipsius aduersarii Stoici,occasione ea arrepta,maledicebant illi,& affirmabant,merito id ipsi euenire,quòd intemperantissimus esset,ac obscœnis uoluptatibus deditus,res tota à nobis tunc explicata. Indicauimus epistolam Epicuri,in qua uerba illa erant,expressámque esse docuimus à Cicerone elegantissime: cuius tamen nunc (ut quærendi labori alios liberemus) partem illam adducemus,quæ hoc narrat, Τὴν μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἀμακτελευτῶντες ἡμέραν τοῦ βίου, ἐγράφομεν ὑμῖν ταυτί. στραγγουρίαι τε παρηκολούθουν καὶ δυσεντερικὸν πάθος ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολιπόντα τοῦ ἐν αὐτοῖς μεγέθους. Ita autem à Cicerone reddita est.Cum ageremus uitæ beatum, & eundem supremum diem, scribebamus hæc:Tanti autem morbi aderant uesicæ,& torminum,ut nihil ad eorum magnitudinem posset accedere.

HVBER. MIROR. M. Gallus cum esset in exilio,quia Pompeii partibus fauisset, acerbius questus fuerat de Cicerone accusauerátque grauiter, quamobrem Cicero ei rescribit etiam acerbius,& huius acerbitatis causam in eum transfert,à quo fuerit lacessitus. Non liceat tibi . non deceat te. Obseruaram honoraueram. Et ais.sensus est, dicis quòd Cæ.te restituet in patriam. Interesse.apud Cæsa.ut ipse te restituat. Quasi responderim pa.for.id est tanquam nõ responderim tibi magno ánimo,cum tu sine uerecundia me rogares. Purga . excusassem. Quæ fe. contra me. Molesta.grauia. Quæ scri. acerbius de me conquerendo. Propter quem Cæ.quia liberaui patriã,& uniuersos ciues à coniuratoribus. Non ui. non existimatum. Liberum.liberi ánimi,qui non audeam dicere quòd séntiam, sicut tu scribis. Quæ de. ad me, id est quæ mihi attribuisti,nam Gallus multas laudes attribuébat Cic.& præsertim de liberatione pátriæ,deinde dicébat se admirari talem hominem esse ita timidum,ut non audéret sentẽtiam suam dicere.Dicit ergo Ci.quod si ea sunt falsa quæ ei attribuit Gallus, nihil ei debet . Sinautem sunt uera,non debet ignorare quid ei débeat pópulus Rom. quod autem exponatur. Detulisti.denunciasti,non satis probo,quia non uideo qua ratione. Tu es opti.tu óptime scis. Quid. quantum.

ASCEN. ❡MIROR &c. Reiicit culpam acerbitatis epistolæ scriptæ in Gallum sic méritum,dicens. Miror cur accúses me, cum non liceat tibi fácere id, id est accusáre me,quia in me culpa non est, quod si liceret tamen nõ debébas,scilicet accusáre me. Ego enim obseruáuerã, id est honoraueram,te in consulatu. Et ais fore,id est futúrum,ut Cæs.restituat te,scilicet patriæ, aut pristinæ dignitati. Tu quidem dicis multa,sed nemo credit tibi. Tu dicis te petisse mea causa tribunátum, útinã tu esses semper tribunus , quia sup. non quæreres intercessórem. Negas me audére dícere,quod séntiam, quasi respónderim tibi parum fortiter , cum rogares me parum prudenter. Ego scripsi tibi hæc, id est has acerbas líteras,ut cognoscéres te nihil esse,id est nihil posse aut ualere,in isto ipso génere,scilicet accusándi & maledicendi aut minitandi , in quo uis posse aliquid, quod si questus esses mecum , id est de me , sed mecum,id est scribendo ad me,humániter, id est mansuete & benigne , ego purgassem me tibi libenter & fácile . Non enim ea quæ fecisti sunt ingrata mihi , sed ea molesta sunt quæ scripsisti. Autem,id est sed,ego demiror me non uísum tibi líberum , sed more seruíli sub Cæsare degere, propter quem , id est cuius in consulatu uigilantiam cæteri liberi sunt. Nam si falsa fuerunt ea scilicet præconia,quæ tu detulisti ad me,ut ais,quid debeo ego tibi?q.d.nihil boni , sin uera sup fuerunt , tu es optimus,testis quid populus Roma.debeat mihi,quia dixisti ꝙ plurimũ tum per me saluus sit. Vale.

*P.V.C. ❡MIROR cur me accuses. Si semel , aut in tam longa oratione, aut sexcentis aliis in locis Cic. ubi de Sestio agit , ipsum Gallum appellasset , acutissimi , ac diligentissimi uiri sententiam ualde probarem , quam tamen nulla in re accuso.Quòd communem opinionem, non recentiorum modo, sed etiam ueterum quorundam secutus,in hac re aliquantulum deceptus sum (si aliquis in ea error est) non me pudet . Qui enim post superiores duas ad Fabium Gallum missas,statim duas has collocarunt , uidentur & ipsi eundem esse hunc, & illum Gallum existimasse.Me certe semper obscuram hanc epistolam putasse,& nihil certi de illa statuere ausum esse,priora mea scripta declarant.Nam illius partem, & ipsam huiuscemodi,quæ multos fallere potuisset, me non insulse interpretatum esse,nemo inficias ibit:Nedum aliorum industriæ inuideamus,uolumus afferre locum ex epistolis ad Qu. Fratrem , qui suspicionem illam acutissimi hominis adimat: aperit enim multo ante obscuras simultates inter Ciceronẽ, & P.Sestium fuisse,quæ postea(si de his cum illo Cicero expostulat) eruperint, cclxxxii. Idque fecimus præter hominum opinionem, qui nos ei iure succensere putabant , ut humanissimi,gratissimique & ipsi,& omnibus uideremur, itaque fecimus. Et infra: Quæ tibi eo scribo, quòd me de retinenda Sestii gratia literis sæpe admonuisti.

M.Cicero

M.Cicero Gallo S. D. Epis.28

responsoria ad accusatoriam.

MIror cur me accúses, cum tibi id fácere nõ liceat: quod si liceret, tamen non debebas. Ego enim te in Consulatu obseruaram :& ais fore , ut te Cæsar restituat . Multa tu quidem dicis , sed tibi nemo credit . Tribunatum plebis dicis te mea causa petisse : útinam semper esses Tribunus , intercessorem non quæreres. Negas me audére quod séntiam dícere: quasi tibi , cum impudenter me rogáres, parum fórtiter respónderim . Hæc tibi scripsi , ut isto ipso in génere , in quo áliquid posse uis, te nihil esse cognoscéres. Quòd si humániter mecum questus esses, libenter tibi me, & fácile purgassem.Non enim ingrata mihi sunt quæ fecisti , sed quæ scripsisti molesta . Me autem propter quem cæteri liberi sunt, tibi liberum non uísum demiror . Nam si falsa fuerunt quæ tu ad me , ut ais , detulisti, quid tibi ego débeo?si uera: tu es óptimus testis quid mihi pópulus Románus débeat. Vale.

❡Ex Epistola Miror cum me.

❡Quasi tibi,cum parum impudenter me rogares,parum fortiter reprehenderim.

MEmini quùm mihi desipere uidebare , quòd istic potiùs uíueres,quàm nobiscũ . Erat enim multò domicilium huius urbis (cùm quidem hæc urbs) aptius humanitáti & suauitáti tuæ, quàm tota Peloponnesus , nedum Patræ. Nunc contrà , & uidisse mihi multum uideris , cum propè desperatis his rebus , te in Græciam contulisti,& hoc tempore nõ solum sapiens, qui hinc abis , sed etiam beatus.quanquam quis,qui aliquid sapiat, nunc beatus esse potest? Sed quòd tu,cui licebat , pédibus es consecutus , ut ubi esses , ubi nec Pelopidárum : nosti cætera, nos idem propemodum consequimur

MEMINI. Curius Cæ. rerum potitore,le HVBER. in Græciam contulerat,neq; curábat Ro. reuerti,quod propósitum scribit Cic. se prius improbasse & existimasse Curium dementẽ,qui mallet uíuere in aliena patria quàm in sua.Nunc autem dicit se laudare,quia nõ uideat multa,quæ Ro.crudéliter fiunt. Ostẽdit autem Cice.se omísis negociis públicis dare operam studiis literarum, quibus dicit curas suas uehementer leuari, dicit enim se scribere multa,quibus ostendit animum suum magnum & fortem in rebus aduersis. Desipere id est patũ sapiens esse,insanire. Istuc.in Græcia. Domicilium.habitatio. Humanitati.doctrinæ. Peloponnesus.insula est à Pelope qui in ea regnáuit dicta,de ea Plini.iiii.& Strab.scribunt. Nedum. multo minus,& ut loco supra notauimus , & docet Lau. Val. semper postponitur. Patræ.nomẽ est urbis Peloponési. Nedum patræ.scilicet sunt aptæ tuę humanitáti.Nunc cõtra.id est econtrario,aliter atque primo. Vidisse. prouidisse,prospexisse. Prope.fere. Non solum sapiens, scilicet uideris. Beatus . fœlix. Quanquam , corrigit quod dixit eum esse beatum,dicit enim neminem qui aliquid sapiat posse esse beatũ amissa repub.sua. Sed. scilicet uideris mihi beatus. Quod . id est quia. Cui licébat,qui potúerit,cui erat permissum , scilicet discédere. Es consecutus pédibus,id est profectione & discessu tuo ab urbe Roma,hoc effecisti, ut esses ubi nec pelopidárum &c. Pelopidárum.uel subaudi mores,aut scélera, aut nomen, & intelligemus pelopidárum , id est sceleratíssimorum hominum,quales fuérunt Atréus & Thyestes fratres,qui cum in discessione sibi nocere non possent,simulata gratiã scelerátissimè egérunt , nam Thyestes Atrei fratris uxórem Aeropem nómine túrpiter amauit,& cum ea concúbuit.Atreus autem filios fratri comedendos appósuit,quam rem cum uidisset sol, dicitur fugisse,ut scribit Seneca in Thyeste.& Vir.Nec tam aduersus equos Tyria sol iungit ab urbe.Oui.lib.iii. tri.Si non Aeropem frater scelerátus amasset,Aduersos solis non legeremus equos.uel ut alii uolunt pelopidarum,scilicet ánimos & causam,nam Pelópidas uir Trebanus fuit, qui patria pulsus,ut scribit Plutar.eam opequorundam aliorum exulum liberauit,sed prior sensus magis conuenit.& est uerus , ut secunda sequenti epistola uidébimus. Propemodum.fere. Consequimur,efficimus. Idem,scilicet quod tu,ut non audiamus nomen aut facta Pelopidárum.

Pelopidæ

Pelopidas

ASCEN. MEMINI &c. Dicit se laudare absentiam Curii propter acerba quæ Romæ contingébant, licet prius eam condemnauerat,dicitque se ad líteras contulisse. Ordo est.Memini.i.memória téneo , quòd uidebare,id est uidebáris,mihi desípere,id est male sápere, quòd uíueres potiùs istic, scilicet in Grǽcia ubi nunc es,quàm nobiscum,hoc est Romæ. Enim.id est quia,domicílium,id est habitátio huius urbis , scilicet Romæ,quidem,id est certè, cum,id est quando,hæc sup.erat urbs, & non spelũca latrónum, ut regum,dominorum , aut quid símile intélligit , aptius humanitati & sanitati tuæ, q̃ tota Peloponnesus.i.insula à Pelope dicta,nedum,id est non solùm,sup.quàm Patræ,quæ sunt in ea urbe una. Nunc contra, id est econtrario tu uideris mihi,& id est simul,uidisse,id est perspexisse multum,cùm contulisti te in Græciam his rebus,scilicet urbanis,prope,id est quasi,desperátis,& id est simul,uidéris hoc tempore non solum sapiens,qui,id est quòd abfis,hinc,id est ab his malis,sed etiam beatus,quanquam quis,qui sapiat aliquid , potest nunc esse beatus ? quasi dicat nemo.insipientes autem qui nesciunt quantùm amíserint repub.oppressa,sibi beati frustrà uidentur.Sed quòd tu cui licébat,scilicet abire,cõsecutus es pédibus,id est abeundo,hoc est ocium secúrum,ut esses ibi, ubi nec Pelopi,qui insulã à se denominauit,datum est secure uitam ágere,aut quid símile,nosti cætera, scilicet quæ ad historiam Pélopis pértinent. Nos consequimur idem propemodum,id est quasi.

Ordo

ália ratióne . Cũ enim salutatióni nos dedimus amicórum , quæ fit hoc etiam frequentiùs q̃ solébat,quòd quasi auem albam uidentur bene séntiente ciuẽ uidére:abdo me in bibliothecã.Itaq; ópera efficio tanta,quãta fortasse tu sénties.Intellexi enim ex tuo sermóne quodã,cum mœstitiã meã & desperationem accusáres domi tuæ, dícere te,ex meis libris ánimum meum desyderáre, sed mehercule & tũ remp.lugebã, quæ non solũ *suis erga me,sed etiã meis erga se beneficiis erat mihi carior: & hoc

❡ALIA ratione. alia uia , álio modo , tu enim hæc HVBER. consecutus es discedendo Romã , nos autem manendo Rom. sed latendo in bibliotheca nostra . Dedimus nos. exhibuimus nos. Amicórum. salutántium, & uisentium nos. Quasi auem albam . uel probabiliter dixit rarissimum tanquam coruum album , ut Lu. Fœlix ille tamen coruo quoque rarior albo , uel certe. Quasi auem alb.id est tanquàm auem fœlicíssimi augurii , qualis solet esse Cygnus de quo scriptum légimus,Cygnus in auguriis nautis gratíssimus ales. Hunc optant semper , quia nunquam mérgitur undis.quasi dicat uidentur uidere rem egrégiam & uenerandam,cum uident ciuem bonum. Ciuem bene sen. id est ciuem bene affectum erga remp. quia fere null9 reperitur. Abdo.occulto,recipio. In bybliothecã,in plutheum meum, ubi sunt libri mei, nam βιβλος librũ significat,θηκη repositionẽ. Tanta.tã magna,ut ipse in

Universidad de Deusto Biblioteca

procemio.2.offi.Nos autem qui no tantum laboris habemus,ut cogitatione tacita a solicitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium curámque conuertimus. Itaque plura breui tempore euersa, quam multis annis stante repub.scripsimus. Ex ser.quodam tuo.ex quibusdam uerbis quæ de me habuisti. Cum ac. reprehenderes. Desperationem meam. quam haberem de amissa rep. Te desyderare animum meum ex meis libris.i.te cupere,ut talis esset animus meus,qualem eum ostenderem in libris,in quibus semper laudarem fortitudinem & animi magnitudinem in rebus aduersis. Tum.cum tu accusares meam mœstitiam.

*P.V.C. SVIS erga me. Adnotauimus olim in antiquioribus libris hæc uerba desiderari, in Medicæo certè non leguntur:neque tamen cuique autores fuimus,ut ea delerent: propositum nobis fuit, uitia etiam illius codicis indicare. Alii postea in nonnullis ea se inuenisse affirmant:qui codices utinam semper, quemadmodũ hic fortasse sunt,nostris meliores essent.

HVBER. RATIO. prudentia. Dies. tempus. Mederi stul. quo.ergo multo magis sapientibus. Dilapsam. dissipatam. Aliquando fore me,id est ei rei communi, & P.id est ut nulla sit spes,quod unquã sit habitura melius. In eo.Cæsa. Idipsum. scilicet ut omnia essent in eius potestate,quia ipse solus non debuit sibi submittere tot ciues. Casu.fortuna,quę multum in rebus humanis dominatur. Nostra culpa. qui tarde prouidimus rebus nostris,neque obstitimus potentiæ Cæ.antequam tantas assumeret uires. Reliquam spem.i. reliquum & in futurum. Ad prima.ad ea quæ dixi circa initium epistolæ.s.nunc contra,& uidisse mihi multum uideris &c. Sapienter. cum magna sapientia. Si consilio.s.reliquisti.i.si consideratione diligenti prius facta. Fœliciter.s. reliquisti. Si casu. si fortuito, sine alia consideratione.i.fuisti sapiens, si considerasti ista relinquenda,sin autem non cõsiderasti & casu quodã reliquisti,fuisti fœlix,quia bene tibi euenit. Vale.

tempore, quanquam me non ratio solum cõsolatur, quæ plurimum debet valere,sed etiam dies, quæ stultis quoque mederi solet: tamen doleo ita rem communem esse dilapsam,vt ne spes quidẽ melius aliquando fore relinquatur.Nec vero nunc quidẽ culpa in eo est, in cuius potestate oĩa sunt (nisi forte idipsum esse nõ debuit) sed alia casu,alia etiam nostra culpa sic acciderunt, vt de præteritis non sit quærendum. Reliquam spem nullam video: quare ad prima redeo. Sapienter hæc reliquisti,si consilio:fœliciter,si casu. Vale.

Ex Epistola.Memini quod mihi desipere.

Memini cum mihi desipere uidebaris. Alii annosiores codices,sic legunt.Memini,q̃ nihil desipere uidebare.

ASCEN. ALIA ratione.scilicet quam petimus. Enim.id est quia,cum,id est postquã dedimus,id est adhibuimus, nos salutationi amicorũ, quæ prima diei hora fiebat, quæ salutatio amicorum fit etiam frequentius, quàm solebat, hoc, id est propter hoc,quòd.s. diuites amici quos saluto,uidẽtur uidere ciuem bene sentientem.s. de repu.quasi auem albam.i.auspicatissimam, ut est Cignus nautis,quòd nunquam mergitur,aut rarissimam, ut est Coruus albus,abdo.i.abscondo,& includo, me in bibliothecam, quam librariam dicunt. Itaque efficio tanta opera, quanta tu senties.i.percipies fortasse, quia missurus erat ea ad Curium. Intellexi enim quodam sermone tuo,cum accusares mœstitiam meam & desperationem.s.de salute reipub.te dicere.i.ꝙ tu diceres, domi tuæ.i.inter familiares tuos,te desiderare animum meum ex libris meis.i.ut talem animum haberem qualem scribendo ostenderem, aut potius ut animũ meum scribẽdo indicarem. Sed mehercule,ego lugebã,&.i.simul, tum,id est tunc,rempub.quæ erat carior,scilicet quam reliquis nõ solum beneficiis suis erga me, quia per eam consulatum obtinuerat,sed etiam meis erga se,quia in consulatu eam ab iniuria coniuratorum defenderat, res autem quibus multa impendimus nobis cariores sunt.&.i.simul,sup.lugeo, hoc tempore, quanquam non solum ratio.i.prudentia,quæ debet ualere plurimũ,sed etiam dies.i.diuturnitas, quæ solet mederi quoque.i.etiã stultis, consolatur me, tamen doleo communem.i.publicam,ita delapsam ut ne spes quidem relinquatur,fore, id est futurum esse, sup. aliquid melius. Nec uero culpa est nunc in eo, in cuius potestate sunt omnia, hoc est in Cæsare, nisi forte idipsum, scilicet ut omnia in eius potestate sint non debuit esse, sed alia acciderunt casu, alia etiam culpa nostra, sic ut non sit quærendum de præteritis. Ego nullam spem uideo reliquam, id est relictam,quare ego redeo ad prima,id est quæ in principio epistolæ tibi commendaui,& in te laudaui. Tu reliquisti hæc,scilicet urbana,sapienter,si reliquisti ea consilio,& fœliciter,si casu. Vale.

HVBER. SI uales.Curius cum esset in Græcia,ut supra diximus.cupiebat impetrare à Cice. literas commendatitias ad eum,qui erat successurus Seruio Sul. qui præfuerat ipsi Græciæ,ut supra in epistolis ad eum scriptis uidimus,quare adblãditur Cicero.& ostendit quàm sę illi obligatum putet,deinde ab eo petit literas cõmendatitias ad ipsum successorem Sulpitii,postremò iocans cum Cice. dicit, ne ostendat has literas Attico, ne intelligat se deceptum, quia credebat se magis amari à Curio, quàm alium quemlibet quod cognosceret,non ita esse ex hac epistola,in quam Curius fatetur se debere Cice.quicquid sit. Sum enim hic,non male locatur, quia non est principium epistolæ, sed iungitur cum superiori clausula sit. Si uales bene est. Sum enim &c. sicut diximus ultima epistola.1.libr.χρήσει usura, κρῶμαι, id est utor, μὲν quidem, κτήσει δὲ possessionem autem. Fructus est tuus,id est tu es fructuarius,quia habes me ad usum tuum. Mancipium.seruitus, obligatio,proprietas. Illius.scilicet Attici,quia habet possessionem tantũ iuris,non etiam facti. dicitur autem mancipium,quod manu capitur.

Curius M. Ciceroni suo S. D. P.

SI vales bene est, Sũ enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. ergo fructus est tuus,mancipiũ illius:

ASCEN. SI uales &c. M.Curius Cice.blandiens dicit se totum esse ipsius & Attici,petitque literas commendatitias, iocans in fine. Principium autem epistolæ exponit uir doctissimus Guilielm. Budæus in annotationibus in Pandectas legales argute dicens. Mancipium & κτῆμα significat,id est ἀνδράποδον & αἰχμάλωτον, hoc est hominem in bello captum & seruituti mancipatum,& κτῆσιν,id est dominii comparationem possidendique ius,atque etiã δεσποτείαν,

δεσποτείαν, id est dominium,& χείρωσιν,id est mancipationem. Mancipium latine dici debet id quod Sæsinam lingua uernacula dicimus,& mancipare Sæsinæ,cum, scilicet aliquem rei sub titulo iusto quæsitæ possessorem efficere uolumus &c. Ordo est. Si uales benẽ est,quasi dicat omnes ualemus.Sum enim μὲν, id est quidem, χρήσει, id est usufructus tuus, quia tu uteris me quandò uales, δὲ de,id est autem, κτήσει, id est mancipio, hoc est dominio & iure possessionis,Attici nostri, id est cõmunis amici. Ergo fru.i.usufructus est tuus mancipium,id est ius possidendi & dominium mei,illius,scilicet Attici est.

quòd quidem, si inter senes coemptialeis vænale proscripserit,égerit non multùm. At illa nostra prædicatio quanti est? nos quòd simus, ꝙ habeamus, quòd hoĩes existimemur, id omne abs te habere. Quare Cicero mi perseuera constanter nos conseruare,& Sulpitii successori nos de meliore nota commenda, quò facilius tuis præceptis obtemperare possimus, teq; ad ver lubenter videre & nostra defigere,deportareq; tuto possimus. Sed amice magne noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum errare, & putare me virum bonum esse, nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Ergo patrone mi bene vale, Tironemque meum saluta nostris verbis. Dat.ad IIII.Calend.Nouemb.

HVBER. QVOD. mancipium. Si inter nos, uidi in quodam codice non infideli scriptum,qui inter uos. Qui proscri. proposuerit, subhastauerit. proscribebantur enim bona uenalia,ut etiam nunc. Concionales. qui delectamini concionibus.in codice uetustissimo scriptum erat compertionales,sed non placet nisi intelligamus,qui ambo partem habetis de mea,alter in usu, alter in possessione. Non ege. mul. quia sum parui precii, neque multum poterit de me lucrari. Quanti est,quasi dicat plurimi faciendo. Perseuera. ut cœpisti. De me.no. de meliori scriptura, & ut dicitur de meliori attramento,nam nota pro literis ponit.Oui. Inspicit acceptas hostis ab hoste notas. Obtemperare.obsequi,obedire. Ad ur.pro in urbe. Defigere.collocare,firmare. Tuto.sine periculo. Sed ami.iocatur Curius. Non uis er.esse in errore. Et pu.subaudi uis Nec so.prouerbialiter dixit,quasi dicat si uis eum putare me non solere eundem amorem duobus promittere,sicut qui uno colore duos muros dealbat. Fide. genus est uasis.Persi. Disce nec inuideas, quod multa fidelia putet In lo.pe.hic ponitur pro uase ubi tenentur colores ad pingendum. Tironem. libertum tuũ. Nostris uer.meo nomine,mea parte. Vale. Fidelis

ASCEN. QVOD. scilicet dominium,& ius possidendi,quidem,id est certè, is qui proscripserat uenale inter uos concionales,id est qui frequentatis conciones & præconia,scitisque quæ uenalia sunt,egerit non multum,quia neuter uestrum uelit me emisse. At quanti, id est estimatur à te illa prædicatio,id est confessio nostra?quasi dicat merito plurimi, prædicatio autem est,nos ꝙ simus in rerum natura, quòd habeamus,scilicet aliquod existimemus homines habere id omne abs te. Quare ò mi Ci.perseuera constanter nos conseruare,& commenda de meliore nota, id est qua uinum optimum signari solet,id est uerbo ex animo prolato,Sulpitio successori,scilicet tuo,quò, id est ut possimus facilius obtemperare præceptis tuis, & uidere te lubenter ad,id est prope uer, alii urbem legunt, & defigere, id est transmutare & deportare tutò nostra,id est res nostras,id est ad alium dominium transire. Sed ò magne amice,noli ostendere Attico hanc epistolam,sine,id est permitte,eum errare, & putare me esse uirum bonum, nec solere dealbare de eadem fidelia,id est testa, qua colores continentur, duos parietes, id est duobus inseruire. Ergo ò patrone mi bene uale,& saluta Tironem libertum tuum uerbis nostris &c.

Cicero Curio S. D. P.

EGO vero iam te nec hortor, nec rogo vt domũ redeas:quin hinc ipse euolare cupio & aliquò peruenire, vbi nec Pelopidarũ nomen,nec facta audiã. Incredibile est quàm turpiter mihi facere videar,qui his rebus intersim.Næ tu videris multo ante prouidisse quid impenderet tum cùm hinc profugisti.quanquam hæc etiam auditu acerba sunt, tamẽ audire tolerabilius est quàm videre. *In cãpo certe non fuisti,cũ H. II. comitiis quæstoriis institutis,sella Q. Maximi, *quem illi CÕS. esse dicebãt, posita esset.quò mortuo nunciato,sella sublata est. *Ille aũt q̃ comitiis tributis esset auspicat᷑,cẽturiata habuit,COS. H. VII.renũtiauit.

HVBER. EGO uero.Sicut alia epistola.iii.ab hac,Cic. laudat propositum Curii, qui in desperatione reip.malit abesse Romà,quàm uidere multa, quæ inique fiunt, cum etiam dicat se cupidum abeundi,ne ea uideat. Deinde narrat quædam ridicula facta in campo Mar.in comitiis quęstoriis, dicitq; se in tantis perturbationibus cõtulisse da portũ philosophiæ, habereque socium studiorum Atticum uirum doctissimum.Postremò scribit se eum commendasse diligenter Attilio, qui proficiscebatur in Græciã cum exercitu. Iam uero hortor,sicut antea feci cum mirabar, & accusabã te quod abesses. Quin. id est immò. Euolare.celeriter discedere.Hinc.Rom. Pelopidarum. diximus supra in epistola ante præcedentem. Quam turpiter. id est contra dignitatem & honorem meum. His rebus.quæ Romæ inique & inhoneste fiunt. Næ.certe. Quid impenderet, quid immineret, quid mali futurũ esset. Audire tolerabilius. sententiæ pro locis uariantur,hic enim dicit tolerabilius audire quàm uidere,quia uult persuadere Curio, ut absit.Supra uero lib.iiii.ad. M.Marcellum,cui uolebat psuadere,ut reuerteret ĩ patriã,dixit.Sed cũ leuiora non multo essent,quæ audirentur,q̃ quæ uiderent Idẽ alio loco ad eundẽ.Nõ est porro tuũ uno oculorũ sensu moueri,cũ illud idẽ auribus pcipias &c. In campo.s.Martio,ubi congregabãt populus ad comitia.Institutis co. quæsto. id est paratis comitiis quæstorum

Universidad de ... Biblioteca

causa. Sella.sedes. Sublata remota. Qui esset au.qui cœpisset auspicia. Centuriata.scilicet comitia,de quib[us] diximus abunde lib.i.Consulem,scilicet Caninium. Renuntiauit.declarauit.

ASCEN. ¶ EGO uero &c. Laudat iterum quòd Curius tanta mala quanta Romæ contingebant non uideat, recitátq; ridiculum facinus in comitiis euenisse,& se ad philosophiæ portum collatum. Ordo est.Ego uero, id est pro uero & certo,nec cohortor iam te,nec rogo,ut redeas domum.i.in urbem,quin.i.quinimmo,ipse.i.egomet,cupio euolare,id est celeriter discedere hinc, id est ab urbe ubi sum, & peruenire aliquo , ubi nec audiam nomen Pelopidarum,id est nepotum Pelopis Thiestis & Atrei, de quibus frequens in Peloponneso fit mentio,nec facta,eo quòd turpissimo inter se odio,inter se certarunt, cum essent fratres:nam Thiestes Aeropem Atrei coniugem incœsto polluit,& Atreus Thiesti proprios filios epulandos apposuit. Simile autem quiddam inter Cæsarem socerum,& Pompeium generum eius contigit,& quotidie tunc inter Cæsarianos & Pompeianos contingebat. Incredibile est quàm, id est quantum turpiter uideat mihi facere,qui intersim his rebus, scilicet pene tragicis. Ne.id est certe,tu uideris prouidisse multo ante,quid, scilicet mali, impenderet,id est imminêret,ab impendo,unde media est longa,tracta metaphora à gladio in caput familiaris Dionysii Tyranni Sircusani impendente,tum,id est tunc,cum,id est quando,profugisti hinc, quanquam hæc, scilicet quæ Romæ fiunt, licet ea non uideas:sed etiam acerba auditu,id est dum audiuntur,uel ad audiendum, tamen tolerabilius est audire sup.ea,quàm uidere. Certe licet forte audiuisti quid actum sit , tu non fuisti in campo, id est Martio tempore comitiorum,cum,id est quando,comitiis quæstoriis, id est conuocationibus populi ad eligendos quæstores, sella Quinti Maximi,quem illi,scilicet fautores eius dicebant esse consulem,esset posita hora secunda,qua scilicet Quin.Maximo,nunciato mortuo,sella,id est sedes illi posita,est sublata,id est clausula ablata. Autem.id est sed,ille qui esset auspicatus, id est per auspicia initiatus , & habilis factus , comitiis tribunitiis.i.ad comitia tribunitia habenda. Habuit centuriata, scilicet comitia , id est per centurias plebe uocata ad consules legendos, renunciauit,id est suffragiis declarauit consulem,scilicet Caninium hora septima,scilicet diei. Renunciare dicitur,qui quod aliis accepit,aliis renunciat. *Hora secunda.

*P.V.C. ¶ IN campo certe non fuisti,cum H. II. comitiis Quæstoriis institutis. Historia obscurior,& quæ si ignoretur,magnas tenebras huic loco offundat.Dion historicus rerum Rom. non indiligens scriptor , totum negotium,quemadmodum gestum sit,exponit,& iocum etiam Ciceronis adducit,qui ab ipso in hac epistola Curio narratur (nam Plutharchus , & alii autores breuiores in hac re explicanda sunt) tradit enim quemadmodum Cæsar absens fieri uoluit C O S. & antequam urbem ingrederetur magistratum cepit: nec tamen ad exitum anni tenuit,sed posteaquam Romæ fuit,repudiauit,& Qu.Fabio,& C.Trebonio tradidit. Verum cum Fabius postremo Consulatus die mortuus esset,subito illius loco alium, C.inquam Caninium,Consulem fecit,qui reliquas horas Consulatum gereret , sed melius erit Dionis ipsius uerba adponere . Dion libro XXXIII. Τὴν δ᾽ ἀρχὴν τὴν ὕπατον παραχρῆμα μὲν καὶ πρὶν ἐς τὴν πόλιν ἐσελθεῖν ἀνέλαβεν, οὐ μέν τοι καὶ διατελοῦς ἔσχεν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ ῥώμῃ γενόμενος ἀπεῖπεν αὐτὴν καὶ τῷ φαβίῳ τῷ κοΐντῳ, τῷ τε τρεβωνίῳ τῷ γαΐῳ ἐνεχείρισε. καὶ ἐπειδή γε ὁ φάβιος τῇ τελευταίᾳ τῆς ὑπατείας ἡμέρᾳ ἀπέθανεν, εὐθὺς ἀντ᾽ αὐτοῦ ἕτερον πρὸς τὰς περιλοίπους ὥρας γάϊον κανίνιον ἀνθείλετο. πρῶτον μὲν δὴ τότε τοῦτο παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐγένετο καὶ τὸ μήτε ἐτησίαν, μήτε ἐς πάντα τὸν λοιπὸν χρόνον τοῦ ἔτους τὴν ἀρχὴν ἐκείνην τὸν αὐτὸν ἔχειν, ἀλλὰ ζῶντά τινα αὐτῆς, καὶ μὴ ἀναγκασθέντα, μήτε ἐκ προφάσεως, μήτε ἐξ ἐπηγορίας τινὸς ἐκστῆναι, καὶ ἕτερον ἀντ᾽ αὐτοῦ ἀντικαταστῆναι. δεύτερον δὲ ὅτι ἀπεδείχθη τε ἅμα ὕπατος, καὶ ὑπάτευσε καὶ ἐπαύσατο ὅπερ καὶ ὁ κικέρων διασκώπτων, τοσαύτῃ ἔφη τὸν ὕπατον καὶ ἀνδρείᾳ καὶ φροντίδι ἐν τῇ ἀρχῇ κεχρῆσθαι ὥστε μηδὲ τὸ βραχύτατον ἐν αὐτῇ κεκοιμῆσθαι. Hunc etiam Ciceronis iocum in Caninium Rebilium celebrauit Macrobius,qui ostendit hunc tantum,sed alios etiã illa occasione à Cicerone,ut erat uir fœcundi ingenii,in Caninium dictos esse. Scrupulum alicui iniicere possent uerba illa Dionis,cum dicit,Cæsarem duos creasse Consules , qui pro se magistratum eum gererent , qui historia cognita eximitur:factus enim C O S. Cæsar erat sine collega, quod etiam ex antiquo lapide intelligitur,qui est in hortis Colotianis:sic enim est in illo:

C. IVLIVS CAESAR IIII. SINE CONLEGA DICT.
Q. FABIVS MAXIM. C. TREBONIVS. C. F. V. F.
C. CANINIVS. C. F.

Qui mirifice utilis esse potest ad hanc Ciceronis epistolam declarandam . uides enim Caninium locum Fabii mortui occupasse,& pro illo substitutum esse,quamuis spatio.H.XVII.consulatum gesserit,

*P.V.C. ¶ QVEM illi consulẽ esse dicebant. Ita loquitur Cicero,quia contra leges ac instituta ciuitatis factus erat, ut uere Consul uocari non posset:tunc enim primo incœptũ est,quod postea ab Imp. Rom.qui totam Remp. occuparunt,frequẽter usurpatum fuit:quempiam habere magistratum, quem aliquis uiuus adhuc [sua] sponte non aliqua re coactus,reliquisset.Quamuis enim Maximus à Cesare cum collega ipsius Trebonio Cõsul factus esset:uiuente Cæsare,qui eo anno Consul legibus creatus erat,magistratum illum habere non poterat.

*P.V.C. ¶ ILLE autem. Cæsarem intelligit,quem sæpe ita appellat, quemadmodum docuimus in prioribus castigationibus,cum locum illum explicaremus.Est igitur aduentus in expectatione,neque tu id ignoras: Sed tamen cum ille scripsisset.Quin hic certe per ILLE Cæsar intelligatur,negari non potest.

HVBER. ¶ QVI esset.id est futurus. Quæ.calendæ. Mane postridie, id est mane sequentis diei. Scito neminẽ prandisse Caninio consule,quia fuit tantummodo consul per unam noctem, quo tempore nullum est prandiũ. Nihil tamen mali.iocatur Ci.fuit enim uigilantia mirifica,id est ualde uigil: est autem scomma in hunc Caninium. qui tam breui tempore consul fuit, ut nunquam in cõsulatu suo dormierit: huiusmodi enim scõmatibus & Plu.& Macro.scribunt Ci.promptissimum fuisse. Ridicula . digna risu. Non teneres lachrymas. non putares ridicula , sed lachrymabilia , quia ostendunt ciuitatẽ male gubernari. Generis eius,id est talia. Portum.quasi profugiũ quoddam & locum quietis, qualis solet esse portus nauibus . Cuius . Attici. Quando.quoniam. Scribis.ut in præcedenti epistola uisum est. Nexo uel nexu. utrunque enim dicitur in obligatione.Ci.pro Murena.Quod si in his repetũdis, quæ mancipi sunt, iis periculũ iudicii prestare debet, qui se nexu obligabit &c. Contentus isto sũ.ex sequẽti clausula,quæ non recte huic coniungitur,uidet hic aliquid deesse,siue enim contentus siue cõtemptus legas:nõ potest perfectus elici sensus. Iudicio ca. in pœna capitali. Rebus saluis.i.sine diminutione,aut amissione rerum suarum. De te.propter te, ad cõmendationem tui. Coniunxi.alligaui, posui in eodẽ fasciculo. Quid pollicitus sit. quid promiserit se pro te facturum propter meam commendationem.

qui vsque ad Calend.Ianu.esset,quæ erant futuræ mane postridie.Ita Caninio COS. scito neminem prandisse . nihil tamen eo COS. mali factum est.fuit enim mirifica vigilantia,qui suo toto Consulatu somnum non uiderit. Hæc tibi ridicula videntur.non enim ades:quæ si videres, lachrymas non teneres. Quid si cætera scribam? Sunt enim innumerabilia generis eiusdẽ,

quæ

quæ quidem ego non ferrem , nisi me in philosophiæ portum contulissem , & nisi haberem socium studiorũ meorum Atticum nostrũ.cuius quum proprium te esse scribis mãcipio & nexu, meum autem vsu & fructu, contentus isto sum . Id enim est cuiusque proprium , quo quisque fruitur atque vtitur. Sed hæc alias pluribus . Acilius qui in Græciam cum legionibus missus est, maximo meo beneficio est . bis enĩ est à me iudicio capitis rebus saluis defensus,& est homo non ingratus , meque vehementer obseruat. Ad eum de te diligentissime scripsi,eamque epistolam cum hac coniunxi : quam ille quomodo acceperit, & quid tibi pollicitus sit,velim ad me scribas. Vale.

ASCEN. ¶ QVI.scilicet consul , esset futurus usque ad Calen. Ianua.i. primum Ianuarii diem , quæ scilicet Calendæ erant futuræ postridie.i.die sequente diem electionis, mane.i.prima luce , & ita paulo una nocte plus consul futurus erat. Itaq; scito neminẽ prandisse,id est prandium fecisse,Caninio cõsule, quia post prandium erat creatus, & ante prandium sequens abrogatus . Prima enim hora in ortu solis erat,& ad quintam ea tempestate meridies erat,tamen nihil mali factum est eo cõsule,quod difficile esset probare. Enim.id est quia mirifica uigilantia fuit,scilicet Caninii,qui curis distentus,non uiderit,id est perceperit somnum toto consulatu suo. Hæc uidentur tibi ridicula,id est digna risu,nõ enim ades,quæ si uideres,non teneres,id est contineres, lachrymas. Quid sup. faceres si scribam cætera? Sunt enim innumerabilia eiusdem generis , quæ ego quidem non ferrem.i.tollerarem , nisi contulissem me in portum philosophiæ.i.studium eius,& nisi haberem Atticũ nostrum sociũ studiorum meorum,cuius quando,id est quoniam,tu scribis te esse proprium mãcipio,id est dominio,& nexu,id est deuinctione, meum autem usu & fructu,id enim est cuiusque proprium,quo quisque fruitur. Sed supple scribam hæc alias pluribus , scilicet uerbis . Acilius qui missus est in Græciam cum legionibus , affectus est maximo beneficio meo. Enim.id est quia , defensus est bis à me iudicio capitis, id est in uitæ periculo,rebus saluis, & est homo non ingratus,& obseruat , id est ueneratur me. Scripsi ad eum diligentissime de te , & coniunxi eam epistolam cum hac , quam uelim scribas ad me , quomodo ille acceperit , & quid sit pollicitus tibi, aut quando accepit , ecquid , id est quid sit pollicitus tibi &c.

inuitatoria

Cicero Curio S. D. Ep. 32

FAcile perspexi ex tuis literis , quòd semper studui & me à te plurimi fieri , & te intelligere quàm mihi charus esses. Quod cum vterque nostrum consecutus est , reliquum est vt officiis certemus inter nos,quib[us] æquo animo vel vincã te,vel vincar abs te. Acilio non fuisse necesse meas dari literas,facile patior.Sulpitii tibi operam intelligo ex tuis literis non multum op[us] fuisse,propter tuas res ita contractas , vt quemadmodum scribis,nec caput nec pedes . Equidẽ vellem vti pedes haberent , vt aliquando redires . Vides enim exaruisse iam veterem vrbanitatẽ:vt Pomponius noster suo iure posset dicere , nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam . Ergo is tibi,nos ei succedimus . Veni igitur quæso , ne tamen semen vrbanitatis vna cum Repub.intereat. Vale.

HVBER. FACILE.Testatus fuerat Curius suis literis suam erga Ci.beneuolentiam, admonuerátque eum se omnia fuisse obtenturum ab Attilio, quæ uoluisset etiã sine literis Ci.quibus omnibus respondet Ci.se gaudere.Deinde cum eo iocatur,hortaturq;,ut domum redeat,ne omnino illa urbanitas & Attica dicendi gratia,qua se Curium & Atticum præcipue ualere dicit,admittatur. Studui.optaui.scilicet. Et me.&c. Quod. quã rem, scilicet ut ego intelligerem me à te plurimum fieri,& tu intelligeres, quàm mihi charus esses. Est consecutus. effecit. Officiis.beneficiis. Certemus.amice contendamus, & uideamus uter utri possit plura præstare. Quibus officiis : declarat autem quomodo sit certandum. Facile patior.ualde contentus sum. Meas literas. de te commendatitias, quas in præcedenti epistola uidimus esse scriptas. Non fuisse opus. non fuisse necessariũ. Operam.fauorem,laborem. Contractas. implicatas. Nec caput nec pedes,scilicet habeat : prouerbialiter dixit, id est nullum ordinẽ nec principiũ nec finem. Equidem.iocatur Ci. Haberent pedes. ut eis posses uti ad redeundum. Exaruisse.exicasse, & exhaustam esse, & defecisse : metaphora ab aquis. Pomponius qui cognominatus est Atticus. Suo iure.merito quodam,& quadam prærogatiua. Atticam.cultam,tersam, quali utuntur Attici, qui cæteris omnibus Græcis cultiores habentur , unde & eloquentia Attica κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur,id est per excellentiam. Ergo is.scilicet Atticus. Tibi.scilicet succedit,quia tu es primus in urbanitate. Nos ei.Attil.succedimus post ipsum. Semen.materia copia. Tantum. quantum, scilicet est in te. Intereat. pereat,& penitus amittatur.

Universidad de ... Biblioteca

ASCEN. FACILE perspexi, ex literis tuis sup. id,quod studui,scilicet assequi semper,uidelicet &,id est simul, me fieri plurimi à te, & te intelligere quàm, id est quantùm charus esses mihi. Quod quando, id est quóniam,uterque nostrum est assecûtus,reliquum est,id est restat,ut certêmus officiis inter nos,id est mutuis,quibus ego uel uincam te,uel uincar à te,æquo ánimo,id est inoffenso. Facilè pátior non fuisse necesse dari literas meas ad Attilium. Intelligo ex literis tuis,non fuisse tibi opus multùm ópera,id est labore & industria Sulpitii,propter res tuas contractas ita,id est attractas,ut nec haberent caput nec pedes, id est nec principium nec finem,quemádmodum,scilicet Sulpitius scribit. Equidem,id est ego quidem, uellem uti,id est ut, habêrent pedes, ut redires aliquando.i.tandem. Tu uides enim ueterem urbanitâtem.i.lepôrem & sales urbis exaruisse iam,ut Pomponius noster.s.Atticus,possit dícere iure suo.i.autoritate sibi debita ,quod aliquando dixisse uidetur. Nisi nos pauci retineâmus gloriam antiquam Atticam.i. Atheniensem. Ergo is.s. Atticus, succedit tibi, scilicet in urbanitáte,nos succedimus ei,scilicet Attico. Veni igitur quæso ne tantum semen urbanitatis intereat unà cum repub.

M. Cicero Volumnio S. D.

QVòd sine prænomine familiariter,vt debêbas, ad me epistolam misisti,primùm addubitaui num à Volúmnio senatóre esset,quo cum mihi est magn⁹ vsus: *deinde εὐτραπελία literarum fecit vt intelligerem tuas esse. Quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt præter illud, quòd parùm diligenter possessio salinarum mearum à te procuratóre defenditur. Ais enim,vt ego discesserim

HVBER. QVOD sine. Laudat Ci. Volumnium facetiarũ præstantia,cũ enim duo essent Volumnii alter senator, & hic qui scripserat epistolam de Cic.sine prenómine:dicit Ci.se cognouisse eius epistolam tantummodo ex facetiis, deinde cõmendat etiam facetias suas,quas ostendit esse non ineptas sed artificiósas,& quales.2.libr. de oratóre dicit esse oportere, quas dicit se uelle à Volumnio defendi, quem cæteris omnibus antepônit. Postremò petit ab eo sæpe ad se scribat, sibi enim gratissimas dicit eius literas. Sine prænomine. sine appositione prænominis tui, quod ad differentiam ponitur: sunt enim proprium nóminum species quatuor. *Nomen* Nomen quod unicuique est necessarium: *Prænomẽ* prenómen quod pónitur differentię causa, ut puta filii Cn. Põ.magni,cũ proprio nomine decernerentur ambo Põ.ut decerneretur prenominis alter, alteri fuit prænomen Cn. alteri Sestio. Réliquę duæ species *Cognomẽ* cognómen,& *Agnomen* agnómen,quorũ prmum est familiæ,álterum fortunæ, licet interdum abutantur autóres,& præcipue poetæ.Virg.Cui nunc cognómen Iulo. Vt de.quia scribêbas ad amicissimũ. Esset.s.epistola missa,uel data. Vsus.consuetúdo,conuersatio.Deinde post hanc dubitationem. εὐτραπελία. urbanitas,uel festiuitas,uel faceta comitas. Tuas esse.quem sciebam natúra facetissimum. *Possessio* Posséssio.proprietas, translatio à rebus,de quibus propriè posséssio dícitur. *Salina* Salinárum. salina propriè dícitur locus ubi sal fit, sed quoniam sal pro facetiis ponit Cic.intelligit salinas translatiuè apophthegmata & facetias suas. Te procuratore, id est à te quem reliqui quasi procuratorem mearum facetiarum. Vt.postquam.

***P.V.C.** DEINDE Eutrapelia literarum fecit. Quid Eutrapelia sit, notissimum est:utitur Aristoteles hac uoce sæpe libro VII. ἠθικῶν, in secundo autem de arte dicendi,quo loco de móribus singularum ætatum disserit, natúram,uimq; huius nominis expressit:quum enim adulescentes risus studiósos esse dixisset,addidit, διὸ καὶ εὐτράπελοι· ἡ γὰρ εὐτραπελία πεπαιδευμένη ὕβρις. nihil aliud est,inquit, εὐτραπελία, nisi eruditum & urbanum conuicium. Mirífice igitur quadrábat cognomen hoc Volúmnio(eutrápelus enim ille dicebâtur,ut ostendit Cicero in epistolis ad Pætum:Quæres ubi?apud Volúmnium eutrapelum) si ex lepóribus,quibus usus est in epístola,& salibus à quo scripta erat,intélligi pótuit,cum aliter sciri uix posset.Erat enim Volúmnius quidã senátor temporibus iisdem,Ciceroni ualdè famíliaris.Hic eutrapelus,de quo lóquitur,est Volúmnius ille,(ut puto) qui cum Antonium in castra secutus esset (delectabátur enim huiusmodi homínibus: neq; in maximis etiam rebus has uoluptátes,quas mimi & scurrę prębent,spernebat) incidit in manus Bruti,& ab amicis ipsius trucidátus est,cum non bene illi uocem imperatóris accepissent,& antea Volúmnio huic iráti essent,& álteri eiusdem studii homini Sacullióni appelláto,ꝙ dicacitatem eorum,qui in ea etiam fortuna à scõmátibus non abstinêrent,ferre non possent. Hæc tradit Plutarchus in M. Bruti uita his uerbis: ἦν δὲ τις Βολούμνιος μῖμος καὶ Σακουλίων γελωτοποιὸς ἁλωκότες, οὓς ἐν δεινῷ λόγῳ τιθεμένου τοῦ Βρούτου. & quæ sequuntur. Nam fuisse illum Antonio familiárem, testimónio Cicerónis cõfirmatur,qui in XIII. Philipp.inquit,Addite Antonii collusóres,& sodales,Eutrapelum,Melam,Cælium.

omnia ómnium dicta, in his etiam Sestiana, in me cõferri.quid?tu id pateris? nonne defendis ? non resistis? equidem sperábam ita notata me reliquisse genera dictorum meórum, vt cognosci sua sponte possent. Sed quum tanta fæx est in vrbe, vt nihil tam sit ἄκυρον,quod non alicui venustum esse videátur:pugna, si me amas: nisi acuta ἀμφιβολία,nisi elegans ὑπερβολή,nisi παράγραμμα bellum,nisi ridiculũ παρὰ προσδοκίαν , nisi cætera, quæ sunt à me in secũdo libro de Oratore per Antonii personam disputáta de ridiculis,

HVBER. OMNIA omium dicta,id est omnia apophthegmata cuiusque, scilicet scõmmata & facetias omnium mihi attribui,cum mea dicta possint ab aliis facilè discerni,propter quandam elegantiam. Etiam Sestiana, id est etiam dicta Sestii,quæ nullam habent comparationem cum eis. Quid.cur. Pateris id.ut omnia omnium dicta attribuantur mihi, & præcipue Sestiana. quæ maxime sunt inepta. Resistis. iis qui ea in me cõferunt, & negas esse mea. Innotáta . ita signata. Sua sponte.per se ipsa,ut qui ea uidéret aut audiret etiam sine inscriptione mei nominis,posset nosse & dicere, hæc sunt Cice. Tanta fex.tanta uilitas & sordes. Tam ἀκυδηρον. hæc est communis lectio , sed quid significet ἀκυρηδιον,nec ex libris nec ex uiris Græcis,satis mihi cognosci pôtuit,puto autem melius legi,uel ἄκυρον, id est abrogatum non autenticum,improprium,absonum, uel ἀκάθαρτον, id est sordidum , impurum, immundum.

diculis,

diculis ἔντεχνα, & argûta apparêbunt,vt sacramento contendas mea non esse. Nam de iudiciis quod quereris , multo labôro minus : trahantur per me pedibus omnes rei , sit vel Selius tam éloquens , vt possit probâre se liberum, non laboro. Vrbanitátis possessiónem

Pugna enitere. Ordo est,pugna ut contendas sacramento non esse mea.s.dicta nisi acuta & c. ἀμφιβολία. ambiguitas. Acuta.ingeniosa,qualis fuit in eum,cuius matrem cũ uellet significare impudicam,& quæsitum esset quis fuisset ei pater,respondit Cice.respõsionem hanc difficiliorem éfficit mater tua. Elegãs. non uulgaris. ὑπερβολή, superlatio. παράγραμμα.i.inscriptio.Ridiculum. res ridícula,ut in eum, qui tres filias deformosissimas habêbat de quo cum sibi obui⁹ esset ita submissa uoce apud quosdam dixit , hic aut oriẽte sole líberos génuit. παρὰ προσδοκίαν.præter expectationẽ. Per Antonii personam.i.introducto Antonio,qui in eo libro de his dísputat.ἔντεχνα.artificiosa, Argúta.subtília,cállida,quodã certo iudicio probata.Sacramento.iureiurãdo. Contendas. asseras. Nam de iudiciis.dicit se his urbanis dictis delectari,iudiciis uero,hoc est causis iudiciálibus non multùm.

ASCEN. QVOD &c. laudat Volúmnium ob facetiárum præstántiam: cum enim duo essent Volumnii,dicit se cognouisse utrius esset epístola ex solis facetiis,quas commendans ínnuit libros suos de oratóre uelle defendi à Volumnio,monetq; ut adse scribat.Ordo est.Quòd misisti ad me epístolam familiáriter,ut debêbas,sine p̄nomine.quo eiusdem nóminis hómines discerni solêbant : primùm addubitâui,num.i.nunquid,supple epístola esset à Volúmnio senatóre,cum quo est mihi magnus usus.i.magna consuetudo uiuendi. Deinde εὐτραπελία.i.faceta urbánitas & cómitas literárum, fecit ut intellígerem esse tuas. In quibus líteris ómnia fuerũt mihi periucunda, præter id,quod posséssio.i.ius possidendi,siluárum meárũ,aut salinárum.i.locorum in quibus sal fiebat,sed malim siluárum légere,& pro uariãtum rerum congérie,in unum códicem potiùs,quàm ꝑ siluis arbóreis,defénditur parùm diligẽter à te procuratóre. Ais enim oía dicta.i.apophthegmata & scómmata ómnium,conferri in me,ut.i.postq̃,ego discésserim,& ais in his.s.dictis,etiam Sestiana.s. dicta cõferri.i.iaculari,in.i.contra me.Quid?modus interrogãdi ex indignatióne, tu páteris id? quasi dicat non debêres pati, nonne defendis?nonne resistis? Equidem.i.ego quidem sperâbam me reliquisse génera dictórum .s.urbanórum,ita notáta.i.signáta,ut possent cognosci sua,non te.i.per se sine deféśore,cuius essent possessóris, hoc est ut possent agnosci mea unde de syluis dictórum prius locutus est. Sed quando.i.quoniam,tanta fex.i.corruptio & infectio linguæ Romanæ:est in urbe,scilicet Roma, ut nihil sit ἄκυρον akyron.i.abrogátum,aut ἄκτιστον, aktiston.i.fabricátum,aut ἄκριτον akreton.i.imperfectum,quod nõ uideátur alicui esse uenustũ,pugna scilicet ácriter insta,si amas me,nisi supple in dictis meis sit amphibólia,id est dubia locútio,aut ambiguitas sententiæ acuta,id est subtîlis,& nisi sit hypérbole,id est superlatio sẽtentiæ,seu locutio per hypérbolem, elegãs id est apta & culta.nisi paragrámma,in est inscriptio uenusta,nisi bellum, nisi ridículum,id est risum excitãs, paraprosdokian,id est præter expectationem,nisi cætera,quæ sunt disputáta à me in secundo libro de oratore per personam Antonii,scilicet oratóris clarissimi,de ridículis,scílicet dictis,apparebunt entechna.i.artificiosa & arguta, id est subtília & cállida. Vt contendas sacramento, id est affirmes iuramento non esse mea. Nam quod quéreris de iudiciis,id est ꝙ in eis dicat dormitasse,labôro multo minùs,non labôro,trahantur,id est si trahantur omnes rei,id est accusáti,per me,id est quantum est de iudiciis per me tráditis,pedibus,scílicet anterióribus iniecto unco,uel id est etiam, Selius tam éloquens , ut possit probâre sicut iactat se liberum supple esse.

***P.V.C.** IN his etiam Sestiana. Quis fúerit hic Sestius,cuius dicta ita insulsa essent,ut prouerbio locum fecerint, quærendũ.Suspicor illum intelligi,quẽ politissimus poêta Catullus & ipse derídet,& secum pésimè actũ esse tradit,ꝙ eius conuiua esse uolúerit:cum in illius scripta inciderit,quæ tantum morbum repentè ei conciliarent,ut uix in agellum suum confúgiens,atq; ibi se diligenter curans,illum péllere potúerit:

Nam Sestianus dum uolo esse conuiua.

HVBER. cum enim iisdem temporibus Cicero,Catullusque uixerint, de iisdem etiam homínibus mentiónem faciunt :nam Sestium insulsum hóminem fuisse,& ineptum scriptórem,ex loco illo ad Att. perspicium est, 405. in quo accusâui mecum ipse Pompeium,qui cum scriptor luculentus esset,tantas res,atque eas,quę in omniũ manus uentúræ essent,Sestio nostro scribendas déderit:itaque nihil unquam legi scriptum σηστιωδέστερον, id est insulsius. quod facilius probári posset ab illo scriptum esse,quod melius illum rédderet:lusit enim in Latina uoce Cicero Græcorum more illam conformans.

amabo , quibusvis interdictis defendamus in qua te unum metuo , contemno cæteros . Derideri te putas? nunc demum intelligo te sapere. Sed me hercule extra iocum,valde mihi tuæ literæ facetæ, elegantesque visæ sunt . Illa quanuis ridicula essent,sicut erant, mihi tamẽ risum nõ mouerunt.Cupio enim nostrum illum amicum in tribunatu quamplurimum habere grauitatis: id cum ipsius causa(est enim mihi vt scis,in morib⁹)tum me her-

ASCEN. AMABO.blandientis est. Quibusuis interdictis. tractum à iure,quo quidem solẽt fieri interdicta ad prohibẽdam turbationem possessionum,unde dicit facienda esse interdicta,ne quispiam usurpet urbanitatem suam. In qua. urbanitate. Te unum.te solũ ne à te uincar.Cõtemno.paruifacio. Cęteros.quos non uideo multum ualere. Derideri.quia dico te solum à me metui.Extra iocum.sine ioco.i.ut serio loquar. Illa quanuis ridicula.scripserat ut coniicim⁹ de aliquo quod leuissime aliquid egisset,de quo Cice.dicit se non risisse,licet uideretur fuisse ridendũ. Illum amicum.ignotum,de quo dicat reipub.scilicet causa , cuius interest habere uiros graues & optimos. Quam.rempub. Ingrata.quia non cognoscit, & quantum ei profuerim , & prodesse possim. Sermo tuarum literarum, id est quo mecũ colloquaris per literas,cohortare,ut in amore meo perseueret. Redde.effice. Quicquam desit quominus

sit

Universidad de Deusto Biblioteca

cule etiam reipub. quam quidem, quanuis in me ingrata sit, tamen amare non desinam. Tu mi Volumni quando & instituisti, & mihi vides esse gratum, scribe ad me quàm sæpissime de Rebus vrbanis, de repu. Iucundus est mihi sermo literarũ tuarum. Præterea Dolabellam, quem ego perspicio & iudico cupidissimum esse, atque amantissimum mei, cohortare, & confirma, & redde plane meum. Non me hercule, quo quicquam desit, sed quia valde cupio, non videor nimium laborare. Vale.

Cicero Volumnio. S.D.

QVod declamationibus nostris cares, damni nihil facis. Quod Hircio inuideres nisi eum amares, non erat causa inuidendi: nisi forte ipsius eloquẽtiæ magis, quàm quòd me audiret, inuideres. Nos enim plane mi suauissime Volumni aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis displicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente uigebãmus amissis: ut etiam siquando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus, quòd hæc* pennigero, non armigero in corpore tela exerceantur: ut ait Philoctetes apud Accium abiecta gloria. Sed tamen omnia mihi erunt, si tu ueneris, hilariora. quanquam venis, vt ipse intelligis, in maximarum quasi concursum occupationum. quas si ut uolumus,

sit meus. Laborare.curare. Vale.

AMABO, blandientis uox. ô Volumni, defendamus possessionem urbanitatis.i.ut nostra dicatur propria, quibusuis interdictis, in qua scilicet possessione, metuo te unum scilicet ne eripias eam mihi, contemno cæteros. Putas te derideri? quasi dicat etiam. Vnde dicit. Ego intelligo nunc demum te sapere, sed me hercule sup. loquor extra iocum, tuæ literæ uisæ sunt mihi ualde facetæ & elegantes. Illa.s. alia in epistola tua scripta, quanuis essent ridicula, sicut erant, tamen non mouerunt mihi risum, cupio enim illum amicum nostrum habere quamplurimũ grauitatis in tribunatu, cum.s.ita sit, ꝙ uelim id, causa ipsius: est enim mihi ut scis in maioribus.s.amicis tum me hercule, etiam reipu.s.causa, quam.s.rempu. quanuis sit ingrata in me, tamen non desinam amare. Tu ô Volumni, quando.i.quoniam, &.i.simul, instituisti.i.incœpisti, & uides esse gratum mihi scribe ad me q̃ sæpissime de rebus urbanis, de repub. Sermo literarum tuarum est iocũdus mihi. Præterea cohortare & confirma & redde plane meum Dolabellam.s.generum meum quem ego uideo esse cupidissimum atq; amantissimum mei. Me hercule, non sup. id peto quo legam ꝙ quicq̃.s.amoris eius in me desit, sed quia cupio ualde, nõ uideor laborare nimiũ.

HVBER. QVod declamationibus. Scripserat Voluminus ad Ci. se cupidum eius declamationum. Deinde ꝙ nisi esset amicus Hircii. ei inuideret, quia esset auditor Cice. rescribit declamationes suas non esse tales, ut damnum sit Volumnio eis carere, & nullam esse causam quare inuideat Hircio, quod sit auditor suus, quia non sit ipse Ci. præceptor inuidiosus, sed potius fortunam suam talem dicit, ut sibi ipse displiceat, maxime amissis sodalibus & æqualibus suis, quorum cõsuetudine frui solebat. Deinde dicit se desiderare aduentum Volumnii, seq; habere adiutores etiam Cassium & Dolabellam, quibus ipse Volũnius suo polito iudicio plurimum prodesse possit. Postremò ostendit se cupidum relinquendi tandem causas & negocia ciuilia, & tradendi se totum literis. Declamationes Declamationibus. declamationes dicuntur exercitationes ad dicendum in ficto themate: sumuntur autẽ interdum ex fabulis nõnunq̃ etiam ex historia, ut de Iasone & Medea. De Hannibale, ut ostendit Iuue. I nunc & sæuas cure per alpeis, Vt pueris placeas, & declamatio fias. Damni nihil facis. nullum est tibi damnum, quia non sunt tãtæ utilitatis. Inuidendi. ei qđ me audiret. Displicemus no. non sumus contenti sorte nostra. Gregalibus, sodalibus æqualibus ex eodẽ grege. Te plau. te gaudente & gratulante nobis. Vigebamus. stabamus in statu nostro. Emisimus. edidimus, diuulgauimus. Pœniger Pœnigero. pleno pœnis & cruciatibus. quidam legunt pennigero.i. apto pennæ.i. calamo, hoc est ad scribendum, sed priorem sensum uerum puto. Philoctetes Philoctetes. is fuit Pæantis filius Herculis socius, & eius sagittarum hæres, quarum una lapsa ita pedem lernæo ueneno, quo erat infecta corrupit, ut odor ferri non posset, ob quam causam: Græcis in Lenno relictus est, ut ostendit Oui. lib. xiii. Meta. eum autem in tragœdia quadam inducit Accius poeta, dicentem tela exerceri in corpore suo pennigero, non autem armigero. Abiecti, s. nos. Concursum. congregationem, multitudinem, quia undique ad te concurrent.

ASCEN. Ordo QVod decla. & c. Scripserat Volumnius se cupidum esse declamationum Ci. & ꝙ nisi esset amicus Hircii ei inuideret ꝙ esset auditor Ci. Respondet igitur Ci. se & sua non esse tanti. Ordo est. Quòd cares declamationibus nostris, nihil facis damni, ꝙ inuideres Hircio, nisi amares eum: non erat causa inuidendi, nisi forte inuideres magis eloquentiæ ipsius, ꝙ audiret me. Sunt autem declamationes orationes in scholis rhetorum habitæ, quibus oratoriè studentes ad utramque partem argumentantes se exercẽt in fictis causis, ut ad ueras habiles fiant. Se autem extenuat, dicens. Enim.i. quia ô mi suauissime Volumni, nos aut nihil sumus.i. nullius artificii, aut displicemus nobisipsis & hoc gregalibus.i. sodalibus illis gregatim nos frequentare solitis, quibus uigebamus te plaudente.i. applaudente, amissis.i. postq̃ eos amisimus, ut ingemiscamus etiam si quando.i. aliquando, amisimus aliquid dignum nomine nr̃o, qđ tunc celebre erat, & nunc celeberrimum est: ingemiscamus inquam, ꝙ hæc tela. Allegoricos loquitur, alludens ad uerba Acciani in Philoctet. unde dupliciter exponam: primo secundum historiam accipienda sunt: deinde ut secundum allegoriam. Secundum historiã igitur sic.s. fatalia ad euersionem Troiæ destinata execrantur, ut ait Philoctetes apud Accium poetam Tragicum, in corpore pennigero.i. in auibus sagitta petendis, non in corpore armigero.i. belligero, gloria abiecta, quia auem deiecisse parum est gloriæ, uirum bellicosum multũ. Alii in corpore pennigero legunt, quia in suo corpore ærumnoso exercuit. Secundum allegoriam autem sic, ꝙ hæc tela.i. uerba acuta & oratoria exerceantur in corpore pennigero.i. in auditorio molli & indocto, & nõ in corpore belligero.i. auditorio acri, & ad oratoriam apto, gloria amissa, ut ait, licet in alio sensu Philoctetes comes Herculis apud Accium in fabula. Sed tamen omnia erunt mihi hilariora.i. lætiora quàm nunc sint, si tu ueneris, quamquam uenies, ut .i. quemadmodum, ipse.i. tute intelligis, quasi in cõcursum maximarum occupationum, quas.s. occupatiões.

* PETRI VICTO. CASTI. PINNIGERO, non armigero in corpore. Quemadmodum in antiquis codicibus scriptum in ueni, ita scripsi præcipue enim Medicæi scripturam animaduersione dignam iudicaui: eadem enim est, quæ in uetustis lapidibus. Nam paulo supra INGEMESCEMVS, in eo legitur, ut in epistola Cęcinnæ CONTREMESCO, & non multo ante ad Curium AVEM ALVAM, pro albam. nec me latet, ueteres literatos uiros de hac uoce, quomodo scribenda esset, inter se concertasse. Accurati quoque ac docti hominis uerba sunt super illo Vergilii, formidine pennæ. In Romano pinnæ more suo, contra Capri sententiam.

exceperimus, ego vero multam salutem & foro dicam, & curiæ: viuamque tecum multum, & cum communibus nostris amatoribus. Nam & Cassius tuus, & Dolabella noster, vel potius vterque noster, studiis hisdem tenentur, & meis æquissimis vtuntur auribus. Opus est hic limatulo & pollito tuo iudicio, & illlis interioribus literis meis, quibus sæpe verecũdiorem me in loquẽdo facis. Mihi enim iudicatum est, si modò hoc Cæsar aut patietur, aut volet, deponere illam iam personam in qua me sæpe illi ipsi probaui: ac me totum in literas abdere, tecumque, & cum cæteris earum studiosis honestissimo ocio perfrui. Tu vellem ne veritus esses, ne pluribus legerem tuas literas, si mihi (quemadmodum scribis) longiores forte misisses: ac velim posthac sic statuas, tuas mihi literas longissimas quasque, gratissimas fore. Vale.

HVBER. EXceperimns. superauerimus, ut excipit incautũ. Dicam salutem, salutabo.i. dicam curiæ & foro ualete. Eisdem studiis. quibus ego quoque delector. Vtuntur me æquissimis auribus.i. me libentissime audiunt, & sine ulla molestia. Limatulus Limatulo. terso & subtili: blandimenti gratia usus est diminutiuo. Quibus sæpe me uerecundiorem. quia eas tãtum laudas, ut plerunque erubescam loqui. Iudicatum. decretum. Personam. oratoriam. Probaui. cum laude, honeste. Ocio lit. quo nullum potest esse honestius. Te uelim. dicit literas Volumnii non posse sibi uideri nimis longas, sed quanto fuerunt longiores, tanto gratiores fore. Hoc autẽ dixit, quia scripserat Volum. se uereri, ut Ci. fastidio quodam non legeret epistolas suas, si forent longiores, ideoque se breuiores scribere.

ASCEN. SI exceperimus.i. superauerimus, ut apud Virgil. Excipit incautum, aut expleuerimus, ut uolumus. Ego dicam uero.i. ex animo, & pro uero, multam salutem & foro.s. iudiciali, & curiæ.i. senatui: coram illis enim orandum est, & in concione, & uiuam tecum, & cum omnibus amatoribus.i. quos possidemus, aut nostri.i. qui nos amant. Nam & Cassius tuus.s. amicus, & Dolabella noster, uel potius uterque noster, tenentur eisdem.i. hisipsis studiis, & utuntur me auribus æquissimis.i. libentissime audiunt me. Opus est huic, uidelicet Dolabellæ, iudicio tuo limatulo.i. belle limato & terso, & pro.i. polito, quia non est tanto iudicio ut tuo, & illi.s. Cassio opus est literis meis interioribus.i. secretis & arcanis, quas non omnibus communico, aut quas non omnes imitari possunt, quibus scilicet literis, facis me sæpe uerecundiorem in loquendo, ut ꝙ ea sic imiteris, ut me superes, at ꝙ me incommode ob eas extollas. Enim.i. quia, iudicatum.i. penitus decretũ est, mihi si modo.i. dummodo, Cæsar patietur, aut uolet hoc deponere iam.i. deinceps illam personam.s. oratoriam & causidicam, in qua.s. persona, ego probaui.i. commendatum feci me sæpe illiipsi.s. Cæsari, ac iudicatum est mihi, abdere.i. abscondere, me totum in literis.s. ocio literario, & perfrui honestissimo ocio tecum, & cum cæteris studiosis earum.s. literarum, pręcipue ethicarum. Vellem ne.i. ut non, esses ueritus, ne.i. ꝙ nõ, legerem literas tuas, pluribus supple uerbis scriptas, si forte misisses mihi longiores, quemadmodum scribis, aut pluribus sup. uicibns, & nõ semel, ac uelim statuas.i. constituas & persuadeas tibi posthac sic, literas tuas longissimas quasque.i. ut quæque erunt longissimæ, fore mihi gratissimas.i. ita futuras mihi gratissimas.

NOn minore equidẽ aliorum utilitate, q̃ labore meo bone Accursi mi doctissime atque optime, puto me septem M.C. epistolarũ familiariũ libros explicasse, ut te & nosse & p̃dicare audio, in quo nõ tan mea q̃ cõmuni oĩm causa tibi gratias ago. Nos enim tam nostra causa, q̃ te multum uelle scio, q̃ communi omnium utilitate studium laboremq; nostrum à te probari intelligo, ꝙ uides me adolescentibus nr̃is, qui prius fragili inermiq; quadam cymba fluitabant, nunc remigium, & tutam firmãq; nauem ædificasse, atq; dedisse, per q̃ hoc ingens & dubium epistolarum pelagus non modo nauigare, uerum etiam ad optatum portum peruenire possit, ex quo non tam mihi gratiam haberi opto, q̃ ne inuidia magis q̃ merito meo in detractores incurram, ut si opus hoc minime laudandum putabitur, certe studium uolũtasque mea nõ improbetur, quæ profecto tantum negocii non suscepisset, nisi magis pub. q̃ priuatæ utilitatis causa suasisset atq; impulisset. Quamobrem, qui meam causam aduersus inuidos obtrectatores meos nõ tuebitur, is communis utilitatis, se non amicum arguet, qui non magis fauore digna existimabit, si quibus locis defecimus, q̃ reprehẽsione. Nam cuiusuis hominis castigationem æquissimo animo me accepturum polliceor, si modo liuore caruerit, si existimauerit quanto plura bona q̃ mala in hoc tempore sint, si quæ alii scripserunt, ita cum nr̃is compararet, ut ad iudicandum nõ hominum, sed rerum ratio habeatur, sunt enim qui magis autoritate quo-

rundam

rundam q̃ rerum ueritate ducantur,qui ut sine ratione mouentur,ita & contemnendi sunt itaque eos omittas,atq; ad reliqua pergamus,in quibus uelut obex quidam se nobis offert octauus hic liber epistolarum nõ Ci.sed Cælii,qui,& rerum plurimarum obscuritate,& uitio librariorum ita difficilis atq; confragosus est,ut iter nostrum, cuius celeritatem exigis, non impediturus, sed certe aliquantulum tardaturus uideatur. Accelerabimus tamen quantum fieri poterit,& quoniam utilitati consulimus, non quolibet scopulo immorabimur,sed altum petemus,& remis uelisque(ut spero)plenis, ad portum properabimus:ut qui studiis nostris fauent,eis aliquando & frui & gaudere possint:qui uero dolent ueram dolendi causam habeãt, inuidia rumpantur,ut ilia Codro. Tu interea uale,& nos ama.nos ad instituta pergemus.

HVBER.

M·T·CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIB.VIII.

M.Cælius M.Ciceroni. S.D.

QVOD tibi. Hic est Cælius ad quem Cic.multas epistolas scripsit lib.se. cui cum Cic.mandasset,ut ad se diligenter perscriberet quæcunque i urbe fierent: hac epistola scribit Cælius se usum omni diligentia, ut cũ ipse manu propria scribere nõ posset,per quosdam omnia etiamminutissima ad ipsum Cice.perscriberentur: dicit tamen se ad eum misisse uolumen quoddam,in quo omnia complexus sit q̃ si minus ei placuerit, rogat se fieri certiorem.Deinde scribit qui rumores sint in urbe de Pomp.& Cæ.& postremo ubi sit Plancus,quem Ci.plurimum diligebat. Decedens à te.Data opera.adhibito studio.Persequeretur.tractaret. Sedulitas.diligentia. Arguta. studiosa,calida. Curiosus.diligens inuestigator rerum. Peregrinantibus.absentibus à patria. Arrogantiæ.superbiæ,elationis. Delegaui.mandaui,tradidi. Excusat me.quia testatur ϕ ego nõ dedignor ad te scribere. Nescio cuius ocii esset.q.d.nullius, aut certe paucorum.i. nescio cui posset esse tantum ocium. Ibi. in uolumine meo ad te misso. Omnia se.quicquid senatus consultauit & decreuit. Fabulæ.sermones uulgi,à fando. Iuue. It noua nec tristis per cunctas fabula cœnas. Rumores.rumor fama est sine certo authore. Quod exemplum. quæ cõpia uoluminis mei. Molestiam.i.tædium. Exhibeam.præbeam. Cum mea impensa. profundendo laborem & chartam. Isti.ope.isti quibus dedi negocium, ut ad te scribant, & qui à me sunt conducti ad hanc operam. Existimatio.opinio. De eo.quod erit actum magis in rep. Transpadanorum.i. eorum qui colunt Transpadanum. Caluerunt.ferbuerunt, frequentati & celebres fuerunt.

Rumor
Fabula

ASCEN.

QVOD tibi decedẽs &c. Totus hic octauus liber est Marci Cælii,Eius uidelicet,ad quem libro secundo,à Ciceróne scriptæ sunt complures epistolæ,uerũ quia ad Ci.scriptæ sunt,& ad Ciceronianum stilum accedunt inter Ciceronianas computantur. Huius autem argumentum est huiusmodi. Cum Cicero manens in prouincia mandasset Cælio proficiscenti Romam,ut ad se diligenter scriberet quæcunque in urbe fierent scribit se parasse, qui omnia etiam minima quæq; scriberet,quam diligentiam,si Cicero nõ probaret, monet ut rescribat. Deinde quæ ab illo p̃termissa putat, scribit q rumores sunt in urbe de Põpeio & Cæsare, & postremò ubi sit Plancus,quem Cicero plurimum diligebat. Ordo est.Quod.i.quia, ego decedens.s.à te in urbem, pollicitus sum me perscripturum tibi diligentissime omnes res urbãnas .i.quæ in urbe fierent,paraui.i. comparaui & disposui,opera data.i.ex compósito & deliberato propósito,sup.scribam,qui persequerẽtur.i. plane perscriberet hæc omnia,sic ut uerear,ne hæc sedulitas.i.diligentia mea & fidelitas in seruãdis promissis: dicitur enim quasi seorsum à dolo,uideatur tibi nimium arguta.i.callide interpretata mandatum tuum.Tametsi scio q̃.i.quantum,tu sis curiosus.s.rerum nouarũ, & q̃,id est quantum,gratum sit omnibus peregrinantibus.i.in externis regionibus agentibus,sup.eos fieri certiores,quoq;.i.etiam, minimarum rerum, quæ gerantur domi in sua cuiusq; pátria. Tamen ego deprecor te in hoc,ne condemnes hoc officium meum arrogántiæ,scilicet uitio, ϕ delegaui, id est commisi álteri, hunc labórem,scilicet ad te scribendi,quæ hic gerantur. Non supple delegaui álteri hoc officium, quin,id est ϕ non,sit suauissimum mihi,&,id est simul,aut licèt occupato, & pigérrimo ad líteras scribendas, ut nosti, scilicet per experiéntiam.dare óperam tuæ memóriæ,scilicet excitandæ. Sed ipsum uolúmen,scilicet rerum urbanárum,quod misi tibi,excũsat me fácilè,ut ego árbitror,quasi dicat tália scripta in eo esse,ut Cícero non cénseat ea à Cælio fuisse scribenda. Nam nescio cuius ocii esset, id est quis tanto ócio redundáret, ut uacet,non modò,id est non solùm perscríbere hæc.i.huiusmodi nugas,& res nullius momenti, sed omnino animaduértere.i. ánimo complecti, & considerare. Omnia enim sunt tibi.i.in eo uolúmine, utpote Senatu sconsulta.i.decréta,fábulæ dictæ.s.in senatu,rumóres.s.incerto autóre perlâti. Quod exemplum.i.quæ forma scribendi res urbánas etiam minimas,si non delectant te,fac me certiórem,ne exhíbeam tibi molestiam.i. tædium,cum impensa mea.i.pecúnia, quam his rebus scribendis impendi & impendam. Si quid.i.aliquid, maius.i.maioris momenti erit actum in repub.quod isti operarii.i.scriptóres rerum leuiũ, possint persequi minus.i.non satis cómmode,& id est, simul quemádmodum sit actum,& quæ existimátio.i.opínio sit conflecuta.i.actiónem talem,& quæ spes est de eo.s.quod incœptum est,nos perscribémus tibi sup.hæc ómnia diligenter. Vt nunc est.i.secundum ϕ res nunc habent, nulla expectátio.s.magnæ rei est magnópere. Nam & illi rumóres.i.sermónes ab incerto autóre orti,de comitiis Transpadanórum.i. eorum qui Trãspadum incolunt,habendis.s.an deberent in ciuitátem récipi,aut ad bellum mitti, aut quid símile, caluérunt.innerebuérunt.

HVBER.

Ordo.

Sedulitas

Spadanórum,Cumárum tenus caluérunt. Romam cũ uenissem,ne tenuissimâ quidem auditionem de ea re accépi. Prætera Marcellus quidem adhuc nihil retulit de successióne prouinciárum Galliarũ,& in Cal.Iun.ut mihi ipse dixit, eam distulit relationem: sane quàm eos sermones expresit, qui de eo tum fuerant, cum Romæ nos essemus. Tu si Pompeium,ut volebas, offendisti, qui tibi visus sit,& quam orationem habuerit tecum, quamq; osténderit voluntatẽ (solet enim aliud sentire,& loqui:neq; tãtũ valere ingenio, ut non appareat, quid cupiat)fac mihi perscribas. Quod ad Cæsarem crebri,& nõ belli de eo rumores,sed susurrationes duntaxat ven iunt: alius equitem perdidisse,quod opinor certe factum:ali⁹ septimam legionem vapulasse, ipsum apud Beluacos circunsideri intercluśum ab reliquo exercitu:neq; adhuc certi quicquam est, neq; hæc incerta,tamen vulgo iactantur, sed inter paucos, quos tu nosti, plane secreto narrantur. Domitius, cum manus ad os appósuit. Te ad.ix. Calen. Iunii. subrostrarii (quod illorum capiti sit) dissiparant periisse, ita vt in vrbe,ac foro totomaximus rumor fuerit, atque à Pompeio in itinere occísum. Ego qui scirem Qu. Pompeium Bauli schœnobaticam facere, & vsque eo, vt ego misererer ei⁹ esuriei, nõ sũ cõmot⁹: & hoc mẽdacio,si qua pericula tibi impẽderẽt, vt defungeremur optaui. Plancus quidem tuus Rauennæ est, & magno congiario donatus à Cæsare,nec beatus, nec bene instructus est. Tui pollitici libri omnibus vigent. Vale.

Tenus

Susurrator
Susurrus

Subrostrarii

Rostra.

Bauli

Schœnobates

Rauenna
Cõgiariũ

cro.in satur. Augustus cũ ab eo Pacuuius Taurus cõgiarium peteret,diceremq;iam hoc hoĩes uulgo loqui,non paruam sibi ab illo pecuniam datam, sed tu inquit noli credere. Nec beatus.i.illo congiario.

Politici libri

Nec bene instructus.quia pluribus eget. Politici. de repub.quos scripsisti: nam πόλις ciuitatem significat, inde libri politici dicũtur qui de ciuitate & administratione reipub. tractant. Vigens.puto melius legendum esse uigent, ut sit tui lib. politici uigent omnibus. Ne mireris lector,si cubi uariat hic & itẽ deinceps epistolarum series,aut uerborum ab exemplaribus cęteris, causam uero intelliges ac probabis arbitror si.xxv.Cap.primæ Centuriæ Miscellaneorũ Politiani legeris.

ASCEN. ❧CVMARVM tenus.i.usque ad cumas, quæ urbs est in littore Tyrreni maris. Cum ego uenissem Romam,nequidem.non saltem, accepi auditionem tenuem.i.quantumuis exilem de ea re. Præterea Marcellus quidem nihil retulit.s.ad senatum.i.nihil egit adhuc in senatu,de successione prouinciarum Galliarum,& distulit eam relationem,ut ipse dixit mihi,in .i.usque,ad Cal.Iunii.s.mẽsis,qui.s.Marcellus expressit.i.explicauit,sane.i.omnino, sermones meos, qui fuerant de eo,tum.i.tunc, cum.i.quando, nos essemus Romæ. Tu si offendisti.i.conueniisti obuiam habitum Pompeium,ut uolebas,fac perscribas mihi, qui.i.qualis,sit tibi uisus,& quam orationem.i.qualem sermonẽ habuerit tecum,& quam.i.qua est,uoluntatem.s.suam. offenderit.s.uultu & aliis indiciis inter loquendum, Solet enim aliud sentire & loqui, neque ualere ingenio tantum.i.tam multum .i.non esse tam callidus & cautus, ut non appareat quid capiat,quod .s.attinet aut spectat ad Cæsarem,crebri & non belli.i.non boni sermones, sed duntaxat susurrationes.i.quæ in aures dicuntur, ueniunt .i.afferuntur,ad nos de eo, alius sup.dicit Cæsarem perdidisse equitem.i.equitatum,quod opinor certe factum esse,alius sup.dicit aut sustinet septimam legionem uapulasse.i.cæsam aut percussam esse.& sup.ipsum circũsederi.i.à Gallis intercluſum ab reliquo exercitu apud Belnacos populos Galliæ olim iam bellicosos,quorum fama & nomen adhuc durat, neque quicquam certi est adhuc,neque tamen hæc incerta iactantur uulgo,sup. narrantur secreto inter paucos, quos tu nosti plane.q.d.Cæ.inimicos. At.i.sed, Domitius sup.talia narrat,fingens se nolle aut non audere talia dicere, cum apposuit manum ad os.i.cum digito compescuit labellum,ne quicquam perperam dicat. Subrostrarii.i.qui subrostris sedent nouarum rerum captatores,nam à rostris omnia Romæ edicebantur, dissiparant.i.in uulgum disseminauerant te periisse ad nonum calendas Iunii, quod scilicet periisse, sit .i. eueniet, capitis in caput eorum, ut Aenei.secun. Quod dii prius omen in ipsum Conuertant.ita sup.dissiparant,ut maximus rumor fuerit in urbe ac foro toto,atque sup.dissiparant,Pompeium.s.Qu.non Cnæum occisum in itinere. Ego qui scirem Qu.Pompeium facere Bauli.i.in eo loco apud Baias, ubi Hercules boum stabulum fecit, unde Bauli quasi Boauli.i.boum aula.i.caula dicti sunt,facere schœnobaticam.i.artem funabulorum.i.ambulantium ac gradientium super funem extentam, σχοῖνος schœnos enim dicitur funis,βατνὸ bono gradior,ambulo.qui talia facit græce schœnobates,latine funabulus dicitur, & scirem eum facere schœnobaticam usque eo .i.intantum artificii,quod nullum illi erat,ut ego misererer esuriei.i.famis eius,non sum commotus.s.ex tali rumore,& optaui sup.ut nos defungeremur hoc mendacio.i.liberaremur & absolueremur,ut apud Maronem.O tandem magnis pelasgi defuncte periclis.i.illis transactis libertate.Credebãt autem miseri gẽtiles malum quod dii pararent alio malo posse deuitari,ut mendacio præuiso· quod impenderet malum,sup.periculis,siqua pericula impenderent tibi. Plancus tuus quidem.i.certe quasi dicat φ sine mendacio dicitur, est Rauennæ, in ea urbe Italiæ à Thessalis condita,& donatus à Cæsare magno Congiario, id est, munere, ut à principe & Imperatore in eum collato,nec beatus est nec bene instructus. libri tui politici.i.quõs de repub. & politia scripsisti,uigent omnibus.i.oibus eos legentibus sunt in uigore, hoc est placent & tractantur.Vale.

❧Nicolai Scelsii L. Bar.super M.T. Ciceronis Epistolarum familiarium libro octauo uariationes.

❧Ex.I.Epistola.Quod tibi decedens.

❧Vt tu nosti peregrino, tuæ memoriæ dare operã.

Ne molestiam tibi cum impẽsa mea ex ea habeat, fac me certiorem. Si quid erit maius actum in repub. Romam cum uenissem, ne tenuissem quidẽ auditionẽ de ea re accipi, propterea quod Marcell⁹ adhuc nihil retulit de successiõe prouinciarum Galliarum. Neque tantum ualere ingenio, ut non appareat quod capiat.s.ingenium Pompeii. Quod ad Cæsarẽ crebri,& non belli de eo rumores,sed & susurratores duntaxat ueniunt. alius quidem perdidisse, quod opinor,certe factum, alius septimam legionẽ uapulasse ipsum apud Belgitas circunsederi.Nonnulli apud Beluacos,legunt. Sed inter paucos, quos tu nosti,palam secreto narrautur. Nonnulli sic paulo secretius narrantur. Alii aliter, parum secreto. Aut Domitius,cum manus ad eos apposuit te ad ix. Calend. Ian.subrostrauit, quod illorum capiti sint, dissiparant periisse,ut de urbe,ac foro toto maxim⁹ rumor fuit,atq; Pompeium in itinere occisum. Ego quòd scirem, Qu.Pomponium Sembeneticam facere,& usq; eo, ut ego misererer eius esuriritre non sũ commotus. Et hoc mendacio quanta pericula tibi impenderent,uide, fungeremur, optaui. Plancus quidem tuus Rauennæ est, & magno congiario donatus à Cæsare, nec beatus, nec bene instructus est. tui politici libri omnibus uigens.

HVBER. CErte.Scribitur primò quendam absolutum esse præter omnium opinionem, ex qua re ostendit Horten. oratorem, qui eius causam susceperat, multum exibilãtum. Deinde quia petebat ædilitatem dicit quem competitorem habeat,& rogat Cic. ut cum primum intellexerit eum designatum ædilẽ, quærat pantheras,de quibus ad eum scripserat,ut patet libro secundo epistо.quæ incipit,Putares ne unquam.Dicit enim Cice.de pantheris per eos qui uenari solent,agitur mandato meo diligenter. Postremo quia Cice.ad eum scripserat,ut se certiorem faceret de rebus urbanis: dicit se fecisse commentarios rerum urbanarum,dedisseque primum L.Castrinio secundum uero ei,qui attulit has literas ad ipsum Cice. Certè inquam quasi dicat admiratiuè affirmat absolutum quendam, quẽ non nominat.potest tamen intelligi Messala, de quo dicit in epistola,quæ incipit,Inuideo tibi. Pronunciatum est.de eius absolutione. Omnibus or.s.iudicium,uel ordinibus,senatorio,equestri,plebeio, licet iudices eligerentur maximè ex ordine equestri. Singulis.non enim sententia fuit uniuersalis pronunciata ab omnibus ordinibus, sed singulæ sententiæ ab unoquoq; ordine dictæ sunt.Vide mõinueni hunc locum ita mendosum & uarie scriptum, ut non putem esse frustra laborandum ad interpretandum. Præparassem ad do.instituissem fortiter pati dolorem, φ putarem illum non posse impetrare, quod uellet: præparassem autem dixit, quia leuius doletur,cum ita est omnino institutum:unde Dido apud Virg.Dum mea me uictam doceat fortuna dolore. Obstupui.fui quodammodo alienus à me ipso. Quid alios putas? feciſſe,cum ego qui ei faue bam pro amicitia ita obstupuerim. Scilicet.certe.

M.Cælius Ciceroni S.D. Epist. 2.

CErte inquam absolũt⁹ est: me representante pronunciatum est,& quidem omnibus ordinibus,sed & singulis in vno quoque ordine sententiis. Vide modò inquis.non me hercules.nihil enim vnquam tam præter opinionem, tam quod videretur omnibus indignum, accidit. quin ego cum pro amicitia validissime fauerem ei,& me ad iam dolendum præparassem,postquam factum est, obstupui, & mihi visus sum captus esse. Quid alios putas? clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt, & ostenderunt plane esse, quod fieri non posset. Itaque relictus lege Licinia maiore esse periculo videtur. Accessit huc, quod postridie eius absolutionis, in theatrum Curionis Hortensius introiit,puto vt suum gaudium gauderemus. Hic tibi strepitus,fremitus,clamor,tonitruum,& ridẽtium sibilus. Hoc magis animaduersum est,quòd intactus à sibillo peruenerat Hortẽsius ad senectutem. Sed tum ita bene,vt in totam vitam, cuiuis satis esset,& pœnitèret eum iamvicisse. De repub.quod tibi scribam, nihil habeo. Marcelli impetus resederunt, non inertia, sed(vt mihi videbatur)consilio.De comitiis consularibus incertissima est existimatio.Ego incidi in competitorem nobilem,& ignobilem egẽtem. Nam M.Octauius Cn.filius.& C. Hirrus mecum petit. Hoc ideo scripsi,quod scio te acritèr propter Hirrum,nuncium nostrorum comitiorum expectaturum. Tu tamen simul ac me designatum audieris,vt tibi curæ sit,quod ad Pantheras attinet,rogo. Singraphã Sitianam tibi cõmendo. Commentarium rerum vrbanarum primum dedi L. Castrinio Pæto:secundum ei,qui has literas tibi reddet. Vale.

❧Ex secun.Epistola.Certe inquam absolutus.

❧Certe inquam absolutus est,me repræsentante renunciatum est,& quidem omnibus ordinibus,& singulis in unoquoque ordine sententiis. Vide modo in quibus mihi literis ostenderis, me isto missurum alios. Marcum fœcundum equitem Romanum amicum quia Cice.ad eum scripserat,ut se certiorem faceret de rebus urbanis: dicit se fecisse commentarios rerum urbanarum,dedisseque primum L.Castrinio secundum uero ei,qui attulit has literas ad ipsum Cice. Certè inquam quasi dicat admiratiuè affirmat absolutum quendam, quẽ non nominat.potest tamen intelligi Messala, de quo dicit in epistola,quæ incipit,Inuideo tibi. Pronunciatum est.de eius absolutione. Omnibus or.s.iudicium,uel ordinibus,senatorio,equestri,plebeio, licet iudices eligerentur maximè ex ordine equestri. Singulis.non enim sententia fuit uniuersalis pronunciata ab omnibus ordinibus, sed singulæ sententiæ ab unoquoq; ordine dictæ sunt.Vide mõinueni hunc locum ita mendosum & uarie scriptum, ut non putem esse frustra laborandum ad interpretandum. Præparassem ad do.instituissem fortiter pati dolorem, φ putarem illum non posse impetrare, quod uellet: præparassem autem dixit, quia leuius doletur,cum ita est omnino institutum:unde Dido apud Virg.Dum mea me uictam doceat fortuna dolore. Obstupui.fui quodammodo alienus à me ipso. Quid alios putas? feciſſe,cum ego qui ei faue bam pro amicitia ita obstupuerim. Scilicet.certe. Lib.

❧CORripuerunt.accusauerunt, reprehenderunt. HVBER. Iudices.qui eum absoluissent. Esse quod.f.n.p.i. non tolerãbile quod egissent. Lege li.nescio an fortasse hic quæreret ius ciuitãtis Romanæ.i. fieret ciuis Rom.id quod prohibebatur per legem.quam Licinius Crassus tulerat. Hortensius.orator, qui egerat causam eius,qui fuerat absolutus. Suum g.gaudium ad æmulationem.Terẽ.qui in Andria sic inquit. Nam hunc scio mea solide solum gauisurum gaudia.

Hic.tunc.Strepitus.dicit multos infremuisse & sibilasse uiso Hortẽsio, quod quidem animaduersum est maximè,quia Hortensius nunquam antea tota uita sua fuerat exibilatus. Tonitruum.i.quasi tonitrum,i.magna uoce clamabant. Et tu.uel est participium,& significat asinorum more rudentium.i.clamantium.nam rudere asinorum est.Persius, Findor ut Arcadiæ pecuaria rudere dicas, quod magis probo,subst antiuum est,& exponitur rudentum.i. funium,ut quasi stridor funium.Virg.pri.ænei. Insequitur clamorque uirũm,stridorq; rudentum. Sibilus. exibilatio,sibilo enim maxime contemnebantur homines,unde exibilari dicebantur histriones aut actores imperiti cum è scæna per contemptum expellebantur. Hora.in pri.sermo.Populus me sibilat At mihi plaudo ipse domi, simulac nummos contemplor in archa. Animaduersum. cognitum. Intactus à si.i.nunquam exibilatus & sibilo derisus. Sed tot bene.& mendosis & obscurus textus.Pœnitèret ui.i.obtinuisse causam illius qui fuerat absolutus,quia propter hoc exibilabatur, uel uixisse,quia uidebat se in senectute exibilari, quod nunquam ei ante accíderat. Resederunt.quieuerunt,ut,omnisque repente resedit flatus. Non inter.non quia ei desit animꝰ. Consilio.prudentia. Existimatio.opinio,nescitur enim quando sint futura. Competitorem. qui simul ædilitatem mecum petit. Egentem. alii codices habent agẽtem. Comitiorum.i.quæ fient causa nostræ ædilitatis. Simulac.ut primum,postquam.Designatũ .s.ædilem currulem. Ad pantheras,quas à te petiui mihi mitti. Syngraphã. bulletam,notam. Commentarium.dicit misisse duos commentarios rerum urbanarum,& primum dedisse Castrinio, Secundũ .s.commentarium.

Rudere

Sibilus

Exibilo

Simulac.

Syngrapha

❧CErte inquam . Scripserat Cice.se mirari quendam utrique notum absolutum,unde confirmãs id, dicit Cælius.Certe inquam absolutus est,pronunciatum est.s.iudicium de eius absolutione,me præsentãte.i.exhibente reum, aut supplicationem,& quidem sup.absolutus est, omnibus ordinibus.i.ab iudicibus omnis ordinis,sed &.i.etiam,singulis sententiis in unoquoque genere.s.iudicum. Vide modo inquis

ASCEN.

quis.ſ.an nequid utrum uerũ addas,aut quid ſimile. Reſponſio.Non,ne mehercule ſup. quicquam addo aut mentior, nihil enim accidit unquam tam præter opinionem & quod uideretur omnibus tam indignum. Hæc eſt uera lectio, quam non intelligentes, credẽbant deeſſe uerba,quæ alii ſuppoſuerunt ſic.ui de modo inquis mihi literis,oſtendens me iſto miſſurum alios.alii ſic, uide modo inquis mihi & c.habentq; ante hãc epiſtolas octo, quas aliis poſtponũt. Quin.i.quinetiam, ego cũ fauerẽ ei ualidiſſime pro amicitia.ſ.nr̃a,& p̃ paraſſem me ad dolendũ.ſ.de cõdẽnatione eius obſtupui.ſ.de eius abſolutione,& uiſus ſũ mihi eſſe captus.i.priuat⁹ ſẽſu,aut intellectu p̃ ſtupore.Quid putas alios ſup.feciſſe? Rñſio,alii ſup.corripuerunt.i.reprehenderũt iudices maximis clamoribus, & onderunt plane eẽ.ſ.iudicatũ,aut iudiciũ,aut facinus,quod non poſſet ferri.i.tollerari æquis ais.Itaque ſup.abſolutus illo iudicio,relictus.ſ.à iudicibus uidetur eſſe maiore periculo,lege Licinia.p quã cõtra ſniam populi abſolũti iterũ in iudicium uocabãtur.Acceſſit huc.i.ad hãc rem.ꝙ Hortenſius.ſ.orator inſignis.qui abſolutum defenderat, introiit poſtridiẽ eius abſolutionis.i.die q̃ proxime abſolutionem eius ſecutus eſt,in theatrum Curionis,puto ſup.introiſſe ut gauderemus gaudium ſuum.i.ut ſibi gratularemur.Sic & Comicus in andria locutus eſt. Nullum eſt.n.uerbũ ꝙ non regat accuſatiuũ proportionabilis ſignationis,ut gaudeo gaudium, eo iter, curro curſum,uiuo uitam miſerã &c.Hic ſup.factus & factũ eſt tibi,uacat tibi, qđ tñ ex more loquendi apte additũ eſt,quo mõ dicimus,hic mihi ſemp dormit &c.ſtrepitus.ſ.pedũ,frẽmitus.ſ.oris,clamor tonitruũ.i.tãtus ſonus ex reflexione uocũ in theatro,ut tonitruum putẽtur,& ſibilus rudentum.i.more aſinorum obſtrepentium. Hoc aãduerſum.i.annotatum eſt à populo,magis ꝙ Hortenſius puenerat ad ſenectutem.i.ſenex factus erat,intactus à ſibilo.i.nunquam adhuc exploſus, exibilatus,aut irriſus ob turpem aut iniquam actionem.Sed ſup.egerat tot bñ.i.decẽter,ut ſatis eſſet.ſ.ei laudis,in totam uitã,q̃uis.i.q̃tumuis ſup.longã,& pœniteret eũ uiciſſe iã.ſ.in cauſa illius rei iniq; abſoluti,quia niſi uiciſſet,ſibilum paſſus non eſſet. Nihil habeo de repub. quod ſcribam tibi. Aut ſi eſt quid, legi ſi.Quid ſcribã tibi de rep.nihil habeo. Impetus Marcelli reſederunt.i.ſedati ſunt,nõ inertia.ſ. Marcelli,ſed cõſilio,ut uidẽbatur mihi. Exiſtimatio.i.diiudicatio de Comitiis cõſularibus.ſ.hñdis eſt incertiſſima.Ego incidi in cõpetitorem.ſ.ædilitatis mecum,nobilem & ignobilẽ,quia egentem,alii legunt & nobilem agentem.i.præ ſe ferentem. Nam Marcus Octauius filius Cnæi,& Caius Hirrus, petit mecũ.ſ.ædilitatẽ. Ego ſcripſi hoc ideo,ꝙ ſcio te expectaturum acriter ꝓpter Hirrum,nũcium comitiorum nr̃orũ.ſ.ædilitiorũ. Tu tũ ſimulac.i.eodem tempore,quo,aut ſtatim poſt q̃ audieris me deſignatũ.ſ.ædilẽ, fac ſup.alii hñt rogo,ſed ſic diceretur te,niſi græco more quem Comici ſequunt̃ ,proximo dederit qđ ſequentis eſt, dicũt.nme ſcis quid uelim,p eo qđ eſt,ſcio quid ego uelim. Hoc aũt loco,quia Cælius multa ſubaudire ſolet,credã uerbũ omiſſum, ut curæ ſit tibi ſup.id qđ attinet ad Pantheras.ſ.in Cilicia capiẽdas,& ad ædilitatis põpã Cælio mittẽdas,de quib⁹ lib.ii.ſæpe meminit Ci. Ego cõmẽdo tibi,ut.ſ.abſoluas ſyngraphã Sictianam .i.quã Sictius ad te afferret, petituturus pecuniã,uulgus bulletã aut cedulã obligatoriã uocat, ut lib.vii. in epiſto.ad Trebatiũ patuit. Ego dedi prim cõmentarium rerum urbanarũ Lucio Caſtrinio Pæto. Secũ dũ ſup.dedi ei qui reddet tibi has literas. Vale.

HVBER.

M.Cælius Ciceroni S.D.

ESt ne? Primum Cælius ſcri.ſe eo diligentiũs ad Cic.ſcribere, quod nihil aliud habet,quo otium ſuum delectet,accuſatque ſeipſum, quod cum eſſet apud eum non uſus ſit frequentiũs eius conſuetudine, deinde ſcribit de competitione Hirri, & poſt quædam alia eum hortatur,ut aliquid ſcribat,quod teſtificetur eorum amicitiam. Eſt ne? cum diſcederet Cice.ab urbe dixerat Cælium non curaturum ad ſe ſcribere, & dixerat ſe curaturum, & intelligimus eos quaſi ſponſionem de hac re feciſſe, unde cum Cælius nunc ad eum ſcriberet, quaſi conuincat Cice. mendacii dicit. Eſt ne.i.ut tu dixeras, quod ego non curarem ad te ſcribere. Vici.ſum uictor ſponſionis quam fecimus. Quod.quam rem.i.mittere literas. Curaturum,ſcilicet me. Et ſi quidem.pro ſi. Tu.ordo eſt,cum tu eras Romæ hoc negocium erat certum ac iucundiſſimum mihi uaganti.i. cõſumere tecum id tempus otii, puto tamen melius legi uacanti ci mei filiũ bonũ,& ſtrenuũ adoleſcentẽ,qui ad ſuũ negotiũ iſtuc uenit,tibi cõmẽdo & te rogo,ut eũ in tuorum nũero habeas,agros,quos fructuarios habẽt ciuitates,multos,tuo uult bñficio, quod tibi facile, & honeſtum factũ eſt,in munus eſſe gratos,& bonos uiros,tibi obligari. Nolo te putari fauolum à colũnariis præteritum optimus quiſq; eũ nõ fecit.Pompeius tuus aperte Cæſarẽ & ,puinciã tenere,cum exercitus,& cõſul:ipſe tamẽ ſententiam hãc dixit.Nullũ hoc tempore ſenatuſconſultum faciẽdũ. Scipio hãc,& ut Cal.Martias de ,puinciis Gallicis,neu quid conuĩctum referretur. Cõtriſtauit hæcſnia Balbum cornelium,& ſcio eum conqueſtum eſſe cum Scipio necallidius. in defeſiõe ſua fuit diſſertiſsimus, in accuſatione uero ſatis frigidus.



ESt ne? Vici,& tibi ſæpe, quod negaras diſcedens curaturum, literas mitto. eſt,ſiquidem perferuntur, quas do. Atq; hoc eo diligentiũs factito,quod cũ otioſus ſum,planè vbi delectem otiolum meum,non habeo. Tu cum Romæ eras,hoc mihi certũ, ac iucundiſsimũ uacanti negotium erat, tecum id otii tempus conſumere:idq; nõ mediocriter deſydero, vt non modo mihi ſolus eſſe,ſed Romæ te profecto, ſolitudo videatur facta:& quiſquæ mea negligentia eſt)multos ſæpe dies ad te, eũ hic eras, non accedebam,nunc quotidie non eſſe te,ad quem curſitem,diſcrucior. Maxime verò vt te dies noctesque quæram, competitor Hirrus curat. Quomodò illum putas auguratus tuum competitorem dolere,& diſſimulare me certiorem, quã ſe, candidatum? de quo, vt quem optas, quamprimum nuntium accipias, tua mediuſſidius magis, quàm mea cauſa cupio.

.i.otioſo id eſt ocioſo. Id.ſcilicet conſumere tecum tempus otii. Et mihi.ſenſus eſt,non ſolum uidetur mihi me eſſe ſolum, ſed te abſente ſolitudo uidẽtur eſſe facta Romæ, id eſt Roma uidẽtur eſſe deſerta. Te profe. id eſt te digreſſo Romã. Poſtquàm es profe.id eſt diſceſsiſti. Quæ mea neg.id eſt ea negligentia,id eſt propter eam negligentiam,quæ negligentia eſt mea,id eſt ea erat negligentia mea,quod ad te non accedẽbam, cum eras hic. Diſcrutior.ualdè crutior. Te non eſſe.ſcilicet hic. Auguratus tuum competitorem, id eſt fingens eſſe competitorem tuum. Quomodo pu.do.id eſt quo dolore eum affici putas. Et diſſimu.ſe incer.id eſt magis incertum de eo qnod intelligit ſe non poſſe obtinere. Quem optas.qualem deſyderas, ut ille habeat repulſam, & ideo deſignet ædilis.

ASCEN. ESt ne? Cælius geſtit & pene exultat ex uoto ſuo ut conſtituerat euenisſe & uiciſſe. Cice. enim abiens dixerat & quaſi ſponſionem fecerat & depoſuerat non nihil, Cælium ad ſe abſentem non daturum literas, quod cum Cælius curaſſet faciendum,ſe uiciſſe geſtit, & cauſam affert cur diligentiùs ſcribat, uidẽlicet quòd aliud non habeat quo otium ſuum oblectet.Nam cum Cice. Romæ eſſet interdum negligẽbat uti eius conſuetudine,qua nunc uti uelit,demum nonnihil de competitore Hirri locutus,monet Ci.ut ad ſe ſcribat. Ordo eſt. Eſt ne?id eſt,euenit ne ut dixeram,hoc eſt,ſcribo ne ad te,quaſi dicat planiſſimè,unde addit,uici,& pro,id eſt mitto literas tibi,quod tu diſcedens negaras ſup. me curaturum. reſpondet autem ipſe ad interrogatum illud. eſt ne?dicens. Eſt.id eſt euenit ut dixeram,quidem, id eſt certè,ſi ſup. literæ quas do.id eſt mitto ad te perferuntur. Atque facio hoc,id eſt,curo ad te literas dandas,eò, id eſt,propterea libentiùs, quòd cum, id eſt quando, ſum otioſus,non habeo plane,id eſt omnino, ubi delectem,id eſt cum delectationem tranſigam otium meum. Cum.id eſt quando,tu eras Romæ,Hoc negocium erat mihi uacanti,ſcilicet à cæteris negociis,certum ac iucũdiſsimum,uidẽlicet conſumere tecum id tempus otii,id eſt uacationis à publico præſertim negocio,& deſydero non mediocriter,immo uehementer,id,uidẽlicet conſumere otium tecum,ita ſup.ut non modo, id eſt non ſolum,ſup.uidear mihi eſſe ſolus,ſed ſolitudo uideatur eſſe facta Romæ,te profecto,id eſt,poſtquam tu es profectus,& diſceſsiſti Romæ,quaſi dicat quia tecum non ſum,ſolus mihi eſſe uideor,& eſt adamanter dictum. Et qui,quæ negligentia mea eſt,non accedẽbam ad te,ſæpe multos dies,id eſt per ſpatium multorum dierum,cum eras hic,id eſt ubi nunc ſum,hoc eſt Romæ,diſcrutior in uariis tormentis ánimi & quaſi cruciatibus quibuſdã torqueor,nunc quotidie,te non eſſe,ſcilicet Romæ,id eſt non ad eſſe,ad quem curſitem,id eſt frequenter curram.Id autem frequenter uſu uenit,ut dum cõpiam rerum habemus eas contemnemus, quas eis carentes deſyderamus poſtea. Verò.id eſt ſed,Hirrus competitor,ſcilicet ædilitatis mecum,curat,id eſt efficit etiam,ſi non curet,maximè,id eſt præcipuè,ut quæram te dies & noctes. Quomodo putas illum. id eſt temerarium & inſanum competitorem tuum auguratus,id eſt qui auſus eſt tecum petere auguratum,uidẽlicet Hirrum, dolere,& diſſimulare,quaſi dicat egerrime,licet plurimum conetur, me candidatum, id eſt deſignatum futurum ædilitatis competitorem,accepto candido habitu,quem accipiebat præcipuè duabus de cauſis,altera ut cãdido animo,& è repub. petere indicarent, altera ut non ex meritis ſuis, quæ in ueſtibus inſignibus conſpici poterant, ſed ex mero populi dono ſperare profiterentur. De quo.ſcilicet Hirro, ut accipias nuncium ſup. eum, id eſt talem,quem.i.qualem,optas,hoc eſt eum eſſe à me uictum,ego cupio mediuſſidius magis tua cauſa quàm mea quaſi dicat ſcio te magis gauiſurum, quàm meipſum.

5

Nam meâ,ſi fio, forſitan cum locupletiore referam: ſed hoc vſq; eo ſuaue eſt, quod ſi acciderit, tota vita riſus nobis deeſſe non poterit. Sed tanti mehercule non multum M.Octauius eorum odia,quæ Hirrũ præmunt,quæ permulta ſunt,ſubleuat. Quòd ad Philotimi liberti officium,& bona Milonis attinet,dedimus operã vt & Philotimus quàmhoneſtiſsimè Miloni abſenti, eiuſq; neceſſariis ſatisfaceret, & ſecũdum eius fidem & ſedulitatẽ exiſtimatio tua cõ ſeruaretur. Illuc nunc à te peto, ſi eris (vt ſpero) otioſus,aliquod ad nos,vt intelliga mus tibi curæ eſſe, ſyntagma conſcribas. Quid tibi iſtud,inquis,in mentẽ venit homini nõ inepto,aliquid ex tam multis tuis monimentis extare,quod noſtræ amicitiæ memoriam proſteris quoq; prodat? Cuiuſmodi velim,puto quæris. Tu citi?, qui omnem noſti diſciplinam,quod maxime conuenit,excogitabis,Genere tamen,quod ad nos pertineat,& λιδλασκαλίαν quandam, vt verſetur inter manus,habeat. Vale.

ΝAM meâ ſi fio.ſic eſt legendum. Nam meâ, ſcili cèt cauſâ. Si fio. ſcilicet ædilis, nam quidam codices mendoſè habent,nam me à ſi fio. Forſitan. &c. ex his uerbis non uideo poſſe elici ſenſum, qui mihi ſatisfáciat. Vſque eo. intantùm. Quod ſed tam. ſcilicet eſt ut poſſumus ridere tota uita noſtra. Sed meherc. inrantis eſt. M. Octa. hoc dicit, quòd M. Octauius, qui etiam erat competitor, multum ſubleuat, & ſuſtinet ódia eorum,qui præmebant Hirrum. Officium. debitum erga Milonẽ. Exiſtimátio.authóritas. Illud.nũc petit à Ci.ſi erit ociosus,ut aliquid ſcribat,ut intélligat ſe & curæ eſſe. Aliquod ſyn. aliquam ordinationem rerum, nam συντάσσω ordino, conſtituo, inde συντάγμα, id eſt ordo,conſtitutio. Quid ti.obiectio,quaſi dicat quomodò hoc cogitaſti,quia es homo nõ ineptus. Aliquid ex tam, quaſi reſponſio obiectionis. Tuis.mo.tuis ſcriptis. Prodat.tradat. Cuiuſmodiue. id eſt poſſes fortaſſe quærere cuiuſmodi & quale monumentum uelim à te prodi in memoriam amicitiæ noſtræ. Tu Ci.dicit Cælius Cice.melius poſſe cognoſcere quo génere ſcriptorum debeat uti, qui optime nouerit omnem diſciplinam. Genere. id eſt in generáli. Hábeat quod pertineat ad nos. quod ſit accommodatum nobis. Didaſcáliam. doctrinam. διδάσκω enim doceo ſignificat, inde διδάσκαλος.i.doctor magiſter, & διδασκαλία doctrina. Vt uerſétur inter manus, id eſt ut multi delectẽtur habere in mánibus,& frequenter legere. Vale.

HVBER.

Syntagmã

Didaſcalia

ASCEN. ΝAM, affert cauſam dicti ſuperioris quæ ſane obſcura eſt,dicens,ſi forſitan fio, ſcilicet ædilis,mea,ſcilicet cauſa,id eſt quantum ex ea re utilitatẽ capiam,ego feram,ſcilicet utilitatem cum re locupletiore.i.abundantiore utilitate,aut ſi referam,una eſt dictio ſic.re-

c.i. feram,

Universidad de Deusto Biblioteca

feram,id est recẽsebo & commemorabo forsitan cum locupletiore,id est tecum, qui plus commodi ex ea re capies quàm ego, eo quòd ultus fueris etiam inimicũ tuum in petitióne auguratus. Sed hoc.scilicet uicisse Hirrum,est suaue,id est delectábile,usq; eò,id est ualdè,quod si acciderit,risus, id est occasio ridendi, non poterit deesse nobis,tota uita,id est per totam uitam. Alii legunt possit,& quòd sic usque eò,id est in tantũ, quòd si acciderit,scilicet Hirrum uinci, risus non possit deesse nobis tota uita, sed tanti sup. fuerit risus,id est tanti momenti ut semper ridere uelimus. Sed mehercule.M.Octauius,qui etiam competitor erat, & ita odio habendus,tamen nõ multum súbleuat,id est imminuit odia eorum, qui præmunt, id est ópprimunt Hirrum,quæ,scilicet ódia sunt permulta, & tamen minus solet esse odium in aliquem,si sociũ habúerit culpæ,quàm si solus peccauerit, párcitur enim sæpe multitudini. Quod áttinet ad officium, id est,débitum obsequium,Philotimi liberti,scilicet tui,& ad bona Milônis,scilicet amici tui, quos contra Clodium defénderat Ci.nos dedimus operã,id est curauimus,ut &,id est simul,Philotimus satisfaceret quàm honestissime, id est decentissime,Miloni absenti & necessariis eius,& id est simul,existimatio tua,id est authoritas & reputatio, conseruaretur secundum fidem,id est fidelitâtem & sedulitatẽ eius,scilicet Philótimi,hoc est,ut fides quidem eius & sedúlitas agnosceretur, sed tamen totum officium tibi acceptum ferrêtur. Ego peto nunc illud à te, si eris, ut spero ociósus,ut scribas ad nos aliquod syntagma,id est aliquam ordinatiónem rérum,& aliquod opus præceptorium,ut intelligamus nos esse tibi curæ. Inquis.scilicet scio quòd modo dicis,qui,id est quomodo,istuc id est ista res,ut istud petas,uenit in mentem tibi hómini non inepto.Respondet Cælius,uenit sup.in mentem aliquid ex tam multis monumẽtis tuis,scilicet literáriis,hoc est scriptis tuis,extáre,id est ut aliquid extet,quod prodat,id est manifestet,quoque,id est etiam pósteris,id est post nos uentúris homínibus,memoriam amicitię nostræ. Puto sup.quòd tu nunc quæris,cuiusmodi uelim sup.scriptum aut syntagma.Responsio,tu qui nosti omnem disciplinam,excogitabis aptius sup.id quod conuenit máxime sup.nobis,tamen sup.id hábeat genere, id est in generali,aut si in eo genere scribendi,ut hábeat sup.illud autem aliquid, quod &,id est simul, perti-

Didascalia neat ad nos. Et.id est simul.habeat quãdam didascaliam,id est doctrinam,ut uersetur inter manus,id est sit nobis tanquam enchiridion. Nam libri in quibus bonæ doctrinæ continentur debent nobis assidui esse in manibus. Sane διδάσκω didasco, dicitur doceo διδάσκαλος magister doctor, hipodidascalus submagister, hoc est sub

διδάσκαλικος alio docens. Didascalia doctrina διδασκαλικος didascálicus præceptorius doctrinális,didascalice liber doctrinam tradens &c.

Ex.iii.Epistola.Est ne?uici?

Est ne?uici?Hæc epistola,quæ quotidianis in libris legitur in epistolarum familiarium Ciceronis lib.viii. At in antiquiori meo hanc legi esse non octaui libri, sed.xv.noni,quod mirum uideri debet,cur tanta uarietas. Sed alii iudicent, quo in libro sit perlegenda. Est ne?uici?& tibi sæpe quod negares discedens,curarum literas mitto. Quomodo illum putas auguratus tuum competitorem delere & dissimulare me incertiorem,quàm se candidatum? Et secundum eius fidẽ, & sedulitatem existimatio tua conseruaretur. Illud nunc à te peto,si eris,ut spero ociosus, aliquid ad nos ut intelligamus nos tibi curæ esse syntagma conscribas.Quidam uero syntagma legũt. Cuiusmodi uelim puto quæras ocius,tu citius,qui oẽm nosti disciplinã.

Vale.

HVBER. INVIDEO tibi.Scripserat Cic. ad se multa deferri facta esse in urbe, quæ quidem enumerauerat. Itaque Cælius scribit se inuidere tam multa ad eum deferri, quæ ipse miretur, & dicit quæ sint ea,deinde multa narrat,quæ Romæ agantur, & de rebus Cæ. & Pomp. Postremo ab eo petiit pantheras ad se mitti, & se certiorẽ fieri,quómodo hábeat se Aegyptus post mortem Ptolomæi, quem dicit se audiuisse esse mórtuum. Inuídeo ti. placet mihi sors tua. Quod. quia. Istoc.pro istuc. A re.post repulsã. Quindecimuirum nomen magistratus, sicut enim dícimus triúmuirum & decemuirum,ita & quindecimuirum, ideo quod in eo magistratu. xv. essent. Caruisse te, id est quòd carueris. Et non uidisse uultum. quia erat tristissimus. uidebatur enim lachrymari propter repulsam. At qua spe.quasi dicat certíssima,non enim dubitauerat quin impetraret. Diffidente.non semper ante se impetratúrum quindecimuiratum. Descénderat. ad petendum quindecimuiratum contra Dolabellam. Nostri a.qui fauêbant Dolabel. Quam a.codex uetustus habebat quæ acutius,ut sit sensus,nisi nostri uidissent quæ, id est áliqua. Concedente ad. non repugnante Dolabella eius aduersário. Seruium.nomen propriũ álibi scriptum est Seruæum. Cuius. Serui. Locum. ut designaretur tribun⁹ pro eo. Quam ma.m.incu.id est quàm magnum timôrem iniicit. Facilitâtem.mansuetudinẽ. Vt fert ipse.ut ait, siue ut se gerit. Bonos. scilicet mallet,melius autem légitur bonos quàm bono,sic,sed ut spero,& uolo,& ut fert ipse bonos & senatus mallet. Totus sca.tractum à fóntibus,qui aquã scaturire, id est abunde effúndere dicuntur. Vt nunc

Cælius Ciceroni. S. D.

INuideo tibi:tã multa quotídie,quæ mirere, istoc perferuntur.Primũ illud, absolútum Messalam, deinde eundem condemnâtũ.C.Marcellum cõs.factum,M. Claudium à repulsa postulátum à Gallis duob⁹, P.Dolabellam Quindecimuirum factum. Hoc tibi non inuideo caruisse te pulcherrimo spectáculo,& Lentuli cruris repulsi vultũ nõ vidisse. At qua spe? quàm certa opinione descénderat? quàm ipso diffidente Dolabella?& hércules, nisi *nostri équites acutiùs vidissent, penè concedente aduersário superasset. Illud te non árbitror mirátum, Seruium designatum Trib.pleb.condemnátum:cuius locum C. Curio petiit. sanè quàm incutit multis,qui eum,facilitátemque eius non norunt,magnum metum. Sed vt spero & volo, & vt se fert,ipse bonos & senatus mallet;totus, vt nunc est,hoc scáturit.Huius autẽ voluntatis & causa inest, quòd eum non mediócriter Cæsar, qui solet infirmorum hominum amicitias sibi qualibet impensa adiúngere, valdè contempsit.Qua in re mihi videtur illud perquam venuste cecidisse,quòd à réliquis quoque vsque eò est animaduersum, vt Curio, qui nihil consilio facit, *ratiõe & insidiis vsus viderétur in euitandis iis cõsiliis,qui se inténderãt aduersários in eius Tribunâtum.* Lælios & Antonios,& id genus valenteis dico.Has ego tibi literas eo maiore misi interuallo, quòd comitiorum dilationes occupatiórem me habebant, & expectare in dies exitum cogebant vt confectis omnibus te facerem certiorem. Ad Calend. Sextil.vsq; expectaui. Prætoriis more quædam inciderunt. Mea porro comitia quem euentum sint habitura nescio: opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem Aed. pl. comitiis nacta sunt. Nam M.Cælium Viciniarum mentio illa fatua,quam deriseramus olim,& promulgatio de dictatore, subito deiecit, & deiectũ magno clamore insecuta est.inde Hirrum cuncti ad non faciendum flagitare. Spero te celeriter, & de nobis quod sperasti, & de illo quod vix sperare ausus es, auditurum. De repub.iam noui quicquam expectare desieramus. Sed cum senatus habitus esset ad Apollinis ad xi. Calend. Sext.& referretur de stipendio Cn.Pompeii, mentio facta est de legione ea quam expensam tulit C. Cæsari Pompeius,quo numero esset, quo appeteretur cum ex Gallia coactus esset dicere Pom. se legionem

est.i.pro tempore. Infirmorũ,nam Cæ.semper quęsiuit cõsiliari sibi plebẽ. His cõ.i.cõsiliis eorũ. Intéderãt.apposuerãt. In ei.tri.cõtra tribunatũ eius,in quo dixit eum fuisse condemnatum. Lælios & Antonios, nominat qui intenderant se aduersários tribunatui Ci. Valentis.pro ualentes, id est potẽtes. Maiore in. longiore spácio. Spectare ex.uidere qui finis esset futúrus. Confectis omni.quæ in comitiis fuissent acta. Sextiles.augustas. Prætoriis mo. sic est scribendum & intelligendum sic. Quædam mo.id est quædam dilationes. Incidérunt. euenérunt. Prætoriis.subaudi comitiis. Mea.quæ propter meam ædilitatem sunt futura. Quod.quantum. Deiecit.prostrãuit. Ad nõ.f. ut non fáceret. De il. Hirro,eum esse uictum. De nobis.quod obtinuerimus ædilitatem.

INVIDEO &c.Scripserat Cice.multa ad se afferri, ASCEN. quæ facta erant in urbe, quapropter nunc scribit Cælius se inuidere Cice. quòd tanta ad eum deferrentur, narrátque, multa quæ Romæ aut agebantur, aut iam acta erant,& nonnihil de rebus Cæ.& Pom. Et postremò petit à Ci.ut Pantheras è prouincia sibi mittat,& se certiórem faciat, quid Aegyptii post mortem Ptolomæi regis agant. Ordo est. Inuideo tibi, hoc est puto te nimis fortunátum, quòd multa quæ miréris, sunt qui legunt mirer,perferuntur quotídie istoc pro istùc, id est in Ciliciam ubi tu es. Primum illud sup. perfertur aut perlátum est, Messalam absolútum, scilicet in iudício,deinde eundem cõdemnâtum,Caium Mar.factum sup.esse,cónsulem.M.Claudium seu Clodium,postulátum,id est in ius uocatũ, à duobus Gallis,scilicet cognomẽto,à repulsa,id est post repulsam. Dolabellam factum quindecimuirum,id est unum in magistratum quindecimuirorũ,ut erant, quibus libri sibyllini curæ erant. Ego non inuídeo tibi hoc, id est in ea re fuisti minus fœlix, quia fœlícibus inuidemus & non miseris, te caruisse spectáculo pulchérrimo,& non uidisse uultum Lent.Suræ repulsi. scilicet à quindecimuiratu. At.id est áttamen,qua,id est ò quali spe, quàm, id est ò quantùm, certa opinióne, descénderat sup.ipse in campum Mártium,locum Comitiórum & disceptatiónis cum Dolabella?quasi dicat cum euidentíssima spe, & certíssima opinióne uictóriæ, quàm,id est quantùm,ipso Dolabella diffidẽte?quasi dicat plurimùm.Et hércule nisi nostri, scilicet amici, uidissent quà,id est áliqua,scilicet parte,acutius, Léntulus sup. superasset,pene,id est quasi,aduersário, scilicet Dolabella. Concedente.id est locum dante. Ego arbitror te non mirátum illud.Ergo in princípio legendum est mireris non mirer, uidelicet Seruium designatum, id est declarátum à pópulo tribúnum, condemnâtum, scilicet à Cæ.ut uerisímile est. Cuius.Seruii condemnâti locum Caius Cúrio petiit. Et sup.Curio, qui orator fuit,& Cæsari primum aduersárius, deinde sic amicus,præsertim pecúnia corrúptus, ut pro eo occisus sit, incutit sane quàm multis, id est ualde multis, quàm superlatiuo construi uult, sed præcedéntibus óppido, sane, per, positiuo. qui non norunt,id est nouerunt,eum,& facilitátem,scilicet ad ueniam dandam,id est benignitátem eius,magnum metum. Sed ut spero &uolo, & ut, id est simul, ipse, scilicet Curio fert,id est gerit se, bono, id est in bono aut ad bonum,& sup. senatus totus mallet,hoc scáturit,id est pulùllat,in aures omniũ,& diuulgatur,ut nunc est.Huber.legit bonos quo modo non est legendum se, sed ut ipse fert bonos, utcunque legatur obscura est locutio, sensus autem uidetur. Licet multi metuerint tribunátum Curiónis, tamen sicut præfert & senatus mallet eum esse ita fama diuulgatur ipsum fore. Autem.id est sed,initium & causa uoluntátis huius,scilicet nouæ à Curione acceptæ,est quòd Cæsar,qui solet adiúngere ualdè sibi quálibet,id est quantalibet impensa, amicítias hóminum infirmórum.i.minus poténtium,contempsit eum.s.Curionem,nõ mediocriter.i.uehementer. Qua in re.i.in qua re iam dicta,illud uidetur mihi cecidisse.i.accidisse,perquã.i.ualde uenuste.i.pulchre, quod animaduersum.i. consideratũ est,quoq;.i.etiam, eousq;.i.cõsummate à reliquis.i.ciuibus,ut Curio qui nihil facit cõsilio.s.aliorum,uideretur usus ratione,id est cõsideratione propria,& insidiis,scilicet aliorum,hoc est cõuertisse insidias aliorum in utilitatem suam, nam cum senserit sibi insidias tendi attentior factus est in euitandis consiliis eorum,qui

rum,qui intenderant se,id est acriter exhibuerãt aduersarios in tribunatum eius,scilicet Curionis,dico Lælios & Antonios,& ualentes,scilicet uiros,id genus,id est eius generis,hoc est nobiles & egregios. Ego misi tibi has literas maiore interuallo,id est dilatione post.rem gestam,eo.i.propterea, quòd dilationes comitiorum, id est temporum,quibus noui eligerentur magistratus,quasi dicat electionum, habebant me occupatiorem, scilicet in solicitandis rebus meis, quos Galli brigas uocant, & cogebant me expectare exitum, scilicet comitiorum,id est declarationem eorum qui electi essent ut omnibus confectis,id est plene factis & electis,ego facerem te certiorem,scilicet de electis. Ego expectaui.scilicet exitum rerum usque ad Cal.Sextileis, id est primum diem Augusti,quædam moræ,id est dilationes,inciderunt prætoriis,scilicet comitiis, id est habendis de prætore eligendo. Porro.id est sed,nescio quem,id est qualem,euentum, id est exitum fortuitum , cum sit in uoluntate plebis,comitia mea,id est ædilitia,in quibus competitor ero,sint habitura. Quidem.id est certe,sup.comitia mea nacta sunt comitiis ad plebem,scilicet habitis,antequam electio fieret,opinionem incredibilem, scilicet difficilem creditu,quòd,id est quantum,attinet ad Hirrum,quia omnes opinantur eum cum derisione exibilandum & explodendum. Nam illa fatua mentio.id est commemoratio rei quam tacuisse melius fuisset,quam nos deriseramus olim,& promulgatio de dictatore,scilicet creando,deiecit,scilicet ab spe & petitione.M.Cæliũ Vicinianum,qui alioqui cõpetitor fuisset,& insecuta,id est prosecuta est magno clamore, scilicet populi explodentis deiectũ, scilicet M.Cælium. Inde.id est deinde,hoc uiso,aut inde, id est ex ea re, cuncti flagitare sup. cœperunt,aut flagitare,id est flagitabant,Hirrum ad non faciendum,id est ut non faceret, id est non peteret mecum ædilitatem. Spero sup.itaque id te anditurum celeriter, & id est simul de nobis, quod speraſti, id est nos ædiles designatos,& de illo,scilicet Hirro,quod uix ausus es sperare , uidelicet aut explosum cum ignominia , aut damnatum. Nos desyderamus,aut potius desieramus , iam expectare quicquam noui de repub. Sed cum senatus habitus esset, ad Apollinis, scilicet ædem, id est iuxta undecimum Calend.Sextileis,id est Augusti,& referretur,id est consultaretur de stipendio Cnæi Pompeii,mentio facta est de ea legione,scilicet militum,quam Pompeius tulit expensam,id est tanquam esset expensa,Caio Cæsari, quo numero esset, scilicet legio illa,quo, scilicet numero appeteretur,id est exigeretur esse,aut quo,id est ad quid appeteretur, cum Pompeius coactus est dicere.

*P.V.C. ❧NOSTRI equites. Cuncti antea,impressi quoque codices, EQVITES habebant: Medicæus codex & ipse eo loco perturbatus.

*P.V.C. ❧RATIONE, & insidiis usus uideretur in euitandis eorum consiliis. Nulla in re discrepat à uulgata lectione scriptura,quæ in Medicæo est:quare etsi quædam dura sunt,nihil ausim immutare.

*P.V.C. ❧LAELIOS. Medicæus item LAELIOS nulla uarietate , nam locus in epistola Metelli , ubi antea LAELIVM legebantur , nunc LOLLIVM, à nobis ope Medicæi codicis castigatus est: cui si fidem tunc habuimus,quòd LOLLIVM habuit,ubi cæteri omnes LAELIVM: non possumus nunc facile eidem non credere,quòd LAELIOS, cum omnibus aliis , & impressis , & manu scriptis habet: nam coniectura illa leuis est, quòd LOLIOS legendum sit , quia illi Cæsaris amici in ciuili dissensione fuerunt : tunc enim Pompeianus erat Curio,& sententias illas in Repub.defendebat,quæ Cæsari aduersarentur, quod ab omnibus historicis traditur. Repente autem ille totus mutatus est, quemadmodum etiam Cælius ostendit , cum inquit. 110. Quod tibi supra scripsi,Curionem frigere,iam calet:nam frequentissime concerpitur: leuissime enim qui de intercalando non obtinuerat,transfugit ad populum,& pro Cælare loqui cœpit.

HVBER. ❧ABDVCTVRVM. à Cæsare. Conuitium,contumeliam in Cæsa. De qua.successione. Hoc est.declarat quæ sit hæc successio. Transigeretur. perficeretur. Intercederetur.fieret intercessio,& prohibitio aliqua, ut supra in primo libr.Cui Cato , & Caninius intercesserunt . Coniecit.obtulit,emisit. Audientes. obedientes. Sic.id est ita.Nihil tamen expecto,quàm Paulum designatum consulem. Dicentem sententiã. sciebat enim Cælius illum animatum esse contra Cæsarem. Syngrapha.Sictiana.de qua in secunda epistola huius octaui libri diximus.Cybiratas.id est ex Cybira, quæ est urbs Asiæ australis,ut scribit Strabo lib.iii. & Hora.in epist. Ne Cybiratica , neue Bithynia negocia perdas . Regem Alexandrinum . id est Ptolomæum regem Aegypti , erat enim Alexandria regia regum Aegypti , ut uidimus in primo libro . Mihi sua. puto legendum esse si audeas, ut sit sensus,& ordo,Perscribas mihi diligenter si audeas,quomodo illud regnum,& habeat se, & quis procuret,id est tueatur nomine regis.

ASCEN. ❧SE abducturum legionem ex Gallia , sed non statim sup.coactus est dicere,aut dixit id, sub. id est post mentionem,& conuitium obtrectatorum,scilicet Cæsaris,inde,id est deinde, Põpeius interrogatus sup. est de successione Cæsaris , id est an Cæsari succederetur, de qua,scilicet successione, hoc est de prouinciis omnibus placitum est , scilicet senatui , ut cum primum Cnæus Pompeius reuerteretur ad urbem, ageretur coram eo de successione prouinciarum. Nam Pompeiꝰ abducturum , sed non statim sub mentionem,& conuitium obtrectatorũ . Inde interrogatus de successione C. Cæsaris, de qua,hoc est de prouinciis, placitum est, ut cum primum ad urbem reuerteretur Cnæ. Pompeius,ut corã eo de successione prouinciarũ ageretur.Nam Ariminũ ad exercitũ Põpeius erat iturus,& statim,ut puto Idib. Sexti. de ea re factũ iri: profecto aut trãsigeretur aliqd , aut turpiter itercederetur. Nam in disputãdo cõiecit illam uocẽ Cn.Põpeius, omneis oportere senatui dicto audienteis esse . Ego tamen sic nihil expecto,quo modo Paulum consulem designatum primum sententiam dicentem. Sæpius te admoneo de syngrapha Sictiana. cupio enim te intelligere eam rem ad me ualde pertinere.Item de pantheris, ut Cybiratas accersas, curesq; ut mihi uehantur.Præterea nuntiatum nobis, & pro certo iam habetur,regem Alexandrinũ mortuũ. quid mihi suadeas , quo modo regnũ illud sese habeat, quis procuret, diligẽter mihi perscribas.Calen.Sexti. Vale.

❧Ex.iiii.Epistola Inuideo tibi,quod multa.

❧Inuideo tibi,quòd multa quotidie.Hęc epistola in antiquioribus codicibus legitur epistolarum libr.ix. Hoc tibi non inuideo , caruisse te pulchertimo spectaculo,& Lentuli cruris repulsi uultum nõ uidisse. Sed ut spero & uolo,& ut se fert ipse bono,sed senatũ mal let,totus,ut nunc est,scaturit.Qua in re mihi uidetur perquàm uenuste fecisse . Item de Pantheris,ut tibura tas accersas,curesque,ut mihi uehantur.

ligere eam rem.s.ut Sictius pecuniam recipiat,pertinere ualde ad me. Item admoneo te sæpius de pantheris.s. pro ædilitatis pompa mittendis,ut accersas.s.ad te uenire facias,Cybiratas.i.ex Cybira urbe Asię australis (authore Strabone lib.iiii.) & cures,ut,scilicet pantheræ uehantur mihi.Præterea nunciatum est nobis,& habetur id est tenetur iam pro certo, Regem Alexandrinum,id est Ptolomæum regem Aegypti, cuius regia erat Alexandrię,mortuum esse.scribas supple igitur mihi diligenter quid suadeas mihi,tentandum propter mortem eius, quomodo regnum illud habeat se,scilicet post mortem regis. Quis procuret,scilicet regnum illud,&ita quæ fiuit quid sibi suaderet Cicero , an uidelicet eius procurationem sibi deposcat, Quarto Calend. Sexti. id est Augusti. Vale.

monitoria. Cursatoria.

Cælius Ciceroni. S. DE PIST.S

QVa tu cura sis , quod ad pacẽ prouinciæ tuæ,finitimarũque regionũ attinet , nescio: Ego quidem uehemẽter animi pẽdeo. *Nam si hoc more moderãri possẽmus , ut prouinciis copiarum tuarum,belli quoque existeret magnitudo,& quantum gloriæ triumphóque opus esset,assequerẽmur , periculósam , & grauem illam dimicationem euitarẽmus: nihil tam esset optandum . Nunc si Parthus mouet aliquid, scio non mediocrem fore contentionem , tuus porrò exercitus uix unum saltum tueri potest. Hanc autem nemo ducit rationem,sed omnia desyderantur ab eo,tanquam nihil denegãtum sit ei,quo minus quàm parãtissimus esset,qui publico negocio præpositus est . Accẽdit huc, quòd successionem futuram propter Galliarum controuersiam non uideo : tametsi hac de re puto te constitutum, quid erat iturus Ariminum ad exercitum.s. Romanum,ut puto illiclocatũ, ne Cæsar Rubiconẽ armatus transiret, & puto.s. C. id est senatuscon. factum iri.i.faciendũ esse de care,Idib.Sexti.i.Augusti.Profecto.i.reuera, sup. tunc, aut aliquid transigetur, aut intercedetur.i. opponetur ab aliquibus , turpiter.i. inhoneste. Nam Cnæus Pompeius coniecit.i.cum aliis uerbis in mediũ iecit disputando.i.consultando de repub. illam uocẽ, oportere omnes,erga etiam Cęlarem,esse audientes.i. obedientes,dicto,id est decreto,& mandato senatus.s. Romani. Ego tamen nihil expecto sic,id est eo'modo, quo modo.s. expecto Paulum.s. Aemilium , designatum.s.declaratum consulem , dicentem primum.i. ut dicunt prima uice,sententiam.s. suam de re super qua consultabitur.Deinde ad priuata negocia rediens dicit. Ego admoneo te sæpius de syngrapha,id est cedula obligatoria cõscripta à duobus.Sictiana.i.per quam Sictius à te pecuniam postulauit,cupio enim te intel-

QVa tu cura. Cum dubitaretur de bello Parthico,& alii pacem conficiendam putarent , alii prælio decertandum , scribit Cælius se uehementer esse de hac re solicitum , & larenter monet Cicero. ut fugiat dimicationem.Ostendit enim eius exercitum paruum esse ad tantum bellum,neque expectandum auxilium à successoribus,quos negat futuros propter cõtrouersiam,quæ erat in senatu de Gallis,postremo dicit, quòd si haberet, quæ scriberet de republi. scriberet diligentissimè,sicut solitus est,tantum dicit,quòd agat Mar.de prouinciis. Qua cura. qua solicitudine. Pendeo animi.i.animo pendeo, & solicitus sum,figuratè autem dixit pendeo animi, sicut præstans animi, & discrucior animi. Hoc more.hoc modo , hac uia. Et pro uiribus &c.sensus est.si solùm esset tantũ belli, quantum copiarũ habes. Copiarum. exercitus. Assequerẽmur efficeremus , haberemus. Illam dimicationem.aduersus Parthos, quam etiam Cicero libenter cupiebat euitare, ut lib.ii. Magni belli timor impendet, quod uidemur effugere , si ad diem statutam discedemus. Tam optan.quam.s.ut euitarẽmus ipsam dimicationem. Non me.sed maximam. Vnum, scilicet quia ad saltus tuendos solent opponi milites contra hostes. Hanc ratio.quòd tuus exercitus uix possit tueri tuum saltum propter paucitatem. Saltus autem secundum Serui . Campi spacium & locus syluæ est, Virg.Georg.iii. Saltibus in uacuis pascuntur plena secundum Flumina.à saliendo autem dicitur , quòd ibi árbores saliant,id est crescant, inde saltarius camporũ custos . Desyderantur . expectantur. Ab eo , scilicet exércitu tuo. Tanquam nihil desit ei, id est tanquam ómnia possit. Público ne.i.cura, conseruatione reip. Huc. ad hoc. Futũram tibi controuersiam Gall. qui est de successione Galliarum. Saltus

Saltarius

HVBER.

*P.V.C. ❧NAM si hoc more moderãri possẽmus. Ita olim in ómnibus impressis necnon etiam manu scriptis codicibus legebãtur:ipse coniectura ductus emendãui, si hoc moderãri possẽmus : superuacaneamque existimaui totam uocem MORE, & ex primis syllabis consequentis dictionis negligentia librarii conflatam , quemadmodum antea arbitrãtus sum in uetere illa scriptura IN ANIMO MAGISTRATV, à librario peccãtum esse,& INANIMAGISTRATV, legi oportere.Nonnulla sunt huiusce modi menda in priscis exemplaribus,quæ inde in libros excusos flúxerant:eorum autem partim sublata sunt,partim adhuc manent.In Medicæo sic locus ille legitur epistola ad Cornificium, primum in spem libem libertatis ingressus sum . Id tamen erratum facilè cognitum.

 ❧TE habere

facturus eſſes, habere: tamen quo maturius conſtitueres, cùm hunc euentum prouidebam, uiſum eſt, ut te facerem certiorẽ. Noſti enim hæc trãlatitia: de Gallis conſtituetur, erit qui intercedat: deinde alius exiſtet qui (niſi libere liceat de omnibus prouinciis decernere ſenatui) reliquas impediat: ſic multum ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur. Siquid noui de republ. quod tibi ſcriberem, haberem, uſus eſſem mea conſuetudine, diligenter & quid actum eſſet, & quid ex eo futurum ſperarem, perſcriberem. Sane tanquam in *quodam ſilice iam omnia abhæſerũt. Marcellus idem illud de prouinciis urget, neque adhuc frequentem ſenatum efficere potuit. Hoc ſic præterito anno Curio Tribunus, & eadem actio de prouinciis introiuit, ut quàm facile nũc ſit omnia impedire: & quàm hoc Cæſari, qui ſua cauſa rempublicam non curet, ſuperet, non te fallit. Vale.

HVBER. ¶ TE habere cõ. id eſt iam decreuiſſe. Maturius. prudentius, & grauius. Hunc euentum. quòd nemo ſit tibi ſucceſſurus. Tranſlatitia. fictitia, ad rem non pertinentia. De Gallis. hæc omnia, quæ narrat, ſunt quæ trãſlatitia eſſe dicit. Qui. ſcilicet alius. Impediat reliquas. ſucceſſiones, ſi quiſquam interceſſerit Gallicis ſucceſſionibus. Niſi libere ſe. id eſt niſi plena libertas permittatur ſenatui. Ludetur. fruſtra conteret tẽpus. Perſius, tibi luditur. Atq; ita diu. ſcilicet ludetur. Vt mo. ſtet, cõteratur. Plus biennium. ſcilicet ultra duos annos. In his tri. in his inuolutionibus, & impedimentis. Nam (authore Nonio) Tricæ dicũtur impedimenta, & intricationes, & intricare, impedire, morari, & per contrarium expedire, explicare, uide apud Nonium plura. Vſus eſſem mea cõ. feciſſem, ut ſoleo. Vt dili. hanc dicit ſuam conſuetudinem. Omnia adhæſerunt in Cili. omnia ſunt redacta in Ciliciam. Tanquam ui qua. quaſi moleſtia quadam propter periculum belli Parthici. Illud idem. quod antea retulit, ut detur ſucceſſor Cæ. Hoc ſi. puto legendum hoc ſic, ut ſit ſenſus, Curio tri. hoc ſic, ſcilicet ægit. Et eadem actio. id eſt eadem mentio, & relatio. Introiit. facta eſt. Vt. ordo eſt, ut te nõ fallat, quàm facile nunc ſit impedire omnia, & quàm ſuperet Cæſari, qui non curet rempublicam ſua cauſa. Superet. ſuperſit Cæſari, ſcilicet impedire omnia.

Tricæ

Intricare

ASCEN. ¶ QVA tu cura &c. Cum dubitaretur de bello Parthico, ſcribit Cælius ſe uehementer de eo eſſe ſolicitum, monetque Ciceronem, dimicare tam paruis copiis fretus caueat. Ordo eſt. Neſcio quâ curâ tu ſis, id eſt quam curam habeas, quod, id eſt quantum attinet ad pacem prouinciæ tuæ, ſcilicet Ciliciæ, & regionum finitimarum, ut Antiochiæ Aegypti &c. Ego quidem pendeo animi, ſup. curâ, ſicut diſcrutior animi apud Comicum uehementer. Nam ſi poſſemus moderari hoc more, id eſt hoc modo, aut hoc, id eſt hanc rem, morã, id eſt dilatione, & magnitudo belli exiſteret pro uiribus, id eſt ſecundum uires copiarum tuarum, & ſupple non amplius, & aſſequeremur ſupple tantum quantum opus eſſet gloriæ, & triumpho, id eſt ad impetrationem gloriæ, & triumphi. Nihil eſſet optandum tam, id eſt tantopere. Nunc. ſcilicet ubi tibi tam paruæ ſunt copiæ, ſi Parthus, id eſt populus Parthicus mouet aliquid, ſcilicet belli, ſcio contentionem, id eſt concertationem, fore, id eſt futuram, non mediocrem, id eſt uehementem, porrò, id eſt ſed, tuus exercitus uix poteſt tueri, id eſt defendere à tranſitu Parthorum, unum ſaltum, id eſt locum ſiluoſum, & ſpatioſum, ubi feræ, & pecora ſaliant. Autem, id eſt ſed, nemo, ſcilicet ſenatorum, aut Po. Ro. ducit hanc rationem, id eſt habet hanc cõſyderationem de paucitate exercitus tui, ſed omnia deſyderantur, id eſt expetuntur ab eo, qui præpoſitus eſſet negocio publico hoc eſt ab imperatore in prouincia agẽte, quaſi dicat à te, tanquam nihil ſit denegatum ei, quominus, id eſt ut non eſſet quàm paratiſsimus, id eſt ualde paratus ad omnem caſum, & ad omnem uim hoſtilem repellendam. Accedit. id eſt additur, huc, id eſt ad hanc difficultatem prouinciæ, quam obiuiſti, quòd non uideo ſucceſsionẽ futuram, ſcilicet tibi, propter controuerſiam, id eſt diſſenſionem Galliarum, quas Cæſar amplius regere uolebat, uetante id Pompeio cum bona parte ſenatus, tametſi ego puto conſtitutum, id eſt decretum à te de hac re, quid facturus eſſes, id eſt an tibi ſuccedi uelis necne, tamen uiſum eſt, ſcilicet operæprecium, ut facerem te certiorem, quò, id eſt ideò, ut conſtitueres maturius, id eſt citius, ſed cum maturitate. cum prouidebam, id eſt proſpiciebam futurum, hũc euentum, id eſt exitum rerum Gallicarum. Tu enim noſti hæc tranſlatitia, id eſt de una re ad aliam accommodatitia, Huber. dicit fictitia, quod mihi nõ placet. Conſtituetur, ſcilicet in ſenatu de Gallis, ut, ſcilicet ſucceſſio illic fiat, erit ſupple aliquis nomine Cæſaris, qui intercedat. i. obſiſtat, deinde alius exiſtet, id eſt emerget, & exorietur, qui impediat reliquas, id eſt reliquarum prouinciarum ſucceſsiones, niſi liceat ſenatui decernere libere de omnibus prouinciis. Sic. id eſt hoc modo, ludetur, id eſt fruſtra certabitur, multum, ac diu, atque ita diu, ut moretur, id eſt mora fiat in his tricis, id eſt difficultatibus, & nexibus prouinciarum inextricabilibus plus biennio. i. quàm biennium. Si haberem quid. id eſt aliquid, noui de repu. quod ſcriberem. i. ſcribere poſſem tibi, uſus eſſem conſuetudine mea, ut perſcriberem diligenter, & quid actum eſſet, & quid ſperarem futurum ex eo. ſ. quod actum eſſet. Sane omnia adhæſerunt in Cilicia. i. firma manſerunt, & immutata tanquam ui quadam. Marcellus urget. id eſt urgenter procurat illud idem, ſcilicet quod antea urgebat de prouinciis, ſcilicet ſucceſſoribus decernendis, ſed neque potuit efficere adhuc ſenatum frequentem, ut, ſcilicet de ea re ſenatuſconſultum fiat. Hoc. ſcilicet factum fuiſſet, ſi Curio ſup. fuiſſet tribunus anno præterito, & ſup. non iſto, & eadem actio de prouinciis introiit, ſcilicet in curiam, ut non fallat, id eſt lateat te, quàm id eſt quantum facile ſit nunc impedire, omnia, id eſt omnium prouinciarum ſucceſſionẽ, & quàm, id eſt quantum, hoc ſuperet, id eſt ſuppeditet Cæſari, qui non curet rempub. ſuâ cauſâ, i. proprium commodum. Vale.

Ordo ¶

Pendeo animi

*P.V.C. ¶ QVODAM ſilice iam omnia. Quid de hoc loco ſentiremus, olim planum fecimus, & quam ad illum reſtituendum opem dare potuimus, tunc præbuimus. Non poſſumus in tantis anguſtiis temporis tantiſque tenebris aliquid lucis uidere. quod de eo etiam loco dicimus, qui hunc ſequitur: ille enim quoque ut olim docuimus, non minoribus maculis inquinatus eſt.

Cælius Ciceroni S. D.

NOn dubito quin perlatum ad te ſit, Appium à Dolabella reum factum, ſanequã nõ eã, quam exiſtimauerã, inuidia. Neq; enim ſtulte Appi⁹, qui ſimul atq; Dolabella acceſsit ad tribunal, introierat in urbem, triumphiq; poſtulationem abiecerat. Quo facto retulit ſermones: paratiorq; uiſus eſt q̃ ſperauerat accuſator. Is nũc in te maximã ſpem habet. Scio tibi eũ non eſſe odio: quàm uelis eum obligare, in tua manu eſt: cum quo ſimultas tibi nõ fuiſſet, liberius tibi de tota re eſſet. Nunc ſi ad illam ſummam ueritatẽ legitimum ius exegeris, cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter & cãdide poſuiſſe inimicitias uidearis. In hanc partẽ porrò tutum tibi erit, ſi quid uolueris gratificari. nemo enim neceſsitudine & amicitia te deterritũ ab officio dicet. Illud mihi occurrit, quòd inter poſtulationem & nominis delationẽ, uxor à Dolabella diſceſsit. Quid mihi diſcedens mãdaris, memini: quid ego tibi ſcripſerim, te non arbitror oblitum. Non eſt iam tempus plura narrandi. Vnum illud monere te poſſum, ſi res tibi non diſplicebit: tamen hoc tempore nihil de tua uoluntate oſtendas, & expectes quemadmodum exeat ex hac cauſa denique inuidioſum tibi ſit, ſi emanarit. Porrò ſignificatio ulla ſi interceſſerit, clarius quàm deceat, aut expediat, fiat. neque ille tacere eam rem poterit quæ ſuæ ſpei tam opportuna acciderit: quæque in negocio conficiendo tanto illuſtrior erit: cũ præſertim is ſit, qui ſi pnicioſum ſciret eſſe loqui de hac re, uix tamen ſe contineret. Pompeius dicitur ualde pro Appio laborare, ut etiam putent alterutrum de filiis ad te miſſurum. Hic nos omnes abſoluimus: & herculè cõfecta omnia fœda & inhoneſta ſunt. COSS. autem habemus ſumma diligentia: adhuc ſenatuſconſultum niſi de feriis Latinis, nullum facere potuerunt. Curioni noſtro

NON dubito. Quemadmodum patet lib. iii. epiſtola, quæ incipit. Cum eſt ad nos allatum &c. & in aliis duabus ſequentibus prædictam, accuſatus fuerat Appius à Dolabella, & à quibuſdam fautoribus Dola. ambitus, & maieſtatis, ex quo cum triũphum de rebus geſtis in Cilicia eſſet petiturus, amiſerat eius habendi ſpem, quam rem hac epiſtola Cælius indicat Cic. oſtenditque eum plurimum prodeſſe poſſe App. ſed monet eum, ut ita ei proſit, ut uideatur omnino depoſuiſſe omnes inimicitias, & ſimultates, quas ante habuit cum ipſo Appio. dicit autem Pomp. ei plurimum fauere, & pro eius cauſa laborare. Narrat præterea quædam, ob quæ erit Curio in fauorem Cæ. Poſtremo rogat Ci. Cælius, ut eum in gratia Appii ponat, & rurſus ab eo pantheras græcas petit. Factum reum. accuſatũ ambitus, & maieſtatis. Non ea. non tanta. HVBER.

¶ INVIDIA. maleuolentia. Neq; enim ſtulte, ſcilicet fecit. Simulatque. cum primum, ſtatim. Ad tribunal. ubi ſedebant iudices, apud quos eum accuſaui. Abiecerat. depoſuerat. Triumphi. de rebus in Cilicia geſtis, cui præfuerat ante Cicero, ut lib. iii. uiſum eſt. Accuſator. Dolabella. Is. Appius. Eum. Appium. In tua manu, id eſt in poteſtate. Quàm. id eſt quantum. Velis eum obligare adiuuando eum contra Dolabellam. Liberius magis in poteſtate tua, ut etiam non faueres ei ſi nolles, qa nemo diceret te fauere hoc odio. Nunc. dicit omnino ei eſſe fauendum, ne uideatur aliquid retinuiſſe de ueteribus inimicitiis. Ius le. iuſtũ ius reconciliationis. Parum ſi. id eſt parum ſincere. Et parum cã. id eſt parum benigne, & pure Hora. Albi noſtrorum ſermonũ candide lector. Tutum. ſine periculo, & infamia tua. Deterritum ab offi. id eſt prætermiſiſſe officium tuum erga Appium. Neceſſitudine. quæ eſt tibi cum Dolabella. Occurrit. in mentem uenit. Diſceſsit à Dolabella. reliquit Dolabellam, fecit cum eo diuortium. Quid mandaris mihi. non dicit quid ſit, ſed intelligimus ei mãdatum fuiſſe à Cic. ut ſi quis inueniretur aptus, cuius matrimonio Tullia locaretur, ſe certiorẽ faceret, uel daret operam, ut etiã non admonito patre locaretur, ſicut ipſe Ci. lib. iii. ad Appium ſcribens teſtatus eſt. Vnde nunc Cælius ſignificat Dolabellam eſſe ſine uxore, & ſe memorem eius mandati. Quid ſcripſerim. coniicimus eum ſcripſiſſe multa de Dolabella. Hoc tempore. nunc ex hac cauſa, quam habet cum Appio. Quemadmodũ. an cum honore, an turpiter. Inuidioſum. carum. Emanarit. effluxerit. Porro. deinde. Significatio. demonſtratio tuæ uoluntatis. Clarius. manifeſtius. Quam deceat, aut quàm expediat. neq; decet, neque expedit res matrimoniales multis ſciri, priuſquam conficiãtur. Ille. Dolabella. Tam opportuna. accõmodata, utilis. Cum is ſit, id eſt talis naturæ. Vix ſe contineret, quin loqueretur. Alterutrum. alterum. De filiis. id eſt ſuis uel Sextum Pompe. uel. Cn. Pomp. Hic. Romæ. Nos omnes. conſules prouinciarum. Concepta. facta, inſtituta. Et. i. etiam. Summa di. ironicè, quaſi dicat negligentiſsimos. Feriis la. latinę ferię, ut ſcribit Var. dicebatur dies conceptiuus, dictus à latinis populis, quibus ex albo monte ex ſacris carnem petere fuit ius cum Romanis, à quibus latinis latinæ dictæ ſunt. HVBER.

¶ NON dubito. Viſum eſt lib. iii. Accuſatus fuerat Appius pulcher ambitus à Dolabella, & fautoribus eius, quare triumphum amiſit, quod nunc Cælius ſcribit, monens Ciceronem, ut depoſita ſimultate Appio reconcilietur. Ordo eſt. Non dubito quin perlatum ſit ad te, Appium. ſcilicet pulchrum, qui ante Ciceronem Ciliciam cœperat, factum reum, ſcilicet ambitus, & maieſtatis à Dolabella, qui poſtea gener Ciceroni fiet, ſane non ea, id eſt tanta inuidia, quàm, id eſt quantam, exiſtimaueram. ſ. Appio futuram. Neque enim Appins ſtulte ſup. egit, qui ſimulatque. i. ſtatim, poſtquam Dolabella acceſsit ad tribunal. ſ. accuſaturus Appium, introierat in urbem, & abiecerat poſtu- ASCEN.

Ordo ¶

lationem triumphi,quam quisperabat foris manebat, donec decretum senatus fieret, quo facto Appius retulit sermones,id est respondit,& uisus est parátior,scilicet ad sese purgandũ,quàm accusator, scilicet Dolabella sperauerat. Is.s.Appius,habet nunc maximam spem in te. Scio eum.s. Appium,non esse tibi odio, est in manu,id est potestate tua,obligare eum.s.tibi,quàm.i.quantũ uelis,cum quo.s.Appio,si simultates nõ fuissent tibi,scilicet prius,essettibi liberius,scilicet agere de tota re,quia posses eum iuuare,& deserere,ut uelles. Nunc si exegeris legítimum ius.i.rigorem iuris, ad illam summam ueritátem.i.iustitiam, sicut uerum pro iusto sæpe ponitur,cauendum erit tibi ne uidearis posuisse.i.deposuisse, inimicitias parum simpliciter.i.sine dolo,& parum candide.i.sine liuore. In hanc &c. Ordo est.Porro.i.sed tutum erit tibi si quid uolueris gratificari.i.gratũ facere Appio,in hanc partem,scilicet mitiorem. Nemo enim dicet te deterritũ ab officio,necessitudine,& amicitia,quæ,scilicet tibi est cum Dolabella: uidetur tamen nondum,cum hæc scriberẽtur, Ciceroni gener factus, quia id post Appii liberationem purgauit lib.iii.quod etiam sequens clausula comprobat, unde intelligã ideo id neminem dicturum eo quòd tunc nulla fuerat Ciceróni cum Dolabella necessitudo,aut amicitia. Illud.scilicet quod sequitur,occurrit mihi,quòd uxor,scilicet Dolabellæ, discesisset,scilicet per diuórtium,à Dolabella,inter postulationem.i.uocationem in ius,& delationẽ nominis,scilicet rei. Memini.i.memoriâ teneo,quòd tu discedens, scilicet in prouinciam, mandaris pro mandáueris mihi, quasi dicat quòd Túlliam tuam idoneo marito locarem,te incõsulto. Et arbitror te non oblitũ,quid ego scripserim tibi, scilicet de Dolabella quàm esset idoneus gener futurus. Tempus narrandi plura non est iam. Ego possem monere te illud unum, si res non displicebit tibi,sup. cum Dolabella posse matrimónium contrahi: tamen nihil ostendas de uoluntate tua hoc tempore,scilicet lite pendente,& expectes quemadmodum,scilicet Dolabella accusátor, exeat ex hac causa,id est accusatione Appii.Déniq; si emanárit,id est diuulgatum fuerit, filiam tuam núbere Dolabellæ, Appii accusatori,id sup.sit tibi inuidiosum. Porro.id est sed,si ulla significatio,scilicet uoluntatis tuæ, interceserit, id est interuenerit,id sup.fiat clarius,id est manifestius, quàm deceat aut expédiat, id est útile sit, & ita mónet, ut occultissimum habeat. Neque ille.scilicet Dolabella,póterit tacere eam rem,id est tua uoluntate filiam tuã sibi desponsátam,quæ,scilicet res,acciderit tam opportuna spei suæ,scilicet de condemnatione Appii,quæque, id est & quæ,scilicet res,erit tanto illustrior,id est clárior,& magis perspícua,in negócio cõficiundo,id est perficiundo,præsertim cum, scilicet Dolabella, sit is, id est talis, qui si, id est & si sciret perniciosum esse loqui de hac re,scilicet quam inter nos agimus, hoc est de matrimonio filiæ tuæ. Tamen. id est nihilóminus uix, id est cum summa difficultate,contineret se, id est abstinéret à loquendo. Pompéius dicitur ualdè laborare pro Appio,id est ut Appius absoluatur,quod etiam contigit,ut etiam putent,scilicet hómines Pompéium sup.missúrum ad te alterutrum de filiis,scilicet suis,uel Sextum,uel Cnæum,ideò autem missurus putabátur, ut Cicero qui tunc erat in prouincia,ubi Appius crimen commisisse accusabátur,facta quæstione, & ut dicunt, informatione, beneuole rem interpretetur, & ad senatũ re scribat. Nos omnes absoluimus.s. quodam prætudício,hic id est Romæ,supple Appium,hoc est opinamur eum absoluendum,& Hercule.i. per Herculem,omnia concepta,scilicet crímina,de Appio.i.quæ in eius accusationis libello continentur,supple sunt fœda, & molesta. Autem.i.sed,nos habemus consules summa diligentia scilicet præditos,quod (ut Hubertino placet) per ironiam dicit:nam addit,ipsi supple nullum,id est non ullum,non potuerunt facere adhuc senatusconsultum, id est decretum ex senatus sententia factum, nisi de feriis latinis,scilicet celebrandis.

HVBER. ¶ CONGLACIAT. friget. Iaceant. sint prostrata,& deiecta. Nisi ego:significat Cic. iocose homines deditos esse pigritiæ, ita ut ea marcescant. Aquariis, iis qui uendunt aquam.Iuue.Veniat conductus aquarius. Et tabernariis,id est cauponibus,qui uinũ uendunt. Pugnarem.resisterem ne facerẽt copiam aquæ & uini. Veternus (authore Seruio) morbus est intercus,id est hydrops,qui homines efficit pigros,unde & pro pigritia ponitur apud Virg.in Geor. Nec torpore diu passus sua regna ueterno.Bibit autẽ multũ ueternosus,ut ostendit Hora. Crescit indulgens sibi dirus hydrops, Nec sitim pellit nisi causa morbi Fugerit uenis,& aquosus albo corpore languor.& Cato ait, Veternosus quàmplurimum bibit, tam plurimum sitit. Occupasset.inuasisset, id est omnes iam essent ueternosi. Parthi asti.nos ni.id est nihil curamus,in quo codice scriptum erat,sed Parthi uos calefaciunt. Potuit sine Parthis, scilicet esse, ut omnia iacerentur. Bibulus.qui præerat Syrię. In Amano monte, de quo dixi mus in.iii.lib. Cohorticularum.i.paruarũ cohortum. Sic.s.eum amisisse. Quod su. cõstat hanc epistolã scriptã esse quodã interuallo tẽporis:quia ergo supra dixerat ꝙ tribunatus glaciat Curioni, nunc se corrigit, & dicit multum calere. Cõcerpitur. dilaceraf. Leuissime.stultissime. Viariã.de uiis,quæ quid contineret, non facile scitur. Alimentariã.legẽ de alimẽtis. Agrariæ Rulli.i.legi, quam Rullus de agris diuidundis tulerat. Iactauit. publice nominauit. Quas leges. Via-

Vertenus

Cohorticula

tribunatus conglaciat. Sed dici non potest,quo modo hic omnia iaceant. Nisi ego cum tabernariis,& aquariis pugnarem, ueternus ciuitatem occupasset. Si Parthi uos nihil calefaciunt, nos hic frigore frigescimus. Tamen quoquo modo hic omnia iaceant,potuit sine Parthis. Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit. Hoc sic nuntiatum est. Quod tibi supra scripsi, Curionẽ ualde frigere,iã calet. nã feruentissime concerpitur. * Bellissime enim, quia de intercalendo non obtinuerat,transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit,legemq; Viariam nõ dissimilem Agrariæ Rulli,& Alimentariam,quæ iubet ædiles metiri,iactauit? hoc nondum fecerat,cum priorem epistolæ partem scripsi. Amabo te,si quid quod opꝰ fuerit, Appio facies,ponito me in gratia. De Dolabella, integrum tibi reserues, suadeo. & huic rei, de qua loquor, & dignitati tuæ æquitatis, opinionique hoc ita facere expedit. *Turpe tibi erit Pantheras græcas me non habere. Vale.

¶ Ex.vi.

¶ Ex.vi.Epistola.Non dubito,quin.

¶ Scio enim tibi eum non esse odio,quàm uelim eũ obligare, in tua manu est,cum quo simulata est.Hic nos omnes absoluimus,& hercules conspecta omnia fœdera & inhonesta sunt.Quidam sic.& Hercules cõcepta omnia fœda,& inhonesta sunt. Adhuc sena tusconsul.S.G.nisi de feriis latinis nullum facere potuerunt. Legemque Viariam non dissimilem Agrariæ tulit,& Alimentariam. Iubet ædiles mentiri, falso dicere esse probatas. Hoc.ꝙ iactasset has leges. Ponito me in gratiam.dicito ei persuasum à me, ut ita faceres. Integrum.ut nihil ei ostendas de uoluntate tua collocãdæ filiæ.Huic rei matrimonio filię. Dignitati æquitati tuæ quantum spectat ad Appium.

¶ TRIBVNATVS conglaciat.i.friget plurimũ, hoc est abolitur,Curioni nostro, sed nõ potest dici quo modo omnia iaceant.i.neglecta sint, & torpeant hic .i.Romæ, nisi ego pugnarem cũ tabernariis,& aquariis.i.uendentibus uinum,aut portantibus aquam põ cio. Iuuenalis. Veniat conductus aquarius.ueternus.i.torpor ex morbo intercute,& hydropisi,occupasset ci uitatem, nimio potu, quocirca dicit se pugnare cum tabernariis, id est cauponibus,& aquariis, ne.i.tantum uini potus uenditent,aut ex torpore.Vñ Philippus Beroaldus ex hoc loco argumentatur lib.secun.in epistola,cuius principium est.Raras tuas quidem &c.ubi uulgo legitur.Erat in eadem epistola ueteranus ciuitatis, legendum esse ueternus ciuitatis.Hic enim inquit Pompeium appellat, quo legionum Romanarum præfecto nullum exercitamentũ populo Ro.dabatur.Hæc ex illo.Veruntamen non uidetur dicta epistola huic respondere,propterea ꝙ dicit in eadem epistola scriptum esse manu Cælii, Ciceronem non defendi à Curio, sed potuit illa pars seorsum scripta deleta esse.Veruntamen minus placet ꝙ dicat Pompeiũ Veternũ dici,cũ dicat se gaudere ꝙ amicus in ocio sit,intelligam ergo de ocio totius ciuitatis,aut intercute,ut dixi,aut nimia potatione,melius tamen de torpore,eo ꝙ præmisit quomodo hic omnia iaceant quasi dicat nullam litem agitari, nisi cum tabernariis & aquariis pugnaret.s.in foro iudiciali, accusando hos pluris iusto precio operam suam, aut aquam uendere,illas res corruptas. Si Parthi nihil afficiunt nos aut uos.i.si nullum incutiunt timorem,nos nihil frigescimus.i.frigidi simus,aut sumus,frigore.i.metu,eo ꝙ metus frigus inducit,usq; adeo ut frigus pro metu ponatur Aeneı.pri.Extemplo Aeneæ soluuntur frigore membra. tamen quoquomodo.i.quomodocunque omnia iaceant hic,potuit.s.Veternus esse, sine Parthis,i.nisi Parthi nos solicitos facerent. Bibulus,qui Antiochiam curabat,amisit nescio quid cohorticularum in Amano.s.monte, in confinio Ciliciæ,hoc est nunciatum.s.senatui nunc sic,quod.i.quamquàm,scripsi tibi supra,Curionem frigere.i. in ocio esse,ipse calet iam.s.rubore,nam concerpitur.i.à multis carpitur feruentissime.Enim.i.quia,ipse non obtinuerat intercalendo.i.remittendo.ipse transfugit leuissime.constantissime,ad populum, & cœpit loqui pro Cæsare,& iactauit legem Viariam.i.de uiis faciendis,non dissimilem Agrariæ.s.legi, Rulli.i.quam Rullus tulit,& iactauit legem Alimentariam.i.de alimentis faciendis, quas.s.leges,ipse iubet ædiles metiri.i. metiendo exercere,& in usum adducere.Hubertinus legit mentiri,quod non placet. Cum ego scripsi priorem partem epistolæ.s.huius. Nam prius unam partem scripserat, deinde post aliquot dies eam absoluit,non deletis prius scriptis,sup.Curio nondum fecerat hoc.i.nondum iactauerat, Amabo te, blandienter dictum, si facies quid.i.aliquid,quod fuerit opus,i.utile Appio,ponito me in gratiam.s.Appii suadeo sup.ut serues tibi, sup.negocium de Dolabella integrum,ita ut eum,& suscipere generum & refutare libere possis. Expedit enim & huic rei de qua loquor.i.matrimonio filiæ tuę, aut gratiæ Appii conseruandæ,& dignitati æquitatis tuæ facere hoc ita,quod opinio est. Me non habere.i.si non habuero cum munera ædilitia dabo Pantheras Græcas.erit turpe tibi,quia culpaberis defuisse amico. Vale.

ASCEN.

¶ LEVISSIME enim quia de intercalando non obtinuerat. Sermo est de Curione,qui cum antea senatũ defenderet, & contra Cæsarem sententias diceret,subito transfugit ad populum, & pro Cæsare loqui cœpit, quod incredibilem ipsius inconstantiam declarauit,quare uere hic Cælius inquit,Leuissime enim,& quæ sequuntur.qui locus cum mendose antea legeretur,à me purgatus est, & ratione ipsa hortante, & autoritate uetusti codicis:ita enim legitur in Medicæo:quam animaduersionem ut firmam,& apertam tunc argumentis, & testimoniis confirmandam esse non putaui.Manutii tamen BELLISSIME,in posteriore sua editione,quémadmodum.in priore fecerant,scripserunt.

*P.V.C.

¶ TVRPE tibi erit pantheras Græcas me non habere.Lectionem hanc inuentam à me in cunctis manu scriptis,& impressis codicibus retinui:Pantheras Græcas appellat, quæ in Pamphilia, & Cilicia caperentur,quibus prouinciis Cicero præerat. Græci autem homines ea incolebant,ut distinguat ab Africanis:nam in Africa etiam nascuntur, quod non multo post Cælius declarat cum inquit,Quæ ad ludos ei aductæ erant Africanæ, easdem à nationibus ac populis,apud quos nascerentur,uocauit Cicero, ad Atticum scribens,Cibyratas.Quàm rectè igitur fecerint,qui ex ingenio legunt, PANTHERARVM GREGES, facilè cognosci potest. Vidimus Florentiæ Africanam,quam deuicto sæuissimo archipirata,regnoque quod occuparat spoliato,Carolus Imperat.ex Africa asportauit, Florentiæque reliquit:ibi autem cum publicè aleretur,mortua est.

*PETRI. VICTO. CASTI.

Cælius Ciceroni. S.D. Epis. 7.

QVàm cito tu istinc decédere cúpias, néscio:ego quidé eò magis, quo adhuc fœliciùs res gessisti. Dum istic eris,de belli Parthici períeulo cruciábor, ne hunc risum meum metus áliqui perturbent. Breuiores has li-

HVBER.

QVàm cito. Cælius primũ se cúpere dicit, ut Cice.ex prouincia discedat,& suâ, & ipsius Cice.causâ, deinde quædam iocosa & risu digna scribit, & præcipue Ocellam raptum in adultério,sed non dicit cum qua muliere, uult enim Ci. id ab álio perquirat. Hæc epistola satis facéta, & facilis est. Istinc.ex Cilicia. Ego magis.s.cúpio,ut discedas. Quod.quanto. Aliquis metus.de isto bello,& períeulo Parthico tui causâ. Hunc risum meum.de his rebus,quæ ridendæ acciderunt. Pridie heri. Quę certè uis.s.scribi tibi. Despondit sibi filium.non intélligo, quòd fecerit filium sponsum suum, sed quod fecerit eum sponsum, ut sic dicam,ego feci mihi sponsum filium meum,non intelligo,ꝙ

sit

Universidad de
Biblioteca

sit sponsus meus, sed ꝙ in gratiam meam & lætitiam sit factus sponsus. Diuortium. discessionem, separationem à marito. Triarii. nomen proprium. Sine causa. quia multæ erant causæ diuortii, ut expônunt iurisconsul. digestis de diuortiis. Nondum retúlerat. ad seipsum dicit, quasi nondum dixerat hoc. In hoc genere. tália quália hæc sunt. Ocella. hic est ille, de quo Cic. libro secundo ad Cælium scribens dicit, de Ocella parum ad me scrípseras, & in actis nō erat. Némini persuasisset. némini fecisset credibile. Triduo. in tribus diebus. Deprehensus. in adulterio, & propriè deprehendi dicuntur náutæ, & adúlteri. De náutis. Virgilius. v. Aene. Hunc ego si Getulis ágerem si Syrtibus exul, Argólicoue mari deprehēsus, & urbe Mycenæ. De adulteriis. Horátius in sermónibus. Deprehensi non bella est fama Treboni. Quæres. uoles scire. Vbi. in qua domo uel in qua muliere. Mínime uellem. s. esse deprehensum, ubi deprehensus est: erat enim fortasse deprehensus apud amicum. Relinquo tibi. s. hoc. Imperatórem, sicut es tu. Percunctári. interrogare. Síngulos. qui Roma istuc ueniunt. Cum qua. muliere, nam hoc pacto aliquis tandem tibi dicet.

Dephensꝰ

ASCEN. QVàm &c. Dicit se cúpere, ut Ci. ex prouíncia discedat, affertque iocósa quædam útpote Ocellam deprehensum in adultério, nec tamen dicit cum qua, uolens Cic. id ex álio inquírere. Ordo est. Nescio q̄. i. quantum citò tu cúpies discédere istinc. i. ex prouincia ubi nunc es, ego quidem cruciábor de perículo, id est propter periculum, belli Parthici, dum, id est donec, eris istic, id est í Cilicia, eò. i. tāto magis, quò, id est quanto, fœlícius gessisti adhuc res, quia fortúna solet mutari, nec cúiquam esse perpetuò bona.

Ordo T

teras properanti publicanórum tabellario súbitò dedi, tuo liberto plúribus verbis scriptas pridie déderam. Res autem nouæ nullæ sane acciderunt, nisi hæc vis tibi scribi, quæ certe vis. Cornificius adolescens Oristillæ filiam sibi despondit. Paula Valeria soror Triarii diuortium sine causa, quo die vir è prouincia ventúrus erat, fecit. Nuptura est D. Bruto, nondum retúlerat. Multa in hoc génere incredibília te absente accidérūt. Ser. Ocella némini persuasisset se mœchum esse, nisi triduo bis deprehensus esset. quæres vbi? vbi hercule ego minime vellem. relinquo tibi, quod ab aliis quæras. neque enim displicet mihi imperatórem singulos percunctári, cum qua sit áliquis deprehensus. Vale.

Ex. vii. Epistola. Quàm cito tu istinc.

Dum istinc eris, cruciabor, te belli Parthici periculo, idem crucior, ne hunc risum meum metus aliqui perturbent.

Vnde Philippus Mácedo, cum tres lætos nūcios uno die accepisset, deos precatus est, ut módicum supplicii ꝓ tantis bonis repónant. Ne áliquis metus perturbet hunc, id est quem hic habeo, risum meum. Ego dedi tabellário, id est ad tabellárium, hoc est literárum perferendárum ministro, publicanórum, id est qui pública conduxerunt. properanti, id est festinanti súbito, has literas breuióres, déderam pridie, id est die præcedenti hanc, tuo liberto literas supple scriptas pluribus uerbis. Autem, id est sed, res sane, id est multum, nouæ nullæ acciderunt, nisi uis hæc, id est huiusmodi res scribi tibi, quæ certè uis, quia ridicula putat. Cornificius adulescens despondit sibi filiam Oristilæ. Páula Valéria soror Triarii fecit diuórtium, id est dissolutionem matrimonii, & separatiónem à uiro, sine causā, supple eo die, quo die uir, id est maritus, uentúrus erat ē prouíncia, unde Cícero reuersus etiam repúdium factúrus erat, ea supple nuptúra est Décio Bruto, ipsa nondum retúlerat, id est ad senâtum túlerat, an senatui placéret. Multa incredibília in hoc génere, scilicet matrimoniali, acciderunt te absente. Seruius Ocella némini persuasisset se esse mœchum, nisi deprehensus esset, s. in adultério, bis triduo, id est intra treis dies. Quæ res ubi. s. deprehensus sit, id est in cuius domo, & cum cuius uxóre. Hércule supple illic, ubi ego mínime uellem. Relinquo tibi, quod quęras ab áliis. Neque enim displicet mihi imperatórem, scilicet te percunctári, id est interrogâre síngulos, cum qua áliquis sit deprehensus. quasi dicat, sic Cicerónem quoque uxóris suæ culpam noscitúrum. Vale

PETRI VICTO. CASTI. NONdum retúlerat. Locus ualde obscúrus: Medicæus codex (nihil enim melius mihi facere posse uídeor, quàm uéterem scriptúram in his difficultátibus indicare) Nondum retúleras. Aliorum coniectúras non reprehendo, etsi illis non ualde assentior.

ASCEN. ET si de repub. &c. Dicit Semprónium calūnias cum plausu tulisse, affertque multa de repub. de senatusconsulto, & qui scribæ fuerint in eo, quæ cum sint ipsis duntaxât nota, obscurióra uisa sūt Hubertino, q̄ ut à se explanentur. Nobis tamen bréuitèr explicanda uidentur. si non planè, at quálitèr potérimus. Ordo ítaque est. Et si, id est quamquam, hábeo quæ scribam, id est scríbere possim tibi de república. tamen nihil hábeo, quo putem te gauisurū magis, quàm hoc, scilicet quod séquitur. Scito Caiū Semprónium Rufum, mel, id est dulcédinem, ac delítias tuas tulisse, id est accepisse calúmniam, id est contuméliam, máximo plausu, non suo, sed pópuli eum libentèr uidentis. Quæris qua causa, scilicet affectus sit calúmniā. Ea supple est, ꝙ fecit Marcum Túccium accusatórem suum, id est unde prius accusatus fúerat, reū post ludos Romános lege Plo-

Ordo T

M. Cælius Ciceroni S.D. Epis. 8.

ET si de repub. quæ tibi scribam hábeo, tamen nihil, quo magis gauisúrum te puté, hábeo, quàm hoc. Scito C. Semprónium Rufum, mel ac delítias tuas, calumniam máximo plausu tulisse, quòd is in causa Marcum Túccium accusatórem suum post ludos Romanos reum lege Plócia de vi fecit: hoc consilio, quòd vidêbat, si extra ordinárius nemo reus accessisset, sibi hoc an-

no

no eām esse dicendā. Dubiū porrò illi nō erat q̄d futurū esset. Némini hoc deferre munusculū máluit, q̄ suo accusatóri. Itaq; sine vllo subscriptóre descendit, & Túccium reum fecit. At ego, simulatque audiui inuocátus ad subsellia rei accurro: surgo, neque verbum de re facio. Totum Semprónium vsque eò pérago, vt Nestórium quoque interpônam, & illam fábulam narrem, quemadmodum tibi pro beneficio déderit, si quid iniúriis suis esset, quòd Nestórius teneretur.

tia de ui, scilicet illâta, hoc consilio, ꝙ uidêbat si nemo accessisset reus extraordinárius, causam esse dicendam sibi, id est se esse defendendum hoc anno. Nam causam dicit, qui se purgat, & defendit, senténtiam dicit, qui iúdicat. Porrò, id est autem supple id non erat dúbium illi. Némini, id est non alicui, non máluit, id est non magis uóluit, deferre, id est p̄sentâre hoc munúsculum, scilicet ut reus extraordinárius fieret, ulli aut alícui, quàm accusatóri suo, scilicet Marco Túccio, per amâram autē irrisiônem uocat talem delatiônem, & accusatiónem munúsculū. Dicere causam Dicere senten

Itaque, id est & ita, Semprónius descendit, scilicet in forum causárum ad litem fouēdam, sine ullo subscriptôre id est assensóre, aut astipulatôre, qui secū sentíret. Solent enim idem sentiētes nómina sua subscribere, unde tractum, ut subscriptóres sint superióris scripti approbatóres, & subscríbere supériùs scripta probâre, & fecit Túccium reū. atque ego simul atque, id est eodem tempore, quò aut statim postquàm audíui scilicet Túccium à Semprónio reum factum, accúrro inuocâtus id est licet non essem uocâtus, ad subséllia rei id est ubi reus sedêbat causam dictûrus, surgo ut more aduocâti causam dictúrus neque uerbum facio de re, id est causa Tuccii, aut lege de reo, scilicet Tuccio. Ego pérago, id est conuinco. Perágere enim est, ad finem usque ágere, tunc autem peráctum est, quando quis uictus & cōdemnâtus est, Semprónium totum id est ex omni parte, usque eò id est in tantùm, ut interpônam quoque id est etiam. Nestorium. i. calumniam Sempronii in Nestórium, narrem id est recitem, illam fábulam, quemádmodum déderit tibi pro beneficio id est loco beneficii, si quid esset iniuriis suis, quo Nestórius tenerétur id est afficerétur. Subscriptor Pérago

Hæc quoque magna nunc conténtio forum tenet. Mar. Seruílius postquam incœperat, ómnibus in rebus turbârat, ne quod non vénderet, cuiquam relíquerat: máximèque nobis tráditus erat inuidiæ. Neque Laterensis, prætore postulante Pausánia, nobis patronis, quò ea pecúnia peruenisset, recípere vóluit. Quod Pylius necessárius Attici nostri de repetúdis eum postulauit, magna íllicò fama surrexit, & de damnatióne feruentèr loqui est cœptū. Quo vento proiícitur Appius minor, vt ímplicet de pecúnia ex bonis patris peruenisse ad Seruíliū, præuaricationísq; cā díceret depósitum. H.S. lxxxi. admirâris améntiam, immo si actiones stultíssimas? quid si nefárias patris cônfessiónes audisses? Mittit in consilium eosdem illos, qui líteis æstimârant, iudices. Cum æquo número senténtiæ fuissent, Laterensis leges ignórans pronunciâuit, quid singuli órdines iudicâssent: & ad extrêmum, vt solent, non rédigant. Postquam discessit, & pro absolûto Seruílius habêri cœptus, legísque vnum & centesimum caput legit, in quo ita erat, quod eorum iúdicum maior pars iudicârit, id ius ratumq; esto, in tábulas absolûtū non rétulit, órdinum iudícia perscripsit.

ASCEN. HAec quoq; magna cōtētio tenet. i. óccupat, nūc forū scilicet iudiciâle. Mar. Seruílius. s. Semprónius incœperat. s. agere. turbârat sup. eum in oībus rebus, neq; relíquerat quicquam, quod non uēderet, ut dixi obscurè lóquitur. neque óperæ precium esset mētem eius indagasse. Máximè. i. & sup. Seruílius, aut potiùs Semprónius, erat trádit⁹ máximè. i. præcípuè nobis inuídiæ. i. ad inuídiā, id est moléstiā illi excitādam, neq; Laterensis, proprium est nomen, Pausania postulāte, id est cum Pausanias postulâret prætorem nobis patronis, supple éntibus. alii legunt Laterense prætore, Pausania postulāte nobis patronis, uóluit recípere. i. approbâre, quò ea pecúnia ꝑuenisset. Q̄d Pýlius necessárius Attici nostri, scilicèt cōmunis amici postulâuit eum reum de repetūdis. i. pecúniis, mala arte prouinciálibus ablâtis, & ita iure repetendis. Magna fama surrexit íllicò, & cœptum est loqui feruentèr, de damnatiōne, scilicet Semprónii. Quo uento. i. qua obiectióne, Appius minor, proiícitur, id est obrúitur, ut ímplicet, id est ínnuat de pecúnia ex bonis patris, peruenisse ad Seruílium, & díceret causam præuaricatiōnis, i. quare fécerit pręuaricatiónem; Sestertium semel & octogies eē depósitum. Dixi alibi, quia sestertiū etiā neutri est generis, & genitiui nóminū neutri géneris, habéntium singulârem non solent syncopâri, ne cū singuláribus cásibus concidāt, cum tū uenusta sit cum numerálibus sýncope, decentiùs dici semel & octógies sestertium, q̄ octogintaunum sestértia, & sestertiôrū. Scríbitur autem sestértium. I I. s. i. duæ lib. cum semis. Tu admiráris dementiam, immo actiónes stultíssimas. Quid supple fáceres aut díceres, si audisses nefárias confessiônes patris, scilicet Appii. Ipse mittit in consilium illos eosdem iúdices, qui æstimârant litis pro lites, cū senténtiæ fuissent æquo. i. æquâli número. i. tot absoluentium, quot condemnántium, & econuerso. Laterensis ignôrans leges pronūciâuit, quid singuli órdines iudicâssent, & ad postrêmum non rédigant, scilicet iúdices senténtias uárias ad unam certam, & ut solēt. s. redígere, postq̄. s. Laterēsis discessit, & Seruílius cœptus est habêri ꝓ absolûto, & legit unū, aut primū & centésimū caput legis, in quo. s. cápite erat ita. s. scriptum. Id q̄d maior pars eorū iúdicum iudicârit, esto ius, & Ventus. i. Sextertiu

ius, &

ius, & ratum.i.certum,& approbatũ. Laterensis sup. non retulit absolutum in tabulas.i.instrumenta publicorum actorum, perscripsit iudicia ordinum.& Appio postulante.i.in ius uocante rursus, transegit cum Lucio Lolio,& dixit sup.se relaturũ.s.ad senatũ, aut ad iudices. Sic Seruilius,nũc neq; absolutus,neq; damnatus de repetundis tradetur Seruio Pylio.s. discutiendus.sunt qui legant,tradetur saucius.i.læsꝰ in fama,sed,ut dixi, omnia obscura sunt. Nam cum Appius iurasset de calumnia.i.calumniam factam,de diuinatione non est ausus contendere.s.ultra,& cessit.i.traditus est,aut locum dedit Pylio,& ipse postulatus est à Seruilio de pecuniis repetũdis,& preterea reus factus est de iure usuum, de quodam emissario suo.s.equo,cuius usum alter sibi uendicarat,hoc par .s.contendentium habet se recte,quia uterque caute losus & litium amans est. Quod.i.quantum, pertinet ad rempu.nihil actum est omnino multis dieb⁹, expectatione.i.propter expectationem,Galliarum.i. sentẽtiæ dãdæ de Gallis, aut successorib⁹ committẽ dis,aut Cæsari prorogandis, tamen re dilata sæpe & acta grauiter & uoluntate Cnei Pompeii perspecta aliquando.i.tandem in eam partem, ut placeret eum decedere.s.in Galliam ad succedendum Cæsari post Calendas Martias. Senatusconsultum quod misi tibi est factum,& autoritates perscriptæ supple sunt.i. qui eius rei authores fuerunt. Authoritas.S.C.i.senatusconsulti,sup.scripta est pridie Calendas Octobris in æde Apollinis.Scribæ.i.ut dicunt notarii,aut subscriptores affuere sequentes. Lucius Domitius &c.

*P.V.C. ¶ A quodam suo emissario est factus. Peccarunt nostri librarii dum ueterem scripturam, & maximè Medicæi codicis, exscriberent:dictionem enim omiserunt,quæ ante RVSTEIO poni debebat, ea autem hæc est, EMISSA. Dolet peccatum illorum causam fuisse erroris docto,ac diligenti uiro,& tamen quod ille ex Asconii commentariis erutum huc accommodari posse censuit,adhuc,si modò uerum est,defendi potest:quod scilicet ad Tetium pertinet:legi enim potest,A quodam suo emissario est Tetio factus. nã S,significasse olim Sextum, uix credo:præterea post FACTVS in uetere exemplari EST non legitur, qđ uerbum hic necessarium est, ut fortasse possit cõcinnari ex literis illis quæ confecto emissario è priscis uestigiis, reliquæ sunt,ut nihil addi ad uulgatam lectionem nisi TETIO necesse sit,quod tamen nec ualde confirmare,nec diluere uolumus:est enim res dura,sed subtiliter excogitata.

*PETRI. VICTO. CASTI. ¶ L. Atteius L.F.A.N.Capito. Cum diu anceps in hac lectione fuissem,existimaui tandem, non incommodè ita legi posse:in qua si uitium illud est, huiusce modi est,quod defẽdi possit, nec absurdam ullam sententiam habeat. Manutii prima sua editione literas illas,quæ scrupulum habebant, & quæ ipsis& aliis negotium facessebant,sustulerunt,atque ita se putarunt omni molestia liberare. Hanc ipsorum culpam tacui,quæ & magna est,& antiquis scriptoribus periculosa, si quis quæcunque non intelligit,in illis delet.Quanto modestius me, liberaliusque gesserim, dicere non oportet:nam me,fidemque meam laudare mihi nunc propositum non est.Quòd putant literas illas seiũgi non oportere, non reprehendo:intelligo enim ipsas Tribum significare posse.Si negant ueteres in titulis,monimentisque non patris solum nomen,sed aui etiam ponere solitos,facile redargui possunt:ex Ciceronis enim libris,& aliorum optimorum autorum hoc intelligitur.Qui Romæ priscas inscriptiones curiosius legerunt;passim hoc animaduertere potuerunt.possemus infinita exempla afferre, sed non erimus nunc pluribus citandis testibus, quàm oporteat, ambitiosi. In magno illo uolumine, quod Epigrammata antiquæ urbis inscribitur,multis locis hoc obseruari potest: Sed maxime pagina CXXXII.nec nõ pagina CXXXVI. in quibus plurima uirorũ nomina scripta sunt,quæ cuncta aui quoque nomẽ retinent, & notis his semper signata,quibus ea tunc signari consuetudo fuerat.

postulante rursus Appio,cũ Lucio Lollio transegissẽt,& relaturũ dixit. Sic nũc neque absolutus,neque damnatus Seruilius de repetundis saucius Pylio tradetur.Nam de diuinatione Appius, cum calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pylioque cessit,& ipse de pecuniis repetundis à Seruiliis est postulatus, & præterea de ui reus * à quodã suo emissario est factus. recte hoc par habet. Quod ad rempu.pertinet, omnino multis diebus expectatione Galliarum actum nihil est. Aliquando tamen sæpe re dilata, & grauiter acta,& plane perspecta Cn.Pompe. voluntate in eam partem, vt eum decedere post Cal.Mar.placeret, Senatusconsultum,quod tibi misi,factum est,authoritatesq; perscriptæ.S.C. authoritas pridie.Cal.Octob.in æde Apollinis.Scribæ affuerunt,Lucius Domitius Cnæi filius Aenobarbus,Qu. Cælius.Qu.Fabius frater, Metellus,Pius Scipio. Lucius Iulius,Lucii fil.P.Annalis,Caius Septimius Titi.fil. Quirina.Caius Lucius Caii fil. Puphirus Caius, Scribonius Caii fili. Publius Curio:* Lucius Atteius, Lu.fi. A.N.Capito.

¶ Ex Epistola.VIII. Et si de repub.

¶ Quæris an causa.M.Tuccium accusatorem suum, post ludos Romanos reum lege plotia de ui fecit. Dubium porro illi non erat,quid futurum esset,nemini hoc differre munusculum maluit. Et præterea de iure usui quodam suo emissa Rustetio factus recte hoc par habet. Scripto affuerunt Lucius Domitius Cn. Fabius. Aenobarbus . Qu.Cælius. Quinti filius. Fabius Metellus. Pius Scipio Lucius Iulius Fabius Pompe.Annalis Caius Septimius. T.F. Quirinalis. Caius Lucius.C.F.Puphirrus.C. Scribonius,Caii filius.Pomponius Curio.Lucius Atheius Lucii filius A.N.A.Capito.

M.Cælius.M.T.Ciceroni S.D. Epi.9.

QVod Mar.Marcel.consul.V.F. de prouinciis consulãribus. D. E. R. I. C. vti. C. Paulus. C.Marcellꝰ cõsules,cum magistrãtum inissent ad Calend.Martias,quæ in suo magistrãtu futũræ essent,de consulãribus prouinciis ad senãtum referrent, neue quid prius* ex Calend. Martiis ad senãtum referrẽt, neue quid coniunctim de ea re referrẽtur à Cõs.vtique eius rei causa per dies comitiales senãtum haberent, sane tum vterque consul fãceret: & cum de ea re ad senãtum referrẽtur à Cons.eorum qui in.ccc.iudicibus essent: sex ad dũcere licẽret. Si quid ea re ad põpulum,vel ad plebem opus esset, vt Seruius Sulpitius M.Marcellus.Cons.Prætores,Tribunique pleb. Quibus eorum viderẽtur,ad Po. plebemue referrent,quod ii non retulissent, vti quicunque deinceps essent ad Po.plebemue referrent.* S.C.A. prid.Cal. Octob.in æde Apollinis. Scribæ affuerunt L.D.Cn.F. Aenobarbus. Q. Met. Qu.F.Pius Scipio. L.Iulius. L.filius Pom.Annalis. C. Septimius. T.filius. Quirina.C. Scribo.C.filius Pom. Curio.L.Attilus.L.fili.An.capito,M.Oppius M. fili.Terentia.Quod.M.Mar.cons.de prouinciis.D.E.R.I.C.Senãtum existimare neminem eorum,qui potestãtẽ habent intercedendi,impediẽdi morã afferre oportere. * Quominus de repub. Q.P.ad senãtum referri, senatusque consultum fieri possit qui impedierit,phibuerit:eũ,senatũ existimare contra rẽp.feciss̃e. Si quis huic senatusconsulto intercesserit,Senatui placere authoritatem perscribi, & * de ea re ad senãtum põpulumque referre. Huic senatusc.intercessit C.Cælius. L.Vici.P.Corne.Cvbius Pansa.Item Senatui placere authoritatem perscribi de militibus, qui in exercitu C.Cæsaris sunt:qui eorũ stipẽndia,merita,aut causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant,ad hunc ordinem referre,vt eorum ratio habeatur,causamque cognoscant.Si quis huic senatusconsul.interc̃essisset, senatui placere authoritatem perscribi, & de ea re placere ad hunc ordinem referri.Huic senatusconsul.intercessit C Cælius C.Pansa Tr.pl.Itemque senatui placere in ciliciam prouinciã, & in.viii. reliquas prouincias, quas prætorii pro prætore obtinẽrent, eos,qui prætores fuerunt, neque in prouincia cum impẽrio fuerunt,quos eorum ex senatusconsulto, cum impẽrio in prouincias pro prætore mitti oporteret,eos sortito in prouincias mitti placere,si ex eo número, quos.S.C.in prouincias ire oportẽret,ad numerum non essent, qui in eas prouincias proficiscerentur:tum uti quodque collegium primum.P.R.fuisset. neque in prouincias profecti essent,ita sorte in prouinciã proficiscerentur, si ii ad numerũ nõ essent,tunc deinceps próximi cuiusque collegii, qui prætores fuissent,neque in prouincias

QVod Marcus. Hæc quoque epistola propter rerum,de quibus lõquitur ignorationem intacta dereliqui solet à commentariis, quocirca, cũ uix labore sensum ex ea colligere possimus plerumque utilitatis assequamur,etiam si colligẽmus præter argumentũ nihil dicere constituimus.Exponit itaq; in ea obscurè iis, qui negocia de quibus agitur ignorant,quid in senatu,& comitiis actum sit,qui interfuerunt senatusconsulto & quid de prouinciis decretum sit,& quid Pompeius in Cæsarem Senatui non parentem dixerit,ex quibus dictis in Cæsarem populus intellexit Pompeio negocium cum Cæsare futurum,demum de Curione,& rebus familiaribꝰ loquitur,ut legenti constare poterit.Quia è postrema parte huius epistolæ facilè est excerpere sententiã, & nõ illepida est locutio,posimus ordinem sic contexere. Cum.s.Pompeius interrogaretur si qui intercederet scilicèt pro Cæsare,tum.i.tunc,dixit non interesse.i. Nullum esse discrimen,aut nihil referre,utrum Cæsar non esset futurus audiens.i.obediens,dicto,id est mãdato,& decreto senatus,an pararet sup. aliquem, qui nõ pateretur.s.per intercessionem suam,Senatũ decernere,scilicet qđ uellet. Quid sup.dices, inquit alius.Si sup.Cæsar uolet simul,& consul esse, & habere exercitum.At ille q̃.i.quantum, clementer supple respondit.Quid sup.dicendum,aut faciendum esset, si filius meus uolet impingere.i.incutere, mihi fustẽ, id est cõlaphum. Pompeius sup.effecit his.i.huiusmodi uocibus,ut homines existimarent negocium .i.dissidiũ,& certãmẽ, esse.s.futurũ Pompeio cũ Cæsare.Itaq;.i.& ita,ut uideo,& Cæsar uult descendere iam ad alterutram.i.unam aut alteram conditionẽ,ut aut maneat.s.in prouincia.Cætera notoria sũt.

uincias profecti essent,in sortem cõiicerentur,quoad is numerus effectus esset,quem ad numerum in prouincias mitti oporteret. Si quis huic senatusconsulto interfuisset, authoritas perscriberetur. Huic sanatusconsulto interfuit C.cælius .C Pansa Tri.pl.ILLA præterea Cn.Pompeii sunt animaduersa, quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus, vt diceret se ante Cal.Mar.non posse sine iniuria de prouinciis cæsaris statuere.Post Cal.Mar.se non dubitaturum. Cuminterrogaretur si qui tũ intercederent:dixit hoc, nihil interesse vtrum C.cæsar senatui dicto audiens futurus non esset, an pararet qui senatum decernere non pateretur. Quid si, inquit alius,& COS.esse & exercitum habere volet? At ille quàm clementer, Quid si filius meus fustem mihi impingere volet?His vocibus ut existimarent homines Pompeio cum Cæsare esse negotium, effecit.Itaque iam, vt video,alteram vtram ad conditionem descendere vult Cæsar,vt aut maneat,neque ho anno sui ratio habeatur:aut si designari poterit,decedat. Curio se contra eum totum parat:quid assequi possit,nescio.Illud video,bene sentientem,etsi nihil effecerit,cadere nõ posse.Me tractat liberaliter Curio,& mihi suo munere negotium imposuit.Nam si mihi non dedisset eas, quæ ad ludos ei aduectæ erant Africanæ,potuit supersedẽri. Nunc quum dare necesse est,velim tibi curæ sit,quod à te semper petii, vt aliquid istinc bestiarum habeam⁹:Sictianã que syngraphã tibi commendo.Libertum Philonemisthuc misi & Diogenẽ Græcum,quibus mandata & literas ad te dedi: eos tibi & rem,de qua misi, velim curæ habeas. nam quam vehementer ad me pertineat, in iis quas tibi illi reddent, literis descripsi. Vale.

¶ Ex.ix.Epistola.Quod M.Marcellus Cos.

¶ Cum magistratum inissent à A.D.Ex.x.Cal.Mar. Neue quis conuinctum de ea re referrẽtur consiliis útique eius rei causã per dies comitiales senátum habẽres. Et cum de ea re ad senãtum referrẽtur,qui eorum in ccc.iudicibus essent, Sex addũcere licẽret. Si quid de re ad pópulum Pl.uel ad opus esset,uti Sex.Sulpitius, M.Marcel.Cónsules.Prætóres.Tribunique Ple.quibus eorum uideretur ad P.Plebemue referrent.i.ii.Pr. Cal. Octob.in æde Apóllinis scripta. affuerunt L.Domi.Cn.Fab.Atheno Balbi. Q.Metellus Q.F.Pius Scipio.L.Iulius.L.F.An.cápito.M.Eppius. M.F.Terentina quod M.Marcellus Consul,ut de prouinciis D.E.R.I.C.Senãtum existimãre néminem eorum. Qui impedierit,prohibuerit,tum senãtum existimãri contra remp.feciſſe.

*PETRI VICTO. CASTI. ¶ Ad,ex kal.Mart.Locus Varrônis restitũtus magno auxílio est ad docendum, immutãri debẽre órdinem priórum hárum uocum,& pro ad,ex kal.legi debẽre EX AD KAL. quemádmodum Paulus quoque emendat.Illum autem iampridem nos castigáuimus, statimque suspicãti sumus, hanc esse huius loci germãnam lectiónem.Cum Romæ, xxx.fere menses sunt,fuissem, sæpe, multumque cum Marcello Ceruino,qui póstea in amplíssimum órdinem à Paulo III. Pont.Max.cooptatus est,de studiis literárum locútus sum : cumque sermel sermo incidisset de uetustis exemplãribus,dixi Florẽntiæ priscum códicem Terentii Varrônis inueníri, librórum,quos scripsit de agricultúra : magno statim desidério ille affectus est librum hunc uidendi, à meq; diligenter petiit, cum Florentiam rediissem,darem saltem óperam ut cum impresso áliquo cõferrem,& ad se cuncta accurratè adnotãta mitterem. Non potui hoc amicíssimo, & optimo uiro denegãre. Cumque in antiquo docuissem menda quædam reperiri,uoluit ille notãri à me locos,quos putãrem castigatiùs illic legi, in impressis autem deprauátiùs:in quo ei quoque morem gessi.Hunc autem in primis notãui,quem ibi sincére legi,in impressis uero mẽdosíssime iudicábam.Vólui autem códicem illum summo stúdio à me, cum antiquo collãtum communem illi esse cum Angelo Colotio,sancto,ac docto uiro.Citãui igitur huius rei óptimos,ac locupletíssimos testes.Sed áliud etiam auxílium habébam,non minóris momenti, quo locum hunc Cælii ita castigandum esse animaduérteram.nam eodem illo in lápide Colotiáno,de quo suprà mentiónem feci,ita legítur,EX A.D.V.K. DEC. AD PR. K.IAN. SEXT.Vtinam integer esset, magnam utilitátem studiósis literárum afferret : est enim Ciceránis temporibus exarátus. Vtut autem est, & ut à me ex scribi pótuit,hic eum adponémus,nam huic præcipue loco accommodãtus est, in quo étiam bis sunt literæ illæ,quæ in illo lápide sæpe leguntur, id est.V.F.Quin autem VERBA FECERVNT,significent,dubitãri non potest:id enim Cícero infinitis locis declárat:aperte autem in x.Philip.ccccccxcii. Quod Pansa COS. uerba fecit de literis:& quæ sequuntur.

C. IVLIVS CAESAR IIII.SINE CONLEGA DIC.
V. F. Q. FABIVS MAXIM. C. TREBONIVS C.F.
C. CANINIVS C.F.
IVLIVS CAESAR DICT.IV. M.AEMILIVS M.EQ.
C. IVLIVS CAESAR V.M.ANTONIVS M.F.
VF. P. CORNELIVS P.F.
C.VIBIVS C.F.PANSA. A.HIRTIVS A.F.
IL.SESTIVS P.F.I.
M.CLAVDIVS M.F. LAP.
L.MVNATIVS PAVL.AEMILIVS.
Q.AEMILIVS LEPID.MLO
M.APPVLEIVS SEX.F. P.SI
C.SENTIVS SATVRN.Q.LV
VF.M.VINVCIVS P.F.
C.IVLIVS

C. IVLIVS CAESAR. Q. PEDIVS.Q.F.
V.F.
C. CARRINAS.C.F. P. VENTIDIVS. P. F.
MILIVS M. ANTOIVS
EX A.O.V.K. DEC. AD. PR. K. IAN. SEXT.
MVNATIVS L. F. M. AEMILIVS M. F.
ANTONIVS P.S-VLPITIVS CEN. LVSTR.N.F.
ANTONIVS P.SERVILIVS.P.F.
N. DOMITIVS M. F.C. ASINIVS C N.F.
VF.L.CORNELIVS. L.F. VF.P.CANIDIVS P.F.
P.CORNELIVS P.F. CN.C.
C.FVRNIVS C.F. C. IV.
CL.L. DOMITIVS CN.F.P. CO.
V.F.L.TA
M. DRVSVS L.F. L.
M.LICINIVS M. F.
TI.CLAVDIVS TI.F.
M.VALERIVS M.F.
V.F. C. VALGIVS C.F.
C.CANINIVS

¶ S.C.A.Pridie Cal.Oct.in æde.Medicæus codex cum suprà nihil ab impressis hac parte discreparit,hic ab illis diuersus est est:neque enim habet tres illas priores líteras,sed earum loco I.V.sic enim in eo scriptum est, I.V.PR. CAL.OCT. quam rem explicãre,ut uerum fátear,non possum. *P.V.C.

¶ QVO Minus de R.P.quamprimum ad Senatum referri. Ita in Medicæo scriptum est. quóminus de Rep. Q.P.ad Senatum referri. Hoc autem adnotãui, non quòd in impressis ullum mendum sit: sed ut notæ illæ ex hoc loco percipiantur,nam maiorem partem huiuscemodi notis in S. Consultis, & huiuscemodi rebus usos fuisse ueteres,planum est. * PETR. VICTO CASTI.

¶ DE ea re ad Senatum,populumque referri.Medicæus liber.De ea republica adhuc órdinem referri. Arbitror legendum,De ea re ad hunc órdinem referri. *PETRI. VICTO. CASTI. HVBER.

M.Cælius.Ciceroni S.D. EPIS.10

SIc, tu inquis, Hirrum tractãsti:immo, si scias quàm facile,quàmue contentionis quidem minime fuerit, pudeat te ausum illum vnquam esse incedere tanquam tuum competitorem. Post repulsam verò risus facit:ciuem bonum ludit,& cõtra Cæs.sententias dicit: expectationem corripit,* Curionẽ prorsus non mediócriter obiurgatus, hac repulsa se mutauit. Prætérea qui nunquam in foro apparuerit, non multum in iudiciis versátus sit, agit causam liberaliter, sed rarò post meridiem. De prouinciis quod tibi scripseram Idibus Sextilis actum iri, interpellat. Iudicium Marcelli cons.designati in Calẽd.reiectum ne frequentiam quidem efficere potuerãt. Has literas ad.iiii.Non.Septembris dedi, cũ ad eam diem ne promulgatum quidem quicquam esset. Vt video, causa hæc integra in próximum annum trasferetur: & quantum diuino, relinquendus tibi erit, qui prouinciam obtineat.Nam non expeditur successio,quãdo Gallíæ,quæ habẽt interfessorem, in eandem conditionem, quam cæteræ prouinciæ, vocantur. Hoc mihi non est dubium:quò tibi magis scripsi,vt ad hunc euentum te parares.Fere líteris omnibus tibi de Pantheris scripsi: turpe tibi erit Patiscum Curioni decem

SIC tu inquis. In duabus superioribus epístolis cum longè plus difficultatis uideam q̃ utilitátis, nõ putaui frustra elaborandum, præsertim cum multa sint,quę nullo pacto itelligi posse puto:hac autem epístola, quæ etiam quibusdam locis est mendósa,edocet Cælius Ciceronem multa, quæ Romæ agantur,& instãter ab eo petit rursus Pantheras quas dicit ei facilimum esse parare. Deinde commendat ei Marcum Fetídium equitem Romanum.

Sic.ut eum uiceris in contentione & competitione ædilitatis. Quàm facile,scilicet tractauerim. Ne minime quidem.i. nullius. Post repulsam. postquã non obtinuit ædilitátem. Corripit. accusat. Obiurgátus,hic actiuæ est significationis. Profligãtũ.i. confectum:nam id præcipue significat,ut profligãtũ est bellum,i.confectum. Interea.sine deliberatione. Diuino.i.præuideo,præcognosco,uel prænúncio:est enim uerbum. Obtíneat. administret loco tui. Vocentur.trahantur. Te non plures.s.mittere. Ne putes.iocátur,quia fortasse Curio donauerat aliquod præmium. Et Cybiratas.s.Pantheras.i. ex Cybira urbe Asiæ suprà dixim⁹ Pamphiliam.quæ est finítima Cilíciæ. Plures.Pantheras. Laboro.curo. Diuino

Seorsum.separatim. Amabo. blandientis est Impera.tibi.i.uelis hoc facere.Nulla cura. nullus labor.

Mandandi.dandi mandãtũ.Simulatque,statim,ut postquam.Deportent. aduehant. Ad Sictianam sin grapham.i.propter Sictianam syngraphã, de qua iã bis fecit mentionem superiùs, fortasse erat hæc syngrapha de pecuniis aliquibus.

SIC tu inquis &c. Hac epistola etiam sub obscũra docet Cælius quid Romæ agebatur, instat de Pantheris captandis,& cõmendat Ciceroni.M. Fetidium. Ordo est.Tu inquis.s.in epistola, quæ nõ extat. Tu ô Cæli tractasti Hirrum sic.i.superasti eum cum explosione. Immo supple id dicas, aut mireris,si scias q̃.i.quantum facile sup. tractauerim sic Hirrum, q̃q;.i.& quantum fuerit nequidem.i.nõ saltem minimę contentionis.i.laboris, ac difficultatis,pudeat te illum.s.Hirrum ausum esse unquam incédere.s.pompose, tanquam competitorem tuum, hoc est,ꝙ eum non sic uicisti,ut non ausus sit se amplius tecum conferre. Vero.i.sed.Hirrus supple facit nobis risus.i.præbet matériam risus, post repulsam,ludit.i.ad ludum nobis faciendum agit bonum ciuem,i.reipub.fauentem,& dicit sententias contra Cæsarem,& corripit expectationẽ.i.dilationem exc ASCEN. Ordo

cutionis

cutionis sententiarum contra Cæsarem laturum obiurgatus:deponentaliter ponit, cum etiam actiue dicatur obiurgo, prorsus.i.in omnem partem, Curionem, non mediocriter.i.uehementer, q.s.lentius in Cæsarem agat.Nam in superiore epistola dictum est. Curio se contra eum,uidelicet Cæsarem, totum parat,sed tamen idem postea corruptus pecunia Cæsaris,totus à Cæsare stetit.Vnde Luca.Venalis Curio linguæ.Hirrus sup.mutauit se.i.mores suos, hac repulsa.s.ædilitatis petitione accepta. Prætera ipse.qui nunquam apparuerit in foro,non uersatus multum in iudiciis,agit causam liberaliter.q.d.sine exactione magnæ pecuniæ,quia si eam exigeret nullam causam agendam haberet,sed raro agit post meridiem, aut quia uentris causa agit,& ita pransus nihil facit, aut quia potus agere nihil potest,aut quia hora nona claudebatur forum,unde meretrix tunc prostrare permissa nouaria.dicta est. Quod scripseram tibi actum iri.i.q agatur de prouinciis,[13] Idibus Sextilis,aut sextilibus.i.Augusti mensis, iudicium Marcelli consulis designati reiectum in Calend:Feb. eiusdem mensis,interpellat.i.impedit,ne quidē.i.ut non saltem,potuerit efficere frequentiam.i.senatus. Ego dedi.i.misi,tibi has literas ad.iiii.nonas Septembris, cum ne quidem.i.non saltem,quicq̄ esset profligatū .i.confectum ad eam diem.i.usq; ad.iiii.nonas Septēbris. Vt.i.q̄tū uideo , hæc causa transieretur integra .i.intacta proximum annum,ut quātum diuino.i.futurum Automno,sup.aliquis locū tuū tenturus, erit relinquendus tibi,qui obtineat prouinciā.i.regat eam donec successor mittat, nā successio non expeditur.i.non fit mature,qū.i.quoniam,Galliæ,quæ habent intercessorem.i.oppositorem,& impeditorē successionis, uidelicet Cæsarem,uocantur in eandē conditionem,in quam cæterę prouinciæ,& ita si Gallis non detur successor,nec aliis dabitur. Hoc non est mihi dubium,quo.i.quo circa,aut quanto magis scripsi tibi, ut parares te ad hunc euentum. Ego scripsi tibi fere omnibus literis de Pantheris.i.capiēdis,& mittendis adædilitatis pōpam exhibendam. Turpe erit tibi Patiscum.i.minus potentem amicum , misisse Curióni decem Pantheras, te non sup.misisse,aut mittere plures.s.q̄ decem,multis partibus,id est è multis locis prouinciæ tuæ. Quas ipsas scilicet decem pantheras, Curio donauit mihi,& alias decem Africanas. Ne putes illum scilicet Curionem,scire dare tantum prædia rustica,quæ uidetur Curio in detrimentum suum dedisse, unde tacitè ridet eum. Tu,si modo tenueris memoria,arcersieris.i.aduocaris,&.i.etiam,Cybiratas.s.uenatores ex Cybira urbe Asiæ,aut ut Huber.uult,arcersieris.i.addūci feceris,&.i.Cybiratas.s.spantheras,iuxta Cybira captas itemq; miseris literas in Pamphiliam quæ non procul à Cilicia est. Nam aiunt.s.qui illinc ueniunt,plures capi ibi,tu efficies quod uoles. Ego laboro.i.curo hoc nunc uehementius,q̄ puto omnia paranda mihi seorsum à,collega.i.coædili. Amabo te,blandientis uox,impera tibi,cura id est,ut cures hoc, tu soles libenter nihil curare, ut ego maiorem partem, sup.curare soleo , & non totum negocium, aut ut ego nihil curare soleo maiorem partem. Nulla cura tua est in hoc negocio.s.mittendi pantheras,nisi loquendi.i.mandandi. Nam simulatque.i.statim postquam cœptæ erant,habes eos,qui alant, & deportent eas,quos misi ad Singraphan Sictianam.i.ex pecunia ex illius obligatione recipienda impensas faciant Puto etiam si nullam spem.s.in syngrapha haberem,sup.te pecuniam expensurum,aut quid simile more suo inuoluit,deinde obscurius addit , ut in tecto uitum.sup.nihil est cætera probabuntur,mihi.i.mihi placebunt.

¶ CVrionem prorsus non mediocriter obiurgatus hac repulsa se mutauit,Medicæus liber.Curiónem prorsus Curionem non mediócriter obiurgatus hac repulsa se mutauit.Quare non assentior illis,qui uoce hac OBIVRGATVS offensi,censent aliter legendum esse: nulla enim illius lectionis in antiquis codicibus uestigia inuenio.

*PETRI VICTO. CASTI.

HVBER. ¶ MAR. Fetidium.alia pars epistolæ,in qua commēdat ei M.Fetidiū omicū. Strenuū,fortē. Istoc. istuc. Ad suū negotiū.ut agat negotiū suū. Immunis.sine onere,sine tributo. Obligaris.p obligaueris. Fauolum.nomen propriū. præteritum.omissū.Columnariis.licet à colūna colūnarius descendat, obscurū tamen est,quid Cice.intelligat. Pompeius tuus.hæc clausula ita claudicat,puto defectu aliquorum uerborū,ut nihil perfecti sensus afferat.Hāc.s.sententiā dixit.Cōiunctim.simul.sed separatim de Gallis solū. Cotristauit.tristem reddidit,pturbauit.Disertissimus.facūdissimus. Frigidus.negligens. Vale.

ASCEN. ¶ MAR.&c. Aggredit secūdā partē epistolæ, dicēs. Cōmēdo tibi Mar.Fetidiū,aut Fetidiū,equitē Romanū,filiū amici mei,adulescentē bonū & strenuum, q̄ uenit istuc.i.ad te ad negotiū suū.s.curandū.Et rogo te,ut habeas eū in numero tuorū, uult agros scilicet M.Fetidium equitem Ro.amici mei filium,bonum & strenuum adolescentē ,qui ad suum negotium istuc venit, tibi commendo,& te rogo,vt eum in tuorum numero habeas. Agros,quos fructuarios habent ciuitates,vult tuo beneficio,quod tibi facile,& honestum factu est,immunes esse:gratos,& bonos viros tibi obligaris. Nolo te putare Fauonium à columnariis. præteritum : optimus quisq̄ eū nō fecit. Pōpeius tuus nō vult apte Cæsarē,& puī ciā tenere cū exercitu,& Cōsulē eē.tamē Pantheras misisse,te non multis partibus plureis : quas ipsas Curio mihi,& alias Africanas decem donauit,ne putes illum tātum prædia rustica dare scire. Tu,si modo memoria tenueres,& Cybiratas arcersieris,itemque in Pamphiliam literas miseris(nam ibi plureis capi aiunt)quod voles efficies . Hoc vehementius laboro nunc,quod seorsum à collega puto mihi omnia paranda . Amabo te, impera tibi: hoc cura. soles libenter , vt ego maiorē partem,nihil curare. In hoc negotio nulla tua,nisi loquendi cura est, hoc est imperandi & mandandi.Nam simulatque erūt captæ , qui alant eas , & deportent habes eos,quos ad Sictianam Syngraphan misi. puto etiam , si vllam spem mihi literis ostenderis , me isto missurum alios.

hanc sententiam dixit,nullum hoc tempore senatusconsultum faciendū.Scipio hāc vt Cal.Martiis de prouinciis Galliis, neu quid coniunctim referretur . Contristauit hæc sententia Balbum Cornelium:& scio eum conquestum esse cum Scipione . Callidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus. Vale.

¶ Ex.x.Epistola.Sic tu inquis Hirrum.

¶ Nam simulatque erunt captæ, qui alant eas, & deportent , habes eos quos ad Scithianam Singraphan misi.Puto etiam si nullam spem,aut in tecto uitii,cætera mihi probabūtur in hac.desinit epistola hæc in antiquioribus,ubi multa,quæ in cæteris leguntur, deficiunt.Oēs igitur epistolę ab,ea quæ sic incipit.Est nec uicia ad hanc usq;.Sic tu inquis Hirrum.in antiquioribus libris leguntur lib.ix.epistolarum. nō autem.viii. ut plerique habent,quod mirum uideri debet.

simus in defensione sua,id est in se defendendo,& fuit satis frigidus,id est negligens in accusatione,scilicet aduersarii sui.Omnia autem obscure dicit quia de rebus Ci. facile notis loquitur. Vale.

Cælius Ciceroni S. D. Ep. II

SAne quàm literis C. Cassii,& Deiótari sum⁹ cómóti.Ná Cássius eis Euphratem cópias Parthórū esse scripsit: Deiótarus profectas per Comágenē in prouinciá nostrā. Ego quidē præcipuū metū, suos,quos ciuitates,scilicet Ciliciæ habēt fructuarios, id est fructum pendere obligatos,esse immunes,id est liberos,ab ea pensione tuo beneficio,id est per beneficium tuum quod est tibi facile,& honestum factu,id est ut fiat,uidetur tamen hic accipi,ut facias. Tu.sup. si id feceris,obligaris pro obligaueris tibi uiros, scilicet patrem & filium gratos & bonos . Nolo te putare Fauonium,aut,ut alii legunt Fauolum,esse præteritū, id est neglectum à colūnariis , id est aut ad columnas scribentibus,aut opus columnarum curantibus, optimus quisque non fecit eum , scilicet obnoxium , aut tanti. Pompeius tuus,aperte sup. pronunciauit Cæsarem. &,id est simul, tenere prouinciam cum exercitu, & consulatum,ipse tamen dixit hanc sententiam,uidelicet nullum senatusconsultum faciendum hoc tempore. Scipio sup.tulit,hanc,scilicet sententiam, ut referretur,id est consultaretur Calend.Martiis,de prouinciis Gallicis,neu,id est neue, quid referretur coniunctim,scilicet de aliis prouinciis,hoc est quāuis in Galliam non mitteretur successor, non ideo in alias prouincias non esse mittendum. Hæc sententia , scilicet Scipionis cōtristauit Balbum Cornelium, & scio eum conquestum esse cum Scipione,scilicet eius sententiæ authore. Callidius fuit disertissimus,id est facundissimus in defensione sua,id est in se defendendo,& fuit satis frigidus,id est negligens in accusatione,scilicet aduersarii sui.Omnia autem obscure dicit quia de rebus Ci. facile notis loquitur. Vale.

HVBER. ANE quàm. Scribit Cælius se commótum esse uehementèr núncio,quem accéperat de parthis,qui ferebantur transisse Euphratem, idque máxima causa Ciquem sciébat non esse parátum idóneo exércitu aduersus tātum bellum. Expónit deinde qui sermónes essent in urbe ,pter huiúsmodi núncios de tránsitu Parthorum.Itaq; rogat Ci.ut scribat diligenter,quomō se hábeat in prouincia.Deinde dicit quid putet deliberātum iri Romæ. Postremò quia scripserat Ci.ad Cælium,ut daret operam , ut sibi succederētur, pollicétur se esse factūrum diligentèr. Quam cō. ualde commóti. Cis.citra. Euphratem.fluuium Arménię maióris,ut scribit Solinus,cuius ortus est supra Euphrates Zizamam sub radícibus montis,quem Catônem accolæ nóminant. Scythis próximum. Hic receptis in se áliquot ámnib⁹ cónualescit,& stipátus conuentis aquis,luctátur cum montis tauri obiectu,quem apud Elegeam scindit, licet resistat.xii.milium passuum latitúdine, longisque excúrsibus , dextra Comogenem, Arábiam læua relinquit. Deinde prælábens plúrimas gentes Babylóniam quondam Chaldæórum caput diuidit & cætera. Deiótarus, scilicet scripsit , is fuit rex Armeniæ , ut scribit Cæsar libro quatto Alexandrini belli. Comágena. pars est Syriæ.

quod ad te attinēbat , hábui , qui scirem quàm parátus ab exércitu esses , ne quod hic tumultus dignitáti tuæ periculum afferret.Nam de vita si parátior ab exércitu esses, timuissem : Nunc exigúitas copiārū recessum , non dimicatiónem mihi tuam præsagiébat. Hæc quomodo acciperēt hómines , quàm probábilis necéssitas futūra ésset, véreor etiam nunc: neque priùs désinam formidáre, quàm tetigisse te Italiā audiero. Sed de Parthórum tránsitu, nuntii vários sermones excitárunt . Alius enim Pompeium mittendū, álius ab vrbe nō removendū, álius Cæsarē cum suo exercitu,

¶ QVOD. id est quia . Quam para. sciébat se malè paratum,ut supra.Tuus porrò exércitus uix unum saltum tuéri potest. Quod.áliquid. Tumultus,proprie dixit de súbito,& repentino bello. Dignitáti, honori, si esses fusus, aut fugátus. De uita,ne fortasse obiiceres te nimium periculis,si habéres maiórem exércitum. Exigúitas , paúcitas. Præsagiébat , prædiuinábat. Potius recessum,quàm di.id est potiùs,quod esses discessūrus,quàm dimicatūrus. Quómodo.in quā partem exístimárent,ne id à te consilió an timóre fieri. Necéssitas tua.discedendi potiùs quàm dimicandi. Sed de Par.dicit quæ sententiæ fuerint Romæ de prouidendo huic bello. HVBER. Tumultus

¶ SANE quàm &c. Scribit Cælius se commótum esse uehementer ob núncium , quem accéperat de Parthis,qui ferebantur transisse Euphratem, idque causā Ciceróms,quem sciébat non habére exércitum idóneum ad tantum hóstem repellendum. Deinde expónit,qui sermónes essent in urbe sup huiúsmodi terró- ASCEN.

re.Rogátq; Cic.ut ad se scribat diligenter, quómodo sese res hábeat,pollicéturq; se curatūrū,ut ipsi succédat. Ordo est.Nos sumus sane quàm.i.ualdè, cōmóti, literis Caii Cassii,& Deiótari.s.regis Armeniæ. Nam Cássius d.i. scripsit Ordo

scripsit cópias,id est exercitus copiosos Parthorum, esse cis Euphratem, id est transisse Euphratem Romanam prouinciã uersus. Deioratus,sup.scripsit profectas, scilicet cópias Parthorum, in prouinciam nostram, id est Romanam per comagenam,scilicet partem illam Syriæ,ego quidem habui præcipuum metum, quod.i.quantum attinebat ad te,id est spectaret ad periculum tuum,qui scirem,quàm,id est quantum,hoc est quantum parum paratus esses ab exercitu,id est quantũ ab exercitu auxilii sperares, ne hic tumultus afferret dignitati tuæ, quod,id est aliquod, periculum, scilicet aut uitæ, aut famæ. Nam si esses paratior ab exercitu, id est si haberes exercitum satis instructum,& copiosum,timuissem de uita,scilicet tua,quia sciebam te pugnam non detrectaturum. Nunc exigui.co.prælagiebat, id est quodam præsagio futurum denunciabat, recessum, scilicet tuum, non dimicationem tuam. Vereor etiam nunc quomodo homines accíperent,id est interpretarentur hæc,scilicet te,ob paucitatem copiarum recessisse, si fortè recésseris, & quàm, id est quantùm, probabilis necessitas, scilicet recedendi futura esset. Neque désinam formidare priusquàm audiero te tetigisse Italiam. Sed nuncii excitarunt sermones uarios,& ita minus constantes,de transitu Parthorum. Enim pro quia.álius sup.Censet, aut dicit,Pompeium mittendum,scilicet contra Parthos,álius,sup.censet Pompeium non remouendum ab urbe,álius sup.censet Cæsarem sup.mittendum,cum suo exercitu,scilicet quem habet in prouincia.

HVBER. ¶ ALIVS cónsules.scilicet mittendos censet. Priuatos, scilicet censet mittendos. Paludati, id est paludamento ornati. Nam paludamenta insignia sunt, ac ornamenta militaria ex croco & púrpura, quibus imperatores induebantur.Iuuen. Cumque paludatis ducibus præsente marito Ausa loqui.ideo ad bellum cum exit imperator ac lictores mutarunt uestem,& signa insinuarunt,paludatus dicitur proficisci.quę propterea quod conspiciuntur, qui ea habent ac fiunt palam, paludamenta sunt dicta, ergo cónsules timentes ne paludati exirent, qui mitterentur, nolebant quòd senatus haberetur,ordo est, cónsules autem nolunt senatum haberi, quia uerentur, ne fiat illud senatusconsultum ut paludati &c. Ad ali. præ. eos, id est ad álium quàm ad ipsos,uoluissent enim ipsi mitti. Vsqueò,intantum,scilicet uolunt senatum haberi. Ille mene exeant paludati,qui mittatur. Existimatione.opinione,prætextu. Nolle pro. id est quod non uideantur curate uelle prouinciam. Diripuisset. depopulasset. prædatus esset. Arabas. pópulos finitimos Ciliciæ. Eos ar. quos immisisset in prouinciam. Renunciasse. significasse. Velificatus, id est nauigasse. Velificor enim nauigare significat.interdum passiuè accipitur,ut apud Iuuen.Créditur olim uelificat⁹ Athos. in quibusdam codicibus erat bellificatus quod ita intelligetur ne dicaris bellificatus, id est fecisse bellum & pugnasse. Quod referret. quod interesset, quod utile esset. Exitus.finis.

HVBER. ¶ POSSE agi. de successoribus mittendis.Tardus. négligens. Parum effi. parum uehemens in agendo. Seruius Sulpitius,is enim erat collega Marcelli. Cunctator,morator,dúbius. Cuiusmodi.quale. Aut qui id est quomodo,& est sensus,quomodo putas eos posse conficere,id quod nolit, id est quod fiat contra eorum uoluntatẽ, cum ea quæ cupiunt ita frigidè ab eis agantur,ut nos existimemus eos nolle ea fieri. Occupabit primos mẽses magistratibus,id est detinebit primos mẽses anni in magistratibus deligẽdis. Successores.qui mittuntur in prouincias loco uestro. Sustinere tueri. defendere. Additis adiunctis ad uestras. Iactaturum. exercitaturum. Adimat. auferat, minuat. Quoduis munusculum. quodlibet paruum munus. Quamlibet.quantumlibet. Non humanè.acerbè. Occursurus. oppositurus impedimentum. Plures.scilicet occursuros cupiditati Pauli,præter Furnium. Noui.scio. Certò.manifestè. Multa.sententia est exornatio,& est sensus,scio te perspicere,quod tempus multa affert noua, multa quæ iam præparata mutat. Infra hos fines,id est uel ita, ut dixi, uel non procul ab his, quæ dixi. De agro campano.quem ut ostendimus libro primo curabat Cæ. diuidendum. Vacuus. non occupatus. Prorogetur. differatur. Tui consilii. id est tuæ deliberationis,& est ordo, tui consilii est, uelisne perseuerare si tempus, si senatus coget &c. Qua obtestatione.quibus precibus,qua rogatione,& quodammodo adiuratione. Ne paterer. ne sinerem. Fieri. scilicet ut perseuerares ultra tempus tibi decretum. Vale.

álius cónsules:nemo tamen ex senatusconsulto priuatos. Cónsules autem, quia uerentur ne illud senatusconsultum fiat, vt paludati exeant, & contumeliosè præter eos ad alium res transferatur, omnino senatum haberi nolunt: vsque eo, vt parum diligentes in repub. videantur: sed honeste,siue negligentia, siue inertia est, siue ille,quem proposui,metus latet sub hac temperatiæ existimatione, nolle prouinciam. A te literæ non venerunt, & nisi Deiotari subsecutæ essent, in eam opinionem Cassius venerat,quæ diripuisset ipse, vt viderentur ab hoste uastata, finxisse bellum, & Arabas in prouinciam immisisse, eosque Parthos esse,senatui renunciasse. Quare tibi suadeo, quicunque est istic status rerum,diligenter & caute perscribas,ne aut velificatus alicui dicaris:aut aliquid,quod referret scire,reticuisse.Nũc exitus est anni,nam ego has literas ad.xiiii. Cal.Decembris scripsi. Plane nihil video ante Cal. Ianuarias agi posse. Nosti Marcellum , quàm tardus & parum efficax sit: itemque Seruius quàm cunctator. Cuiusmodi putas hoc esse? aut qui id, quod nolint,conficere posse, qui quæ cupiunt , ita frigide agunt , vt nolle existimentur ? nouis magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, hæc causa , primos menseis occupabit. Sinautem aut non erit istic bellum , aut tum erit , vt vos , aut successores paruis additis copiis sustinere possint. Curionem video se dupliciter iactaturum: primum , vt aliquid Cæsari adimat : inde, vt aliquid Pompeio tribuat, quoduis,quamlibet tenue munusculum. Paulus porro non humane de prouincia loquitur.huius cupiditati occursurus est Furnius noster: plureis suspicari non possum. hæc noui. Alia,quæ possunt accidere,non cerno. Multa tẽpus afferre,& præparata multa esse scio, Sed intra fines hos , quæcunq; acciderint,vertentur. Illud addo ad actiones C. Curionis de agro Cãpano,de quo negant Cæsarem laborare , Sed Pompeiũ valde nolle, ne vacuus aduenienti Cæsari pateat. Quod ad tuum decessum attinet,illum tibi non possum polliceri me curaturum, *vt tibi succedatur:illud certe præstabo,ne amplius prorogetur. Tui cõsilii est, si tempus,si senatus coget, si honeste à nobis recusari non poterit, velis ne perseuerare:mei officii est, meminisse qua obtestatione decedens mihi ne paterer fieri,mandaris. Vale.

¶ Ex.xi.Epistola.Sanequam literis

¶ Sane quam literis C.Cæsaris,& Deiotari sumus cõmoti.Deiotaris profectas per cognominem in prouinciam nostram.Nunc hæc exiguitas copiarũ excessum, non dimicationem mihi tuam præfigiebat.Hoc quomodo accipient homines,quàm probabilis necessitas futura esset.Vereor etiam nunc, neque prius desinam formidare,quàm attigisse te Italiam audiero.Consules autẽ quia uerentur, ne illud senatus cõsultum fiat, ut paludati exeant,& contumeliose præter cõsules ad alias res transferatur.Quid uis?quamlibet tenue uinculum. Multa tempus afferre, & præparata mutare te scio. Sed intra fines hos quæcunq; acciderint uereren tur.Quod ad tuum accessum attinet,illud tibi nõ possum polliceri. Si honeste à nobis recusari nõ poterit, uel ne perseuerare me,officii est meminisse,qua ostentatione decedens,mihi paterer fieri,mandaris.

mentur nolle. Autem.i.sed , si bellum Parthicum erit hæc causa occupabit nouis magistratibus primos menses. Sinautem.i.sed si,aut non erit istic bellum,aut tum.i.tunc.post nouos magistratus erit,ut successores,scilicet uestri,possint sustinere.i.defendere contra Parthos uos,paruis copiis additis. Ego uideo.i.considero,Curionem iactaturum,id est periculo obiecturum se dupliciter,primum ut adimat, id est auferat aliquid Cæsari, cui tunc aduersabatur , id est deinde, ut tribuat Pompeio aliquod munusculum , quoduis id est quodlibet, & quamlibet,id est quantumlibet,tenue,id est exile, & modicum. Porro.id est sed, Paulus, scilicet Aemilius, loquitur de prouincia nõ humane. Furnius noster.scilicet communis amicus, occursurus est, id est obstabit cupiditati huius,scilicet Pauli,ego non possum suspicari plures, scilicet occursuros. Ego noui hæc, & non cerno,scilicet animo alia quæ possunt accidere. Scio tempus.scilicet noui anni,afferre multa,scilicet noua,& multa esse præparata , scilicet ut fiant, sed quæcunque acciderint uertentur intra hos fines , scilicet præsentis anni. Illud addo ad actiones C.Curionis de agro Campano,scilicet ad uoluntatem Cæsaris,diuidendo, de quo,scilicet agro negant,scilicet plerique Cæsa.laborare,id est solicitum esse,sed Pompeium ualde nolle,scilicet ut diuidatur. Ne pateat Cæsari uenienti,scilicet ex Gallis uacuus,scilicet Romano milite. Quod.id est quantum, attinet ad decessum tuum,scilicet ex prouincia,ego non possum polliceri me curaturum illud,ut succedatur tibi certe.i.haud dubie,præstabo.i.exhibebo, illud, ne.s.prouincia prorogetur.i.extẽdatur tibi amplius. Est tui consilii.i.pertinet ad consilium tuum,si tempus coget,& si non poterit recusari à nobis.s.qui pro te precamur honeste,ne,id est an,uelis perseuerare,scilicet in prouincia. Mei officii est meminisse,qua obtestatione tu decedens mandaris pro mandaueris mihi,ne paterer fieri,scilicet prorogationem imperii.

Cælius Ciceroni S. D.Epis.12.

HVBER. NON diu.Rebus bene gestis à Cic.in Ciliciam, ut lib.2. uisum est rogauerat Ci.Cæl. ut daret operã supplicationes sibi decerni,scripserátq; idem ad álios quosdam amicos suos . Itaque Cælius ostẽdit qd quisq;,aut dixerit, aut fecerit pro Ci. exponitque contentiones,quæ in senatu fuerunt,máximéque dicit quid Curio pro Cæ. egerit . Non diu. quia

IOn diu,sed ácriter nos tuæ supplicationes torserunt. Inciderámus enim in difficilem nodũ. Nam Cu-

citò expeditæ sunt,ut ipse Ci.lib.ii. Non pótuit accuratiùs agi nec prudéntius, quàm est actum à te cum Curióne de supplicatióne, & Hércule cõfecta res mea ex sentẽtia est cum celeritáte, quod tum is &c. Torsérunt, cruciárunt. Nondum. difficultátem, impedimentum. Comitiáles, dies, quia nolébant, quod propter eiusmodi res fierent comítia. Prævaricátor. desertor, nam prævaricatóres eos dicimus, qui aduersáriis suis causam donant, & ex parte actóris in partem rei concédunt, à uaricári autem dícitur prævaricári. Varicári uero à uarícibus, quæ (authore Nonio) dicuntur uenæ in suris inflexæ & obtortæ. Est quod agas gra. id est debes ágere grátias. Páulo magis.scilicet est quòd agas grátias. Respondit ei. scilicet Paulo. Dictúrũ.scilicet dicit de supplicatiónibus tuis. Diutiùs. longiùs quàm in hunc annum. Non fecit.non dixit diutiùs. Prehéndimus. familiáritèr allocúti sumus. Cum age.de ho.id est cum fieret mentio de hostibus à te fictis. Vt nu. nam cum supplicatiónes præcéderent triumphum, lege cautum erat,ut constáret de número hostium, & ne quis triumphâret,nisi qui quinque milia hóstium in acie cæcidisset. de his móribus,& institútis uide Vale. Maxi. libro secundo capítulo tértio de iure triumphandi. Tácuit. non postulâuit, ut numerarentur. Honorificè. de te. Accessit. áditus est. Non pugnauérunt.id est non contendérunt,ut impedírent. Curióni uerò. scilicet agendæ sunt grátiæ.

Prævaricator

Varicari

ASCEN. NON diu. Rebus benè gestis in Cilícia, ut uisum est libro secundo, Rogáuerat Ci. Célium, ut ille curáret, sibi supplicationes decerni, idque álios ítidem rogáuerat non ignorante Cælio, qui nunc scribit quid quisque,aut díxerit, aut fécerit pro Cicerône. Expónitque contentiónes, quæ in senátu factæ erant, & quod pro Cæsare Cúrio fécerat.

Ordo Ordo est. Supplicationes tuæ, id est quas petísti tibi decerni, torsérunt, scílicet angóre, nos non diu sed ácriter. Enim.id est quia,nos incidérâmus in nodum difficilem,id est in rem cuius difficilis erat éxitus. Nam Curio cupidíssimus tui. Cui comitiáles,scílicet dies eripiebantur,quia differebantur,aut absúmebantur ómnibus rationibus, negábat se posse pati ullo modo supplicatiónes decerni. Ne si adeptus esset quid, id est aliquid boni,fauóre,id est per fauórẽ Páuli,scílicet Aemílii,uideréturamisísse,sup. illud suâ culpâ,& existimarétur,id est iudicarétur prævaricátor.i.desertor causæ públicæ, id est ad rempub. spectantis. Itaque. id est & ita nos descéndimus,id est deuénimus ad pactiónem,id est ut dicunt compositiónem, & confirmárunt pro confirmauérunt,sup. se non usúros in hunc annum de his supplicatiónibus. Plane.id est omnino est,quòd,id est propter quod,agas grátias utrísque consúlibus,certè magis Paulo. Nam Marcellus respondit ei sic sup.se non habére spem in ístis supplicatiónibus. Paulus,sup.respondit se, non dictúrum, scílicet sententiam de supplicatiónibus omnino in hunc annum. Renunciátum erat nobis Hirrum dictúrum diutiùs, id est quòd uellet diutiùs dícere, quàm in hunc annum. Nos prehéndimus eum,id est obuiàm factum complexi sumus, deprecantes ne id fáceret,& ipse non modò, id est non sólum, non fecit, scílicet quod renunciátum erat eum factúrum, sed cum agerétur dehóstibus, scílicet à te deuíctis, & posset impedíre rem, scílicet quam petis, hoc est supplicatiónem, si postuláret, ut sup. hostes numerarentur, tácuit, id est nóluit hoc postulando impedíre, tantùm,id est sólummodò.assénsus est Catóni,qui etsi locútus honorificè,scílicet de te,non decréuerat,sup.tamen supplicatiónes. Fauónius accéssit ad hos,scílicet duos, Hirrum & Catónem, tértius, id est eiusdem cum eis sententiæ. Quare gratiæ sunt agendæ,sup.à te,pro natúra,& institúto,id est móribus uniúscuiúsque. His. scílicet posteriùs nominátis,sunt agendæ gratiæ,quòd tantùm, id est duntáxat,ostendérunt uoluntátem,scílicet suam,& sup.non pugnárunt,id est non acriter contendérunt pro sententia,scílicet sua stabilienda,cum possent impedíre.s. supplicatiónem. Curióni uerò,sup. agendæ sunt gratiæ,quòd deflexit,sup. se,causâ tuâ,id est propter te,de cursu suarum actiónum,quæ differebantur,eo quòd de rebus tuis referebátur.

Paulus

*P.V.C. ET posset impedíre, ut si numerarétur postulâret. Ad Atticum. cccxciii. de hoc ipso negotio ágitur, & de Hirri uoce, qui & ipse affirmábat in potestáte sua fuísse, si noluísset impedíre, cuius uoluntas mirificè Ciceróni grata fuit:& cum uidéret incípere illum sibi placári,studiósius ei rei óperam dedit, si posset illíus grátiam diligentiâ amicórum sibi reconciliáre. In Medicæo nulla uarietas est: quod alii excogitárunt legi debére, NVMERVS DARETVR, non reprehendo,nec magnópere laudo:tota res meliùs perciperétur, si mos ille numerándi hostias cógnitus esset,de quo hic & ad Qu.Fratrem ágitur.Nam HOSTIBVS, nullo pacto legendum censeo, & iis argumentis ductus,quæ à me olim adlâta sunt, & authoritáte priscorum códicum, qui duóbus in locis ubi impressi omnes corrupti erant,fideliter,ut puto ueram lectiónem custodiérunt. Vtinam autem tam facilè meam lectionem tuéri possem,quàm uulgátam reféllere.

deflexit.

deflexit. Nam Furnius & Lentulus,vt debuerunt, quasi eorum res esset, vna nobiscum circũiérunt & laborarunt.Balbi quoque Cornelij óperam & sedulitátem laudáre possum.Nam cum Curione vehemẽter locutus est,& eum,si aliter fecisset,iniuriam Cæsari facturum dixit. tum eius fidé in suspicionẽ adduxit. Non deerant quidem qui neque transigi volebát, Domitii, Scipiones,quibus hac re ad intercessionẽ euocandam interpellantibus, venustíssime Curio respondit se eo líbentius non intercedere, quòd quosdam qui decernerent,videret cõfici nolle. Quòd ad remp. attinet,in vnam causam omnis contentio coniecta est de prouinciis: inquam adhuc incubuisse cum senatu Pompeius videtur, vt Cæsar Id.Nouemb.decedat. Curio omnia potius subire constituit, quàm id pati: cæteras suas abiecit actiones. Nostri porro,quos tu bene nosti,ad extremum certamen rem deducere non audent. Scena rei totius hæc, Pompeius tanquam Cæsarem nõ impugnet, sed quod illi æquum putet, constituat, ait Curionem quærere discordias. Valde autem non vult,& plane timet Cæsarem consulem designari prius quàm exercitum & prouinciam tradiderit. Accipitur satis male à Curione: & totus eius secũdus Consulatus exagitatur. Hoc tibi dico: si omnibus rebus prement Curionem, Cæsar defendetur. si intercessorẽ (quod videntur) reformidarint, Cæsar quoad volet, manebit. Quã quisq; sententiam dixerit, in cõmentario est rerũ vrbanarũ.ex quo tu quæ digna sunt,selige:multa trãsi,in primis ludorum explosiones, & funerũ & ineptiarũ cæterarũ. plura habet vtilia.Deniq; malo in hanc partẽ errare,vt quæ nõ desideres, audias: q̃ quicquã,quod opus est,prætermittatur. Tibi curæ fuisse de Sictiano negocio, gaudeo. Sed quum suspicaris minus certa fide eos tibi visos, tanquam procurator sic agas,rogo. Vale.

Ex xii. Epistola. Non diu sed acriter.

Nam curio tui cupidíssimus, cui omnibus rationibus comitiales eripiantur, negabat se ullo modo pati posse decerni supplicationes,ne qd fauore Pauli adeptus esset boni sua culpa uideretur amisisse,& præuari

DEFLEXIT de cursu suarum actionum.i.prætermisi HVBER.
sita actiones suas Tua causa.ut ageretur de supplicatio
nibus tuis. Circumierunt.i.hunc & illum adierunt,&
allocuti sunt pro te. Sedulitatem.diligentiam. Inter
pellantibus.impedientibus, interrumpẽtibus. Venu
stíssime, facetíssime. Non inter. non prohibere. In
quam.causam. Incubuisse,dedisse operam,intendisse,
dicimus autem incumbo huic,& in hanc rem. Dece- Incumbo
dat,ex Gallia. Quam pati id,ut Cæ.discedat ante idus huic rei
Nouembris. Abiecit,deposuit. Quos tu bene nosti. Incumbo
non uult eos nominare. Scena,actic,& est translatio, hanc rem
quia actiones fabularum in scenis fiebant. Tradide-
rit,deposuerit hanc materiam, uide apud Appia.lib.I.
& apud Plutar.in uita Cæsa. & Pomp. Accipitur, tra-
ctatur. Exagitatur, uexatur, impugnatur. Quod ui.
quam rem, scilicet intercessorem uidetur reformida-
re. Quoad,quamdiu,quoadusque. Manebit.in pro- Quoad
uincia. Commentario,registro. E quo,id est ex quo,
scilicet commentario. Selige.secerne,excipe. Transi.
omitte. Explosiones,explodere est eiicere, uituperare. Explodere
Hora.Explosa arbuscula dixit.Cic.primo offi.Aristonis,Pyronis, & Herili, iampridem explosa sententia est,facti enim fuerant ludi à multis improbati. Et funerum, explosiones funerũ autem, id est funebriũ pomparum. Ineptiarum cæterarum,id est cæterorum quæ inepte sunt acta, & in ipso commentario rerum urbanarum scripta. Habet, scilicet commentarium. Plura uti.scilicet quàm inutilia, uel quàm ea quæ dixi de ludis & de funeribus &c. Quæ nõ desyderes, id est quæ non cures audire. Quod opus est,quòd utile est. De negocio Sictiano. de quo supra dixit Sictianã syngrapham. Minus certa fide.i.non fideles. Tanquam procurator,tanquam gestor alieni negocii. Vale.

NAm Furnius & Lentulus circumierunt & labo- ASCEN.
rarunt pro laborauerunt,una,id est pariter nobiscum
ut debuerunt,quia tibi obnoxii erant, quasi esset ius,
id est negocium eorũ. Ego possum quoque laudare
operam,& sedulitatem Balbi Cornelii,nam ipse locutus est uehementer cum Curione, scilicet pro te,& dixit eum facturũ iniuriã Cæsari si fecisset aliter, quàm dictum est. Tum, id est insuper, adduxit fidem, eius scilicet Curionis,in suspitionem, ut si nocere uoluisset non potuisset. Quidem, id est certe, non deerant qui uolebant rem transigi iniquã, utpote Domitii,& Scipiones,quibus interpellantibus, id est inter agendum afferentibus,hanc rem euocandã,sup. esse,ad intercessionẽ,id est impeditionẽ,Curio respondit uenu stíssime,se non intercedere, id est impedimentũ facere,eo libentius,q̃ uideret quosdã,qui decernerent,id est adiudicarẽt tibi supplicationẽ,nolle,sup. eam confici, id est executioni mandari. Quod, id est quantũ, attinet ad rempu. omnis contentio, scilicet Cæsaris & Pompeii,coniecta est,id est redacta, in unã causam,id est actionem,de prouinciis, scilicet nõ prorogãdis, in quam,scilicet causam,Pompeius uidetur adhuc incubuisse,id est inclinat9 esse,cũ senatu,id est ut sentit senatus,scilicet ut Cæsar decedat,scilicet de prouincia, ante Idus Nouembres. Curio cõstituit potius subire omnia q̃ pati id,& adiecit ceteras actiões suas,quas supra dixit dilatas. Porro,i. sed, nostri.s.amici,quos tu nosti bene, non audent deducere rem ad extremum certamen.s.cum Cesare futurum. Summa.ideſt finalis sententia totius rei sup. est hæc, Pompeius tanquam non impugnet Cæsarem, sed constituat, quod putet æquum illi, aut Curionẽ quærere discordias.sup.negando Cæsarem debere decedere. Autẽ.id est sed, Pompeius nõ uult ualde,& timet plane.i.manifeste,Cæsarem designatum,sup. iri consulem prius, q̃ tradiderit

excercitum,& prouinciam. Sup.Pompeius,accipitur, id est tractatur satis male à Curione,& totus secundus consulatus eius,scilicet Pōpeii,exagitatur,id est ab eo turpiter depellitur. Ego dico,id est denuncio tanquā certum, tibi hoc, si, scilicet Pompeius & senatus præment Curionem omnibus rebus,Cæsar defendetur.s. à prouinciæ continuatione, si reformidarint interc sorem,scilicet Curionem, quod uidentur, scilicet facturi,Cæsar manebit.s.in ꝓuincia,quoad,id est quandiu uolet.est,id est habetur,in cōmentario rerum urbanarum ad Cicero.tunc misso,quam sententiā quisque dixerit,è quo,scilicet commentario,tu selige,id est seorsum ab aliis elige,quæ sunt digna, scilicet lectione, transi multa,in primis explosiones.i.contumelios as exagitationes,ludorum,aut ludiorum, id est actorum & fabularum,& sup.narrationes funerum,& cæterarum ineptiarum,sup.commentarium,aut commentarius, habet plura,id est multa utilia. Denique ego malo.id est magis uolo,errare in hanc partem,scilicet nimis multa scribendo,ut audias ea quæ non desyderes,quam sup.ut quicquam , quod sit opus, scilicet scitu, prætermittatur. Gaudeo fuisse tibi curæ de negocio Sictiano,ut Syngrapha Sictiana persoluatur. Sed quando.id est quoniam, suspicaris eos,scilicet qui attulerunt uisos tibi fide minus,id est non satis certa,rogo agas sic tanquam procurator,scilicet eorum,non iudex. Vale.

cator causæ publice existimaretur. Et confirmauit cō sules esse his supplicationibus in hunc annum non usuros. Plane quod utrisque consulibus gratias agas cum Paulo magis certe. Renunciatum nobis erat Hirtium diutius dicturum. De quo prouinciis inquam adhuc cum incubuisse cum senatu Pompeius uideretur,ut Cæsar idibus Nouēb.nō decedat,eo Curio omnia potius subire constituit q̄id pati,cæteras suas adicit actiones.Sed quomodo suspicaris, minus certa fide,eos tibi uisos,tanquam procurator sic agros rogo.

M.Cælius Ciceroni S.D.Epi. 13.

HVBER. PVDET.Primùm Celius exponit magnā Appii erga se ingratitudinem , qui cùm ei plurimùm deberet,cœpit eum odisse, & primùm exponit quomodo id fecerit. Deinde narrat quemadmodum Appius subornauit , qui eum accusaret , contra quem dicit se defensum esse retorquēdo accusationem in eum cum magna eius infamia. Confitēri.discere.Impetrare si.se adducere. Indixit.denūciauit,uel mouit. Ego ip.ego Male co.de me.i.malam habere de me opinionem,male affectum esse erga me. Ouid. Non tamen Aeneam quamuis male cogitet,odi. Tentasse. solicitasse cōtra me.Vt nunc est.s.inimicissimus. Deferre hoc mu. Cn. Pompe.facere hanc gratiam Pomp. Deprecarer iniu. ab eo.i.cum ab eo peterem ne hanc iniuriam mihi inferret. Non po.s.impetrare.Ordo est. Cum ab eo deprecarer iniuriā,putarem me impetrare. Quod.i.quia debere mihi uitam. Quasi am.tanquam amicis. Aliquot.quibusdam. Qui te.er.me.qui sciebant mea erga illum merita & beneficia. Satisfacere illi.facere qd ille uellet.Dignum me.quod me deceret. Non æquis. mi.i. inquisimo & inimicissimo , & pessimo animo. Quam subire uul. quàm adire conspectum. Illius si. per contemptum appellauit eum simiam. Incanduit. incensus est , tractum à ferro quod cum calet,candet. Per hanc speciem.Per hunc prætextum. Accersere. incitare,subornare. Inire.cō.capere consilia.s.non destitit. Cum Do. inimicissimo meo. Quibus. consiliis. Cum proce.pa.i.cum non efficeret,quod uolebat. Vt po.mi.accu.i.ut accusaret me. Vlla le.i.aliqua lege.Cōpellari.accusari. Postulandū.accusandum. Ludis me. quos ego exhibui. Insolētissimi.superbissimi.s.Ap.& Domi. Lege scan.quod hæc lex ferret contra Cælium non facilè scitur. Alia fuit lex Scantinia contra concubitores puerorum,de qua Iuue.Quod si uexantur leges aciura,citari ante omnes debet Scantinia.Potest tamen intelligi hæc lex de qua nunc dicit contra immoderatos sumptus ludorum. Eadem lege. qua me accusauerat. Caderet.occideret.Ordo est.Nihil uidi quod melius caderet,id est quòd melius esset ad propositū, quàm ut ille accusaretur à me, ea lege qua me accusaret. Approbatum.affirmatum.s.ꝙ dixi contra Appiū Fama.infamia. Sacellum,locus erat sacer, in quo seruabantur imagines deorum penatium, & colebantur. Conturbat.affert mihi molestiam. Mora.quia nō reuertitur. Scis diem.s.dictum, quia accusatus est. Timor est.de eo die. Videre.illum diem. A te peto. sensus est , uelim eum dolorem de iniuriis in me illatis capias,quem ego de tuis capio,& ita doleas,sicut ego ulciscor iniurias tuas. Vale.

Incanduit

Scantinia lex

Sacellum

PVDET me tibi confiteri , & queri de Appii hominis ingratissimi iniuriis,qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia , cœpit: & cum homo auarus,vt ea solueret, sibi imperare nō posset , occultum bellum mihi indixit: ita occultum tamen,vt multi mihi renunciarent,& ipse facilè animaduerterem,malè eum de me cogitare . Posteà quàm verò compèri eum collegium tentasse , deinde apertè cum quibusdā locutum,cum L. Domitio (vt nunc est) mihi inimicissimo homine deliberare,velle hoc munúsculū deferre Cn. Pompeio:tum ipsum reprehendere,vt ab eo deprecarer iniuriam, quem vitam mihi debere putarem,impetrare à me nō potui. Quid ergo est?tū quidē áliquot amicis, qui testes erāt meorū in illum meritorum,locutus sum . postea quàm illum, ne cui satisfaceret quidem me dignum habere sensi:málui collegæ eius homini alienissimo mihi, & propter amicitiam tuam non æquissimo me obligare , quàm illius simiæ vultum subire. Id postquam rescit, excánduit, & me causam inimicitiarū quærere clamitauit , vt si mihi in pecúnia minùs satisfeciſſet,per hanc spéciem simultātis eum consectarer. Posteà non déstitit accérsere palàm Séruium accusatorē , inire cum Domitio consilia: quibus cum parùm procéderet,vt vlla lege mihi póneret accusatorem: compellári ea lege me voluerūt, qua dícere nō póterāt.insolétissimi hoíes summis Circensib⁹ ludis meis postulandū

me lege

me lege Scantinia curant. * Vix hoc erat prælocutus , cum ego Appium Censorem eadem lege postulaui . Quod melius caderet, nihil vidi . Nam sic est à populo, & non infimo quoque approbatum,vt maiorem Appio dolorem fama, quàm postulatio attulerit . Præterea cœpi sacellum , in domo quod est,ab eo petere.Cōturbat me mora serui huius , qui tibi literas attulit. nam acceptis priorib⁹ literis amplius quadraginta dies mansit . Quid tibi scribam, nescio. Scis Domitio diem timori esse: te expecto valde,& quàmprimum videre cupio. A te peto vt meas iniurias perinde doleas, vt me existimas & dolere , & vlcisci tuas solere. Vale.

1 Ex.xiii.Epistola.Pudet me tibi.

Pudet me tibi confiteri & exquiri de Appii hominis ingratissimi iniuriis. Ipsum reprehenderem,& ab eo deprecarer iniuriam, quem uitam mihi debere putarem. Tamen quasi aliquot amicos, qui testes erant meorum in illum meritorum, allocutus sum Posteaquam illi nequeo satisfacere,quid me dignum habere sensi. Nonnulli sic. Posteaquam illum, ne quo is satisfacere quidem me dignum habere sensi. Est expectatio valde,& quàmprimum uidere cupio.

PVDET me &c. Cælius primo loco huius epistolæ exponit magnam Appii cognomento pulchri erga se ingratitudinem , qui cum plurimū deberet gratiæ,cœperat odisse. Deinde narrat quemadmodum idem Appius subornauerat quendam, qui ipsum Cæliū accusaret , cōtra quem dicit se defensum esse , retorquendo accusationem eandem actionis in eum,qui accusarat eum insigni eius infamia. Erat autē Appius , ut ex superioribus patet , homo superbo , & mobili ingenio,Ciceroni magis propter nobilitatem, & potētiam,quam ob uirtutem obseruatus. Ordo est. Pudet me confiteri tibi,scilicet rei ueritatem, & queri,id est cōqueri,de iniuriis Appii,scilicet pulchri, hominis ingratissimi,qui cœpit odisse me,quia debebat mihi beneficia maxima,scilicet à me recepta,qui enim accepit beneficium etiam gratis collatum,obligatur si potest saltem pária referre. Et cum homo auarus,scilicet ipse Appius,non posset imperare sibi,id est adducere animum suum,auaritiā captum ad hoc,ut solueret ea,scilicet debita beneficia, indixit mihi bellum occultum.i.simultates latentes. Tamen.i.nihilominus, ita occultū,ut multi renunciarent mihi, & ipse.i.egomet,animaduerterem facilè eum cogitare malè de me, id est ut faciat mihi malum. Verō.i.sed, posteaquàm compèri eum tentasse.i.solicitasse contra me collegiū, ut opinor augurum,nam ipse augur fuit,ut prius uisum est , deinde locutū aperte cum quibusdam.i.etiā mihi notis, & animaduerterem deliberare cum Lucio Domitio homine inimicissimo mihi,ut nunc est,quia nō semper ita fuit,uelle deferre. Cnæo Pompeio etiā inimico,quia Cæsari fauebat Cælius,hoc munusculū, id est facere hanc gratiolam libenter enim uidisset Cælium accusari,tum reprehendente ipsum,scilicet Appium,non potuit impetrare, ut deprecarer.i.præcando amouerem ab eo iniuriam,scilicet mihi inferendā, quàm putarem debere mihi uitam. Quid ergo est?sup.inquies.i.quid contigit postea.Responsio. Tum.i.tūc quidem locutus sum aliquot amicis, qui testes erant meorum meritorum in.i.erga illum posteaquàm sensi illum.s.Appium,ne quidem.i.non saltem,habere.i.æstimare me dignū,cui satisfaceret.i.reponeret debitum,málui me obligare.i.deuincere,collegæ.i.concensori eius,homini alienissimo mihi, & non æquissimo.i.non plurimum fauenti,nec rectissimo in me animo,propter amicitiam tuam.i.quia noui me tibi esse amicū, quàm subire uultum.i.me offerre tanquam supplicem, conspectui illius simiæ.i.turpissimi hominis, nihil præter figuram hominis habentis,uidetur autem inuidiosè Simiam dicere,cum illi cognomentum pulchri fuerit. Postquam. sup.Appius rescist.i.postquam cognouit id.s.me obligātum collegæ suo.Rescīri proprie est percipere rem aliquam,postquam facta est.Deprehendere autem in ipso facto,ut in adultério, aut furto . Et ideo quia nautæ in mari sunt quasi in alieno elemento,dicuntur à tempestate deprehendi,unde Maro.Deprehensis olim statio tutissima nautis,excanduit.i.inflammatus est,& multa ira incensus & clamitauit.i.frequenter clamauit, me quærere causam inimicitiarum, ut si ipse Appius minus.i.non, satisfecisset mihi in pecunia , quam uidetur mutuò accepisse à Cælio,eo consectarer.i.persequerer eum per hanc speciem simultatis.i.latentis odii. Postea.s.quàm in apertas , inimicitias res deuenit,ipse Appius nō destitit accersere.i.incitare,aut in auxilium suum aduocare, palàm.i.manifeste,Séruium accusatorem,& inire consilia cum Domitio.s.homine inimicissimo,quibus.s.consiliis,cum procederet parum,ut poneret mihi accusatorem,ulla lege.i.per ullam legem, uoluerunt me compellari.i.in ius locari ea lege, qua.i.per quam, ipsi non poterant dicere.i.agere contra me. Insolentissimi &c. probat,quod dixerat eos iusta lege se accusare non posse,sed iniustè agere,quia ipsi homines insolentissimi.i.protervissimi,& superbissimi,curant me postulandum.i.in ius uocandum & accusandum summis Circensibus ludis meis.i. quo tempore summo ædilitatis meæ honore fungar , quia Circenses ludos populo exhibebo , lege Scantinia,quæ lata est in pedicones,& masculorum concubitores, omnium facile turpissimos, sed Romæ saltē illis temporibus frequentissimos,unde Iuuen.Quod si uexantur leges,& iura,citari ante omnes debet Scantinia &c. Sup. Appius uix erat prælocutus hoc.i.ut me lege Scantinia postularent,cum ego postulaui eadem lege.s.Scantinia Appium censorem. Nihil uidi,quod caderet melius,quia ea lege in alium agere curabat, qua ipse reus faciendus erat,nam,sup.id factum meum,est approbatum sicà populo,& quoque à non infimo.i.à summo quoque homine,ut fama.i.diffamatio,attulerit Appio maiorē dolorem quàm postulatio.i.uocatio in ius, aut accusatio.Prætereà.i.insuper,cœpi petere ab eo sacellum.i.locum sacris addictum uulgus Capellam uocat, quod est in domo.s.Appii.aut quia eius ornamenta Cælii erant,aut quia in eo turpiter uixerat,& pueros ad sacra inuitatos corruperat,ut sit cœpi petere ab eo,quod.i.quale,sacellum est in domo,scilicet eius.q.d.bachanālium,aut impudicorum.Hactenus autē de Appio & eius inuidia locutus , conuertit sermonem ad alia negocia dicens. Mora serui huius.id est mei,qui attulit tibi literas,conturbat.i.multum turbat,me. Nam prioribus literis acceptis.i.postq̄ acceperat priores literas,māsit amplius quadraginta diebus. Nescio quid scribā tibi.s.de exitu litis nr̄æ. Tu scis diē.s.iudicii futuri,esse timori.i.ad timorē,Domitio. Expecto ualdè te,& cupio uidere quāprimū,id est ualde cito,quia iam expleta fuerat Ciceroni prouincia.Peto à te ut doleas,id est dolenter & cū

ASCEN.

Ordo

Rescire

Deprehendere

dolore feras iniurias meas, id est mihi illatas ab Appio, ut existimas, id est indicas & censes ac opinaris me sole-
re, & dolere, & ulcisci tuas, scilicet iniurias, id est tibi illatas. Notum est doleo cum datiuo & cum accusatiuo
construi posse, sed cum datiuo, quasi absolute positum, unde dicimus, dolet mihi aduersus casus tuus, id est do
lori est, & ita uerbum ipsum adiungitur rei dolorem inferenti, interdum etiam parti dolorem patienti, ut do-
let mihi caput, dolent tibi ilia &c. quod non dicemus poetice doleo caput, doles ilia &c. Cum accusatiuo au-
tem additur rei accipienti dolorem, ut doleo iniurias tuas &c. Vale.

P.V.C. IOVIX hocerat Pola elocutus. Hanc olim ipse lectionem adnotaui ex Medicæo libro, quam tunc non resti-
tui: quia non incideram in locum illum ad Qu. Fratrem, ubi de Pola accusatore mentio est, quod tamen non
multo post feci. Neque tamen is sum, qui aut omnia legerim, aut quæcunque legerim memoria firmiter teneã:
Vnum intelligi potest, hanc sinceram lectionem (ut ipsi quoque affirmant) in nullis à quibusdam inuentam es
se uetustis codicibus: quos tamen, ut aiunt, & multos, & uetustissimos habuerunt: non enim testimonium cita-
rent Medicæi codicis. Hoc autem ideo adnotaui, ut omnes intelligant, unum hunc & uetustate, & fidelitate lon
ge omnibus aliis antecellere.

Cælius Ciceroni S. D. Epis. 14.

gratulatoria. munitoria.

HVBER. GRATVLOR. Cum Ci. præesset Ciliciæ, eius filia Tullia Dolabellæ matrimonio coniuncta est, ópera amicórum, quibus id mandáuerat quemádmodum ipse suprà ad Appium scripsit. Itaque ei hac epistola Cælius gratulátur, laudátque Dolabellam, & ostendit á se amári. Deinde scribit de Curióne, quid égerit de prouinciis, & de Cn. Pompe. Mediusfidius. per Iouis filium, iurantis est. Exístimo hoc. hábeo hanc de eo opinionem, scilicet quòd sit óptimus. Cætera álias, quædam uítia. Aetáte. per ætátem, quia erat iúuenis, & penè adolescẽs. Decursa. participium sine uerbi orígine. Pudóre. uerecúndia prudéntia, sic libr. ii. Nam ea, quæ speras, Túlliæ meæ prudentia temperári posse scio, est enim illa epístola quæ incipit. Nõ diù sed ácriter. Sublátum, remouenda est ab eo. Non est enim. láudat Dolabéllam. Pugnax. contumax, perseuérans. Neq; he. tardus, obtúsus. Máximum. præcipuum. Intercessiónes. puto melius legendum intercessiónis, ut sit sensus. Vides ò Cice. nostrum Curionem láutum, habuisse éxitum intercessiónis de prouinciis, irónicè dixit, quia cùm intercessióne. In ália ómnia. id est hanc sententiam pénitùs aspernátus est. Stomacho. trãslátio est. Languéti. debilitáto. Trãsserat. trib. pléb. Eius. Cæsaris. Quemádmodum. quo ánimo quàm pátior, quasi dicat malè. Vos senes diuites. quasi dicat qui & ætate debétis plus sápere, & multum habétis quod possitis amittere. Qu. Hortẽsius. orátor fuit clarissimus. Agebat ánimam. efflábat uitam, expirábat. Vale.

Hortensius qui

ASCEN. IOGRATVLOR &c. Cum Ci. præesset Cilicię Túllia filia eius post mortem Crassipedis nupsit Dolabellæ, ópera amicórum, quibus id óneris ábiens déderat, ut etiam iureconsulto filiam locárent, si uirum illa dignum inuénerint, ut Cice. ipse suprà ad Appium scripsit purgans, quòd Dolabellæ Appii inimico nupserit. Itaque Cælius Appii inimicus, ut próxima epistola uisum est, gratulátur id ei, laudátque Dolabellã, & ostendit se ab eo amari, deinde scribit de Curióne quid egerit de prouinciis, & addit nonnulla de Cn. Pompeio.

Ordo

Ordo est. Gratulor tibi, id est fœlicitátem tuam mihi gratam prædico, affinitate, id est propter affinitatẽ, aut de affinitáte, uiri, mediusfidius, id est ita me deus fidei, aut Iouis filius Hércules iuuet, ut uerũ dico, óptimi, scilicet Dolabellæ. Nam ego exístimo, id est iúdico hoc de illo, scilicet quòd sit uir óptimus. Porrò. id est sed, cætera, scilicet instituta eius, quæ ad rem domésticam pértinet, aut ad bona fortúnæ augenda, quibus ille fuit adhuc parùm útilis sibi, sunt decursa, id est transácta, & abolita iam, &, id est simul, etáte, quia non est ámplius adulescens. adulescẽtibus autem raro est ánimus ad rem audior, & consuetúdine, id est conuersatióne cum matúris uiris, atque siqua. i. aliqua restábunt, ego confído, sup. ea sublátum iri, id est abolenda celériter, authoritate tua, quia uerébitur sub tali sócero luxuriósè aut prodigáliter uíuere, & pudóre Túlliæ, scilicet fíliæ tuæ prudentíssimę, in cuius præsentia non audébit post hæc peccáre. Enim. id est quia, ipse non est pugnax, id est pertinácitèr addictus uitiis, aut pugnax, id est contumax in uitiis, neque est hebes, id est tardus, & obtúsus ad intelligendum id, quod sit melius, deinde quod máximum est, quia quos amámus nõ sínimus facílitèr corrumpi, & óptimos iudicámus, ego amo illum ualdè. O Cic. tu uelles Curionem nostrum, irónicè dicit, quia contra sentiébat. habuisse éxitum intercessiónis, id est obstáculi de prouinciis, láutum, id est pulchrum. Nam cum referrétur, id est consultarétur, de intercessióne, quæ relátio fiébat ex senatusconsulto, & sententia M. Marcelli, esset pronunciata prima, qui cẽsébat agendum cum tri. pleb. senátus iit frequens in ália ómnia, id est álitèr censuit. Scilicet. id est scire licet, quia id uiderint, Pompeius magnus, scilicet priùs hábitus, est nunc stomacho, id est animo, ita languenti, ut uix repériat, quod placet sibi.

Transierat.

Transierat. i. confugerat illuc, ut ne ratio esset habenda illius scilicet Cæsa. qui neque traderet exercitum neque prouincias. Vos senes diuites uideritis, quemádmodum. i. quómodo, Pompeius latúrus sit hoc, cum cognoscat quidnam futúrum sit reipub. si aut non possit, aut non curet. i. iuuare eam. Quintus Hortensius agébat ánimam. i. expirábat, cum scripsi has. s. literas. Vale.

Cælius. M. Ciceroni. S. D. Epist. 15.

munitoria

HVBER. TAnti non fuit. Exponit Cælius q̃ iucundum spectáculum præbúerit Domitius, qui ægérrime tulit repulsam de quodam magistrátu, optatq; Ciceronẽ interfuisse, deide dicit quẽadmodum non solùm suspicátur, sed etiam aperto quodámodo uidet bellum futúrum inter Cæsarem & Pompe. & dicit quid putet futúrum in hoc bello. Arsacẽ. regem Persárum, unde omnes reges Persárum Arsacidæ dicti sunt. Seleúciam. urbem Syriæ. Expugnáre. pugnando uíncere. Non fuit tanti. i. tantæ glóriæ. Spectáculo carẽres. i. ut non uidéres ea, quæ hic gesta sunt. Repulsa. dícitur quotiẽns quis à magistrátu uel honóre, quem petit, repellitur. Illa comítia. quibus Domitio data est repulsa. Magna. præclára. Ex sen. ex ánimo, ex uoluntate. Partium. factiónum. Secúti necessitúdinem. i. ualde pauci habẽtes respectum necessitúdinis suæ cum Domitio fecérunt, quod debuérunt. Quenq̃ fa. quem cognóuit non habuisse rationem necessitúdinis. Ereptũ. s. magistrátum quem spérabat habere. Cuius. erepti magistrátus. Ego fue. au. i. causa ut ipse putat. Nunc fu. insánit impatienter dolet. Hómines tam ga. suũ do. i. impatienter fert, q̃ hómines ita gauísi sint, quia uíderint eum dolére. Vnumque mouet. huius particulæ uerba intélligi quidem uix possunt, sensus autẽ mínimè. Inest in bona spe. s. Saturninus, ut absolúatur, quia Sex. Peducæus de eadẽ causa absólutus est est. Annum. i. per annum. Non ui. non spérare. Id periculum. belli futúri & perturbatiónis reipu. Qui po. re. qui óbtinent summam imperii. Non pa. non permíttere. Aliter. alia conditióne. Prouíncias. Gállias. Saluum incólumen, & íntegra dignitate. Fert. pátitur. Ambó. ipse Cæ. & Pom. illi amóres qui erant inter Cæ. & Pomp. Coniúnctio. affínitas, quia Júlia filia Cæsa. uxor erat Pompeii. Occultam obtrectatiónem. i. ad simultátem, ad occultam maleuoléntiam. Erumpit. exit. His ómnibus. Cæsare & Põ. Et grátia & necessitudo. s. est.

Arsacidæ

Repulsa

TAnti &c. Narrat risum, quem Domitius repulsã accepta præbúerat, denũciatque bellum futúrum inter Cæsarem, & Pompeium. Ordo ẽ. Cápere Asarcem regem Persárum, & expugnáre. i. pugnando superáre, Seleúciam, non fuit tanti. i. tanto précio æstimandum, ut carẽres. i. debéres uelle carére, Spectáculo cárum rerum, quæ gestæ sunt hîc. i. Romæ. Óculi nunquam doluíssent tibi, sed semper excitásset te ad risum, si uidísses uultum Domitii in repulsa. s. magistrátu petito. Illa comítia, quibus pópulus conuerat ad creandos magistrátus, fuérunt magna, quia multi conuénerant, & stúdia. i. fauóres apparuérunt planè. i. omninò, aut euidenter ex sensu. i. sententia pártium. s. competitórum, perpáuci secúti necessitúdinem. i. eò q̃ essent necessárii præstitérunt officium. Triplex est sensus, aut q̃ pauci præstitérunt officiũ alícui, quia plúrimi secúti erát necessitúdinẽ, aut q̃ pauci præstitérunt officium Domitio, ut potè soli secúti necessitúdinem, aut q̃ perpáuci secúti necessitúdinem. i. etiam de necessáriis Domitii, præstitérunt officium Domitio, qui sensus congruit ei, quod séquitur. Itaque Domítius est inimicíssimus mihi, ut ne quidem. i. non saltẽm óderit quemq̃ familiárem suum, tam. i. tãtum, q̃. i. q̃tum me. Ideò autem odit familiáres, q̃ licet essent necessárii, non tamen præstitérunt officium Domitio. Atque Domítius odit eò magis me, q̃ putat. s. magistrátum, ereptum sibi per iniúriam, cuius. s. iniúriæ, ego fúerim author. Nunc Domitius furit hómines, tam. i. tantùm gaudísos, dolórem suum. i. propter dolórem suum, quia sicut dícimus gaudeo gaudium tuum, ita & dolórem tuum. i. cum gaudio uídeo, sup. furit me unum. s. gauísum dolórem suũ

ASCEN.

Ordo

ut studiosiorem Antonii.i.magis fauentẽ Antonio. Nam ipse Cn.Do.fecit Cn.Saturninum adulescentem,reum.i.accusauit eum. Vita,sup.erit ei inuidiosa,sane q̃.i.multo magis,q̃ superior,quod iudicium.s.de Saturnino,est nunc in expectatione,sup.Saturninus inest etiam in bona spe.i.absoluendi,post absolutionem Sesti Pedocei,scripsi tibi sæpe de summa reipu.me nõ uidere pacem annuam.i.quæ duret annum,aut intra hũc annum. Et quo.i.qto,ea contentio.s.Cæ.& Pom.accedit propius, q̃ necesse est fieri,eo.i.tanto,id periculum apparet clarius.i.euidentius.Propositum,de quo sunt dimicaturi,qui potiuntur rerum,est hoc.i.huiusmodi, q̃ Cn.Pomp.constituit non pati.C.Cæsarem consulem fieri aliter,nisi tradiderit exercitum & prouincias.Cæsari.aut persuasum est,se non posse esse saluum si recesserit ab exercitu,tamen ipse fert.i.offert illam conditionem,ut ambo tam ipse q̃ Pompeius tradant exercitus.s.senatui. Sic.i.intantum,illi amores scilicet Soceri & generi,& coniunctio.s.affinitatis,inuidiosa.i.cui plurimi inuiderunt,nõ recedit ad obtrectationem occultam,sed erumpit.i.extendit se ad bellum. Neque reperio quid consilii mearum rerum cõpiam,quod.i.propter quod,ne sup.quidem dubito,quin hæc liberatio perturbarit quoque te sic scilicet ut me. Nam & gratia & necessitudo est mihi cum his omnibus scilicet qui bellum acceptant.

HVBER. IVVTVM. præterea. Odi causam qua mouentur ad discordiam. Non homines.s.odi.i.non odi ipsos,sed causam. Illud. nunc quodammodo dat consilium Ciceroni,quid ei sit agendum. Domestica.ciuili.Sine armis.tantum uerbis & sententiis.Honestiorem. iustiorem. Firmiorem.i.fortiorem.s.partem debeant sequi. Statuere.iudicare. Melius. honestius, & ita innuit,ut potius sequatur Cæsarem,q̃ Pompe. Senatum.senatores. Ad Cæsa.s.uideo. Accessuros. ituros. Conferendum.comparandum,quia robustior erit exercitus Cæsa.q̃ Pom. Sat spatii sit.i.satis spatium datur nobis ad considerandum exercitum utriusq;, & ad eligendum eum, qui uidebitur posse nos magis defendere.Prope.fere. Ostenta.prodigia, mõstra. De signis & tabulis.i.de imaginibus, & tabulis pictis,quibus ita Romani delectabãtur,ut eas magna pecunia compararent, hanc autem impẽsam uolebat moderari Appius creatus censor. De ære alie. de debito pecuniæ,ut remitteretur debitoribus.quẽ admodum scribit ipse Cic.li.offi.esse factum,cum esset consul,cui ordinationi testatur se restitisse, quia erat iniqua, quod alii eriperetur, quod alii daretur.

Loramẽtũ Loramentum.i.rem quandam mollem,quam posse flectere in quãcunque partem uelit,à loro.n.dicitur loramentum. Aut uitrum.i.fragilem,ut uitrum.

Nam textus hic erat mendosus,debet autem ita legi.nam sordescit uere uultu, & uenas sibi omnes, & uiscera aperit:metaphorice autem ita intelligit:detegit istis malis actionibus malos & corruptos animi sui sensus,ita ut ex exterioribus iudicetur, quid habeat interius. Per deos atq; ho.subaudi oro, uel obtestor. Risum.ad ridendum. Ad summam.denique,in conclusione. Eorum.s.Cæsaris,& Pom. Impendere.imminere. Vindicabit.ulciscetur,puniet. Iucũdum si possi.pe.quia cum sit futurum cum periculo, nemini uiro bono poterit esse iucundum. Spectaculum,res digna spectari. Fortuna.quia non uincet, qui iustiorem habebit causam,sed quem fortuna uolet. Parabit.dabit.

ASCEN. IVVTVM.i.insuper, ego odi causam illam.s.certaminis non homines.s.ipsos. Ego non arbitror illud fugere te.i.non dubito te scire, quin homines debeãt, sequi partem honestiorem in dissensione domestica .i.ciuili,quandiu certetur ciuiliter sine armis, ubi.i. postq̃,uentum sit ad bellum,& castra,sup.sequi partem firmiorem.i. fortiorem, & statuere.i.existimare id melius,quod sit tutius. Ego uideo Cn. Pompeiũ habiturum secum in hac discordia,senatum.i.omnes senatores,& qui iudicant res.i.iudices, & omnes qui uiuant in timore,aut mala.i.dubia spe,accessuros ad Cæsarem. Exercitum,sup.eorum non esse conferendum.i.comparandum omnino,cum longe melior sit dummodo,sat.i.satis spatii sit ad consyderandas copias utriusq;,& ad partem eligendam. Ego prope.i.qua si oblitus sum,quod erat maxime scribendum. Scis Appium censorem facere hic ostenta.i. monstra in censendo & agere acerrime de signis.i.effigiebus rerum,de tabulis.s.pictis,de agris modo.i.interdum,de ære alieno.i.debito.persuasum est ei censuram esse loramentum.i.extendi posse ut loramenta, aut uitrum.i.frangi posse, est tum causam illam,nõ:homines odi. Iludte arbitror fugere, QVIN homines in dissensione domestica debeant, quandiu ciuiliter sine armis certetur,honestiorem sequi partem:ubi ad bellum & castra ventum sit,firmiorem:& id melius statuere,quod tutius sit. In hac discordia, uideo C.Pompeiũ, Senatum, quique res iudicant,secum habiturum:ad Cæsarem omnes,qui cum timore,aut mala spe uiuãt, accessuros:exercitum conferendum non esse omnino. sat spatii sit, ad consyderandas utriusque copias, & eligendam partem. Prope oblitus sum, quod maxime fuit scribendum. Scis Appiũ censorẽ hic ostenta facere de signis & tabulis, de agris modo,de ære alieno acerrime agere. Persuasum est ei censurã loramentũ, aut uitrũ esse:errare mihi uidetur.Ná sordescit ut uere uultu,& uenas sibi omneis, & uiscera aperit.Curre per deos, atq; homines,& q̃primũ hæc risũ ueni,legis Scãtiniæ iudicium apud Drusum fieri, Appium de tabulis,& signis agere:crede mihi est properandũ.Curio noster sapiẽter id, quod remisit de stipẽdio Pompeii, fecisse existimatur.Ad summam,quæris quid putẽ futurũ?si alteruter eorũ ad Parthicũ bellum non eat, video magnas impendere discordias,quas ferrum,& uis diiudicabit.uterque & animo, & copiis est paratus.Si sine tuo periculo fieri posset, magnum & iucundum tibi fortuna spectaculum parabit. Vale.

posse,ut uitrum. Nam.s.Appius sordescit.i.fit uiuidus uere uultu, & aperit sibi uenas omnes,& uiscera.i.intima animi sui manifestat.Curre.s.admonitus,per deos atq; homines,& ueni risum hæc q̃plurimum. Iudicium legis Scantiniæ.i.de turpi libidine,fieri apud Drusum.s.turpissimum. Appium.s. censorem agere de signis & tabulis.s.non posidendis, Crede mihi properandum.s.est tibi. Curio noster existimatur fecisse sapienter id, quod remisit.i.detraxit de stipendio Pompeii. Ad summam.i.finaliter quæris,quid putem futurum,si alteruter scilicet aut Cæsar,aut Pompeius,non eat ad bellum Parthicum,uideo impendere.i.imminere magnas discordias,quas ferrum,& uis.i.uiolentia,uindicabit.i.ulciscetur. Vterque est paratus,& animo & copiis,si possit fieri sine periculo.s.reip.fortuna parabit tibi spectaculum magnum & iucundum,qui enim in arena dimicantes spectant extra periculum sunt. Vale.

Cælius.M.T.Cicero. S.D. Epis.16

SCquando tu hominem ineptiorem, quàm tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, cõmorit? Ecquem autem Cæsare nostro acriorem in rebus gerendis:eodem in victoria temperatiorem,aut legisti aut audisti? Quid ẽ? nũc tibi nostri milites,qui durissimis,& frigidissimis locis, tetérrima hyeme bellum ambulando confecerũt,malis orbiculatis esse pastividentur? quid iam inquis? gloriose omnia, si scias quàm solicit9 sũ, tum hãc meam gloriam,quæ ad me nihil pertinet,derideas:quæ tibi exponere nisi coram non possum, idque celeriter fore spero.Nam me,cum expulisset ex Italia Pompeium, constituit ad vrbem reuocare: idque iam existimo confectum,nisi si maluit Pompeium Brũdusii circũsedere. Péream si minima causa est properãdi istò mihi,quod te videre, & omnia intima conferre, discupio. habeo autem q̃ multa? hui vereor (quod solet fieri) ne cum te vidéro, omnia obliuiscar. Sed tamen quodnam ob scelus iter mihi necessarium retrò ad alpeis vers9 incidit? adeo quòd Intimelii in armis sunt, neque de magna causa.Bellienus verna Demetrii, qui ibi cum præsidio erat,Domitium quẽ dam nobilem illic Cæsaris hospitem â contraria factione nummis acceptis cõprehendit, & strangulauit. ciuitas ad arma iit.eò cum quatuor cohortibus mihi per niueis eundũ est. Vsq;quaq;, inquies, se Domitii malè habent. Vellem quidẽ verna propuguaturus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit. Ciceroni F.S. D. Vale.

HVBER. ECquando. Laudat Cælius Cæsarem, & uituperat Pom.qui pópulum Romanum ad arma excitauerit.Deinde scribit se ualdè solicitum esse,optãreque aduentum subitum Cic.ut cũ eo posit omnia secreta conferre.Postea dicit accidisse,ut sibi sit eundum Transalpis propter tumultus quosdã motos in Gallia propter quẽ dam Domitium Gallicum uirum nobilem interfectum. Ecquando.i.nunquando,nam hæc particula adiuncta dictionibus incipientibus à q̃ interrogatiuè positis,significat an, uel num, ut ecquis.i.nunquis,ut dicit Donatus ergo ecquando.i.an aliquando,& aliquo tempore. Ineptiorem.i.stultiorem. Tuum.quem tanti facis. Turbas.turbationes. Acriorem.sapientiorem.Confecerunt.finierunt, Tetérrima.pessima. Malis. pomis. Orbiculatis.rotundis,uel sunt genera pomorum quæ orbiculata dicũtur:significat autem eos macilentos esse. Inquis. obiectio. Quid iam.s.quæreris. Gloriose omnia.s. euéniunt. Quæ.quales res. Fore.futurum, ut tibi coram exponam. Expulisset.eiecisset. Circunsedére.i.obsidere detinere.s.me. Péream,móriar,optãtis est. Isto.istuc:est enim aduerbium. Discupio. ualdè cupiò. Intima. secreta. Quàm multa.s.quæ tecum conferre cupiam. Hui,quasi timentis est interiectio. Quod solet fieri.nam cum paráuimus nos dicturos multa alicui,accidit plerumque, ut cum sumus in eius præsentia obliuiscamur multa. Quoddã ob scelus.i.quoddam scelus & propter flagitium.Adeò.ualdè. Intimidi.audaces. Sunt populi transalpini:alii uolunt intimidos nomen esse ipsorum populorum, ut sit.Intimidi sunt in armis.i.sumpserunt arma. De.propter. Bellienus. nomen proprium. Verna,significat seruum, sed hic puto esse cognomen. Ibi.transalpis. Cum præsidio.cum militibus pósitis ad tutélam loci. Quendam.ne putetur esse Domitius Romanus. Hóspitem.amicum,apud quem Cæ.solébat hospitári. Factióne.parte. Ad arma.s.surrexit,uel mota est:est enim ecclypsis. Vsquequaq;.semper. Domitii malim.quia de altero Domitio dixit superiùs,qui Cn.Saturninum adolescentem accusauit.Propugnaturus,pugnando defẽsurus. In nostro. Romano. Catenandus.ligand9. In hoc. Domitio Gallico. Ipse.Bellienus,uel Demetrius. Vale.

Ecquando
Discupio
Hui
Verna
Vsquequaque

ASCEN. ECquando.Laudando Cæsarem uitúperat Pompeium, qui excitáuerit pópulum Romanum ad arma:dicit se optare aduentum Ciceronis, & quéritur sibi transalpes proficiscendum esse. Ordo est.Ecquando.i.nunquid aliquandò, uidisti hóminem ineptiorem,q̃ Cneum Pompeium tuum,qui commórit,pro commouerit, tantas turbas.i.turbationes rerum, qui esset tam nugax.i.tam uanus,& fútilis,quasi dicat non. Ecquem nũquid aliquem, aut legisti, aut audiuisti acriorem Cæsare nostro, in rebus gerendis,scilicet fortiter, & temperatiorem eodem in uictoria quasi dicat,scioq; nullum.Quid est? hoc est quæris cur sic gestiam,milites nostri.i.Cæsariani,qui ambulando locis durissimis & frigidissimis, hyeme

Ordo

hyeme tetérrima.i.aſpérrima, confecérunt.i.finiuérunt, nunc tibi, ad nullam perſónam ſpectat illud tibi, bellum, uidentur eſſe paſti malis orbiculatis.i.pomis rótundis: ſunt qui allegóricè mundum intelligere dicant.q.d.mundi imperium obtinuiſſe, alii è pomorum paſtu macilentos factos. Quid inquis iam ſumpſit. Reſpondet ómnia glorioſe, ſi ſcias q̃.i.quantum, ſólicitus ſum, cùm dérideas hanc glóriam meam, quæ nihil pértinet ad me. Quæ.i.quales res, ego non poſſum exponere tibi, niſi coram.i.in præſéntia, & ſpero id.ſ.q̃ poſſim coram expónere, fore celériter. Nam cum Cæſar expuliſſet ex Italia Pompeium, conſtituit uocáre me ad urbem.i.Romam, & exiſtimo id eſſe confectum.i.peractum modò, niſi máluit ſup.me circunſedére.i.obſidére, Pompeium Brunduſii. Péream. ſi eſt cauſa mínima. Properandum eſt mihi iſtò.i.ad iſtum locum, ubi tu es, q̃.i.quia, diſcúpio.i.ánxiè cupio, uidére te, & conferre.ſ.tecum omnia íntima. Habeo autem q̃.i.ó quantum multa, hui uéreor ne obliuiſcar ómnia, cum uidéro te, quod ſolet fieri. Sed tum.i.inſuper, iter neceſſárium incidit mihi ob quoddam ſcelus retrò.i.retrorſũ ad alios uerſus, adeo.ſ.neceſſarii, q̃ Intermelii pópuli tranſalpini ſunt in armis. Néq; de magna cauſa.i.ob magnam cauſam. Bellíenus Verna.i.ſeruus Demétrii, qui erat ibi cum præſídio, comprehendit, & ſtrangulâuit illíc Domitium quendam nóbilem hóſpitem Cæſaris, nummis acceptis.i.eò, quód nummos acceperat, à factióne contrária. Cíuitas íit, confluxit, ad arma, eundum eſt mihi.i.débeo ire, eò.i.ad eum locum, cum quatuor cohórtibus per niues, quia hyeme. Inquis.i.tu fortè modo dicis. Vſq; quaq;.i.an ſemper tibi laborandum erit. q.d.uellem quidem áliter eſſe, ſed Domitii mali.i.perniciósi dant.ſ.id mali, aut negocii. Vellem quidem, ſup.ut Verna.ſ.Belliénus propugnatúrus, habuiſſet tátum ánimi in Domítio noſtro.ſ.Románo, aut hoſpite, & amico, quantum ipſe cathenátus, alii legunt cathenandus, habuit in hoc Cicerône fratris filio. Vale.

*P.V.C. ¶ IPSE catenátus. Hunc totum locum péſsimè acceptum olim reſtítui, ac declaráui, & niſi fallor neque ad ſententiam, neque ad elegántiam uerbórum áliquid deſiderári póterat: fuére tamen, qui legi melius putárint, pro IPSE CATENÂTVS, PSECADE NATVS, quorum acúmen non contemno.: maluiſſem tamen eos tantam ingenii áciem, ubi opus erat exercére: hoc enim ab illis excogitári nullo pacto hîc neceſſárium fuit: ex uetere enim léctione egregius ſenſus dúcitur, & illa nimis dura, & uiolenta eſt. Quod autem fácere uoluit Cælius, ſi ita legerétur, non feciſſet: ſtuduit enim afferre anthiteton ſuperioribus illis uerbis, VENERE PRO GNATVS. nec maius excógitare pótuit, quàm appellâre Belliénum ipſum, catenatum: quæ fortuna etiam in ſeruis detérrima eſt. Nam quòd ancilla natus eſſet, iam ante oſténderat, cum eum uernam appellâuerat, neque hoc contérere, ac deprímere conditiónem illius erat: Dolet ac uehementer quidem dolet, mihi eam neceſsitatem impóſitam, ut iis aduerſer, à quibus nulla in re diſſentire uellem, id tamen feci quàm parciſſime pótui. Nam quod in antiquis CADENATVS légitur, nullo diſcrimine uéteres librarii duabus illis líteris utébantur, quod ex Medicæo facile colligitur: nam crebro INQVID ſcriptum eſt, & contra ILLVT, ALIVT, ANIMATVERSVM, AT, pro AD, In epiſto. Cælii, Paucis uerbis iterum, qui multos ſæpe dies at te, cum hic eras, non accedébam. nunc cotidie non eſſe te, at quem curſitem, diſcrucior.

¶ Ex.xvi. Epiſtola. Ecquãdo tu hominem.
¶ Quid tãtas turbas? qui tam nugax eſſet cõmorit.

HVBER. Cælius. M. T Ciceroni S.D. Epist. 17.

EXanimatus. Cum uerſarétur reſp. in magnis periculis propter diſcórdias Cæ. & Pom. quæſtus fúerat Cice. de miſéria ipſórum, dixeratq; ſibi incertum eſſe, & difficile, quod conſilium ſuis rebus caperet. Itaque ſuſpicátus eſt Cælius Cice. aliquid mali cogitáre, & máxime ne ſe tranſferret ad Pomp. quod ne fáciat nititur multis cauſis diſſuadére, ne euertat, & ſe, & omnes ſuos, ſi ad deſperátos accéſſerit: cenſet autem Cælius potiùs ei eligendum eſſe áliquem locum ſolum, & uacuum, quo ſe cónferat, donec bellum confectum fúerit, huic epiſtolæ Cice. reſpondet lib.ii. epiſto. quæ incipit Magno dolóre me affeciſſent líteræ tuæ &c. Exanimatus. térritus, perturbât9.

Aperuiſti. declaraſti. Illico. ſtatim. Per fortúnas. adiúrat Cælius Cic. ne áliquid faciat contra ſalútem ſuam. Per líberos. per fílios. Cónſulas. deliberes, cõſilium cápias. Prædixiſſe. quæ eſſent futúra, & máxime de uictoria Cæ. Conuenerim. allocútus ſim. Feciſſe te certiórem. i. teſtíficor deos & hómines. Dimittendis ad. i. dimittendis his, qui eum perſecúti fúerint. Atrox. crudele. Senátui. quia aſſentitur Pom. magis q̃ ſibi.

ASCEN. ¶ EXANIMATVS &c. Cum uerſarétur reſp. in magnis periculis propter diſcordias C. & Pompe. idque queſtus eſſet Cice. ſuſpicatus Cælius ipſum à Cæ. ad Pom. defecturum, monet ne id fáciat. Huic autem epiſtolæ reſpondet illa lib.ii. Magno dolóre & c. Ordo eſt. Ego ſum exanimatus. i. factus expers ánimi, tuis líteris. i. per líteras tuas, quibus oſtendiſti te nihil cogitáre niſi triſte, neque ſcripſiſti, quid id eſſet, non enim aperuiſti quale eſſet, quod cogitáres. Scripſi illico has líteras ad te, quibus, ſup. ô Cicero oro te, & obſecro per fortúnas. i. facultátes tuas, & per líberos tuos, ut cónſulas. i. per deliberationem incípias. ac fácias, quid. i. aliquid, grauius de ſalúte, & incolumitáte tua, hoc eſt, ne aut tibi per deſperatiónem manum inferas, aut ea incipias, uñ ſaluti tuæ timendũ eſſet. Nã ego teſtíficor. i. teſtes fácio, deos & hómines, & amicítiã nſram, me neq; témerè p̃dixiſſe. ſ. quicq̃, neq; monuiſſe. Sed poſtq̃ cõuénerim, i. allocútus fúerim Cæſarẽ, & cognóuerim ſnſam eius, qualis eſſet futúra: partâ uictóriâ. i. ſi obtinúerit uictóriam, teſtíficor ſup. me feciſſe te certiórem. i. tibi eã ſignificaſſe. Si exíſtimas eandẽ rõnẽ fore Cæſari in dimittẽdis aduerſariis. i. iis, qui eũ pſecúti fúerint, & ſup. in ferẽdis. i. offerẽdis, cõditiónib9. ſ. concórdiæ, erras, q̃a ſi uictor fuerit ĩ eos nihil agit, niſi atrox, & ſæuum, atque etiam nihil lóquitur, ipſe iratus ſenátui éxilit. i. ſe próripit è ſenatu, ipſe eſt planè. i. omnino, incitatus. ſ. ad iram.

¶ HIS interceſſiónibus. quæ factæ ſunt, ne decetnâtur conſul, niſi tradat exércitum & prouíncias. Non deprecationi locus. nullíus précibus flectétur, néminem deprecantem exáudiet. Quare. concludit ex utilitáte ómnium ſuórum ne à Cæſa. diſcédat ad Pompeium. Eam cauſam. ſ. Cæſariánã. Sequere. ádiua pártibus, & fauoribus tuis. Odiſſe ſcilicet te. Aut relinquere. ſ. ſi tu fueris Pompeiánus, cum nos ſimus Cæſariáni. Aut habeâmus ímpiam cupiditátem cõtra ſalútem tuam. i. optémus mortem tuam, quod eſt ímpium, quia te paterno amóre proſequi débeo. Cũctatione. mora, cùm nondum eſſet aperta bella: aliàs légitur concitatióne. i. perturbatióne, ſed magis probo priorem lectiónem. Quid offenſæ. quæ iniúria, quæ læſio. Nunc. cum res eſt non in cunctatióne, ſed diſcrímine Pompeianórum. Victórem. Cæ. noluiſti lædere. quia Cic. in princípio bellorum ciuílium neutrum ſequebátur. Dúbiis. cum nulla ſpes eſt de uictoria Pompeii. Fugátos. Pompeiános, iam uictos à Cæſare. Parum optátum. i. non electum. ſ. à Cæſare. Expecta. priuſquam ſequáris Pompeium. Dé Hiſpaniis. ubi erat exercitus Cæſaris contra Petreiũ, & Affranium duces Pompeiános. Quas. Hiſpánias. Núncio. certífico. Fore. futúras, Noſtras. i. Cæſariánas, quia Cælius Cæſariánus erat. Iſti, Pompeiáni, ſed per contemptum dixit, iſti. Porrò. certè uel deinde. Quid tale. quaſi dicat niſi ſtultum. Deſperátos. pro quibus nulla eſt ſpes: tranſlátio eſt ſumpta ab ægrótis, qui in extremis laborantes, & iam morítúri deſperáti dicuntur. Hoc. te ſecutúrum Pompeiános. Audíerat. ab aliis. Símulatque. cum primum. Negáui me ſci. dixi me non intellígere, quid eſſes factúrus. Quibus. líteris Cæſa. Commoueri. perſuaderi, incitari. Ad remanendum, ne accéderet ad Pompeianos: id autem díximus álio loco factum fuiſſe à Cæ. qui hortátus eſt Cice. ne exíret ad bellum, & neutrum omnino ſequerétur, cui Cic. maximo ánimo reſpondit, ut ſcribit Plutarchus in eius uita. Niſi ita fáceret. niſi duceret me Cæſar ſecum in Hiſpaniam. Contendiſſem, uehementíſsimè poſtulaſſem. Omni ui. omni uiolèntia. i. contra uolũtatem tuam. Etiam atque etiam. répetit Cælius admonitiónem ſuam, ne Cice. ſequátur Pompe. Fúnditus. pénitus: tractum ab ædificiis. Sciens. à me admónitus. Prudens. per teipſum intélligens. Demittas. cõmittas. Eo. ad id. Vnde. ex quo. Nullum éxitum. i. unde uides te non poſſe exíre, cum ingreſſus fúeris: eſt enim cauſa Pompe. quaſi Labyrinthus quidam, unde non eſt regreſſúrus. Voces. ſermónes, exhortatiónes. Optimátum. i. príncipum in ciuitate, & eſt confutátio contra id, quod poſſet dícere Ci. quod non poteſt ſuſtinére uocem optimátum increpántium ipſum, & ipſe ſolus diſſéntiat ab uniuerſo ſenátu: dicit Cælius ad fugiendas has uoces, eligendum eſſe áliquem locum uacuum. Inſolentiam. ſuperbiam. Vacuum à bello, quod non ſit Cæſariánum, aut Pompeiánum. Decernuntur. bello determinantur. Quæ. tua. ego. quæ ad te pertinébunt, in

Fúnditus

his interceſſiónibus planè incitâtus eſt: non erit deprecatióni locus. Quare ſi tibi tu, ſi filius unicus, ſi domus, ſi ſpes tuæ reliquæ tibi charæ ſunt, ſi áliquid apud te nos, ſi uir óptimus gener tuus ualet, eorum fortúnas non debes uelle conturbâre, ut eam cáuſam, in cuius victória ſalus noſtra eſt, aut odiſſe, aut relínquere cogâmur, aut ímpiam cupiditátem contra ſalútem tuam habeâmus. Dénique illud cógita: quid offenſæ fúerit, in iſta cunctatióne te priùs ſubiſſe, nunc TE CONTRA victórem fácere, quê dúbiis rebus lædere noluiſti: & ad eos fugátos accédere, quos reſiſtenteis ſequi nolúeris, ſummæ ſtultitiæ eſt. Vide, ne dum pudet te parùm optimátem eſſe, parum diligenter, quid óptimum ſit, éligas. Quod ſi totùm tibi perſuadére non poſſum: ſaltem dum, quid de Hiſpaniis agámus, ſcitur, expecta: quas tibi núntio aduétu Cæſaris fore noſtras. Quam iſti ſpem habeant, amiſſis Hiſpaniis, neſcio. Quod porrò tuum conſilium ſit ad deſperátos accédere, non mediusfidius reperio. Hoc, quod tu non dicendo mihi ſignificaſti, Cæſar audierat: ac ſimulatque hæc mihi dixit, ſtatim quid de te audiſſet, expoſuit. Negaui me ſcire: ſed tamen ab eo petii, ut ad te líteras mitteret, quibus maxime ad remanendum cómoueri poſſes. Me ſecum in Hiſpaniam ducit. Nam niſi ita faceret, ego prius q̃ ad urbem accederem, ubicunque eſſes ad te percurriſſem: & hoc à te præſes contendiſſem, atq̃ omni ui te retinuiſſe. Etiam atque etiam Cicero cogita, ne te, tuoſq̃ omneis funditus euertas: ne te ſciens prudenſq̃ eo demittas, unde exitum uides nullum eſſe. Quod ſi te aut uoces optimatum commouent, aut nonnullorũ hominum inſolétiam & iactationem ferre non potes, eligas cenſeo aliquod oppidum uacuum à bello, dum hæc decernuntur. quæ cum confeceris, & ego te ſapienter feciſſe iudicabo, & Cæſarem non offendes. Vale.

HVBER.

codice scriptum legi, quæ cum erunt confecta. Et te sapienter.i.& iudicaberis sapiens, si nihil feceris contra Cæ.quod eum offenderit, quia dummodo non sequeris Pompe.non curat, ut ei faueas, aut eum sequaris.

ASCEN. Ordo I

HIS intercessionibus.i. obstaculis à senatu factis. Locus non erit deprecationi.i.purgationi culpæ, aut petitioni ueniæ si uicerit. Quare si tu, sup.es curæ tibi, si filius unicus, scilicet Marcus Cicero, si domus.i.familia, & si reliquæ spes tuæ sunt tibi curæ, si nos sup.ualemus, & si gener tuus, scilicet Dolabella amicus Cæsaris, uir optimus, non talis tamen omnibus uisus, ualet aliquid apud te.i.habemus aliquid.i.authoritatis, tu non debes uelle conturbare fortunas eorum scilicet tibi charissimorum, & maxime necessariorum, ne cogamur, aut odisse, aut relinquere eam causam Cæsaris, in cuius uictoria salus nostra est, aut ne habeamus impiam cupiditatem contra salutem tuam scilicet adhærendo Cæsari, & inimicis eius omnibus exitum optando. Denique cogita illud, uidelicet quid offensæ .i.læsionis, Cæsari fuerit in ista scilicet tua cunctatione.i.mora, te subiisse.i.paruisse prius, & supple facere nunc contra uictorem, quem noluisti lædere rebus dubiis.i.cum adhuc dubius esset belli exitus, & accedere ad eos scilicet Pompeianos, fugatos scilicet à Cæsare, quos noluëris sequi resistentes .i.cum adhuc resisterent, est summæ stultitiæ. Vide.i.attende, & prospice, ne dum pudet te esse parum.i.non satis, optimatem.i.haberi in numero optimatum, & primorum ciuitatis, eligas parum diligenter sup.id quod sit optimum, quia melius esset in media dignitate secure uiuere, quam ad summam properantem interfici. Quod si non possum persuadere tibi totum.i.ut omnino Cæsari reconcilieris, expecta saltem dum.i.donec, sciatur quid agamus de Hispaniis, quas, scilicet Hispanias, ego nuncio.i.indico tibi, fore nostras.i.nostrarum partium, aduentu Cæsaris scilicet in eas, quod etiam euenit. Nescio quam spem, isti scilicet temerarii Pompeium sequentes habere possint, Hispaniis amissis. Porro.i.sed, mediusfidius non reperio.i.non possum cogitare, quod.i.quale, consilium tuum sit, accedere ad desperatos scilicet de salute tuenda. Cæsar audierat hoc, quod tu significasti mihi non dicendo.i.uehementem dolorem tuum propter Pompeii aduersitatem, aut debilitatem, quam non es ausus mihi scribere, sed solummodo signis ostendere, ac simulatque dixit mihi hæc, exposuit statim quid audisset de te, negaui me scire, sed tamen petii ab eo, ut mitteret literas ad te, quibus scilicet literis, posses commoueri maxime ad remanendum scilicet in prouincia, donec res cum Pompeio transigatur. Cæsar ducit me in Hispaniam secum: nam nisi faceret ita, ego percurrissem ad te, prius quam accederem ad urbem, ubicunque esses, & ego præsens.i.coram, contendissem.i.diligenter impetrare studuissem hoc à te, at retinuisse te oi ui.O Cicero cogita etiam atque etiam.i.sæpe, & diligenter, ne euertas funditus te, & tuos omnes, ne tu sciens, & prudens.i.prouidens periculum, demittas te eo.i.ad id periculi, unde uides nullum exitum esse. Qd si, aut uoces optimatum te ad Pompeium iam itantium, commouent te, aut potes ferre.i.tolerare, insolentiam.i.superbiam, & iactationem.i.quorundam hominum Cæsari adulantium, censeo sup.ut eligas aliquod oppidum uacuum.i.immune à bello, dum.i.donec, & quandiu, hæc scilicet negocia bellica decernuntur scilicet utri cadant, quæ cum.i.postquam, aut quando, erunt confecta.i.expleta, &.i.pariter, ego iudicabo te fecisse sapienter, & non offendes.i.non lædes Cæsarem, qui permittet te neutrius partes sequi. Vale.

HVBER.

Ex.xvii. Epistola. Exanimatus sum tuis literis.

Non enim qualis esset, quoue cognita res perscri pisti. Nam deos, hominesque, amicitiamque nostram testificor, me, quæ tibi prædixi, neque temere monuisse.

ERgo ne.Cælius, cum scripsisset superiore epistola se duci à Cæs.in Hispaniã, non iuerat, sed remanserat Formiis, mandato Cæsa.Cic.autem, qui se iam ad Pompe.contulerat, scripserat, & melius fecisset Cælius ire in Hispaniam, quàm remanere Formiis, ad quod cum quadam indignatione Cælius respondet. Deinde cõqueritur de Cic. & cum ante fuisset in proposito pacis, non petiuerit ab eo consilium, quid esset agendum. Deinde significat se pœnitere, & secutus fuerit Cæ. & dedisse operam, ut multi qui erant Cæsariani, efficerentur Pompeiani, postremo se optare ut Pompeiani sint uictores, non spe alicuius præmii, sed propter indignitatem causæ, & incitat Pompeianos aduersus Cæsarianos. Ergo. non est hoc loco illatiua coniunctio, sed inceptiua maxime conueniens in dignationi.Iuue. Impune ergo mihi recitauerit ille togatas. Fuisset p.i.melius. Formiis.quod est oppidum Campaniæ. Profectus. discessisti. Prohibuisset scilicet te proficisci ad Pomp.uel melius scilicet me esse Formiis. Cuius.Curionis. Impõsuit. deduxit. Cur enim, ut supra diximus in epistolis ad Cu. & Cæ.in partes suas tractus fuerat, cum anteà ei esset inimicissimus, hic Cur. postea traxit etiã in partes Cæ.Cælium. Paulatim.multis suasionibus. Bonam men. bonam dispositionem animi, & iam damnat causam Cæ. Tumore.ira. Ira enim facit hominem tumidum. Tu porrò.accusat nunc Cælius Ci. & ab eo consilium non petiuerit, cum ipse ad eum

Ergo

Formiæ

Tumor

Gælius.M.T.Cicero. S.D. Epis. 12.

ERgo me potius proficisci in Hispaniã fuisset, quàm Formiis esse, ante quàm tu profectus es ad Pompeium? quod vtinam aut Appius Claudius in ista parte prohibuisset, aut C.Curio, cuius amicitia me paulatim in hanc partem causæ impõsuit. nam mihi sentio bonam mentem, iracundiæ tumore ablatam. Tum tu porrò, cum ad te proficiscens, noctu Ariminum uenissem, dum mihi pacis mandata das ad Cæsarẽ, & mirificum ciuem agis, amici officium neglexisti, neque mihi consuluisti.. Neq; hæc dico, quod diffidam huic causæ: sed crede mihi, perire satius est, quàm hos uidere. Quod si timor uestræ crudelitatis non esset, eiecti iam pridem hinc essẽ. Nam hic nunc præter fœneratores paucos,

cos, nec homo, nec ordo quisquam est, nisi Pompeianus. Equidem iam effeci, vt maximè plebs, & qui anteà noster fuit pópulus, vester esset. Cur hoc inquis? immo reliquias expectant. Vos inuitos uincere coegero: irritaui in me Catonẽ. Vos dormitis, nec hæc adhuc mihi videmini intelligere, quàm nos pateamus, & quàm simus imbecilli, atque hoc nullius præmii spe faciam: sed, quòd apud me plurimùm solet valere, doloris, atque indignitatis causa. Quid istic facitis? prælium expectatis, quod firmissimum est? Vestras cópias non noui: nostri valde depugnare, & facilè algere, & esurire consuerunt. Vale.

Ex.xviii. Epistola. Ergo me potius.

Nam mihi sentio bonam mentem iracundiæ tumore ablatam. Vos inuitos uincere coegero Arruntanum me Catonem.

Quid facitis? uos Pompeiani. Excitat enim uos ad prælium. Quod firmissimum est.i.quod est certissimum. Nostri.Cæsariani. Algere.pati frigus. Esurire.tolerare famem. Vale.

uenisset Ariminum, & Cice. dixisset ei, ut consuleret Cæ. & potius sequeretur pacem, quàm bellum. Officium amici. quia uoluisti communicare tua mecũ.

Neque me con.i.non petiuisti à me consilium, & est declaratio neglecti officii. Huic. causæ. Satius. melius. Hos. Cæs. pœnitebat enim se secutum Cæ. quod declarauit, cum dixit, mihi sentio bonam mentem iracundiæ tumore ablatam, sed timore crudelitatis Pomp. non audebat discedere, & hoc est qd dicit. Quod sit ti. & cætera. Vestræ. Pompeianorũ.

Hinc. à Cæsa. Electi essemus. discessissemus. Hic. in parte Cæsa. Nec ordo quisquam. i. nullus magistratus: nam supra dixit, in hac discordia uideo ad Cn. Pompe. senatum, quique res iudicant secum obituros, ad Cæsa. autem omnes, qui cum timore, aut mala spe uiuant accessuros. Nisi est Pompe. i. nisi fauet Pompe. Noster. Cesarianus. Esset uester. fieret Pompeianus. Cur hoc inquis. obiectio, quę posset fieri sic, quare hoc fecisti, ut qui erant Cæsariani fierent per te Pompeia. Reliqui, qui adhuc sunt cum Cæsa. Vel re. quæ sunt apud Cæsa. Inuitos. etiam contra uoluntatem nostram. Coruncanos. puto mendosum esse textum, alibi scriptum erat irritaui. M. Cato. Vos. Pompe. Dormitis. estis negligentes. Nos. Cæsa. Quam pateamus. i. quam simus expositi, ut à nobis uincamur. Imbecilli. debiles. Atque hoc faciam. ut uos sitis uictores. Non spe præ. non expectatione alicuius remunerationis, id enim mihi turpe putarem. Doloris. quod uideam rempubli. opprimi. Indignitatis. iniustitiæ.

ERGO ne & cætera. Scripserat Cælius se cum Cæsare abducendum in Hispania, quò tamen abductus non erat, sed Formiis manserat, quod Cicero. improbarat, unde Cælius nunc durè ad eum scribit incusans eum neglectæ amicitiæ, se tamen Pompeianum effectum dicit, sed ut risisse putari possit. Ordo est. Ergo ne fuisset potius proficisci in Hispaniam, quam esse Formiis? quasi dicat sic, licet Cicero aliter consuluerat, antequam tu profectus es ad Pompeium, tamen nõ erat profectus ad eum, quod utinam, aut Appius Claudius prohibuisset in ista parte, aut Caius Curio, cuius amicitia imposuit me paulatim in hanc partem scilicet causæ, scilicet Pompeianæ. Nam sentio mentem bonam ablatam mihi tumore. i. inflatione iracundiæ. Nam impedit ira animum. Tum, id est, insuper, tu porrò cum proficiscens ad te, uenissem noctu Ariminum, dum das mihi mandata pacis. i. ut te pacificum nunciarem ad Cæsarem, & agis ciuem mirificum. Ironia est. neglexisti officium amici: neque id est, quia, non consuluisti, id est, consilio prpspexisti mihi. Neque dico hoc, quòd diffidam huic causæ scilicet Cæsar. Sed (crede mihi) satius id est, melius est perire, quàm uidere hos, id est, nostros milites & fautores tam insolentes. Quod si timor crudelitatis uestre id est, quam exercetis in uictos, ut Cicero ipse non semel futurum fuisse testatus est, non esset, nos essemus iampridem, id est à pluribus diebus eiecti hinc, id est ex urbe, aut per superbiam Cæsarianorum, aut sponte, sed inuidiose eiectos fuisse dicit. Nam nec homo, ne ordo quisquam est nunc hic, præter paucos fœneratores, nisi Pompeianus. Equidem, id est, ego quidem, effeci iam maxime, ut partes supple sint uestræ, & ut populus, qui fuit antea noster, esset uester. Cur inquis, immo reliqui expectant supple scire, cur hoc scilicet effecerim. Ego coegero uos inuitos uincere scilicet nos, uos inquam Corruncanum & M. Catonem in me, ut expergiscatur. Vos dormitis nec uidemini mihi intelligere adhuc, quàm id est, quantum, nos pateamus scilicet iniuriæ, & quàm, id est quantum, simus imbecilli. i. debiles. Atque faciam hoc, id est, cogam uos inuitos uincere, nullius, id est non alicuius, non spe alicuius præmii, sed quòd. i. quia, aut quod id est quæ res solent ualere plurimum apud me causa doloris, atque indignitatis id est indignationis. Quid facitis istic. Expectatis prælium, quod est firmissimum id est, certissimum futurum. Ego non noui cópias uestras, nostri scilicet milites, uidelicet Cæsariani. consueuerunt ualdè depugnare, id est, detrectare pugnam, aut finire pugnam fugiendo, ut innuit, sed sic tamen, ut nescias utri parti faueat, propterea quòd ălea belli incerta erat, & consueuerunt algere, & esurire id est, pati frigus, & inediam. quod etiam duplicem habet sensum, aut per inertiam, aut per fortitudinem, quia assueti sint malo, & ita ad militiam aptiores. Vale.

ASCEN. Ordo I

EX his

HVBER. EX his líteris. M. Varro uir doctíſsimus fuit, qui de lingua latina libros ad Cice. ſcripſit, is ſtudioſiſſimus reipub. ſecútus fúerat Pomp. partes, ſicut & multi alii boni ciues. Cũ igitur abeſſet ab urbe, ſcribit Cice. ſe ex eius líteris ſibi ab Attico réddi-
tis, intellexiſſe ubi eſſet, ſed non quando uenturus eſſet: optat autem eius aduentum fore ſibi ſolátio in tantis malis & miſeriis reipub. quæ iam tenebátur oppreſſa à Cæſa. ſuperátis Pompeianis: deinde dicit quemádmodum rétulit ſe ad libros, quos aliquántulum intermíſerat, ex quibus dicit ſe ſperáre magnum adiumentum ad ferenda aduerſa: præſertim ſi ipſe Var. uénerit, & oſtendit quo máximè uelit eum
Atticus uenire. Atticus Pomponius, qui propter ſingulárem doctrinam literarum græcarum, quibus Athenis óperam dedit, Atticus cognominátus eſt, ut teſtatur Cice. in procemio Catonis maióris. Suſpi-
cári. coniicere, putáre. Appropinquáre. propinquũ eſſe. Qui. aduent. tuus. Quiſquam. non ſtul. i. quiſquam, qui aliquid ſapiat. Alleuatiónem. recreatiónem, ſed dixit alleuatiónem, quia dixit, Vrgémur. i.
prémimur. Aut ego. ſ. poſſum. Id eſt cum li. declárat qui ſunt uéteres amici, hoc eſt libri. Succenſé-
rem iis, eſſem eis irátus. Subpudébat. aliquántulum
Subpude- re pudébat. Præceptis il. qui me monébant, ne quid témere fácerem: ex libris enim philoſophórum diſcimus, quid nobis ſit agendum. Sociis. propter ſócios. Ignoſcunt. dant uéniam: iocátur autem Cice. qui dat libris quaſi ſenſum quendam. In con. quæ mihi fúerat cum eis. In ea con. quia non intermiſiſti eos, ſicut ego. Quando. quóniam. His. libris. Placátis. factis amicis, quia eis do óperam, ſicut ante cõſuéueram. Tranſitúrum. ſuperaturum, euaſúrum.

Quæ præ. quæ nunc fécimus. Quæ impen. quæ immineant, & futúra ſint nobis mala. Cumáno & Tuſculáno. in his enim habébat Cícero prædia ſua. Quod minimè uelim, quod non ualde placet. Si-
mul ſimus. i. dúmmodo conueniámus. Vt. i. ſicut: eſt enim hoc loco aduérbium, non autem coniúnctio.

ASCEN. EX his &c. Mar. Terentius Var. uir doctiſſimus, qui de lingua latina libros ad Cice. ſcripſerat, cum eſſet ſtudioſiſſimus reipub. ſecutus erat partes Pompeia. ut plurimi alii. Cũ igitur abeſſet ab urbe, ſcripſit Cic. ſe ex eius líteris ab Attico acceptis intellexiſſe ubi eſſet, ſed non quando uentúrus eſſet. Optat autem eius ſibi aduentum ſolátio fore in tantis reip. malis. Deinde ſe contuliſſe ad literárũ ſtúdia, docetque quo eum uenire uelit. Ordo eſt. Ego cognóui ex his líteris, quas miſſas à te, Atticus legit mihi, quid ágeres, & ubi eſſes. Autem. i. ſed, nihil ſanè. i. nullo modo, pótui ſuſpicári ex iísdem líteris, quando eſſémus uiſúri te, tamen uénio in ſpem. incípio ſperáre, aduentum tuum appropíquáre, q
Ordo ſ. aduentus tuus, útinam ſit ſolátio. i. ad ſolatium. i. tibi tam proſper, ut mihi ſolátium afferat. Et ſi. i. quanquam, urgémur. i. prémimur, tot & tãtis rebus, ſcílicet aduerſis, ut quiſquam non. i. qui non ſit ſtultiſſimus, nullam. i. nõ ullam, non débeat ſperáre. poſſit tamen optáre, ullam alleuatiónem. i. diminutiónẽ mali, & recreatiónem ánimi, ſed tamen aut tu potes iuuáre me, aut ego fortaſſe ſup. poſſũ iuuáre te aliqua re. Scito enim me, poſtquam uénerim in urbem, rediiſſe cum uetéribus amicis. i. cum libris noſtris, in gratiam. i. cum eis conſuetúdinem innouáſſe. Etſi. i. quanquam, non dimíſeram uſum eorũ, idcirco, quòd ſuccenſérem. i. ſubirátus eſſem iis. ſ. libris

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIB. IX.

M. T. C. M. Terentio Varroni. S. D. Epiſt. I.

EX his líteris, quas Atticus âte miſſas mihi legit, quid ágeres, & vbi eſſes, cognoui: quándo autem te viſúri eſſemus, nihil ſanè ex eiſdem líteris pótui ſuſpicári. In ſpẽ tamen vénio appropinquáre tuum aduentum, qui mihi vtinam ſolátio ſit. & ſi tot, tantíſque rebus vrgémur vt nullam alleuatiónem quiſquam non ſtultiſſimus ſperáre débeat. Sed tamẽ aut tu potes me, aut ego te fortaſſe aliqua re iuuáre. Scito enĩ me, poſteaquàm in urbem vénerim, rediiſſe cum veteribus amícis, id eſt, cum libris noſtris in grátiam: & ſi non idcirco eorum vſum dimíſeram, quòd iis ſuccenſérem, ſed quòd eorũ me ſubpudébat. Videbar enim mihi, cùm me in res turbulẽtiſſimas infideliſſimis ſociis demiſiſſem, præceptis illorum nõ ſatis paruiſſe. Ignoſcunt mihi, & réuocant in conſuetúdinem príſtinam, teque quòd in eo permánſeris, ſapientiórem quàm me, dicunt fuiſſe. Quamobrem quando placátis his vtor, vídeor ſperáre debére, ſi te víderim, & ea quæ præmant, & ea quæ impendeát, me fácilè tranſitúrum. Quamobrem ſiue in Tuſculáno, ſiue in Cumáno adíre te placébit, ſiue (quod mínimè velim) Romæ, dúmmodò ſimul ſimus, perficiam profecto, vt id vtrique noſtrum commodíſſimum eſſe diiudicétur. Vale.

Nicolai Scœlſii Lut. ſuper M. T. Epiſtolarum Familiarium libr. IX. additationes ex uetuſtiore codice.

Ex. 1. Epiſtola. Ex his literis, quam.

VT nullam ad leuationem quiſquam niſi ſtultiſſimus ſperare debeat. Videbar enim mihi cum me in res turbulentiſſimas infideliſſimis ſociis demiſſum. Et ea quæ præmant, & ea quæ impendant, me facile laturum. Perficiam profecto, ut id noſtrum utrique commodiſſimum iudicetur. Vale.

Cicero Varroni S. D. Epis. 2.

CAninio idem tuus, & idem noſter, cùm ad me peruéſperi veniſſet, & ſe poſtridie manè ad te itũrum eſſe dixiſſet, dixi ei me datũrũ áliquid manè: vt péteret, rogáui. Conſcripſi epiſtolam noctu, nec ille ad me rediit, oblítum crédidi. Attamen eam ipſam tibi epiſtolã miſiſſem per meos, niſi audiſſem ex eódem poſtridiè te manè è Tuſculáno exitúrum. At tibi repentè paucis poſt diébus, cum mínimè expectárem, venit ad me Canínius manè: proficiſci ad te ſtatim dixit, etſi erat illa epiſtola, præſertim tantis poſteà nouis rebus allátis: tamen perire lucubratiónem meam nólui, & eam ipſam Caninio dedi: ſed cum eo & cum hoíe docto & tui amátíſsimo loquũt⁹ ea ſum, quæ pertuliſſe illum ad te, exiſtimo. Tibi autẽ idem conſilii do quod mihimet ipſi, vt vitémus óculos hóminum, ſi linguas minus fácilè poſsímus. Qui enim victória ſe éfferunt, quaſi victos nos intuentur. qui autem victos noſtros moleſtè ferunt, nos dolent víuere. Quæres fortaſſe cur cum hæc inurbe ſint, non ábſim, quemádmodum tu. Tu enim ipſe, qui & me & álios prudentiá vincis, ómnia credo vidiſti: nihil te omníno fefellit. Quis eſt tam lýnceus, qui in tãtis ténebris nihil offendat, nuſquam incurrat? ac mihi quidem iampridem venit in mentem, bellum eſſe áliquo exíre, vt ea, quæ agebantur hîc, quæq; dicebantur, nec vidérem, nec audírem. Sed calumniabris noſtris, ſed quòd ſuppudébat, id eſt aliquãtulùm pudébat me, eorum, id eſt quòd ex eis pudórem contráxerim, ſicut ſolémus ab iis, quos offéndimus, non qui nobis dedécori ſint quod probat dicens. Vidébat enim mihi, cum demiſiſſem me in res turbulentiſſimas, id eſt in bellum contra Cæſa. ſociis infideliſſimis, aut qui témerè rempub. períclo obiecérunt, aut qui eam defendere non potuérunt, non paruiſſe, id eſt nõ obediuiſſe ſatis præceptis illórum, id eſt librórum noſtrórum, uetántium nil témerè ágere. Libri. ſup. ignoſcunt mihi, & réuocant ſup. me. in conſuetúdinem príſtinam, hoc eſt libenter mecum conuerſantur, hoc eſt ego cum illis libenter uerſor, & dicunt te fuiſſe ſapientiórem quàm me, quòd permánſeris in ea, ſcilicet, conſuetúdine cum libris. Quamobrem quando, ideſt quóniam, ego utor iis, ſcílicet libris, placátis, id eſt pacificátis, ego uídeor debére ſperáre, ſi uíderim te, me fácilè tranſitúrũ, & ea, ſcílicet mala, quæ præmát, id eſt in præſéntia nos urgéant, & ea quæ impendeant, id eſt immíneant. Quamobrem ſiue placébit te adire ſup. me, ſiue in Cumáno ſup. agro, ubi uillam habébat Cice. ſiue in Tuſculáno, ubi álteram hábuit, & Tuſculánas quæſtiónes ſcripſit, ſiue quòd mínimè uelim Romæ, dummodo, id eſt ſi modo ſimus ſimul, perficiam profecto, ut id uideátur commodíſsimum eſſe utrique noſtrórum. Vale.

HVBER. CAninius. Primum Cic. excuſat ſe de epiſtola ad Varrónem miſſa, quæ iam multis diébus antea fúerat ſcripta. Deinde ei conſulit, ut oppreſſa repub. cónferat ſe in áliquẽ locum, ubi non uideátur à ſuis inimícis, quemádmodum dicit ſe etiam fácere decreuiſſe. Reddit autem rationes quare adhùc non diſcéſſerit Româ, deinde hortátur eum, ut ſtet in propóſito uiuendi ſimul cum ipſo Cice. oſtendit enim quantùm ſint profutúra ſtúdia ipſa literárum, ſi his dederint óperam, ut conſuerunt. idem tu. & idem noſter, id eſt & tuus, & noſter ornatè, & ſignificanter dictum. Virg. Rex Anius, rex idem hóminum Phœbique ſacerdos. Veſperi. aduerbialiter Veſperi ponitur, id eſt circa noctem. Poſtridiè, ſequenti die datũrum áliquid, quod ad te deférret. Rogáui. ipſum. Vt péteret. à me. Oblítum. ſcílicet ad me redire. Exitũrum diſceſſũrum. Et ſi erat ἀνώνυμος uana, inánis. Præſertim. oſtendit quare eſſet illa epiſtola inánis, quia poſtquàm fúerat ſcripta, multa erãt nouáta. Lucubratiónem meam, uigílias meas, id eſt meam epiſtolam, quam lucubrauerã. i. noctu ſcripſeram. Pertuliſſe ad te. nunciaſſe tibi. Quod. conſilium. Mihi me. ſ. do. Vitémus óculos hóminum. fugiámus conſpectum hóminum, ne ab eis uideantur. Si minus linguas poſſumus. ſ. uitáre. ſi nihil poſſumus fácere quin de nobis loquantur. Efferunt ſe. ſuperbiunt. Noſtros. Pompeianos. Dolent nos ui. uellent nos eſſe mórtuos. Quæres. facit obiectiónem, & ei reſpondet. Reſpondent.
Lynceus Lynceus, acútis óculis. Lynx enim ánimal acutíſsimo uiſu eſſe perhibétur. Nihil. of. i. nihil cẽſpitet. Incurrat. enim. i. qui in nullum malũ non incidat. Venit in
Calumnia men. cogitáui. Hîc. Ro. Calũniábar. accuſábar, reprehendébar. Vt cu. cõ. eſſet. ſicut cuiq; uiſum fuiſſe, aliũ alio mõ, & aliũ alio. Hic. Cic. Nauẽ pa. qua diſcédat ex Itália. Qui ſu. le. i. q min⁹ malè de me opinaréť. Oculi mei nõ poſ. ferre quoſdã. q nõ poſſẽt quoſdã uidere.

CAninius tuus &c. Excúſat ſe de epiſtola tardiùs ASCEN. ad Varrónem miſſa, deinde cónſulit Varroni, ut oppreſſa rep. cónferat ſe in áliquem locum, ubi non uideátur à ſuis amícis. Quod ſe factúrum dicit. Reddit ad hoc rationes, quare adhuc non diſceſſerat. Româ; & demum monet, ut perſiſtat in propóſito uiuendi ſecum in literárũ ſtudiis, quæ cõmendat. Ordo Ordo eſt. Canínius tuus. ſ. amícus, & idem noſter, cum uenisſet nuper, id eſt paulo ante hàc ad me, uéſperi. i. témpore ueſpertino, & dixiſſet ſe eſſe itũrum ad te poſtridie, die proxíme ſequente, manè, dixi me datũrũ ei áliquid literárum, & rogáui, ut péteret. ſ. eas à me. Conſcripſi epiſtolam noctu, nec ille. ſ. Caninius rediit ad me: ego crédidi oblitũ. ſ. promiſi, aut ad me redire, attamẽ miſiſſem eam ipſam. i. eandem epiſtolam per meos, niſi

e. i. audiſſem

audiſſem ex eodem te exiturum poſtridie.i. die proxime ſubſequente, è Tuſculano.ſ.agro cum uilla. At.i. ſed,tibi uacat illud tibi,cum ad nullum referatur, ſed tantum ex modo loquendi additum ſit, non omnes tamen textus ipſum habent. Caninius uenit ad me repente,id eſt celeriter,paucis diebus poſt,cum expectarem minime,dixit ſe proficiſci ſtatim ad te, & ſi illa epiſtola,ſcilicet quam noctu ſcripſeram:erat ἕωλος eolos.i.antiqua non recens, & marcida, & ita uana,præſertim tantis rebus nouis allatis poſteà.i.cum eſſent tantæ res nouæ allatæ poſteà, tamen nolui meam lucubrationem,id eſt operationem,quaſi ad lucernam, perire

bar ipſe:putabam, qui obuiam mihi veniſſet,vt cuiq; cōmodum eſſet,ſuſpicaturum, aut dicturum etiam ſi nō ſuſpicaretur. Hic aut metuit, & ea refugit, aut aliqd cogitat, & habet nauem paratam. Deniq; leuiſſime qui ſuſpicaretur, & q fortaſſe me optime nouiſſet, putaret me idcirco diſcedere ꝙ quoſdā hoīes oculi mei ferre nō poſſunt.

id eſt perditum ire,ſi nullo uſui eſſet illa epiſtola,& dedi Caninio eam. Eam tamen his inſertam non puto forte,quod fuit raptim ſcripta, de rebus autem ſcitu dignis. Sed locutus ſum cum eo.ſ.Caninio, &.i.ſimul, homine docto,&.i.ſimul,amantiſſimo tui,id eſt qui te maxime amat,ea quæ exiſtimo illum pertuliſſe ad te,id eſt denunciaſſe tibi,quaſi dicat ſe ideo nunc breuiorem eſſe,quod illius uerbis multa Varroni nunciata putet. Affert tamen conſilii ſui rationem coniungens. Tibi &c. Autem,id eſt ſed,ego do me Hercule,ſcilicet ita conſeruante,ut uerū dico, tibi id conſilii,quod mihimetipſi,uidelicet,ut uitemus,id eſt fugiamus,oculos hominum, ſi minus,id eſt non ſatis facile poſſumus,ſcilicet uitare linguas hominum. Enim.id eſt quia,ſup.ii,qui efferūt, id eſt extollunt ſe,uictoria,id eſt propter uictoriam Cæſaris,intuentur,id eſt inſpiciunt nos quaſi uictos,& ita decipiunt nos. Autem.id eſt ſed,ii,qui moleſte ferunt noſtros,id eſt Pompeianos,eſſe uictos,dolēt,id eſt ægre ferunt, nos uiuere,aut quia nos in culpa putant,aut quia indignos uita cenſent,quod cum aliis non periimus. Tu forte quæres,cum hæc,ſcilicet mala ſint in urbe,ſcilicet Roma,cur non abſim,ſcilicet ab urbe quemadmodum tu ſup.abes. Tu enim ipſe,qui uincis,& me,& alios prudentia, uidiſti credo omnia, nihil omnino fefellit te,id eſt fugit prudentiam tuam. Quis eſt tam lynceus,id eſt tam acute uidens,tracta metaphora,aut à Lynce animali acutiſſimi uiſus,aut à Lynceo uiro, qui in portu Carthaginenſi ſtans naues à Sicilia proficiſcentes cernebat:unde Horatius in epiſtolis. Non poteris oculis quantum contendere Lynceus &c.qui nihil offendat.i. peccet, aut erret in tantis tenebris.i.ignoratione rerum futurarū, & qui nuſquā incurrat.ſ.damnū.q.d.nullus. Ac quidem.i.certe,in mentem uenit iampridem mihi.i.cogitaui,eſſe bellum.i.aliquantulū bonū, exire.ſ.urbe, aliquo.i.in aliquem locum,ut nec uiderem ea,quæ agebantur hic,nec audirem quæ dicebantur hic. Ipſe.i.egomet,calumniabar.i.per modum cauillantis,licet me ſcirem recte ſentire,arguebam tamen meipſum, quia putabam eum qui ueniſſet obuiam mihi.ſ.egredienti urbem,ſuſpicaturū,aut dicturum etiā ſi nō ſuſpicaretur, ut cuiq; eſſet cōmodum.i.opportunū uiſum,hic.ſ.Cicero ex urbe fugiens,aut metuit,& fugit ea re.i.ob eam cauſam,aut cogitat aliquid.i.mali in Cæſarem. Et habet nauem paratam.ſ.qua ad hoſtes tranſfugiat. Denique is, qui ſuſpicaretur leuiſſime.i.de leuiſſima culpa,& qui fortaſſe nouiſſet me optime,putaret me diſcedere iccirco,quod oculi mei non poſſent ferre,id eſt pati,quoſdam homines,ſcilicet inſolentes propter uictoriam.

*P.V.C. CANINIVS idem & idem noſter. Hæc eſt Medicæi codicis cum aliis,quos uidi,manu ſcriptis lectio,iam tunc à nobis reſtituta:quam ueriorem credimus,quia eadem eſt in indice ante librum illum poſito:unde facile exiſtimari nō poteſt, culpa librarii hoc commiſſum eſſe, cum duobus locis nulla uarietate eadem uerba ſcripta ſint: nam quomodo locus ille de Diuinatione ſimilis priſtinæ huius loci lectioni dici poſſit cogitent doctiores.

HVBER. HAEC. quæ de me poſſunt, aut dici, aut putari. λεληθότως, id eſt latenter. Obduxit.ſuperimpoſuit. Callum.quandam duriciem,ut nihil faſtidiam:eſt tanſlatio ſumpta à corpore, quod exercitatione crebra callum, id eſt duriciem carnis facit. Tantiſper. tandiu. Efferueſcit.refrigeratur.ceſſat. Gratulatio.Cæ Confectum.finitum. Qui.qualis. Quo cō.du.id eſt quod coniectura aſſequar futurum eſſe. Rumor.fama, quæ eſt de iis, qui ſecuti ſunt hoc bellum. Raucus. defeſſus:nam ex aſſiduo clamore rauci efficimur: dicit ergo,niſi cum ipſe rumor iam defecerit. Hinc.Roma.

Tantiſper
Efferueſcit
Raucus

HVBER. IN illa loca.id eſt Baias. Quam na.quia Baiæ erant in littore loca amœna propter mare, & balnea, quibus abundat, dicit ergo Ci. erit honeſtius ueniſſe illuc cauſa deflendæ miſeriæ reipub. quàm cauſa uoluptatis. Tu me. ſcilicet iudicas, uel noſti. Modo ſtet no.dummodo conſtet,& permaneat nobis hoc firmū. Modo ca.id eſt tantummodo capiebamus delectationem cum res erant proſperiores, ut ſupa ad Oppium Balbum. Sed unum eſt perfugium doctrina, ac literæ, quibus ſemper uſi fuimus quæ in ſecundis rebus delectationem modo habere uidebātur, nunc uero etiam ſalutem. Non modo,ut ar.non modo,ut conſiliarios in rep.ſed tranſlatione uſus eſt. Architecti.n.dicuntur qui fabricandi artem habent. Fabri uero, qui ipſi ma-

Architecti
Fabri

Hæc ego ſuſpicans adhuc Romæ maneo: & tamen λεληθότως conſuetudo diuturna callum iam obduxit ſtomacho meo. Habes rationem mei conſilii. Tibi igitur hoc cenſeo, latendum tantiſper ibidem dum efferueſcit hæc gratulatio, & ſimul dum audiamus quemadmodum negotium cōfectum ſit. confectum enim eſſe exiſtimo. Magni autē intererit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum:quanquam quo me ducat coniectura, habeo: ſed expecto tamen. Te vero nolo,niſi ipſe rumor iam raucus erit fact⁹,ad Baias venire. Erit enim nobis honeſtius etiam,cum hinc diſceſſerimus, videri veniſſe in illa loca ploratum potius quàm natatum. Sed hæc tu melius. Modo ſtet nobis illud, vna viuere in ſtudiis noſtris, à quibus antea delectationē modo petebamus,nunc vero etiam ſalutē. Non deeſſe,ſiquis adhibere volet non modo vt architectos,verum etiam vt fabros ad ædifi-

candam

candam rempub.& potius libenter accurrere. Si nemo vtetur opera, tamen & ſcribere & legere πολιτείας:& ſi minus incuria atque in foro,at in literis & libris, vt doctiſſimi veteres fecerunt, *nauare reipu. & de moribus ac legibus quærere. Mihi hæc videntur. Tu quid ſis acturus,& quid tibi placeat,ꝑgratū erit ſi ad me ſcripſeris. Vale.

nu aliquid faciunt in ædificiis, alteri igitur ingenio,alteri opera ualent. Vtetur opera.ſ.noſtra. Politias.ciuilitates,nam πόλις ciuitatem ſignificat. Si mi.in cu.in genere deliberatiuo. Atq; in fo.i.forenſibus cauſis, & in genere iudiciali. At certe.ſaltē. Nauare. diligēter agere,& tractare remp. Hæc uidentur mihi.ſ.facienda. At

ASCEN. EGO ſuſpicans hæc.ſ.de me ſuſpicanda,maneo adhuc Romæ & tamē cōſuetudo diuturna obduxit.i.opprimendo impoſuit,λεληθότως.i.latenter, iam ſtomacho meo callum.i.partem induratam ex frequentia malorum. Tu habes rationem conſilii mei. Igitur ſup. ſcribo, aut conſulo tibi hæc, alii dicunt, cenſeo tibi hoc cenſeo.i.iudico, latendum ſup. eſſe tibi tantiſper ibidem.ſ.ubi es,tantiſper.i.tandiu dum.i.donec,hæc gratulatio.ſ.quæ fit Cæſari.& Cæſarianis de uictoria,efferueſcit.i.feruenter fit aut donec feruorē amittit & refrigeratur.& dum.i.donec, audiamus quemadmodū, id eſt qualiter negocium ſit, confectum.i.abſolutum, exiſtimo enim eſſe confectum. Aut.i.ſed,intererit magni.i.multum referet, qui.i.qualis, fuerit animus uictoris.ſ.Cæſa. qui.i.qualis,exitus rerum.ſ.bellicarum, quanquam habeo, quo coniectura ducat me.i.ꝙ per

Ex.ii.Epiſtola.Caninius idem tuus.
Caninius idem tuus, & idem noſter, cum ad me heri ueſperi ueniſſet,& ſe poſtridie mane ad te iturum eſſe dixiſſet,dixi ei mandaturum aliquid literarum mane, & ut peteret,rogaui,conſcripſi epiſtolā in ortu. Quæres fortaſſe,cur cum hæc in urbe ſint,non abſim,quēadmodū tu abes. Hic aut metuit,& ea refugit. Hæc ego ſuſpicans adhuc Romæ maneo,& tamen λεληθότως. Conſuetudo diurna calumniam obduxit ſtomacho meo.

coniecturam de exitu iudicem,ſed tamen.i.attamen,expecto.ſ.exitum rerum. Vero pro ſed,nolo te uenire ad Baias.i.locum illum amœniſſimum,unde Satyricus,Ianua Baiarum,& gratum littus amœni Seceſſus &c.niſi ipſe rumor.ſ.de uictoria,erit iam factus raucus.i.defeſſus,multo clamore,ita ut non amplius diuulgetur. Enim.id eſt quia,honeſtius erit nobis,cum deceſſerimus hinc.i.ab urbe, uideri ueniſſe in illa loca.ſ.amœna, potius ploratum.ſ.calamitatem reipu.quàm natatum.i.balneatum. Sed tu melius ſup.conſiderabis,aut iudicabis hæc. Iſta ſunt penſanda nobis,modo.i.in hoc rerum ſtatu, Illud.i.firmum ſit propoſitum,& ſtet,placeat, ac conſtitutum ſit,nos uiuere una.i.pariter,in ſtudiis noſtris,à quibus.ſ.ſtudiis nos petebamus,aut ut plures habēt, capiebamus antea.ſ.dum reſpub.floreret, & nos in ea delectationem, & modo.i.pauloante ſolatium.ſ.malorum. Vero pro ſed,à quibus nos arbitramur etiam nunc ſalutem non deeſſe.. Si quis uolet adhibere.ſ.literatos,non modo.i.non ſolū ut Architectos.i.magiſtros ædificiorū,& principes in ædificando,uerumetiā, ut fabros.i.operarios,ad remp.ædificandā,poterimus,&.i.etiam,nos accurrere libenter. Sin.i.ſed ſi,nemo utetur opera.ſ.noſtra,tamen ſup.poterimus & legere,& ſcribere politias.i.gubernationes ciuitatum,& ſi minus.i.non poterimus id facere in curia.i.coram ſenatu,atque in foro.i.coram iudicibus,at.i.ſaltem,poterimus in literis,& libris, ut ueteres doctiſſimi.ſ.Plato,Ariſto.& alii philoſophi fecerunt, nauare.i.dare operam reipub. & quærere.i.diſquirere,& diſputare de moribus,ac legibus. Hæc uidentur mihi.ſcilicet uerisimilia,aut facienda. Pergratum erit ſi tu perſcripſeris ad me quid ſis acturus,& quid placeat tibi. Vale.

NAVARE Reipub. Priſcam huius loci ſcripturam iam pridem notam fecimus, & quid turbatum in ea eſſet docuimus,ac pene inuiti ac coacti:tamen quandam ſuſpicionē noſtram expoſuimus,cui nihil nunc addimus,niſi quod locus eſt in proœmio ſecundi libri de Diuinatione, qui huic ſimilem, uel eandem potius ſententiam habet:illum igitur adſcribam,uidetur autem mirifice hanc ſententiam adiuuare. In libris enim ſententiam dicebamus,concionabamur, philoſophiam nobis pro reipub. procuratione ſubſtitutam putabamus. In communi lectione manifeſtum uitium,quomodo enim recte nauare reipub. dictum eſſe poſſit,niſi intelligatur opus,aut ſtudium,nō uideo:hoc autē nimis durū. *P.V.C.

Cicero Varroni S. D.

*ET ſi quid ſcriberem non habebam, tamen Caninio ad te eunti non potui nihil dare. Quid ergo potiſſimum ſcribam? quod velle te puto, citò me ad te eſſe venturum. Et ſi vide quæſo, ſatiſne rectū ſit, nos hoc tanto incendio ciuitatis in iſtis locis eſſe. Dabimus ſermonem iis,qui neſciunt,nobis,quocunque in loco ſimus, eundem cultum, eundem victum eſſe. Quid refert?

HVBER. ET ſi. Pollicetur Ci. ſe celeriter uenturum ad Var. oſtendit tamen ſibi non placere, ut ſint in his locis,ubi tunc erat Var. & adducit huius ſuæ ſententiæ rationes poſtremò oſtendit ſe capere magnū fructū ex ſtudiis literarum. Quid igitur.interrogatiuè. Potiſſimum. præcipuè. Quod puto te uelle.i. deſyderare, ſcilicet ſcribam. Cito. hoc eſt, quod putat eum uelle. Incendio,ut diximus ſæpius, comparat miſerias ciuitatis,aut tempeſtatibus,aut incendio. Dabimus ſer. dabimus cauſam loquendi de nobis. Cultū,obſeruationem uitę. Quid refert,quid intereſt,quid hoc ꝓdeſt, quod idem ſit nobis cultus,& uictus ubicunq; ſimus.

ASCEN. ET ſi pollicetur ſe celeriter uenturū ad Var. ſignificat tamen locum ubi tunc erat Var. ſibi diſplicere, & demum dicit ſe magnum fructum ex literis capere. Ordo eſt Et ſi,id eſt quanquam,non habebam,quid ſcriberem, tamen non potui nihil, ſcilicet literarum dare amico eunti ad te. Quid ergo ſcribam potiſſimum? Scribam ſup. id quod puto uelle,uidelicet me uenturum eſſe cito. Etſi.i.tametſi,quæſo uide.i.conſidera,ne.i.an ſit rectum.i. non erroneum,nos eſſe in iſtis locis.ſ.tam notis,aut delitioſis tanto incendio.i.ardore irarum,& perſecutionū ciuitatis.ſ.Romanæ. Nos dabimus ſermonem.i.occaſionem de nobis loquendi,iis,qui neſciunt eundem cultum,& eundem uictum eſſe nobis in quocunque loco ſumus,hoc eſt philoſophiæ uacare, & putabunt nos contra ſe conſilia agere. Quid refert ſup.inquies,quid de te loquantur homines, dummodo tu bonus ſis, tamen

 id eſt ni-

Universidad de Deusto Biblioteca

id est nihilóminus,incidemus in sermonem,quem bonum esset deuitare, quia cura habenda est de nomine bono, & ideo liceat etiam nostra afferre. diuus pater Augustinus dicit bonam uitam nostram nobis esse necessariam bonam famam nostram próximo. Est tamen etiam aliena expositio sic. Quid refert.s.an unà simus necne.

*P.V.C. ET si quid scriberem non habebam,tamen Caninio ad te eunti. Ita olim emendáuimus,& authoritate ueterum códicum moti, qui huius lectiónis non parua uestigia retinent, & elegantióre hoc sermóne delectati. Medicæus igitur liber,ut álios taceam, tamen ánimo ad te eunti. Quod si primam literam huius nóminis illi uoci addas,& ex penúltima duas fácias,qui error procliuis est:prorsus CANINIO effeceris.Quòd si cui audax meum incœptum uidetur,cogitet eundem librárium eodem pacto non multo post in eodem nómine scribendo peccasse:ubi enim in impressis ómnibus Canínius légitur, sed plus fácio, quàm Canínius mandáuit.in Médicæo, ANIMVS MANDAVIT. Quemadmodum olim feci de hac ténui animaduersióne,nunc uerbum non fecissem,nisi Manutii uulgárem lectiónem meæ,non insipienter excogitátæ præposuissent.

HVBER. TAMEN incidémus in ser.id est nihilóminus loquentur de nobis. Laborandum.curandum. Voluten- tur.uersentur,sed uolutari proprie dícimur in sordibus,& rebus túrpibus.Inde uolutabra dicuntur loca, ubi sues uolutantur. Nobiscum per nos solos. Aut in nos inter te, & me. Inscítia . ignorántia. Barbarórum.inuidórum nostrórum,qui indocti sunt,& quasi Bárbari. Quæ sunt mi. quæ non possent esse miseriora. Artes nostræ . liberáles. Nescio quomodo . quasi dicat occulta quadam ratióne. Vberi.maióres, fertilióres. Siue.ponit ratiónes quare fertilióres fructus afferãt artes suæ,quàm ante. Gráuitas mor. per quam intélligit máximam misériam , & calamitátem ciuitatis. Cuius.medicínæ. Vim.uirtútem, potestãtẽ,quia non fácile appáret in sano,quid possit medicína. Hæc præcepta.philosóphica. Cuius domi nascuntur. apud quem abundant, & qui aliis dare consueuisti. γλαῦκας. noctuas, εἰς in ἀθήνας. Athenas,prouerbium erat,quoniã Attica regio abundat nóctuis,ídeò prouerbiáliter dixit,porto nóctuas athenas, quasi dicat aquã mari addo,qui tibi hæc dico,quę melius me nosti. Scílicet.certè. Nihil.scilicet fuit scribendum ad te. Sic. ut rescribens aliquid me expectes.

Volutari
Volutabra

tamen in sermónem incidémus. Valdè id credo : laborandum est, ne cùm omnes in omni génere & scélerum, & flagitiórum uolutentur, nostra nobiscum, aut inter nos cessátio vituperétur . Ego vero neglectã barbarórum inscítiã te pérsequar.quanuis enim sint hæc mísera, quæ sũt miserrima: tamen artes nostræ(néscio)quo modo nũc vberióres fructus ferre uidentur, quàm olim ferebãt : siue quia nulla nunc in re ália acquiéscimus, siue quòd gráuitas morbi facit vt medicínæ egeámus: eaq; nunc appáreat, cui⁹ vim nõ sentiebam⁹ cũ valebam⁹. Sed quid ego nunc hæc ad te, cuius domi nascuntur γλαῦκας εἰς ἀθήνας? nihil scílicet, nisi vt rescriberes áliquid, me expectáres. sic igitur fácies. Vale.

ASCEN. TAMEN. i.nihilóminus, incidémus in sermónem, scílicet hóminum de nobis. Ego credo,inquit Cic.id laborandum.i.annitendum , est nobis ualdè , ne cùm omnes.s.alii, uolutentur.i.frequenter inuoluántur,in omni génere,& scélerum,& flagitiórum, cessatio nostra uituperetur nobis, aut inter nos. Verò pro sed,ego pérsequar.i.donec te conuénero sequar te, inscítiã Barbarórum.i.ineptórum hóminum neglectã.i.contemptã. Enim.i.quia , quamuis hæc quæ sunt misérrima , quia remp.pessundedérunt,sunt míseræ.i.nobis,tùm artes nostræ.s.liberáles, & philosóphicæ uidentur nunc néscio quómodò ferre fructus.i.utilitates uberióres,q̃ ferébant olim,siue quia nunc in nulla ália re quiéscimus , siue quòd gráuitas morbi facit,ut egeámus medicínæ,& ea.s.medicína,appáreat nunc,cuius uim.i.poténtiam,non sentiebámus,cum ualebámus,id est sani erámus. Sed quid.i.ad quid,ego sup. scribo hæc ad te,cuius domi.i.in cuius domo nascuntur. γλαῦκας εἰς ἀθήνας.i.an,ut feram, γλαῦκα.i.noctuam, εἰς.i.in athenas,ubi plurimæ sunt noctuę q.d.frustra labórem,sicut qui noctuã ínferat athenas, aut aquam in mare. Nihil.s.ad nullum cõmodum id fácio,nisi ut tu rescribens aliquid,expectáres me. Fácies igitur sic.i.me expectans áliquid rescribes Vale.

Cicero Varroni S. D.

Περὶ δυνατῶν me scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν. Quapropter si vetúrus es, scito necesse esse te venire. Sinautẽ non es, τῶν ἀδυνάτων est te venire. Nunc vide vtra te κρίσις magis delectet χρυσιππεία ne, an hæc quã noster Diodorus nõ cõcoquebat. Sed de his etiã rebus otiosi cùm érimus loquemur. hoc etiã κατὰ Χρύσιππον δυνατόν est. De Costio mihi gratũ est nã id etiã Attico mãdaram. Tu si minus ad nos, nos accurrémus ad te: si hortum in bibliotheca habes, déerit nihil. Vale.

HVBER. Περὶ δυνατῶν. Iocatur.Ci.cum Varro.de eius aduentu, indúcens duas sentẽtias de possibilitate,& necessitáte. περὶ de δυνατῶν possibilibus, κατὰ secundum, Διόδωρον Diodorum philosophum, κρίνειν iudicare.dicebat.n.Diodórus,q̃ quicquid erat uentúrum,necesse erat.i.non póterat áliter esse.Chrysippus uero dicebat nõ esse necesse,quod esset uentúrũ,licet esset possíbile.Sin autẽ.s.nõ esset uentúrus. Nõ est τῶν δυνάτων.i.nõ est possibiliũ.s.te uenire. Chrysíppias.senténtias Chrysippi Nõ cõ.i.nõ admittebat,tractũ à stómacho,quia nõ cõcoquit,hoc est nõ dígerit ea,quæ aspernantr̃. κατὰ Χρύσιππον ἀδύνατον secũdũ Chrysippũ impossíbile. De Costi.qđ egisti. Si minus.si nõ. Ad nos. subaudi accurre. Hortum.delectatiónẽ,amœnitatem.

ASCEN. Περὶ &c. Iocosè ad Var. scribit de eius aduẽtu, inducẽs sentẽtias de futuris cõtingẽtibus, ut cum órdine apériã.Ordo aũt est.Scito me κρίνειν crinin.i.iudicare, περὶ peri.i.de, δυνατῶν.i.possibilib⁹ aut cõtingẽtibus, κατὰ, cata.i.scđm Διόδωρον Diodorũ,q dicit quicqd uentúrũ est necesse esse euenire. Quapropter si es uen.scito necesse esse te uenire. Sinautẽ.i.sed si,nõ.s.es uetúrus,est τῶν δυνάτων.i.cõtingentiũ te uenire Nũc ui.i.cõsídera utra crisis.i.iudicátio,& sñia delectet magis te,an hæc.s.postérior,qua etiam non sit uentúrus contra

contra gentium,esset te uenire chrysíppias,id est à Chrysippo édita. Est autem Chrysíppias forma patronýmici fœminini pro nómine possessiuo pósiti,quasi sit Chrysíppea,aut chrysíppica,an,scilicet prior, quam Diodórus noster,id est præceptor in philosóphia, non concoquébat, id est non satis digerébat, & ad uerum enucleabat. Sed nos loquémur etiam de his rebus,cùm érimus ociósi. Hoc. id est nos locutúros esse de his rebus est etiam κατὰ Χρύσιππον δυνατῶν,id est secundum Chrysippum ἀδυνάτων,id est contingens,ut dicunt ad utrũlibet,sup. quod scripsisti te fecisse de Cóstio,ut opinor.i.unguento ex Costio,est mihi gratum,nam ego mandáram etiam id Attico,scilicet ut emat,aut trãsigat si de negócio cum ostio transigendo lóquitur. Si tu mi.id est non sup.accurres ad nos,nos accurrémus ad te. Si habes hortum.id est locum amœnum,aut deambulatórium,in bibliotheca,id est loco bibliothécæ uicino,nihil déerit,scilicet ad uoluptátem. Vale.

M.T.C. Varroni S. D.

MIhi verò ad Non. benè matúrũ vidétur fore , neque solùm propter reipub. sed étiam propter anni tempus. Quare istum diẽ probo: itaque eundem ipse sequar. *consilii nostri, nisi eos quidem, qui id sequúti non sunt, pœnitéret , nobis pœnitendum putárem . Sequúti enim sumus non spem sed offíciũ: relíquimus autem non offícium, sed desperatiónem. Ita verecundióres fúimus, quàm qui se domo non commouérunt: sanióres, quàm qui amissis ópibus domum non reuertérunt, Sed nihil minus fero , quàm seueritátem otiosórum : & quoquo modo se res habéret, magis illos véreor, qui in bello occidérunt, quàm hos curo, quibus non satis fácimus, quia viuimus. Mihi si spátium fúerit in Tusculánum ante Nonas veniendi, istic te vidébo: sin minus, pérsequar in Cumánum, & antè te certiórem faciam, vt lauátio paráta sit. Vale.

HVBER. MIHI uerò. Constitúerat Var. cum Ci. se uentúrum ad nonas mensis , quem non nóminat.Itaque Cice.probat eum diem, deinde excúsat Cice. factum utriusque. quod secúti essent Pompe.partes,& mortuo Pomp.depósuissent arma. Verò.expletiua partícula,quæ ad ornatum tantùm pónitur. Bene ma. benè in témpore tempestiuum, nam ut álio loco ex autoritáte.Au.G. díximus, matúrum dícitur, quod nec tárdius,nec cítius fit,quàm debet. Tempus an. intellígimus enim fuisse satis cómmodum ad ueniendum. Probo.affirmo,laudo. Eundem.diem nonárum. Nisi non pœ.i.nisi non reprehénderet ab his,qui non sunt secúti illud , quia etiam qui non fácerent , quod nos, dicunt tamen nos non malè fecisse. Non spem uictóriæ aut prædæ. Sed offícium.quo cogebámur defendere pátriam , si boni ciues esse uolebámus. Relínquimus . cum discéssimus ab armis. Desperatiónem. defendendæ pátriæ,unde illud Virgi. Sat pátriæ Príamóque datum . ut honéstus uideátur discessus amissa spe subueniendi pátriæ. Verecundióres.modestióres, quia púduit nos sequi officium pátriæ. Sanióres . sapientióres. Non re. do. sed contulérunt se ad Catónem,& Iubam,& bellum renouáre conáti sunt. Nihil mi.fero,id est nihil est mihi moléstius . Sæueritátem. derisiuè dixit. Ociosórum. horum qui nihil habent, quod curent,qui de nobis loquuntur , cauendum ne legátur occisórum. Occidérunt.periérunt. Quibus non sa.quia uíuimus, id est,qui non possunt benè sentire de nobis,quia uíuimus amissa repub. Istic.in Tusculáno. Lauátio . balneum , est autem formátum ab antiquo partícipio lauátus lauáti. Vale.

Vero
Maturum

ASCEN. MIHI ue.&c. Constitúerat Var. Cice.conueníre ad nonas cuiúsdam mensis,quem non nóminat, unde respondet se diem illum probare. Deinde purgat factum utriusque , quòd secúti essent Pompeiánas partes , & quòd eo occiso arma deseruíssent,in quibus non erat salus. Ordo est. Vero.i. pro certò,quicquid tibi uidetur , uidétur mihi benè, id est multum matúrum,id est tempestíuum,neque cítius,neque sérius sup.te uenire ad nonas, scílicet mensis per Varrónem significati,neque solùm, sup. uidétur, id propter tempus, id est oportunitátem reipub. sed etiam propter tempus anni quare.i.quamobrẽ, ego probo.i.ápprobo istum diem, itáq;.i.& ita, ego sequar eũdem.s.diem Nonárum. Ego putárã pœnitendum esse.i.pœnitúdinẽ habendã esse nobis,consilii nostri,nisi nõ Pœnitéret eos,qui nõ sunt secúti id,quia etiã illi,qui sequi noluérunt,uel ausi non sunt,dicunt sequendũ fuisse. Nos.n.secúti sumus non spem,quia maior spes erat de uictória Cæsaris,sed offíciũ.s.débitum reip. Autem id est sed, nos relíquim⁹ nõ offíciũ, quia nemo ultra q̃ potest tenet,sed desperatiónẽ,qua álii última audébãt. Itáque nos fúimus uerecundióres.s.erga remp.q̃ qui nõ cõmouérunt se domo.i.ab urbe, & fúimus sanióres.i. prudentióres,quã qui non reuertérũt domũ ópibus.i.facultátibus belli amissis. Sed nihil fero minus.s.patienter,q̃ seueritátẽ ociosórũ.i.qui nihil egérũt,& tamẽ álios taxant, & quoquo.i.quocunq; modo, res habérẽt se, ego magis uéreor tanq̃ iustióres cẽsóres,illos,q occidérunt in bello,q̃ curo hos,qbus nõ satis fácimus,qa uíuimus. Si spátiũ fúerit mihi ueniẽdi in Tusculanũ ante Nonas,uidébo te istic,si minùs.i.si nõ,pérsequar te in Cumanum,& fáciam certiórem anteà ut lauátio sit paráta.Et ita de Cóstio unguento locútus uidétur. Vale.

Ex.v.Epistola.Mihi uero.

Sed nihil minus fero , quàm si ueritátem ocio solum,& quoquo modo res haberétur.

*P.V.C. CONSILII nostri. Hierónymi Ferrarii,magni ingenii,ac multárum literárum iuuenis,animaduersiónẽ laudo eiúsque senténtiam,& ut amici hóminis,& ueritátis defensóris libentèr sequor , sane in Medicæo ita legitur, Consilii nostri , nisi eos,qui id secúti non sunt non pœniteret n. p. p. Quare minus à uétere lectióne discédit,qui eam,quam Hierónymus excogitáuit,lectiónem séquitur, quam qui uulgátam lectiónem retinere uellet:ex illa enim & non tollendum esset quod fécerant, & fortasse etiam plura : nam illud quidem non parum mihi quoque ipsam turbáre uidétur,in noua ígitur (nouam appello,quæ nuper exorta est) & elegantior sensus est,& plura priscæ scriptúræ uestígia.

HVBER. CANINIVS. Diuérterat Var. in Tuſculânum ubi cum ágeret, míſerat ad Cice. per Canínium amícum communẽ, ut áliquid ad ſe ſcríberet, quod putáret ei, eum ſcire oportére. Quamobrẽ ſcribit Cice. aduentum Cæſa. ex Gállia expectári, ſed dicit non placére quibuſdam eius amícis, ut in Alſienſem agrum, ſicut ille conſtituérat, ueníret, deinde dicit quare utátur familiariter Cæſarianis. Póſteà uero dicit, quod quamuis uiuat in perturbáta repub. tamen æquius fert, quia paráuit ſe ad omnem ſtatum uitæ, laudátque conſilium Var. qui in Tuſcula. daret ópera literis, non autem uoluptátibus, ſicut quidam ociósi, cuius uitæ dicit ſe eſſe cupidíſsimum. Admónuit. in memóriam adduxit.

HVBER. Alſia ALSIENSE. abſolute dixit pro in Alſienſem agrũ, uel in Alſienſe ſolum, ſicut ſuprà. tantùm ex Arpináti uéneram, ſcílicet agro, eſt autem Alſia nomen loci in Itália. Ne fáceret id. id eſt ueníret in Alſienſe. In ex. eſſe ad, ſcílicèt ſcripſérunt, id eſt quod eius aduentus ſpectátur Romæ. Quod intereſſet. utrùm ueníret in Alſienſe, an Romam. Amantes tui. id eſt qui te dílígunt. Hoc. ſcílicèt ſcriptum eſſe ad Cæſa. ne in Alſienſe uéniat. Vel potiùs utrique. correctio, quia díxerat tibi, ídeo ſubdit, uel potiùs utríſque, ſcílicèt tibi, & mihi. Ille. Cæ. Oſtentáui. iactáui, dixi. Iſtis. Cæſarianis. Quod. quam rem, ſcílicet eſſe familiárem iſtis. Non eſt. ratio quare líceat ei eſſe familiárem Cæſariánis, quia illud eſt ferre, quod eſt ferendũ, & probáre, quod non eſt probandum, quia álterum uiri ſapientis & fortis, álterum non boni ciuis. Dicit ergo Ci. nõ eſt idem & cætera. quia licèt ferat, quod eſt ferendum, non tamen probat, quod non eſt probandũ. Quid nõ probem. quia díxerat, quod licèt ferat, quod ferẽdum eſt, tamen non probat ſi quid non eſt probandum, ne nideátur aliquid fieri, quod non ſit probandum, dicit quid non probem, id eſt quid eſt quod non débeam probáre. Quid enim ſcio. ſcílicet de rebus Cæſariánis. Hæc inítia. potuimus enim non íngredi bellum. Nam tu áberas. Roma, & eſt parentheſis. Noſtros. Pompeianos. Hunc. Cæſarem.

ASCEN. CANINIVS. Admónitus per Canínium Cice. à Varrône, qui in Tuſculâno erat, deſyderáre ſiquid noui acceperit, uelle certiórẽ fieri, ſcribit aduentum Cæſaris ex belli reliquiis expectári, docétq; ut Cæſariánis utátur, & quòd in re turbáta conſolatiónem cápiat, ex eo, quòd ſe ad omnem ſtatum præparáuerat, laudátque Varrónẽ, quòd ocio ſe dediderit. Ordo eſt. Caninius noſter admonuit me uerbis, id eſt ex mandátis tuis, ut ſcríberem ad te, ſiquid eſſet, quod putárem oportére te ſcire. Igitur, hoc eſt ut áliquid eiuſmodi ſcribam, aduentus Cæſaris eſt in expectatióne, ſcílicèt multórum, neque tu ignoras id. Sed tamen cum ille. ſcílicèt Cæſar, ſcripſiſſet, ut opínor, ſe uentúrum in Alſienſe, ſcílicèt ſoid, hoc eſt ne diuérteret ſe ad Alſienſem agrum, ſcripſérunt enim aut díxerunt, aduentum eius eſſe in expectatione, & multos fore moleſtos ei, & ipſum fore moleſtum, ſup. multis, & ſcripſérunt eum poſſe exíre commodíus in Pontínum, ſcílicet agrum, unde non placet, quod Huber. dicit ex Gállia expectári Cæſarem. Ego non intelligébam, quid intereſſet, ſcílicet in Alſienſem agrum, an in Pontínum exíret, ſcílicet è naui. Sed tamẽ Hírtius dixit mihi, & dixit ſe ſcripſiſſe ad eum, hoc eſt ad Cæſarem, & Balbum, & Oppium, qui cum Cæſare erant, ut fáceret ita, Balbum inquam, & Oppium hómines, ut cognóui. Amantes tui. id eſt qui te amant. Ego uólui te noſſe hoc iccirco, ut ſcires ubi parares tibi hoſpítium, ſcílicèt procul à Cæſaris itínere, uel potiùs, ſup. ut parares hoſpítium utrique, ſcílicet noſtrum. Incertum enim eſt, quid ille ſit factúrus, & ſimul oſtentáui me eſſe familiárem iſtis, ſcílicet Cæſariánis, & intereſſe cõſíliis eórum. Quod. ſcílicet eſſe illis familiárem, nihil uídeo, cur nolim. Non enim idem eſt ferre, ideſt tolerare, & pati, ſiquid eſt ferendum. i. neceſſe ut feratur & probare. i. approbare, ſi quid. i. aliquid nõ eſt probandũ. Etſi. i. tametſi, quid non probem. i. quid eſt, quod dícere poſsim me non probare. q. d. neſcio. Enim. id eſt quia, quid ſcio iam præter inítia rerum, quaſi dicat nihil, & de initiis nihil eſt, quod rectè damnáre poſsit in Cæſare. Nam hæc. ſcílicet initia, fuérunt in uoluntáte, id eſt líbera electióne. Vidi enim. nam tu áberas, quaſi dicat dixiſſem nos uidiſſe, ſed non dico te uidiſſe quia áberas. amicos noſtros, ſcílicet Pompeiános cúpere bellum. Autem. id eſt ſed, hunc, Cæſarem, non tam, id eſt intantùm, cúpere, ſcílicet Bellum, quàm non timére, ſi neceſſe eſſet gérere.

P.V.C. OSTIAE uideri cõmodius. Ita olim ex uetuſtis libris ſcripſimus: Medicæus certe OPTIAE habet: quare mendum omnino in unlgata, & Communi lectione eſſe arbitrámur, cum tantópere à uétere diſſéntiat. Qui noſtram non probat, ipſe meliorem ex antiquis ueſtígiis éruat.

Ergo hæc

Cicero Varroni S. D. Epiſt. 6.

CAninius noſter me tuis verbis admónuit, vt ſcríberem ad te, ſiquid eſſet quod putárem te ſcire oportére. Eſt igitur aduentus Cæſaris in expectatióne, neque tu id ignóras. Sed tamen cum ille ſcripſiſſet, vt opínor, ſe in Alſienſe ventúrum: ſcripſérunt ad eum ſui, ne id fáceret, multos ei moleſtos fore, ipſumq; multis *Oſtiæ vidéri commodius eum exíre poſſe. Id ego non intelligébam, quid intereſſet. Sed tamẽ Hírtius mihi dixit, & ſe ad eum, & Balbum, & Oppium ſcripſiſſe vt ita fáceret, hómines (vt cognóui) amantes tui. Hoc ego iccirco noſſe te vólui, vt ſcires hoſpítium tibi vbi paráres, vel potíus vtrobíq; quid enim ille factúrus ſit incertum eſt. & ſimul oſtentáui tibi me iſtis eſſe familiárem, & conſíliis eórum intereſſe. Quod ego cur nolim, nihil vídeo. Nõ enim eſt idẽ ferre, ſiquid ferendũ eſt: & probáre, ſiquid non probandum eſt. etſi quid nõ probem? Quid enim iam ſcio præter inítia rerum? Nam hæc in voluntáte fuérunt. Vidi enim (nam tu áberas) noſtros amícos cúpere bellum: hunc autem non tam cúpere, quàm non timére.

in memóriam adduxit.

Ergo hæc conſilii fuerunt: réliqua neceſſaria. Víncere autem aut hos, aut illos neceſſe eſſe. Scio te ſemper mecum in luctu fuiſſe, cum viderémus, quàm illud ingens malum alteriuſutrius exércitus ex ducũ interitu: Tum vero extremum malorum omnũ eſſe ciuilis belli victoriam: quamquidem ego etiam illorum timébam, ad quos veneràmus. Crudeliter enim ociosis minabantur: eratq; iis & tua inuiſa voluntas, & mea oratio. Nunc vero ſi eſſent noſtri potiti, valde intemperantes fuiſſent. erant enim nobis perirati, quaſi quicquã de noſtra ſalute decreuiſſemus, quod non idẽ illis censuiſſemus: aut quaſi vtilius reip. fuerit, eos etiam ad beſtiarum auxilium confugere, q̃ vel emori, vel cum ſpe, ſi nõ optima, at aliqua tamen viuere. At in perturbata rep. viuimus: quis negat? ſed hoc viderint ii, qui nulla ſibi ſubſidia ad omneis vitæ ſtatus parauerunt. huc enim vt venirem, ſuperior longius, quàm volui, fluxit oratio. Cum enim te ſemper magnum hominem duxi, tũ quod his tẽpeſtatibus es prope ſolus in portu, fructuſq; doctrinæ percipis eos, qui maximi ſunt, aut ea conſyderes, eaque tractes, quorum & vſus, & delectatio eſt omnibus iſtorum & actis, & voluptatibus anteponenda. Equidem hos tuos Tuſculanenſeis dies inſtar eſſe vitæ puto: libenterque omnibus omneis opes conceſſerim, vt mihi liceat, vi nulla interpellante, iſto modo viuere. Quod nos quoq; imitamur vt poſſumus, & in noſtris ſtudiis libentiſſime cõquieſcimus. QVIS ENIM hoc nõ deberit nobis, vt cum opera noſtra patria ſiue non poſsit vti, ſiue nolit, ad eam vitam reuertamur, quam multi docti homines, fortaſſe non recte, ſed tamen multi, etiam rei pub. præponendam putauerunt? Quæ igitur ſtudia magnorum hominum ſententia vacationem habent, eandẽ publici muneris, iis concedente rep. cur non abutamur? Sed plus facio, q̃ Caninius mandauit. Is. n. ſi quid ego ſcirẽ, rogarat, qd̃ tu neſcires. ego tibi ea narro quæ tu melius ſcis q̃ ipſe q̃ narro. faciá ergo illud qd̃ rogatus ſum, vt eorum, quæ temporis huius ſint, quæ tua eſſe audiero, ne quid ignores. Vale.

IOHAE C. initia. Conſilii. deliberationis, quia potuimus deſyderare facienda, an non facienda eſſent. Reliqua, quæ poſtea ſunt cõſecuta. Neceſſaria, quia poſt quàm ingreſsi ſumus, neceſſe fuit ſequi. Aut hos, aut illos, aut Pompeianos, aut Cæſarianos. Interitum. amiſſionem. Alterutrius. Cæſa. & Pompe. Illorum. ſcilicet uictoriam. Ociosis. qui non immiſerant ſe bello. Noſtri. Põpeiani. Eſſent potiti. id eſt obtinuiſſent uictoriam. Intemperantes. incontinentes in ipſa uictoria, & crudeles. Quod idem. ſcilicet quod eſſet decretum de noſtra ſalute. Non cen. il. non fuiſſet etiã decretum pro eis. Eos. qui Pompe. ſecuti fuerant. Beſtiarum. elephantorum propter Iubam Regem Africæ, qui elephantis in bello utebatur, ad quem mortuo Pompeio Pompeiani ſe contulerunt. Vel uiuere. i. uel quaſi utilius fuerit uiuere cum ſpe &c. Cum ſpe. quia ſaltem aliqua erat nobis propoſita ſpes. At. obiectio, quod ducam uitam in repub. perturbata, & oppreſſa. Sed hoc uiderit, ſcilicet quod repu. perturbata uiuát. Qui para. nul. ſup. i. qui non ita ſe inſtituerunt, ut tam aduerſa, quàm proſpera ferre poſſent, quod faciunt tantummodo ſapientes. Nam conſcientia rectorum conſiliorũ, & factorum, & ſtudium ac doctrina bonarum artium dicuntur ſubſidia, ideſt præparationes, & munitiones quædam contra res aduerſas. Hora. in carmini. Speret infeſtis, metus ſecundis Alteram ſortem bene præparatum Pectus. ſignificat ergo Cice. quod ſi uiuit quis turbata rep. habet tamen quomodo ernat hanc reipublic. perturbationem, ſicut ſæpe antea ſcripſit. Fluxit. deſcendit. Vt uenirem huc. ut tangerem hanc ſententiam. Magnum. excellẽtem, & dignum laude. In portu. in tranquillitate, in tuto, tractum à nauigantibus, qui portum habent ſalutis locum. Qui maſunt, quia ut ſupra uidimus in proſperis rebus afferunt tantummodo delectationem, in aduerſis autem etiam ſalutem γραμμάτων, excogitas intentus es. Vſus. utilitas. Iſtorũ. qui malũt ſequi bellũ. Dies tu. quos agis in Tuſculano. Inſtar uitæ. i. poſſe proprie uitam dici. Conceſſerim. pro concedam, ut omnes alii ſint diuites, dummodo poſsim ita uiuere, ſicut in ſtudiis literarum. Interpellãte. impediente, prohibente. Imitamur. ſequimur. Non dederit. non conceſſerit. Ad eam uitam. contemplatiuam, & quietam, quæ uertitur in ſtudiis literarum. Multi docti. Plato & alii Academici. Fortaſſe non recte. ut ipſe in. 1. officio. diſputat his uerbis. Itaque uidendum eſt, te non ſatis ſi id quod apud Platonem eſt in philoſophos dictũ, quod inueſtigatione uerſentur, quódq; ea quæ pleriq; uehementer expectant, de quibus inter ſe digladiare homines ſoleant contemnãt, & pro nihilo putent propterea iuſtos eſſe, nam cum alterũ iuſtitiæ genus aſſequuntur in inferẽda ne cui noceat iniuria, in alterum incidunt, dicẽdi enim ſtudio impediti, quos tueri debent, deſerũt. Itaq; ne ad remp. quidẽ acceſſuros putat niſi coactos, æquius autem erat id uoluntate fieri &c. Vacationem. ceſſationẽ, intermiſsionem. Eadem. puto melius legendum eſſe tandem, ut ſit ſenſus, cur nõ abutamur repub. cõcedente his ſtudiis, quæ ſtudia tandem habent uacationẽ publici muneris ſententia magnorum hominum. oſtendit enim Cic. in. 1. offici. ut diximus, fuiſſe ſententiam Platonis, ut liceret deſerere rempu. & tradere ſe ſtudiis literarum, & philoſophiæ. Muneris publici. i. adminiſtrationis reip. Abutamur. i. utamur præter conſuetudinem noſtram. Rogarat. ſ. ut ſcriberem. Tua. i. ad te pertinere. Vale. HVBER. Vacatio

IOERGO hæc. ſcilicet inítia fuerunt conſilii, id eſt deliberationis liberæ, réliqua, ſcilicet quæ ſecúta ſunt, ſup. fuerunt neceſſária. Autem. id eſt ſed ubi duo pugnant neceſſe eſt, aut hos, aut illos uíncere, aut applic.iiii. cemus no- ASCEN.

cêmus notis,aut hos,ſcilicet Pompeianos,aut illos,ſcilicet Cæſarianos. Scio te ſemper fuiſſe mecum in luctu,cum uideremus,quàm,id eſt quantũ,ingens,ſup. foret illud malum exercitus alterius ex interitu ducũ. Vero.i.ſed,nos uidimus.tum.i.præcipue,ſup.uidimus extremum.i. maximum omnium malorum eſſe uictoriam belli ciuilis,quam.ſ.uictoriam,ego quidem timebam etiam illorum.i.ſi cõtigiſſet illis ad quos ueneramus.ſ.Pompeianis. Ipſi enim minabantur crudeliter ocioſis.i. non gerentibus ſecum bella aduerſus Cæſarem.& tua uoluntas, & oratio mea.ſ.cohortãtis ad pacem,erat inuiſa iis.ſ.cupientibus bellum. Nunc uero ſi noſtri.i.Pompeiani,eſſent potiti.ſ.uictoria, aut imperio : ipſi fuiſſent ualde intemperantes.ſ.ultione facienda. Ipſi enim erant perirati nobis:quaſi decreuiſſemus quicquam de ſalute noſtra,quod nõ idem cenſuiſſemus.i.adiudicaſſemus illis.ſ.bella gerentibus, ut quaſi fuerit utilius reipub. eos confugere etiam ad auxilium beſtiarum.ſ. elephantorum regis iubæ,qui rex erat in Africa,aut etiam ſerpentũ Africæ, per quos Cato tranſiuit bellum in Cæſarianos geſturus,quam uel mori, uel uiuere cum ſpe, ſi non optima attamen aliqua.

☞Ex.6.Epiſtola.Caninius noſter me.

☞Scripſerunt ad eum ſui,ne id faceret, in expectatione eſſe eius aduentum , multos ei moleſtos fore , ipſumque multis?optime uideri commodius eum exire poſſe. Hoc ego idcirco noſſe te uolui,ut ſcires,hoſpitium tibi ubi parares,uel potius utar ubique, quid enim ille facturus ſit,incertum eſt,& ſimul oſtentaui tibi,me iſtis eſſe familiarem , & conſiliis eorum intereſſe. Quam quidem ego etiam illorũ timebam,ad quos ueneramus . Crudeliter enim ocioſis ii minabantur, eratque iis & tua inuiſa uoluntas , & mea oratio . Aut quaſi utilius reipub.fuerit,eos etiam ad beſtiarum auxilium confugere , quàm uelle mori. Vt poſsimus & in noſtris ſtudiis & in noſtris conſiliis libentiſsime cõquieſcimus. Sed plus facio, quàm animus mandauit. Iure enim is,ſi quid ego ſcirem,rogarat, quod tu neſcires. Faciam illud ergo quod rogatus ſum, ut eorũ, quæ temporis huius ſint, quæ tua intereſſe audiuero, ſcias,ne quid ignores,tu. Vale.

At.i.ſed,nos uiuimus.ſ.nunc ut illi dicunt,in repub.perturbata, quis negat, ſup. illud.q.d.nemo. Sed ii uiderint hæc.ſ.mala reipu.qui nulla.i.non ulla,non parauerunt,ſup.ſibi,ulla ſubſidia.i.ſubterfugia, aut ſubſtentacula,ad omnes caſus uitæ, hoc eſt qui in ſolo foro uitam tutari poterant. Oratio ſuperior fluxit.i.deducta eſt longius quàm uolui,ut uenirem huc.i.ad hoc dicendum. Cum enim ita ſit,quòd dixi.i.eſtimaui ſemper te hominem magnum,tum ſup.uerum eſt,quòd te duco magnum hominẽ his tempeſtatibus,ꝙ es prope.i.quaſi ſolus in portu,& percipis eos fructus doctrinæ,qui maximi ſunt ut cõſideres ea,& tractes ea. Quorum, & uſus, & delectatio eſt anteponenda omnibus , & actis , quòd uoluptatibus iſtorum.ſ.contemnendorũ, cum ſe beatos putant. Equidem.i.ego quidem,puto hos dies tuos Tuſculanenſes.i.quos in Tuſculano cum literis ducis, eſſe inſtar.i.ad ſtatum & æquiualentiam uitæ,& ego conceſſerim libenter omnibus.q.d.etiam inimicis , omnes opes.i.facultates meas,ut liceat mihi uiuere iſto modo.i.in ocio literario , nulla ui.i.uiolentia, interpellante.i. impediente,quod.i.quam rem, nos quoque imitamur, ut poſſumus, & conquieſcimus libenter in ſtudiis noſtris. Quis enim non dederit.i.permiſerit & conceſſerit nobis,hoc,ut cum patria ſiue non poſsit,ſiue nolit uti opera noſtra.ſ.in reipub.adminiſtratione,nos reuertamur ad eam uitam.ſ.philoſophicam,quam multi homines docti,ut Plato,& alii fortaſſe non recte.i.non decenter,ut diſputat in libris offi. Sed tamen multi putauerunt præponendam etiam reipub.i.adminiſtrationi eius.q.d.nullus iuſtus iudex non dederit,ſed omnes dederint. Igitur quæ ſtudia habent uacationem.i.ceſſationem,& intermiſsionem, ſententia.i.ſecundum ſententiã magnorum hominum.ſ.Platonis,& aliorum,cur non abutamur eadem.ſ.uacatione muneris publici,repũ. concedente iis.ſ.ſtudiis.ſ.uacationem,hoc eſt cum philoſophi plurimi dicant ab repu.ceſſandũ,interdum propter ueri inquiſitionem,quare non poſſimus ceſſare ab eadem,eadem concedente,cum nolit,aut nõ poſsit uti opera noſtra? Sed ego facio plus quàm Caninius mandauit. Is enim rogarat,ſup.ut ſcriberem ad te,ſi ego ſcirem, quid.i.aliquid.quod tu neſcires. Ego autem narro tibi ea quæ tu ſcis melius,quam ipſe.i.egomet, qui narro.ſ. ea. Faciam ergo illud,quo rogatus ſum,ut neqnid,id eſt non aliquid,non ignores aliquid eorum,quæ ſint huius temporis,id eſt tempeſtatis,quæ audiero tua,ſcilicet intereſſe. Vale.

HVBER. COENABAM. Scripſerat Cic.ad Varro.nondum eſſe tempus ueniendi ad eum, accuſaueratque eum,quod tanto tempore accelerãret.Itaq; nunc ſcribit id feciſſe,ut uidẽret, ſi interea aliquid ſalutis accidiſſet,ut puta per mortẽ, Cæ.de cuius aduentu ſcribit ſe ignorare per quæ loca ſit futurus. Vtrique.mihi & Seio. Maturum.tempeſtiuum.ſ.uenire. Calumniatus ſum. te accuſaui. Indicabo ma. meã. dicam qua cauſa & aſtutia id fecerim. Prope.nõ longè ab urbe. Si quid bo.ſalu. ſcilicet euenisset nobis.q.d.ſi interea dii uoluiſſent nobis prouidere per mortem Cæſ. σύντε δύ᾽ ἐρχομένω.i. duobus ſimul euntibus,& eſt thmeſis.συνερχομένω ſimul euntibus δύο duobus,eſt autem apud Home. ſenſus perfectus, quẽ Cice.abſciſſum protulit,quia loquebatur apud eum, qui optimè tenebat Home. ut ſi apud aliquem Virgi. familiarem dicam.Si qua fata ſinant, intelliget , quid precedet,& ſequatur ex.x.Iliados Home.ſunt autẽ uerba Vliſsis renuentis ire exploratum res Troianorũ,niſi habeat ſocium,& comitem,eſt autẽ dualis numerus & noĩatiuus ꝓ gtõ,ꝙ apud eos ponĩt eo loco quo nos ponim⁹ ablatiuũ abſolutè,uel in cõſequẽtia,uoluit ergo dicere Ci.ſimus ſimul,quia tutiores erimus duo ꝙ unus.Cõfecta ſunt oĩa.datus finis belli. Aequis amicis.ſ.Cæſarianis,& ſubaudi utamur,& tñ ironicè dicit.

N.T.C. Varroni S. D. Epist. 7.

COEnabam apud Seiũ, cùm vtriq; noſtrũ redditæ ſunt à te literæ . Mihi verò iam maturũ videtur.Nam quòd anteà te calumniatus ſum, indicabo malitiam meam. Volebam prope alicubi eſſe,ſi quid bonæ ſalutis σύντε δύ᾽ ἐρχομένω. nunc quum confecta ſunt omnia,dubitandũ nõ eſt *quin æquis viris . Nam vt audiui de Lu. Cæſare filio, mecum ipſe , Quid hic mihi faciet patri? Itaque nõ deſino apud iſtos qui nunc dominantur,cœnitare. Quid faciam?tempori ſeruiendum eſt. Sed ridicula miſſa,præſertim cum ſit nihil,quod rideamus, Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Itaque

Itaque nullum eſt ἀποπροηγμένον quod non verear . Sed quod quæris , quando,quà , quò, nihil ad huc ſcimus. Iſtuc ipſum de Baiis,nonnulli dubitant an per Sardiniam veniat. Illud enim adhuc prædium ſuum non inſpexit:nec vllum habet deterius , ſed tamen non contemnit. Ego omnino magis arbitror per Siciliam,vel iam ſciemus.aduentat enim.Dolabella.eum puto magiſtrum fore πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων. Sed tamen ſi ſciam quid tu conſtitueris , meum conſilium potiſsimum accommodabo ad tuum. quare expecto tuas literas. Vale.

De filio.L.Cæ.quomodò eum tractauerit Cæſ. Mecum ipſe.dixi uel cogitaui . Quid mi.fa.pa.uerba ſũt Simonis apud Terentium in andria; de filio familiariter flentis nomen Chryſidis, quæ nunc Cice.accõmodat propoſito ſuo quaſi dicat ſi tractauit ita L. Cæſaris filium. quid faceret mihi,quaſi dicat multo peius,eſt enim ſenſus hic contrarius Terentiano ſenſui. Cœnitare . frequenter cœnare , ut eos retineã mihi amicos . Iſtos.Cæſarianos. Quid faciam.q.d.neceſſe eſt ita facere quod declarat dicens. Seruiendum. obſequendum . Miſſa. fa.i.dimittamus.

Africa terribili.uerſus eſt Ennii. quem Cice.ponit ad probandum,quod nihil ſit ridendum,quia tumultus bellicus omnia perturbauerit . Nullum ἀποπροηγμένον,ita inueni ſcriptum multis codicibus,& declaratum eiectum,nam ῥοάγω præcedo ſignificat præcedor προάγομαι.inde ἀποπροηγμένον.i.nõ propoſitum. ergo reiectũ,reiecta eni à philoſophis dicũtur bona externa.Quod non uerear. quod non timeam. Quãdo ſcilicet ſit uenturus Cæſa. Quà.per quam regionem. Quò.ad quem locum. Illud prædium ſuum, Reiecta

hoc dicit Cice.quia Cæ. poſsidebat totam Sardiniam , ideo appellauit eam prædium Cæſ. Deterius.quia ſupra dixit Sardos eſſe peſſimos. Non contemnit.i.diligit . Per Siciliam uenturum. Vel etiam. Iam.i.mox, Iam ſtatim.Dolabella.qui erat ex intimis Cæſaris. Magiſtrum fore.qui inſtruat Cæſarem qua ſit uenturus. πολλοί, multi, μαθηταὶ diſcipuli,κρείσσονες meliores præſtantiores,διδασκάλων magiſtris. Quid conſtitueris. quid decreueris facere. Accommodabo, aptabo. Ad tuum conſilium.i.faciam,quod tu conſulueris. Vale.

ASCEN. COenabam & c. Dicit ſe non probaſſe properationẽ Varronis in urbem propter ſperatam necem Cæſaris,quem dicit uenturum,ſed neſcire quando. Ordo eſt. Ego cœnabam apud Seium , cum literæ redditæ ſunt à te.ſ.miſſæ, utrique noſtrum,hoc eſt,& Seio,& mihi. Verò pro ſed,aut certè , ſup. te uenire in urbem,uidetur mihi iam maturum.i.tempeſtiuum,nam ꝙ calumniatus ſum.i.iniuſtè arguerim te antea,indicabo maliciam meam. Ego uolebam eſſe alicubi prope,ſcilicet te,ſi quid bonæ ſalutis, ſupple contingere poſſit ſyntedyercómeno.i.duobus ſimul euntibus,aut dum duo ſimul eunt,ut apud Homerum inquit Vlyſſes,nunc quoniam omnia ſunt confecta.i.ſopita bella,non eſt dubitãdum quin ſcilicet aliquid bonæ ſalutis ſit uiris æquis .i.iuſtis,& integris quaſi dicat tibi & mihi,aut nõ eſt dubitandum quin oĩa ſint. Cõfecta uiris bonis,& integris.i.per bonos &c. Nã ut.i.poſtquàm.ego audiui de filio Lucii Cæſaris, ſcilicet quomodo benignè tractauerit aliquem ex hoſtibus,ipſe.i.egomet,ſup.aiebam mecum, quod Simo Terentianus in andria ait de Pamphilo ſuo, qui nimis familiariter complexus fuerat Glycerium,quam Simo non putauit illi notam,niſi propter familiaritatem eorum, qui Chryſidem amabant. Quid hic ſcilicet tam pius in hoſtes faciet mihi patri.i.patris loco, poſt reconciliationem habendo? Itaque non deſino cœnitare apud iſtos, qui dominantur nunc . Fingit autem per imaginationem id Varronem reprehendere,unde addit. Quid faciam? Seruiendum.i.inſeruiendum eſt tempori . Sed faciamus miſſa.i.omittamus ridicula,præſertim cum nihil ſit,quod rideamus.i.rectè ridere poſsimus,ergo ſuperiora per riſum dixit,nam ut cecinit Ennius prius de bello,quod Scipio in Africa geſſit.Africa terra horrida, tremit terribili tumultu. Itaque.i.& ita,nullum eſt, apoproegmenon.i.non propoſitum ſed reiectum,quod non uerear. Sed ꝙ quæris quando, quà,quò ſcilicet Cæſar ueniet,nihil ſcimus adhuc . Iſtud ipſum ſcilicet quod dicis te audiuiſſe de Baiis , nonnulli dubitãt an ueniat per Sardiniam. Ipſe enim non inſpexit adhuc illud prædium ſuum,ſcilicet quod in Sardinia per uictoriã acquiſiuit,nec habet ullum deterius,quia terra ueneni ferax eſt,ſed tamen non contemnit. Ego arbitror omnino ſcilicet magis uenturum per Siciliam,uel.i.etiam,iam ſciemus. Enim.i.quia, Dolabella ſcilicet gener meus,aduentat id eſt,appropinquat. Ego puto eum fore magiſtrum ſcilicet itineris,polli id eſt, multi,mathetæ.i.diſcipuli,creiſſones id eſt,meliores,didaſcalon.i.magiſtris, ſupple ſunt. Apud Græcos comparatiua genitiuos regunt, apud nos ablatiuum comparatiuè poſita , itaque genitiuum in ablatiuum conuerti. Sed tamen ſi ſciam,quid tu conſtitueris,ego accommodabo conſilium meum potiſsimum ad tuum, quare expecto literas tuas. Vale.

*P.V.C. ☞QVIN æquis uiris. Communem lectionem cum liber editus eſt,ſecuti ſumus , nam in omnibus impreſſis (exceptis Manutianis in quorum priore,ac poſteriore editione mendoſius adhuc E Q V I S V E L I S ſcriptum eſt) A E Q V I S V I R I S perperàm legebatur: animaduertimus tamen non multo poſt in Medicæo codice E Q V I S V I R I S,ſcriptum eſſe,longe diuerſo prioris uocis ſignificatu: & de tota re accuratius diſſeruimus in fine noſtri libelli,ubi errata impreſſorum correximus,Quare in ea ſententia perduramus , & hic omnino E Q V I S V I R I S legendum eſſe putamus,quemadmodum ad Q.Fratrem etiam & in oratione V I I I.contra Antonium. Locus etiam ille in extremo I I I.libri de officiis,qui mendoſe in cunctis impreſſis legitur,in manu ſcriptis nonnullis integer eſt, Cum his uiris equiſque ut dicitur , &c. Quare hoc exemplis quæ hanc lectionem confirmant,addere nunc libuit,quum olim relictum eſſet. Quòd ſi ullus mihi ſcrupul⁹ reſtabat,ſtatim euulſus eſt,quòd uidi Iacobum Sadoletum ſanctiſsimum atque integerrimum uirum(quem honoris, & amplitudinis cauſa nomino)ita ſcripſiſſe , cum hoc prouerbium in ſuis illis elegantiſsimis libris uſurparet,quibus deſiderium nobis lenire uoluit, quo conficiebamur libri Ciceronis Hortenſii appellati, & quod cupiit mirifice conſecutus eſt. Quis enim nunc librũ Cicero. magnopere non deſiderat?Cur autem autoritatem,& iudicium illius uiri in purgandis Ciceronis ſcriptis non ſequar?qui non tantum menda tollere conſueuit,ſed totos etiam libros uetuſtate amiſſos nobis reſtituit.

ETſi

Universidad de ... Biblioteca

HVBER. [E]T si munus. Quia. M. Varro promíserat se scriptûrum áliquid, quod ad Cice. mitteret, idque distúlerat. Ideò Cice. nunc éxigit promissum, quod ídeò magis dicit esse débitum, quia ad eum míserat libros quat. Academicôrum, quos dicit esse tanquam admonitôres obligatiônis Varrônis, ostendit igitur illud opus Academicôrum factum esse per diálogum, quia introductæ sunt persônæ loquentes, pollicêturque se scriptûrum aliàs plura, & præsertim quia cum álio témpore possit fortasse habêre honestas áliquas curas uel actiônes, nunc dicit se sine lîteris nullo modo uíuere posse. Et si. ponit similitúdinem, cuius contráriũ dicit se esse factûrum, est autem sensus, licet pópul9 non audeat postulâre munus áliquod ludôrum etiã ab áliquo propósitum & promissum, nisi áliquis incitáuerit ipsum pópulum, ut flágitet, tamen spe múneris ipsius Varrônis se ita mouêri scribit, ut aúdeat enm non flagitâre, sed admonêre, ut præstet promissum. Munus intellígimus non pecuniárum, sed ludôrum, qui pópulo exhibebantur, ut díximus lib. secũ. ea epistola quæ incipit. Nempe non défuit studium declarandôrum múnerum. Flagitâre, exígere, instâter pétere. Nisi con. nisi compulsus persuasiône tribunôrum, aut alicuius uiri grauis. Quis. áliquis. Osténderet. declaráret, propóneret se esse exhibitûrũ. (Flagitâre)

Expectatiône. spe. Móueor. addûcor. Admóneam, fáciam te mémorem. Quatuor admonitôres intélligit. quat. libros Academicôrum, quos ad Varrônem scripsit. Non nimis uere. aliquantum audâces in petẽdo. Nosti enim hos. s. libros uel admonitôres, in álio códice scriptum erat os sine aspiratiône, quod mihi non dísplicet, ut sit sensus, nosti os. i. audáciam loquendi. Adolescentioris. i. iuniôris, quia uetústior, cuius fuit author Plato, erat uerecúndior, mediam ferunt fuisse Archesilâi, últimam Carneâdis. Ex ea. adolescentiôre. Excitâtos. commôtos. Média. s. Academia. i. misi eos libros ex adolescẽtiôre Academia, sed excitâtos ex media. i. capientes audaciam ex média Académia, quæ est etiam libérior uéteri. Qui. s. monitôres. Ne flágitent. astûtè Cice. ostendit obligatiônem Varro. cum dicit uerêri ne libri sui eum flágitent, quia acceptis iis libris intélligat obligatiônem suam. Sustinêbam mẽ. reprimêbam, ne scriberem aliqd ad te. Remunerâri actiua significatiône dixit. i. redonâre, ut ita dicam. Tárdius fáceres. i. cum differres in lõgum, sed ne uideâtur eum accusâre negligentiæ, qua differt promissa, statim corrêxit dicens. Id est diligéntius, nam plerunque differimus áliquid eo ꝙ diligéntius uólumus id fácere. Tenêri. prohibêri. Feci. finxi. Pompónius Atticus. Partes Antiochênas. i. ut deféderes, quod Antiochus sentiêbat. Quas. partes Probâri à te. quia intelligêbam tibi placêre eius senténtias. Philônis. is enim doctus uir fuit. Nos locu. esse. s. in ipsis libris. Quod nunquam sumus locûti. cum essémus in Tusculâno, quia multa finxit nos locûtos, & áddidit, quæ tamen non locûti sumus. Dialogôrum. i. quibus multa adduntur, Præter ea, quæ ante dicta sunt. (Remunerâri) (Antiochus.? Philo.)

M.T.C. Varroni S.D. Epist. 8.

[E]T si munus flagitâre, quãuis quis osténderit, ne pópulus quidẽ solet, nisi cõcitâtus: tamen ego expectatiône promissi tui móueor, vt admóneam te, non vt flágitem. Misi autem ad te quatuor admonitôres non nimis verecundos. Nosti enim profectò os adolescẽtiôris eius Académiæ. Ex ea igitur média excitâtos misi, qui métuo ne te fortè flágitẽt: ego autem mandâui, vt rogârent. Expectâbam omnino iandiù, meque sustinêbam, ne ad te priùs ipse quid scríberem, quàm aliquid accepissem, vt possem te remunerâri quàm simílimo múnere. Sed cùm tardi9 fáceres, id est, vt ego, intérpretor diligentius tenêre non pótui, quin coniunctiônem studiórum, amôrisque nostri, quo possem literârum génere, declarârem. Feci igitur sermônem inter nos hábitum in Cumâno, cùm esset vnà Pompónius: tibi dedi parteis Antiochênas, quas à te probâri intellexisse mihi vidêbar: mihi sumpsi Philônis. Puto fore, vt cum légeris, mirêre id nos locûtos esse inter nos, quod nũquam locûti sumus. sed nosti morem dialogôrum. Posthàc autem mi Varro quàm plurima, si vidébitur, & de nobis inter nos: sero fortasse. sed superiôrum témporum fortuna reipub. causam sustíneat. Hæc ipsi præstare debêmus: atque vtinam quietis tempóribus, atque áliquo si non bono, at saltem certo statu ciuitâtis hæc inter nos stúdia exercere possémus. Quam quam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes honestas nobis & curas, & actiônes darent: nunc autem quid est, sine his cur viuere velimus? Mihi vero cum his ipsis vix: his autem detractis, ne vix

IVBER. ❧QVAM plurima scilicet dicêmus, uel colloquêmur. Fortasse se. nimis in longum. Sustíneat, defendat, tueâtur. Præstâre, effícere. Certo. stábili, non ita dúbio, ut nunc est. Tum. si status reipub. esset, uel bonus, uel certus. Quępiam. áliquæ. Ratiônes. uiæ, modi. Curas. cogitatiônes. Actiônes. negócia, operatiônes. Nunc. his míseris tempóribus. Quidem, quasi dicat nihil. Vix scílicet est cur uelim uíuere. Cum his. stúdiis. Detractis. remotis. i. si non essent hæc stúdia. Nec uix qui. s. uíuerem sed prorsus nullo modo. Migratiônem. discessum tuum ex Tusculâno. Emptiônem. émerat enim uillam, ad quã se conferêbat. Volo. opto. Tuum consílium. i. iudícium. Vale.

ASCEN. ❧ET si &c. Quia. M. Varro promíserat se scriptûrũ áliquid, quod ad Cicerônem mítteret, idque distúlerat. Cice. nunc éxigit promissum, quod ideò magis dicit esse débitum, ꝙ ad eum míserat libros quatuor

Acade-

quidem, Sed hæc coram, & sæpius. Migrationem & emptionem felíciter euenire volo, tuum in ea re consilium probo. Cura vt váleas.

Ex.viii.Epistola.Et si munus.

❧Et si minus flagitârem, quanuis quis ostenderet.

Academicôrum, quos dicit esse tanquam admonitôres obligatiônis Varroniânæ. Ostendit autem opus Academicôrum factum esse per diálogum, quia introductæ sunt persônæ loquentes, pollicêturque se scriptûrum plura aliàs. Ordo est. Etsi. i. quãquam, ne pópulus quidem, tamen inuerecúndior esse uidêtur quàm uiri graues, solet flagitâre. i. instanter, & urgenter exígere, munus. s. públicum, ut ludôrum scenicôrum, & gladiatôrum, aut circénsium, quanuis quis osténderit. s. ludos, parâtos, aut munus parâtum, nisi, sup. sit concitâtus. s. ad flagitandum, aut à tribûnis, aut ab rei spectabilitâte, tamen ego móueor expectatiône promissi tui. s. de libris ad me scribendis, ut admóneam te, nõ ut flágitem. Misi aũt ad te quátuor admonitôres, uidélicet quatuor libros Academicarũ disputatiônum. Non nimis uerecundos. q. d. satis audâces exactôres ꝓmissi, quia qui munus áccipit, se ad referendum óbligat. Tu. n. ꝑfecto nosti os. i. impudentiã Académiæ adulescentioris. i. recentiôris. Igitur ego misi. s. quatuor admonitôres excitâtos ex ea média. s. recentiôre académia, qui métuo, ne fortè flágitent te, ego autem mandâui, ut rogârent te, quod modéstius est. Expectâbam oĩno iamdiù. s. ut per te ꝓmissum exhibêres, & sustinêbam me. i. repressi auiditatẽ meã, ne ipse scriberẽ, quid. i. áliquid priùs ad te, quã accepissem áliquid. s. à te ut possem remunerâri. i. redonâre te, múnere, quàm símilimo. i. perquã símili, quia etiam literário, & philosóphico, sed cum tu fáceres tardius. s. promissum. i. ut ego intérpretor, cum fáceres diligentiùs, non pótui tenêri. i. continêri, quin declârem cõiunctiônem studiôrũ, & amoris nr̃i, sup. eo gñe literárũ, quo possem. Feci ígitur sermônẽ hábitũ inter nos, in Cumâno. i. uilla nr̃a Cumâni agri, cũ Pōpónius. s. Atticus esset unà. s. nobiscũ, ego dedi. i. assignâui, tibi. s. in disputãdo, partes Antiochênas. i. munus defendendi ea, quæ ab Antíocho dicta afferentur, quas. s. partes, ego uidêbar intellexisse probâri à te, quia uisus est, tibi bñ locûtus, ego sumpsi mihi, sup. ꝑtes Philônis. s. defendẽdas. Puto fore. i. futûrum esse, ut mirêre cum légeris nos locûtos esse. i. introductos esse tanq̃ loquentes, id quod nunq̃ locûti sumus. Sed tu nosti morem dialogôrũ. i. uariôrũ sermônum, & disputatiônũ fictârum. Autẽ. i. sed ò mi Varro, sup. ego scribã ad te, aut nos collóquimur, quod uerbũ quidã adiecêrunt, alii maluêrũt intellígere, eo ꝙ uerba ad loquelã spectãtia sepe subaudiãtur, post hec quãplúrima. s. alia, si uidébitur. s. cõgruũ, aut opportúnũ, & colloquêmur, sup. aut cõmentábimur inter nos de nobis. i. de rebus nr̃is, & calamitátibus tẽporũ nr̃orũ, fortasse serò. i. nobis tardè, sed fortúna superiôrũ témporũ. s. tristissimôrũ sustíneat cãm reipu. i. faciat, ut reip. satisfiat de iactûra accepta. ipsi. i. nos, debêmus præstâre, hec. s. nostra, hoc est, ut scribendo sustineâmus cómmoda nr̃a. Atque útinam nos possémus exercêre inter nos hæc stúdia. i. literária, tempóribus quiétis, atq; áliquo statu ciuitâtis. s. Romæ, si non bono, At. i. sed, saltem, certò, ut possit quis licet mísere securus tamen uíuere. Quã quã. tametsi uel. i. etiam, aliæ quępiam ratiônes, darent nobis, tum. i. tunc, certus esset reipub. status, honestas curas, & actiones. Autem. i. sed, quid est nunc cur uelimus uíuere, sine his. s. curis, & actionibus literariis. q. d. nihil. Verò. i. pro certo, uix est mihi cur uelim uíuere, cum his ipsis. s. líteris. Autẽ. i. sed, his detractis, nec quidem uix, sed nullo modo, quod enim uix fit, fit quidem licèt cum difficultâte, quod quasi sit non sit. Sed, sup. dicã hæc corã. s. te, & sæpiùs. Ego uolo. i. opto, migratiônem. i. mutatiônem habitatiônis, & emptiônem. s. nouæ domus, euenire fœliciter tibi, & probo consilium tuum in ea re. Cura ut uáleas.

Dolabella Ciceroni S.D. Epist. 9.

[S]I vales, gáudeo, & ipse valeo, & Túllia nostra rectè valet. Terẽtia minus bellè hábuit, sed certũ scio iam cõualuisse eam. Prætereà rectissimè sũt apud te ómnia. Et si nullo témpore in suspitiônem tibi débui venire, partium causâ pótius quàm tua tibi suadêre, vt te aut cum Cæsare, nobiscunque cõiúngeres, aut certè in ócium referres: præcipuè nunc, iam inclinâta victória, ne possum quidem in vllam áliam incídere opiniônem, nisi in eam, in qua scílicet tibi suadêre vídear, quod piè tacêre nõ possum. Tu autem mi Cicero, sic hæc accípies, vt, siue probabũtur tibi, siue non probabuntur, ab óptimo certè ánimo, ac dedítissimo tibi & cogitâta, & scripta esse iúdices. Animaduer-

HVBER. [S]I uales. Postquam Pomp. aliquot clâdibus béllicis percussus est, expulsusq; est Italia, amissisq; Hispaniis, superâtis dúcibus suis, Dolabella gener Cice. hac epistola conat9 est persuadêre Cice. qui erat in castris Põ. ut discêdat ab ipso Pomp. in quo iã nullam uidêret esse spem, transferretque se uel Athênas, uel in áliquem alium locum uácuum bello, pollicêtur autem se impetratûrum ómnia à Cæs. quæ ad Cicerônis dignitâtem pertíneant, & de iis rebus petit sibi rescribi per eundem tabellárium. Minus bellè. nõ satis benè. Iam conualuisse. iam benè habêre, & factâ benè ualente, & sana. Apud te. domi tuæ, in rebus tuis. Et si. hoc dicit, quanuis Cic. nunquam debúerit suspicâri Dolabellam suadêre ei, ut esset potius cum Cæ. quàm cum Pomp. magis, quia ipse Dola. esset Cæsariânus, q̃ ꝙ eius utilitâtis cúpidus esset: hic tamen dicit se multo magis eandem habêre opiniônem, cum uídeat uictóriam inclinâtam erga Cæ.

Causa pártium. i. causa Cæs. quia sequar partes ipsius Cæs. Quàm tua. s. causa. Nobiscum. mecum.

Certè. saltèm, si nolles te coniúngere Cæsari. In ócium. in pacem, non sequêris castra. Inclinâta. pendêre. Piè. ex pietâte: quia sumus affinitâte coniuncti, & eam pietâtem tibi débeo, tanquam patri. Siue pro. i. siue placebunt. Ab óptimo ánimo ab óptima intentiône. Animaduertis. iam enúmerat causas, quibus suâdeat discedendum à Pompe. Glória. rerum gestârum. Quæ est iam imminûta, ut nullus iam multum

Universidad de Deusto Biblioteca

tis Cn. Pompeium nec nominis sui, nec rerum gestarum gloria, nec etiam regum ac nationum cliẽtelis, quas ostentare crebro solebat, esse tutum: & hoc etiam, quod infimo cuique contigit, illi non posse contingere, vt honeste effugere possit, Pulso Italia, amissis Hispaniis, capto exercitu veterano, circumuallato nunc denique: qđ nescio, an ulli unquam nostro acciderit Imperatori. Quamobrem, quid aut ille sperare possit, aut tu, animum aduerte pro tua prudentia. Sic enim facilime, quod tibi utilissimum erit, consilii capies. Illud autẽ à te peto, ut si iam ille euitauerit hoc periculum, & se abdiderit in classem, tu tuis rebus consulas: & aliquando tibi potius, q̃ cuiuis sis amicus. Satisfactum est iam à te uel officio, uel familiaritati: satisfactũ etiam partibus, & reipub. quam tu probabas. Reliquum est, ubi nunc est respu. ibi simus potius, quam dum illam ueterem sequamur, simus in nulla. Quare uelim mi iucundissime Cicero, si forte Pompeius pulsus his quoque locis rursus alias regiones petere cogatur, ut tu te uel Athenas, uel in quamuis quietam recipias ciuitatẽ. Quod si eris facturus, uelim mihi scribas: ut ego, si ullo modo potero, ad te aduolem. Quæcunque de tua dignitate ab imperatore erunt impetranda, qua est humanitate Cæsar, facilimum erit ab eo ti-

bi

tum eum admiretur. Clientelis.amicitiis,obsequiis. Ostentare.iactare. Cuiq; infimo cuiq; etiam minimo uiro. Honeste.quia sine maxima infamia fugere non potest. Veterano.optimo,laboribus militiæ exercitato.

ASCEN. SI uales &c. Vbi res Cæsaris crescere, & Pompeii decrescere cœperunt. Dolabella Ciceronis, qui in castris Pompeianis erat, gener, cohortatur hac epistola eum, ut discedat illinc ubi nullam spem salutis uideat, transferatque se Athenas, uel in aliquem alium locum bello uacuum, polliceturq; se impetraturum omnia à Cæsare, quæ ad Ciceronis dignitatem pertineant, petitq;, ut Cicero respondeat. Videtur autem hæc epistola scripta ante pugnam Pharsalicam, sed Pompeio iam obsesso. Ordo est. O Cicero gaudeo si uales.s.bene, equidem.i.ego quidem, ualeo, & Tullia nostra, quia filia tua, & coniunx mea, & Cicero .s.filius tuus ualet. Terentia.s.uxor tua, & socrus mea, habuit, sup.se minus belle.i.bene, quia ualetudinaria fuit aut finxit. turpiter enim uixit, sed scio certum, sup.esse, eam conualuisse iam. Præterea.i.præter ualetudinem Terentiæ, omnia sunt rectissime apud te.i.in domo tua. Etsi.i.quamquam, ego nullo tempore debui uenire tibi in suspitionem.i.ut suspiceris me, suadere tibi potius causa partium.i.ut parti Cæsarianæ prosim, q̃ cã tua.i.ut tibi consulam, ut coniungeres te, aut cum Cæsare nobiscum, aut certe referre.s.te in ocium .s.literarum, & uacationem à bello. Ego ne quidem.i.non saltem possum, præcipue tunc iam uictoria inclinata.s.ad Cæsarem, incidere in ullam aliam opinionem, nisi in eam, in quam ego uidear.s.suadere tibi, sup. id quod non possum tacere pie.i.salua pietate in te socerum meum. Tu aũt ô mi Cice. accipies hec sic. in eam partem, ut siue probabuntur.i.placebũt tibi, siue non ꝓbabuntur, iudices certe.i.nihilominus esse, & cogitata, & scripta ab animo optimo, & deditissimo tibi. Tu animaduertis. bene consideras, Cnæum Pom. nõ esse tutum, nec gloria nominis sui, quæ tanta est, ut magnus ab oĩbus nominetur, nec gloria rerũ gestarũ, quæ etiam incomparabilis erat, nec etiam clientelis.i.obseruantiis, & cultibus tanq̃ patrono debitis, regũ & nationum, quas solebat ostentare.i.iactanter ondere, crebro.i.frequenter, dum Ro. floreret, & animaduertis hoc etiam, quod contingit infimo cuiq;, nõ posse cõtingere illi, uidelicet, ut possit honeste effugere, illi inq̃ pulso,.i.expulso Italia, s. patria sua, ad quam non auderet se recipere, Hispaniis, quas prius tenuerat, amissis, quia Cæsar Pompeianos ante bellum Pharsalicum illinc expulerat, & Hispaniam totam in deditionem receperat, & illi capto, quia ueterani exercitu circumuallato, id est obsesso nunc denique, id est tandem, ut Hubertinus sentit, circa Brundusium, quod.s.capi cum exercitu ueterano.i.cum obsideri, & circumuallari, nescio an acciderit unquam ulli Imperatori, quia ueterani milites ea erant animi præstantia, ut mori maluerint, q̃ obsideri.

HVBER. CIRcumuallato.obsesso à Cæsare.Brundusii. Sic ani.& tuam & illius spem. Hoc periculum.præsentis obsidionis. Abdiderit.artificiose dixit non contulerit, sed abdiderit quasi fugiens & timens occultauerit. Consulas.prouideas, consilium capias. Aliquando.tandem. Cuiuis.cuilibet, etiam iis, qui nõ curant salutem tuam. Satisfactum.occurrit obiectioni, quia sciebat se loqui cum uiro forti, & amico reipub. sic illud ad Aeneam, apud Virg. Sat patriæ Priamoque datum. Officio.quo eras astrictus erga Põpe. propter beneficia ab eo in te collata. Familiaritati.erga Pompeium. Partibus.quia ostẽdisti te male defendere eam partem, quæ esset iustior. Vbi est resp. quia est cum uictore. Illam ueterem.quæ olim esse consueuerat. Simus in nulla.amittamus & ueterem & nouam. Mi iucundissime Cicero. blanditur ei. Quanuis.quamlibet, potius q̃ sis cum Pompeio. Quod ut recipias te Athenas, uel in alium quemuis locum quietum. Aduolem. celeriter accurram, & ueniam. Imperatore.Cæsare. Qua est humanitate.id est pro ea humanitate qua est. Tibiipsi.i.tibi sine alterius auxilio. Et meis.pollicetur se tamen precaturum Cæsa. pro eo. Tabellarius.qui fert literas. Referat.reportet. Vale.

Tabellarius

ASCEN. Quamobrem aduerte animũ.i.cõsidera, pro tua prudentia.i.secundum prudentiam tuam, quid aut ille.s.Pompeius possit sperare, aut tu enim capies facilime sic, sup.id cõsilii, quod erit utilissimum tibi. Autem.i.sed, ego peto à te illud, ut si ille.s.Pompeius, euitauerit hoc periculum.i.ab obsidione liberatus fuerit, & abdiderit se in classem.i.per mare aufugerit meticulosus, tu cõsulas.i. prospicias tuis reb⁹, & sis aliquando.i.tandem, potius amicus tibi.i. plus facias pro salute tua, q̃ cuiuis.s.alteri.i. q̃ facias pro amicitia alterius. Satisfactũ est iam à te, uel officio,

biipsi impetrare: & meas tamen preces apud eum non minimum authoritatis habituras puto. Erit tuæ quoque fidei & humanitatis curare, vt is tabellarius, quem ad te misi, reuerti possit ad me, & à te mihi literas referat. Vale.

si fuisti obnoxius Pompeio. Vel familiaritati, si nihil debes præter consuetudinis uicem, satisfactum etiam est.s.à te partibus, & reipub. quam tu probabas.i. pro qua Pompeius se dicit militare, reliquum est.i.id restat, ut nos simus ibi.i.in illis partibus, ubi .i.in cuius potestate resp. est nunc, hoc est simus cum Cæsare potius, quam dum sequamur illam ueterem scilicet rempu.i.collegium illorum, qui iamdiu rẽp. tenuerunt: simus in nulla.s.repub. quia uetus periit, & nouæ expertes simus. Quare uelim ô mi Cicero iucundissime, si forte Pompeius pulsus his quoque.i.etiam, locis: quia aliis multis, ut Hispaniis totis, & Italia iam pulsus fuerat, cogatur rursus petere alias regiones, ut tu recipias te uel Athenas, uel in quanuis.i.quãlibet aliam, sup. ciuitatem quietam scilicet ab hoc bello. Quod si eris facturus, uelim scribas mihi, ut ego aduolem ad te, si potero ullo modo. Facilimum erit impetrare tibiipsi, quæcunque erunt impetranda ab imperatore de tua dignitate, qua humanitate Cæsar est, id est tam magna est Cæsar humanitate ab eo, scilicet imperatore Cæsare, quod relatiuum postposuit, ut habeat quo referatur. Et tamen.i.licet, facilimum fuerit impetrare tibiipsi, id est per teipsum, omnia à Cæsare, quia tibi bene uelit, si Pompeium deserueris, tamen ego puto preces meas habituras apud eum non minimum, immo plurimum authoritatis. Erit quoque, id est etiam fidei, & humanitatis tuę, id est pertinebit ad fidem, & ad humanitatem tuam, ut is tabellarius.i. nuncius qui tabellas, hoc est literas, quia olim in tabellis scriptitabant perferendas suscepit, quem ego misi ad te: possit reuerti ad me, quia periculum erat ne detineretur captus, eo ꝙ ab aduersæ partis homine missus uenerat. Et referat mihi literas à te. Vale.

Cicero Dolabellæ S.D.

NOn sum ausus Saluio nostro nihil ad te literarũ dare: nec mehercule habebam, quid scriberem, nisi te à me mirabiliter amari: de quo etiã nihil scribente me, te non dubitare certo scio. Omnino mihi literæ magis sunt expectandæ à te, quam à me tibi. Nihil enim Romæ geritur, quod te putem scire curare: nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum, & Vidium iudicem esse. Profert alter (vt opinor) duobus versiculis expensum Niciæ. alter Aristarchus hos ὀβελίξει. Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus sum, vtrum sint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι, Puto nũc dicere: oblitus ne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam, & ingentium culinarum cum sophia Septimæ? Quid ergo? adeon tu mihi excussam seueritatem veterem putas, vt ne in foro reliquiæ pristinæ frontis ap

HVBER. NON sum. Cum non haberet Cicero aliquid graue, quod ad Dolabellam scriberet, & tamen Saluio ad eum ꝓficiscenti non audet negare literas, scribit rem facetam, se delectum iudicem inter Niciam & quendam Vidium, de quadam controuersia pecuniaria, quam alter duobus uersiculis probare uolebat, alter negabat: significabatque causam esse pro Vidio, idque se iudicaturum, licet à Nicia aliquando cœna fungorum fuerit acceptus, dicit tamen se ita damnaturum Niciam ut non ferat magnum damnũ, hæc autem cum ioco quodam dicit: deinde ostendit se breuius scribere, quia incertum habet, an Dolabella læto an solicito sit animo. Postremo dicit cum acceperit Pomp. Roma. mortem P. Syllæ. Mirabiliter.uehementissime. Nihil scribere me, id est etiam si ego nihil scriberem. Romæ.ubi ego sum. Nisi forte.quasi dicat quod est dignum risu. Nostrum, amicum & familiarem. Duobus uersiculis.id est breui scripto, quasi uersiculis quibusdam. Expensum pro.id est scribit, & scripto ostendit se pecuniam dedisse: id enim (authore Asconio) significat expensũ ferre. Alter. Nicia. Aristarchus.id est tanquam Aristarchus.

Expẽsum fero. Aristarchus.

ASCEN. NOn sum ausus &c. Cum nihil scribere non audeat, rem ridiculam scribit, sed ideo breuiter, quod nesciat quo animo sit Dolabella. Ordo est. Non sum ausus nihil literarum dare Saluio scilicet uenienti à te. Nec mehercule habebam, quid scriberem, nisi te amari mirabiliter à me, de quo scio certo te non dubitare, etiam me nihil scribente. Literæ sunt omnino, mihi magis expectandæ à te, quam tibi à me. Nihil enim geritur Romæ, quod putem te curare scire.i.ut tu scias, nisi forte scire uis me esse iudicem inter Niciam nostrum, & Vidium. Opinor alter.s. Vidius, profert.in libello postulatorio, expensum Niciæ .i.pecuniam in rem eius expositam, & ita sibi debitam, alter.s. Nicias, Aristarchus.i.tanquam esset Aristarch⁹, sicut Horatius dicit de eo, qui carmina nõ placentia ueru aut stellis, hoc est obelisco, aut asteriscis notaret, fieret Aristarchus.i. Aristarchi similis, obelixi.i. ueru transfigit hos.s.uersiculos, hoc est negat debitum, & dicit delendum: obelus dicitur ueru uel hasta, obelizo iugulo, hoc est ueru transfigo.

Obelizo

HVBER. ὀβελίξει.i.negat, obliterat. Aristarchus enim, ut dixim⁹ lib.iii.ad Appium, interpretatus est Homerũ: & quoniam multi uersus putantur additi Homero, qui ab eo facti non sunt, quos minime probabat Homeri esse, negligebat, sic Cic. Vt enim Aristarchus Homeri uersum negat, quem non probat. Sic tu, libet enim iocari, ꝙ directum non erit, ne putaris meum. ὀβελὸς autem ueru significat uel hastam, ὀβελίζω uero iugulo, sed hoc loco significat oblitero, deleo, reprobo: nam antiqui corrigentes codices, ꝙ improbabant, signo oblongo notabant in modum hastæ, idq; appellabãt obelum.i. ueru à similitudine, ꝙ uero probabant, si-

gno

Obelus: Asteriscus. gno paruæ ſtellæ,quod appellâbant aſteriſcum,ut oſtendit Diuus Hierónymus in epiſtola ad Deſidérium,ergo nunc dicit Cic.ſicut Ariſtarchus uerſus Homéri,quos nõ ꝓbâbat, obêlo notabat,ſic alter Nícia improbans uerſículos Vidii de expenſo ὀβελίζει.i.notat obêlo,& oblíterat. Críticus iudicatûrus , nam
Critici Critici própriè dicebantur, qui iudicâbant de poemátibus.Hora.Ennius & ſapiẽs,& fortis , & alter Homêrus,Vt Crítici dicũt léuitèr curâre uidêtur. Quo promiſſa cadunt, & ſomnia pythorea.τοῦ ποιητοῦ.i.poeta,ſicut Ariſtarchus iudicâbat utrum eſſent Homéri. An παρεμβεβλημένοι.i.interpoſiti,& inſerti,cum nõ ſint poetæ. Puto nunc:quia Nícia déderat cœnam Cice.ideo dicit : poſſet fortaſſe mihi dícere,oblîtus ne es fungôrum , quos dedit Nícias , ut uelis contra eum iudicâre. Quos apud Níciam.ſ.edíſti. Et ingentium culinârum.i.pleniſſimârum culinârum:alii cõdices habent coclêarum : eſt autem coclea teſtudo,
Coclea quam limacem appellant. Cum ſophia Septimæ.ſ.fi-
Sophia lia:ſunt autem Sophía & Séptima nómina própria. Erat autem Sophía uel uxor uel propinqua Níciæ, apud quem Cice. cœnâuerat,& comêderat cócleas.

Quid ergo.reſpondet Cice.credis ne me ita allectum his cibis , & cœnis , ut non ſeruem grauitâtem meam iudicando:corrumpebantur enim iúdices carminum cœnis, & aliis munéribus. Perſius. Cálidum ſcis pónere ſumem, Scis cómitem horrídulum trita donâre lacerna.Hora.in epíſtolis.Non ego uentôſæ plebis ſuffragia uenor. Impenſis cœnârum,& tritæ múnere ueſtis, Quid ergo.ſ.dicis. Excuſſam.eiectam,amiſſam. Sæueritâtem.grauitâtem. Príſtinæ frontis.quæ ſolêbat eſſe grauis,neque mutâri huiúſmodi illécebris cœnârum. Vt non appáreant.ut non oſtendam me eundem eſſe,qui eram. Sed tamen.licet uelim retinêre príſtinam ſeueritâtem. συμβιώτην.conuiuam.ſ. Niciam,
Integellus apud quem comédimus fungos. Prẹſtâbo.reddam. Intégellum.i.indemnem, diminutiuum enim eſt , ab integro. Nec committam.non ſinam. Tu reſtítuas . tu facias eum indemnem. Ne hábeat.ſ.non immittam ne. Plancus Burſa.nomen proprium:alio códice erat Burſæ, & tunc intellígitur filius. Apud quem. iocâtur Cic.erat enim ut cõiicimus Nícia præceptor Planci imperitus.Sed quid ago.córripit ſeipſum.ꝙ ſcribat iocôſa ad Dolabellam,quem ignôrat,quo ánimo ſit. In áliqua cura maiúſcula,in áliqua grandiúſcula ſo-
Labor licitúdine,& triſtítia. Vt in bello ſolet fieri.in quo nunquam póſſumus eſſe ſine cura. Labor.défluo, deſcendo.ſ.ſcribendo,& loquendo.Eſt enim uerbum labor. Explorâtum.certum. Riſûrum.te eſſe ánimo trãquillo,ut ridêre poſſis. Publii Syllæ.hic erat de gĕnere Lucii Syllæ. Sciérit certum ſcilicet eum mortuum.

Deſiêrunt.omiſérunt , ceſſârunt,eſt autem ſynthéſis,pópulus deſiêrunt,quia cum ſigníficat non cum uoce concordat uerbum. Quod ſciunt.ſ.eſſe mortuum. Vnum,tantum,ſolum. Véreor.tímeo. Ne haſta Cæſaris refríxerit.i.quam adhuc ſeruat Cæſar,non adhuc refríxerit.i. ceſſâuerit:incertum autem utrum intélligat haſtam Cẹſaris de bello,an de ſubhaſtatiône bonôrum proſcriptôrum, quam fecit Cæ. Ci.ii.offi.Sic par eſt ágere cum ciuibus,non ut iam bis uídimus haſtam in foro pónere,& bona ciuium uoci ſubiacêre præconis. Vale.

ASCEN· EGO iudicatûrus ſum tanquã Críticus.i.iudex literârum antiquus,utrum.ſ.uerſiculi illi , quibus Vidius ſibi Níciam obligatum dixit, ſint τοῦ ποιητοῦ.ſ.poetæ,hoc eſt Homéri.Nam Ariſtarchus recéperat uerſus Homéri recognoſcendos:erant enim plúrimi Homéro aſcripti,qui eius nõ erant,ea lege,ut addititios tranſfigat,& déleat,hoc eſt an ſit Níciæ ſæuerè obligantis,an παρεμβεβλημένοι.i.interpoſiti,& ab alio inſerti.i.non ſcripti à Nícia,ſed Vidio,aut áltero eius nómine. Puto,ſup. te nunc dicere ô Cice.es ne ígitur,quia te ſæuère dicis iudicatûrum,oblîtus fungôrum illôrum.ſ.tam delicatôrum:ſunt autem fungi boléti, quos.ſ.cœnaſti,aut comedíſti apud Níciam, & ingentium coclêarum.i.limacũ,ſupple comeſtarũ cum Sóphia.ſ.matre Séptimæ,quæ erat uxor Nicię.Sunt qui legant culinârum.i.coquinârum,ſed aptius laudãtur ingentes cócleæ q̃ culinæ.Quid ergo ô Dol abella,tu putas uéterem ſæueritâtem.i.obſeruatiônem,& ſequélam ueri,& æqui eſſe excuſſam mihi adeò.i.intantùm,ut ne.i.non ſaltem in foro.ſ.iudiciâli appáreant relíquiæ frõtis.i.ſæueritâtis príſtinæ ? Sed tamen.i.licet,nolim obſcœnas pérperam iudicâre,ego præſtâbo.i.exhibêbo iudicando , Symbioten.i.conuiuam noſtrum.ſ.Níciam, ſuauíſsimum.i.iucundíſſimum,integellum.i .in módica illa re indemnem.q.d.indicâbo ſcriptum illud eſſe adulterinum,nec committam,ut ſi ego condemnâro eum,tu reſtituas.i. facias eum indemnem,ne Plancus Burſa aut Burſæ.ſ.filius,hábeat.ſ.Níciam,apud quem diſcat líteras.q.d. per riſum inuidere Planco talem præceptorem , tamen non dúbito quin ſi litem amiſerit,ad te confugitûrus ſit , & ita ad Plancum,ut ab illo íterum audiâtur acceſſûrus , unde uidêtur Plancus uir multò doctior,aliquandò Níciam præceptôrem habuiſſe,aut conſtituiſſe habere,quod Cicero nunc ridet. Sed quid ago,alii hábent ego, ſed opinor legendum ego,ut per parénthesim multa ſint incerta:& ordo ſit,labor.i.dicẽdo progrédior longius, cum incertum ſit mihi,ne.i.an,ſis ánimo tranquillo,an uerſéris , ut in bello in áliqua cura maiúſcula.i.aliquantulum magna,ue,pro uel, in negócio. Igitur cum erit explorâtum mihi te riſûrum eſſe libentèr, ſcribam ad te plúribus. Tamen uolo te ſcire hoc pópulum fuiſſe ſolícitum uehementèr de morte Publii Syllæ,qui erat de génere Lucii Syllæ,antequam ſciuerit certum.nunc,ſcílicet poſtquam ſciunt mortuum eſſe,deſierunt quærere quomodo periérit,ſatis putant ſe ſcire quod ſciunt.i.mortuum eſſe , unde uidentur ſoliciti fuiſſe,quia timêrent ꝙ non eſſet mortuus. Ego qui fero cǽtera æquo ánimo,uéreor, unum ne.i.ut non haſta Cæſaris,ſub qua ipſe proſcriptôrum bona uendêbat,non refríxerit , ſed adhuc ferueat.i.feruenter exerceat.

pareant ? Sed tamen ſuauiſſimum συμβιώτην noſtrum præſtabo integellum : nec committam,vt ſi ego eum condemnaro,tu reſtituas , ne habeat Plancus Burſa apud quem literas diſcat. Sed quid ago ? cum mihi ſit incertum , tranquillo ne ſis animo,an vt in bello,in aliqua maiuſcula cura,negotio ve verſere,labor longius. Cũ igitur mihi erit exploratum te libenter eſſe riſurum, ſcribam ad te pluribus. Te tamen hoc ſcire volo,vehementer populum ſolicitũ fuiſſe de P. Syllæ morte ante,quàm certum ſcierit.Nunc querere deſierunt,quómodo perierit.ſatis putant ſe ſcire,quod ſciunt.Ego cætera qui ánimo æquo fero, vnum vereor, ne haſta Cæſaris refrixerit. Vale.

ceat.Sane quia idem dícimus cum uerbo uéreor,cum negatiône, & ſine negatiône dubius eſt ſenſus. Nam ſi dicit ſe uereri ꝙ refríxerit,ironía eſt certum enim eſt ꝙ malit refrixiſſe,& ideo expóſui ſic ut negátio in partícula ne referâtur ad uerbum refríxerit , ut ſic uéreor quòd non refríxerit. Mutâuit autem ſupra númerum dicens ſcíuerit,& ſtatim poſt deſiêrunt,eo ꝙ duplex eſt númerus in uocábulo pópulus,& ſimílibus collectiuis,ſingulâris in uoce,unde dixit ſcíerit,& plurâlis in re, unde per ſýntheſin áddidit deſiêrunt. Vale.
DE P.Syllæ morte.Trib.locis Syllę huius ſectoris à Cicerõe mentio facta eſt,quamuis ſemper diuerſis prẹnomínibus ille diſtinctus ſit,quod culpa librariôrum factum puto:eundem omníno hóminem in iis ómnibus locis affirmârim:nam,quin in epíſtolis ad Cáſſium idem,de quo nunc ſermo eſt,intelligâtur,dúbium eſſe non poteſt:témpora enim conuéniunt,& iiſdem penè uerbis tota res narrâtur: iam iocâtus eſt de morte illius Cicero cum Caſſio,quemádmodum nunc cum Dolabella facit.Tértius locus eſt,ubi auarítia illius accuſâtur in I I.libro de Officiis,ſic enim inquit:De haſta autem agêbat,quam L. Sylla cum uibrâſſet, dictatôre propinquo ſuo,idem ſexto & trígeſimo anno poſt à ſceleratiôre haſta non recẹ́ſſit:nihil mirum ígitur,ſi magno odio erat apud omnes,cum calamitátibus aliorum ciuium patrimonium ſuum conſtitúere ſolêret,& in eodem nefario quæſtu áuide poſt tot annos íterum uerſarêtur. *P.V.C.

M.T.C.Dolabellæ S.D. EPIS. II.

lamentatoria

VEL meo ipſius interitu mallem literas meas deſyderares,quàm eo caſu , quo ſum grauiſſime afflictus : quem ferrem certe moderatius ,ſi te haberem. Nam & oratio tua prudens , & amor erga me ſingularis , multum leuaret . Sed quoniam breui tempore , vt opinio noſtra eſt,te ſum viſurus:ita me affectum offendes, vt multum à te poſſim iuuari.non quo ita ſim fractus, vt aut hóminem me eſſe oblitus ſim , ant fortunæ ſuccumbendum putem:ſed tamen hilaritas illa noſtra & ſuauitas , quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnino eſt.Firmitatem tamen & conſtantiam, ſi modo fuit aliquando in nobis,eandem cognoſces,quam reliquiſti . Quod ſcribis,prælia te meà cauſa ſuſtinère, nõ tam id laboro,vt ſi qui mihi obtrectent,à te refutentur:quam intelligi cúpio,quod certe intelligitur,me à te amari,quod vt facias,te etiam atque etiam rogo.ignoſcas que breuitati mearum literarum , nam & celeriter vnà futuros nos arbitror,& non dum ſatis confirmatus ſum ad ſcribendum. Vale.

VEL meo.Tantum ut alio loco díximus: amauit Tulliam filiam uxôrem Dolabel.ut quidam etiam de eo falſo turpiſſime ſuſpicati ſint , eius enim mortem, ut ipſe ſupra ad Sulp.ſcripſit,moleſtiſſime tulit,quod idẽ hac epíſtola oſtendit . Dicit enim ꝙ mallet Dolabel. accípere líteras de interitu ſuo, q̃ de óbitu filiæ ſuæ,cuius caſu dicit ſe grauiſſime affectum oſtendit autem ſe deſyderare aduentum Dolabel. Poſtremo,quia Dolabel.ſcripſerat ſe ſuſtinêre multa bella,ut defénderet Cice.aduerſus obtrectatores:dicit Cice.ſe gaudêre non tam ꝙ Dola.refútet,ſi qd falſo adſcribitur ſibi,q̃ ꝙ cognoſcit ſe ab eo amari. Vel.etiam. Meo ipſi.meo próprio. Interitu. morte.Eo caſu.i.de morte Túlliæ filiæ meæ , uxôris tuę.Afflictus.perculſus.Moderatius.ęquius,modeſtius. Si te habêrem.i.ſi adeſſes. Multum leuâret.ſ.de dolôre.Offendas.inuénies. Ita affectum.ita diſpoſitum,ita dolôre commôtum Hóminem.q.d.ſubiectũ omnibus telis fortũnæ, & légibus natûræ. Succumbendum fortũnæ. uincendum à fortũna. Hilâritas. iucũditas,quæ mihi aſpectu Túlliæ offerebâtur.& ſu. propter elegantiſsimos mores,& mirábilem facundiam ut ipſe ſupra ad Sulpi. Habêbam quo con. ubi conquieſcerẽ,cuius ſermône & ſuauitate omnes curas,doloreſque depónerem. Firmitâtem.conſtantiam,fortitudinem,in ferendo hoc caſu, ſic etiam ad Ser.Sulpi.Turpe enim eſſe exíſtimo me non ita ferre hunc caſum meum,ut tu li ſapientia præditus ferẽdum putas,ſed ópprimor interdũ, ut uix reſiſto dolori. Eandem quam re.i.talem qualem reliquiſti. HVBER.

Prælia.contentiônes cum multis, qui mihi detrahunt. Mea cauſa.quia amas me. Labôro.curo. Refutentur. conuincantur. Obtrectant.detrahunt,malè dicunt. Intelligatur me à te amari . Vna.ſimul. Confirmâtus.propter dolôrem,quem accepi de óbitu filiæ meæ. Labor.

VEL meo & c. Oſtendit mortem Túlliæ filiæ ſuæ ſibi máximo eſſe dolôri,uſque adeo, ut ad ſcribendum inútilis ſit.gratum prætereà ſibi eſſe,ꝙ à Dolabella contra detractôres defenditur,non tam ꝙ maleuoli refútantur,q̃ ꝙ per hoc ſe à Dolabel.amari intelligat.Ordo eſt.Ac ſi dicat Ci.ſcio ô Dolabel.ꝙ tu deſýderas líteras meas , quia multis diebus ad te non ſcripſi,uerum. Mallem ſup.ut deſyderâres líteras meas,uel.i.etiam,interitu meo ipſius.i.propter interitum proprium,quia ſi interiiſſet,amplius ſcríbere non poſſet.q̃ eo caſu.i.propter eum caſum.ſ.mortis filiæ, quo ſum afflictus grauiſsimè.q.d.ꝙ ad te non ſcripſi plúſculis diebus,eſt propter mortem filiæ meæ. Velim autẽ ſit potius propter mortem meam. Quem.ſ.caſum de morte filiæ meæ,ferrem certè moderatius,id eſt temperantius,ſi habêrem te.i.ſi mecum eſſes.Nam & orâtio tua prudens & amor ſcilicet tuus ſingulâris erga me, leuâret dolôrem multùm ſup.dolôrem meum. Sed quoniam ego ſum uiſûrus te breui tempore,ut opinio ueſtra eſt,tu offendes.i.inuénies me affectum.ſ.dolôre,ita ut poſſim iuuâri multum à te , non ꝙ ſim fractus, ita ut aut ſim oblîtus me eſſe hóminem,aut ut putem ſuccumbendum ſup.eſſe.i.neceſſe eſſe ſuccúmbere fortunæ.Sed tamen illa hiláritas noſtra,& ſuauitas.i.cómitas,& affabilitas morum,quæ delectâbat te præter cæteros,eſt mihi omnis.i.tota erepta:tamen tu cognoſces in nobis eandem firmitâtem & conſtantiam,quam reliquiſti , ſi modo.i.mõ demus, ꝙ ita ſit,quòd firmitas & conſtantia fuit aliquando in nobis.Quod ſcribis te ſuſtinere ASCEN. Ordo

Universidad de Burgos Biblioteca

Universidad de Salamanca Biblioteca

sustinere prælia.i.certamina,mea causa.i.pro me ab obtrectatoribus defendendo,ego non tam laboro id, ut si qui obtrectent mihi.i.de laude mea ob inuidiam detractent, refutentur â te.q.d.non sum appetens uindictæ,aut non tanti eos facio,ut magni faciam eorum refutationem,q̃.i.quantum cupio intelligi.s.ab omnibus.q.d.ego enim certo scio,sup.id,quod certe intelligitur,me amari à te. Quod ut facias.i.ut me ames ego rogo etiã atq; etiã,& sup.ut ignoscas breuitati mearum literarum.Nã &.i.simul,arbitror nos futuros celeriter.i.breuiter,una.i,pariter,& nondũ sum satis confirmatus ad scribendum,propter dolorem de morte filiæ.

HVBER.

M.T.C.Dolabellæ S.D. Epis. 12.

Gratulabara. monebara.

GRatulor Baiis nostris,siquidem, vt scribis, salubres repente factæ sũt. nisi forte te amant,& tibi assentantur: & tandiu,dũ tu ades,sunt oblitæ sui. Quod quidem si ita est,minime miror,cælum etiam, & terras vim suam,si tibi ita cõueniat,dimittere.Oratiunculam pro Deiotaro quam requirebas, habebam mecum, quod non putarã.Itaq; eam tibi misi,quã uelim sic legas, vt causam tenuem & inopem,nec scriptione magnopere dignã. sed ego hospiti veteri,& amico * munusculum mittere volui leuidense, crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Tu velim animo sapienti,fortique sis: vt tua moderatio & grauitas, aliorum infamet iniuriam. Vale.

G ratulor.Contulerat se Dolabel. Baias ad balnea,sed cum antea fuisset illic aliquantulum morbosus & molestus, scripserat Dolabel.factum esse salubrem.Itaq; hac epistola.Cic.ei gratulatur, & ei assentatur, cum dicit se nõ mirari aerẽ, & terras mutare naturã suãad cõmodũ ipsius Dolabellæ. Deinde quia petierat Dola.orationem,quam Cice.habuerat pro Deiotaro rege.Respondera tque Cice.se nõ habere eam: hac epistola dicit se habuisse apud se:sed non scisse extenuatque Cic.orationem illam,ut uitet arrogantiam. Siquidem.quoniam. Salubres.sanæ,salutiferæ. Nisi forte.ac si dicat,nisi id fiat in gratiam tuam. Assentantur.blandiuntur. Oblitæ sui.i.nisi reliquerunt naturam suam propter te.Vir. Oblitus ne sui ita est itachus. Cælum.aera. Vim. potestatem.

Dimittere. non exercere. Si ita conueniat tibi. si ita tibi conducat,& utile sit. Oratiũculam: usus est diminutiuo arrogantiæ uitandæ gratiã. Pro Deiotaro.quã habui pro Deiotaro rege Armeniæ, qui accusatus fuerat à nepote suo apud Cæs.quod ei parasset insidias,& dixisset Cæ.plausum nõ esse factum à po.Ro. tanquam tyranno. Requirebas.exigebas.

Deiotarus

Quod.haberem eam mecum. Tenuem.paruam, non multum locupletem copia orationis. Nec discri.nec ualde dignam,cuius exemplum accipias eam transcribendo. Hospiti.Deiotaro,qui est uetus hospes,& amicus meus. Munusculum, ut haberet hãc

Leuidensa

oratione m qualemcunque pro munusculo meo. Leuidense.Leuidensa genus uestis est,authore Seruio,ita dicta quoniam filo admodum raro & leuiter densata,& texta sit,& pertenuis. Ordo est.Sed ego uolo mittere ueteri hospiti,& amico munusculum leuidense.i.hanc orationem tanquam munusculum leuidense.i.uilis uestis,translatiue intelligit orationem crasso filo sermonis contextam,non q̃ ita sit,sed quia non uult extollere res suas. Ipsius.Deiotari, quia & ipse dabat munera parua. Infamet aliorum iniuriam.i.faciat, ut qui tibi iniuriam faciunt,infames sint,faciat decus aliorum iniuriæ.

ASCEN.

GRATVLOR & c.Gratulatur Cice.Dolabel.q̃ apud Baias pristinam receperit sospitatem,deinde dicit orationem pro Deiotaro rege à se habitam,quam secum habere non putarat se ad eum mittere, sed non plurimi faciendam.Vnde modeste sua extenuat. Ordo autem est.Gratulor Baiis nostris.i.nobis,aut familiaribus,quidem.i.certe,si ut scribis factæ sunt supple tibi,repente.i.statim, ubi in balnea earum te immiseris,salubres.i.salutem & sospitatem afferentes,nisi forte sup.Baiæ,aut balnea apud Baias, amant te, id est captæ sunt amore tui,& sunt oblitæ sui,id est naturæ suæ,tantisper.i.tandiu,dum.i.donec,tu ades.Latenter autem quantum perspicere possum,hoc dicit, Baias quidem corporibus solere sospitatem afferre,sed cum delitias immodicas afferant,animos eneruare.Grauior autem est animorum,q̃ corporum morbus. Vnde si plenam sospitatem attulerunt Dolabellæ,dicit eas mutasse naturam suam.Aut potius,nam sic Dolabel.nisi manifeste carperet Dolabel.eo genere morbi laborasse,qui apud Baias potius augeri,q̃ leuari soleret.Vnde si leuatus est,Baiæ naturam suam mutauerant. Quod quidem,scilicet eas oblitas sui,si est ita,ego miror minime cælum etiam,& terras dimittere uim suam,si conueniat ita tibi.i.si tibi utile sit.Ego habebam mecum oratiunculam,id est paruam orationẽ pro Deiotaro,perbreui,rege Armeniæ habitam,quam requirebas,id est exigebas à me.

Quod non putaram. Itaque.i.& ita misi tibi eam,quam scilicet oratiunculam uelim supple, ut legas sic, ut causam tenuem.i.exilem,& inopem,id est non argumẽtosam,de qua difficile sit copiose dicere: nec dignã magnopere scriptione,id est ut scribatur. Sed ego uolui mittere hospiti ueteri,& amico, scilicet Deiotaro, munusculum leuidense,id est habens formam leuidensem.i.uestis leuiter densatæ crasso filo,hoc est orationẽ leuiter contextam,& rationibus parum acutis.cuiusmodi munera ipsius,scilicet Deiotari solent esse, hoc est modici ualoris,& parum elegantiæ.Leuidensa genus est uestis,authore Seruio,ita dicta q̃ leuiter densata & texta sit. Ego uelim sup.ut tu sis animo sapienti,& forti,ut moderatio,& grauitas tua infamet.i.infamia afficiat iniuriam aliorum,scilicet qui de te male loquuntur.

* PETR. VICTO CASTI.

MVNVSCVLVM mittere uolui. Officii mei quondam esse putaui,ueterem huius loci scripturam notam facere,quod nunc repeto,quia alii in pluribus antiquissimis uocem,quam tunc diximus,in nostris melioribus non inueniri,inuenisse se affirmant,quibus fidem deesse non credimus,quemadmodum nos etiam hæc non fingimus.Medicæus certe codex ita legit.munusculum mittere leui densæ crasso filo.Nihil tamen ne nũc quidem immutamus. Eruditissimi illi, atque humanissimi uiri, de quibus antea locutus sum, qui plura manu scriptaexemplaria huius mei laboris adiuuandi caussa accurate inspexerunt,affirmant se in nullo VOLVI inuenisse.

Suberimus

Cicero Dolabellæ S. D. Epis. 13.

comendabara.

CAius Subernius Calenus & me⁹ est familiaris,& Leptæ nostri familiarissimi percenessarius. Is cũ vitandi belli causã profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellum,vt in ea prouincia esset, in qua nemo nostrum post Afranium superatum, bellum vllum fore putarat, incidit in ea ipsa mala quæ summo studio vitauerat. oppressus est enim bello repentino,quod bellum commotum â Scapula, ita postea cõfirmatum est à Pompeio, vt nulla ratione ab illa miseria se eripere posset. Eadem causa fere est M. Planii hæredis, qui est item Calenus, Leptæ nostri familiarissimus. Hosce igitur ambo tibi sic cõmẽdo, vt maiore cura, studio,solicitudine animi commendare non possim. Volo ipsorum causã: meque in eo vehementer & amicitia mouet & humanitas. Lepta verò cum ita laboret vt eius fortunæ videantur in discrimen venire, non possum ego nõ aut proxime atque ille, aut etiam æque laborare. Quapropter etsi sæpè expertus sum quantùm me amares: tamen sic velim tibi persuadeas, id me in hac re maximè iudicaturum. Peto igitur à te, vel si pateris oro,vt homines miseros,& fortuna,quam vitare nemo potest, magis quàm culpâ calamitosos, conserues incolumeis, veliſque per te me hoc muneris cum ipsis amicis hominibus, tum municipio Caleno, quo cum mihi magna necessitudo est,

Calenus

Afranius

Scapula

SVBERNIVS. Cum plurimũ posset Dolabel.apud Cæ.cõmendat ei Ci. Subernium, & M.Planiũ,non solum familiareis suos, sed etiam Leptæ, quem Cice. plurimum diligebat.Cum igitur post deuictum Afranium hi confugissent in Hispaniam tanquam in locum tutum, & ibi repentino bello fuissent oppressi, rogat Ci.Dolabel. ut eos cõmendatos habeat & quoniam prohibebantur patria quia secuti erant Pompe. partes,rogat etiam,ut & sua,& Leptæ causa det operã cum Cæ.ut restituantur in patriã:præsertim cum non sint diuites,ut Cæ.possit eis multùm adimere. Calenus.ex Caleno,quæ est,ut scribit Strab. urbs Campaniæ adiuncta Casilino utroq; ex latinę látere dextrorsum. Nostr.utriusque amicissimi. Pernecessarius. magna necessitudine coniunctus. M.Varro.is est ad quem Cicero.supra scripsit epistolas. In ea prouincia. Hispania. Afranium.ducem Pompe. Superatũ. uictum simul cum Petreio ab exercitu Cæsa. Putarat quia existimabamus illam prouinciam superatis illis duobus fore uacuam bello. In ea ipsa mala. in bella. Vitauerat. uitare curauerat. Oppressus.circumuentus. Commotum.excitatum. A Scapula. is unus ex Pompe. factionis ducibus fuit, qui bellum in Hispaniam excitauit, quod postea sextus Pompe. filius Cõ. cõfirmauit,& secutus est, superatus postea apud Mundam. Nulla ratione. nulla uia, nullo modo. Eripere.liberare. Ab illa miseria. infœlicitate bellorum. Eadem causa,id est similis,quia & ipse profectus est in Hispaniam,ut etiam uitaret bellum, in quod incidit. Hæredis.puto esse cognomen. Idem etiam.sicut Subernius. Studio.amore. Hos amb. Subernium, & Planium. Volo.cupio. Ipsorum causa.id est eorum respectu, scilicet ut sint tibi commendati, uel uclo ipsorum causã,ipsis bene cupio. In eo.ut ipsorũ causã uelim. Amicitia est mihi cum eis. Et hu.quia hóminis est, hómini prodesse. Lepta ue.addit, & áliam causam quia uidet hanc rem magnæ curæ esse Leptæ. Cum Lept.ita la.id est curet,& ita curet,& ita sit solicitus pro eis. Eius for.res eius. In di.in periculum,id est ita ut uideatur agi de periculo rerũ suarum. Próxime atque il.id est paulo minus,aut æque,id est tantum,& equaliter. Laborare.angi,curare. Id quod me. amas. In hac re.si habueris commendatos hos duos. Vel. Correctio. Si pateris. quia amicus non debet pati se orari. Calamitosos.infœlices infortunatos. Nemo uitare potest.quia omnes sumus subiecti fortune, & ita excusat eos, ne uideatur incidisse in calamitatẽ epistola sua, quia ita esset: essent minus digni fauore & auxilio. Velisque. ostendit Ci. hoc beneficio non solum illos duos,in quos conferetur,sed etiam totum oppidum Calenum,& maxime Leptam obligatum iri: est igitur ordo, & peto ut uelis me dare hoc muneris per te. Cum.id est &. Ipsis amicis. Subernio & Planio. Municipio.oppido.

ASCEN.

CAIVS Subernius &c. cum apud Cæsarem plurimum posset Dolabella,cõmendat ei Ci.C.Subernium, & M. Planium tã suos, quàm Leptæ familiares,rogatque, ut in Hispania commendatos habeat & apud Cæsarem pro eis restituendis patriæ diligenter agat. Ordo est Caius.Subernius Calenus, id est ex Calẽno urbe Campaniæ Italiæ est,is est & simul familiaris meus,& pernecessarius,id est ualdè necessarius Leptæ.familiarissimi nostri. Is.scilicet Subernius cum profectus esset in Hispaniam cum M.Varro. causã uitandi belli, ante bellum,ut in ea prouincia,in qua nemo post Afranium nostrum, id est Romanum imperatorem superatum,putaret ullum bellum fore,id est futurum esse,incidit in ea ipsa mala,scilicet belli, qui uitauerat summo studio. Ipsa enim oppressus est bello repentino, quod bellum commotum.i.incitatum à Scapula, scilicet duce à Pompe.misso,confirmatum est postea,à Pompe.scilicet Sexto Cnæi filio,ita ut nulla ratione posset eripere se ab illa miseria. Eadem causa fere Marci Planii Hærẽdis,scilicet cognominati. Nisi sit legendum Planci hærẽdis.i.qui est hæres Planci,sed si id esset Ci.eum potius propter Plancum, quàm Leptam commendasset, qui est item,id est similiter Calenus familiarissimus Leptæ nostri. Igitur ego commendo tibi hos,aut hosce ambos,sic ut non possim cõmendare sup. eos maiore cura,studio,solicitudine animi. Volo. scilicet eos tibi cõmendatos esse,causa ipsorum,quia ita de me meriti sunt,& amicitia,& humanitas mouet me uehementer,scilicet ut uelim causa ipsorum etiam, si non essent familiares Leptæ. Lepta uero cum laboret, scilicet pro eis

f.i. ita,ut

ita,ut fortunæ, id est diuitię eius uideantur uenire in discrimen, id est periculum, ego non possum non laborare,aut proxime sup.tantum,atque,id est sicut ille,aut etiã æq;, id est æqualiter. Quapropter,& si,id est quanquam,expertus sum,sæpe quantum amares me,tamen ego uelim persuádeas tibi sic, me iudicaturũ id, scilicet quantùm me ames,maximè in hac re.i.in susceptione huius cõmendationis. Igitur peto à te,uel oro,si páteris, scilicet à te,me orâri ut cõserues incolumes.i.saluos& illæsos hómines miseros& calamitosos.i.ærumnosos,magis fortunâ.s.aduersa,quã nemo potest uitare, q̃ culpâ.s.suâ. Et uelis me dare.i.ut ego dem.i.per intercessiônẽ tuam,hoc muneris.i.beneficii, cum.s.ita sit ꝙ ipsis hominibus amicis.s.Sube. & Pla.tum.i.multomagis Caléno municipio,qui cum.i.cum quo, hoc est cũ quibus ciuibus est mihi magna necessitudo.i.oblátio mutui officii.

me orâre

HVBER. ¶TVM.maxime & præcipue. Leptæ.cui hi duo sunt familiarissimi. Nihil o.nihil nocet. Res fa.patrimónium. Exigua.tenuis,parua. Vix equestris,scilicet est res familiaris.i.uix tanta quanta exigit census equestris, quem oportebat esse quadringẽtorum milium sestertium. Vita quam po.eis eri.quia fuerant eis hostes, & secuti fuerant Pomp. Sua liberalitate. laudat eum Ci.ut ab eo impetret,ut qui donauit uitam. donet etiam quod est minus, scilicet reditum in patriã. Adimi.eripi. Confice.impetra. In quo.reditu. Quã. scilicet uiam longam. Non fugiunt.quia potuisset dicere Dolabella,quare ergo uolunt redire si uia est longa,dicit eos hoc curare tantùm ut uiuãt cum suis. Et moriantur domi. quod solet esse magnum solatium uiuere,& mori apud suos. Perficias.re ipsa facias posse enim,parenthesis per quam occurrit obiectioni.

ASCEN. ¶TVM. id est adhuc magis uelis me dare hoc muneris Leptæ,quem antepono omnibus, equidem, id est ego certe puto sup.id quod sum dicturus, non pertinere ualde ad rem, sed tamen nihil obest, id est nocet dicere. Res familiaris est alteri eorum ualde exigua, id est modica,& est alteri, id est reliquo uix equestris, id est quæ satis sit ad censum equestrem, hoc est, quadringentorum millium sestertium. Quapropter quando, id est quoniam Cæsar concessit his uitam liberalitate sua,nec est quod possit præterea,id est præter uitam,adimi, id est auferri iis magnopere, id est magni æstimandum,confice,id est plene impetra hominibus reditum,scilicet in pátriam suam,uidelicet Calenum,si tu amas me tantum,quantum certe amas.In quo,scilicet reditu nihil est,scilicet difficile, aut potius ipsis obtinendum quia in patria parum aut nihil habent præter uiam longam, scilicet ex Hispaniis Calenum usque, quam, id est uiam longam,ipsi non refugiunt idcirco,ut uiuant cum suis,& moriantur domi, quod ut enitare & contendas,uel potius perficias,persuasi enim mihi te posse, scilicet perficere : rogo te ut uehementer etiam atque etiam,id est iterum atque iterum. Vale.

tum Leptæ,quem omnibus antepono, dare. Quod dicturus sum, puto equidem nõ valde ad rem pertinere, sed tamen nihil obest dicere: res familiaris alteri eorũ valde exigua est,alteri vix equestris. Quapropter quum his Cæsar vitam sua liberalitate concessit:nec est quod iis præterea magnopere possit adimi;reditum, si me tantum amas,quãtum certe amas, hominibus confice.In quo nihil est præter viam longam : quam idcirco non fugiunt,vt & viuant cũ suis,& moriantur domi.Quod vt enitare cõtendasq́;, vel potius vt perficias (posse enim te mihi persuasi) vehementer te etiam atque etiam rogo. Vale.

laudabatur. hortabatur.

Cicero Dolabellæ cos.suo S. D.

HVBER. ET si, Iúlio Cęs. in senâtu interfecto.cũ quidã ei aram & magnos honôres decérnerent Dolabella consul singulâri ánimi magnitúdine eis réstitit, & puniendos curâuit, quod tanta iustitia ab ómnibus factum existimatũ est ut uehementer à toto pópulo probarétur, in quo Cice. nunc uehementèr gratulâtur ipsi Dolabellæ,ostendẽs laudem & glóriam eius sapientiæ sibi à multis ex magna parte attríbui, qui existimâbant Dolabellã talem esse,quià ita fuisset institûtus pręceptis & mónitis Ci. licet ipse Dolabella ea fáceret sponte sua & proprio iudicio. Itaque Ci. dicit multũ ádditum esse ad amorẽ, quo ántea prosequebâtur eum, sicut etiam erga Brutum postquam Cæ.interfécit, hortâtur autem eum ut pergat quemádmodum incêpit, & imitêtur seipsum, deinde ut non solũ tueâtur interfectôres Cæ.qui fuêrunt authores liberalitâtis, sed etiam ornet,& honóribus amplíficet, postremò eum monet,salûtem diligentèr custódiat cum reipub. conseruatio ex eo péndeat. Aduertendum est tamen Ci.ipsum latenter laudâre,licet dissímulet. Tua.scilicet sola & propria. Nõ possum non con.non possum negâre,non possum fácere,quin apertè dicam. Cumulâri.impléri, tractum à mensûris quibus nihil potest addi. Sócium.participem. Conuénio autem parenthesis. Valetúdinis causâ.scilicet curandæ qui uéniunt hùc tanquam ad loca salúbria ut curent ualetúdinem, aut ut benè ualeant. Municipii.ex ciuibus,qui ab urbe Roma tantummodo muneris partem non etiam magistrâtum licêbat ac

ET si contẽtus eram mi Dolabella tua glória, satisque ex ea magnam lætítiam voluptâtemque capiébam: tamen non possum non confitêri cumulâri me máximo gaudio, quòd vulgò hóminũ opínio sócium me adscribat tuis laúdibus.Néminem conuêni (conuénio autẽ quotídiè plúrimos. sunt enim permulti óptimi viri qui valetúdinis causâ in hæc loca véniant: prætéreà ex municipiis frequentes necessarii mei) qui omnes cùm te summis laúdibus ad cœlum extulêrunt, mihi contínuò máximas grátias agant. Negant enim se dubitâre, quin tu meis præceptis & consiliis obtémperans, præstantíssimum te ciuem, & singulârem Cónsulem præbeas. Quibus ego quanquam verissimè possum respódêre,te,quæ fácias,tuo iudício & tua sponte fácere,nec

cuiusquam

cuiusquam egêre consilio:tamen neq; planè asséntior, ne immínuam tuam laudem, si omnis à meis consiliis profecta videâtur: neque valdè nego, sum enim auidior etiam quâm satis est, glóriæ.Et tamen non aliênum dignitâte tua,quod ipsi Agaménnoni Regum Regi fuit honestum, habêre áliquem in consiliis capiendis Néstorem:

cípere: díximus álio loco plura ex authoritâte Festi & A Gel. Quin.qui non. Contínuò.statim. Obtémperans.parens,auscultãs. Te spon. per teipsum, scílicet ne mónitis meis. Tuo iudício. tuo consílio. Neque asséntior eis,quod præceptis obtémperans te præbitúrus sis singulârem cónsulem. Omnis.tota,sit laus tua. Profecta.deducta processisse. Neque nego.neque recûso. Etiam quàm,scilicet est, id est etiam aliquanto plus quâm déceat. Est tamen. probat Ci. exemplo ꝙ non modo Dolabella non débeat indignâri,si Ci. consilio multa recte fácere dícitur & putêtur uerumetiam pótius débeat gaudêre. Non ali.à di. non contra honôrem. Quod ipsi,argumentum à maiôri ad minus. Ipsi.émphasin habet. Regum re.sic Oui.in Heroi. Tantalida omnes ipsumque regêbat Achillem,His pars militiæ dúxerat ille ducum. Aliquem ne,id est áliquem símilem. Néstori.qui sæpe dabat consilia Agamẽnoni,ex cuius Néstoris lingua,ut ait Hora.Dúlcior melle fluêbat orátio & dux ille Græciæ nunquam optâuit ut Aiâci símiles habêret, at ut Néstoris, quod sibi si accíderet non dubitâbat quin breui esset Troia peritûra.

Quin

¶ET si contentus.Cæsare in senâtu interfecto cum quidam eidem aras & diuînos honôres decérnerent, Dolabella consul singulâri ánimi magnitúdine eis réstitit,& puniẽdos curâuit,quod factum summa æquitâte pópulus cénsuit, unde nunc eidem Ci. uehementèr gratulâtur, docetque laudem quodammodo in se conuerti, atque ita se multùm adiecisse ad amôrem suum in eum.Ordo est.Et si.id est quanquam ô mi Dolabella,ego cõtentus eram,glória tua.& capiêbam ex ea satis magnã uoluptâtem & lætítiam,tamen ego non possum non confitêri,id est quin cõfitear,me cumulâri, id est augêri máximo gaúdio quòd opínio hóminum adscribat me uulgò, id est passim quasi per totum uulgus, sócium tuis laúdibus, id est partícipem esse debêre in laúdibus tuis tanquam sócium & adiutôrem præclâri facti. Ego néminem conuêni.colloquendi gratiâ adii. Conuénio autem quotídiè plúrimos. Sunt enim permulti uiri óptimi,qui causâ ualetúdinis,scílicet malæ, id est ægritúdinis,conuéniant in hæc loca, scílicet ubi sum, uidêtur autem Baiis tunc fuisse, aut in Cumâno, seu Tusculâno: prætéreà necessárii mei conuéniunt frequentèr ex municípiis, scílicet próximis, quin omnes cùm, id est postquam extulêrunt te summis laúdibus ad cœlum. Agant mihi contínuò máximas grátias. Negant enim, scílicet omnes, se dubitâre quin tu obtémperans præceptis & consiliis meis præbeas.i.exhíbeas te ciuem præstantíssimum & cónsulem singulârem, id est egrégiè excellentem. Quibus ego quanquam possum respondêre uerissime te fácere ea,quæ facias iudício tuo & sponte tua,quod dicunt próprio instinctu, nec ágere consilio cuiusquam tamen neque planè,id est omnîno & apertè asséntio, ne immínuam laudem tuam, quia ut dócuit Isidôrus primus uirtûtis gradus est per se benè ágere. Secundus consilio altérius, si omnis, scílicet laus uideâtur profecta,id est orta à consiliis meis,neq; nego ualdè. Sum enim auídior glóriæ etiã quàm satis est. Est tamen non aliênum à dignitâte tua habêre áliquem Néstorem, id est senem prudentem ut Nestor erat qui iam tertiam uiuêbat ætatem, in capiundis cõsiliis,quod,scilicet habêre Néstorem,fuit honestum.i.pulchrũ & honôre dignum Agamémnoni regi regum,id est summo imperatôri Gręcorum in quorum exércitu multi erant reges. ASCEN.

Ordo ¶

Nestor

mihi vero gloriôsum,te iúuenem Cónsulem florêre laúdibus,quasi alumnum disciplinæ meæ.L.quidem Cæsar, cum ad eum ægrotum Neápolim venissem,quanquam erat oppressus totíus córporis dolóribus: tamẽ ante quàm me planè salutâuit, O mi Cicero, inquit, grátulor tibi, cum tantùm vales apud Dolabellã, quãtùm si ego apud sorôris filium valêrem,tam salui esse possêmus. Dolabellæ vero tuo & grátulor, & grátias ago: quem quidem post te cónsulẽ solum póssumus verè Cónsulem dícere. *Deinde multa de facto ac de re gesta:tum nihil magnificentius, nihil præclarius actum vnquam,nihil reipub.salutarius. Atque hæc vna vox omnium est. A te autem peto,vt me hãc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere: mêque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiare.quanquam mi Dolabella (hæc enim iocatus sum) libentius omneis meas,

MIHI uero,quasi dicat nec tibi est turpe, & mihi est magnæ gloriæ. Quasi alumnum disciplinæ meæ,idest tanquam mea disciplina institutum. L.Cæ.auunculus M.Antonii. Tantum uales.tantum potes, tantum habes authoritatis. Apud filium sororis.apud M.An.natum ex sorore mea. Vere, id est reipsa multi consules sunt solo nomine, qui tamen reipsa non consulunt, reipub. sicut tu fecisti & nunc Dola. De facto. de eo quòd egisti in puniendis iis qui uidebantur contra libertatem Romanam sentire & facere. Salutarius. id est utilius. Vna uox omnium, id est omnes uno ore ita dicunt. Atque.nunc Cice. petit admitti in partem gloriæ ipsius Dolabellæ. Hanc falsam hæreditatem.id est licet non merear,nec debeam esse particeps glorię tuæ, tamen patiaris me esse hæredem huius tuæ gloriæ. Quanquam.nunc Cice.artificiose se corrigit, dicens se potius daturum omnes laudes suas si quas habet ipsi Dolabellæ quàm diminuturum aliquid de illis laudibus. Transfuderim.pro transfundam,& transmittam, uel transfunderem. Exhauserim.abstulerim, amouerim. His. quę gessisti in consulatu tuo. Nihil fuerit ar. in amo.id est nihil magis fuerit incensum amore, quàm ego sum incensus amore tuo. Nihil est enim. ostendit Ci. amorem suum excitatum esse erga Dolabellam propter solam uirtutem. Amabilius. quòd magis mereatur amari. Semper amaui. probat quòd nihil sit uirtute amabilius:quia propter eam dicit Brutum à se plurimum amari,& præcipue postquã interfecit Cæsarem,quia eo die ostendit uirtutem suã cum tyrãnide rep.liberauit. Idibus Mar.xv.die Mar- HVBER.

f.ii. tii cum

Universidad de Deusto Biblioteca

tii cum Cæsarem interfecit. Accesſit additum eſt. Augendi amorem. Cumulatum plenisſimum, quod nullum augmẽtum accipere poſſe uideretur. Quis erat. ſicut dixit auctum fuiſſe amorem ſuum erga Brutum propter mortem Cæ. ita dicit auctum amorem, quẽ uidebatur cumulatiſsimus erga Dolabellã. Nunc amare. ponit apertiſsimam differentiam inter amare & diligere, quoniam amare maiorem uim habet. Seruias. obtemperes, id eſt facias id quod & dignitas & gloria tua exigit. Proponas. ſubaudiendum eſt, ꝙ eſt quod horter te, ut proponas tibi &c. Quod. ſcilicet proponere claros uiros. Te cum c.ſt.uim. reipub. & quotidie aliquid melius facere. Non licet non eſſe tui ſimilem, id eſt non potes non eſſe is, qui es. i. clariſsimus.

Amare

ASCEN. ❧VERO pro ſed, gloriosum eſt mihi te iuuenem conſulem florere laudibus quaſi alumnum diſciplinę meæ. Lucius Cęſar auunculus Marci Antonii quidem, id eſt certe, quaſi dicat ut de aliis taceam, cum ueniſsem Neapolim ad eum ægrotum, quanquam eſſet oppreſſus doloribus totius corporis, tamen antequã me ſalutauerit plane, id eſt plene, inquit ò mi Cicero, ego gratulor tibi. cum, id eſt quoniam tantum uales apud Dolabellam, quantum ſi ego ualerem apud filium ſororis. ſ. meæ, hoc eſt apud M. Antonium, qui Cæſarem occiſum mirifice extulit, nos poſſemus eſſe ſalui, quia reſpub. reciperet priſtinas uires. Vero. i. ſed aut ad uerum, ego gratulor & ago gratias Dolabellę tuo. ſ. quondam genero & adhuc neceſſario. Quem quidẽ. ſ. Dolabellam, nos poſſumus dicere, id eſt appellare uere cõſulem ſolum poſt te conſulem, quaſi omnes intermedii non fuerint ueri conſules, quia non conſuluerint reipu. ſed nocuerint. Deinde ſup. adiecit aut locutus eſt multa, de facto, ſcilicet tuo ac de re geſta, tum ſup. adiecit nihil actum ſup. eſſe magnificentius, nihil præclarius, nihil ſalutarius reipub. Atque hæc una uox omnium. id eſt quod Lucius Cæſar de te præiudicauit omnes prædicant. Autem. id eſt ſed, ego peto à te ut ſinas, id eſt permittas me cernere hanc quaſi falſam hęreditatem gloriæ alienæ, hoc eſt gloriæ à te partæ, me ſuccedere tanquam hæredem cum non ſim uerus hæres, non enim è me nata eſt: & ita non debet ad me reuerti, & pro. id eſt patiare me ex aliqua parte, in ſocietatem tuarum laudum, quanquam ò mi Dolabella. Sum enim iocatus, id eſt per iocum locutus, hæc, ſcilicet ſuperiora, ego tranſſuderim, id eſt quaſi de uaſe in uas fundendo addixerim libentius ad te, omnes laudes meas ſi modo aliquæ, ſunt laudes meæ, quam exhauſerim aliquam partem ex tuis, ſcilicet laudibus. Nam cum ego dilexerim te ſemper tantum, quantum tu potuiſti intelligere. Valla dicit, Cum & tum ſic poſita ſolo indicatiuo congruere, unde hic legendum putaret dilexi, tum, id eſt multomagis incenſus ſum his factis tuis. Si quæras à Valla quomodo his dicat & tuis, dicet his de quibus loquor, & tuis quæ feciſti, ſicut nihil fuerit mihi unquam ardentius in amore. Enim. id eſt quia, crede mihi nihil eſt formoſius uirtute, quæ ut ex ſententia Platonis inquit in offici. ſi oculis cerni poſſet admirabiles excitaret amores ſui. Nihil eſt pulchrius, nihil amabilius uirtute, id eſt animi fortitudine quæ à uiribus proprie uirtus dicitur. Ego amaui ſemper, ut tu ſcis M. Brutum interfectorem Cæſaris, propter ſummum ingenium, eius ſuauiſsimos mores, ſingularem probitatem, atque conſtantiam eius, tamen tantum acceſsit ad amorem, ſcilicet eius, Idibus Martiis quibus cum Caſsio & aliis coniuratis Cæſarem interemit, ut mirarer locum augendi, id eſt ut augeatur fuiſſe in eo, id eſt in ea re, hoc eſt uehementiſsimo amore quod uidebatur mihi iampridem, id eſt à pluribus diebus etiam cumulatum, id eſt ſic refertum & plenum ut nihil poſſet ſuperaddi, metaphora eſt à menſura referta & cumulo deſuper aucta. Quis erat qui putarat aliquid poſſe accedere, ideſt addi ad eum amorem quem habebam erga te? quaſi dicat nullus. tamen. i. attamen, tantum acceſsit, ut uidear mihi nunc denique, id eſt tandem amare, ſcilicet te, quod longe plus eſt quàm diligere, nam diligere, id eſt ſeorſum quemuis legere ut cum ſit dignus ſi dignum ſit amemus, & ſup. uidear dilexiſſe ſup. te antea, id eſt ante hoc tempus. Quare quid eſt, ſcilicet cauſæ aut rationis, qđ, id eſt propter quod, ego horter te ut ſeruias, id eſt inſeruias dignitati & gloriæ, & ſup. proponas tibi tanquam exemplar, claros uiros, quod ſolent facere ſup. ii. qui hortantur, quaſi dicat nihil eſt cauſæ, quia neminem habeo clariorem quam teipſum. oportet ſup. ut imitere te, ſcilicet ipſum, & ſup. ut ipſe certes tecum, quidem, id eſt certe, licet tibi, tantis rebus geſtis, id eſt poſtquã tantas res geſsiſti, non eſſe ſimilem tui, id eſt degenerare deinceps à præclaris inceptis tuis. Sæpe admonui cum de moribus loquimur nomen ſimile aptius genitiuo iungi, unde hic ſimilem tui dixit, de corporis ſimilitudine cum datiuo. Quod. id eſt quæ res, cum ſit ita, ſcilicet ut dictum eſt.

xP.V.C. ❧DEINDE multa de facto, ac de re geſta. Interpretatur Græcam uocem πρᾶξιν, quia in epiſtolis ad Atticum in hac re exponenda non ſemel uſus eſt: multis etiam aliis in locis eodem Latino uerbo Græcum expreſsit. In Philip. prima: Erectus enim maximi, & pulcherrimi facti cõſcientia. Ad Att. ὦ πράξεως καλῆς μέν, ἀτελοῦς δέ. & ſi cum commode facere poteſt, Græco potius utitur. Recentiores interpretes Ariſtotelis in libris, quos confecit de uita & moribus, actionem potius appellarent: putas enim diſtingui oportere apud Latinos diuerſas res diuerſis nominibus, quemadmodum apud Græcos ſit: illi enim habent ποίησιν & πρᾶξιν, poſteriorémque ſemper ſeruafunt, ut actionem redderent: quod Cicero, quemadmodum apparet, neglexit: nam hic non de manuum opere, ſed de ciuili facinore agitur.

hortatio non eſt neceſſaria: gratulatione magis utendum eſt. Contigit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, ut ſumma ſeueritas animaduerſionis non modo non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet, & cum bonis omnibus, tum infimo cuique gratiſsima. Hoc ſi tibi fortuna quadam contigiſſet, gratularer fœlicitati tuæ: ſed contigit magnitudine cum animi, tum etiam ingenii atque conſilii. Legi enim concionẽ tuam: nihil illa ſapientius: ita pedetentim & gradatim tum acceſſus à te ad cauſam facti, tum receſſus, ut res ipſa maturitatem tibi animaduertendi omniũ conceſſu daret. Liberaſti igitur & urbem periculo, & ciuitatem metu. neque ſolum ad tempus maximam utilitatem attuliſti, ſed etiam ad exemplum facti. Intelligere debes in te poſitam eſſe rempub. tibique non modo tuendos, ſed etiam ornandos eſſe illos uiros, à quibus initium libertatis profectum eſt. Sed his de rebus coram plura propediem, ut ſpero. Tu, quum rempublicam noſcq; cõſeruas, fac ut diligentiſsime teipſum mi Dolabella cuſtodias. Vale.

❧Ex. xiiii. Epiſtola. Et ſi contentus.

❧Deinde multa de facto, ac de re geſta, tum nihil magnificentius, nihil præclarius unquam, nihil reipublicæ ſalutarius teſtatus eſt. Semper amaui, ut ſcis Marcũ Brutum. Proponas tibi claros uiros, quod facere ſolent, qui hortantur. A quibus initium libertatis profectum eſt.

❧HORTATIO. ad dignitatem & gloriam comparandam. Magis. potius quàm hortatione. An ne. ſcilicet contingerit. Seueritas. aſperitas. Animaduerſionis. punitionis in eos qui aram & columnam & reliquos honores Cæ. decreuiſſent, uel in eos qui contra libertatem patriæ ſentirent. Non in. id eſt non odioſa. nam inuidia ut alio loco dixim⁹, interdũ pro odio ponitur. Popularis. grata populo, fauoribus plena. Infimo, id eſt etiam plebeis. Conſilii. ſapientiæ. Contentionem. orationem licet alia etiam interdum ſignificet, ut alio loco diximus. Acceſſus. ingreſſus, exordium. Receſſus. cõcluſio. Pedetentim. paulatim. Res. id eſt rei honeſtas. Conſenſu. o. id eſt omnibus concedentibus & probantibus. Vrbẽ. ædificia ipſa. Ciuitatem. ciues. At t. ſcilicet aliquid, id eſt ad præſens. Repoſitam in te. i. in te habere magnum præſidiũ & eſſe ſub tutela tua. Illos ui. Brutum & Caſsium. Profectũ eſt. proceſsit, factum eſt. Plura. ſcilicet dicam. Quando. quoniam. Nos. ciues Romanos.

Inuidia

Acceſſus

Pedetẽtim

❧HORTATIO. ſcilicet tui non eſt neceſſaria ſed ſup. utendum eſt magis gratulationi, ſcilicet ob præclara incœpta à quibus degenerare non liceat. Contingit enim tibi, quod aut ſcio, id eſt neſcio an nemini. ſ. alteri contigerit, uidetur dicendum alicui, ſcilicet alteri, ſed utrunque neſciſſe & dubitaſſe poteſt Cicer. àn, ſcilicet alicui alteri contigerit & an nemini, ſup. alteri quia duarum contradictoriarũ ueritas eſt æque incerta, nota enim ueritate unius, ſtatim ſcitur falſitas alterius. Et ita quicunque neſcit an alicui, etiam neſcit an nemini, nam altero ſcito alterum ignorari non potẽſt. Conſuetior tamen modus loquendi eſſet, an alicui, ſed interdum duæ negationes non plus efficiunt quàm una. Contigit autem ut ſumma ſeueritas, id eſt ſummus rigor animaduerſionis, id eſt iuſtæ punitionis in eos qui Cæſari diuinos honores decreuerant, non modo, id eſt non ſolum non eſſet inuidioſa, ſed eſſet etiam popularis, id eſt plauſibilis & placens populo, & ita fit quòd eſſet gratiſsima omnibus bonis tum, id eſt multomagis fuit gratiſsima infimo cuique, id eſt maxime plebeio. Si contigiſſet hoc tibi quadam fortuna. i. fœlici euẽtu, ego gratularer fœlicitati tuæ, ſed contigit magnitudine, id eſt propter magnitudinem tum animi, ſcilicet tui tum etiam ingenii atque conſilii. Ego enim legi concionem tuam, id eſt orationem quam habuiſti ad populum, nihil ſup. fuit aut legi ſapientius illa, ſcilicet concione tua. Ergo etiam ſapientia dici poſſunt, ita, id eſt uſque adeo, pedetentim, ſcilicet quaſi tenendo ingreſſum pede, hoc eſt ita gradatim ſup. factus eſt tum acceſſus à te ad cauſam facti, tum regreſſus, ſcilicet facti ad te, ut ipſa res, id eſt caſus qui euenerat, daret tibi maturitatem. i. celeritatem animaduertendi, id eſt puniendi, conceſſu, id eſt permiſsione ſeu, ut alii legunt conſenſu omnium. Notum eſt ex præceptis rhetoricis, quando cauſa turpis eſt à cauſa ad perſonam tranſeundum eſſe, & rurſus quando perſona inuidioſa ad neceſsitatem facti, itaque Dolabellæ non acceſſus cauſa ad ſe fuit, nunc receſſus à ſe ad cauſam facti, ut perſuaderet maturandum fuiſſe. Igitur hoc faciendo, tu liberaſti & urbem periculis, ſcilicet peremendi & ciuitatem, id eſt populum metu, neque, id eſt & non, & attuliſti non ſolum ad tempus, id eſt pro temporis parte maximam utilitatem, ſed etiam debes intelligere rempub. id eſt ſalutem reipub. eſſe repoſitam, id eſt collocatam in te ad exemplum facti, ſcilicet tui, quia facto tuo offendiſti aliis quid facere debeant, & debes etiam intelligere illos uiros, ſcilicet Brutum Caſsium & reliquos coniuratos, à quibus initium libertatis, ſcilicet à Tyrannide Cæ. eſt profectum, id eſt ortum non ſolùm tuendos, id eſt protegendos eſſe tibi, ſed etiam ornandos, ſcilicet dignitatibus & honoribus publicis. Sed ſup. nos loquemur propediem de his rebus plura ut ſpero. Tu ò mi Dolabel. quando. id eſt quando quidem conſeruas rempub. & nos, fac ut cuſtodias, id eſt ab inſidiis Antonii & Auguſti diligenter teipſum. Vale.

HVBER. DVABVS. Vna epístola scrípserat Pætus ad Cice. gratum esse eius erga se ánimũ, quem eius líteris perspexisset, precipue quod ei esset magnæ curæ ualetûdo sua, quare respondẽs Ci. dicit maiôrẽ esse re ipsa quàm ille absens literis perspícere potuisset, deinde eum uehementèr láudat quod tantum dignus esset amâri. commendatque plúrimùm eius sales & facétias, ita ut eum cõparet clarissimis oratóribus ex quo mérito dicit se perturbâtum esse quod intellexisset talem uirum malè habêre quod Papýrius scrípserat se admirâri. Altera autem epístola excusâuerat se Pætus quòd non dissuasisset Ci. ut émeret domum Neápoli, sicut institúerat, sed exorâuit ut conseruâret quæ Romæ habêret, ad quæ omnia scripsit Ci. & ostendit nullam causam esse quare nũc débeat notâri esse Ro. quamuis ostendat se in magna esse existimatiône Romæ. Postremò petit se reddi certiôrem de Syllâna domo qualis sit. erat enim Ci. eam emptûrus. Qua t. an, scilicet scriberem ad te, id est quatuor diêbus prætéritis. A Zetho. nomen propriũ. Philero ta. cuius officium est ferre tabellas, id est líteras. Ex priôribus. incipit respondêre primò priôribus líteris, hic textus reperîtur uariâtus, inuêni enim códicem, in quo ita scriptum erat. Ex prio. lite. tu. intel. tibi pergrâtam esse curam meam ualetúdinis tuæ, quam tibi profectam esse gaúdeo, alii códices habent áliter sed mihi magis probâtur ea lectio, quàm notâui, nam Cice. scrípserat sibi magnæ curæ esse ualetúdinem Pæti, quod etiam patêbit inferiùs. Perinde ut e. r. id est ita ut est in effectu. Prospi. lite. cognóscere meis scriptis, quia maiôrem quàm possim exprimere líteris. A sa. mul. id est à ualdè multis. Nomen. parenthesis quæ ostendit ita esse quod intélligat se à multis amâri. Illôrum ómnium. quibus uídeo me díligi.

Zethus

Cicero Pæto. S. D. Epist. 15.

DVabus tuis epístolis respondêbo: vni, quam triduò antè accéperam à Zetho: álteri, quam attúlerat Philêros tabellárius. Ex prióribus tuis líteris *intellexi pergrâtam tibi esse senténtiam, & ánimum meum perspectum circa curam valetúdinis tuæ, quam tibi esse gaúdeo. Sed mihi crede nó perinde, vt est re, ipse ex líteris perspícere potuisti. Nam cùm à satìs multis (non enim possum áliter dícere) & coli me vídeam & díligi: nemo est illôrum ómniũ mihi te iucúndior.

ASCEN. DVABVS &c. Respondens Ci. duabus epistolis Papyrii, primò dicit incolumitâtem sibi curę esse, deinde laudat eum & eius sales ac lepôrem in dicendo. demùm, quia consulúerat ne uéndita domo quam Romæ habúerat Neápolim migret, respondet nullam causam esse cur Romæ esse uelit, Ordo est. Ego respondêbo, scilicet hac una epístola, duâbus epístolis tuis, uni, scilicet epístolæ, quam accéperã à Zetho triduo antè, scilicet quàm secunda esset allâta, álteri, quam Philêros tabellárius, & tabellârum, hoc est literarũ portâtor attúlerat. Ego intellêxi ex prióribus líteris tuis senténtiam meam esse pergrâtam tibi, & animum meum perspectum sup. esse, id est planè cógnitum circa curam ualetúdinis tuæ, quam, scilicet ualetudinem, scilicet bonã, ego gaudeo esse tibi. Sed crede mihi tu absens non potuisti perspícere, id est perfectè uidêre & cognóscere líteris perinde, id est ita ut est re, scilicet ipsa, hoc est quantùm de ualetúdine tua solícitus fúerim. Nam cum uídeam me & coli & díligi à satìs multis, non enim possum dícere áliter, quasi dicat nõ possum dícere ab ómnibus, tamen sup. id est nemo ómnium illôrum, scilicet qui me colunt & díligunt est iucúndior mihi te, id est quàm tu sis.

Ordo ¶ Tabellari9

*P.V.C. INTELLEXI pergrâtam illi. Locum quem in óptimis ac uetustíssimis codícibus lácerum cõminûtúmque esse docúimus, alii qui nullos locos iacêre, ac desperâtos esse patiũtur, quómodo potuêrunt restitúere: de quorum lectiône solícitus non fui, compertum habens, illam nouam commentitiámque esse.

HVBER. NAM quòd. probat quod nemo sit ei iucúndior ipso Pæto, non tantùm quia ab eo amêtur, quia etiam id habet ab aliis, sed quod ipse sit dignus amâri. Pridem. diu. id est iam multo témpore. Constantèr. perseuerantèr Sed tibi cõmune cum multis, id est quod multi alii fáciunt sicut tu. Quod tu. i. nunc dicit, id quod est própriũ ipsius Pæti. Sales, facétiæ. Salsiôres, suauiôres, sapidiôres. præpônit autẽ sales Românos salibus Atticis. Vrbâni, ciuíles, ornâti. Licet exi. quid li. id est licet putes de me quid uelis. Cápior. delector, Nostrátibus romanis, nostræ gentis & patriæ. Oblîtas La. i. Latiis móribus refertas ab obliuior participio. i. cũ uídeam eas esse uetustíssimas, & sápere Latinũ. i. tales quales erant tunc, cum primũ peregrini immissi sunt in Itáliam, nam pósteà superueniente copia Gallôrum & cæterôrum barbarôrum íncipit perire gratia uetustârum facetiârum. Peregrínitas. id est peregrini qui in urbẽ ueniunt. Infusa. immissa. Braccâtis. enim, id est Gállicis à braccis longióribus quibus utebâtur, dicit autem nunc corruptas esse uéteres facétias Românas in mixtiône transalpinârum & barbarârum, ita ut uestigia uéteris lepôris in nullo remáneant, aut nisi in solo Pæto. Et tran. id est omnîno bárbaris, & subauditur uideo esse oblîtas. Vestígium. signum, reliquias, tractum à pédibus quorum saltem apparent signa. Omnes gra. Semprónium, Gracchum & Tybérium, & Caium, Gracchos uiros eruditíssimos & facêtos. Vere ut di. Cras. id est crassum oratôrem intélligit de quo ipse in primo offi. erat in L. Crasso in L. Philippo multus lepos. Et le. propter C. Lælium de quo eodem lib. de offi. At iisdẽ tempóribus in M. Scauro & in M. Druso adolescente singulâris seuéritas. In C. Lælio multa hiláritas, cómparat ígitur Pætum Ci. his claris oratóribus. Moriar. iurantis est. Vernáculæ. doméstícæ, tractũ à seruis, qui in domo nascuntur qui Vernæ appellantur, inde uernácula língua dicitur, quàm alii maternam, alii uulgârem appellant. Ad hos le. id est ad tales facétias. Accêdat, addâtur. Tanta pertur. supra dixit curam, id est solicitúdinem. Exanimâtum, attónitum perculsum. Quod autem. respondet secundæ epístolæ. Purgas, excûsas. Emptiônis Neapol. id est eius, quod Neápoli eram emptûrus. Authorem. suasôrẽ, consultôrem. Aliter. in áliam partem, scilicet, quàm tu dixisti. Non li. mi. non me posse fácere id. Quod ar. scilicet me factûrum. Has res. scilicet quas hábeo Romæ. Non omni. nõ in totum. Catûlum. confûtat ratiônem, quàm Pętus confirmáuerat exemplo Catũli, qui nunquam cénsuit uendendum esse Romæ, ut emerétur álibi, dicit ergo quòd illa témpora ália erant quàm nunc, illis enim tempóribus dicit talem fuisse statum reipub. quod ipsi placêbat abesse diutiùs ab urbe, quemádmodum nec Catûlo. Sedebâmus in puppi. in loco honoratiôre nauis, quasi dicat erâmus tunc magistri & gubernatôres nauis, per quam intélligit rempub. Clauum. gubernáculum, Temônem, quem tenet gubernâtor. Virg. v. Aeneid. Tali. di. da. clauúmque affixus & hærent. Nusquam amittêbar. Idem lib. vi. Námque gubernaclum multa ui forte repulsum, Cui datus herbam custos.

Pridem

× obliuiscor.

Vestigium

Vernaculę Vernæ Vernacula lingua

Nam quòd me amas, quòd id etiam pridẽ & cõstantèr facis, est id quidem magnum, atq; haud scio an máximum: sed tibi cómune cũ multis: quòd tu ipse tam amãdus es, tamq; dulcis, tamq; in omni génere iucundus, id est propriè tuum. Accêdunt nó Attici, sed salsiôres quàm illi Atticôrum, Romani véteres atq; vrbâni sales. Ego autem (exístimes licèt quídlubet) mirífice cápior facetiis máximè nostrátibus, præsertim cum eas vídeam primùm oblîtas Látio, tum, cùm in vrbem nostram est infusa peregrínitas: nunc verò étiam Braccâtis & Transalpînis natiónibus, vt nullum véteris lepôris vestígium appáreat. Itaq; tecũ vídeo omneis mihi Gránios, omneis Lucilios, verè vt dicam, Crassos quoque & Lælios vidêre vídeor. Móriar si præter

te quenquã

te quenquam réliquum hábeo, in quo possim imáginem antíquæ & vernáculæ festiuitatis agnóscere. Ad hos lepôres cùm amor erga me tantus accedat, mirâris me tanta perturbatiône valetúdinis tuæ tam gráuitèr exanimâtum fuisse? Quòd autem altera epístola purgas te, non dissuasôrem mihi emptionis Neapolitanæ fuisse, sed authorem moderationis vrbanæ, neque ego aliter accêpi: intellexi tamen idem, quod his intelligo literis, non existimasse te mihi licére id quod ego arbitrabar, res has non omnino quidem, sed magnã partem relinquere. Catulum mihi narras, & illa tempora? quid símile? ne mihi quidem ipsi tunc placebat diutius abesse ab reipublicæ custodia, Sedebamus enim in puppi, & clauum tenebamus:

ASCEN. NAM quòd tu amas me, & quòd facis, id est quòd amas me, etiam pridem, id est à plúribus diêbus, & constantèr, id est perseuerantèr est quidem, id est certè magnum, atque haud, id est non scio, an, scilicet sit máximũ, sed est tibi commûne cum multis, quia multi me & colunt & amant. Sed quòd tu ipse es tam amandus, id est amábilis, támque, id est & tam dulcis tanque, id est & tam iucũdus in eo génere, scilicet dótium & charitâtum, propè, id est peculiáritèr tuum. Accêdunt. scilicet ad mores tuos iucũdíssimos, sales, id est lepôres dicendi, hoc est sermônes benè condîti lepôre & acrimónia, non Attici, id est Attheñ. sed uéteres Rómâni atq; Vrbani, id est in urbe Românа, id est salsiôres, id est áptius condîti quàm illi, scilicet nobilíssimi sales Attici, Ego autem, licet exístimes, id est ut iúdices, quídlibet, id est quicquid lubet, cápior, id est affícior delectatiône mirificè facetiis máximè nostrátibus, id est Românis, præsertim cum uídeam eas oblîtas, id est obliuiôni tráditas Latio, id est in Latio, Huber. aũt expônit oblîtas Latio, id est Latiis morib9 refertas ab obliuiscor participio, id est cũ uideas eas esse uetustíssimas & sápere Látium, id est tales, inquit quales erant tunc cum primùm peregrini immissi sunt in Itáliam &c. Quæ expositio mihi non placet primum quòd non díceret oblîtas media breui de facétiis quib9 nihil tam aliênum quam esse oblîtum, deinde quòd manifestè dicat paulâtim abolîtas & demum quod áptior est senténtia si obliuiôni tráditas quam si illâtas Latiis móribus dicas. Nam pœnúria rerum solet earum excitâre caritâtem, neque possent esse urbânæ, si nõ essent Latinis móribus cóngruæ. Accípitur ergo ab obliuiscor passiuè, sicut in buco Virgi. Nunc oblîta mihi tot cármina. Tum, id est tunc primùm, cum peregrínitas, id est ratio loquendi externa præsertim græcánica, est infûsa in nostram urbem, scilicet Romam, nunc uero uideã eas oblîtas nationibus etiam Braccatis, id est braccis, hoc est longióribus túnicis utentibus, à quibus dicta est Gallia braccâta. Et pro. id est natiónibus Transalpînis, unde uidentur sicut Nauclêrus, ita tunc totus po. Ro. Gallicânus Romanam línguam accepisse, quæ in eam, quæ nunc est degeneráuerit, ita ut nullum uestígium uéteris lepôris appáreat, scilicet álibi. Itaque, id est & ita. cum, id est quando, ego uídeo te, ego uídeor mihi uidêre omnes Graccos, omnes Lucílios, & ut dicam uerè, id est syncêrè & non fictè, ego uídeor mihi uidêre, omnes Crassos quoque & Lælios, id est omnes priscos Românos facúndia & lepôre dicendi nobilitâtos, quales fuêrunt Gracchi, Lucilii, Crasi, & Lælii. Móriar. id est permitto ut móriar, si hábeo quenquam réliquum præter te, in quo ego possim agnóscere imáginem, id est imitatrícem speciem festiuitâtis, id est ut dicunt solennitâtis loquendi antíquæ, id est priscæ, & uernáculæ, id est natiuæ & doméstícæ, non peregrînæ, sed quasi inter uernas, id est natos domi nostræ ex ancillis nostris. Cum tantus amor, scilicet tuus erga me, accêdât, id est addâtur ad hos lepôres, id est sales & festiuitâtes docendi, mirâris me fuisse exanimâtum, id est omnino priuâtum tam gráuitèr, tanta perturbatiône, id est ob tantam perturbatiônẽ ualetúdinis tuæ? quasi dicat non debes mirâri, deinde tránsiens ad álteram epístolam dicit quod autem purgas, id est excûsas te alterâ epístolâ, te non fuisse mihi dissuasôrem. i. dehortatôrem emptiônis. Neápolis tantæ. id est nouæ domus Neápolis habendæ, sed authôrem, id est approbatôrem moderatiônis urbânæ, id est quæ esset in urbe Ro. Neque ego accêpi, id est interpretâtus sum áliter, scilicet quàm tu dicis intelligendum, intellêxi tamen idem quod intélligo his líteris, scilicet último datis, te non existimâsse. i. iudicâsse licêre mihi id, quod ego arbitrâbar, uidélicet non licêre relinquere has res, scilicet urbânas omnîno, id est pénitus, sed magnã partem, scilicet earũ. Tu narras. id est addûcis mihi in exemplum Catûlum, qui nunquam uoluit pénitùs rem suam urbânam distráhere & alienâre. Quid símile sup. est de Catûlo & de me, quasi dicat nihil, quia, ne quidem, id est non etiam aut non saltem, placêbat mihi ipsi tunc cum essem exílio damnâtus, abesse diútiùs ab custódia reipub. Nos enim sedebâmus, scilicet tunc in puppi, & tenebâmus clauum. i. gubernáculum nauis. i. regebâmus ad nutum rempu. ut Nauclêrus seu patrônus nauem.

Universi... de ... Biblioteca

HVBER. NVNC. hoc in tempore. In ſen. in loco uiliſsimo nauis, eſt enim ſentina pars in fundo nauis, quo ſordes defluunt, dicta quod grauiter ſentiâtur eius odor. Lu. Tunc ſentina grauis, intelligit autem Cice. ſe uix habere locum inter infimos ciuitatis.

Sentina

Minus.m.id eſt pauciora, hoc autem dixit quia eo abſente multa ſenatuſcon.fiebant, quę ei adſcribebãtur cum eſſet omnino corũ ignarus. Vrgeo.frequento. Amatorem t.ridicule dixit amatorem quem non nominauit. Cum in.m.u.cum cogito. Ponor, adhibeor. Ad ſcri. ſenatuſcon. In Ar.& Sy. has duas poſuit pro omnibus regionibus remotis. In meam ſen. id eſt pro mea ſententia, ſecundum ſententiam meam, nam at ut in alio loco exemplis probauimus, & pro & cõtra ſignificat.

At

Eſſe fa. ſcilicet audiam celerius, audio ſenatuſcon. ſententię meæ ante eſſe delatũ in remotas regiones, quàm facta ſit aliqua mentio, ita oĩa mihi adſcribũtur etiam quæ nõ facta ſunt. Iocari, ex ioco dicere. Vltimis, remotiſſimis. Appellauerim ſe.i. noiauerim eos reges. Neſciebam na.i.quos neſciebã eſſe in mundo. Præfectus. præpoſitus moribus, id eſt cenſor, & magiſter morum quem intelligat nõ ſatis coniicimus. Parebo au. tuæ, faciam ut tu conſules, alii codices habent probo authoritatem tuam, ſed melius placet prior lectio. Tuos. quibus delectaris, & quos ſoles mihi apponere. Conferam in de.di.id eſt impendã in decem dies tantum quãtũ lex ſumptuaria decernit in ſingulos dies.

Leges ſumptuariæ

Lex. ſcilicet quę ſumptibus modum perſcribebat, latę ſunt autem leges ſumptuarię, ut docet Ma. in Satur. prima Orchia à C.Orchio tri.ple. in quam perſcribebatur numerus conuiuarum. Secunda l. ſ. quæ non ut prima cohibebat numeros conuiuarum, ſed ſumptibus modum fecit centum aſsibus, huic ſucceſsit lex Didia, deinde Icinia, & multæ aliæ de quibus uide plane apud Macro. quia nimis longum eſſet hic cenſere. Minus, id eſt non. Nihil gra. quàm habitare apud te. Deſperabam, non ſperabam me poſſe aſſequi. Non ob. non depoſui ex animo quin eam cupiam. Fabris. murariis & lignariis. Nihil ui. nihil defectus, utputa quod ſit male materiata, uitium autem etiam ad alia transfertur quàm ad homines, ut hinc de domo dixit uitium, ut Ouid. de domo Pyrami & Thyſbæ quæ rimoſa erat, dixit. Id uitiũ, nulli per ſæcula longa notatum. Mihi probabuntur. placebunt mihi.

Vitium

ASCEN. NVNC autem uix locus eſt ſcilicet nobis, in ſentina, id eſt infimo & uiliſsimo loco nauis, quo omnes ſordes defluũt. An putas minus multa ſenatuſconſulta futura, ſcilicet Romæ, & ſi ego ſim Neapoli. quaſi dicat non eſſe putandum, cum nulla ſint per eum futura ſiue Romæ ſiue alibi futurus ſit. Cum ego ſum Romæ, & urgeo.i.cogo forum, id eſt iudices. ſenatuſconſulta ſcribuntur apud amatorem tui familiarem meum, quaſi dicat quem bene noſti, & ſunt qui ironicos locutum uelint. Equidem, id eſt ego quidẽ, cum uenit in mentem, id eſt cum cogito, ponor id eſt adhibeor ad ſcribendum, ſcilicet ſententiam, & audio ante ſenatuſconſultum eſſe perlatum in Armeniam & Syriam, quod, ſcilicet ſenatuſconſultum dicatur eſſe factum, in, id eſt ſecundum ſententiã meam, quam omnino ullam mentionem eſſe factam de ea re. Atq; nolim ſup. ut putes me iocari, id eſt per iocũ dicere hoc. Nam ſcio literas eſſe allatas mihi iam ab ultimis, id eſt ultimarum regionum regibus, quibus agunt gratias mihi. Quod appellauerim ſe reges mea ſentẽtia, id eſt pronunciando ſententiam meam quos ego neſciebã non modo reges appellatos, ſed omnino natos. Ergo quid eſt? id eſt quæris quid decreuerim facere. tamen, id eſt nihilominus quamuis triſte ſit Romæ eſſe, quandiu hic noſter præfectus moribus, id eſt cenſor

nunc auté vix eſt in ſentîna locus. An minus multa ſenatuſconſulta futura putas, ſi ego ſim Neapoli? Romæ cum ſum, & vrgeo forũ, ſenatuſconſulta ſcribuntur apud amatorem tuum familiarem meum. Et quidem cum in mentem venit, ponor ad ſcribendum: & ante audio, ſenatuſconſultum in Armeniam & Syriam eſſe perlatum, qđ in meam ſententiam factum eſſe dicatur, quàm omnino mentionem vllam de ea re eſſe factam. Atq; hoc nolim me iocari putes. Nam mihi ſcito iam à regibus vltimis allatas eſſe literas, quibus mihi gratias egant, quòd ſe mea ſententia reges appellauerim: quos ego non modo Reges appellatos, ſed omnino natos neſciebam. Quid ergo eſt? tamen quandiu hic erit noſter hic præfectus moribus, parebo authoritati tuæ: cum vero abierit, ad fungos me tuos conferam. Domum ſi habebo, in denos dies, ſingulos ſumptuariæ legis dies conferam: ſin autem minus inuenero quod placeat, decreui habitare apud te. Scio enĩ me nihil tibi gratius facere poſſe. Domum Sullanam deſperabam iam, vt tibi proxime ſcripſi: ſed tamen non abieci. Tu velim, vt ſcribis, cum fabris eam perſpicias. Si enim nihil eſt in parietibus aut in tecto vitii, cætera mihi probabuntur. Vale.

Ex.xv. Epiſtola. Duabus tuis epiſtolis.

Ex prioribus tuis literis intellexi pergratam tibi eſſe curam meam ualetudinis tuæ, quod tibi perſpectum eſſe gaudeo. Sed mihi crede, non perinde ut eſt re, abſens ex literis perſpicere potius te. Nam cum à ſatis multis (non enim poſſum aliter dicere) & coli me uideam, & diligi. Quod magis in meã ſententiam factum eſſe dicatur, quàm omnino mentionem ullam de ea re eſſe factã, ſciam. Quid ergo eſt? tamen quandiu hic erit noſter, hic præfectus moribus. probo authoritatẽ tuam, poſtquã uero abierit, ad fundos me tuos conferam, domũ ſi habebo inde, in nos per dies ſingulos ſumptuariæ legis dies, & iudicia cõferantur. Domũ Syllanã deſperabam. Huius epiſtolæ finis his in uerbis habetur. Tu uelim, ut ſcribis cum fabris eam perſpicias. Si enim nihil eſt in parietibus aut in tecto uitii, cætera mihi probabuntur. At meo in manu ſcripto codice aliud ſequitur, quod an alterius ſit epiſtolæ principium, an pars aliqua, an finis, quærendum eſſe diligenter puto. hæc ſunt quæ ſubſequũtur. Non me hercules nihil unquã enim tam præter opinionem, tam quod uideret oĩbus indignũ, accidit, qđ ego, cum pro amicitia ualidiſſime fauerẽ ei, & me iam ad dolendũ præparaſſem, poſtq̃ factũ eſt, obſtupui, & mihi uiſus ſum captus eſſe. Quid alios putas? clamoribus. ſ. maximis iudices corruperunt, & oſtenderũt plane eſſe,

ne eſſe, quod fieri non poſſet. Itaque relictus lege Licinia maiore eſſe periculo uideretur. Acceſſit huc, ꝙ poſtridie eius abſolutionem, in theatrũ Curionis, Hortenſius in introitu, puto, ut ſuum gaudium gauderemus. Hic ibi ſtrepitus, fremitus, clamor tonitruum, & rudentum ſibilus. Hoc magis animaduerſum eſt, quod intactus à Sibilo peruenerat Hortẽſius ad ſenectutem. Sed tota pene, ut in totam uitã, quo ius ſatis eſſet, & pœniteret eum iam uixiſſe (uel uiciſſe legatur). De Republica, quid tibi ſcribam, nihil habeo. Marcelli impetus reſederunt, non inertia, ſed, ut mihi uidebatur, cõſilio. De comitiis conſularibus incertiſſima eſt exiſtimatio. Ego incidi in competitorem nobilem, & nobilem agẽtem. Nam, M. Octauius Cn. filius, & C. Hyrrus mecum petit. Hoc ideo ſcripſi, quod ſcio te acriter propter Hirrum nuntium noſtrorum comitiorum expectaturum. Tu tamen ſimulac deſignatum audieris, ut tibi curæ ſit, quod ad pantheras attinet. Syngrapham Scythianam tibi commendo. Commentarium rerum urbanarum primum dedi L. Cratinio Pæto, ſecundum, ei, qui has literas tibi dedit, tradas. Vale. Hæc epiſtola legitur ſecundo loco libri ſexti & incipit. Certe inquam abſolutus eſt, cuius loco in meo, quem habeo, manu ſcripto codice, alia uerba legũtur. Ego uero confundor tãtã in uarietatis confuſione, lectoris iudicium ſit, uto quod melius.

M.T.C. Papirio Pæto. S.D. Epis. 16

DElectauêrunt me tuæ lîteræ, in quibus primùm amâui amôrem tuum, qui te ad ſcribendum incitâuit, uerêtem, ne Sílius ſuo nũtio áliquid mihi ſolicitúdinis attuliſſet: de quo & tu mihi ánteà ſcrípſeras, bis quidẽ eodem exemplo, fácilè ut intellígerem te eſſe cõmôtum: & ego tibi accurâtè reſcrípſerã, vt quoquo modo in tali re atque tempore aut liberârem te iſta cura, aut certe leuârem. Sed quũ próximis quoq; literis oſtẽdis, quantæ tibi curæ ſit ea res: ſic mi Pæte habêto, quicquid arte fíeri póterit (non enim iam ſatis eſt conſílio pugnâre, artifícium quoddam excogitandum eſt) ſed tamen quicquid elaborâri aut éffici potúerit ad iſtôrum beneuolentiam conciliandum & colligendum, ſummo ſtudio me conſecûtum eſſe: nec fruſtrà, ut árbitror. ſic enim color, ſic obſeruor ab ómnibus his, qui à Cæſare diliguntur, vt ab his me amâri putem. Nam etſi non fácilè diiudicatur amor uerus & fictus, niſi áliquod íncidat eiúſmodi tempus, ut quaſi aurum igni ſic beneuoléntia fidelis perículo áliquo pérſpici poſsit: cætera ſunt ſigna

quem noſti, erat hic, ſcilcet Romæ, ego parebo authoritati tuæ id eſt migrabo nec diſcedam ab urbe. Vero id eſt ſed, cum, id eſt quando ipſe aberit, conferam me ad fungos tuos, id eſt boletos optime conditos, hoc eſt ueniam ad te. Si ego habebo, id eſt Neapoli domum, ego conferam ſingulos dies legis ſumptuariæ id eſt ſcriptæ de ſumptibus moderandis, in dies denos, id eſt tam parcus ero, ut quæ lex ſumptuaria permittit expendere in ſingulos dies expẽdam tantũ in denos, ſin autẽ, i. ſed ſi, minus, i. non inuenero quod placeat. i. domũ quæ placeat, ego decreui habitare apud te. Scio enĩ me nihil poſſe facere gratius tibi. Ego deſperabam, id eſt nullo modo ſperabam iam ut ſcripſi tibi proxime domum Syllanam, ſed tamen non abieci eam, id eſt ſi præter ſpem mihi offeratur acceptare eam. Ego uelim ſup. ut tu perſpicias eam cum fabris ſcilicet iuratis, ut ſcribis, ſcilicet te facturum. Si enim nihil uitii. id eſt corruptionis eſt in parietibus aut in tecto, cætera prbabuntur, id eſt placebunt mihi. Vale.

HVBER. DElectauêrunt. Quum noſſet Pætus libertâtem Cice. in loquendo & dicendo ſententiam ſuam, uerebâtur ne fortaſſe aliquid díceret quod ánimum Cæſa. aut eius amicôrum offénderet, quia tunc rerum potiebâtur Cæſar, qui multis Pompeiânis malè erat ámicus. Itaque cum de ea re locûtus eſſet cum Silio, timens ne Sílius ei áliquid ſolicitúdinis afférret, ſi ei hoc nunciâſſet, ſcrípſerat ad Cicerônem bínas líteras eodem exemplo, ut ſaltem unæ redderentur, álteræ amiſſæ fuiſſent, quibus conſulêbat quid eſſet agendum, ad quas primùm Cice. dixit ſe reſcripſiſſe diligentèr. Deinde narrat quo artifício & moderatiône utâtur in uiuendo cum Cæſa. & Cæſariânis, à quibus dicit ſe & coli & amâri, quóniam nihil dicat quod mérito eorum amicos offendat, quod ſi fortaſſe aliqua ſua dicta acûta & facêta, quæ uideantur habêre aliquid acúlei ad Cæſa. referantur, dicit eum non cápere in malam partem, & fácilè ſecérnere dicta Cice. à dictis aliôrum. deinde dicit à quibus rebus conſolatiônem cápiat his tempóribus. Poſtremò iocâtur multùm cum ipſo Pæto de uictu & cibariis utriuſque. Amâui a. tu. id eſt fuit mihi gratus & iucundus amor tuus. Bis qui. ſ. ſcrípſeras. Eodem exem. eâdem, ut ita dicam cópia.

Commôtum propter me, ne quid ſolicitudinis mihi nunciarêtur. Quoquómodò, qualicunque ratiône. Liberârem, pénitùs tóllerem. Leuârem, minúerem, alleuârem. Iſtâ curâ, quam de me habêbas.

Sic habe. ſic tibi perſuâde. Non enim, parẽtheſis uſque ad eum locum, ſed tamen. Conſílio, prudẽtia. Artificium, induſtria. Excogitandum, inueniendum cogitatiône. Elaborâri, ſummo labôre curâri. Iſtorum, Cæſarianôrum. Me cõ. eſſe. Ordo eſt.

Sic me Pæte habeo, me conſecûtum eſſe ſummo ſtudio quicquid arte fíeri póterit, quicquid elaborâri aut éffici póterit ad conciliandam & colligendã beneuolentiam iſtôrum, réliqua dicta ſunt per parẽtheſim, ſed quóniam propter parénthesim clauſula uidebâtur longior, repetiuit dicens, ſed tamen quod ſæpe rem apud álios idóneos inuenitur. Nec fruſtũ conſecûtus. Nam & ſi, ſenténtia eſt per ſimilitúdinẽ. Sic Ouid. lib. pri. qui inſcribitur triſtium, Scilicet ut fuluum ſpectâtur in ignibus aurum. Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides. Períclo, experiéntia. Teren. fac perículum in literis. Cǽtera. prȩter tempus áliquod malum, & aduerſum. Signa commúnia, quę omnes poſſunt oſténdere quæ non habent multum certitudi-

Periculũ

certitúdinis. Sed.i.tamen.Argumento,signo,probatiône. Quamobrem.propter quod argumentum. Verè. non fictè. Ea.talis, quia simulâtur amor ab iis,qui sũt in aduersa uel tenui fortũna erga eos, qui utuntur rebus secundis.Itaque ex hoc cognosco eorum amôrem erga me uerum esse, quia nec ego utor rebus secundis,& magnis, nec ipsi sunt in humili fortuna,ut débeant simulâre. Penes q.apud quem, intélligit autem Cæsa. Præscirí,præuideri,præcognosci. Ne dicam lib. occupátio,exornátio.libídine,appetîtu,sine ratione. Eius.ipsius Cæsa. In ea re ipsa. ne offénderem ánimum eius. Olim.aliàs superiori témpore. Cuius scílicet mei. Opera.i.causa & beneficio.Esset li.in ciui.qui feciſſe ad opprimendã cõiurationem sceleratissimôrum hóminum, ut cíuitas nostra esset líbera. Iuue.Roma pátrem pátriæ Cice. libera dixit. Ea libertâte. Nihil loqui.subaudi esse meum árbitror. Illius.Cæsa.

ASCEN. DElectauêrunt & c. Véritus erat Papýrius Pætus ne Cice.libertâte nímia in loquendo efferrêtur contra Cæsarem aut amícos eius. Itaque cùm de eo locûtus esset cum Sílio,timens ne Sílius áliquid solicitúdinis afférret,si ei hoc renunciâsset,scripserat ad Cice.binas líteras eodem exemplo,ut saltem álteræ redderentur.Ad quas Ci.primũ dicit rescripsísse diligenter,deinde narrat qua arte utâtur in uiuendo cum Cæsare & Cæsariânis, ita ut líberè dicta non accipiantur in malam partem.Demum declârat unde illis tempóribus consolatiônem accípiat iocans cum ipso Pęto & uictum utriusque.Ordo est.Líteræ tuæ delectauêrunt me,in quibus primùm amâni amôrem tuum,qui incitâuit ad scribendum uerentem.i.timentem, ne Sílius attulísset mihi áliquid solicitúdinis.i.negocii suo núncio.i.denunciatióne,de quo & tu scripseras mihi antea bis quidem eodem exemplo.i. iisdem uerbis & ratiónibus,ut intelligerem facilè te esse commótum.s.timóre. Et ego rescripseram tibi accuratè.i.adhíbita cura,ut aut liberârê te ista cura.i.solicitúdine,quoquo, id est quocunque modo , in tali re atque témpore,aut certè,id est saltêm,si liberâre non possem aut nollem,leuârem te.i.deonerârem te scílicet ista cura. Sed quóniam tu ostendis quoque.i.etiam.próximis líteris.s.tuis,quantæ curæ ea res sit tibi.ò mi Pæte habêto sic.i,tenêto pro certo,quicquid potuerit fieri arte,nã est iam satis pugnâre consílio, quia quoddam artifícium est excogitandum,id est cogitando inueniendum. Sed tamen,id est nihilóminus potúerit elaborâri aut effici,me consecútum esse,id est obtinuisse summo stúdio ad conciliandam, id est de nouo acquirendam & colligendam,scílicet ex occasiónibus quãtúmlibet paruis beneuoléntiam istórum scílicet Cæsarianórum. Nec supple consecútus sum frustrà ,ut árbitror. Ego enim color . passiuum uerbum color cóleris.i.uéneror.& obseruor.i.tímeor lædi,sic ab omnibus,iis,qui diliguntur à Cæsa.ut putem me amâri abhis. Nam & si.i.quamquam amor uerus & fictus,non diiudicátur.i.decérnitur fácilè,nisi áliquod tempus eiusmodi incidat,ut quasi.i.perinde,atque aurum potest perspici.i.probâri igne,sic beneuoléntia fidêlis possit pérspici,i.perfectè nosci.periculo áliquo. Cætera.s.extra periculum sunt signa communia.s.tam uero, q̃ ficto amico. Sed ego utor uno argumento,quamobrèm ego árbitror me diligi ex ánimo & uerè. Quia & nostra fortuna est ea,& illôrum,ut non sit causa simulandi.i.cur símulent.s.me amâre,si non amarent. autem .i.sed,ego nihil uídeo,quod tímeam de illo,penes quem.i.in cuius mánibus est omnis potestas,hoc est de Cæsare,nisi ꝙ ómnia sunt incerta cum discessum est à iure.i.cum quis regit rempub.non secundum leges, sed ꝙ arbitrio suo,nec quicq̃ potest præstâri.i.firmiter pollicêri cautióne data , quale sit futúrum , quod pósitum est in uoluntâte ne dicam in libídine alterius. Sed tamen ánimus ipsius , uidélicet Cæsaris,nulla re est offensus â me. Enim pro quia, ut quemádmodum ego arbitrâbar olim meum esse loqui líberè,cuius.s.mea ópera.i.diligéntia & labôre libertas esset in ciuitâte.s.Roma,quę áliter periísset,sic sup.meũ est,ea.s.libertâte ciuitâtis amissa nũc nihil loqui quod offendat uoluntâtem,aut illíus.s.Cæsaris,aut eôrũ,qui diliguntur ab illo.

HVBER. ❡EFFVGere autem.occurrit obiectiõi,quod uterétur quibusdã scõmatibus & apophtegmatibus , quæ fortasse offendant.dicit enim se non posse aliter facere,nisi abiiciat famam ingenii prompti ad talia dicta quod est impossíbile.Effugere of.di.i.si uelim fugere & uitare , ne quædam mea dicta acuta, aut facéta offendant,faciendum esset,ne dicat esse ingeniosus & doctus quod fieri non potest. Peracre. seuerũ, uel uelox,& promptum & intelligens. Et ut habuit Pętus Seruium fratrem literatissímum, & ita assuetũ in lectione poetarum & maxime Plaut.ut si quis uersus allatus fuisset pro uersu Plaut.qui non fuisset Plaut.statim iudicaret, & negaret esse Plauti. comparat igitur ingenium Cæ.in iudicádis apophtegmatibus ingenio & doctrinæ Ser. in iudicandis uersib⁹ dicit enim sicut frater tuus Seruius propter magnã consuetudinem legendi diceret , hic uersus non est communia . sed ego vno vtor argumento,quamobrèm me ex ánimo verè ꝙ árbitrer díligi, quia & nostra fortúna ea est,& illôrum,vt simulandi causa non sit. De illo autem,quem penes est omnis potestas,nihil vídeo,quod tímeam:nisi quòd ómnia sunt incerta , cum à iure discessũ est: nec præstâri quicquam potest , quale futurum sit , quod pósitum est in altérius uoluntâte, ne dicam libídine.Sed tamen eius ipsius nulla re à me offensus est animus. Est enim adhibita in ea re ipsa summa à nobis moderatio . Vt enim olim arbitrâbar esse meum líberè loqui , cuius ópera esset in ciuitate libertas:sic ea nunc amissa, nihil loqui , quod offendat aut illius,aut eôrum qui ab illo diliguntur,voluntâtem . Effúgere autem si uelim nonnullorum acute aut facete dictorum famam , fama ingenii mihi est abiicienda. quòd si id possem, non recusarem. Sed tamen ipse Cæsar habet peracre iudicium: & ut Seruius frater tuus,quem literatissimum fuisse iudico,facile díceret, hic versus Plauti non est:hic est,quòd tritas aures haberet notandis generibus poëtarũ, & consuetudine legendi : sic audio Cæsarẽ,cum volumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων, si quod afferatur ad eũ pro meo,quod meum non sit , reiicere solere.quòd eo nunc magis facit,quia viuunt mecum fere quotidie illius familiares . Incidunt autẽ in sermone vario multa, quæ fortasse illis cum dixi , nec illiterata nec insulsa esse uideantur.Hæc ad illum cum reliquis actis perferuntur : ita enim ipse mandauit. sic fit,ut si quid præterea de mẽ audiat,nõ audiendum putet . Quamobrem Oenomao tuo nihil vtor: etsi posuisti ioco uersus Accianos . Sed quæ est inuidia ? aut quid mihi nunc inuideri potest ? Verum fac esse omnia. Sic uideo Philosophis placuisse iis, qui mihi soli uidentur vim uirtutis tenere.Nihil esse sapientis præstare,nisi culpam.qua mihi uideor dupliciter carere:& quòd ea senserim, quæ rectissima fuerunt:& quia cũ viderem præsidii non satis esse ad ea obtinenda , uiribus certandum cum valentioribus non putarim.Ergo in officio boni ciuis certe non sum reprehẽdendus. Reliquum est, nequid stulte , nequid temere dicam aut faciam contra potentes. Id quoque puto esse sapientis . Cætera vero, quid quisque me dixisse dicat , aut quomodo ille accipiat , aut qua fide mecum viuant ii, qui me assidue colunt, & obseruant, præstare non possum. Ita fit vt & superiorum & consiliorum conscientia , & præsentis temporis moderatione me consoler : & illam Accii similitudinem

Plauti ita Cæsar cũ audit aliquod dictũ aut apophtegma,quod mihi adscribatur, quod non sit meum statim solet reiicere & cognoscere non esse meum.Tritas.i.usitatas,tractum à rebus quę usu teruntur,unde & uestis trita dicitur longo fere usu consumpta. Notandis.i.iudicandis,inspiciendis, sic adaptat similitudinem Cæsa.ad Seruium. Confecerit. composuerit.ἀποφθέγματα sententia breuis,acutum dictum, alius codex habebat ἀσυνέτως ρορ.i.obscurius,nam ἀσύνετος significat sine intellectu. Reiicere. respuere familiares illius q testificantur ei defacetiis,& acumine meorum dictorum. Incidunt,casu dicuntur. Vario ser. inter loquendum uariis de rebus,Nec insul.insipida aut infaceta. Nec il.non illiterati hominis. Cum reliquis actis.s.publicis,quæ uult ad se defetri. Præterea.quæ sint nec insulsa nec illiterata. Non pu.au.nõ delectaretur audire. Oenomao tuo.œnomaus nomẽ est tragœdiæ , sicut & Orestes,fuit autem Martis filius,rex Elidis & Pisæ,Hippodamiæ pater, quem Accius poeta in tragœdia introducit de inuidia cõquerentem de qua dicit Cice. non esse sibi querendum, quia nihil habebat,quod sibi inuidendum sit. Posui loco.i.notaſti. Quid potest inuideri , quid est qđ sit mihi inuidendum.q.d.nihil. Fac.pone,finge. Iis. stoicos intelligit. Vim uirtutis,quia ualeat uirtus. Nihil præ.nihil esse ad quod sit obligatus. Qua cul pa. Dupliciter,duplici ratione.Et quod.prima ratio. Senserim,iudicauerim. Et quod cum.secunda ratio. Ad obtinenda ea.i.ad sustinenda ea , quæ essent rectissima. In offi.boni ciuis , in eo quod debet facere bonus ciuis. Temere.inconsiderate. Potentes: Cæsarem,& Cæsarianos. Cætera ue. hęc sũt quæ sequuntur. Quomodo.in quam partem. Præstare non posi.non est in potestate mea. Conscięntia,quia rectissime sensi. Moderatione. modestissimo regimine quo utor. Illam similitudinem Accii, scilicet de inuidia q̃ adducis.

ASCEN. ❡AVTEM.i.sed,si ego uelim effugere offensionem nonnullorum dictorum acute,aut facete, fama ingenii est abiicienda mihi quod.s.abiicere famam ingenii si ego possem,id ego non recusarem. Sed tamẽ ipse Cæsar habet peracre iudicium,& ut Seruius frater tuus , quem iudico fuisse literatissimum diceret facile,hic uersus non est Plauti, ꝙ.s.Seruius haberet aures tritas.i.assuetas notandis generibus.i.notandõ genera poetarum,& cõsuetudine legendi,sic audio Cæsa. cũ iam cofecerit.i.ex diuersis collegerit,uolumina .i.libellos apophtegmaton.i.a cute & sentẽtiose,ac mordaciter dictorũ, solere.i.ꝙ ipse Cæsar soleat reiicere.i. abiicere & nõ recipere,si quid.i.si aliquid dictũ afferatur ad eũ præ me quod non sit meũ.i.a me dictũ & excogitatũ.Quod.i.quã rẽ.ipse facit nunc eo.i.tanto magis,quia fere.s.oës familiares eius uiuũt mecũ quotidie. Aũt.i.sed multa incidunt in sermone uario.i.in loquendo aut dũ loquimur de uariis rebus, nõ dicit in sermonem quia de uno eodemque sermone loquimur,citra transitionem in alium,quæ fortasse cum dixi illis.s.familiaribus Cæsaris,uideantur nec illiterata nec insulsa , immo sapere literaturam & sales. Hæc.s.dicta mea perferrentur ad illum uidelicet Cæsarem,cum reliquis actis.i.publicis meis dictis & iam in acta relatis,ipse enim mandauit.s.suis,ita sup.facere.Sic fit ut si Cæsar audiat præterea.i.præter ea quæ à suis afferuntur quid .i.aliquid de me,ipse putet non audiendum sup.esse.Quamobrem ego nihil utor Oenomao tuo.i. tragœdia tua scripta de Oenomao Martis filio rege Elidis & Pisæ & patre Hippodamiæ,quem Actius in tragœdia induxit de inuidia conquerentem, de qua dicit Cice.non esse sibi querendum cum nihil habeat cui inuidendum sit,etsi.i.q̃q̃ potuisti.i.inseruisti uersus Actianos.i.Actii poetę tragici.Sed quæ est inuidia, aut quid potest inuideri nunc mihi.q.d.nulla & nihil.Verum fac esse.i.esto ut sint omnia.i.inuideatur mihi immerito.Ego uideo sic placuisse iis philosophis, uidelicet stoicis,qui soli uidentur mihi tenere uim.i.potestatem uirtutis.i. cognoscere quantum ualeat & quid sit uirtus,nihil esse sapientis pertinere ad sapientem,præstare.i.persolue re,& quod dicunt facere bonum,est enim præstare quod ab alio aut à se peccatum est emendare & reparare, nisi culpam.i.sapientem nulli rei esse obnoxium quæ præter culpam suam euenit , qua.s.culpa ego uideor mihi carere dupliciter,&.i.simul ꝙ senserim ea.s.de bello ciuili fugiendo , quæ fuerunt rectissima, & cum uiderem non satis præsidii.i.roboris militaris,ad obtinenda ea.s.sensi obtinenda.putarim pro putauerim non sup.esse certandum cum uiribus ualentioribus quales erant Cæsa.Ergo cum.s.ita sit ego non sum certe reprehendendus in officio.i.facto ciuis boni.Reliquum est.i.restat cum nihil male fecerim in remp.nequid dicam stulte,nequid dicam temere, ut pro uel nequid faciam stulte & temere contra potentes,quales sunt Cæsariani,

Trita

Oenoma⁹

Præsciri

Opera

Ordo

meum

ni,& ego puto id quoque.s.nihil dicere aut facere temere esse sapientis,uero pro sed non possum præstare.i. exhibere cætera,utpote quid quisque dicat me dixisse,aut quomodo ille scilicet Cæsar accipiat aut qua fide uiuant mecum ii qui colunt & obseruant.i.uenerantur me assidue.Ita.i.& sic fit ut ego cõsoler me,&.i. simul conscientia consiliorũ superiorũ.i.superioris temporis quæ recta fuerunt,& moderatione, id est temperatione in dictis & factis,temporis præsentis,& transferam illam similitudinem Actii, id est quam adduxisti ex tragœdia Actii.

*P.V.C. ❧FACETE dictorum famam.Hic in paruo negotio dicere possum,quod fortissimus uir Brasidas Lacedæmonius multo maiore in re dixit:cum enim traiecto clypeo spiculo transfixus in prælio fuisset,interrogatus postea,quomodo id factum esset,respondit,Clypeus me prodidit:idem ego dicere possum optimum,ac fidelissimum Medicæum librum me prodidisse:cuius enim ope tanquam scuto me tegere consueueram, id mihi uitio fuit.Cum OFFENSIONEM,non inuenissem in eo,cogitaui non incommode FAMAM legi posse:quæres diu me solicitum habuit,tamen multis in locis inueniens Ciceronem ita locutum esse, cognoui erratum librarii,me quoque in errorem induxisse. In Verr.III.xcii.offensionem negligentiæ uitare atque effugere nõ possum.In epist.ad Sulpitium xlviii. Sed tamen quoniam effugi eius offensionem,& c.Hæc exempla, quamquam alia quoque sunt,me in margine mei exemplaris damnata lectione,quam reposueram,adnotasse, testis etit mihi Prosperus Pacetus,doctus & officiosus iuuenis, qui mihi Ciceronis epistolarum uolumen nuper à Paulo impressum in Decimanum meum attulit,nonnullasque horas mecũ consumpsit,quibus & quid de hoc,& de nonnullis Ciceronis locis sentirem narraui.

*PETRI. VICTO. CASTI. ❧CVM uolumina iã confecerit,ἀποφθέγματῳ si quid.Scribi nolumus in nostris libris tres dictiones has VEL PER SE,quas antea cuncti impressi habebant,quia in antiquis libris non erant, nec idoneam sententiam habere uidebantur:quòd si quis illas amat,hunc intellectum ex illis eliciat necesse est, Cæsarem per se,& à nullo admonitum distinguere posse ueras facetias Ciceronis à falsis. Si autem recordabimur quod paulo ante de admirabili ipsius ingenio Cicero dixit,nullo pacto hæc necessaria existimabimus,sed potius omnem sententiam illã conturbare iudicabimus.Non laudamus igitur illos,qui has uoces in sedem ab ipsis improbe occupatam restituerunt: cum in sermone de amicitia Cicero inquit,Multa breuiter & commode dicta:intellexit ἀποφθέγματα: nam primo de Officiis Græcam etiam uocem adponens, iisdem pene uerbis eam expressit.

*PETRI VICTO. CASTI. ❧ET si posuisti loco uersus Accianos. Ita olim emendauimus,cum in omnibus impressis libris depraua te POSVISTI IOCO legeretur:neque tamen ullum postea de hac castigatione uerbum fecimus.Quia tamen uidemus aliquos deprauatam potius lectionem,quàm integram sequi uelle,ideo nunc ipsam coacti ueram esse docebimus,ab autoritateque ueterum codicum initiũ sumemus:nã in Medicæo,& in aliis uetustioribus LOCO legitur:præterea sententia elegantior est,& modus hic loquendi crebro à Cicerone usurpatus POSVISTI LOCO, ubi congruebant,& mirifice quadrabãt:in epistolis ad Q.Fratrem ccxc,Quod & ampla erãt, & loco posita:Top.cccxliii.Concedunt tamen aliquid emptori,quod ornandi causa apte,& loco positum uideatur.Varro de re Rustica lib.pri.Quòd quæ suo quidque loco sunt posita,ea minus loci occupant. Cum idem significare uellet Cicero II.Tusc.inquit adiungere loco.Philo,& proprium numerum,& electa poëmata & loco adiungebat.Quod exemplum mirifice huic loco aptum est,quamuis uerbum in eo diuersum sit

HVBER. ❧NON modo, non solum. Leuem & imbe.i. tanq̃ leuem,& imbecillem. Tanq̃ fluctũ à saxo.nã scopuli repellunt & retundunt fluctus ita, ut eos frangant, ita fortis animus debet retũdere & frangere fortunam.

Monumẽta Monumenta,scripta historiæ. Tulerint regna, passi sint reges & tyrannos.Athenis.ubi aliquando fuerunt etiam tyranni. Siracusis.quæ urbs est Siciliæ Dionysii tyrannide nota. Ipsi uiri,sapientissimi.

Liberi.in libertate,quia contemnebant fortunam. Suis ciui.serui.i.cum suæ ciuitates essent in seruitute, ipsi tamen erant quodammodo liberi. Non pu.quasi dicat immo putabo. Tueri,conseruare.Nec fran. nec minuam. Nunc enim incipit Cic.agere ioco cũ Pæto.Quando,quoniam. Vt so.o.ut olim fieri solebat. Atellanum,ab oppido Atellano, comœdiæ Atellanæ appellatæ sunt.Quem tu.hoc iocationis magis intelligebatur ab iis inter quos agebatur,q̃ exprimeretur.Quam tyro.pa.s.narras Tyrotarichum, Alii dicunt genus esse salsamenti, alii placentam, siue ut uulgus ait atrocem,deriuatio autem uidetur significare genus esse casei salsi,nam τύρος caseus dicitur,ταρίχω,salso & ταρίχως, sallsus, poterat tamen esse condimentum aliquod ex caseo salso,quod non erat ualde sumptuosum. Fœlicitate mea ista fe. id est cum essem ditior,& res mihi essent meliores ista ferebantur,id est talia cibaria.Alii legũt facilitate mea,quod magis probo. Mutata r. quia non sunt in eo statu in quo solebant.Hirtium & Do.hi duo adolescentes erant nobilissimi Cæsa.gratissimi. Dicendi di.iocatur Ci.dicit enim hos duos sibi discipulos in arte dicendi,in arte autem cœnandi esse magistros. Eiures. affirmes iurando. Bonam copiam.aut per bonam copiam deam,aut bonam copiam.i.esse tibi coniicinon modo iam ad inuidiam,sed ad fortunam transferam:quam existimo leuem & imbecillam ab animo firmo & graui,tanquam fluctum à saxo frangi oportere.Etenim cum plena sint monimenta Græcorum, quemadmodum sapientissimi uiri regna tulerint uel Athenis uel Syracusis, cum seruientibus suis ciuitatibus fuerint ipsi quodammodo liberi: ego me non putem tueri meum statum sic posse,ut neque offendam animum cuiusquam, nec frangam dignitatem meam? Nunc uenio ad iocationes tuas,quum tu secundum Oenomaum Accii,non ut olim solebat Atellanum:sed ut nunc fit, Mimum introduxisti.Quem tu mihi Popilium, quem Denarium narras? quam Tyrotarichi patinam ? facilitate mea ista ferebantur antea: nunc mutata res est. Hirtium ego & Dolabellam dicendi discipulos habeo, cœnandi magistros. Puto enim te audisse (si forte ad uos omnia perferuntur) illos

Eiures

apud me declamitare, me apud eos cœnitare.Tu autem *,quòd mihi bonam copiam eiures, nihil est:tum enim * cum rem habebas quæstiunculis te faciebam attentiorem.nunc cum tam æquo animo bona perdas,non eo sis consilio, vt cum me hospitio recipias,existimationem te aliquã putes accipere.etiam hæc leuior est plaga ab amico, quam à debitore. Nec tamen eas cœnas quæro, vt magnæ reliquiæ fiant:quod erit,magnificum sit & laurum. Memini te mihi Phameæ cœnam narrare: temperius fiat,cætera eodem modo. Quod si perseueras me ad matris tuæ cœnam uocare, feram id quoque. Volo enĩ videre animum,qui mihi audeas ista quæ scribis,apponere:aut etiã polypũ Miniani Iouis similem. Crede mihi,non audebis. Ante meum aduentum fama ad te de mea noua lautitia veniet:eã extimesces.

mus Cice.fuisse inuitatum à Pæto. Cum rem ha. cum eras ditior.Nunc ostendit Pætum male agere rẽ suam. Tam æquo.tam sine solicitudine,& cura. Tã .i.non sis eo consilio,non hoc credas non tibi hoc p suadeas. Vt cum.id est ut putes augere reputationem tuam si accipias me hospitio, & des mihi cœnã. uult enim Cice.significare se excipiendum familiariter sine ambitione,& impensa Pæti ab amico, qui erat sponte & non inuitatus. Quam à de.id est q̃ ab eo,qui ex debito erat. Eas,tales. Fiant ma.re.id est ut multa superfint, ut solet fieri in magnis cõuiuiis.

Et Et.id est etiam. Lautum.mundum. Fiat tem.id est remperatius,q̃ scilicet cœna Phaniæ, id est minori impensa uel melius. Temperius.id est magis in tempore uel citius.Ouid.iiii.metamor. Modo surgis eo temperius cœno,ideſt citius. Cœna ma.t.quam intelligimus esse sumptuosam. Feram.iocatur,quasi dicat ueniam ad eam. Videre.experiri. Audeat. quasi in rem magnam. Polypum.genus est pisc.., à multitudine pedum sic dicti. Miniani Iouis.sic ex aliqua comœdia est hic locus ubi fortasse polypus loui appositus scribebatur, aut qualis polypus qui appositus est in cœna Iouis Miniani,quem Minius aliquis scripsit,aut representauit, alii legunt minuam, ut sit sensus,minuam.i.consumam. Non audebis.s. inuitare ad cœnam matris. De mea noua lautitia. nunciatur tibi quòd sim nimium lautus. Eam.lautitiam.

Polypus

ASCEN. ❧NON modo non, ad inuidiam.i.non imputabo factum meum inuidiæ, sed transferam ad fortunam .i.imputabo fortunæ,quam.s.fortunam,ego existimo leuem & imbecillem.i.debilem, oportere frangi ab animo firmo & graui tanquam fluctum,à saxo.i.à scopulo in mari posito.Etenim.i.non certe,cum plena sint monimenta.i.scripta ad memoriam rerum,Græcorum.s.authorum,quemadmodum uiri sapientissimi tulerunt regna.i.dominia & tyrannides,uel Athenis uel Syracusis, cum ipsi.s.sapientissimi uiri fuerint quodammodo liberi,quia animus eorum non seruiebat,cum liberaliter quæ imperarentur facerent,ciuitatibus suis.i.reliquis ciuibus quibus præsidere debebant,seruientibus,quia inuite imperata obeuntibus. Ego non putem sup.me posse tueri statum meum sic,ut neque offendam.i.lædam,& ad succensionem prouocem animum cuiusq̃.nec frangam.i.non imminuam dignitatem meam. Quia necesse est sub tyranno alterum facere, aut illũ offendere seruando dignitatem,aut illi obsequendo dignitatem diminuere. Nunc uenio ad iocationes tuas. Quando.i.quandoquidem tu introduxisti secundum Oenomaum.i.fabulam illam ab Oenomao,ut iam dixi,denominatam,Accii.i,poetæ,non attellanam.s.actorem uerbis rudibus & incomposito gestu,ut solebat olim.s.introduci,sed ut nunc fit,mimum.i.gesticulatorem,qui gestu uerba & mores eorum quos agit,imitatur. Quem Popilium narras tu mihi,quem Denarium super.narras tu mihi: locus obscurus est, quia deſy derantur Accii tragœdiæ,quibus notis,locus erit aptissimus:sicut qui diceret Catonem Terentii plane agis, φ & periit eunucus Terentii plane obscurus esset locus,nunc clarissimus. Dubium est an Denarium pro homine, an potius pro nummo accipiat, & dicat Ciceronem more Popilii emisse denario patinam Tyrotarichi.i.casei salsi & uetusti,unde ait,quam patinam Tyrotarichi sup.narras mihi. Ista.s.scommata amara ferebantur facilitate.i.leuitate mea,nunc res est mutata. Ego habeo Hircium & Dolabellam discipulos dicendi,& sup.magistros cœnandi quia sumptus faciunt aut coquendi peritiores sunt. Puto enim audisse te, si forte omnia.s.quæ Romæ fiant perferantur ad uos,illos declamitare.i.frequenter se exercere in dicendo per causas fictas apud me & me cœnitare.i.frequenter cœnare apud eos.Autem.i.sed, nihil est φ tu eiures.i.iurãdo eripias,& extorqueas mihi bonam copiam scilicet obsoniorum. Hubertinus intelligit eiures.i. expresse iures per bonam copiam deam. Ego enim faciebam te attentiorem quæstiunculis.i.paruis quæstionibus tũc cum habebas rem.i.diuitias, hoc est te exercebam ut hominem qui mihi curæ esset, nunc cum perdas bona scilicet tua tam æquo.i.in utranque sortem parato animo:non sis eo consilio.i.ne hoc tibi persuadeas ut cum recipias me hospitio putes te accipere aliquam existimationem aut potius æstimationem.s.obsoniorum tuorum.Etiam.i.præter hoc quòd bona tua mihi facis,hæc plaga.i.pœna & mulcta,est leuior ab amico quàm à debitore, quia leuius est nihil ab amico quàm à debitore recipere. Nec tamen quero.i.exigo eas cœnas ut magnæ reliquiæ fiant. Id quod erit,sic magnum & lautum: omnia accipi debent ioco dicta. Memini te narrare mihi cœnam Phameæ scilicet lautam & immensam, sup.cœna tua sit temperius.i.non sit tam magna, cætera supple fiant eodem modo.i.æque laute. Quod si perse.uocare me ad cœnam matris scilicet tuæ, ego feram.i.patiar quoque.i.etiam id,uolo enim uidere animum sup.eius qui audeat apponere mihi ista quæ scribis,aut etiam polypum.i.piscem multorum pedum similem Iouis Miniani.i.rubicundi quasi minio tincti,aut mimiani à Mimo introducti in fabula, crede mihi non audebis sup.talem apponere.Fama de mea lautitia ueniet ad te ante aduentum meum.tu extimesces eam.

*P.V.C. ❧QVOD mihi bonam copiam iures. Probo Ferrarii declarationem,diligentiam ipsius ualde amo,qui exlaceris,decurtatisque Terentii Varronis commentariis huius loci interpretationem sedulo eruerit: & nullus alicui scrupulus relinquatur,affirmo infinitis locis in Medicæo ubi I,esse debebat EI,scriptum esset: ut in epistola D.Bruti,sine eiumentis, ad Lentulum, iei declarant.paucis post uersibus. eidem ille Plato. & ad

Q.Valerium,

Universidad de Deusto Biblioteca

Q.Valerium, Municipibus uolaterraneeis. Id etiam Latini librarii in Græcis uocibus faciebant, ut ſæpe non ſuis locis hanc diphthongum ponerent, ad Gallum, Quæ uidetur λειτύτητα attuliſſe. ad Trebatium, Si tu ſtatueris πολειτεύεσθαι non oportere. Quod in priſcis etiam lapidibus non ſemel obſeruaui. Quibus omnibus exemplis, & ſexcentis aliis, ſi opus eſſet, planum fit, peruerſionem hanc nullam uim habere ad labefactandam ueram lectionem.

*P.V.C. CVM rem habebas, quæſticulis te faciebam attentiorem. Hæc eſt Medicæi codicis lectio, quam uehementer probo: deque ipſa olim accuratius diſputaui. cum rem habebas, cum diues eras: quæſticulis, & lucellis te attentiorem faciebam: ut enim à lucro lucellum, ita à quæſtu quæſticulus ὑποκοριστικῶς. Verbum præterea ATTENTIOREM, quod quaſi patrimonii augendi rationem docet, & quo in hac re exprimenda optimi autores paſſim utuntur, ualde ueterem ſcripturam confirmat. Terentius in Adelphis, Attentiores ſumus ad rem omnes, quàm ſat eſt. Cicero ipſe in Verrem: Qui in re aduentitia, & hereditaria tam diligens: & attentus fuiſſet.

HVBER. Promulſide Lucanica PROmulſide. genus eſt liquaminis, ut quidam uolunt ex mulſo. Suſtuli. amoui: quia non amplius delector. Oleis, aqua & ſale conditis. Lucanicis. lucanica gen⁹ eſt farciminis ex porcinis carnibus à Lucanis populis, unde primum fuit inuenta ſic dicta.

Abſtergere. pœnitus amouere antiquum, quo ſolebam delectari. i. ad tyrotarichum: erat enim cibus pauci ſumptus, quem prius dixit Cice. ſe iam faſtidire cum antea ferret: nunc autem dicit Pæto, ut illud ſibi paret. Vnum. precipuum. More noſtro. ut conſueuimus. i. moderate. Illa ſu. cum diximus nõ eſſe lautos. Luſimus. ex ioco diximus. Prætermiſſurum. ſ. uillam felicianam. Satis. facetiarum. Sannionum. Sanniones, qui ſunt in dictis fatui, & moribus obſcœnis. Cice. libro ſecundo de orato. Quid porro tam ridiculum, quàm Sannio? hoc Græci appellant βωμόλοχους, quorſum autem ſubdiderit. Satis enim ſalis eſt. Sannionum parum: non facile poteſt intelligi.

Saniones

Neque eſt, quòd in Promulſide ſpei ponas aliquid, quam totam ſuſtuli. Solebá enim antea debilitari oleis & lucanicis tuis. Sed quid hæc loquimur? liceat modo iſtò venire. Tu vero (uolo enim abſtergere animi tui metum) ad Tyrotarichum antiquum redi. Ego tibi vnum ſumptum afferam, quòd balneum calefacias oportebit: cætera more noſtro, ſuperiora illa luſimus. De villa Seliciana & curaſti diligenter, & ſcripſiſti facetiſſime. Itaq; puto me prætermiſſurum. ſalis enim ſatis eſt, ſannionum parum. Vale.

ASCEN. NEQVE eſt ꝙ ponas aliquid ſpei in promulſide. i. dulciario illo, aut liquamine ex mulſo, hoc eſt ꝙ putes me promulſide contentum fore, quam ſcilicet promulſidem ego ſuſtuli, id eſt depoſui de cœna mea totam: Ego enim ſolebam delectari antea oleis & lucanicis ſcilicet illis tuis ſalſis ex carne ſuilla rubente. Sed quid. i. ad quid loquimur hoc, liceat modo uenire iſto. i. ad illum locum ubi tu es. Tu uero redi ad Tyrotarichum. i. caſeum ſalſum antiquum: uolo enim abſtergere metum animi tui. Ego afferam tibi unum ſumptum, quia oportebit ꝙ calefacias balneum, cætera ſupplè facias & pares, more noſtro: nos luſimus. i. per iocum diximus illa ſuperiora. Tu & curaſti diligenter & ſcripſiſti facetiſſime de uilla Seciliana. Itaque ego puto me prætermiſſurum. i. dimiſſurũ eam. Salis enim ſatis. i. facetiarum eſt, parum ſup. eſt Sannionũ. i. fatuorum obſcœnorum, quos Græci bomolochos uocant.

Ex XVI. Epiſtola. Delectauerunt me tuæ literæ.

Delectauerunt me tuæ literæ. Hæc epiſtola ut in omnibus diuulgatis libris eſt uidere. xvi. loco aliarũ legitur, ſubſequiturque, quæ incipit. Duabus tuis epiſtolis. In manu ſcripto codice noſtro, & antiquiori, & fide digno, poſt eam ſubſequuntur complures aliæ, quæ ut diximus. viii. in libro leguntur, ut ſunt, Eſt ne? uici? Inuideo tibi, quid multa quotidie. Qua tu cura ſis. Non dubito quid perlatum ad te ſit. Quam cito tu iſtinc. Et ſi de rep. quæ tibi ſcribá. Quod M. Marcellus Coſ. filius. Sic tu inquis, Hirtum tractaſti? Et has quidem omneis poſt, Delectauerunt me tuæ literæ accedit. Sed de ordine neque tantopere inſudandum, cum præſertim non adeo continuæ ſint, ut ordine quodam certo legi debeant. Sunt enim ut caſus puto, obtulerit eę in corpus congeſtæ. Nunc uero ad uarietatem uerborum accedamus, cum cætera dixiſſe uolo, ut lectores admoneam, quanta ſit temporum incuria & uarietas bonis in libris. Reliquum eſt, ne quid ſtultè, ne quid temerè dicam faciamue contra potentes, quos puto eſſe ſapientes. Aut qua fide mecum uiuant hi, qui me audiſſe aiunt, & aſſidue colunt, & obſeruant, præſtare non poſſum. Quem tu mihi Popilium, quem Denarium narras? Tu autem, quod bonum cupiam euites, nihil eſt. Memini te mihi Phaniæ cœnam narras. Tu autem, quod bonum cupiam euites, nihil eſt. Memini te mihi Phaniæ cœnam narrare. temperius fiat, cętera eodem modo, quod ſi perſeueras, me ad matris tuæ cœnam reuoca, referam id quoque. Volo enim uidere animum, qui mihi audeat iſta, quæ ſcribis, apponere, aut etiam Philippum Miniani ioci ſimilem. Liceat modo iſto uenire citius. De uilla Feliciana & curaſti diligenter, & ſcripſiſti facetiſſime.

HVBER. NVM tu. Romànis moris fuit militib⁹ ueterànis poſt confectam militiá agros áliquos dare, quorum prouéntibus poſſent ſenectũtẽ ſuam & famĩliam ſuſtentâre, ut oſtendit Iuue. Tandẽ pro multis uix iúgera bina dabantur Vulnéribus. & Luca. lib. i. Pharſâlię. Quæ ſedes eméritis erit, quæ iura dabuntur, Quæ noſter ueterânus aret? Id ígitur quum Cæ. factũrus dicerêtur, petíuerat Pætus à Cic. quid putâret eſſe factũrum de iis agris. Itaque Cice. reſcribens oſtendit eum meliùs ſcire debêre, qui Balbum Cæſ. intimum & familiârem apud ſe habúerit. à quo pótuit ómnia multa meliùs intellígere. Itaque ab Pæto petit, quid putet non de agris, ſed de ſeipſis eſſe futũrum Cæſare tenente ómnia: deinde tamen dicit Cice. quid intélligat de diuiſiône agrôrum, & licèt ager ſuus Tuſculânus propter uicinitâtem immíneat periculo diuiſiônis, dicit tamen ſe non timêre, ſed ut uirum fortem & philóſophum exiſtimâre ſatis ſibi eſſe ꝙ uiuat, ſeque amâre Cæſ. cuius benefício hábeat uitam. Poſtremò dicit non ſolùm ſibi, ſed etiam ipſi Cæſa. qui ómnia regit incertum eſſe, quid ſit futũrum, quia res ipſę pro tempóribus mutantur.

manifeſta

M.T.C. Lucio Papirio Pæto. S.D. EP. 17.

NVm tu homo ridículus es? qui cùm Balbus noſter apđ te fúerit, ex me quæras, quid de iſtis municípiis, & agris futũrũ putem? quaſi aut ego quicquam ſciam, quod iſte néſciat: aut ſi quid aliquandò ſcio, non ex iſto ſóleam ſcire. Immò verò ſi me amas, tu fac ut ſciam quid de nobis futũrum ſit. Habuiſti enim ĩ tua poteſtâte, ex quo vel ex ſóbrio, vel certè ex ébrio ſcire poſſes: Sed ego iſta mi Pæte non quæro: primùm, quia de lucro prope iam quadriénnium víuimus: ſi aut hoc lucrum eſt, aut hæc vita, ſupérſtitem reipu. víuere. Deinde quòd ſcire quoque mihi uídeor quid futũrum ſit. fiet enim quodcunque volent, qui valêbunt: valebũt autem ſemper arma. Satis ígitur nobis eſſe debet, quicquid concéditur. hoc ſi quis pati nõ pótuit, mori débuit. Veientem quidem agrum & Capenâtem metiũtur: hoc nõ longè abeſt à Tuſculâno. Nihil tamen tímeo: fruor dum licet: opto ut ſemper líceat. Si id minus contígerit, tamen quum ego vir fortis, idem quod Philóſoph⁹ víuere pulchérrimum duxi, non poſſum eum non dilígere, cuius benefício id conſecũtus ſum. qui ſi cúpiat eſſe rempub. qualem fortaſſe & ille uult, & omnes optâre debêmus, quid fáciat tamen non habet: ita ſe cum multis colligâuit. Sed longiùs progrédior: ſcribo enim ad te. Hoc tamen ſcito, non modo me, qui conſiliis non interſũ, ſed ne ipſũ quidem príncipem ſcire quid futũrum ſit. Nos enim illi ſeruímus: ipſe tempórib⁹.

Num tu. interrogatiuè legendum eſt nonne homo es dignus uidéri quaſi dicat ſimplex. Balbus, qui Cæſaris conſilia nouit. Municipiis. óppidis quæ aſſignabantur ad habitatiônem mílitum. Luca. an meliùs fient pyrâtæ magnæ colôni. Et agris, diuidundis. Iſte. Balbus. Ex iſto. quia quicquid de factis Cæſaris ſcio, Balbus mihi dicit, immo petit à Pæto quid putet futũrum de ſeipſis. Si me amas. adiurátio. Habuiſti. Balbum. Vel ébrio. quia benè poti faciliùs reuêlant ſecrêta. Hora. Quid non ebríetas deſignat, operta reclũdit. uult autem intellígere habuiſti eum apud te qui uel deliberâta mente quod faciũt ſobrii, uel ex caſu & témerè, ut fáciunt ébrii, tibi dixit, quid ſit Cæſar factũrus. Iſta. i. tália. De lucro. i. ultra q̃ ſperabâmus & optâmus. Teren. Quicquid præter ſpem euénerit, id in lucrum deputâto. Quadriénnium. quatuor annos prætêtos. Si aut. quaſi correctio, quia dixit lucrum eſſe ꝙ uiuat. Aut uita poteſt appellâri, uíuere poſt rempub. amiſſam. q. d. quæ potiùs eſt mors. Municipiis

ASCEN. NVM tu homo &c. Mos erat Românis, ut ueterânis milítibus áliquot agros ad uitæ ſuſtentatiônem darent, quod & Cæſar ſe factũrum decréuerat, quod cum Pætus à Cicerône docêri uóluit. Scribit eum mélius debêre ſcire, qui Balbum conſúlere potúerit, áperit tamen quid ſéntiat, & quo ánimo quod euénerit ferendum ſit docet. Ordo eſt. Num. i. nonne tu ò Pæte es homo ridículus. i. riſum éxcitans & ridendus, qui, cùm Balbus noſter fúerit apud te, quęras ex me, quid putem factũrum de iſtis municipiis. i. óppidis municipálib⁹ & agris. ſ. illis adiacéntibus, quos (rumor erat) Cæſarem uelle ueterânis ſuis diſtribúere, quaſi aut ego ſciam quicquam quod iſte. ſ. Bal. néſciat, aut ſi ego ſcio quid. i. áliquid aliquãdo, ego non ſóleam ſcire ſup. illud, ex iſto. ſ. qui apud te fuit, hoc eſt ex Balbo. Immò uero. i. econtráriò, ſi tu amas me, fac tu, ut ſciam, quid ſit futũrum de nobis. i. de agris noſtris. Tu enim habuiſti in tua poteſtâte. ſ. Balbum, ex quo tu poſſes ſcire, uel ex ſóbrio, uel certè ex ébrio: quia ébrius, inſípiens, púeri, dicent tibi uerum. Sed ô mi Pæte ego non quæro iſta. i. non ſum ſolícitus de iſtis rebus. Primùm quia uíuimus iam prope. i. quaſi quadriénnium, de lucro. i. ultra q̃ putáuimus nos uíuere poſſe, ſi aut hoc eſt lucrum, aut hæc eſt uita uidélicet uíuere ſupérſtitem reipu. . i. poſt interitum reipub. Ordo I

HVBER. DEinde. ſ. non quæro iſta. Quòd. i. quia. Videor ſcire. coniício quodammodò quid ſit futũrum.

Fiet enim. i. quod uidêtur ſcire ꝙ ómnia regentur arbítrio eorum qui habêbunt poténtiam. Valebunt. póterunt. Valêbunt autem. ſigníficat ꝙ magis regentur res ui quadam q̃ iuſtitia. Quicquid con. q. d. ſola uita etiam ſub império Cæſ. quandò uiuendo áliter fácere non póſſumus. Hoc. ſic oſtẽdit Catônẽ non ſine cauſa periiſſe, ne uéniret in hanc ſeruitũtem. Si quis. Significat Catônem, qui ſeipſum Vticæ interêmit, ne Cæſaris tyránnidẽ uidêret. Veientem agrum. agrum Veiorum, qui pópuli ſunt finitimi Romanis. Capenâtem. à Capêna óppido, unde & porta, quæ illuc ducêbat Capêna appellâta eſt. Iuue. Súbſtitit ad uéteres arcus mádidamq; Capênam. Cato Vtice

Metiuntur. menſũrant, ut díuidant. ſ. Cæſariâni.

Hoc. ſ. quod metiuntur iſtos agros. Non ab. longè à Tuſcu. quia propinquum eſt: ímminet perículo Tuſculânum propter uicinitâtem. Virg. Mántua ue míſeræ nimiùm uicína Cremônæ. Fruor. cápio uoluptatem, & fructum ex eo agro. Dum licet. dum permíttitur mihi, dum poſſum. Semper líceat. ſ. frui. Id. ut fruar meo agro. Minus. non quandò, quoniã. Vir fortis. bene armâtus contra ómnia aduerſa. Duxi. exiſtimâui. Pulchérrimum uiuére. uitam eſſe pulchérrimam ómnium, quæ nobis contingunt: pro locis mutat Cice. ſenténtias: álibi enim oſtendit uitam amiſſa dignitâte, & honeſtâte, nullo pacto eſſe appetendam. Eum. Cæſarem. Benefício, liberalitâte: quia pótęrat mihi erípere ſi uoluiſſet. Id. i. uíuere. Qui. excuſat Cæſa. ꝙ licet bonam hábeat uoluntâtem, neceſſe tamen ſit eum multa fácere ad arbítrium aliórum

Universidad de ... Biblioteca

rum,quos habet sibi coniunctos & amicos.Quid faciat.i.aliquid quod posit facere,ut uult. Colligauit.q.d.implicuit. Longius progrédior.plura dico, q̃ opus erat. Ipsum prin.ipsum Cæ.qui est princeps cōsiliorum.Nos enim ratio quare Cæ.nesciat futura. Ipse tempóribus, scilicet seruit. Témpora. quæ assiduè mutantur.Ille.Cæ.Cógitet.hábeat in ánimo, quia cogitatiônes aliêni cordis nobis sunt ignótæ. Non rescripsi.cum à me petisses. Anteà.olim.Cessator. piger. Nihil explorâti.nihil certi. Nec.dúplicem assignat ratiônem quare citiùs non rescripserit,quia cum nihil habêret explorâti,noluit expónere rem in dúbio,ne ex dubitatiône daret ei solicitúdinem, nec uoluit etiam affirmâre,quod erat incertum,ne ex affirmatiône daret spem uanam. Adscribam.subiungam,quasi pòst omnia scribam. De isto perículo,quod tu times imminêre nobis. Tu tamē. consilium sapientis,ut optêmus ab eis semper optima,& tamen cogitêmus pótiùs mala posse euenire q̃ bona,quia si ita cogitábimus minus nos ópprimēt, quia precogitâta euénient,etiam si erunt mala.Si autem euénient bona,id erit in lucro, quia cum cogitátio nostra esset de malis , superuénerint. Quæcunque erunt , siue bona siue mala.Virg. Quicquid erit,superanda omnis fortûna ferenda est.

ita nec ille quid tempora postulatura sint: nec nos quid ille cogitet,scire possumus. Hæc tibi antea non rescripsi,non quò cessator esse solerem, præsertim in literis: sed cùm explorati nihil haberem, nec tibi solicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui. Illud tamen adscribam , quod est verissimum , me his temporibus adhuc de isto periculo nihil audisse . Tu tamen pro tua sapientia debebis optare optima,cogitare difficillima , ferre quæcunque erunt.

Vale.

Ex.XVII.Epistola. Num tu homo ridiculus es?

Num tu homo ridiculus es? qui cùm Balbus noster te apud fuerit.

ASCEN. DEINDE non quæro,sup.ꝙ.i.eo ꝙ ego uideor mihi scire,quoque.i.etiam quid sit futûrum. Enim.i.quia, id sup.fiet quodcunque uolent,qui ualêbunt.i.plus póterunt,autem.i.sed,arma.i.in armis præstantiôres, ut Cæsariâni ualêbunt semper.Igitur satis debet esse nobis quicquid concéditur. Si quis non pótuit pati hoc .i.ut hábeat satis ex eo,quod sibi concéditur,ipse débuit mori. Quidem.i.certe sup.Cæsariâni,metiuntur.i. metiendo inter se diuidunt agrum Veientem & Capenâtem.i.iuxta Veios & Capenas iacentem, hic.s.ager non abest longe à Tusculâno.s.agro,ubi Cicerônis erat possessio. Tamē.i.nihilóminùs ego nihil tímeo.s. de ablatiōe agri mei,Ego fruor.i.ex eo fructū cápio,dū.i.q̃diu licet,opto ut líceat semper.Si id.i.semper licêre frui meis,minus.i.nō,contígerit.i.datum sit,tñ quando.i.quóniã,ego uir fortis scílicet hábitus,aut habêri cúpidus.i.philósophus,duxi.i.existimâui,uíuere esse pulchérrimum,non possum non dilígere eum scilicet Cæsarem,cuius benefício ego consecûtus sum.id.s.ut uiuam. Qui si cúpiat rempub.esse qualem &.i.etiam ille uult fortasse,& nos omnes debêmus optâre. Tamen non habet quid fáciat , quia non posset etiam si uellet rempub.restitúere pristinæ libertâti,ita.i.usque adeo colligâuit.i.deuinxit se cū multis,qui scílicet si resp. uigéret,deponendi essent. Sed ego progrédior longiùs scilicet quàm necesse est. Scribo enim ad te , cui scílicet pauca suffícerent,cum sis uir prudens , & perspicâci ingenio. Tamen scito hoc non modo me, qui non intersum consiliis non scire quid futurum sit,sed ne quidem , id est non etiam ipsum príncipem.s. Cæsarem scire quid sit futûrum. Vbi est non modo,non me:legi posset non modo me,ut illa negatio ne utrique particulæ seruîret. Nos seruîmus illi.s. Cæsari. ipse supple seruit.i.inseruit tempórib us.i.rebus se pro témpore habéntibus. Ita nec ille supple scire potest quid témpora sint postulatura,nec nos póssumus scire quid ille cógitet. Ego non scripsi hæc ánteà,non ꝙ melius q̃ quo solêrem esse cessator.i.pigritans præsertim in líteris , scílicet scribendis, sed cum nihil habêrem explorâti.i.certi.nec uolui afferre tibi solicitúdinem ex dubitatiône mea,nec spem ex affirmatiône,scílicet de re dúbia. Ego tamen adscribam,id est scribendo addã illud,quod est ueríssimum, me nihil audisse adhuc his tempóribus de perículo isto,scílicet quod times de agris nobis eripiendis,tu tamen debêbis optâre óptima pro sapientia tua,i.secundū quod éxigit sapiéntia tua, & debêbis cogitâre difficíllima,scilicet explicâta posse euenire,& debêbis ferre quęcunque erunt,siue difficillima,siue mediócria.

Vale.

*P.V.C. NON modo me.Hic quoque locus à me ope Medicæi codicis iam tum purgatus fuit:cum in cunctis antea impressis mendosè,non modo non me,legeretur.

HVBER. CVm essem.Occupâta rep.à Cæ.cū Ci.arti nullus èsset locus in cúria,aut ĩ foro,ut ipse multis locis cōquestus est se totum ábdidit in stúdia literárum,ut ex eis aliquã medicínam miseriárū accíperet, & quosdam adolescentes nobilíssimos in arte dicendi docendos accêpit,nō tñ multos ut multi suspicantur,qui credunt eum aperuisse ludum ómnibus uenîre uoléntibus:habêbat.n.paucos, ut Balbum , Hircium,& Dolabellam , licet ipse grátia ioci dicat se aperuisse ludū , itaq; hac epístola iocâtur cū Pæto,& ostendit se sapientiùs fecisse, qui secûtus sit témpora,q̃ eos q seipsos interemérunt. Cōmóuerat cōmoditâtes,quas ex hoc exercítio conséquitur.Postrêo irrîdet Pætū,q bona sua paulatim cōsúmeret:significat.n.eum aliqñ deuentûrum ad eundem éxitū, ad quem ipse peruênit,ut apériat ludū literârum,sed

M.T.C.Pæto S. D.

CVM essem otiósus in Tusculâno, propterèa quòd discípulos obuiàm míseram,vt iidē me quàmmáximè conciliárent familiari suo: accêpi tuas líteras plenissimas suauitâtis:ex quibus intellêxi probâri tibi meum consilium,quod vt Dionysius tyrannus , cum Syracûsis expulsus esset Corinthi dicitur ludum aperuisse: sic ego sublâtis iudiciis , amisso regno forensi,ludum quasi habêre cœperim. quid quæris? me quoque delectat consiliū. multa enim cónsequor: primùm id , quod máximè nunc opus est: múnio me ad hæc témpora.Id cuiúsmodi sit,nésciо: tantùm vídeo nullîus adhùc consilia me huic antepónere, nisi fortè mori mélius fuit in léctulo. fáteor : sed non áccidit : in ácie non fui.Cǽteri quidem , Pompeius, Léntulus tuus, Scipio, Afránius fœde periêrunt: at Cato præclâre. Iam istuc quidem cùm volêmus,licêbit.Demus modò óperá,ne tam necesse nobis sit,quàm illi fuit , id,qđ ágimus.Ergo hoc primum.séquitur illud: ipse mélior fio,primū valetúdine, quâm intermissis exercitatiónibus amíseram: deinde ipsa illa,siqua fuit in me facultas oratiônis, nisi me ad has exercitatiônes retulissem,exaruisset . Extremū illud est, quod tu néscio an primum putes: plureis iam pauônes confeci , quâm tu pullos columbînos. Tu istìc te Atheriâno iure delectâto, ego me hîc Hirciâno . Veni igitur , si vir es,*& disce iam προλεγομένας,quas quæris:

minore tame authoritate. Ociosus.sine occupatiône. Discípulos. Hírtium & Dolabellã,quos supra dixit se habêre dicendi discípulos,& cœnandi magistros.

ASCEN. CVM essem.Amissa repúbli. se dicit ad literârum studia conuersum,Balbo,Hírcio,Dolabellæ ludū aperuisse,eo quôd illos in arte dicendi exércuit. non tamen post consulâtū mercede præcêpit.Ordo est.Cum essem otiôsus in Tuscul.s.agro cum domo,proptereà quòd míseram discipulos.s.meos óbuiàm.s.officii grátia ut opînor Cǽsari , ut iidem , scílicet discípuli mei Balbus,Hírcius,& Dolabella. Ordo

HVBER. FAMILIARI. Cǽsari cui míserat eos óbuiàm, cum intellígeret eum uenîre Romam,ut conciliâret ipsum alienâtum propter partes Pompeiânas , quas secûtus fuerat. Probâri.laudâri. Consiliū meū.id qđ instítui fácere. Quod.quia. Vt Dionysius.honestat Cic.factū suū illustri exēplo à rege sumpto,& simul per tránsitū, ōdit princípib⁹ & regib⁹ ꝓdesse interdū etiã sciētiã, & literarū cognitiōnē. Diony.filius priôris Dionysii, Dionysius de quo Ci.mentiōnem facit lib.iii.Tuscul. quæstiōnū qđ ludū aperúerit Corinthi cum Syracûsis expulsus fuisset,& Oui.lib.iiii.de Pōto.Illa Syracusia modo formidâtus in urbe , Vix húmili duram réppulit arte famem. Corinthi,in Corintho,aduerbialitèr pósuit:est autem urbs Achâiæ, de qua suprà álio loco plura memorãda díximus. Corinth⁹ Ludū.scholã,pónit.n.ludus ꝓ loco ubi exercet áliqua ars,unde díximus ludū palestræ, ludum literârū. Ludus Sublâtis.ammótis. Iudiciis.causis iudiciálibus,quas solêbã ágere. Regno forensi.ad laudem suã dixit,quia ita obtinêbat principâtū inter oratôres Cic.ut dicerēt regnâre in causis. Quasi.ut ōderet se non pénitùs esse magistrū docendi. Quid quæ.genus dicendi, cum uólumus breuitèr aliqd cōclúdere.q.d. nō est opus plúribus,sic Hora.in epi. Quid quæris uiuo,& regno simul ista relíqui, Quæ uos ad cælū fertis rumôre secundo. Multa.s.cōmodat. Múnio.facio me fortem. Ad hæc tēpora.cōtra conditionē horū témporum,quæ est péssima. Cuiúsmodi.quale. Id.s.quod sequor líteras. Me an.i. plus laudo consiliū meū,q̃ aliórū quicquid alii faciunt. Nisi forte.occûrrit obiectiôni. In le.fa.i.si mortuus essem in lecto meo, ut dici solet febri uel alio morbo cōsumptus,fáteor ꝙ meliùs fuit mori. Sed nō ac. fortûna nóluit , ut in lecto móreter. In acie.i.in bello,quia póterat etiam óbiici, quare non potiùs uoluisti perîre in bello pugnando pro libertate,ꝙ fuisset tibi summę laudi,ut,pulchrumq; mori succûrrit in armis, respondet se non fuisse in bello. Lentulus af. isti fuerunt duces Pō. Pō.s.magnus. Fœde.crudélitèr,uel certè túrpiter & ignâuè. Mors Pō. à Plutar. & Appiâno,& ab aliis ita scríbitur ut hic nō sit memoranda, unde etiam Lu. Scipio,pater Corneliæ uxôris Pō.cum Fœde enim esset Cæ.post mortē Catônis,qui seipsum uticæ interémerat ex trecentis , qui senatus formam præferebant quoscunque reperîret,morti tráderet L.Scipio,qui eo in bello imperâtor erat,hyemem in mari agens,hostium nauibus casu obuius paragrasse iussit, donec fortuna aduersante eius naue superâta seipsum interêmit, spontéq; in mare præcípitem se dedit. At Ca.pa.s.periit.cum magna laude,quoniam máluit mori liber, quàm uíuere seruus. Istuc.s. perîre. Licêbit enim cum uo. erit semper in potestâte nostra quotienscunque placêbit Demus ope. Curemus . Illi Ca. ne ita sit nobis necéssitas nos interficiendi sicut illi fuit. Id ne sit nobis necesse. Primum . quod díximus munîre nos ad hæc témpora. Illud. quod mox dicam . Mélior.s.meliùs hábeo, & uulgariùs dicam,meliùs sto. Valetúdine bona.s. fio mélior.i. quantum ad sanitâtem. Exercitatiónibus , quæ plurimùm cónferunt ad cōseruatiônem humani córporis,ut infra ipse scribet ad Ti. Deinde.alia ratio,quòd nisi dedisset se exercitatiôni, amisisset omnem facultâtem dicendi, quam habêbat. Aúdiat enim de li. immo, & ociôsa iuuentus,quæ satis putat semel in anno scríbere epístolam aut carmen,& posse retinêre dicendi facultatem cum fons eloquētiæ uererēt ne parua intermissione exaréсceret: Exaruisset. exsiccata esset , tractum ab aquis. Extremum.últimùm,& incipit iocâri. Primum,id est præcipuum & anteponēdum ómnibus aliis commodis. Pauônes, qui ita essent in delitiis , ut pontificali cœnæ apponerentur . Primus autem posuisse dicitur Pauones Horten. cum augur esset,ut scri.Ply.apud quem uide plura de pauónibus. Conféci.consumpsi,qui mihi sunt donâti à discípulis meis. Pullos co.qui sunt uiliôres. Atteriâno.quidã somniâuit Atterium & Hirtium fuisse coquos qui benè fercula condîrent,re autem uera, Attérius familiâris erat Pæti.Hirtio uero Ci.ut supra dixi, dicit ergo Ci.útere tu iure, quod dabit tibi Atterius tuus : ergo autem iure quod dabit mihi Hirtius meus. Delectâto.frúitor. Iure.bródio,aqua condîta & pingui. προλεγομένας,προλέγω prædico significat.Intelligit autem Ci.propositiônes,id est senténtias quas Hirtius & Bal.præponêbant , ad quas audiendas inuîtat Pætum,sed ne eum ad indignatiônem mouêret, subdit.

ASCEN. CONCILIÂRENT. id est amicítia coniúngerent me,quàm máximè familiâri suo,scílicet Cǽsari,accêpi literas tuas pleníssimas suauitatis. Ex quibus intellêxi consilium meum probâri,id est approbâri, tibi,id est à te, quòd ut,id est quemádmodum Dionýsius tyrânnus cum esset expulsús Syracûsis,urbis Scíliæ,ubi tyránnidē exercúerat:

exercuerat:dicit aperuisse,id est omnibus patefecisse,ludum,scilicet literarium,hoc est scholas publicas , ne ego
iudicus.ſ.fori ſublâtis & regno forenſi.i.actione cauſarũ in qua Cicero nuper regnâuerat,amiſſo,cœperim habêre quaſi locum.i.locum exercitatiônis in arte dicendi. Quid quæris.i.quid uis,ut ampliùs dicam,conſilium ſup.hoc delectat quoque.i. etiam me. Ego enim cónſequor.i.obtíneo multa. Primum múnio me ad hæc tempora,uitam tuendo & amicos cõparando,quod eſt máxime opus nunc.Id cuiuſmodi &c.Ordo eſt.Neſcio cuiuſmodi.i.quale ſit id.ſ. ſe munire ad témpora tantùm.i.duntaxàt uídeo.i. cognoſco me nullius conſilia antepónere.i. preferre adhùc huic.ſ. conſilio meo niſi fortè meliùs fuit mori in lectulo.i. non uiolenta morte,fáteor.ſ.melius fuiſſe,ſi accidiſſet,ſed non áccidit, & non fui in acie.ſ.ut uiolẽta morte perirem. Cæteri quidem ſup.nóbiles uiri ut Pompêius,Léntulus tuus, Scipio Africânus,periêrunt fœde.i.ignominiôſẽ,autem.i.ſed Cato ſup.dices,quòd periit præclàrè,quia Vticæ,ne in poteſtâtem Cæſaris ueniret,ſibi manum íntulit. Alii autem aut fugam meditantes,aut non fórtitèr bellantes periêrunt.Auguſtinus tamẽ ſanctus in libr. de ciuitâte dei, docet Catônem,neque fórtitèr,neque prudentèr,neque iuſtè egiſſe,inferẽdo ſibi manum. Iam quidem iſtuc, id eſt ſic præclàrè perire,ut Cato Vticẽ.periit,licêbit,concedêtur ſup.nobis cum uolêmus,modo,id eſt ſolúmmòdo demus óperã,id efficiâmus ne ſit tam neceſſe nobis,ſcilicet ſic perire,quàm fuit illi, ſcilicet Catôni, qui perpétuum tenôrem uitæ ſuæ conſeruâre non potuiſſet,niſi mortẽ ſibi conſciuiſſet,id,quod.i.quam rem ágimus,id eſt curâmus,ergo hoc,ſcilicet quod dixi me munîre ad hæc témpora eſt ſup.primum,illud, ſcilicet manum inferre in ſumma neceſſitâte , ſéquitur, id eſt,eſt ſecundárium. Ipſe.i.ego fio mélior, primùm ualetúdine quia ſánior fio.quã.ſ.ualetúdinem amíſerã exercitatiónibus.ſ.indicendi arte amiſſis,deinde illa ipſa facultas,id eſt facilitas & poteſtas oratiônis, ſi qua fuit in me, exaruiſſet, id eſt extincta fuiſſet niſi retuliſſem me ad has exercitatiônes,ſcílicet dicendi,declarandi,ſcribendi. Illud, ſcílicet quod iam dicam , eſt extremum , quod néſcio,an tu putes primum.i.primo eligendum,ego iam cõfeci.i.abſumpſi, deuorâui iam plureis pauônes, quã tu ſup.confeciſti pullos columbînos. Delectâto tu iſtìc,ſcílicet ubi es tu,iure, id eſt ſucco ſeu brodio, hoc eſt aqua,in qua carnes ſunt decoctæ.Alteriâno,id eſt quod Altérius tibi appônit. Ego ſup.delectâbo me hîc ſup. iure Hirciâno.i.qđ Hírcius familiaris meus,& Cæſaris amicus mihi appõnet. Igitur ueni ſi es uir, id eſt uirilis animi,& diſce prolegómenas,id eſt prædicatiônes,& declamationes præuias,quas quæris.

*P.V.C. E T diſce iam προλεγομένας quas quæris. Véreor ne hic locus aliquid mendi contíneat, quod tamen uibi ſit indicâre non poſſum:in tantis anguſtiis témporis, nihil melius mihi fácere poſſe uideor, quàm uéterem ſcripturam notam fácere,maiôris ingenii,ac doctrinæ uiri totum hoc diligentius conſiderâbunt.In Græcis autem, & Latinis uerbis uarietâtes áliquæ cernuntur: nam ſunt etiam qui Græca uerba commûtent, & neutro genere προλεγόμενα ſcribant qui etiam cõſequens Latinum uerbum,ita conformant,ut Græco reſpondeat.Medicæus codex, Et diſceam , προλεγομένας quas quæris , & ſi ſus Mineruam , ſed quomodo uídero , ſi æſtimatiônes tuas, & quæ ſequuntur.

etſi ſus Mineruam. Sed quando, vt video, æſtimationes tuas vendere non potes, neque ollam denariorum implere, Romam tibi remigrandum eſt. Satius eſt hic cruditate, quàm iſtic fame. Video te bona perdidiſſe: ſpero idem iſtuc familiareis tuos. Actum igitur de te eſt, niſi prouides. potes mulo iſto, quem tibi reliquum dicis eſſe, quum cantherium comediſti, Romã peruehi. Sella tibi erit in ludo, tanquam hypodidaſcalo proxima: eam puluinus ſequetur. Vale.

HVBER. Mineruam. ETSI ſus Mineruam. Licet ego imperîtus doctíſſimum uelim docêre.Suis enim ad Mineruã deam ſapientiæ nullam comparationem. Sus.id eſt ego imperîtus tanquam ſus.erat autem prouerbium. Quando. quoniam. Aeſtimationes.quidam diuînant ſignificare,quæ uulgo præcipue Mediolani appellãt libella uel augmenta facta ſuper bonis emphiteoticis:ego autem puto Ci.intelligere per ęſtimationes cenſum omnem, quem per iocum dicit Pętum non poſſe uendere,quia ille conſumpſerat fere omnia bona, aut paulo poſt apertius dicet. Non po.uen.quia nullę iam tibi relictę ſunt. Ollam . unam. Remigrandum . reuertendum. Hic.Romæ,ſcilicet laborare uel perire. Cruditate.in gurgitatione & repletione ciborum:nam crudus dicitur,qui tantum comedit,ut nõ facile concoquat.Iuue. Et crudum pauonem in balnea portas : pauonẽ enim dicit crudum non duræ digeſtionis,ut quidem putant cum ſit cibus delicatiſsimus,ſed propter repletionem ſic Hora.Crudi tumidiq; lauemur. Spero.pro timeo: Spero eſt autem acyrologia,ut,Hunc ego ſi tantũ potui ſperare dolorem. Factum de te.id eſt actum de te, id eſt nulla ſpes eſt de te , & rebus tuis. Prouehi . portari. Mulo iſto.iocatur Ci.quia Pætus uendiderat equum, & ſcripſerat reſeruare ſibi tãtum mulum. Cantheriũ. Cãtherius equum cui teſticuli amputati ſunt, qui ideo fit manſuetior:diſtat autem ab equo,quòd maialis à uerre,capus à gallo, ueruex ab ariete. Reliquũ.relictum,ſuperfuiſſe tibi. Comediſti.facete,quai pecuniã quã ex canterio uendito conducto contraxerat,in uentre conſumpſerat,ſic Iuue. Quis enim te deficiẽte crumena,Et creſcente gula manet exitus ære paterno.Ac rebus merſis in uentre fœnoris atque argenti grauis , & pecorum agrorumque capacem. Sella.incipit iam eum deridere,quia dixit ſe aperuiſſe ludum.ſignificat Cicer.quod etiam cogetur Pætus idem facere.Dicitur ergo ſella catedra à ſedendo. Hipodidaſcalo.ſecundo magiſtro , qui enim primo de generali magiſtro ſubeſt,dicitur hypodidaſcalus ab ὑπὼς,ſub,& διδάσκαλος magiſter,uulgo appellant repetitorem. Proxima.pro me. Puluinus.totus,quaſi pluminus,ſolet autem ſupponi catedris,ut mollior ſit ſeſsio. Vale.

Ex.xviii.Epiſtola.Cum eſſem ocioſus.

Sic ego ſublatis iudiciis,amiſſo regno forenſi,ludũ quaſi habere cœperim.Sed quoniam uideo ſi exſtimationes tuas uendere non potes, neque ollam denario rum implere Romam tibi remigrandum eſt.

Hypodidaſcalus — Puluinus

ASCEN. E T ſi. id eſt quanquam hoc ego uideor,facere quòd ſus, id eſt imperitiſsimum animal, ſup.faceret docendo,Mineruam,id eſt deam ſcientiæ, & artificii omnis inuentricem. Sed quando. id eſt quoniam, ut uideo,id eſt cognoſco,tu non potes uendere æſtimationes tuas, id eſt pretia rerum tuarum neque implere ollam,id eſt
fideliam

... in terram deuoluendum . denariorum,id eſt nummis, remigrandum ſup. eſt tibi Romam. Satius eſt,ſup.perire hic,id eſt Romæ cruditate,id eſt cibo indigeſto propter crapulam, quam iſtic.ſ. ubi es fame. Ego uideo , id eſt intelligo te perdidiſſe bona. Et ſpero iſtos familiares tuos idem,ſcilicet feciſſe. Igitur factum eſt te de. id eſt tu periſti,niſi prouideas.Omnia iocoſe ſunt dicta,non tamen ſine notatione Pęti. Tu poteris prouehi Romam iſto mulo,quem dicis relictũ fuiſſe tibi,quando,id eſt quoniam,comediſti,id eſt pretia in obſoniis abſumpſiſti,cauterium.i.equum caſtratum,& molliter ingredientem,ideo autem caſtratum ne inter equas petulantior ſit. Sella.id eſt ſedes erit tibi in ludo literario,hoc eſt in ſcholis meis, proxima,ſcilicet mihi præceptori, tanquam hypodidaſcalo , id eſt ſubmonitore ſeu ſubmagiſtro. Puluinus. id eſt plumis oppletum ſedis fulcimentum ſequetur eam,ſcilicet ſellam,hoc eſt habebis ſuper ſellam puluinum. Vale.

Cicero S. D. L. Papirio Pæto. Ep. 19.

TAmen â malítia nõ diſcêdis: tenuículo apparâtu ſignífícas Balbum fuiſſe contentũ: hoc viderìs dícere, cùm Reges tam ſint continentes , multo magis Conſulareis eſſe oportêre . neſcis me ab illo ómnia expiſcâtum ? recta enim à porta domum meam veniſſe : neque hoc admíror,quòd non ad tuam potiùs: ſed illud,quòd non ad ſuam . Ego autem tribus primis verbis, Quid noſter Pætus ? at ille adiûrãs,nuſquam ſe vnquã libentiùs. Hoc ſi verbis aſſecûtus es , aúreis ad te ádferam non minus elegáteis. Si nautem obſónio, peto à te ne pluris eſſe balbos, quàm diſertos putes. Me quotídiè aliud ex alio impedit. Sed ſi me expedíero, vt in iſta loca venîre poſſim, non committam vt â te ſerò à me certiórem factum putes. Vale.

HVBER. Tamen TAMEN. Scripſerat Pætus ad Cic.Balbum â ſe conuíuio módico,& ténui acceptum contentum fuiſſe,ſed quóniam ipſe Ci.itûrus erat ad Pætum,dicit eum hoc aſtûtè & malitiôſè ſcripſiſſe , ut ſignificâret, quòd ſibi Balbus,qui erat uir magnæ authoritâtis apud Cæ. fúerat contentus ténui apparâtu, multo minôri debêret eſſe contentus ipſe Ci. dicit autem ſe locûtum eſſe cum Balbo , & omníno ab eo cognouiſſe,qui multùm laudâuit Pætum : unde non uidêtur eſſe uerum,quod apparâtus fuerit ténuis . Petit autem ab eo,ne eum minôris æſtimet,quàm Balb. hæc autem ómnia ex ioco dicta ſunt. Tamẽ.inceptíua eſt partícula,ſicut etiam ſæpe hæc dictio ergo. Non di.a. m.pergis in malítia,& aſtútia tua. Tenúiculo. módico,parúulo. Hoc ui. di. das mihi hoc intelligendum. Reges.díuites,ut eſt Bal. nam rex pro díuite ponebâtur. Continentes.moderâti,frugales in uictu. Conſulâres. ſicut ego ſum : ſunt enim conſulâres minôres régibus. Expiſcatum , id eſt diligentèr inueſtigâtum, tractum à piſcatóribus,qui arte piſces inquîrunt & cápiunt. Veniſſe.ſcilicet neſcis. Recta , ſcílicet uia, ſed magis intellígit, quàm appónitur. A porta ur. illinc enim accêpit iter domum meam. At t. ſcílicet uéuerit. Quid.ſcílicet facit adiûrans.ſcílicet dixit. Vſquã. apud áliquem. Libentius fuiſſe. Hoc ſi. iocâtur Cic. & hoc dicit,quòd Bal.tantum te laudet,aut uerbis blãdis,& dúlcibus,quæ dixiſti,hoc aſſecûtus es, aut obſoniis,id eſt delicâta cœna,ſi aſſecûtus es,ego etiam prẹſtâbo tibi aures non minus ad audiendum elegantes, quàm ipſe,ſi autem fuêrunt obſónia, quibus eum ita cœperis , noli me minôris fácere , quàm ipſum. Balbos quàm di.id eſt ipſum quàm me,quaſi dicat ſi ipſe eſt Bal.ego ſum Cic.iocâtus eſt autem in nomen proprium illius,trahẽs ad appellatiuum.Bal.enim dícitur qui non bene éxprimit uerba,diſertus autem,qui elegantèr, & expedítè dicit , ita autem pletunq; ſolêmus iocâri,ut puta ſi quiſpiam longiôris córporis dicâtur de eo,qui proprio nómine uocêtur picinînus , noli pluris fácere picinînos,quàm magnos,id eſt quàm me,qui ſum magnus,& ita Ci. quàm diſertos, id eſt quàm me, qui ſum diſertus. Aliud ex álio,id eſt innumerabilia negócia,id eſt aliud poſt aliud.Sic Vir.Nos alia ex aliis in fata uocâmur. Non committam.non fáciam,ſed quaſi de malo dixit cõmittam. Serò.ne poſsis poſtea te excuſare,quod melius paraſſes,ſi citiùs factus eſſes cértior. Vale.

Rex — Cõtinẽtes — Expiſcatũ — Balbus — Diſertus

Ex.xix.Epiſtola.Tamen à malitia non.

At ille adiûrans, nuſquam ſe eum,quâm libentiùs, hoc ſi uerbis aſſecûtus es, aureis ad te áfferam non minus eleganteis. Sinautem impenſius obſonio.

ASCEN. TAMENà málitia &c.Scripſerat Pætus Balbum à ſe ténui menſa acceptum,& contentum fuiſſe.Sed quóniam Ci. itûrus erat ad Pætũ ipſum,dicit eum hoc feciſſe aſtûtè,ut Ci.qui minor Balbo erat , cogâtur minôre ſumptu contentus eſſe.Verum quia Balbo laudâta eſt cœna, petit ſe non minôris à Pæto fíeri quàm Balbum fécerit.Omnia autem per iocum ſcripta puto . Ordo eſt. Tamen,id eſt tametſi,te ſæpe admónui,ut ſimpliciùs & benigniùs mecum agas,tu non diſcêdis à malítia,id eſt fraude & uerſútia tua. Tu ſignificas Bal.fuiſſe contentum apparâtu tenũ ículo aliquantulùm ténui,& hoc dicendo,uidêris dicere , hoc cùm reges,id eſt opulentíſsimi uiri,& magnífici cœnârum datôres,aut reges,hoc eſt Cæ.familiâres,ſint continentes,id eſt módici ſumptus oportêre conſulâres,ſup.uiros,qualis erat Ci.multo magis,ſup.continentes eſſe. Tu neſcis me expiſcâtum, id eſt quaſi per ineſcatiônem,qua piſces capiuntur,ómnia ſubtîlitèr extorſiſſe,ab illo,ſcílicet Hírcio. Enim.id eſt quia,neſcis, ſup. ueniſſe domum meam,recta,id eſt nullam partem exorbitando, à porta, ſcilicet urbis. Neq; admîror, hoc quod non potiùs, ſup. uénerit ad tuam,ſcílicet domum Sed illud, ſup. admîror, quod nec, ſup. uénerit prius ad ſuam,ſup. domum quàm ad meam. Ego autem, ſup. allocûtus ſum , aut percunctâtus tribus primis uerbis. Quid noſter Pætus,ſup.egit te recipiendo: at ille Balb. adiûrans, ſup. dixit nuſquam libentîus, ſcilicet cœnatûrum,aut cœnâtum fuiſſe.Si tu aſſecûtus es hoc,id eſt tale teſtimónium Balbi , aut talem prædicatiônem Balbi uerbis,id eſt ſermónibus, ego ádferam ad te non minus elegantes aures , ſcilicet quàm Balbus. Sinautem.i.ſed ſi,ſup.aſſecûtus es,obſónio.i.génere cibi,ego peto.i.éxigo à te,ne putes Balbos.q.d.balbutientes:allûdit enim ad uocábulum,cum Balbus mínimè balbutîret,quàm diſertos.q.d. quàm me diſertè loquentem. Aliud.ſ.impedimẽtum , ſup.ortum ex alio.i.unũm natum ex alio.impêdit quotídiè me,ſed ſi expedíero

Ordo

me,id eſt

me,id est,liberauero his impedimentis,ita,sup.ut possim uenire in ista loca,scilicet ubi tu es,non committam. id est,non faciam,aut non dabo occasionem,ut putes,id est,putare possis te factum certiorem à me,scilicet de aduentu meo,sero,id est,nimis tarde.ne,scilicet excusandus sit,si nihil parauerit. Vale.

Universidad de ... Biblioteca

M.T.C.Papirio.S.D.Epl.20.

DVpliciter delectât⁹ sum tuis literis:& quòd ipse risi,& qđ te intellêxi iam posse ridêre. Me autem à te,vt scurrá vélitem, malis onerâtum esse,nó molestè tuli: Illud dóleo,in ista loca venire me, vt constitúeram, non potuisse. Habuisses enim non hóspitem,sed contubernâlem. At quem virum?non eum, quem tu es sólitus promúlside cóficere. Integram famem ad ouum áffero: itaq; vsq; ad assum vitullinú ópera perdúcitur. Illa mea, quæ solêbas anteà laudâre,ò hominem fácilem, ò hóspitem non grauem : abiêrunt. Nam omnem nostram de repub.curam, cogitatiônem de dicenda in senâtu senténtia,cómentatiônem causárum abiécimus. In epicurei nos aduersarii nostri castra coniécimus:nec tamen ad hanc insoléntiam, sed ad illam tuam lautítiam,vétere dico, *cum mecú sumptus habêbas: etsi nunquá plura prǽdia habuisti. Proinde te para:cum hómine edâce tibi res est, & qui iam áliquid intélligat. * ὀψιμαθεῖς autem hómines scis quàm insolétes sint: dediscendæ tibi sunt

HVBER. DVPLICITER. Iocatus fuerat liberiùs cum Ci. Pætus,& cum aliquántulùm,ut coniicimus ex hac epistola,tetigerat, qđ Cic.non sibi molestũ fuit. significat deinde quia promiserat se itûrum ad Pætũ dicit se debêre non posse ire, & cum eo iocâtur de re facêta,quædam narrans. Postrêmò scribit quæ uita sit id est quid agat in miseriis pátriæ, quam dicit se plus luxisse, quàm mater soleat lugêre filium mortuum Duplíciter.duâbus de causis. Vt.scilicet tanquam mimum.Velitem.ioculáribus uerbis expósitum:nam uelitatio (teste Festo) dicta est ultrò citròque probrôrum obiectatio, ab exemplo uelitâris pugnæ. **Velitatio** **Velites** Vélites enim erãt milites ad pugnam ágiles,qui prælium lacessêbant & inchoâbant.Naso in Ibin.Vtque petit primo plenum flauentis arenæ,nondum calefacti uélitis hasta solum. **Velitari** Inde uelitâri,agíliter pugnâre, & conténdere significat. Malis.maledictis, probris. In ista ubi tu es. Non hóspitem, id est nõ commorâtus essem apud te paucos dies,ut hospes,sed multos, ut contubernalis,qui ideo dictus est,quod iisdem tabernis utâtur. **Tabernæ** Dicuntur autem tabernæ (authore Vlpiano iurisconsulto) omne útile ad habitandum ædificium,ex eo quòd taberna tábulis claudebâtur. Constitúeram. tecum pepígeram. At quem uirum?scilicet habuisses. **Promulsis** Promulside.díximus suprà esse genus liquáminis, uel salsamenti. Conficere. saturâre, implére. Integram totam. **Vitellus** Vitellus.oui pars rubra. Hora.in ser. Quáten⁹ ima petit uoluens aliêna uitellus .Idem,Namque marem cohibent callosa uitellum. Opera mea,edendi. Illa mea.dicit nunc Ci.se ampliùs non babêre quæ solêbant in se laudâri à Pæto,quæ cõmémorat,scilicet.O hóminem fácilem.solêbat enim ita dícere Pętus de Ci. Non grauém.lætum,& facêtum,depósita omni sæueritâte cum es apud me,ita dicêbat Pætus. Nunc ha.uerba Ci. nunc non sunt ampliùs in me ita. Commentatiônem, id est mentiônem & sermônem. Abiécimus. deposúimus . In ca. Epi. facti sumus mílites Epicûri, qui anteà erat aduersárius noster,factus sum tránsfuga,de quo accusâuit superius Trebátium. Nec tamen. ordo male intellectus & distinctus facit textum obscûrum, puto autem sic ordinandum:nec tamen proinde te para ad hanc insoléntiam,scílicet Epicûri, sed ad illã tuam lautítiam:deinde corrêxit dicens:uéterem dico,scilicet lautítiam, non autem qua nunc úteris, si enim ad hanc insolentiam subaudis dico,quæ erit hæc insoléntia cum nullam nomináueris,& hic pronomen sit demonstratiuum. Cum mecum sumptus habêbas,id est cum certâbas mecum conuiuiis. Et si nunquam, id est licet nunquam féceris plures sumptus,quàm nunc. Plura prélia,idest plures impensas,translatiuè dicit. Cum hómine edâci.i.comedône,uorâci,& multi cibi. Qui áliquid intelligit.qui nouit differéntiam cibôrum,& scit qui sint delicâti,& qui uiles, quẽ non fácilè possis fállere. Insolentes. arrogantes. Dediscendæ. obliuiscendæ.

ASCEN. **Ordo** DVPLICITER &c. Locutûs fúerat Pætus liberiùs in Cicerônem,& eum quodammodò momórderat,quod sibi mínimè molestum fuisse,nunc scribens Cícero uicíssim in eum iocâtur. Ordo est.Ego sum delectâtus líteris tuis duplicitèr. & quòd ipse, id est egomet risi,& ꝙ intellêxi te posse iam ridêre. Autem.id est sed,ego tuli non molestè,me onerâtum esse à te malis,id est maledicis, probris,& conuiciis, ut Scurram uélitem, id est uelitâri sólitum, hoc est léuitèr referre, & ita contemptíbilem. Leuis enim armaturæ mílites uélites dicuntur, per metáphoram, ergo dicit se uélitem æstimatum, ut qui non nisi leuia conuicia refêrre uáleat. Ego doleo illud,me non potuisse uenîre in ista loca,scílicet ubi tu es,ut constitúeram,scílicet uenîre. Habuisses enim non hóspitem,id est amîcum hospítio susceptum,& citò recessûrum, sed contubernâlem.i.cohabitatôrem assiduum eiusdem contubernii. At.id est sed,quem,id est qualem uirum,sup.habuisses,non eum,quem tu sólitus es confícere,id est exsaturâre promúlside,id est liquámine, aut alio cibo dulciário,& uili. Manet autem in metáphora à uélite incœpta, nam uélites uulnéribus cónfici solent, ubi autem fames sedâta est,uidentur manducónes confecti,& quasi enecti. Ego ádfero,hoc est attulissem famem integrã. ad ouum,id est ad primum férculum.Nam ab ouo cœnas incípere solêbant,& finîre pomis,ut attestâtur Horatius primo sermonum,& ita ópera,scílicet edendi,perdúcitur usque ad assum uitulinum, credam esse nouissimum genus obsonii,quod ex carne uitellini, quæ facilis digestionis est,apponebâtur. Hubertinus autem de uitello oui intelligit, sed módica esset ópera, quę ab ouo ad uitellum perducerêtur. Illa mea scílicet sobrietâtis pręcónia,quæ solêbas landâre.s.dicendo de me,ô hóminem fácilem ô hóspitem non grauem,id est non molestum,abiêrunt.i.recessêrunt,nunc, scílicet à me. Nam nos abiécimus omnem curam nostram de república, & omnem cogitatiônem de senténtia dicenda in senâtu, & omnem commentatiônem .i. inuentiônem dicendarum.i.causarum. Sententiam dicit iudex,causam reus, aut eius sor. Nos coniécimus.i.intrúsimus nos in castra Epicûri aduersarii nostri,hoc est militâmus.nunc sub Epicûro, summum bonum in uoluptâte ponente,cuius senténtiæ máximè refragantur nostri,hoc est Stóici,in uirtûte & honestâte summũ bonum locantes.Nec tamen sup.coniécimus nos ad hanc insolẽtiam.s.ad hunc immodicum sumptum,quem nuper cœpi fácere,sed ad illam.i.nóbilem lautítiam tuam: dico uéterem nõ recentẽ cùm habêbas prǽdia in sumptus.i.quæ satis essent sumptibus faciendis. Etsi.i.quanquam, nunquam habuisti plura prǽdia scilicet quàm nunc habes. Innuit ergo quòd ánimus non cópia rerum díuitem faciat : nam quæ olim in sumptus sufficiêbãt Pæto prædia,nunc nõ sufficiunt. Proinde.i.ideoq; parâtæ res.i.negociũ est, tibi cum hoie edâci.i.assiduè,& multũ edente,& qui intélligat iam áliquid.s.de lautítiis cœnârum, licet tardè incœperit discere. Autem.i.sed,tu scis,q̃.i.quantùm,insolentes.i.importuni,& proterui sunt hoies ὀψιμαθεῖς.i.qui iam grandes natu discunt. Aliter légitur ab Hubertino,à quo in multis discedo sciens,& forte non insciēter.

CVM in sumptus habêbas. mendosissimus anteà erat,hunc locum restitúimus, quod ita in nostris priscis exempláribus scriptum offéndimus,quem tamen léuitèr suspectum immérito habúimus.Non ægrè férimus,si aliquos huius laudis sócios habêmus, qui saltem nos amâre debêrent,quòd indústriæ ipsorum locum inuénimus.Medicæus codex(illum autem ante óculos habêmus,quo fideliùs hoc opus nauêmus)ut nũc animaduértimus. IN SVMPTVM, unitatis número habet. *P.V.C.

ὀψιμαθεῖς autem homines. Expressit ut opînor Grǽcam uocem Horatius Sat.x.prioris sermonum libri,cum inquit,O seri studiorum.Multa autem Græca uerba Horatius elegantíssimè expressit:cum enim plures senténtias ab eius natiônis philósophis,ac poëtis accíperet,consuetúdinem quoq; sermônis studiosè imitâtus est. *P.V.C.

sportellæ & artolagâni tui. Nos iá ex áreis tantum habemus,vt Vérrium tuum & Camillum, qua munditia homines? qua elegantia? vocâre sæpiùs audeâmus. Sed vide audaciam, etiam Hírtio cœnam dedi sine pauône: tamen in ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil pótuit imitâri. Hæc igitur est nunc vita nostra. mane salutâmus domi bonos viros multos,sed tristeis:& hos lætos victores,qui me quidem perofficiose & peramâter obseruant. Vbi salutátio defluxit, literis me inuoluo, aut scribo,aut lego. Véniunt etiam qui me aúdiunt quasi doctum hóminem, quia paulo sum,quàm ipsi,doctior. Inde córpori omne tempus datur. Patriam elûxi iam & grauiùs & diutiùs, quàm vlla mater vnicum filiú. Sed cura,si me amas,vt váleas:ne ego te iacente,bona tua cómedam. statui enim tibi ne ægroto quidem párcere. Vale.

HVBER. SPORTELLAE. conuiuiola tua diminutiuũ enim est à spórtula,de qua & iuue.mentiônem facit,& Tranquillus dicit Nerônem ad spórtulas reuocasse, & Domitiânum spórtulas ad rectas cœnas. **Sportella** **Artolaganus** Artolagâni.gen⁹ cibi,ab ἄρτος,id est panis,& λαγάνον,quod græce dicitur,ut exponit Hesychius author Græcus,genus placẽtæ ex simula in oleo coctæ in patella: est etiam eodem authore genus panis oleo aspersi. Nos.iocâtur Cice. & dicit se tantos habêre réditus ex áreis suis,ut audeat inuitâre lautíssimos & elegãtíssimos hómines Verriũ & Camillum. Qua mun.magis admiratiuè quàm interrogatiuè dictum est.q.d.máxima, quia aspernantur cibos nisi delicatíssimos & elegantíssimos. Ex areis. **Area** Areæ propriè loca in urbe pura, ab arendo, ꝙ ardore solis arescant. Serui.quoq; dicit Aream locum esse in urbe sine ædificio, qui rure ager appellâtur, & Festus scribit,ex areis autem locâtis magni prouentus capiebantur,ut ostendit Cic.ultimo paradox.his uerbis.Et enim si isti cálidi rerũ æstimatores prata & areas quasdam magni ǽstimant,quòd ei géneri quasi nocêre nihil potest:quanti ęstimanda est uirtus,quæ neque naufrágio,neque incẽdio amíttitur?Dicuntur tamen etiã areæ in agris ubi frumenta arescũnt & terunt̃,de quibus Virg.in Georg.& Varo de re rústica:quidam corrûpit hunc locum,& pro áreis facit arcis, ut esset ablatiuus ab arca non intélligens areas fuisse in summa æstimatiône, ut probáuimus ex senténtia Cice. Sed uide aut.s.meam,quasi dicat maius etiam feci qui dedi cœnam Hircio sine pauône,cum eo libentèr uescerêtur. **Ius** Ius.condimentum est ex aqua adipâta. Feruẽs. cálidum. Nihil po.imi.nihil potuit fácere ex iis quibus libẽter solet uesci Hirti.præter ius cálidum. Hęc. talis qualem mox dicam. Mane salu. id enim solêbat fieri prima & secũda hora.Martia. Prima salutante atque áltera cóntinet hora. Virg. Manè salutâtum totis uomit ædibus undá. Sed tri. propter oppressam rẽpub. & quia fuerunt uicti. Hos lætos. s. Cæsariânos. **Perofficiose** Perofficiôse.ualde humanè. Vbi. postquam. Defluxit.præteriit. Líteris mè inuoluo.trado me totum líteris.Hora.in ser. Aut ego lecto,aut scripto quod me tácitum iuuet. Paulo doctum,q̃ ipsi,quia scio aliquanto plus q̃ ipsi,aúdiunt me tanquam doctum.Inde.ultra hæc. Córpori. ualetúdini uel uoluptâti:sic Hora. Vngor oliuo. & circa finem eius sermônis ostendit quæ corpóri tribuantur. **Luctus** **Eluxi** Eluxi.fleui.tanquam mórtuam:nam luctus de mortuis propriè dícitur:dícitur tamen & de cęteris rebus nobis charíssimis. Vlla mater.cuius fletus non potest cohibêri. Ouid. Quis matrem nisi mentis inops in fúnere nati Flere uetet?Vnicum,cuius magis dolêtur amissio.Virg.de Pallante,Mea sola & sera uoluptas.Vnicum fil.subaudi lúxerit. Nec ego,id est,ne ego consûmam comedendo bona tua,dum tu iacêbis, & eris ægrotus. Státui enim, dicit enim decrêui etiam si tu ægrotáueris nullam habêre rationem ægritúdinis, quo minus etiam te ægrotante cómedam bona tua.

Ex.xx.Epistolas Dupliciter delectatus sum.

Et qui iam aliquid intelligit.ὀψιμαθεῖς. Dediscendæ tibi sunt sportellæ, & artolagani tui. Nos iam ex areis tantum habemus,ut Vrerium tuum,& Camillum. Patriam eluxi iam.

ASCEN. SPORTELLAE. id est mínimę portiônes pecuniáriæ,quæ salutatoribus dabãtur à diuitibus,sunt dediscendæ.i.abolendæ tibi, & artolagani tui.i.cibi ex pane, & placentis,sup.sunt dediscendi tibi. Nos habemus iam tantum.s.uectigalis aut pensionis,ex areis.i.tritûra quę fit in areis,ut audeamus sępius uocâre.s.ad cœnam,Ver

rium tuum,& Camillum,qua,id est à qua,id est quasi munditia,homines qua elegantia,id est eleganti munditia. Sed uide.i.animaduerte , audaciam.s.meam. Ego dedi etiam Hircio.q.d.delicatíssimo homini cœnam sine pauône. Tamen cocus meus nihil pótuit imitâri in ea cœna præter ius feruēs. Igitur,quia ius epicuro addiximus hec.i.huiusmodi est nunc uita nostra. Nos salutâmus mane domi.s.nostrę,&.i.simul bonos uiros multos,sed tristes,& sup.salutâmus hos uictôres lætos,qui obseruant quidem me.i.uenerantes cauent me offēndere ac lędere,perofficiose.i.ualde officiose,& peramanter.i.ualde amanter. Vbi.i.postquam salutatio.i.officium salutandi,de quo Martia.Prima salutantes atque áltera suscipit hora.Exercet raucos tertia caussídicos. defluxit, id est transiit,inuoluo,id est óccupo me literis,aut scribo aut lego sup.áliquid.Veniunt etiam qui audiunt me, scílicet docentem,quasi hóminē doctum,quia paulo,id est módico doctior sum quàm ipsi. Inde.i.deinde omne tempus datur.i.impénditur,córpori.s.curando & fouendo. Ego elûxi.i.usque ad finem luxi,iam patriam.i. interitum reip.&.i.simul grauius,& diutius,quàm ulla mater sup.luxit,filium.s.suum únicum. Sed cura.i.diligentem operam da, si amas me,ut ualeas.i.saluus sis , ne ego cómedam bona tua te iacente.i.decumbente propter ægritúdinem. Enim.i.quia,státui.i.constítui ne quidem.i.non etiam ægroto párcere tibi.i.bonis tuis.

*P.V.C. ❧NOS iam, & artis tantum habemus. Medicæus codex non iam ex artis. Quare suspicati olim sumus legi posse ET ARTIS: quam castigationem,aut sequemur, aut abiiciemus , prout illam ab eruditis aut laudari, aut damnari acceperimus. Hunc autem sensum eliciebamus: (dixerat enim antea se rationem uitæ mutasse, & cui ualde prius aduersatus erat,Epicuro in discipulum se tradidisse)tātum in hoc studio profecimus:non enim usum tantum,& exercitationem habemus,sed iam tantū artis,ut: & quæ sequuntur. nec tamen huic ualde con fidimus. Non latet autem nos genus quoddam possessionum Areas esse, ex quo certi questus capiebantur, & quibus minime noceri posset,ut Cicero quoque in admirabilibus illis disputationibus ostendit.Quòd si quis communem lectionem amabit, ex areis habemus: opinor interpretabitur,ex areis tantos fructus capimus,ut nos impensa non deterreat,sed possimus cœnas sumptuosas facere.

M.C. Papirio Pæto. S. D.

AIN' tandem? insanîre tibi vidêris, qꝑ mirêre verbôrum meôrum,vt scribis, fúlmina? tùm insanîres , si cónsequi non posses.cùm verò etiam vincas,me pri⁹ irrídeas, quàm te,oportet. Quarè nihil tibi opus est illud à Trábea,sed pótiùs ἀπόπυγμα meum. Verûtamen quid tibi ego in epistolis vídeor? nonne plebêio sermône ágere tecum? nec enim semper eodem modo . Quid enim símile habet epistola aut iudício , aut conciôni? quin ipsa iudícia non solêmus ómnia tractâre vno modo. Priuâtas causas, & eas ténues,ágimus subtílius: cápitis aut famæ scílicet ornátius . Epístolas verò quotidiânis verbis téxere solêmus . Sed tamē mi Pæte, quî tibi venit in mentem, negâre Papírium quenquam vnquam nisi plebêium fuisse? fuêrunt enim patricii minôrum géntium : quorum princeps Lúcius Papírius Mugillânus, qui consul cum Lucio Semprónio Atratino fuit , cum anteâ Censor cum eodem fuisset annis post Romam cónditam ccc. xii. Sed tùm Papisii dicebámini . Post hunc xiii. fuêrunt sella curûli ante Lúcium Papírium Crassum , qui primùm Papísius est vocâri désitus . Is Dictator cum Lúcio Papýrio

Cursore magistro équitum factus est , annis post Romam cónditam cccc xv. & quadriénnio post consul cum C. Duillo. Hunc secûtus est Cursor homo valde honorâtus:deinde Lúcius Masso Aedilítius: inde multi Massônes: quorum quidem tu omnium patriciorum imágines hábeas volo.Deinde Carbones & Turdi insequûtur.Hi plebeii fuêrunt:quos conténas censeo.Nam præter hūc C.Carbonem, quem Damasippus occidit,ciuis è republica Carbonum nemo fuit.Cognouimus Cn. Carbonem & eius fratrem scurram : quid his improbius? de hoc amico meo Rubriæ.F. nihil dico. Tres illi fratres fuerunt. P. C. M.Carbones:Marcus P. Flacco accusantè cōdemnatus,fur magnus ex Sicilia:Caius accusante Lucio Crasso cantharidas sumpsisse dicitur.Is & Trib.pleb.seditiosus,& P. Africano vim attulisse existimatus est.Hoc vero, qui Lilybei à Pompeio nostro est interfectus , improbior nemo meo iudicio fuit. Iam pater eius accusatus à M. Antonio , sutorio atramēto absolut⁹ putatur.Quare ad Patres cēseo reuertare: Plebeii q̄ fuerint importuni,vides. Vale.

❧Ex.xii.Epistola.Ain' tandem insanire tibi.
❧Marcus Publio Flacco accusante condemnatus,fur magnus fuit.

HVBER. AIN' tandem? Scripserat Pæt⁹ Ci.uti tanta ui & ueheméntia dicendi ut ipse insânus uiderêtur,dum uellet eum imitâri , cui respondens Ci. ei adulâtur dicens , quod insaniret si non posset ássequi & æquâre eius oratiônem,sed cū longè súperet,dicit se potiùs irridendum,qui tali génere oratiônis utâtur,quàm ipsum Pętum,ostēdit tamen epistolas suas non habêre fúlmina & ueheméntiam oratiônis,ut dicêbat Pætus, sed pótiùs esse in húmili génere dicendi, & quotidiânis uerbis contextas, deinde quia Papírius Pætus dicêbat nullū ex Papiriis unquam fuisse nisi plebêium,id confûtat Ci. & recenset famíliam Papiriôrum, cuius órdinem lóngiùs répetens sumit à L. Papirio Mugillâno usque ad témpora sua. (Ordo.) Ain' tandem?.i.ais ne , est autem mos quidam reprehendendi,& inuehendi in áliquem cùm ita dícimus,est enim cómicū,quo útitur Terent. Quod imi. quod uelis sequi. Fúlmina,uim uehementiam, translatio est, hoc enim uocábulo usus fúerat Pætus, uidêtur autem dictum esse quasi ad iniúriam Ci.ideò dixit sicut tu scribis non & ita sit. Cónsequi. æquâre. Vincas me.qui uehemēntior es in dicēdo quàm ego Irrídeas me,qui tibi cedam. Quare. conclúdit quòd non insaniendū ei sit propter fulmen eius oratiônis. (Trabea) Illud à trab.genus uestis qua primum usi sunt reges, deinde & cónsules , hîc autem uidêtur esse nomen uiri siue poetæ oratôris,licèt de eo non meminerim apud áliquem factam esse mentiônem , illud à Trábea , pro illud trabeæ dicitur, sicut dícimus à uobis est pro uester,& uerbum à Ci.pro uerborum Ci. (A uobis est pro uester) ἀπόπυγμα.i.non assecutiônem.i.ut non assequâris me πoπχάνω enim ássequor,cum ἀπὸ negatiônem significat. Verúmtamē. dicit se nullo fúlmine, & uehementia oratiônis uti in epístolis. Agere.loqui. Plebeio.uulgâri. Nec semper eodem modo.s.ago. Quid ha.si iu. in quo habet comparatiônem cum génere iudiciâli. Aut cō.demonstratiuo,& deliberatiuo géneri,quod in conciónibus habebâtur. Ipsa iu.ipsas causas iudiciâles, quæ magis desíderant graue genus. Et pri. priuatôrum hóminum. Eas te.i.tenuis , eas eum à Ci.ad ornâtum ádditur , ut supra alio loco díximus pléniùs. Tenúeis.i.non magnas,neq; ualdè periculôsas. Cápitis.s.causas. Ornatius agi cum maiôri elegántia uerbôrū & sententiārū. (Texere) Téxere compónere tractum à telis, unde & filum oratiônis dícimus. Sed tū transit ad áliam partē epístolæ, in qua répetit originē Papiriôrū. Quid ue.in mentē, quid cogitáueris. (Patritii) Quenq̄ pa.i.áliquem ex família Papiriôrum. Nisi ple.de órdine plebêio. Patritii.nóbiles,quorum maiôres patres appellâti sunt. De gen.m. quia erant & de gēte maiôre à Rómulo institûta. Cū eo. Semprónio. Tum.eo tēpore.xiii.s.fuerunt. Sella cu.s.decorâti.i.fuêrunt ædîles curûles. Qu.L.Papírius Crassus. Est de.uocâri Papirius.i.fuit últimus,qui uocâtus est Papírius. Dictâtor.cui summa potestas fuit, & non creabâtur nisi cum áliqua uis maior oborta de improuiso ingentē urbi cladē minâri uiderēt,de quo uide plura apud Fenestellā & de officio magistri équitū,cui ita in oēs mílites ius fuit,sicut dictatôris in pópulū. (C.Duillus) Cum C.Duillo,is fuit qui primus Carthaginēses bello nauâli superâuit, cui permissum est primū & tibícine & funâli uti. Aedilítius . ædilítiæ dignitâtis. Insequunt.sunt post hos. Contēnas.paruifácias. Rei pub.i.de repu.hoc est amícus reip. Is.Cn. Carbône & eius fratre scurra.addûcit in contemptū famíliā Papiriôrum, quorū qui fuērūt plebêi ostendens eos fuisse & uiles & ímprobos. De hoc ami.irónice,nō erat amícus,sed ita est mos dicendi,cum áliquē uólumus noiâre pro indignatiône. Rubriæ.nomen muliéris. Tres. cōmémorat tres Carbônes ímprobos,& malos éxitus assumptos. (Cantharides) Canthâridas . uermes quidā sunt terrêni, quorū succus in uenas ingressus ut uenenū intérimit, hoc génere mortis interiit Magnêtes filius Gelônis, & Neréidos filiæ Pirrichi,ut Ouid.in Ibin, Vtq; nepos dicti nostro modo cármine regis Canthâridum succos dante parēte bibas. à matre enim propter negâtum ei incestum dato póculo canthâridum interemptus est. Vim attu. existimâtur is esse qui Scipiônem Africânū nocte necâuit. (Lilybeius) Lilybêi.promontorium est Sicilię,sed hîc pro óppido eiusdē regiônis pósuit. (Sutorium atramentū) Sutório atra. quasi dicat uano iudício,sutórium atramentū appellauit tinctûram, quam sutôres,hoc est calcearii pelles & cálceos tingunt,est autem pessimi colôris. hortâtur nunc Ci.Pætū ut malit esse de Papiriis patriciis,quâm de plebeis , qui fuērunt péssimi. Ad pa. ad patrítios. Importûni.mali ímprobi . Inerat in manus impressôris exemplar quoddam meum mendôsum,ubi erat circa princípium huius epístolæ locus malè expósitus,cū aduerti non esse datum exemplum fidum. Itaque statim reuocâui & corrêxi,antequàm omnes chartę fuissent impressæ, eum locum declarandum putâui fidéliter, ne quispiam ex ignorántia factum esse putâret simul ne ad quos peruénient priores impressiones,fallantur.Locus ubi ἀποθίσμα erat scriptum debuerat enim ἀποθίγμα id est in assecutio ut ita dicam,quod illa uerba Græca quæ supposúimus declarâbant.s.μητυσκάνειν,hoc est non ássequi.s.me uel quod magis placet opus est tibi ἀποθύσμα meum, id est opus est tibi inassecútio & quodammodo imposibílitas mea quia non ássequor illa fúlmina,quæ scribit, deriuâtur enim à uerbo ἀπιτυγχάνω quod significat impos sum,non ássequor.

ASCEN. ❧AIN' tandem. Scrípserat Pætus se imitando uehementiam dicendi Ci.uisum sibi insanîre, ad quod respondet Cic.simulque redárguit,quòd díxerat Papírios omnes plebêios fuisse.Ordo est. Ain?id est aisne tandem?ut tu uidêris tibi insanire quòd mirêre,ut scribis,fúlmina, id est uehemētem ímpetū uerbôrū meôrum.tum insanîres,tum.i.tunc,si non posses,& sup.uelles cónsequi.i.obtinêre uim meam dicendi. uerò pro sed, cum.s.ita sit quòd,uincas.i.súperes me,oportet sup.ut irrídeas priùs me,quàm te. Quare cū sis in dicendo ácrior,quàm ego,nihil opus est tibi illud à trábea.i.sumptum ab oratiône hábita in trábea.i.in ueste regâli,& augurâli,& ita tranquillum & sedâtum,sed pótiùs apohptegma.i.acre dictum meum , & sententiôsum. Verúmtamen quid uídeor tibi ágere in epístolis, nonne uídeor ágere tecum sermône plebêio.i.uulgâri. Nec enim sup. decet loqui semper eôdem modo. Enim.i.quia,quid símile habet epístola,aut iudício aut conciône, quasi dicat nihil, & ita nihil & ita licet sumus in iudício aut conciône acûti & uehementes nón contínuo tales érimus in epístolis. Quin.i.quia étiam nos non solêmus tractâre ipsa iudicia uno modo etiam omnia,quia nos ágimus causas priuâtas & omnes ténues.i.modici momenti subtíliùs.i.dedúctiùs & magis tenúiter.s.id est scire licet,cur id faciâmus,quia ágimus causas cápitis aut famæ.i.ubi aut uita,aut fama in periculo est ornátius, uero.i.sed nos solemus texere.componere epístolas uerbis quotidiânis. Sed tamen ò mi Pæte quid,id est ad quid aut legâmus quî.i.quomodo , uenit tibi in mentem, negat quenquam Papírium fuisse unquam nisi plebêium.i.húmilem & ignóbilem.fuêrunt enim sæpe Papirij,patritii.i.de génere patrum conscriptôrū seu senatôrū géntium minôrum.i.posteriôrū non ab illis centū,quos Rómulus patres légerat,orti,quorū Lucius Papirius Mugilânus sup. fuit princeps.i.principiū cápiens & primus,qui fuit cōsul cum Lucio Semprónio Atracîno , cum fuisset antea censor cū eodē.s.Sēprónio,annis trecentis duodecim,sed nos q estis de génere Papiriorū dicebámini tū.i.tunc Papisii.Sic Valesii dicebant,q postea Valerii,& Fusii q fúerint. Trédecim.s.magistrat⁹ de gn̄e Papiriorū fuērūt sella curûli.i.q ædiles facti eo qđ nóbiles sella curûli gaudêbāt post hūc.s.Sēprōniū, an̄ Luciū Papiriū Crassum

Universidad de Deusto Biblioteca

qui primus est desitus, id est debuit uocari Papirius, quia sumpsit cognomentum Crassi. Is. Papirius factus est dictator cum Lucio Papirio cursore magistro equitum quadringentis, seu trecentis quindecim post Romam conditā, & factus est consul cum Caio Duello quadriennio, id est spacio quatuor annorū post Cursor, scilicet alter de genere Papiriorū, homo ualdè honoratus secutus est, scilicet in magistratu, hunc, scilicet Lucium Papirium. Deinde sup. secutus est Lucius Masso ædilitius, idest ædilitiæ dignitatis inde sup. secuti sunt multi Massones quorū quidē omniū, ego uolo sup. ut tu habeas imagines, scilicet cæreas in stēmate tuo quia omnes sunt de progenie tua. Deinde insequuntur, scilicet in locum Papiriorū, Carbones & Turdi, id est sic cognominati, hi, scilicet Carbones & Turdi, fuerunt Plebeii quos cēseo sup. ut contēnas, id est uilipendas. Nam nemo Carbo nū fuit ciuis è repub. per publicū magistratū quē gesserit, præter hunc Cnæū Carbonē quem Damasippus occidit. Nos cognouimus Cnæum Carbonē & eius fratrem scurram, id est infami uita & sermone uictum quæritātem. Quid sup. fuit improbius iis, quasi dicat nihil. Ego mihi dico de hoc, scilicet Carbone amico meo, filio Rubriæ. Tres fratres fuerunt illi. Publius, Caius, Marcus Carbones. Publius condēnatus Flacco accusatore, id est accusante, fugit, id est ab urbe. Marcus sup. fugit ex Sicilia. Caius Lucio Crasso accusante, id est cum ab illo accusaretur, dicitur sumpsisse cantharidas, id est uermiculos uenenatos in ficis interdū nascentes, quorū succo homines cito enecantur. Is. scilicet Caius sup. erat tribunus plebis seditiosus & existimatus est attulisse uim, id est necē Publio Africano, qui domi suæ inuentus est extinctus. Vero pro sed, nemo fuit meo iudicio, id est quantum ego iudico improbior hoc, scilicet Marco Carbone, qui interfectus est Lilybæi cum fugā pararet, à Pompeio nostro, scilicet amico. Iam. id est deinde pater eius accusatus à Marco Antonio putatur absolutus

Atramentū sutoriū atramento sutorio, id est cum nota infamiæ, sicut improbi sutorio atramento, id est quo sutores pelles denigraut suggillari solent, quare ego censeo sup. ut reuertare ad patres, id est ad primos illos Papirios, qui patricii ac uiri boni fuerunt, hoc est te de illorum genere etiam moribus afferas, quia tu uides quàm, id est quantum importuni fuerint plebeii, scilicet Papirii, id est qui è plebe in familiā Papiriorum asciti sunt. Vale.

*P.V.C. SED potius ἀπότιυγμα meum. Medicæus liber ναποτινγμα. quare iam tunc ἀπωτινγμα censuimus esse legendū: ita autē ueterem hanc lectionē confirmauimus, ut miremur aliquos deteriorē meritoq; eiectā sequi maluisse.

HVBER. AMO uerecúndiā. sicut de rebus & de sententiis magna fuit inter diuersārum sectārum philósophos dissénsio, ita etiam de uerbis. Académici enim & Peripatétici existimauérunt multa esse, quæ licet essent re honesta, tamen suis uocābulis non essent appellādacontra, Stóici nihil esse re honestum, quod suo uocábulo non esset appellandum, idque probāt argumento sumpto à contrário, nam si res turpes ut adultériū & furtum & homicidiū & símilia próprio uocábulo non inhonestè dicuntur, quanto honéstius erit suo uocábulo appellāre rem honestam. Quæsiuerat igitur Pætus à Ci. utra senténtia uiderētur honéstior, & scripserat ad eum quædā obscœna suis nominibus. Itaq; Cice. primùm excūsat in quibusdā senténtiam Stoicorū. Dicit tamen se malle imitāri scholā & opinionē Academicorum, qui sunt uerecundióres, est autem tota facéta hæc epístola. Vel pótius. correctio.

…ici sunt philosophi dicti … quod est … in qua …icerunt.

quaestiones … Cicero Pæto S. D. Epl. 22.

AMO verecúndiam, vel pótius libertátem loquendi. atqui hoc Zenôni plácuit hómini mehérculè acûto, etsi académiæ nostræ cum eo magna rixa est. Sed vt dico, placet Stóicis suo quanq; rem nómine appellâre. Sic enim dísserūt, Nihil esse obscœnum, nihil turpe dictu. Nam si quod sit in obscœnitâte flagítium, id aut in re esse, aut in verbo, nihil esse tértium. In re non est: itaque non modò in comœdiis res ipsa narrâtur, vt ille in Trinūmo, virgo modò (fortè nosti cánticū, meministi Rósciū) Ita me destítuit nudū: tot⁹ est sermo verbis tectus, re impudétior: sed etiā ī tragœdiis. qd est. n. illud, quæ múlier vna? quid inq̃ est, V surpâta duplex cubîle?

HVBER. Zenon quis. ZENONI, hic enim Stóicæ sectæ princeps. & magister fuit ex Cypro. Acûto. ingeniôso, subtili. Nostræ. quā nos imitâmur, nam Cic. interdum fuit Stóicus, in multis etiam Académicus, ut ipse in procœmio primi offic. quoniā utrique Socrátici & Platónici esse uólumus. Rixa. conténtio. Stóici. hoc idem & Cynici, qui à Stóicis tantū uéstibus distâbant, quoniā nullis utebantur. Iuueñ. Dolia nudi non ardent cýnici. Idem. Et qui nec Cínycos nec Stóica dógmata legit. à cínycis túnica distántia Cice. 1. offício. Quæ enim natûra occultâuit, omnes qui sana mente sunt rémouent ab óculis, ipsique necessitâti dant óperam, ut q̃ occultíssimè páreāt, quarumque pártiū córporis usus sunt necessārii, eas neque partes neque earū usus suis nominibus appellant quodque fácere non turpe, modo occultè, id dícere obscœnum. Itaque nec actio rerū illarum aperta petulántia uacat, nec oratiônis obscœnitas. Nec uero audiendi sunt Cínyci qui reprehendunt, & irrident quòd ea, quæ túrpia non sunt, uerbis flagitiôsa dicāmus. Illa autem quæ túrpia sunt, nomínibus appellêmus suis &c. Nam si. útitur argumento

Dilemma. quod dilemma appellant, quod ex utrâque parte conclûdit, obscœnitâtem enim omnem dicit esse aut in re aut in uerbis nihil esse tértium, sed neque in re neque in uerbis probat esse obscœnitâtē, ergo nulla est, idque exemplis probat ut patêbit. Itaque. probat quòd in re non sit obscœ́nitas, quia non solùm in comœdiis narrâtur res ipsa, uerumetiā in tragœdiis, quæ sunt seueriôres.

Trinummus. res. Trinummo. nomen est comœdiæ. Forte nosti can. id est forte scis ò Pæte carmen illud. Meministi. quia

Roscius qui áderas, cùm egit illam comédiā. Rósciū. comœdū de quo díximus lib. VII. Ita me. hæc sunt comœdiæ uerba. quæ Róscius pronunciâuit. Nudum. erat enim aliquis introductus in comœdia qui dicêbat, ita me destítuit nudum, quæ uerba in antecedéntibus & sequéntibus si inuenirêtur comœ́dia facílius intelligerêtur, habent enim nescio quam turpitúdinē, quæ uerbis tégitur, sicut apud Terent. in Eunu. Quid tum fátue, & apud Virgil. Fuit aut tibi quicquā dulce meū, & item, Speluncā Dido dux & Troiânus eandem Deuéniunt, subtícuit enim quod uidebâtur obscœnū dictu. Re. quia áliud intellígitur q̃ destitûtū esse nudum. Sed etiam in tra. quæ sunt seueriôres. Quid est enim quale est. q. d. satis obscœnū. Quæ. mu. una, scilicet cōcúbuit, uel aliud etiā túrpius intellígitur, est enim eclypsis. Quid inquam. répetit Cicero interrogatiônem ex admiratiône obscœnitâtis.

Vsurpato

Vsurpato duplex cubile, est ne áliud dícere q̃ obséquitur duôbus uiris uel si de uiro intellígimus, duâbus cōcúbito muliéribus? ASCEN.

AMo uerecúndiam & c. Sicut de rebus, ita de uerbis erat inter philósophos controuérsia. Académici enim & Peripatétici existimauérūt multas esse res non inhonestas cùm sint naturâles & necessáriæ, quæ tamen non sint própriis uocábulis appellandæ. Contra sentiêbant Stóici, quia si túrpia, ut sunt adultérium, incestus, homicídium, patricídium, furtum, sacrilégium & símilia, inhonêstè suis uocábulis exprimuntur, quæ túrpia non sunt inhonestè explicâri non possunt, si suis explicentur. De quibus sententiis cum Pætus quæsiuisset, utra placêret Cice. excusâtis nonnihil Stóicis, dicit se in Academicôrum pótiùs itûrum sentētiam, qui uerecundiôres q̃ Cýnici sunt. Ordò est. Ego amo uerecúndiam loquendi, quam Académici commēdant, uel pótiùs libertâtem, quā Stóici. Alii legunt, uel pótiùs libertâtem. i. q̃ libertâtem, quia Cice. álibi signíficat uerecúndiam sibi pótius placêre q̃ libertâtem loquendi. Atqui, obiéctio est, sed quómodo hæc scílicet rem quoque appellâre suo. i. próprio nómine, plácuit Zenôni. s. príncipi Stóicæ sectæ, hómini, me hercule, acûto. i. subtîli, & si. i. q̃q̃ magna rixa. i. lis & controuérsia est Académiæ nostræ. i. quam frequéntiùs imitâmur cū eo. s. Zenône, sed ut dico placet Stóicis, quia Zenôni plácuit, ipsi enim stóici dísserunt. i. argumentantur sic. Nihil esse obscœnum, nihil esse turpe dictu. i. dum dícitur aut ad dicendum. Nam si quod. i. áliquod flagítium. i. peccâtum magnum sit in obscœnitâte, ipsi supple dísserunt. id esse aut in re aut in uerbo, nihil esse tértium. s. præter rem aut uerbum, quod possit esse obscœnum. Sup. obscœ́nitas non est in re. Itaque. i. & ita, res ipsa narrâtur non modò. i. non solùm in comœ́diis, ut ille su. indúcitur dícere in trinummo in comœdia illa, à qua Pláutus títulum trinummi mutuâtus est. Virgo. i. puella modò. i. paulo antè, destítuit. i. fúgiens dereliquit me nudum. Tu fortè nosti cánticum. i. carmen poetæ in comœ́dia & meministi Rosci. i. cum Róscius illud recitâret agendo personam iúuenis id dicentis. Sermo totus est tectus uerbis, sed sup. est impudéntior re, quia significando se nudum à uirgine nuda destitûtum, innuit se priùs rem cum ea habuisse, sed etiam in tragœdiis sup. narrâtur res ipsa, eo ꝙ turpis non sit. Quid enim est illud, quod dicit in tragœ́dia. Quæ múlier una. i. cum sit una, quid inquàm est. Vsurpâto. i. conuértito duplex cubile quasi dicat uidêtur quidem res turpis, & tamen non est secundum Stóicos, quia tam in comœdiis q̃ in tragœdiis satis exprímitur, nam dicendo. quæ múlier cum sit una intellígitur, aut à duobus simul stuprum passa, aut duôbus uiris succubuisse, cum duplex usurpet cubîle, quasi de cubîli marîti dormientis, ad cubîle mœchi se transtúlerit. Itaque póterit unum esse exemplum, & duo si unum, sensus est quòd múlier cum sit una duplex cubîle usurpet. i. duos uiros áppetat, si duo, sensus est priôris, quòd múlier una duobus simul óperam turpē nauârit, posteriôris, ꝙ múlier una duplex cubîle frequentârit.

Ordo L

Trinummus

Quid? huius Phærei hic cubîle inîre est ausus. Quid est? vírginem me quondam inuîtam per vim uiolat. Iúpiter bone víolat? Atqui idem signíficat, sed álterum nemo tulisset. Vides igitur cùm éadem res sit, quia verba non sint, nihil vidêri turpe, ergo in re non est, multo minus in verbis. Si enim quod verbo significâtur, id turpe non est: verbum quod signíficat turpe esse non potest. Anum appellas aliêno nómine, cur non suo pótius? si turpe est, ne aliêno quidem: si non est, suo pótius. Caudam antiqui penem vocâbât, ex quo est propter similitúdinem * penicillus. At hódiè penis est in obscœnis. At vero Piso ille frugi in annálib⁹ suis quæritur, adolescēteis peni deditos esse. Quod tu in epístola appellas suo nómine, ille tectius penem: sed iam multis factum est tam obscœnum, quàm id verbum, quo tu vsus es, quid quod vulgò dícitur, * cum nos te vólumus conuenire, num obscœnum est? Mémini in senatu disertum consulatôrem ita éloqui. Hanc culpam maiorem, an illam dicam? potuit obscœnius? non, inquis. Non enim ita sensit. Non ergo in

HVBER. QVID il. Phe. quos hactenus audîui, & quorum scripta ad manus meas peruenêrunt, affirmauêrunt Phereum nomen esse poetę, de quo nusquam legi. ego uero affirmo non témerè, sed magna authoritâte usus, ita distinguendum esse. Quid il. s. quale illud. s. dictum erat autem alicuius cómici, qui quóniam eo témpore erat tritus & familiâris, non nóminâtur à Cice. erat autem hoc dictum quod séquitur. s.

Phereus Pherei. hic cubîle inîre ausus est, hæc enim uerba licet uideantur honesta signíficāt Pherêi uxôrem uitiâtam fuisse. inîre enim cubile alicuius uiri significat uim uxôri afferre, de hoc autē Pherêo qui Alexander appellâtus est. Cic. secun. of. ita inquit. Quid Alexandrum Phéreum, quo aío uixisse arbitrâmur, qui ut scriptum légimus, cùm uxôrem Threbêi ádmodum dilígeret, tamen ad eam ex épulis in cubiculum ueniens barbarum & eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis threiciis districto gladio iubêbat anteîre, premittêbatq; de stipatóribus, qui scrutarentur árculas mulîebres, & ne quid in uestimētis telum occultarêtur, exquírerent. ò míserū, qui fideliórem & bárbarū & stigmáticum putâret, q̃ cóniugē nec eum fefellit opínio, ab ea est enim ipse propter pellicatus suspitiônē interemptus, ut etiam Ouid. in Ibin testâtur. Inque tuo thálamo iugulêris more Pherêi, Qui datus est leto cóniugis ense suæ. póssumus tamen intellígere, quod illud Pherêi. i. ꝙ pherêus in tragœ́dia dicit ut querâtur. pherêus ꝙ aliquis cubile suum inire ausus sit. Quid est uir. me. aliud exēplum. Iúpiter bo. exclamátio. Verba non sint. s. turpia. Ergo. conclúsio huius partis. Si enim. rátio quare turpitûdo non sit in uerbo. Vnum. pódicem. Cur non suo próprio, utputa, culum. Ne ali. q. d. quia etiam aliêno uocábulo non póterit uitâri obscœnitas, quæ est. Si enim est. s. turpe. Suo proprio. s. appellandum est, quia si res non est turpis, ne uocábulum quidem erit turpe. Penem cau. uo. i. ab antiquis cauda appellabâtur penis, inde & peniculos dicim⁹, quibus calciamenta texuntur, quæ de caudârum extremita-

Alexāder

tremitâte fiunt,& inde etiam periculi ſpongiæ longæ propter ſimilitúdinem caudârum appellâtæ. Vnde Teren.in Eunu. Quid ignâue periculum pugnare qui iſtuc huc portes cógitas. Hodie.tempore noſtro. In obſcœ.quia ſignificat membrum uirile. Salu.in Catilinâ. Nam quicunque impudîcus adulter gáneo,manu,uentre,alea,pene,bona paterna laceráuerat. Piſo.non gener Cicerônis,ſed alius uir doctus,qui ſcripſit annâles,Peni.i.libidini,coitui. Tectius.quia penis ſignificat caudam,& tranſlatiue,nõ autem propriè, intélligit membrum ſicut etiam cauverbo eſt:docui autem in re non eſſe: nuſquam igitur eſt. Liberis dare operam, quàm honeſte dicitur: etiam patres rogantfilios, eius operæ nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen, is Connus vocitatus eſt. num id obſcœnum putas?

da hódiè interdũ pónitur pro mẽbro. Hora.in ſer. Quæcunque excêpit patenter uérbera caudæ. Idẽ. Quin etiam illud âccidit, ut quidã teſtes caudamq; ſalâcẽ, deméteret ferro. Verbũ.uocábulũ,quod aũt uocábulũ ſit neq; dicit neque póſſumus intellígere. Cum nos,ſit enim cacéphaton pronunciatiône harum duárum dictionum. Non ob.eſt.q.d.non, tamen uidêtur obſcœnum,quia uidêmur dícere cunnos. Cunnus enim eſt mu

Cunnus

lierum rima. Hora. Nam fuit ante Hélenam cunnus terérrima belli Cauſa. Memini.probat ab authoritâte utentis quod non ſit obſcœnum.quia uir grauis & diſertus in ſenâtu ubi erant uiri grauíſſimi dixit eũ & c. quod non feciſſet in eo ſi exiſtimâſſet obſcœnum illam illam cul.illius uiri conſularis,qui ita elocũtus ẽ.

An.an tue qui in epiſtola tua obſcœno uerbo uſus es. Potuit obſcœniùs.ſ.dici. Non.reſpónſio & excuſátio.φ nonnulla ſit obſcœnitas. Non enim ita ſen.i.nõn putâbat ſe dícere cunnos. Nuſquam igitur. concluſio & cónſequens bonum,ſi enim obſcœnitas non eſt in re,neque in uerbo,nuſquã eſt,quia nihil eſt tértium,in álio eſſe non poteſt. Líberis dare operam.hoc eodem exemplo útitur Cice.lib.pri.offi.contra quam hic líberis inquit dare operam rehoneſtum eſt,nómine obſcœnum,líberis enim dare óperam eſt mulierẽ ſub agitâre liberorum creandorum cauſa. Nomen eius óperæ,qua ſcílicet ſuſcepêrunt fílios. Non audent,quia ópera ſuſcipiendôrum liberôrum eſt mulierem futúere,φ non audent dícere, quia putant turpe. Sócratem.

Fides Fidicen

áliud exemplum,quod quædam uideantur túrpia dictu,quæ non ſunt. Docuit ſcílicet ſubaudîtur cánere.i.dócuit eum cánere cíthara,nam fidis pro cithara ſæpe pónitur, unde & fídicen.i.citharêdus.ut nunc intellígitur hic. Is.fídicen. Vocitâtus cunnus,proprio nómine appellabâtur Cunnus. Num,an.quaſi dicat minime.

ASCEN. ❧QVid illud.ſ.in ália tragœdia.hic auſus eſt intrâre cubile Phereî.ſ.tyrâni & Zelótipi, qui nunquã ad uxórem ingreſſus eſſe fertur,niſi ſtipâtus armâtis,& excuſſa mulíere & toto cubíli,an telũ aut ferrum âliquod latêret,& tamen ab ea interfectus eſt. Alii legunt, ut inducâtur Phereus dícere in tragœdia. Hoc modo, quid illud Phereî.i.quid dicit Phereus in tragœdia.ſ.hic auſus eſt inîre cubile.q.d.certum eſt φ ſignificat coniugẽ eius uiolâtam. Quid eſt ſup.illud in tragœdia. Víolat per uim,me quondam uírginem,Iúppiter bone uiólat. Atqui.i.ſed,quomodo idem ſignificat ſcílicet quod dícitur ſicut uerbis tectis, & apertis,ſed nemo tuliſ-

*Futuit.

ſet.i.paſſus fuiſſet,álterum.ſ.uerbum quod próprium eſt, fortè, honor ſit aúribus, fútuit, aut quid ſímile. Tu igitur uides cum res ſit éadem,quia uerba non ſint.ſ.túrpia nihil uidêri turpe,ergo ſup.turpitúdo aut obſcœnitas non eſt in re, quia res ſatis indicâtur,& multo minùs eſt in uerbis. Si enim id quod ſignificâtur uerbo.i.res ſignificâta non eſt turpis,uerbum quod ſignificat ſup.illud non poteſt eſſe turpe. Tu appellas anum.i.pódicem aut culum,alio nómine.ſ.circunlocutiône, ut poſtérior aut clunes &c.cur non appellas ſup.eum potius ſuo.i.proprio nómine. Si turpe eſt.ſ.quòd dícitur.ne quidem.i.nõ ſaltem ſup.dici aut nominâri débeat aliêno.ſ.nómine,ſi non eſt ſup.turpe dici aut uocâri debet pótiùs ſuo.ſ.nómine. Antíqui.ſ. Romani,uocábant caudã penem,ex quo eſt penicillus,quo pictóres utûtur propter ſimilitúdinem.ſ.cum cauda. At penis eſt.i.connumerâtur,hodie in obſcœnis.ſ.uocábulis quia accípitur pro cauda ſalâci,hoc eſt pro mentula. At.i.ſed Piſo ille frugi.i.parcus & ad frugem intentus, quéritur.i.conquéritur in annálibus ſuis,adleſcentes eſſe déditos peni.i.libídini & uirgæ ſalâci. Id quod tu appellas in epiſtola nómine ſuo.i.próprio utpote méntulam,ille.ſ.Piſo ſup.appellat téctius.i.coopértius,penem,ſed ſup.nomen penis, factũ eſt iam multis tam obſcœnum,q̃ illud uerbum.ſ.méntula,quo tu uſus es. Quid ſup.dices de illo quod dícitur uulgo,nos uolúimus conuenîre te,num.i.nunquid obſcœnum eſt q.d.quia mémini cõſulârem.ſ.uirum diſertum éloqui in ſenâtu ita.ſ.conuenîre te uolúimus,& tamen conuenîre uulgo accípitur ſicut ànobis coire,unde ſunt qui putant hîc legendum coîre pro conuenîre. Dicam. Hanc culpam maiórem,quam illam,potui.ſ.dícere obſcœnius? non inquis. Non ſenſit ita. Ergo ſup.obſcœnitas eſt in uerbo,quia idem uerbum ſignificat rem honeſtam & inhoneſtam,autẽ pro ſed, docui ſup.obſcœnitâtem non eſſe in re. Igitur nuſquam eſt per locum ab inductiône ſufficienti, quia noneſt dâbile tértium. Etiam patres rogant filios dare, id eſt ut dent operam liberis. & tamen dare operam liberis,eſt generare, & non audent dícere nomen eius óperæ ſcílicet quam rogant ut fil ii dent hoc, id eſt habendi rem cum mulíere. Nobiliſſimus fídicen docuit ſocratem fidibus.ſ.canere. Is.ſ.fídicen,uocitatus eſt Connus,aut,ut alii ſcribunt, cunnus,quod membri mulieris nomen eſt,ſed Græci u non habent, uerum eodem ferè modo profertur,licet per u ſcribatur membrum illud, num.i.nunquid id ſup.eſt obſcœnum.q.d,nequaq̃,quia proprium eſt uiri nomen.

*P.V.C. ❧PENIcillus. Non uideo cur neceſſe ſit receptam lectionem mutâre: in noſtris ſane priſcis exemplâribus eam inuénimus:pótuit enim quemádmodum Sex.Pompeius Peniculus inquit, ita Cicero ὑποκορισικῶς Penicillus dícere. Medicæus hic nulla in re ab impreſſis díſcrepat,niſi quòd PENVM habet, non PENEM: quod an probâri poſſit, doctióres uidêbunt.

*P.V.C. ❧Cum nos te uólumus conuenîre. Quintilianus lib. VIII. (qui & ipſe de hac re doctè, & accuratè diſſeruit) ſiue iunctura deformiter ſonat, ut ſi cum hominibus notis loqui nos dícimus,niſi hoc ipſum hominibus medium ſit,in præfata uidêmur incídere.

Cum

Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus:at cum bini obſcœnum eſt. Græcis quidem, inquies. Nihil eſt ergo in uerbo, quum & ego Græce ſcio,& tamen tibi dico bini.idq; tu facis,quaſi ego Græcè, non latine dixerim. Ruta et menta recte utrunque. Volo mentam puſillam ita appellare, vt rutulam:non licet. Bella tectoriola: dic ergo etiam pauimenta iſto modo: non potes. Viden' igitur nihil eſſe,niſi ineptias? turpitudinem nec in uerbo eſſe, nec in re: itaque nuſquam eſſe. Igitur in uerbis honeſtis obſcœna ponimus. Quid enim, * non honeſtum uerbum eſt diuiſor? At ineſt obſcœnum:cui reſpondet intercapedo. num hæc ergo obſcœna ſunt? Nos autem ridicule:ſi dicimus,ille patrem ſtrangulauit, honorem non præfamur. ſin de Aurelia aliquid aut Lolia,honos præfandus eſt. Et quidem iam non etiam obſcœna verba pro obſcœnis ſunt. battuit inquit impudenter, depſit multo impudentius. Atqui neutrum eſt obſcœnum. Stultorum plena ſunt omnia. Teſtes, verbum honeſtiſsimum in iudicio: alio loco non nimis: at honeſti,colei Lanuini: Cliternini, non honeſti. Quid? ipſa res modo honeſta, modo turpis? ſuppedit,flagitium eſt. iam erit nudus in balneo, non reprehendes. Habes ſcholam Stoicam ὁ σοφὸς ἐνθυμήμων ἴσον, quàm multa ex vno uerbo tuo. Te aduer-

❧QVM lo.hoc exemplum ſatis eſt obſcurum ignorántibus græcitâtem,licet quidam conâti ſint interpretari contra mentem Cice. ut oſténdimus,inquiunt enim. Cum lo. ter.i.tres. Nihil fla.nihil obſcœnitâtis & turpitúdinis. At cum bini.ſ.lóquimur quia per binos intelligimus teſticulos,qui duo ſunt, φ ſiquis habet treis ut quidam dicuntur habêre,ridiculus eſt hic ſenſus,precípuè cum ſubdat, Græcis quidem inquies,nã bini cum duo ſignificat non eſt Græ cum. puto autem ſic intélligi,quædam uerba uidentur habêre obſcœnitatem uoce ipſa,quædam non hâbẽt, ut cum lóquimur terni.i.cum diximus hanc dictiónem terni,nullam fácimus obſcœnitatẽ, at cum bini,cum dicimus bini obſcœnum eſt. βίνω ſignificat futuo, βίνω tertia perſona uidetur dicere bini & ſignificat futuit uel futue,poteſt enim eẽ etiam prima perſona imperatiui per ſynéreſin, & ideo dicit. Græcis.ſ.obſcœnum,quía apud eos ſignificat futuit uel futue,non autem latinis quia ſignificat duos. In uer.in uocabulo.ſed in ſignificatu. Scio græ.i.græcitatis cognitionem habeo. Ruta & men.pergit oſtendere in aliis uerbis nullam eſſe obſcœnitatem, in aliis eſſe, cum tamen ſint eiuſdem formæ ruta & menta nomina herbarum honeſte dicuntur primitiua, at in diminutiuis rutula honeſte dicitur, mentula uidetur obſcœnitatem habere quia aliud uidetur ſignificare.ſ.membrum uirile. Mar. Mentula cum doleat puero tibi Neuole culus. Non ſum diuinus,ſed ſcio qnid facias. Non lib.non debet. Bella te.ſenſus eſt tectoriola bella.i.honeſta ſunt nomine, ſed pauimentum non ita honeſte dici poteſt, licet fere idẽ ſignificet. dicuntur enim tectoria illinimenta quædã & quaſi pauimenta parietis atque incruſtationes. Iue. Tectoria prima reponit, tectorium à tegendo dicitur, pauimentum à pauiendo.i.feriendo, quod licet ſignificet incruſtationem tamen quia à feriendo dicitur, poterit tamen uideri habere ſignificationẽ minus honeſtã, quia partes muliebres actu uenereo feriuntur, ut ex uerſu Horatiano ſupra adducto oſtẽditur. Quæcunque excipit patienter uerbera caudæ, id ſignificat Iuue. Antiquum & uetus eſt alienũ poſt hunc lectum Concútere. Ineptias, ſtultitias, quia putamus ea turpia quæ non ſunt. Num ho. probat Cice. φ in uerbis honeſtis obſcœna ponantur. Num eſt? quaſi dicat immo eſt. Diuiſio. quid enim habet turpitudinis. Cui res. cui æquaret. Intercapedo, ſignificat interſticium, interuallum, & denique idem quod diuiſio. Cice. filius ad Tyronem li. ulti. itaque me iam non pœnitebat intercapedinem ſcribendi feciſſe. Ineſt. ob. quia uidetur ſignificare rimam & ſciſſuram muliebrem. Nos autem, oſtendit Cice. ineptias eſſe noſtras, qui præbeamus honorem turpibus, & honeſta turpia putemus, ordo eſt, nos ridicule non præfamur honorem, ſi dicimus ille ſtrangulauit patrem, quod quidem re turpe eſt. Sin dicimus aliquid de Aurelia & Lolia honor præfandus eſt. præfari honorem eſt qđ dicimus loqui cum reuerentia eius qui audit. Aurelia & Lolia nomina impudicarum mulierum inquit Academicus uel quiſpiam. Batuit, uerberauit, quia ſubagitando uerberantur nates, ut ſupra diximus. Depreſſit. calcauit. Multo impu.ſ.dicitur. Atque, certe. Neutrum. nec batuit, nec depreſſit. Stultorum. quia omnia peruertunt. Simile eſt illud. Iuue. Nõ unus mentes agitat furor. Teſtes. probat quod dixit uerba nõ obſcœna iam eſſe pro obſcœnis, ſi enim iudicio nominemus, teſtes intelligimus eos qui ob dictũ ſuũ ad alicuius rei probationẽ deponuntur, ſin uero extra iudicium non uidetur honeſtum, quia uidêmur coleos ſiue teſticulos, ut diximus eſſe. apud Hora. Accidit ut quidam teſtes caudamque ſalacem Deméteret ferro. At ho. ſecũdum ea tempora κωλέος uaginam ſignificat, colei etiam uel collii dicuntur teſticuli. Lanuini. cliternini, ita enim tunc honeſte uocabantur teſticuli, lanuini aut à lana, eo φ lana hoc eſt pilis circundentur. Cliternini. uero à κλείω.i.claudo, aut quaſi clitellini, nam clitella ſignificat ſarcinam, aut quaſi cliternini, nam κλινίδιον lectũ ſignificat, φ iis maxime in lecto utamur concubitus gratia. Non ho. ſicut nunc caciis pro pene in obſcœnis eſt, licet latine docti non utantur. Modo ho. per ſe enim nullam habet turpitudinem ſicut gladius neque bonus neque malus eſt, ſed ſicut quis eo utitur ita eſt. ſic etiam & hæc ſunt ſupra nominata. Suppellit uerbum erat obſcœnum compoſitũ ex ſub & pello, ſuppellit capiebatur, φ ſupponit, uel inferiori parte ſurſum agit. Non re. quia ex conſuetudine uidetur hoc licere. Habes cognoſcis. Scholam ſto.i.ſententiã ſectæ ſtoicæ, quæ ſuis uerbis omnia putat appellanda ὁ σοφὸς ἐνθυμήμων ἴσον.i.ſapiens rectiloquus eris.i.ſi fueris ſapiens, ſcies recte loqui.i.cognoſces quid deceat & quid non deceat. Quam mul.ex.u.uer.tuo ſunt à me ſcripta, quia ſcripſiſti unum uerbum, quod uidebatur obſcœnũ, & petiuiſti quid ſentirem tam multa poſtea ſcripſi.

❧NON

HVBER.

Tectoria Pauimentum

Intercapedo

Præfari honorem

Colei Cliterni ni Clitella

Suppellit Silua galli naria.

*PETRI VICTO. CASTI.

NOn honestum uerbum est diuisor. Medicæus codex DIVISIOR, quare DIVISIO legendum fortasse sit:accurate tamen uidendum,quid sit obscęni in hoc uerbo DIVISIO,ita enim loquitur Cicero,ut significare uideatur,quamuis totum honestum sit, in eo tamen deformitatem aliquam latere.nam in dictione Intercapedine,si nominatiuo casu quis utatur,manifestum est:tunc enim pedo dicetur,quod obscœnum est,quia rem fœdam significat:& si multi hunc locum ridicule interpretantur,& ut ego quid sentio, libere exponam, arbitror,qui DIVISIO utitur in sermone pudorem uiolare,ꝙ in ea uoce pronuncianda dicat diuisi,quod non aliter,ac Pedo obscęnum est,quamuis diuersum flagitium denotet:qui enim Diuisi inquit,nefariam rē se fecisse ostendit.Plautus hoc uerbo eodem intellectu usus est.Pol equidem dicam palam, me non diuides: ut in uerbis etiam illis quæ honestiore significatu huic respondent,quibus usi sunt qui confecerunt epigrāmata in custodem hortorum.

Precidere puer moneo. & in alio,
Furum scindere podices solebam.

Ideoque nisi fallimur,Cicero inquit,cui respondet intercapedo.Nam ut qui INTERCAPEDO dicit,extrema nominis illius parte peccat:ita qui DIVISIO priore.An non oportet uerbum DIVISIO frangere,ac dissecare?ut obscenitas in eo intelligatur,in intercapedo sane necesse est, deformitas enim in eo dissecto ac disiuncto est,sed in toto uerbo DIVISIO obscenum inest, quod rem nefariam alio occultiore significatu contineat.hæc autem uitia in oratione fiunt,cum aut coniungitur, quod separatum esse debet,aut quod coniunctum dissecatur.Illis quæ quondam excogitata à nobis sunt ad purgandam,& explicandam hanc epistolam necessaria(quæ doctrinæ, & elegantiæ plena est) hoc addere non inutile esse existimauimus.

sus me omnia audere gratum est. Ego seruo & seruabo(sic enim assueui)Platonis verecundiam. Itaque tectis verbis ea ad te scripsi,quæ apertissimis agunt Stoici.Sed illi etiam crepitus aiunt æque liberos, ac ructus esse oportere. Honorem igitur, Calend. Martiis. Tu me diliges & valebis.

HVBER. AVDere.audenter scriberē. Gratum est.sic etiam supra,me autem ut scurram,uel item malis oneratū esse non moleste tuli. Tectis.oculis. Sed illi.q.d. sunt inuerecundi. Crepitus.s.uentris. Atq; li.i. ita dicere & licerē sicut ructus qui ore emittentur, propter frigiditatem & repletionem stomachi.Iuue. Si bene ructauit ructum si minxit amicus. Honorē igitur.quidam exposuit,ꝙ quando emittimus crepitus uentris, aut ructus dicimus ad honorem. calend. Martii,ego nunquam sum solitus ita dicere, nec audiui quemq̃ ita dicentem, itaque sic est distinguendum. Honorem igitur,scilicet seruemus uel præferamus,deinde Calend. Martiis.s.scripta est, uel data hæc epistola.

ASCEN. CVM nos loquimur.i.loquendo proferimus terni.i.illud nomen nihil dicimus flagitii.i.turpi flagitio digni.at cum sup.loquimur bini.i.dicendo illud uerbum,quod Græce scribitur βινῶ.i.futui aut futue.i.agit aut age rem uenercam,inquies,obscœnum est quidem Græcis,licet non Latinis. Ergo nihil est.s.obscœni in uerbo quando &.i.ego scio Græce.i.loqui & tamen dico tibi bini,& tu facis id,quasi ego dixerim Græce non Latine. Ruta, & menta utrunque dicitur,recte.i.honeste, ego uolo.i.demus ut uelim mentam pusillam.i. per diminutionem appellare ita ut rutulam.s.pusillam appello,nō licet,quia mentula obscœnum est uocabulū. Volo sup.appellare tectoriola.i.parua tectoria hoc est incrustationes & cooperimenta, bella.i.bona & uenusta,dic ergo etiam pauimenta isto modo.i.per diminutionem uidelicet pauimentula,non potes:quia sic iterum profertur mentula , nomen obscœnum . Tu igitur uides nihil esse.s.in uitanda tali turpitudine,nisi ineptias,quia licet dicendo pauimentula signet in fine id quod turpe putatur,tamen non illud significatur,uides igitur turpitudinem nec in uerbo esse,nec in re, & ita nusquam esse,quod pro Stoicis concludit. Ergo nos qui dicimus in uerbis obscœnitatem esse ponimus obscœna.i.res obscœnas in uerbis honestis.i.dicimus per uerba honesta significari. Quid enim.i.quomodo non ponamus,diuisio non.i.nonne est uerbum.i.uocabulum honestū.q.d.etiam. At.i.attamen obscœnum inest.s.in eo,aut quia capitur per circunlocutionem pro rima & fissura muliebri,ut sentit Huber.aut quia.s.dure ut à Græcis profertur prolata, diuisio sonat ut diuitio.i.in diuersis uitio & corrumpo,quod nimirum obscœnum est,cui.s.uocabulo, respondet.i.synonymum est intercapedo.i.distantia , spacium,aut loci,aut temporis intermedii, nunquid hæc quoque.s.intercapedo obscœna sup.est sicut diuisio.q.d.minime,& tamen idem sunt. Autem.i.sed,si nos dicimus ridicule.i.ad excitandum risum,ille strangulauit patrem,non præfamur.i.fando non præmittimus,honorem.i.honor sit auribus uestris aut tuis,aut saluo honore ita loquar cum tamen turpissimum sit, quia immanissimū peccatum,strangulare patrem suum. Sin.i.sed sup.nos dicimus aliquid.s.libidinosum de Aurelia,aut Lolia .i.meretriculis illis famosis sed minus flagitii admittentibus,honos est præfandus.i.ne aures audiētis lædamꝰ præmittendus. Et quidem uerba non obscœna sunt.i.habentur iam pro obscœnis. Inquit.s.Comicus qui dam aut Tragicus.batuit.i.percussit,ut opinor, Salacis uerberæ caudæ, quia additur impudēter, & suppressit.i.subagitauit nuclio impudentius. Atqui.i.sed quo modo pro obscœnis habentur,neutrum.i.nec batuere,quod est percutere nec supprimere est obscœnum.s.ex propria significatione. Sed omnia sunt plena stultorum.i.turpitudinem censentium ubi nulla est. Testes est nerbum.i.uocabulum honestissimum in iudicio ubi citantur & audiuntur testes,alio loco.i.extra illam significationē est.s.uerbū non nimis.s.honestum, qa testes & testiculi sunt uirilitatis indicia & q̄si testes uidelicet colei. At.i.sed,colei sup. sunt honesti.i.honeste nominātur,aut quia κολέος,coleos græce uaginam significat,aut quia in consuetudine loquentium non inhoneste nominabantur etiam pro testibus seu testiculis. Lanuini.i.colei lanugine.i.pube tecti,& cliternini.i.colei sic alio nomine dicti,sup.sunt non honesti. Quid sup.dices,ipsa res est modo honesta modo turpis.s.secū dum æstimationem hominum. Suppendit est flagitium.i.qui dicit hoc uocabulum suppendit,aut, ut alii legunt,suppellit quasi flagitium committit, tam obscœnum est dictu, sonat.n.idem quod subagitat & quasi pellem subigit aut qui desuper pependit. Iam erat nudus in balneo.i.si quis hoc dixerit,tu non reprehēdes,quia non uidetur obscœnum , cum tamen nudum esse homini pudori sit,taceo si quid turpius celat, nā pro

[illegible] in balneo accipit,cum dicat eandem rem modo honestam modo turpem. Tu habes scholam Stoicam.o,articulus & sicut gallice le,& theutonice de,sophos.i.sapiens euthirimon.i.rectiloquus es.i.eris,hoc est ex Stoicorum schola poteris rectiloquus euadere. Quàm.i. ò quantum multa sup.attulimus uerba,ex uno uerbo tuo.s.quo usus es obscœne putans ꝙ in uerbis non sit obscœnitas. gratum est.i.acceptum.mihi te audere omnia aduersus me.i.ausum esse obscœnis uerbis uti.Ego seruo & seruabo uerecundiam Platonis.s.in loquendo.ego enim assueui sic.s.facere. Itaque ego scripsi ad te uerbis tectis.i.coopertis ea sup.quæ Stoici agunt apertissimis sup.uerbis. Sed illi.s.Stoici aiunt crepitus .s.natium aut culi,hoc est pedendi sonitus oportere esse ęque liberos ac ructus.s.oris.Igitur honor est Calē. Martiis,quibus rei uxoriæ operam dabant.unde Flaccus,Martiis celebs quid agam Calēdis.q.d.loqui obscœnè & re uenerea,est apud Stoicos honestum,cum nullum censent uerbum turpe,cui res sit licita. Tu diliges me & ualebis.Non ergo semper ponitur in fine uale,nec solæ sunt uoces uale & ualete.

M.C.Papirio Pæto. S.D. Epi.23

Condibus.

HEri veni in Cumânum,cras ad te fortassè. Sed cum certum sciam, fáciam te paulo antè certiôrem. Etsi M.Cepárius , cum mihi in sylua Gallinária obuiā venisset , quæsissemque quid ágeres,dixit te in lecto esse, quòd ex pédibus laborâres:tuli scílicet molestè, vt débui : sed tamen constítui ad te veníre,vt & vidêrem te & víserem,& cœnârē etiam . Non enim árbitror cocum etiam te arthríticum habêre. Expecta ígitur hóspitem cùm mínimè edâcem, tùm inimîcum cœnis sumptuôsis. Vale.

Ex.xxiii. Epistola.Heri ueni in Cumanum.

Non enim arbitror coquum etiā te architiriticū habere.Alii sic.Arthriticum habere.

HVBER. HEri.Laborâbat Pætus pédibus.itaque Cic. cum eo iocans dicit se nihilóminus ad eū itûrum, quia licet ipse labôret pódagra, non tamen credit eum habêre coquum laborantem eodem morbo,ut possit parâre cœnas.Ad te.s.uéniam. Fáciam cer.ita enim pręmisit supra. Sed si me expedíero ut in ista loca uenîre possim,nō cōmittam.ut te serò à me certiôrem factum putes.In syl.gal. Quidā exposuērūt siluam esse non longè ab urbe olim latrónibus refertā , eā uidélicet quæ erat ad nonū ab urbe lápidē à uilla, quæ Cǽsarū dicebat, sed nō aduertunt ꝙ illic propter locum célebrem latrones esse non póterant.est ergo hæc gallinária silua in sinu Cumâno,ut scribit Strabo li.v.his uerbis. In hoc sinu Cumânofructicôsis uirgultis frequens & & arbóribus silua est multis porrecta stadiis,aquarū índiga, cǽterum sabulôsa,quam gallináriam uocant siluam.hic Sexti Pōpeii,classis præfecti pyrática struxēre nauígia, qua tempestâte Sicilia ab Româno descíscere fecit império.de qua Iuue.Et pontîna palus, & gallinária pinus. Laborâres ex pedi.i.ægrotâres morbo pedum.i.pródagra. Vidêrem & uíserem.ui-dêre est natûræ.uísere est officii. Non enim.iocâtur. Arthricum.i.articulâri morbo laborantem,intélligit autem uel chíragram uel pódagrā,nam útraque artículos solet uexâre. Persius. Sed cum lapidosa chíragra Frégerit artículos uéteris ramália fagi ἄρθρον enim græce artículum signíficat. Mínimè edâcem. id est non multi cibi. Sumptuôsis.in quibus multum expénditur.

Sylua gallicâna

Vidêre Vísere

ASCEN. HERI &c. Laborâbat Pætus ut Cice.audíuerat pédibus,ipse tamen more suo iocans dicit,se nihilóminus ad eum itûrum,quia credit coquum eius nō laborâre eodem morbo nec lecto tenêri quo minus uáleat cœnam parâre.Ordo est.Ego ueni heri in Cumânum.i.in possessiônem meam apud Cumas. Cras sup.uéniam fortassè ad te. Sed cum sciam certum.i.ut rem certam,ego fáciam te certiôrem.i.significâbo tibi pauloantè .i.quàm uentûrus sim. Et si Marcus Cepárius cum uenisset mihi obuiàm in silua gallinária , & quæsissem pro quæsiuissem sup.ab eo,quid ágeres,dixit te esse in lecto, ꝙ laborâres ex pédibus.i.dolôre pedum. Scílicet.i.scire licet , quid fécerim eo audîto,quia tuli.i.portâui ut dicunt, seu passus sum , molestè , ut débui.i. portâre morbum amîci,sed tamen.i.nihilóminus constítui uenîre ad te,ut &.i.simul , uidêrem te , tanquam amîcum , cuius uidendi essem cúpidus,& uíserem.s.tanquam ægrôtum,& cœnârem etiam tanquam apud bonum cōuiuiorum instructôrem. Non enim árbitror te habêre etiam coquum árthricum.i. articulâri morbo laborantem.Nam ἄρθρον dicitur artículus. Igitur expecta hóminem mínimè.i.nequaquàm edâcem.i.multùm comedentem tùm.i.ínsuper inimícum cœnis sumptuosis.i. magnôrum sumptuū,in quibus.s.multæ manêat relíquiæ.nam ut álibi iocôsè dixit tales cœnas odit,innuens se potiùs gaudêre cibo delicâto & módico,q̃ multo & uulgâri.Nam licèt pluris bos,q̃ turdus constet, delicâtus tamē malit ad turdū inuitâri q̃ ad bouē. Vale.

Ordo ¶

Responsoria ad commendationem [illegible]

M.T.C. Impe.Pæto. S.D. Epis.24

*RVfum istum amîcum tuum , de quo íterum iam ad me scribis,ad iuuârem quātùm possem , etiam si ab eo læsus essem , cum te tantópere uidêrē eiꝰ causa laborâre.cum vero & ex tuis líteris &

HVBER. RVfum. Scribit Cice.quàm iustis causis débeat habêre commendâtum Rufum , quem Pætus suis líteris commendáuerat, deinde quia scrípserat Pætꝰ se omisisse ire ad cœnas amicôrum , Cice.iocando nítitur eū reuocâre ad morem sólitū cœnârum , idque dicit faciendum esse non tam causa cibi, q̃ conuictus & consuetúdinis & collocutiônis amicôrum.postrēmò dicit se non abiecisse curā reipub.licet iocêtur. Iterum.secundò. Si læsus essem ab eo.si accepissem ab eo iniúriam. Cum te.id est cum uidêrem ꝙ tantam curam de eo suscíperes.
Eius

Aquinum
Frabateria
Frabaternus

Initium,principium. Cautiônis,ut cauerem mihi, nam ut ipse scribit. Aquinâtes & Frabaterni consilia cœperant de opprimendo Cice.quod cum intellexisset Pætus,scribit ad eum ut sibi cauêret, quod idem posteà multi alii scripsêrunt,diẽ ergo initio suæ cautionis profectum esse ex líteris ipsius Pæti,quibus est admónitus de insidiis,quæ sibi parabantur, Opprímerent,interímerent. Aquînum & Frabateria,urbes Itáliæ. Frabatéria autem teste Prisciâno frabaternus facit possessiuum. Non súspicans, non putans. Incáutior fuissem,non prouidissem mihi. Fortûna,condítio,status. Ire desiisse, ire omisisse. Illud néscio,quid quod solêbas.q.d.nihil.parum esset.Nã si,sensus est si non faciêbas cœnas multum lautas,cũ habêbas,quos posses imitâri,quid putem te nunc factûrum,quum desíeris ire ad cœnas? Non mul.proficiêbas,non tamen multùm laudabâris in cœnis faciendis,quia eras parcus. Quid pu.q.d.multo peius.

Spurîna
Fauonius

Spurîna,aruspex fuit, qui Cæsari diem mortis prędixit ut scribit Tranquil. Superiôrem, ex ante acta enim uita potes iudicâre áliquid de futûris. Fauónius, uentus qui tempore ueris máximè flat. Fíeri posse, demonstrâbat Spurîna ut reuérteres ad priscam consuetúdinem cœnârum. Aptius uitæ,quia homo natûrâ est ánimal sociâle. Ad uolu.cibi & potus qđ esset fere beluârum. Remissiônem,relaxatiônem.

Quæ,remíssio amicôrum. Dulcíssimus,plus enim sapit quàm ómnia génera ferculôrum,ostendit Macro.in Satur.& ipse Cice.in Catône maiôre his uerbis. Neque enim conuiuiôrum delectatiônem uoluptátibus córporis magis quàm cœtu amicôrum & sermónibus, Benè enim maiôres accubatiônem epulárem amicôrum,quia uitæ coniunctiônem habêret conuiuium nominâuerunt melius q̃ Græci,qui hoc idem tum concœnatiônem compotatiônem uocât quod in eo génere minimum est,id máximè probâre uideantur. Ego propter sermônis delectatiônem tẽpestiuis quoque conuiuiis delector,nunc ígitur eandem ferè senténtiam exéquitur Cice.quod latîni sapiéntiùs appellâuerint accubatiônes epulâres,quam Græci,nostri enim conuîuia dixèrunt, quod uitæ cõiunctionem habêbant.Græci uero σύνδειπνα.i.concœnatiônes,uel συμπόσια,i.compotatiônes. Philósophãdo,afferendo ratiônes philosóphicas. Reuocâre, redúcere.Foris,apud amîcos. Id,ut uâleas. Sed caue,rémouet à se suspitiônem neglectæ reipubli.quæ posset habêri de eo,quia scribit iocôsè. Quod, quia. Abiecisse,omisisse. Vita sit po.si sit.i. benè euenisse.

ASCEN. ☞ VERÒ pro sed,cum ego intélligam.i.cum ita sit ꝙ intélligam.& iúdicem.i.cénseam, &.i.simul líteris tuis & illius.s.Rufi, missis ad me,salûtem meam scílicet cum essem in exílio, fuisse ei magnæ curæ, non possum non esse.i.non possum quin sim amîcus ei, neque solùm co mmẽdatione tua.i.propter commẽdatiônem tuam, quæ ualet plúrimùm, apud me, ut debet.s.ualêre, sed etiam uoluntâte.i. própria inclinatiône & sponte mea, ac iudício. Enim.i.quia, ò mi Pæte ego uolo te scire líteras tuas fuisse mihi inítium suspitiônis, & cautiônis.i.cautêlæ & custódiæ, & diligéntiæ, quibus.s.líteris tuis multæ aliæ.s.líteræ multôrum,fuêrunt póstmodum congruentes.i.concordes & cónsonæ. Nam consilia sunt ínita de me .s.opprimendo aut capiendo,&.i.simul. Aquini.i.in eo oppido Itáliæ per.s. Thomam nobilitâto. & Frabatériæ etiam óppido Itáliæ,quæ.s.cõsilia ego uideo .i.intélligo etiam te audisse, & quasi diuinârent, q̃.i. quantùm molestus essem futûrus his, nihil legêtur aliud nisi,ut opprímerent me. Quod.i.quam rem,

Aquinus.
Frabateria.

ex illius ad me missis intelligam, & iudicẽ magnæ curæ ei salûtem meam fuisse: non possum ei non amîcus esse: neque solum tua commendatiône, quæ apud me, ut debet,ualet plúrimùm,sed etiam uolũtâte ac iudício meo. Volo enim te scire mi Pæte,initium mihi suspitiônis & cautionis & diligẽtiæ fuisse líteras tuas. quibus líteris congruentes fuêrunt aliæ pósteà multôrum.Nam & Aquîni & Fabratériæ consília sunt ínita de me,quæ te vídeo inaudisse: & quasi diuinârent, quàm his molestus essem futûrus, nihil aliud egêrunt,nisi me vt opprímerent. Quod ego non súspicans,incáutior fuissem,nisi à te admónitus essem. quamobrem iste tuus amîcus apud me non eget commendatiône. Vtinam ea fortuna reipu. sit, ut ille me quàmgratíssimum possit cognóscere. Sed hæc háctenus. Te ad cœnas itâre desisse molestè fero.magna enim te delectatiône & voluptâte priuasti. Deinde etiam uéreor(licet enim verũ dícere)ne, nescio quid illud,quod solêbas, dediscas & obliuiscâre cœnulas fácere. nam si tũ, cum habêbas quos imitarère, non multũ proficiêbas, quid nunc te factûrum putẽ? Spurînna quidem, cum ei rem demonstrassem, & vitam tuam superiôrem exposuissem, magnum perículum summæ reipu.demonstrâbat, nisi ad superiôrem consuetúdinem tum, cum Fauónius flaret, reuertisses.hoc témpore ferri posse, si forte tu frigus ferre non posses. Sed mehérculè mi Pæte extra iocum, móneo te,quod pertinêre ad beatè uiuendum árbitror,vt cum viris bonis, iucundis,amántibus tui uiuas. nihil est áptius vitæ,nihil ad beatè viuendum accommodátius.Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vitæ atque victus,remissionemq́ animorum,quæ maxime sermone efficitur familiari,qui est in cõuiuiis dulcissimus: vt sapientius nostri, quàm Græci:illi συμπόσια aut σύνδειπνα, id est compotationes aut concœnationes: nos conuiuia, quôd tum maxime simul viuitur. Vides vt te philosophando reuocare coner ad cœ-

nas?

nas? Cura vt valeas: id foris cœnitando facilime consequêre. Sed caue,si me amas,existimes me,quòd iocosius scribam, abiecisse curam reipub. Sic tibi mi Pæte persuâde,me dies & noctes nihil aliud ágere, nihil curâre, nisi ut mei ciues salui líberique sint. Nullum locum prætermitto monendi, agendi, prouidendi. Hoc denique animo sum, vt si in hac cura atque administratione vita mihi ponẽda sit,præclare actum mecum putem. Etiá atque etiam Vale.

☞ Ex.xxiiii.Epistola.Rufum istum.

☞ Te ad cœnas redisse molestè fero. Hoc témpore ferri posse,si fortè tu frigus ferre non posses. Nec ad uoluptâtem réfero,sed comitâtem uitæ.

ego non súspicans,fuissem incáutior nisi esset admónitus â te. Quamobrem iste ánimus tuus.i.tam beneuolus & fauorábilis mihi non eget commendatiône apud me. Vtinam ea.i.talis sit fortûna reipub.ut ille.s.Rufus,quem mihi commendasti,possit cognóscere me q̃ gratíssimum.i.ualdè gratum. Sed hæc háctenus sup.de Rufi cõmẽdatiône dicta sũt. Fero molestè desisse ire ad cœnas.Tu enim priuasti te magna delectatiône & uoluptâte. Deĩde.i.insuper etiam uéreor,licet enim dícere uerũ, ne dediscas illud néscio quid,quod solêbas,hoc est, lautè instrúere cœnam, & obliuiscâre.i.obliuiscâris fácere cœnulas.s.módicas.Vnde diminutiuo útitur quasi per cõtemptum. Nam si non proficiêbas multũm, tum.i.tunc cum.i. quando habêbas quos imitarêre.i.posses imitâri.s. frequẽtando eôrum cœnas,sed módicas pro oppíparis reponendo,quid putent te factûrum nunc.s.cum non amplius aliôrum cœnas frequentes.q.d.nihil aliud q̃ obliuisci conuiuandi ratiônem. Quidem.i. certe.Spurina.s.medicus & aruspex peritíssimus cũ demonstrassem ei & exposuissem.i.declarassem uitã tuam superiôrem, demonstrâbat magnum perículũ summæ rei.i.uitæ tuæ impendêre, nisi reuertisses ad superiôrem.i.priôrem consuetúdinem.s.conuiuandi. Tum.i.tunc,cum Fauónius.i.uentus ille à fauendo aut fouendo dictus ab occidente témpore uerno flãs, flaret,quod ut iã dixi in ueris princípio fíeri solet, sup.demonstrâbat quod nunc facis.i.non ire ad cœnas aliôrum.posse fíeri hoc témpore,si tu non posses ferre frigus. Sed ô mi Pæte mehérculè,modus est iurandi sæpe à nobis expósitus, ego móneo te extra iocum, ut uiuas cum uiris bonis,iucundis & sup.Amántibus tui. Nihil enim sup. est áptius uitæ, nihil est accommodátius ad uiuendum beatè.s.in hac uita,nec ego réfero.i.redûco id ad uoluptâtem, sed ad comitâtem.i.affabilitâtem & mansuetúdinem uitæ atque uictus,& ad remissiônem.i.relaxatiônem animôrum, quæ.s.remissio fit máximè.i.præcípuè sermône familiâri, qui.s.sermo familiâris est dulcíssimus in conuiuiis, ut nostri.i. Romani,aut Latini sapiéntius sup.uocauêrunt q̃ Græci,nam illi sup.uocauêrunt Symposia.i.compotatiônes, aut syndipna.i.concœnatiônes, nos sup.uocâmus conuíuia,ꝙ uíuitur simul máximè tum.s.dum coméditur, aut compotâtur. Tu uides.i.intélligis,ut.i.quáliter ego philosophando coner reuocâre te ad cœnas.s.sólito more frequentándas. Cura ut uáleas,tu consequêre.i.obtinêbis facílimè id.s. ut uáleas,cœnitando.i.frequenter cœnando foris,quod quidem uerum si sóbriè.Sed si tu amas me, caue sup.ut aut exístimes me abiecisse curam reip.eo ꝙ scribam iocósius. O mi Pæte persuâde tibi sic.i.fac ut sic credas, me nihil aliud ágere dies & noctes,Admónui sæpe contra Vallæ opiniõnẽ,ubi tempus est continuâtum,frequentiôrem esse per actum témporis locutiônem etiam apud Cicerônem,ut hoc loco cui simile est illud vi.Aenei.Noctes atq; dies patet atri ianua ditis,nihil curâre sup.áliud,nisi ciues mei.i.quorum iam consul fui, sint salui & líberi. Ego nullum.i.non ullum,non prætermitto ullum locum monendi,agendi, prouidendi.s.ut salus & libertas ciuium seruêtur.Denique ut uno uerbo conclûdam,ego sum hoc ánimo.i.hábeo hunc.i.huiusmodi ánimum,ut si uita sit ponenda mihi.deponenda,in hac cura atque administratione.s.reipub. Et reuera non multo post pro rep.extinguêbar sed iam oppressa,primum à Cæsare,& deinde à triúnuiris, & potíssimum ab António ego putem.i.existimem & censeam etiam atque etiam.i.frequenter & accumulate actum mecum præclare.i. præclârè mihi contigisse, quia dulce & decôrum est pro patria mori. Non opus est admonitôre quod sæpe tibi dixi Românos gaudêre suo.i.ablatiuo,quod Græci carent casu, quocirca dixit hoc,denique sum animo .i.huius sum animi,quod etiam dícere líceat,sed minus Romanè, magis tamen fortassis grammáticè, si quid Seruio crédimus.Notum præterea puto tunc quemuis aptè dícere,ut ciues mei & c.cum ipse est eorum princeps,áliter díceret conciues mei & cæ.

Symposiu

M.T.C. Impe. Pæto. S.D. Epis.25

SVmmum me ducem literæ tuæ reddidêrunt. planè nesciêbam te tam perítum esse rei militâris. Pyrrhi te libros & Cineæ vídeo lectitasse. Itaque obtemperâre cógito præceptis tuis.hoc ámpliùs,nauiculârum habêre áliquid in ora marítima, cõtra équitẽ Parthum negant vllam armatûram meliôrem inueniri posse. Sed quid lúdimus?

HVBER. SVmmum.Quia Pætus scrípserat ad Ci. multa præcepta de re militâri,C.i.cum eo iocans scripsit se multum adiûtum eius líteris,in quibus scrípserat illa p̃cepta. Pósteà uero commendat etiam M.Fab. quendam amîcum suum,qui habêbat controuérsiam cum fratre de agro quodam. Reddidêrunt me summum ducem.i.ita erudiêrũt me, ut sim iam summus imperâtor rei militâris. Reddidêrũt. effecêrunt. Planè.profectò:iocâtur Ci. Pyrrhi.regis Epirotârum qui uidêtur scripsisse de re militâri: eum enim óptimum imperatôrem fuisse constat.cũ enim,ut scribit Liui.lib.iiii.belli Macedónici, Hannîbal à Scipiône Africa.legâto Ephesum ad Antíochum misso interrogâtus esset,quem primum imperatôrem créderet, respondit.Alexandrum Macédonum regem,quod parua manu innumerábiles exércitus fudisset, quodq; últimas oras,quas uísere supra

Pyrrhus.

spem

Cinea. ſpem humanam eſſet, peragraſſet, quærenti deinde quem ſecundum póneret, Pyrrhum inquit caſtra metari primum docuiſſe, ab hoc neminem loca elegantius cœpiſſe nec præſidia diſpoſuiſſe. Vñ & apud Terent. Gnato glorię militi adulatus ait. Sic olim Pyrrhus factitâuit, qui locus nō fuit fortaſſe à multis antehâc intellectus. Cineæ. hic Theſſalus fuit ut ſcribit Ci. in Catône Maiôre, qui ut ait Solînus tanta ui memóriæ fuit, quod Pyrrhi legâtus Romam fuêrat, & equeſtrem ordinem & ſenatum propriis nōibus ſalutâuit, fuit uir doctus & ſapiēs, qui de re militâri, ſicut & Pyrrhus libros ſcripſit. Hoc ampl. ſ. cógito facere. ſ. Habêre áliquid nauiculârū. i. áliquas nauículas.

neſcis quo cum Imperatore tibi negotiū ſit? παιδιάν κύρου quam contríueram legēdo, totam in hoc império explicâui. Sed iocábimur aliàs corâm, ut ſpero breui témpore. Nunc ades ad impetrandum vel ad parendum potiùs. ſic enim antiqui loquebantur. Cum M. Fábio (quod ſcire te árbitror) mihi ſummus uſus eſt: valdeq́ eū

In ora mari. in regióne uicína. & iocâtur Cice. nam cum Parthi pugnent tantúmmodo terreſtri prælio, naues parâtæ potius eſſent ad fugam q̄ pugnam. Meliôrem. irónice. Parthi máxime equis pugnant & ſagittis, contra quæ omnia nihil ualent naues. Virg. Fidentemque fugam Parthum, uerſiſque. Itemq;. Ocior, & miſſa Parthi poſt terga ſagitta. Lúdimus. iocâmur. Quo cum. i. cum quali. quaſi dicat peritiſſimo, hoc de ſe dicit. παιδιάκύρου. id eſt Pædiam Cyri, quam Xénophon ſcripſit Græce, quæ hodie latína facta eſt à uiro ætatis noſtræ doctiſsimo Franciſco Philelpho παῖδεια autem eruditiônem ſignificat: deſcripſit enim qualis in omni génere uitæ, & præſertim in adminiſtratiône imperii & rei militâris fúerit Cyrus rex Perſârum, non tamen quod omnîno talis fúerit, qualem ſcripſit, ſed ꝙ talem oportêret eſſe óptimū regem uolúerit ſignificâre. Cōtríueram, contractâueram aſſídua lectiône, ita ut penè contrîtam reddidiſſem. Explicâui. apérui, oſtendi, & ut ita dicam experiéntia ipſe declarâui, hoc império, quōd in Cilícia nunc gero. Ades. ueni. Vel pótiùs. correctio. Cum M. Fábio. áltera pars epiſto. in qua commendat Fábium. Summus uſus. máxima conſuetûdo.

ASCEN. SVMMVM me ducem. Quia Pætus ſcripſerat ad Cic. multa præcepta de re militâri, quā non exercúerat, Cicero iocans ſcribit ſe multū adiûtum illius præceptis, quæ ex alicuius magni ducis ut Pyrrhi & Cyneæ libris eum excerpſiſſe autûmat, ínnuens planè experimento ea non didiciſſe. Deinde commendat ei M. Fabiū quendam amicum ſuum qui habêbat controuérſiam de agro, rogatque ut eum ádiuuet. Eſt autem non uulgâris commendatio, ſed digna quæ ab legentibus memoriæ mandêtur. Ordo autem eſt. Literæ tuæ, quibus plúrima præcepta rei militâris ſcripſiſti, reddidêrunt. i. effecêrunt. Tracta metáphora à ludimagiſtro qui cùm púerum erudiendum accéperit, reddit erudîtum: hic autem Ci. è literis Pæti lectitandis didíſcerat, unde reddidêrunt ipſum ſummum, quia peritiſſimum ducem ſcilicet exércitus. Ego planè. i. omnîno neſciêbam te eſſe tam peritum rei militâris. Ego uídeo te lectitâſſe. i. frequentèr legiſſe libros Pyrrhi. ſ. regis Epirotârum, quē Hannîbal ſecundum in præſtántia rei militâris cénſuit, eo ꝙ caſtrametâri primus docuiſſet, unde de ea re aut libros ſcripſiſſe, aut ſcribere potuiſſe ueriſimîle eſt. Prætéreà óptime diſpoſuiſſe præſídia índicat illud. Gnatônis Terentiâni in Eunûcho. Sic olim Pyrrhus factitâuit. i. ſic diſpóſuit & inſtruxit áciem, ut tu ô Thraſo nunc feciſti, & Cyneæ, qui Pyrrhum uidêtur docuiſſe, & de re militâri ſcripſiſſe. Fuit authôre Cice. in li. de ſenectûte. Théſſalus, uir ut ait Solînus tanta memóriæ ui prǽditus, ut Pyrrhi legâtus Romam miſſus, póſtero q̄ ingreſſus erat die, & ſenatôrum & equeſtrum órdinem totum propriis nomínibus ſalutáuerit. Itaque. i. & ita, quia in præceptis tuis óptimos præceptôres ſecûtum árbitror, cógito obtemperâre. i. obedîre præceptis tuis. & ſup. cógito, quod rídiculè dicit hoc ámpliùs. ſ. quam præcepiſti, habêre áliquid nauiculârum in ora marítima. i. iuxta líttora, quia. ſ. eius rei perîti. negant ullam armatûram poſſe inuenîri meliôrem contra équitem Parthū: non enim equis in nauículis, quibus aufúgitur pugnâtur. Vnde non reſiſtendo ſed fugiendo Parthum uícerit. Sed quid. i. ad quid lúdimus. i. iocoq; tecum ágimus. Tu neſcis cum quo. i. quali imperatôre negócium ſit tibi. i. qualis ego ſim imperâtor, ego explicâui. i. exércui in hoc império Pǽdiam Cyri. i. librum Xenophontis de eruditiône Cyri regis Perſârum, quæ adhuc extat, & his diêbus cum aliis, tum à Franciſco Philelpho tranſlâta eſt. Eſt autem παῖδεια cum diphthongo in media, diſciplina & eruditio præſertim puerôrum. Nam παιδία pædia ſine diphtongo in media dicitur infantia, & παῖς pæs pedes, puer. In eo autem lib. Xénophon non tam qualis Cyrus fuit q̄ qualem eſſe décuit, deſcripſit, quam. ſ. pǽdiam ego cōtríueram. i. freqnē ti attractu abſúmpſeram totam, legendo. i. cum eam légerem. Sed nos ioca. aliàs. i. álio témpore, corám. i. in mutua præſéntia quaſi facie ad faciem, ut ſpero breui. Nunc ades. i. adſis ádueni ad impetrandum. ſ. mecum, uel potius ad parendum. i. obediendum. ſic enim antiqui loquebantur, lîberè. ſ. loquentes, & ſe cum aliis imperâret, alii útpote ſenátui & légibus parêre dictitantes. Summus uſus. i. ſumma conſuetûdo uitæ, eſt mihi cū M. Fab. quid. i. quam rem ergo árbitror te ſcire & díligo eum ualdè.

HVBER. PRopter ſummam probitâtem, laudat perſónam amici, ut probet eum dignum commendatiône ſua. Cōbibonibus Combibónibus. compotóribus, quos Græci ϲυμπότας dicunt: oſtendit autem & Pætum epicureū fuiſſe. Vellem eum eſſe mecum. uellem eum habêre apud me. Percuſſus. perturbâtus. Atrociſſimis. acerbiſſimis líteris. Fundum herculanénſem. ita eni apppellabâtur ille fundus fortaſſe ab áliquo templo Hérculis illi uicino, aut à loco. Proſcriptum. expoſitum uenâlem. quia quæ extant uendenda ſcribebātur públicè, ut etiam hódie ſolet. Communis. non dum diuiſus. Non ſapientem. ſtultum. Eo ad id. ut proſcríberet quod eſſet etiā ei commûne cum fratre. Inimicôrum qui uellent diſcórdiam inter duos fratres eſſe. Autoritâte. qua ſuádeas qui uelint

díligo, cum propter ſummam probitâtē eius ac ſingulârem modéſtiam, tum quòd in his cōtrouerſiis, quas hábeo cum tuis cōbibónibus Epicúreis, optīa ópera eius vti ſóleo. Is quum ad me Laodíceam veniſſet, mecumque ego eum eſſe vellem, repentè percuſſus eſt atrocíſsimis líteris: in quibus ſcriptum erat fundum Herculanenſem à Q. Fábio fratre proſcriptum eſſe, qui fundus cum eo commûnis eſſet.

emere

Id M. Fabius pergrauitèr tulit, exiſtimâuitq́ fratrem ſuum hóminem non ſapientem impulſu inimicôrum ſuorum eo progreſſum eſſe. Nūc ſi me amas, mi Pæte, negotium totum ſúſcipe: & moleſtia Fabium líbera. Authoritâte tua nobis opus eſt, & conſilio, & etiam gratia. Noli pati litigâre fratres, & iudiciis túrpibus cōflictâri. Mathônem & Polliônem inimicos habet Fabius. quid multa? non mehercule tam perſcribere poſſum, quàm mihi gratū féceris, ſi otioſum Fabium reddíderis. Id ille in te póſitū eſſe putat, mihiq́ perſuâdet. Vale.

emere ne id faciant. Conſilio. quomodo poſsit explicari hæc res. Gratia. quam habes maximam apud omnes. Turpibus. nihil enim eſt turpius quàm quos natura coniunxit eos cupiditate & ſtultitia diuelli, & inter ſe contendere. Conflictari. contendere. Mathonem & Pollionem. nomina oratorum ſiue cauſidicorum. Non tam præſcribere poſſum. id eſt nō tam poſſum explicare ſcribendo quàm erit mihi re ipſa gratum ſi feceris, ut Fabius non litiget. Ocioſum. ſine lite. Eſſe poſitum in te. id eſt eſſe in poteſtate tua ut nō litiget. Vale. Cōflictari

TVM. id eſt ſimul propter probitâtem ac ſingulârem modéſtiam eius, tum quòd ſóleo uti óptimè ópera eius in his controuerſiis, id eſt cōtentiónibus, quas hábeo cum Epicúreis, id eſt homínibus gulæ & uoluptâti déditis, cōbibónibus. i. compotóribus tuis, hoc eſt quòd potens potâtor eſt uini & æqualis hauſtus quos ipſe expectare non poſſum pro me ébibit. Omnia autem ioco dicit. Is cum ueniſſet Laodíceam. id eſt ad eam urbem in prouíncia Siciliâna, ad me, & uellem eum eſſe mecum ipſe percúſſus eſt, id eſt attónitus factus repentè líteris atrocíſsimis, hoc eſt inimiciſſimis, quibus ſcriptum erat, fundum Herculanenſem ASCEN.

Ex. xxv. Epiſtola ſummum me ducem.

Nunc ades ad imperandum uel ad parendum.

eſſe proſcriptum, id eſt uenâlem inſcriptum à Qu. Fábio fratre, ſcilicet ſuo. Qui fundus eſt commûnis, ſcilicet M. Fábio. cum eo, ſcilicet Qu. Fabio. M. Fábius tulit id pergráuitèr, & exiſtimâuit fratrem ſuum hóminem non ſapientem progreſſum eſſe eo, id eſt ad eam impudéntiam & iniquitâtem impulſu inimicôrum ſuôrum. Nunc ô mi Pæte ſi amas me, ſúſcipe, id eſt ad te cape, totum negócium, ſcilicet Marci, & líbera Fabium, ſcilicet Marcū moléſtia, ſcilicet litis aut contra uenditôrem aut contra emptôres accipiendæ. Opus eſt nobis authoritâte tua & conſilio & etiam grátia. Noli pati fratres litigâre, & conflictâri túrpibus iudiciis. Fábius, ſcilicet Marcus, habet Mathônem & Polliônem, ſcilicet aduocâtos inimîcos. Quid multa ſup. ſcribam de eo ad te. Mehercule. Ego non poſſum perſcríbere tam, id eſt tam diligentèr, aut tam plenè, quàm, id eſt quantū gratum féceris, ſcilicet mihi, ſi reddíderis, id eſt efféceris Fábium ocióſum, id eſt abſolûtum omni negócio. ille, ſcilicet Fabius putat & perſuadet mihi id póſitum eſſe in te, id eſt in tua poteſtâte. Vale.

excuſatoria

Cicero Pæto S. D. Epi. 26.

ACcubúerā hora nona, cum ad te harum exemplum in codicillis exarâui. dices, Vbi? Apud Volūnium Eutrapêlum: & quidem ſupra me Atticus, infra Verrius, familiâres tui. Mirâris tam exhilarâtam eſſe ſeruitûtem noſtram? Quid ergo fáciam? te cónſulo, qui philóſophū audis. Angar? excruciamne me? Quid áſſequar? deīde quē ad finē? Viuas, inquis, in líteris. An quicquam me aliud ágere cēſes? Aut poſſem víuere, niſi in líteris víuerē? Sed eſt earū etiā, nō ſatiêtas, ſed quidā modus. A quib9 cū diſceſsi,

HVBER. ACCVBVERAM iocâtur Cic. cum Pæto ſcribens ſe acceptum fuiſſe ab Eutrapelo in cœna admodum iocôſa, in qua interfuêrunt & familiâres eius Atticus & Vérrius & Cýteris merêtrix in qua cœna dicit ſe præſtitiſſe miram fortitúdinem & continéntiam, quia ad nullam turpitúdinem aut libídinē potuit commouêri ab ea meretrîce: poſtremò quædā facêta commémorat de Pæto. Accubúerā. id eſt eram in conuíuio: cubâbant enim antiqui ueſcentes & cœnantes. Virgil. Tu das épulis accúmbere diuum. Valerius de inſti. anti. Fœminæ uiris cubántibus ſedentes cœnitâbant. Hora nona. tunc enim incipiêbant cœnare. Martial. Incipit extructos frángere nona thoros. Hora. Poſt cœnam uénies. Exarâui. ſcripſi. Codicillis. tabellis. Vbi. ſcilicet accubúeram. Eutrapelum. alias ſignificat facetum, hic eſt nomen proprium, de quo etiam Hora. Eutrapelus cuicunque nocêre uolêbat, ueſtimenta dabat precióſa. Supra. deſcribit órdinem diſcumbéntium. ſic Hora. in último ſermônū. Summus ego & prope me fuſcus Turînus, & infra, ſi mémini Vatius cum Seruilio Balatriône Vibídius, quos Mœcenas addúxerat umbras. Momentáne9 erat ſuper ipſum, Pérſius infra, O dículus totas ſemel abſorbêre placentas. Tam exhilarâtam. tam in hilaritatem & lætitiam effuſam, & ſeruitûtem, uitam meam ita ſeruam & ſubiectam. Quid áſſequar. ſcilicet ſi excrúciem uero me, id eſt quid profíciam, quid lucrabor, ad quem finem, id eſt ad quid licet enim angi quotiens ex angôre noſtro, haud honôris áliquid poteſt peruenîre. Viuas. reſpónſio quam poſſet fácere Pætus aliud quàm uenîre líteris. Non ſatiêtas. non faſtídium. Sed modus. menſúra moderátio. A quibus. quaſi dicat quas literas cùm aliquántulum relíqui. Eutrapel9

ASCEN. ACCVBVERAM &c. Iocâtur rurſus Ci. cum Pæto ſcribens ſe acceptum fuiſſe ab Eutrapelo in cœna admodum iocôſa, in qua interfuêrunt familiâres eius Atticus & Vérrius, & Cýteris meretrícula: In qua cœna dicit ſe præſtitiſſe magnam fortitúdinem ac continéntiam, addens nonnulla facêta de Pæto. Ordo eſt. Ego accubúeram, id eſt in conuíuio fúerā, nam uéteres accubâbant comedentes, hora nona quæ conuiuiis addicta erat.

h.i. unde

Universidad de Deusto Biblioteca

unde Martia. Imperat extructos frángere nona thoros. cùm exarâui, id est scripsi stilo proscindendo cœnâ, ut arâtro sulcâmus terram in codicillis, id est tabellis cerâtis exemplum literârum ad te, scilicèt mittendarū. Dices, id est quæres, ubi, scilicet accubúeram, sup. accubúeram apud Volúmnium Eutrapêlum, & quidem Atticus sup. accubâbat supra me, id est in parte superiore, & Vérrius infrà, scílicet me, id est in parte inferiore, familiares tui, id est qui duo sunt familiâres tui. Mirâris seruitûtem nostram, quia tunc quodammodò seruiêbant Românì, esse tamen tam, id est in tantum exhilarâtam, id est lætificâtam. Ergo si non licet læte uíuere, cónsulo te, id est peto consilium à te, qui audis philósophum, scílicet in ea re, hoc est Epicúreum, quid fáciam, id est quid cónsulis ut fáciam, angar. i. dolôre constringar, excrúciem ne me. Quid ássequar. i. quid lucrer? Deinde ad quem finem sup. faciam id. Tu inquis. i. respondêre potes, uiuas in líteris. An censes me ágere quicquam áliud. Ego haud. id est non possum uiuere nisi uíuerem in líteris, id est in stúdio literário. Sed etiam non satíetas, sed modus quidam, id est mensúra certa, earum, scilicet literârum, à quibus. s. líteris in libris cum discessi.

HVBER. ET si mínimum. id est licèt in cœna habèrem mínimam quæstiônem, quam tu proposuisti Diôni philosopho, tamen uellem ipsas literas sequi quia non repério quod póti⁹ fáciam priusquàm eam dormitum, significat autem quæstiônem Pæti propósitam Diôni fuisse paruam & nugatoriam. ζήθημα. quæstionem. ζητέω significat quæro. Vnum. solum. Priusquam cónferā me dormitum. s. priusquam dórmiam, quod est ociosorum & ignauôrum. Hora. Ni melius dormire putem quàm scribere uersus. Réliqua. quía nondum descrípserat totum órdinem conuiuârū. Cýteris. tres uno tempore notíssimæ meretrices fuêrunt hæc Cýteris quam Virg. æglog. última Lycôrim appellâuit & Orgo, de qua Hora. ut quondam Marseus amator Orginis ille, & arbúscula, de qua idem Hora. Explôsa arbúscula dixit. In eo. quia dixit ei conuiuio interfuisse meretrîcem, ne uideâtur ipse fecisse contra dignitâtem suam, laudat suam continéntiam. Inquis. ò Pæte. Ille. q. d. tam célebris. In eo. in tali esse ubi méretrix. s. intérfuit. Quem graii. quem Græci aspiciêbant, præ admiratiône dicítur Cice. tantùm profecisse, non solùm cognitiône literârum græcârum cum esset Athénis, sed etiam imitatione uocis & gestus, ut Græcis ipsis esset admirationi. Ob os. ob oris & uultus aptíssimos motus, & elegantíssimā pronunciatiônē. Obuertêbāt, quia dolêbāt aspiciētes.

& si mínimum mihi est in cœna, quod tu vnum ζήθημα Diôni philósopho posuisti: tamen quid potius fáciam, priusquā me dormitum conferam, non repério. Audi réliqua. Infra Eutrapelū Cýteris accúbuit. In eo igitur, inqs, cōuiuio Cic. ille, quē spectâbá, cuius ob os Graii ora obuertêbant sua?

HVBER. NON hércule. excusátio per iusiurandum, quòd non crédidit ipsam Cithéridam interfutûram eo conuiuio. Sed tamen. alia excusátio cum laude sua exemplo Aristippi philósophi socrátici, q̧ uixit apud Dionýsium Syracusânum. Non erúbuit. non uéritus est, neque existimâuit sibi turpe. Obiectum. uitio datū. Habere eum Láyda. cum ambiguè hoc dicâtur utrum eum habère Láyda, an Layda habère eum intelligâm⁹, ille expressit his uerbis, hábeo Láyda, non hábeor à Layde, id est non sum in potestâte sua, quia non potest me peruértere. Fuit autem Lays scortum Corinthi notíssimum. Ouid. in. 1. amorum. Qualiter in thálamos formosa Semirâmis iste dícitur, & multis Lays amata uiris, Græce hoc melius. sic enim dicit, ἔχω μὲν τὴν λαΐδα, οὐ λαΐδος δὲ ἔχομαι Istorum. talium sicut est uersâri cum muliéribus. Ne iu. qui, cum magis calêbam sanguine & debúeram esse ad talia prónior. In gémitus & risus. quia & dóleo incómmodis reipubl. & irrídeo qui stultè agunt, cum se sapientes putent: póssumus tamen légere & in gémitus & in risus, id est quòd fáciat me & ridêre & flere, ideò interpósuit ut dicit, quia ita solêmus plerunq; dícere, loquor quòd fáciat mihi & fletum & risum, & hanc lectiônem magis probo. Id melius. scilicet fecisti. Philósophum. quidam intélligunt Diônem, de qao suprà. Dixisti si quis quę. id est dixisset si quis quærere, ut, scílicet quęreret se enim responsûrum. Quæreret cænam à me, id est díxeris te quærere, an ego cœnam darem: alii legunt amœnè, ut sit iucundè & facetè díxeris te quærere cœnam. Ille uero utpote qui erat philósoph⁹ credêbat te quæsitûrum ab eo res philosóphicas, nō autem cœnam. Vnū Cæ. an innumerabîlia, hæc enim quæstio ad philósophum pértinet. Aduertendum est autem cælum neutri generis in plurali, cum dixit innumerabilia, ubi subaudiendum est cæla, nisi uelímus crédere Seruio, qui dicit in subauditiône ea poni, quæ dici non possunt, ut apud Virg. in Bucco. Bisque die númerant ambo pecus, alter & hœdos. ubi uult alter de nouerca intelligendum apud idóneos, tamen in plurali ra-

Layda

Non mehercule suspicatus sum illam affo re. sed tamē ne Aristippus quidem ille socraticus erúbuit, cum esset obiectum habere eū Láida. *Hábeo, inquit, non habeor à Láide. Græcè hoc melius: tu si voles interpretábere. Me vero nihil istorum, ne iuuenem quidem mouit vnquam, ne nunc senem. conuiuio delector: ibi loquor, quod in solum, vt dicitur, & gémitum & in risus máximos tránsfero. An tu id melius, qui etiam in philosophum irríseris? Cum ille, siquis quicquid quæreret, dixisset, *cœnam te quærere à mane dixeris. Ille vero te putabat quæsitûrum, vnum cœlum esset, an innumerabilia. Quid ad te? At hercule cœna nunquid ad te? ibi præsertim. Sic igitur viuitur: quotidie aliquid legitur aut scribitur. dein, ne amicis nihil tribuamus, epulamur vna, non modo non contra legē (si vlla nūc lex est) *sed etiam intra legem, & quidē aliquanto. quare nihil est qđ aduentum nostrū extimescas. non multi cibi hospitem accipies, multi ioci. Vale.

Ex. xxvi. Epistola. Accubueram hora nona.

Infra Eutrapelum Cytharista cubuit. In eo igitur, quis conuiuio, Cicero ille quem expectabā. An tu id melius, qui etiam in philosophū irriseris. Cum ille, si

ro reperitur.

quis, quicquid quæreret, dixisset, cœnam te quærere à me ne dixeris. Ille uero te putabat quæsiturum, unum an cælum esset? an innumerabilia? quid ad te? At hercle cœna, non quid ad te, tibi præsertim.

ro reperitur. Quid ad te. s. pertinêbat quérere esset ne unum cælum an plura. At cœna nunquid à te. s. pertinêbat quærere. Tibi. pro te. q. d. immo pertinêbat. Sic igitur. redit ad conclusiônem suæ uitæ. Sic. ut dixi in conuiuiis amicôrum, uel sic. ut iam dicam. Ne nihil tribuâmus amicis ut etiā obsequâmur amicis, ut ne uideâmur eos omnino neglígere. Epulêmur. faciâmus cōnuiuia. Non contra le. i. non solū, non plusquā cōcêdat lex sumptuária de cōuiuiis. Sed etiā intra legē. i. frugalíssimè & parcíssimè. Si ulla nūc lex est. quia ut álio loco suprà díximus ex authoritâte Macro. nō multæ leges sumptuáriæ latæ essent: ita tamen obsoléuerant propter luxúriā gulæ illius séculi, ut ferè abrogâtæ uiderētur. Aduentum nostrū. promíserat enim se itûrū ut eum uíseret. Non multi cibi. quod dicit in alio loco non edacem. Sed multi ioci. i. facêtum & iocôsum. i. habêbis hóminem ualde facêtum, non autem ualde edâcem.

ET si, id est quanquam, mínimum, id est mínima pars esset mihi in cœna. Quod ζήθημα, id est quam questionem, unum. i. solum, tu posuisti. i. proposuisti, Diôni philósopho, hoc est si mínimū esset in cœna, quid faciendum sit tamen. i. licèt minimum sit, non repério quid faciā prius quàm cónferā me dormitum. s. quôd melius esset quàm cœnâre utcunq; si non lautíssimè. Audi réliqua. Cítheris meretrícula famosíssima, accúbuit infra Eutrapêlum. s. Volúmnium, quod uocábulum signíficat facêtum. Igitur, inquis, Cicero ille. s. nobilíssimus orâtor, quem expectâbam. i. de quo quidem in eius laudem ut tunc notum erat, rétulit, quòd eum unum expectabat. i. ex ómnibus unum aspiciêbat, & ob cuius os. i. oris facúndiam & uultus eloquéntiam, Graii. i. Græci obuertêbant ora sua, dolêbant. s. se etiam eloquētia ab Românis uinci, sup. accúbuit aut fuit in eo cōuiuio, in quo scilicet meretrícula áderat. Mehércule. inquit Cicero, ego non sum suspicâtus illam affôre, sed tamen. i. nihilóminus, sup. nō fuit tanto dedécori mihi: nam Aristippus quidē ille. s. notíssimus, Socráticus. i. Socraticę disciplinæ nō tamen uitæ sectâtor. quia Socrates summópere continéntiā laudâbat, unde in eos, qui uerbo & nō facto eum imitabantur dicit Iuuenâlis. Cum sis inter Socráticos notíssima fossa Cynêdos. nō erúbuit cum esset obiêctum, eum habêre Láyda, meretrîcem Corínthiam superbíssimam, quia inquit, hábeo Láyda, non hábeor à Láyde, quia non cœpit me hoc sup. dícitur melius. i. elegantius græcè: tu interpretábere. s. latinè si uoles, me uero nihil horum mouit. i. affêcit unquam, ne quidem. i. non etiam iúuenem. i. cum essem iúuenis ne. i. nedum nunc senem. Ego delector non meretrîce, sed conuíuio. Ego loquor ibi áliquid, quod. s. dictum in solum ut dicitur. i. quod nullius testimonio possit redárgui, cum unîus testimónium nullum sit: solent autē qui libérius loquuntur in mappam se inuóluere, sicque dicta sua præfâri, & tránsfero. s. in cœnam, & gémitus & risus máximos, idest omnia tam tristia quàm læta. An sup. fecisti melius, qui &c. Reliqua aperta sunt. ASCEN.

*P.V.C. HABEO inquit, non habeor à Layde. Sic omnes uéteres libri, non ut Manutii iterum iam impresserunt. Habeo, inquit, Laida, non habeor à Laide. Suspicari potius aliquis posset, ne semel quidem Laidis nomen ponendum esse, ne dum bis collocetur: nam in Græco Aristippi dicto, quod à nobis apud Athenæum inuentum est, nusquam est, & hæ uoces, quanto magis breues, concisæque sunt, tanto magis elegantes, & acutæ uidentur. Quod ex plurimis ueterum apophtegmatibus facile intelligi potest: sunt enim illa pronunciata mira breuitate. Demetrius etiam ille Phalereus hoc aperte docet: ipsius enim uerba sunt in commentario περὶ ἑρμηνείας: Ἔστι δὲ ἀποφθεγματικὸν ἡ βραχύτης, præterea Cicero in Lælio, cum naturam apophtegmatis exprimeret, inquit: Multa breuiter, & commode dicta memoriæ mandabā. Et hæc fortasse causa est, cur Cicero existimârit, melius hanc sententiam Græce dici posse, quam Latine, quòd breuius, concisiúsque eo sermone enuncietur: nisi potius quia non eandem uim apud Latinos homines habet HABEO, quam apud Græcos ἔχω: & HABEOR, quàm ἔχομαι: doctiores hoc iudicabunt: Clemens etiam ipse in II. Stromate uocem hanc Aristippi, non tam presse tamen concinnéque eam protulit: hæc ipsius uerba sunt. ταύτῃ δῆλον ὄντι τῇ δόξῃ καὶ ἀρίστιππος ὁ κυρηναῖος προσέχων τῇ ἀλήθειαν εὐχόντος ἔφη. ὁ δ᾽ ὀνειδιζόμενος [illegible] σωμάτων ὁμιλεῖν τῇ κορινθίᾳ ἔχω γὰρ ἔλεγεν λαΐδα καὶ οὐκ ἔχομαι ὑπ᾽ αὐτῆς. Sententia igitur hic contentus fuit uerba non ualde eleganter composuit.

*P.V.C. ET gemitum, & in risus maximos transfero. Hæc nostra est in cunctis à nobis antiquis codicibus inuenta lectio: alii & gemitū etiam emendant, quos nec reprehendo, nec laudo, locus sane obscurus est. Quare cum ante de omni hac parte accuratè disserúerim, uerbum de ea amplius non faciam.

*P.V.C. CENAM te quærere à mane dixeris. Ita sane olim ímprimi iússimus, quam lectionē alii postea probârunt ac receperunt: ueruntamē cū accurátiùs de hac re cogitarêmus, animaduértimus ómnibus in locis ubi A' MANE est, sequi statim AD NOCTEM, aut AD VESPERVM, quemádmodum Plautus sæpe locûtus est: quod scrúpulum mihi iniêcit an cum id seruâtum hic nō sit, mendum insit: & nunc prior lectio accōmodátior sit. Hirtius tamen libro dixit: Præsertim cum mílites à mane diei ieiunii sub armis stetissent defatigâti.

FINIS

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARVM LI. X.

Cicero Planco S.D.

ET ábfui proficiscens in Græciam: & pósteà quàm de meo cursu reipublicæ sum voce reuocâtus,

HVBER. ET abfui. Quoniam huius libri & sequentis epistolârum omnium argumenta ex história sumunt, ne in quálibet epístola idem narrâre opus sit históriæ seriem paulo altius repetendam putâui, quo facílius omniū epistolârum arguméta páteant, quę multis aut incógnita sunt, aut falso expósita propter ignorantiam históriæ, quàm breuíssimè igitur fieri potest enarrêmus, máximè Appiânum secûti. occiso C. Iulio Cæ. in senâtu cum uarii motus amicôrum essent, & alii laudârent interfectôres, à quibus uiderêtur inítium libertâtis profectum esse, alii irritâti oratiône M. An. qui explícita ueste Cę. cruenta & énsibus perforâta, de tanti uiri crudêli cæde conquestus erat, ortæ sunt ma-

gnæ seditiônes, & deinde etiam inter ipsos bella ciuília, de prouinciis enim contendêbant. Siquidem M. Anto. D. Bruto diffidens Celtas ei erípere conâtus est, ac pro eis Macedóniam trádere, ut ipse testatus est in oratione, quam habuit ad populum. Factæ igitur sunt uáriæ partes: nam Ant. bellissimôrum uirorum legiones quatuor adhæserant. Lépidus uero quatuor in Iberia legiones habêbat. Asinius Pollio duas. Plancus in áltera Celtárum prouíncia tres, qui Antonii partes, ut scribit Appiânus electúri uidebantur. Cæs. autem Octauiânum duæ legiones delectorum sequebantur, quæ ab António ad ipsum transíerant. Tirônum item una. Duæ ex primis cũ eo militántibus, nec hæ número perfectæ ut armis instructæ omnes. Sed ex nóuitèr delectis suppletæ fúerant. M. autem Anto. in Celtas profectus cum Décio persuadêre nequisset, ut in Macedóniam transíret, ubi eum superâuit, ad ciuitátes ire properâuit, à quibus cum esset accédens & ueritus esset Décius, ne ab omniũ prohiberêtur introítu: itaque fictis líteris sibi à senâtu rédditis, à quo cum exércitus prope Romam euocarêtur, eo modo in Itáliam ire perégerit. Recipientibus illum cunctis uéluti redeuntem usque Mutinam progressus est, ubi statim portas concludi imperâuit, & Mutinensium omnia ad uictum necessária in medium afferre, & eo modo Anto. expectâuit, contra quem Anto. ira delâtus, Mutinæ urbem muro, fossáque præcinxit, sic ut Décius obsidióne præmeretur. Quare Ci. pro Décio agente, ut Anto. hostis iudicarêtur cum Pisone An. partes defendente, id impetrâri potuísset: promíssum est tamen Ci. ut legâtis mandata tradenda perscríberet, qui ita díscitur scripsísse, ut Ant. confestim Mutina discéderet, Céltica prouíncia Décio concederêtur, quæ intra Rubicónem amnem, qui Italiam Celtis diffinit, sita est: his mandâtis Anto. tráditis, Anto. uehementi ira cóncitus, multa in senâtum, multa etiam in Cice. acerbíssimè dixit, & cum mandâtis parêre noluísset, senâtus eum statim hostem iudicâuit, & omnem exércitum, qui cum eo erat, nisi statim ab eo discéderet. Verũtamen discedêre An. ab obsídione inclinante iam hyeme Décius fame labórat. Itaque Hircius & Cæsa. propius Mutinam castra mouent, ne deficiente Decio exércitum An. sibi uindicâret. Liberáto itaq; Decio Mutinensi obsídione à Cæ. senâtus nõ satis gratus in eum fuit, qui decreto honore triumphi Cæ. militúmque eius, mentionem non satis gratam hábuit, ob quæ Cæsa. reconciliata per M. Lépidum cum M. Anto. gratia, Romam cum exercitu uenit, & perculsus aduentu eius iis, qui in eum iniqui erant, cum. XVIII. annos habêret consul creâtus, qui statim tulit legem de quæstione habenda in eos, quorũ ópera pater occísus est, postulátque ut ea lege M. Bru. C. Cas. D. Brutus absentes damnati sunt, cum M. Anto. & Asínius Pollio, & Munátius Plancus cum exercítibus suis coniuncti uires ampliassent. D. Bru. cui senâtus, ut sequerêtur Anto. mandâuerat, relictus à legiónibus suis cum profugísset iussu An. in cuius potestátem uenerat, cæsus à Capeno, Sequanæ interfectus est. réliqua quæ sequũtur sunt de triumuirátu Cę. & An. & Lep. quæ quia non multum pértinent ad hunc locum & ad has epístolas, silentio prœteribo, Quæ autem hoc loco narráta sunt, partim ad decimi, & partim ad undecimi lib. argumenta pertinébunt: aliaque pars uni epistolæ pértinet alia alii, cum igitur in his tantis periculis reipub. uererêtur Ci. ne Plancus coniungeret se cum M. Ant. neque id apertè díceret M. An. in odium addúcens hortátur Plancum, ut in remp. tuendam & conseruandam incumbat præcipuè cum speráret habitúrum consulátum in annum sequentem, se autẽ pollicetur habiturum eum charum tum eius causa, tum etiam causa reipub. Postremò ostendit ea sibi gratíssima esse quæ Plan. in Furnium cónferat. At abfui. quidam dicunt Ci. tædio discordiârum urbanárum se in Græciam consulto contulísse, sed hoc constat esse fallum, nam legâtus in Græciam profectus est, ut ipse ad Atticum scribit ea Epistola quæ incipit, Mi Attice uéreor, sic enim inquit proficíscor, ut constitúeram, legâtus in Græcian credis, impendentis periculi nonnihil uitáre uídeor, sed cassúrus in áliquam uituperatiónem, ꝙ reipub. defúerim, tam graui témpore &c. Ergo proficíscens, id est abiens, scílicet legâtus: non autem dixit profectus, quia antequam functus esset legatiône, coactus est redíre ut reipub. prodesset, ideo dixit non hóminum, sed reipub. se uoce reuocâtum.

PHI. Plancus Plotus Symphotium Cossus Agrippa Pansa Flaccus Lentuli Pisones Fabius Maximus Cicero Naso Nero Cato Scipio Tudides Cecilii Cecilia Serpens Lucii Lucani Manii Sexti Quíntiliani Titi Tulii Cæsares Messanæ Aphrican⁹

ET si abfui. Igitur de insolentia atque crudelitâte M. Antonii, quemádmodum tunc consul omnes leges iudícia, & sanctos ciuitatis mores ita pessúndabat, ut ne uestigium quidem ullum ciuitâtis relinquerêtur, & sic eum addúcit ad odium, uéritus ne Plancus cum M. Anto. coniungerêtur aduersus rempub. ágitur inde de expectatione consulâtus Planci in annum sequentem, & quantópere cónsulem ipsum uidêre cúperet, ut reipub. subueníret, quam M. Anto. occupâre conabâtur. Postremò Furnium familiârem suum illi ualdè commendat, & dicit esse sibi grata, quæ in illum contúlerat. Cn. Plancus ciuis Ro. fuit, & qui Ci. in Macedónia exulantem hospitio suo benignè suscépit. Sed quoniam ficta quædam Romanorum nómina, & audíuimus sæpe & légimus ut Plancus Plotus, eorum orîginem nosse non iniucundum puto. Plancus ꝙ planis sit pédibus est appellâtus Planca enim planæ cuiusdam tábulæ significatiônem capit. Plotus qui spatiosus est plantis & amplus. Vt illa Virgilii spaciósa pródiga planta. Vnde plautus est dictus quasi Plotus, ut plaustrum plostrum. Vnde symphotium calciamenti genus, quo uenatôres utuntur, utrique pedi aptum. Cossus qui rugosus esset. Sunt enim cossi uermes quidam rugósi, qui in códice résident. Agrippa, qui ante pedibus quàm cápite ex útero matris óritur, quem partum difficilem & periculósum esse commémorant, quòd ægre náscitur. Pansa à propenso uentre. flaccus à flaccidis & lánguidis aúribus. Item à leguminum generíbus illa sunt inuenta uirorum nomina Léntuli, Pisonis, Fabii. At Plutar. in uita Fabii Maxi. dicit quendam tradidísse ab agrôrum fossióne fodios olim appellatos fuísse. Postea duabus literis commutátis, Fabios dictos. Item maximum appellatum dicit illum, qui nobis cunctando restituit rem à maximo Raylo, à quo Fabiorum genus descẽdit. Ci. uero dictus quòd nescio quid in speciem cíceris in extrema parte nasi ortum sit illi, qui primus ex illa família Cic. nominatus est, à quo omnes deinde Cicerônes appellâti. Nasoni Ouidio nomen índidit nasi magnitúdo. Sabínos uiros fortes Neronis nomine appellábant, & sapientes Catônis appellatione dicebâtur. Scipioni nomen dedêrunt Græci, qui baculum Scipiônem dicunt: & is Cornelium patrem lumínibus captum tanquam báculus regébat. Tuditani à capitis forma nomen accepêrunt. Antiquitus enim Mallei Tudídes dicebantur, & in mallei símilitúdinem caput illius familiæ primus habêret, uisus est à cæcutientibus oculis Cecilii. Vnde serpens sine óculis Cecilia nominátur. Lucii & Lucani à luce. Manii à mane. Sexti Quinti Decii à numero appellati, & à Quintilio Quintiliani ipsi Lupercinii, quibus præerat Quintílius. Titi à titis milítibus, qui à tutando pátriam Titi sunt appellati. ut Persius. Ingentes trepidâre Titos. Lege festum. Tulii ab aquarum riuis, qui Tulii nuncupantur. Cæsares qui & Cæsones à cæso uentre matris appellantur. Messani à Messana urbe Siciliæ nobilíssima, quam Valerius Máximus cœpit, nomen adiunxit, ut Scipiónibus Aphricanis deuícta Carthago in Aphrica, Metello Numídico

lo Numídico, Numídia. Item Asia auri pondus in forum deferens dedit Cornélius cognomentum. Quid quod etiam uiro insigni Tremellio Scopha, quẽ famuli sui occíderant cognomẽtum fecit. Lege Macrobium, huius nóminis appellatiônem inuénies, & factum Caii à gaudio parentum dicti. Hæc autem nómina quæ díximus, fermè ómnium in epístolis Cicerônis leguntur, ideo hic apponenda putáui, & quod promíssimus in principio huius óperis seruarêmus. Sed redeâmus ad inceptum. Abfui. agnominátio. In Græciam. quando uidit Antonium cónsulem post mortem Cæsaris mutasse uoluntátem & rursus ad seruitútem spectâre, Cæsiúmque & Brutum Cæsaris interfectóres tutò Romæ esse non posse, & ipse hoc uidens in Græciam proficíscí constítuit, cum legâtus fuisset à senatu electus, ut iret in Græciam, cuius legatiônis in epístola ad Atticum méminit his uerbis. Mi Attice proficíscor, ut constitúeram legâtus in Græciam, impendentis periculi non nihil uitâre uideor, sed cassúrus in áliquam uituperatiónem, quòd reipubli. defúerim tam graui témpore & in Leucopétram tunc uento asportâtus, Romam redíre decréuit. Immo à senatu reuocatus est in urbem, ut in præsídio esset labenti reipub. & sic nondum functus legatióne reuersus est, ut inquit, non hominum uoce sed reipub. reuocâtus, uerum non mélior inuénit quàm discedens relíquerat. Tunc enim Anto. sibi non obscurè dominâtum parâbat, & réditum Cicerônis molestíssimè ferens, multa minâtus est. Accessit in senâtum Cic. & de Anto. cõquestus est ac de repub. rétulit longa quadam oratione à morte répetens Cæ. usque ad illum diem, & mutátam An. uoluntâtem non trépide accusâuit, & sententiam suam de republi. ómnibus patefécit, qua oratione Antónius uehementèr accensus inuectiuam in Cicerônem per. XVIII. dies meditâtus in curia recitâuit, postea in scriptis édidit, nec amplius à maleuolentia déstitit.

Caii

Cæsaris interfectores.

ASCEN.

ET abfui. Si argumenta huius libri & undécimi agnóscere uis, Hubertînum légito, qui plura narrat. Igitur de insolêntia atque crudelitâte M. An. quemadmodum tunc cõsul omnes leges iudícia & sanctos mores ita pessúndabat, ut ne uestigium quidẽ ullum ciuitatis relinqueretur. & sic addúcit in odium ueritus ne Plancus cum M. An. coniungerêtur aduersus rempub. deinde de expectatióne consulâtus Planci, in annum sequentem, & quantópere eum cónsulem uidêre cúperet ut reipub. subueníret, quàm M. Anto. occupâret, conabâtur. Postremo Furnium familiârem suum illi commendat Cn. Plancus ciuis Ro. qui Ci. in Macedonia exulantem hospitio suo suscépit. Plancus autem, ut inquit commentárius, à planis pédibus cognómen sumptum, nam planca est taro símile est Athénas, & quòd póstea quàm reuocâtus sum de meo cursu, id est incœpto itínere, uoce reipúb. non quòd respub. uocem hábeat. sed quòd præséntiam suam reipu. necessáriam & ab ea éxpeti nosset.

Plancus

Ordo

ET ábfui proficíscens in Græciam. Vnum est, quod quamuis parui omnino pónderis fortassè multis uidêatur, cum plúrimis in locis inuénerim, hîc potíssimum annotâre uólui, in Medicæo códice AFVI, scriptum est: quod semper ille seruat: cum F séquitur, ut posteriórem præpositiónis líteram abiiciat: cuius rei Grammática si cùm causa factum est, ratiônem inuénient: ego tamen hanc animaduersiônem spérnere nolui ad Appiũ, Vt cùm tam longè afutúrus essem. ad Trebatium, Sin frustrà diútius afúeris. ad eundem: Eram enim mense Decembri ad Cornificium, si culpa à quibusdam afuísset. in epist. Léntuli. Tantum enim áfuit. & aliis ómnibus in locis. In Pandectis etiã Florentinis idem semper obseruâtum est, quo libro nullus nec antíquior, nec integrior esse éxistimâtur. Hoc tantum uariâtum est hac parte in antiquis quos uidi: nam non multò post uulgâta m lectiônem habent.

*P.V.C.

nunquam per M. Anto. quiêtus fui: cuius tanta est non insolêntia (nam id quidem vulgâre vítium est) sed immánitas, nõ modo vt vocem, sed ne vultum quidem líberum posit ferre cuiusquam. Itaque mihi máxume curæ est nõ de mea quidem vita, cui satisfêci vel ætâte, uel factis, vel (si quid etiam hoc ad rem pértinet) glória, sed me pátria solícitat, imprimísque mi Plance expectátio Consulâtus tui: quæ ita longa est, vt optandum sit, vt posímus ad id tempus reipúb. spíritum dúcere. Quæ potest enim spes esse in ea repu. in qua hóminis impotentíssimi atq; intêperantíssimi armis oppressa sunt oĩa? & in qua nec senâtus, nec pópulus vim habet vllam? nec leges vllæ sunt, nec iudícia, nec omnino simulâchrum áliquod, ac vestígiũ ciuitâtis? Sed quum quoniam acta ómnia mitti ad te arbitrâbar, nihil erat quod síngulis de rebꝰ scríberem. Illud autẽ erat amoris mei, quẽ à tua puerítia susceptũ nõ seruâui solũ, sed etiã auxi: monêre te atq; hortâri, vt in rẽp. omni cogitatiõe, curáq; incũberes. Quæsi

nunquam per M. An. quiêtus fui. i. nunquã M. An. relíquit me quiêtũ, sed assíduè uexâuit. Insolêtia. arrogántia, temêritas. Vt non modò. i. non solũ non possum pati, ꝙ quisquam líberè lo quâtur, sed nec etiã quòd quisquã uultu ipso ostendat hilaritâtem & constántiam áliquam, uellet enim omnes esse mutos & exanimâtos. Vel ætâte. quia iam sum senex. Vel factis. quia quãdocunq; nõ móriar sine glória & laude rerũ gestarum: mors autem terríbilis est iis, quorũ cũ uita omnia extinguuntur, non his quorum laus émori nõ potest. Pátria. amóre pátriæ. Expectátio. spes ita longa est: ad effectum enim hoc dixit erat enim futura in sequentem annum. Spíritum dúcere. uíuere, proferre uitam. Hóminis. M. Anton. significat. Vllam uim. ullam potestâtem. Simulâchrum. imago. Vestígium. signum. Ciuitâtis. ciuitas enim est hóminum cœtus congregâtus ad iure uiuendum. hic autem nullo iure útitur. Acta omnia. gesta quæ scripta sunt, appellabantur enim acta. Iuue. Cúpient & in acta referri. Susceptum. inchoâtum. Incúmberes. in rempub. Enítéris. pro repu.

Insolêntia

Ciuitas

Acta

HVBER.

PHI.

PER M. Antónium, qui me nunquam quiêtum esse permísit. De meo cursu, usque ad Leucopetram. Voce reipub. quam consequentem & me reuocantem audíui. Fui. abfui, & fui, agnominátio. Insolêntia. arrogántia, superbia. Vulgare. ómnibus notum quòd sit insolens & superbus. Immánitas. ab in, & mano, quod antiqui dicébant bonum. Ferre. uellet enim ut omnes essent muti, & quasi mórtui. Vel ætâte. quo-

niam sum iam senex, satisfeci inquit uitæ meæ, his tribus ætate factis & glória quod diu uixi, multa feci & máximam gloriam consecutus sum. Vel factis.rebus gestis, quæ immortalitatis gloriã pollicentur. Sollícitat.mordet me patria, quam uideo in seruitutem cádere. Longa.in futurum próxime annum, sed longa uidebatur expectãti. Spíritum dúcere, uíuere usque ad diem consulátus tui. Hóminis:M.Antonii. Nec senátus. Repetitio.Sic in paradóxis. Vim.potestátem. Ciuitátis.quia ciuitas non est nisi iure uiuéntium. De síngulis rebus, particulátim. Nihil erat inquit,quod particulátim ad te scriberem,cum ómnia generáliter acta à te mitti arbitrábar.Verum ad me pertinébat,ut te monérem. Incúmberes. Pro statu reipúb.studéres.

ASCEN. ¶ NVNQVAM fui quiétus per M.Antónium.id est propter moléstiam M.Antonii:cuius,scílicet M.Antonii tanta est insoléntia,scílicet in dicendo:nam id quidem,scílicet insoléntiæ uítium,est nítiũ uulgáre,sed tanta est immánitas,id est ferócitas efferáta,ut non modò non possit ferre,id est pati uocem,id est loquélam cuiusq; sup.líberam,sed né quidem,id est nõ sáltem uultum líberum,id est libertátis ánimi índicem, quasi dicat lætum & ingénuum. Ita.id est ita máxime curæ est mihi,non quidem de uita mea,cui satisfeci,hoc est quam consummáui,uel ætáte,uel factis,uel glória,si etiam hoc,scílicet gloriam assecutum esse pértinet : quod, id est áliquid, aut in áliquo:ad rem non dicit quid sibi curæ sit,sed intellígimus Antonii immanitátem frángere, aut rempu. liberári ab eo,aut quid símile,quod ad alia tránsiens neglexit dícere.Sed pátria sollícitat me,& imprimis,id est præcipuè ô mi Plance,expectátio est ita longa ut sit optandum,id est ut habeámus optáre, póssumus dícere, id protráhere spíritum,scílicet uitálem,id est prodúcere uitam,sup.usque ad id tempus, scílicet quo consul erit, quod paulo post euénit.Docet autem cur eius consulátum tantópere desyderet dicens. Enim.id est quia,quæ spes,scílicet libertátis potest esse in ea repub. in qua ómnia sunt oppressa armis hóminis impudentíssimi atq; intemperantíssimi,scílicet M.Antonii,quasi dicat nulla. Et in qua,scílicet repub.nec senátus nec pópulus habet ullam uim, id est potestátem, cum tamen per senátum senatusconsulta & per pópulum plebiscita sóleant & débeant fieri. Et in qua supple nec ullæ leges sunt,sup.quæ seruarentur,nec iudícia,scílicet iusta & líbere ac legítime prolàta,nec omnino simulâchrum,id est imágo ac uestígiũ áliquod ciuitátis, id est communitátis ciuium sub unis mœnibus légibus,uiuéntium. Sed quando. id est quóniam ego arbitrábar ómnia acta, scílicet in repub. hoc est in publica instrumenta, & scripta actórum mittiad te, scílicet per amicos & familiares tuos, nihil erat quòd scríberem,id est scríbere debérem de rebus síngulis, id est seorsum de unaquaque re. Transit autem ad álteram partem epístolæ,quæ est amóris cõfirmatiua dicens. Illud autem.s.quod séquitur,erat amóris mei.s.in te,quem.s.amórem susceptum.i.pie & benéuole receptum à puerítia.s. tua, nam Plancus longe iúnior erat non solùm seruáui,sed etiam auxi,illud inquam,uidélicet monére atque hortári te,ut incúmberes.i.

HVBER. innitáris in remp.omni cogitatióne & cura,quæ scílicet respu.si prodúcitur.i.manet in uigore & libertate sua. ¶ TVVM tempus.i.ad tempus tui consulátus. Fácilis gubernatio est.quia sápiens & bonus ciuis. Vt perducátur autem.sensus est,si póterit resp.perdúci ad cõsulatum tuum,óptime gubernábitur, sed opus est magna diligéntia nostra, & etiã fauóre & fortúna perducátur,ut ne ante ópprimã pénitus. Aliquanto. antequàm geras consulátum. Habébimus. hic,Romæ. Et præterquàm.i.& licet propter remp. cui es profutúr? débeam curáre dignitátẽ tuam,tamẽ etiam propter te hoc fácio,quia ita reip. satisfáciam & amicítiæ nostræ. Humánitas . uel manuetúdo. uel doctrina. Nec miror.quia noui sapientíssimum. Iudicii.bene de eo sentiendo. Officii.benefaciendo. Ita in eam partem.

PHI. ¶ AD tuum tempus.ad consulátum tuum. Ante. scílicet quàm uéniat tempus consulátus. Vt perducátur hoc opus,hic labor est, ut deducì possit ad consulátũ tuum.quod si póterit óptime gubernábitur. Præterquam,hoc est tametsi pro repub.débeam ómnia fácere:tamen dignitas tua in primis me mouet,ut hoc fáciam,& sic tam reip. quam tibi me satisfactúrum intélligo.Consiliũ.artículus. Sanctíssimè.sine corruptióne. Colendam.amandam.Terent.Quippe forma impulsi nostra nos amatóres colunt. Fúrnium.gratiósa commendátio. Iudicii. de eo benè iudicando. Officii.magna in eum benefícia conferendo.

ASCEN. ¶ AD tempus tuum.i.donec consul eris,gubernátio est fácilis.s.deinceps futúra. Autem.i.sed , est magnæ tum.i.páriter diligéntię , tum.i.pariter fortunæ, id est prósperi euentus, quia non ómnia quæ diligentèr conámur,assequimur,refragante fortúna,ut.s.resp. perducátur usque ad tempus tuum . Sed & habébimus te aliquandò ante.s.quàm consul fias,ut spero,& prætérquam ꝙ debémus consúlere.i.prodesse & prospícere reipub. Tamen aut cum.i.insuper,fauémus dignitati tuæ,ita ut cõseràmus omne consiliũ,studium,officiũ nostrũ & sup.oẽm óperã,laborẽ, diligentiã ad amplitúdinem tuam.s.fouendam. Ita.i. & sic intélligo facílime me satisfactúrum,&,id est símul,reipub.quæ est charíssima mihi,& amicítię nostræ,quam puto colendã nobis sanctíssimè,id est inuiolatíssimè. Ego nec miror & gaúdeo, scílicet insuper Fúrnium nostrũ.s. cõmũnẽ amicum, ad tuum tempus perdúcitur,facilis gubernatio est : vt perducátur autem , magnæ diligentiæ est, tum etiam fortunæ. Sed & te aliquanto ante (vt spero) habebimus:& præterquàm quòd reipub.consulere debemus,tamẽ tuæ dignitati ita fauémus,vt omne nostrum consílium, stúdium, officium, óperam,labórem,diligéntiam, ad amplitúdinem tuam conferámus . Ita facílimè & reip.quæ mihi charíssima est:& amicitiæ nostræ , quam sanctíssime nobis colédam puto,me intelligo satiffacturum.Furnium nostrum tanti à te fieri, quantum ipsius humanitas & dignitas postulat, nec miror & gaudeo:teq; hoc exístimare volo,quicquid in eum iudicii officiiq; cõtuleris:id ita me accipere , vt in meipsum te putem contulísse. Vale.

N.Scœlsii Luttarei super M.T.C.Epistolarum familiarium Lib.x. Variationes.

¶ Ex.I. Epistola.Et abfui proficiscens.

¶ Quæ potest enim spes esse in ea repub. in qua hominis imperiosíssimi,atque intemperantíssimi armis oppressa sunt omnia? Vt in repub.omni cogitatione, curáque incumberes. Sed & te aliquando , ut spero, habebimus.

amicum,fieri à te tanti,quantùm humánitas & dignitas ipsius póstulat,& uolo te exístimáre,idest opinári hoc, quicquid iudicii,id est bonæ æstimatiõnis,& officii,id est beneficii contúleris in eum, me accípere id ita ut putem te contulísse in meipsum,id est benefícium impendísse mihiipsi. Vale.

Cicero Planco S. D.EPIS.2.

MEum stúdium honóri tuo ꝙ necessitúdine nostra nõ defuísset,si aut tutò in senátum, aut honestè venire potuíssẽ. Sed nec sine periculo quísquam de Repub. líberè sentiẽs versári potest in summa impunitáte gladiórum:nec nostræ dignitátis vidétur esse, ibi sententiam de Repub.dícere,vbi me & meliùs & propiùs audiant armáti,q̃ Senatóres. Quapropter in priuátis rebus, nullum neq; ofícium , neq; stúdium meũ desyderábis: ne in públicis quidẽ,siquid erit,in quo me interesse necesse sit,vnquã déero,ne cũ periculo quidem meo,dignitáti tuæ. In iis aũt rebus,quæ nihilóminus vt ego absim, cõsici possunt , peto à te vt me rationẽ habére velis & salútis & dignitátis meæ. Vale.

¶ Ex. II. Epistola.Meum stúdium honóri tuo.

¶ Sed nec sine periculo quisquã líberè de rep.sentiẽs uersári potest in summa immunitáte gladiatórum.

MEVM stúdium. Scripserat Plancus ad Cícero.se intellexisse honórem suum non fuisse ab eo defensum sicut promíserat. Itaque Cic.hac epístola se purgat,& dicit nulla alia causa id prætermissum esse,nisi quia non licuisset ei tutò in senátũ ire,aut líbere sententiam dícere propter M.Anto.qui armátos in senátum introducébat,contra quem si quispiã dixisset,uidébat sibi manifestíssimũ periculum uitæ. In iis autẽ in quibus & cum honóre & sine periculo uitæ posit ei prodesse,pollicétur omnem óperam suam,& etiam cum periculo,si fúerit necesse eum interesse. In iis aũt quibus non fúerit necesse eũ interêsse,petit ut habeãt excusátus,habeátúrq; respectus eius honóris & dignitátis. Stúdium.fauor,diligéntia. Tuto. sine periculo propter armátos,qui impunè interficiébat aduersántes M.Anto. Honestè.quia cõtra dignitátẽ est eo uenire, ubi sententia tua condemnátur. Sed. probátio utriusq; causæ. Impunitáte, licentia, temeritáte, sine punitióne. In priuátis.reb⁹ domesticis,propter quas nõ sit opus uenire in senátum. Desyderáberis. deerit tibi. Id enim desyderábitur à nobis , quod nobis deest. Nec in pub.quia fortasse posset ille dícere se in priuatis nõ egére. Necesse.si non póterit fieri sine me. Nec cum periculo quidem. s. desyderábis officium meum si tales erũt res in quibus necesse sit me interesse. Vt. quamuis. Nihilóminùs.i.quæ possint fieri nõ minus in absentia mea , quàm si essem præsens. Rationem. respectum . Et salútis & dignitátis.i.ut uelis me nihil fácere contra salútem autdignitátem meam. PHI.

Desyderari

MEVM stúdium. Cõmendáuerat Ciceróni dignitátem suam Plancus,ut in senátu laudarẽtur,quæ ipse pro rep.faciébat. Imperátor erat exércitus in Gallia. At Cícero cum Antónius consul esset, & ipsius a libertátis inimicus,nullam habébat in curia potestátem. Quapropter Planco seipsum excúsat.Tantúmq; illi pollicétur quantum potest, sed parũ se posse demonstrat António cónsule,quem ipse latrocinii ducem appellat , à quo & armátos in senátum duci conspiciébat,inde eum rogat tantum sibi óneris imponat,quantum pro eius dignitáte moliri póterit,& suę salúti atque dignitáti cónsulat. Honóri. famæ & dignitáti. Tutò. ideo quóniam tenébant ómnia Antoniáni obsessa armis.Conuocáuerat enim úndique per Itáliam Antoni.ueterános mílites. In senátum.eo die potíssimum,quo Antoni. inuectiuam egit contra Ciceróne,in senatum ire uóluit, sed amíci noluérunt , quóniam Antónius cum magna armatórum cópia in senátum ascénderat. Armáti , contra morem ciuitátis . In senatũ enim armáti prodíre non póterant. Sed.utriusque causæ probátio. Desyderábis.non déerit tibi:id enim desyderári dícitur quod deest. In priuátis . ob quas uenire in senátum necesse non erat. In públicis. quóniam dícere potuísset in públicis,egeo ópera tua,non in priuátis quasi obiectióni respónsio. Ne in periculo quidẽ scílicet déero tuæ dignitáti. Nunquam déero.Pollicétur se nunquam defutúrum dignitáti ipsius Planci,uel si necesse fúerit mortem adíre.Sed unum orat,uelit Ciceróne suæ salúti consúlere,nolítque eum illis interesse negociis,quæ uel absente ipso Ciceróne cónsequi póterit.Timébat enim arma Antonii non parùm. Vt ego absim,tanquam absens sim,nihilóminùs hæc ómnia confici possunt.

¶ MEVM stúdium &c.Scripserat Plancus ad Cice.se intellexisse honórem suum non fuisse ab eo defensum Quocirca se purgat hac epístola Cicero , & dicit nulla ália causa id prætermissum à se,nisi quòd non licuisset sibi tutò in senátum ire,aut líbere sententiam dícere , propter M. Antónium: pollicétur autem óperam suam. Ordo est. Stúdium meum.id est díligens fauor & concertátio,non defuisset honóri tuo, scílicet protegendo si potuissem uenire in senátum aut tuto,id est sine periculo, aut honestè: tutò autem non pótuit tantisper,dum António,honestè uerò non potuisset,si astipulátus fuisset.Sed nec quisquam séntiens líberè,id est ut líberum hóminem decet de repub. potest uersári,scílicet in senátu,sine periculo,scílicet uitæ,in summa impunitáte,id est ubi summa est impunitas gladiórum, id est uioléntiæ armis illátæ : nec uidétur esse nostræ dignitátis,id est pertinére ad nostram dignitátem, dícere ibi sententiam de repub. ubi armáti audiant & meliùs & propiùs, id est de minóre distántia me quàm senatóres. Quapropter tu nullum,id est non ullum, non desyderábis, quia præsens erit tibi,desyderámus autem abséntia,aut non extántia.ullum neq; officium neq; stúdium meum,in rebus priuátis, id est non pertinéntibus ad remp.quæ in senatu agantur , nec quidem , id est non etiam déero unquam dignitáti tuæ in públicis,si quid erit in quo necesse sit me interesse,nec quidem, id est nõ etiam cum periculo meo. Sunt qui legant nunquam , quod si legendum est, ita distínguam. Nec in públicis quidem si quid sit in quo necesse sit me interesse:quia nunquam déero dignitáti tuæ,nec quidẽ cum periculo meo. Autem.id est sed,ego peto à te ut uelis habére rationem, id est benéuolum respectum & curam & salútis & dignitátis meæ,in his,id est huiúsmodi rebus,quę possunt cónfici, id est complete fieri, nihilóminus ut,scílicet demus quòd ego absim,id est licet absim. Vale. ASCEN. Ordo

HVBER. CVM. quum esset Plancus in Celtis cum tribus legiónibus,ut díximus,neque Cice. satis ei fíderet,idque nō audéret apertè dícere, nítitur eum occultè retinére in amore reipubl. primum ígitur dicit se libéter uidísse Fúrnium, tùm per seipsum, tùm quia narrauerat iucundíssima de Plan.& in re militâri & administratiône prouínciæ, póstea uero ex benevolèntia,quam sibi uetustíssimam fuísse dicit cum Plan.cum hortátur,ut incumbat diligenter in tuendâ & conseruandam pátriam, ex qua re dicit eum summam & dignitatem & glóriam adeptûrum, postremò ne uideréture ex diffidéntia scripsísse, dicit se amóre compulsum esse hæc scríbere. Fúrnium, is erat in exercitu cum Planco cius legátus, ut infra uidébimus. Per se.id est sui ipsius causâ. Hoc propter hoc. Prouíncia. Gállia Céltica. Non ignótam mihi, quia sum iam expertus. Suauitátem.scilicet expósuit,id est expósuit mihi quàm suauis & iucunda sit consuetúdo & familiáritas tua. Summàm liberalitátem erga se, id est quàm fúeris in eo tractando liberális & benignus. Quæ ómnia. scílicèt de uirtúte tua in re militâri de iustítia & prudéntia,in administranda prouíncia,& de suauitáte consuetúdinis tuæ.

Cicero Planco S. D. Epist. 3.

Hortatoria.

CVm ipsum Fúrnium per se vidi libentíssimè,tùm hoc libentiùs, quòd illum aúdiens te vidébar audíre. Nam & in re militâri virtûtem,& in administranda prouíncia iustítiâ,& in omni génere prudéntiam mihi tuâ expósuit:& prætérea mihi nō ignótâ,in cōsuetúdine & familiaritâte suauitâtē tuâ adiūxit:prætéreà,summâ erga se liberalitâtē. Quæ ōia mihi iucúda:

PHI. ❡CVM ipsum Fúrnium.claríssimas imprimis Planci uirtûtes ostendit ex eo quod à Fúrnio audíuit. postèà uetustam amicítiam,quam Ci.cum parente ipsius iníuerat, Inde cum eo ipso ab ineunte puerítia confirmáuerat,& hóminem ad capessendam reipub.defensiónem uehementer hortátur, & item ille denúnciat se designátum esse cónsulem atque ostendit amplíssimam uiam non modo sempiternæ laudis & gloriæ cōsequendæ, sed immortalitátis. Postremò hæc oía amóre coactus ad eum scripsísse,demonstrat, & seipsum ómnia pro honóre ipsius studiosè factúrum esse pollicétur. Verebátur aliquántulùm Ci.ne Plancus à repub.desíceret,& M.An.adhæreret,Quum quinq; Plancus legiónes apud Celtas habéret. Erant enim tunc in armis multæ Roma.legiónes, quarum quinq; Plancus, quatuor Lépidus in Hispánia,quatuor M.An.in Itália, & duas Asínius pollio. Item quinque Octáuius,duas quidem Veteranórum Cæ. mílitum, qui ab António ad ipsum se contúlerant tanquā Iulium Cæ.uiuentem.Huiúsmodi autem uáriæ factiónes post Cæ.mortem secútæ sunt,ex quo M. An. explicáta Cæsaris uestę cruenta de nefaria cęde illius conquestus est. Bella deinde ciuília inter eos nata sunt. Cœpit in primis M.An.uelle D.Bruto Celtas erípere,& eorum loco Macædóniam trádere, quod quum persuadére nequiuísset ad eum profectus uicit.Fugiens Brutus Mutinæ se recépit, & ibi ab António obséssus, & uix fauente Ci.per Hírcium & Octáuium liberátus est,& Antónius cum exército hostis à Senatu iudicátus, quomodo senátui parére noluísset,inde fúgere coactus est, Ob quod beneficium in rempub.collátum à Cæ. Octauio haud satis gratus in eum Senatus uisus est cum de triumpho Cæs. & mílitum eius iam decreto mentiónem fecísset, non benignè audítus est,& ex eo iratus Cæsar cum M.An.& M.Lépido societátem iníuit,& Romam cum exército reuersus non plures quàm decem & octo annos natus consul creátus est,& quamprimùm de quæstióne habenda contra Cæ.patris eius interfectóres legem tulit.Qua lege D.Brutus C.Cásius,& M. Brutus absentes postulati & damnati sunt, & quomodo Senátus D. Bruto iussíssiet ut insequerétur Antónium à legiónibus relictis fúgere coactus est,& Antonii iussu,quum in eius potestátem deuenísset à Capéno Sequanę occísus est.Inde triumuirátus dominátio secuta est Antonii, Cæsa.& Lépidi de qua loco suo áliqua dictúri sumus, nunc ad Plancum redeámus. Fúrnium.Legátum Planci. Per se.gratia suiipsíus. Libentíus.aduerte ánimū,quòd quomodo primum díxerit libentíssime áddidit inde libéntius,fit autem hoc licenter,ut comparatiuum transcendat aliquando superlátiuum. Virtûtem.fortitúdinem, quàm illis uerbis ostendit, quibus est usus in epístola ad Senátum.ut ipse ita sum ánimo parátus uel prouinciā tuéri uel ire quò respub.uocet,uel trádere exércitum auxília prouínciámque, ut uel omnem ímpetum belli in me conuértere non recúsem, aut confirmáre pátriæ salútem aut periculum possem morári in re militâri, erat enim tunc imperátor exércitus in Gállia Céltica, & in Castris quinque legiónes habébat. Legiónes inquit hábeo quinque sub signis, & ita sua fide, uirtûtéque reipub.coniunctíssimas. In admi.prouin.iu.unicuique tribuendo quod suum erat. Vnde paratíssimi prouinciáles erant ad ómnia obeunda pro repub.Romana. Ex quo illud est in eius epístola ad Senátum. Prouínciā, ómnium ciuitátum consensu paratíssimam hábeo, & summa contentiône ad offícia certantem. Liberalitátē. qua non solùm Fúrnium obligáuerat,sed totam prouínciam,quod ipse in eádem epístola de se dicit. Et nostra liberalitáte nobis obsequentes.

ASCEN. CVM ipsum &c. Cum esset Plancus in Celtis cum tribus legiónibus, neque Ci. ei satis fíderet, neque tamen audéret id apertè dícere, nítitur eum occultè retinére in amóre. Primùm itáque dicit se libentèr uidísse Fúrnium narrántem iucunda de Planco, quod ex arte facit qua præcípimus ea,quæ ab áliquo desyderámus aut obtinére uólumus, significáre penes illum esse,unde qui misericórdiam petunt misericórdiam laudáre solent, sicut etiam in psálmo. Miserére mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Quinetiam quem immítem putámus si opus sit ab eo misericórdiam imploráre, miséri cordem fíngimus. Quia ergo Plancum in fide & stúdio erga rempub.maximópere manére cupit, dicit se benè de eo spérare, monétque, quod ex more se fácere dicit, ut pátriam tueátur. Ordo est. Cùm. scilicet ita sit quòd uidi Fúrnium libentíssimè per se,id est sua ipsíus causa,tùm, scilicet multomagis est quòd uidi eum libéntiùs, hoc, id est propter hoc quòd ego aúdiens illum,uidébar,scilicèt mihi audíre te. Nam ipse expósuit,id est expressè narrávit mihi, &.i.simul, uirtûtem tuam in re militâri & iustítiā tuam in prouíncia administranda & prudéntiam tuā in omni génere.Pulchrè assignat rebus qualitátes cōgruas.Nā in re militâri máximè útilis est uirtus.i.fortitūdo,quæ ppriè uirtus à uíribus dicit.in prouincia administrāda,ut in ália omni administratiône pública máximè opus est iustítia,

Ordo

iustítia,prudéntia autem ad omnem rem gerendam utilis est.Nam fortitūdo sine prudéntia, teméritas est.Iustítia autem sine prudéntia esse non potest,non enim potest ius suum cuique réddere,qui nésciat quid suum cuiusque sit. Sicut & fortitūdo,quæ uirtus est,sine iustítia non est, immo uirtútes illę quatuor principáles fortitūdo,prudéntia,iustítia,& temperántia sic se habent ut ália sine aliis nulli plenè contingat. Et prætérea,i.præter dictas uirtútes tuas, ipse adiunxit.s.narrando mihi suauitátem tuam in consuetúdine & familiaritate non ignótam,immo notíssimam mihi. Prætérea.i.præter hæc ómnia adiunxit summam liberalitátem .s.tuam erga se,quæ ómnia sup.fuérunt iucunda mihi,quia attulérunt uoluptátem.

hoc extrémum étiam gratum fuit. Ego Plance necessitúdinem constitútam hábui cum domo uestra ante aliquantò quā tu natus es:amórem autem erga te ab ineunte puerítia tua, confirmáta iam ætáte familiaritátem,cum stúdio meo, tum iudício tuo constitútam.His de causis mirabíliter fáueo dignitáti tuæ: * quā mihi te cum státuo esse commúnem. Omnia summa es cōsecútus,uirtúte duce, cómite fortúna,eaque adeptus es adolescens,multis inuidéntibus,quos ingénio industriaque fregísti. Nunc me amantíssimum tui némini concedentem,qui tibi uetustáte necessitúdinis pótior possit esse, si aúdies, omnem tibi réliquæ uitæ dignitátem ex óptimo reipublicæ státu adquíres. Scis pfecto (nihil enim te fúgere pótuit) fuísse quoddā tempus, cum hómines existimárent, te nimis seruíre témporibus: quod ego quoq; existimárem te, si ea,quæ patiebáre,probáre etiam arbitrárer. Sed cum intelligerem quid sentíres, te arbitrábar uidére quid posses. Nuncália ratio est, ómnium rerum tuum iudicium est, idque liberum. COS.es designátus, óptima ætáte, summa eloquéntia, máxima orbitáte reipublicæ virórum tálium.incumbe per deos immortáleis in eam curam & cogitatiônem, quæ tibi summam dignitátem & glóriam áfferat. Vnus autē est hoc præsertim témpore, per tot annos rep.deuexáta.reipúblicæ benè gerendæ cursus ad

HVBER. ❡HOC extrémum.de liberalitáte tua in eum. Ego. artificiosè állicit Plan.ad sententiam suam lóngius repetens initium amicítiæ. Domo.família. Ab ineunte puerítia.i.ab initio puerítiæ cœpi amare te.

Familiaritáte.s.huius. Ætate confir.i.postquam factus es adultus, hoc autem dixit ut ostendat eam máxime debére durare, & esse perpétuam, nam & ipse in Lel.sic præcípit.Omnino amicítiæ corroborátis iam confirmátisque ingeniis ætátibus iudicandæ sunt. Constitútam.confirmátam, Stúdio.m.quia diligenter eam cólui. Iudício tuo. quia existimásti me dignum familiaritáte tua. Consecútus.adeptus.

Duce.quasi præcipua causa. Cómite for.quia fortuna cum uirtúte coniuncta multùm ualet. Adolescens.cum adhuc esses iúuenis. Multis in.cum inuidia multórum. Fregísti.uicísti, deiecísti. Ingénio & in præclarè te gerendo,non autem uindicta. Némini cō.qui.i.qui nō sum inferior amóre erga te áliquo, qui possit esse uetústior necessitúdine tibi coniunctus. Réliquæ.i.futúræ.Fúgere te.latére te, tibi esse ignótum. Te ni.ser.tē.te nimium sequi t émpora & respectu quorūdam,qui plúrimùm póterant, te nō audére fácere, quod decébat uirum bonū,Quod .s.te nímium seruísse temporibus. Ego quoque. sicut quidam alii. Si ea.i.si existimárem ea placuísse tibi,quæ ferébas. Probáre. tibi placére. Ea,quæ pa.seruitútem ciuium & oppressiónem legum & iudiciórum. Quid sen.quid iudicáres,& in ánimo habéres,qui benè sentiébas de rep.licet tacéres, & uidéres nimis sequi témpora. Alia.quia petit Cæ. Tuū iu,ut fácias quod sentis. Et id libe.quia nullum habem⁹ dominium. Designátus.in annum sequétem. Dicebantur designáti cónsules qui erant electi in futúrum. Óptima æta.inuenta iam matúra. Máxima or.i.quo témpore respu.est orbáta,& priuáta tálibus uiris.s.bonis & sapiéntibus,qualis tu es. Orbitáte.transfatio sumpta à parentibus qui próprię fíliis orbári dicuntur. Cómmodè ígitur transtulit ad pátriam,quæ ómnium parens est. Incumbe.iam incípit eum hortári. Per de.adiurátio. Vnus cur.i. sola uia est ad glóriam comparandam hoc témpore rempub.bene gerere. Designati consules

ASCEN. ❡HOC ex.quod esses tam liberális in Fúrnium.Necessitúdinem.amicitiam uetustam répetit.In hoc illud Isocratis dici potest. Quod non solùm patrimonii sed amicítiæ paternæ hęredes esse debémus,cuius uerba sunt hæc. Amórem. Duo dicit se habére à Planco. Amórem à teneris annis & familiaritátem iam ætáte prouécta.Amor sine amicítia esse potest,Amicitia uerò sine amóre esse non potest. Confirmáta iam æta.ut demonstret eam fore perpétuam, ut ait in Lálio,omnino amicítiæ corroborátis iam confirmátisque ingeniis,& ætátibus iudicandæ sunt,Studio meo.eam me colentem diligenter iudício tuo,te máxime iudicante me dignum amicítia tua. Cómite for.ita ut uirtus præcéderet,fortúna sequerétur. Nunc si me aúdies.consílium meum sequi uoles.Concéderem me.ut in te amādo uincar ab áliquo. Et incipit hortári ad capessendam reip.defensiónem,quam.M.Anto.occupáre conabátur. Seruire temporibus. ut quomodocunque témpora sese habérent te non curáre,& labi sínere sine ánimi tui perturbatióne. Nunc uero talis ratio est habenda ut nullo pacto patiáris ista témpora hoc pacto sese habére ꝙ Antónius occupáret remp. Patiebáre.s.oppressionem legum & iudiciórum,atque seruitútem ciuium tempore Caii Cæsaris. Quid sentíres.quóniam benedè rep. sentiébas, licèt tacendo nimis sequi témporum cōditionem uidereris.

Amor

Amicitia

Te probáre.non árbitror te nunc laudáre,quæ olim patiebáris mala,Insurges enim contra latrónum ducem,hoc est.M.Anto.libertátis occupatórem. Quid posses. arbitrábar etiam te uidére quid fácere posses. Alia ratio.quóniam Cæsar non extat ámplius. Omnium rerum.publicarum rerum,nam sub tuo iudício iacet.

cet. Tálium.qualem te esse cognóscimus. Óptima ætáte.adulta iuuenta. Orbitáte.cum priuata sit talibus uiris qualis es tu, & est apta metáphora à paréntibus ad pátriam. Incumbe, non modo hortantis est, sed impellentis. In eam curam,in defendendam pátriam. contra latrónum ducem, in quo súmmam gloriam consequéris. Cursus ad glóriam. à facilitáte glóriæ comparandæ, & dicit unam esse uiam ad glóriam comparándam hoc témpore.s.benè gérere rempu.

ASCEN. ❡HOC extre.s.q liberális in amicum fuísti,fuit etiam gratum,quia áttulit utilitátem. Ego ô Plance habui necessitúdinem.i.necessáriam conjunctiónem amicitiæ constitútam.i.commúni consénsu státútam, cum domo.i.família uestra.i.maiórum tuórum,aliquanto antequam tu natus es. Autem.i.sed,hábui sup.constitutum amórem erga te,ab puéritia tua ineunte.i.ab eo témpore,quo puer esse incipiébas transácta infántia, & sup.hábui familiáritátem ætáte.s.tua.iam confirmáta.i. stabilita, constitúta,tùm.i.simul stúdio meo, tum.i. simul iudício tuo.s.quo stúdium meum comprobásti. Ego fáueo de his causis.i.ob has causas, mirabiliter dignitáti tuæ,quam.s.dignitátem,ego státuo.i.constítuo & propóno habére commúnem mihi tecum. Tu cónsecutus es ómnia súmma,ita uerius légitur,cum sint qui legant,ómnia sum consecútus, sed de se non lóquitur Ci.uerum de Planco,qui iam consulátum adeptus erat. Notandum autem ómnia interdum cum superlatiuo congrúere, uirtúte sup.existente tibi duce, & fortúna cómite,& ita quasi inseruiente,& tu adeptus es ea .s.súmma, aduléscens.i.adhuc in aduléscéntia,multis inuidéntibus,quos fregísti ingénio & indústria.Nunc si audies me amantíssimum tui & némini cedentem,qui posset esse tibi pótior uetustáte necessitúdinis, tu adquires tibi omnem dignitátem uitæ réliquæ ex óptimo státu reip. Tu profécto scis. Nihil enim pótuit fúgere .i.latére te,quoddam tempus fuísse,cùm hómines exístimárent.i.iudicárent te nimis seruire.i.obsequi témpóribus.i.dispositióni témporum, hoc est hóminibus tunc plúrimùm poténtibus, quod ego quoque exístimárem.i.iudicárem te fecísse, si ego arbitrárer te etiam probáre.i.approbáre & ex iudicio tuo fácere, quæ patiebáre.i.patiebáris.i.coactus faciébas. Sed cum ego intellígerem quid séntires.i.faciédum, ego arbitrábar te uidere.i.cognóscere quid posses.q.d.eum plura potuísse quàm putáret, quia áliter non fecísset quæ fecit.

Nunc.alia est ratio, ómnium rerum,iudícium est tuum,& id iudícium est líberum.i.tu potes liberè ex sententia tua ómnia iudicáre & fácere,tu es designátus.i.declarátus consul,ætate óptima,quia adhuc ferè aduléscens,eloquéntia súmma,& máxima orbitáte.i.spoliatióne aut caréntia reip.i.quam passa est aut accépit resp. tálium,uidelícet fórtium uirúm. Incumbe.i.toto péctore & conátu intende, per deos immortáles.s.rogámus,in eam curam & cogitatiónem,quæ afferat tibi súmmam dignitátem & glóriam. Autem.i.sed, unus cursus est ad glóriam præsértim hoc témpore repu.deiecta.i.pessúndata.i.eo q fuit per tot annos depérdita .s.cursus reipu.gerendæ benè, hoc est per sólam reipu.rectam administratiónem potest nunc quíspiam celériter ad glóriam peruenire.

*PETRI VICTO. CASTI. ❡QVAM mihi tecum státuo esse communem. Medicæus liber.státuo habere esse communem.ut arbitror legendum est,debere esse communem,elegantius omnino quod tamen doctiores iudicabunt.Nunquam fere tam deprauatum hunc codicem inueni,quin aliquid commodi ex eo capi posit,ad restituendos locos illos,qui integri falso exístimantur.

HVBER. ❡HAEC.remouet Cice.à se susp itionem diffidentiæ. Ex iisdem fon.s.philosophiæ. Haurire.sumere.

Modum.finem. Significandum ineundum. Ostétare.iactare. Prudentiam. dando & monita & præcepta ad bene gerendam remp.ut uiderer prudens.Interea,donec ad nos ueneris.Ex sermone Furnii.i. ppter ea quæ furnius de me locutus est tecum. Excusationem quod nihil ad te scripserim. Profectú abiísse.s.in Græciam. Nec mi.qui multominus,ergo maximum. Præterire.omittere. In quo.officio.Tuendo.seruando. Paternæ.q̃ habuísti cum patre meo, ut ipse supra scripsit. Obseruantiæ.honoris reuerentię erga te. Mutui.qualem tibi præsto. Mea & tua ætas.quia ego sum iuuenis & tu senex, unde debeo habere te loco patris. Patriam.paternam.

PHI. ❡HAEC.conclúsio est, qua remouet suspitionem, quam forte habebat Ci.ne à repu.ad Antonium deficeret. Ex iisdem fon.doctrina uirtutis amore & desiderio immortalitatis. Modum.finem scribendi. Ostén-

Ostentare tarem pru,demonstrarem me aliquid sapere & de his publicis intelligere quid faciendum sit.Ostentare enim semper est ad inanem quandam gloriam atque iactantiam.Terent.Cicatrices suas ostentat. Interea.dum ista tractabuntur,& ad nos te contuleris.Superiorem enim & inferiorem temporis conditionem amplectitur ut Vir.Interea medium Aeneas iam classe tenebat Certus iter.& interea loci & interim dicitur. Animaduerti.aduorti uel aduerti animum etiam dicimus pro cognoui,intellexi,uidi.Cic.aduorti hercle animum,& animaduerti Brutum.Quando uero cum præpositione in actum damus punire significat,ut animaduerto in te, hoc est punio. Excusationem.q nihil ad te scripserim. Profectum.ut abfui proficiscens in Græciam. Sine cul pa prætermitterem ego maximum scelus, si quid officii præterirem,quod tibi præstare possem. Vel paternæ amicitiæ,ad illud retulit,quod inquit ipse necessitudinem constitutam habuit cum domo uestra. A pue.ad illud quod inquit Cice.Amorem erga te ab ineunte pueritia tua. Obseruantiæ.pietatis,reuerentiæ ac ueneratio nis. Nam obseruare interdum significat colere, uenerari, Ci.sic ut aliquo honore aut imperio affectos obseruare & colere debemus.Vnde nascitur obseruantia,alias est recognoscere.Virg.Vestigia retro obseruata sequor.Plerunque uero diligenter aspicere atque custodire. Plautus,oculos ego tibi istos effodiam, improbe ne me obseruare possis Quid rerum geram. Vnde dicitur obseruatio,quæ omnino differt ab obseruá tia.Mi Ci.habet talis uocatiuus gratiam conciliandæ beneuolentiæ.

Aduerti animum animaduerto cũ in Obseruare Obseruantia

ASCEN. ❡EGO putaui hæc scribẽda sup.esse ad te,magis impulsus.i.eo q essem impulsus amore.s.tui, q̃ q arbitrarer te gloriam.Hæc amore magis impuls⁹ scribenda ad te putáui, quàm quo te arbitrárer mónitis & præceptis egére. sciébam enim ex iisdem te hæc haurire fóntibus, ex quibus ipse haúseram. Quare modum fáciam. Nunc tantum significandum putáui, vt pótius amórem tibi osténderem meum,quàm ostentárem prudéntiam. Interéà quæ ad dignitátem tuam pertinére arbitrábor,studiosè diligentèrque curábo. Vale.

te egere præceptis & monitis.s.cuiuspiam. Ego enim sciebam te haurire hæc iisdem fontibus,ex quibus ego hauseram,quia ex libris philosophorum & ex consyderatione reipu.Romanæ,quare.i.quamobrem ego faciã modum id est fininam. Ego putaui nunc tantum.i.duntaxat significandum.s.quid sentirem, ut ostenderem tibi potius amorem meum,q̃ ostentarem.i.iactanter demonstrarem prudentiam.s.meam.Ego curabo interea studiose & diligenter ea quæ arbitrabor pertinere ad dignitatem tuam. Vale.

responsiua ad Catabaram.

Cn. Plan. Impe. M.T.C.S.D. EPIS. 4. HVBER.

GRatíssimæ.Hæc epístola responsiua est ad superiórem,in quam scripserat Ci.se intellexisse ex Fúrnio uirtúte Planci in re militári, & iustítiam in administranda prouíncia. Deinde eũ hortátus fúerat ad curam & defensiónem pátriæ.Itaq; rescribens Plan.dicit ea sibi fuísse gratíssima, quæ Ci.ex uerbis Furnii ad se scripserat.Quod autem ipse ántea non scripsísset,dicit se habẽdum excusátum propter q intellexerat Cic. profectum in Græciam, nec prius cognóuit eum rediísse.q̃ Cic.ad eum scripsit.postremò pollicétur se in ómnibus obtemperatúrum præceptis ipsius Cice. Ostenditque óptimas & iustíssimas causas esse,quia id fácere débeat, se tamen dicit esse solícitum & de rebus urbánis & de ipsa prouíncia propter discórdiam,quæ erat inter ipsos Romános. Sanctitátem.pietátem ueneratiónem. Quam.fidelitátẽ.Métior ex.m.cõ.i. quã puto ita esse,quia scio me semper meruisse,ut mihi fidéliter cõsúleres,quia te semper cólui. Métior.æstimo. Aliter.s.q̃ séntio & tu suádes.i.si essem malè affectus erga remp. Reprímere.retráhere à mala sententia. Impéllere.mouére,incitáre. Quid est. quasi díceret nihil.Fortúnæ.b.t.a.m.l.p.quia ipse díxerat ómnia súmma adeptus es uirtute duce, cómite fortúna. Cárius,quia à te dicuntur esse súmma. Vel.i.etiam. Inimicíssimi.M.An.Quare.conclúsio. Viribus.córporis. Consílio.prudéntia.Sensus.sententia, cogitátio. Neque si.hoc est si te possem habere præsentẽ sicut opto,nunquam discéderem à consíliis tuis. Discrepárem.dissentírem,fácerem áliter q̃ tu consúleres.Nec nunc.cum absúm à te. Vrbe.Ro.Mense Ia. quo solébant noui magístrátus creári, ut álio loco plénius dictum est. Hæ. gentes célticæ, in quibus sũ.

Métior

Nostra mala.nostras discórdias.

❡GRatíssimæ.Non minóri eloquéntia, & uerborũ atque sententiárum grauitáte líteras Planci q̃ Cice. esse iúdico. Aduértito quæso ánimum paúmper q̃ta suauitáte dicendi, quanta prudéntia rerum ómnium in his ad Cic.líteris est usus. Respondet enim ómnibus illis pártibus,quas Ci.superióre epístola díxerat,excúsans se etiam,quod non ántea ad eum scripserat cum audíuerit in Græciam fuísse profectum. Et plúrimas in eo colendo rationes esse demonstrat Cice.consília uehementer extollit,& se illa secutúrũ, atque pro rep.factúrum esse pollicetur.Postrémò in máxima rerum ómnium expectatióne se dicit esse,ut quid in Gallia Cisalpina,quidue in urbe agátur, intélligat,& se præterea sperare non parum Cice.& ómnibus bonis satisfactúrum. Sanctitátem.obseruántiam,& pietátem tanquam in patrem meum. Ómnia con.tua.quæ líteris tuis accépi in defendenda libertáte & in capessénda mihi glória. Cõmendat ipsa cõsília & prudéntia, atque fidelitáte. Ex mea con.cum ego te semper loco patris colúerim,scio me dignum fuísse, ut fidéliter consúleres. Métior.puto. Aliter.s.q̃ séntio,& tu me ádmones.Reprímere.admonére à mea sententia. Quæcunque in me bona sunt.ad illud respondet,quod Cice.dixit.Nam & in re militári uirtútem, & in administranda prouíncia iustítiam,& in omni génere prudéntiam mihi tuam expósuit. Beneficio fortúnæ.ad illud rétulit,quod dixit Cice.uidélicet ómnia adeptus es uirtúte duce cómite fortúna.Inimicíssimi.s.M. Anto. Quare. conclúsio.

sio.& quid ipse facere pollicetur ostendit. Gallia cit. Cisalpinam dicit,ubi Brutus erat suus collega. Neque si fa.sensus est.Si te præsẽtem habere possem. nũ q̃ à consiliis dissentirem. Nec nunc.à te sum absens. Hic ultra Rhodanum.ubi habebat exercitum, ut cũ copia Rhodanum traiecissem. Mense Ia.hoc enim mense magistratus noui creari solebant. Nostra mala.discordias dicit. Occasionem.opportunitatem faciendi quod uolunt nobis dissentientibus perinde significat, ideo quando ex se ponitur ut Tranquillus in Galba. Aduentus eius non perinde gratus fuit.Quando autem iungitur cum ac si uel atque si,tunc significat tanquam ut perinde ac si Eunuchus foret.Subinde uero significat crebro & sæpe, quo frequẽter utitur Martia.alias uero statim post Hora.sic dicet.Recte primum gaudere subinde perceptum auriculis hoc instillare memento.Successerit.prospere euenerit.Teren.Hac non successit,alia aggrediamus uia.

Perinde
Subinde

ter aliena vitia hæ gẽtes nostra mala suá putent occasionem. Quod si proinde, vt ipse mereor,mihi successerit: certe & tibi cui maxĩe cupio,& omnibus viris bonis satisfaciá.Fac valeas,meq; mutuo diligas.

ASCEN. ordo

GRatissimæ & c.Respondet Plancus superiori epistolæ ostendens gratum sibi esse admonitionem Cic.& se libenter pariturum,dicens. Literæ tuæ fuerunt mihi gratissimæ,quas.s.literas ego animaduerti te scripsisse ex sermone.i.ut dicunt relatione Furnii. Ego autem affero excusationem,temporis præteriti.i.q; prætermiserim hactenus respondere,& ita multum temporis sit præteritum,q; audieram profectum.i.discessisse nec sciui multo antequam cognoui ex epistola tua.s.post reditum ad me scripta.te rediisse. Enim.i.quia nullum .i.non ullum ego non uideor posse præterire sine maxima culpa ullum officium in te, nec quidem.i.non saltem autem non esset minimum,in quo.s.officio in te tuendo.i.conseruando,ego habeo causas plurimas, uel .s.causam necessitudinis paternę.i.quã cũ patre meo contraxisti,uel obseruantiæ meæ.i.quate obseruaui & ueneratus sum à pueritia.uel mutui amoris tui erga me,uidetur redundare erga me,aut particula mutui, nam erga unum non est mutuus amor,sed utriusque duorum erga alterum.Quare ò mi Cice.quod mea & tua ætas patiatur,persuade tibi,te unum esse in quo colendo ego constituerim.i.uelim constituisse, Sanctitatẽ patriam.i.patri debitam. Igitur omnia consilia tua uidentur mihi non magis plena prudentiæ quæ summa est, quam fidelitatis, quam scilicet fidelitatem seruatam patri in me, ego metior ex mea conscientia.i.tam magnam iudico quantam uolo tibi seruare .Quare.i.quamobrem,si aut sentirem aliter.i,quàm tu iudicas sentiendum præsertim de rep.certe admonitio tua posset me reprimere, ne.s.quod sentirem executioni mandarem aut si dubitarem.i.anceps & dubius essem utram partem debeam sequi, adhortatio tua posset impellere me ut sequerer id,quod tu putares optimum.s.ex omnibus. Honesta est locutio, & amoris plena, si forma dicendi conspiciatur. Nunc uero.s.cum neque aliter sentiam neque dubitem, quid est quod possit trahere me in aliam partem?.q.d.nihil,quia. Quæcunque bona sunt in me,aut tributa.s.mihi beneficio fortunæ,cui Romani semper plurimum tribuebant, ut docet Plutarchus in libello de fortuna Romanorum & uirtute Alexandri,aut parta meo labore,debebat loco fortunæ patrem luminum ponere,à quo omne datum optimum & omne donum perfectum,sed uantum erat illi ante lucem surgere. Et si.i.quamquàm sup.bona mea sunt æstimata.i.appretiata à te carius.i.pluris quam sint, propter amorem.s.tuum in me tamen tanta sunt,iudicio uel.i.etiam inimicissimi, ut nihil uideantur desyderare.i.putare sibi deesse præter bonam famã.
Quare persuade tibi hoc unum,quantum potuero,alii legunt potero.i.datum fuerit eniti uiribus,prouidere consilio,tua mouere,authoritate.s.mea,hoc omne futurum sup.esse semper reip.i.ad utilitatem reipub.sẽsus tuus non est igno.i.perfectus est mihi,neque discreparem unquam à consiliis tuis si facultas optabilis mihi quidem licet forte non omnibus,tui præsentia esset mihi.Nec committam.i.& non patiar,nunc.s.cum abero,ut possis reprehendere iure ullum factum meum. Ego sum in expectatione omnium rerum, ut sciam quid geratur in Gallia citeriore.i.cis alpes Italiam uersus ubi sunt Ligures & Insubres & ubi tunc Brutus erat quid geratur in urbe.s.Roma. Ianuario mense.s.proxime futuro in quo comitia haberi solebant. Ego sustineo interim hic.i.in Gallia ulteriore,maximam solicitudinem & curam,ne agentes.s. Romæ inter aliena uitia .i.qui in hoc bello neutris fauent,putẽt mala nostra.s.quæ ob discordiam patimur coacti abesse ab urbe, esse occasionem suam.s.petendi consulatus nobis debiti.quod si successerit mihi perinde.i.ita ut mereor,ego certe satisfaciam,& tibi cui maxime me cupio.s.satisfacere,& omnibus uiris bonis.s.aliis,nam Ciceronem quoque uirum bonum putat.Fac ualeas & diligas me mutuo.s.ut te diligo.

HVBER.

BInas. Respondet nunc Cice.literis quas illi Plancus miserat: demonstrat enim in primis quantum & lætitiæ & fructus, ex illis acceperat, cum intelligeret quo animo in eũ & in remp.fuisset affectus. Inde ad rempu.defendendam,immortalemque sibi gloriam comparandam uehementer hortatur.Postremo de odio in. M.Anto.de spe in Plancũ, de singulari etiam expectatione ipsius apud exercitum certiorem facit, & ne captandæ gloriæ tempus omittat, uehementer rogat. Eodem exemplo.eiusdem formæ,atque sententiæ.Est enim exemplum qđ continet,exemplar uero quod continetur,uel pagina sit exemplar.Sententia sit exemplum.Itaque dicimus .Multa epistolarum exemplaria fecimus eodem exemplo,hoc est multas epistolas eiusdem sentẽtiæ. Sed apud authores indifferenter ista poni comperi-

Exemplũ
Exemplar
Pagina
Sententia

M.T.C. Cn.Planco Impe. con.des. S.P.D. Epist. 9.
Hortatoria.

BInas à te accepi literas eodem exemplo: quod ipsũ argumento mihi fuit diligentiæ tuæ. Intellexi enĩ te laborare,vt ad me mihi expectatissimæ literæ perferrentur. Ex quibus cepi fructũ duplicẽ, mihiq; in cõparatione difficilem ad iudicádum,amorem ne erga me tuum,an animum in rempublicam pluris æstimandum putarem.

EST

EST OMNINO patriæ charitas meo quidem iudicio maxima: sed amor voluntatisque coniunctio plus certe habet suauitatis. Itaque commemoratio tua paternæ necessitudinis beneuolentiæque eius,quam erga me à pueritia contulisses, cæterarumque rerum,quæ ad eam sententiam pertinebant,incredibilem mihi lætitiam attulerunt. Rursus,declaratio animi tui,quem haberes de república,quemque habiturus esses, mihi erat iucundissima:eoque maior erat hæc lætitia,quòd ad illa superiora accedebat. Itaque te non hortor solùm mi Place, sed plane etiam oro,quod feci his literis,quibus tu humanissime respondisti, vt tota mente omnique animi impetu,in rempúblicam incũbas. Nihil est quod tibi maiori fructui gloriæque esse possit: nec quicquam ex omnibus rebus humanis est præclarius aut præstantius, quàm de repulica benè mereri. Adhùc enim (patitur tua summa humanitas & sapientia,me,quod sentiá, libere dicere) Fortuna suffragante videris res maximas consecutus: quod quanquam sine virtute non potuisses,tamẽ ex maxima parte ea,quæ es adeptus,fortunæ temporibusque tribuuntur. His temporibus difficilimis reipublicæ quicquid subueneris,id erit totum & proprium tuum. Incredibile est omnium ciuium,latronibus exceptis odium in Antoniũ. Magna spes in te & in tuo exercitu,magna expectatio. Cuius per deos gratiæ gloriæque caue tempus amittas. Sic moneo,vt filiũ: sic faueo,vt mihi: sic hortor, vt & pro patria & amicissimum. Vale.

mus.Item exemplarium pro exemplari apud Plini.legimus.Quod autem Græci προσφερής,Nostri,ut inquit Quin.fere similitudinem uocare maluerunt, quod enim nos propriè uocamus exemplum,est rei gestæ aut non gestæ utilis ad persuadendum id,quod intẽderis commemoratio.Festus tamen inquit exemplũ esse quod sequamur, aut uitemus.exemplar,quo simile aliquid faciamus.Illud animo existimat,hoc oculis conspicitur.Quod ipsum scilicet binas ad te literas scripsisse eodem exemplo.Argumento.ad intelligentiam. Diligentia,accurati laboris est Sed hæc distant cura,opera,diligentia quòd cura ad animum, opera ad corpus,diligentia ad utrunque refertur. In comparatione difficilem. quod sit mihi difficile iudicare pluris ne amor in me tuus, an animus in rẽp. existimandus sit. Est omnino. aperit iudicium qđ dicit esse difficile,& ait charitatem patriæ esse profecto maximam, Sed amicitiam plus omnino suauitatis habere. Amor.uoluntatis coniunctio. Circuitio est amicitiæ.Commemoratio tua.repetit paucis,quę Plancus scripserat. Nihil est.quantum inde utilitatis,& gloriæ capere posset paucis ostendit, quo attẽtum & diligentem facit. De rep.benè mereri.in rẽp. beneficia conferre,ut si bene quid de te merui. Suffragante.auxiliante. Libere dicere.excusatio uerecũda,cum in eo,quod dicturus erat aliquantulum uirtuti detrahere uidebatur,attribuens temporibus, & fortunæ gloriam potius q̃ uirtuti cum Plancus uirtute magis q̃ fortuna fuerat gloriam consecutus.Sed intelligendum sane de præteritis temporibus & fortuna,quæ ad comparandam gloriam molissima fuerunt.Sed hæc ciuilis belli tempora dicit esse asperrima,& in his quicquid egerit, sibi totum & propriũ, non fortunæ & temporibus tribuendum putet. Latronibus.istorũ ducem Antonium dicit esse, ut idẽ ait in paradoxis. Magna spes.Sunt enim ista duo sic iungenda. Magna spes.magna expectatio est in te, & in tuo exercitu.Speramus incerta, expectamus certa.Speramus longinqua,expectamus propinqua. Tẽpus.opportunitatem.quã in opprimendo.M.Ant.habere poteris, & tibi ex eo maximam gloriam comparare.Sic.repetitio.Filium.quasi φίλον charũ & amatum. Proprium.quod est unicuique suum Virgil. Hunc mihi da proprium uirgo sata nocte laborem, alias perpetuum. Terent.Ego uitam propterea deorum sempiternam arbitror,quod uoluptates eorum propriæ sint.

Exẽplariũ
Cura
Opera
Diligẽtia
Expectamus
Speramus
Propriũ
Filius Vnde

PHI.

BINAS.Superiori epistolæ uidetur Cice. respondere, ostendens q̃ gratus sibi sit amor,quem Plan. erga eum se habere ostendit, deinde etiam erga rempublicã. postea uero iterum eum hortatur sicut & alia epistola,ut tota mente totisque uiribus incumbat in rempu.ex qua affirmat eum consecuturũ maximam gloriam. Quod ipsum.s.scripsisse binas literas eodem exemplo. Laborare. uehementer curare, dare operam. Expectatissimæ, desideratissimæ. Difficilem incomparationem ad iudicandum.i.qui si ponatur in comparatione,difficilis sit iudicatu. Amor. mihi à te præstitus. Patriæ necessitudinis cæterarumque. hæc enim omnia in epistola Plan.commemorata sunt.Declaratio.demonstratio, quia scripserat plene se omnia reip.præstiturum,quæ uiribus,consilio & authoritate posset. Accedebat.adiungebatur. Ad.il.fu.quæ erant erga me. Impetu. motu,impulsu. Fructui. utilitatis. Præclarius.pulchrius.Bene mereri de repu.benefacere reipu. Patitur.quia non dedignaris,neque moleste fers,q; omnia tibi libere dicam ut filio. Suffragante.fauente.Temporibus.conditionibus temporum. Id erit totum proprium & tuum,de quo fortuna nullam partem habebit,sed totum uendicabit sibi uirtus tua.Incredibile est.sensus est,non posset satis credi quantũ omnes oderint.M.An.exceptis latronibus,qui ei fauent quoniam & ipse est tanquam latro, & omne simile, appetit suum simile. Cuius gratiæ & gloriæ.i.comparandæ. Tempus.opportunitatem.quia facilime poteris eam comparare.si M.An.oppresseris. Moneo.consulo. Proprium.si esses meus.

ASCEN.

BINas &c.Respondens Ci.literis à Planco receptis dicit se ex illis plurimum gauisum ob illius beneuolentiam in se, deinde ad remp. defendendam & ad immortalem gloriam comparandam,cohortatur & postremò de odio in.M.Anto.& de spe atque expectatione Planci agit,dicens.Ego accepi à te binas literas.i.duas epistolas eodem exemplo.i.ea forma & iisdem uerbis scriptas, quod ipsum fuit mihi argumento.i.approbationi diligentiæ

Ordo

Universidad de D… Biblioteca

ligéntiæ tuæ. Intellexi enim te laborâre.i.affectanter curâre,ut líteræ expectatíssimæ perferrentur ad me inde a.de eo loco,aut de ea re unde scriptæ sunt. Ex quibus.s.líris cœpi dúplicem fructũ. Difficilem mihi ad iudicándum in comparatiône.i.ad discernendum interfúerit maior, hoc est ne pro an,putárem amórem tuum erga me,an ánimum tuum in remp.æstimandum.i.appretiandum esse pluris. Cháritas pátriæ est oino meo quidẽ iudício, máxima,sed amor & coniunctio uoluntátis habet certè plus suauitátis.i.honestæ delectatiónis. Itaq; commemorátio tua necessitúdinis patérnæ.i.quæ fuit cum patre tuo & beneuoléntiæ eius,quam tu contulísses erga me,à puerítia.s.tua,& sup.commemorátio cæterárum rerum,quæ pertinébant ad eandem sententiã, attulérunt mihi incredíbilem lætítiam. Rursus.i.ex áltera parte declarátio ánimi tui,quem habéres de repu. & quem esses habitúrus si.s.pro méritis tibi succésserit,erat mihi iucundíssima, & hæc lætítia erat eò maior, q̃ aut quò.i.quantò sup.magis accedébat ad illa superióra.s.de necessitúdine patris tui & obseruántia tua in me. Itaque ò mi Plance ego non solùm hortor te,sed plane etiam oro,quod.i.quam rem feci his líteris,quib⁹ respondísti humaníssimè,ut incumbas in remp.i.sis procliuis ad eam seruandã tota mẽte & omni ímpetu ánimi tui. Nihil est quod posit esse tibi maioris fructus.i.utilitátis & glóriæ,nec quicq̃ ex óibus rebus hũanis ẽ præclárius aut p̃stántius q̃ bene merẽri de rep. Enim.i.quia,súma humánitas & sapiẽtia tua,pátit adhuc dicere líberè qd̃ sẽtiam,tu uideris cõsecũtus máximas res fortúna suffragãte.i.aspirante & fauente tibi, qd̃.s.máximas res cõsequi,q̃q̃ nõ potuísses sine uirtute,tñ ea,quæ adeptus es,tribuũtur fortúnæ & tpibus,sed sup. quicquid subuéneris reip. his tpibus difficíllimis.i.piculosíssimis reip.quia alii eã defẽdere,alii inuádere moliũtur,id erit totũ tuũ & ppriũ. Odiũ in Antóniũ oím ciuiũ exceptis latrónibus est incredíbile, magna spes est ĩ te,& magna expectátio in exército tuo. Cuius gr̃æ & glóriæ tempus,caue per deos.s.rogãtus ne amittas. Ego moneo sup.te,sicut fílium,& ego fáueo sup.tibi ut mihi,ego hortor sup.te ut própriũ & amicíssimum. Vale.

M.C. Cn. Planco Impe. cons.des. S. DEpist. 6.

HVBER. QVæ locũtus sum.cùm Fúrnius retulísset Romę Plancum esse paratíssimo ánimo ad omnia perícula pro defensiône rei pu. superuenêrunt póstea litere Planci, quibus dicébat se suadére,ut fieret pax cum M.An. qui Décium Brutum Mutînæ obséderat. Itaque uéritus Ci.ne Plancus se cum M.An. coniúngeret, quod semper timúerat ei dissuâdet hanc pacẽ faciendam, & societátem ineundam cum M.Anto. quam dicit fore turpíssimam & iniquíssimam, quia sit futúra contra salũtem reipu. neque esse faciendã ullo modo pacem,donec respu. in eo sit statu ut nullo seruitútis metu premátur, áliter omnes honóres quos ante adeptus sit fore ei sũmæ turpitúdini. Probatíssima. acceptíssima,quæ ualdè ei placuérunt. Líteræ. tuæ Nequaquàm. minime. Consentíre. conuenire concordáre.

¶ Vocabula, nomina tantummodo.

PHI. QVAE locũtus. Mar. Ant. Mutinæ D. Brutum eo témpore tenébat obsessum, quo Fúrnius Romã reuersus rétulit Plan. ómnia pro repu. factúrum, uel uitæ periculum aditúrum, ut sáluam remp. rédderet: allátæ postea sunt líteræ, quæ pacem cum Mar. Anto. faciendam senátui suadérent, & Plan. huius pacis authórem pollicerentur, quo Cice. perturbátus est non parùm, uéritus quidem ne Plan. Mar. Anto. seipsũ cum copiis suis adiúngeret. Quare hac ad eum epístola huiúsmodi pacem magnopere fugiendam esse demonstrat. Cùm propter salútem reipub. cui & turpíssimum hoc facere, & pernitiosíssimum esse putátur, etiam propter honóres Planci, qui huiúsmodi pace póllui uidebátur uel máximè q̃ eius collẽga D. Bru. ab An. obsidérétur. Dat inde Planco præceptum, & quid in hac sibi & tãta rerum perturbatiône fieri oportéret, hoc ad argumentum. Sed ut faciliùs quod scribit, intélligas aliquántulùm ex história repetendum est. Cice. singulári odio Mar. Antoñ. persequens iussu senátus ad eum líteras dedit, ut à Mutinensi obsidióne cessáret, & Céltica prouinciam Decio cederet. quod cùm fácere noluísset, hostis iudicátus, dedit & ad Bru. líteras ut prouínciã pro republi. retinéret, Antónioque tametsi consul esset, armis omnino resísteret, nec senátus sententiam expectáret. quæ ómnia Bru. effécit, & cùm propter longam obsidiónem iam fame laborâret Hyrcius & Cæ. Octáuius cum copiis suis arcessérunt timentes ne sibi Anto. deficientem Bruti exércitum uendicáret. & sic Brutũ obsidióne liberárunt. Sed nondum intellecta uictória cũ ad subueniendum tres illuc legiónes mitterentur, in itínere hostes fusos audiuérunt. Ex quo frater inquit. Cum iter ad Mutinam dirígerẽ in itínere de prélio facto Brutumque & Mutinã obsidióne liberátos audíui. Et inália ad eum epístola Cice. sic habet, Bis gratam famam, bíduo ante uictóriam de subsídio tuo, de stúdio, de celeritáte, de copiis atque etiam fusis hóstibus nobis innótuit. Spes omnis in te est. Fugísse enim prælio Mutinensi dicuntur notíssimi latrónum duces. In quo tamen prælio Pansa & Hýrcius cónsules cecidére, Anto. cum ómnibus copiis præter æquitátum in fugam se dedit, Apenninum transgréssus ad uada se récipit, cum uerò cópias transalpes ductúrum se dixísset, omnes negauérunt sequi uelle iam Bru. cùm exércitus appropinquábat. Sic enim ad Cice. scripserat se factúrum. Ego enim inquit ne consístere possit in Itália Anto. dabo operam sequar eũ confestim. Anto. desperátis rebus ad M. Lepi. mutáta ueste confúgit, eumque orávit, ut à persecutiónibus defénderet. In castris ab eo receptus ab íntegro bellum cum Lepido reparárunt, de quo idem Bru. dúbitans ad Cice. sic ait. In primis rogo te ad hóminem uentosíssimum Lepi. mittas ne bellum nobis reintegráre possit Anto. sibi coniuncto, multæ & bonæ & firmæ sunt legiónes Lepidi & Asinii. Idem persuásum èst inquit Lépidum recte factúrum nunqã̃m, & tunc Octáuius ad dominátus adipiscendi opportunitátem aspectam sententiam mutáuit. cópiasque contra senatum & rempu. conuertit ínita cum Mar. Anto. & M. Lepi. ad delendam libertátem. & sibi tyránnidem uendicándam societátem in agro Bononiensi conuenêrunt. atque facta cíuium proscriptióne rempubli. occupárunt. Fúrnius. Legátus tuus. Probatíssima, acceptíssima & quæ multùm senátus commendáret, cum ab eo accepissent mentem Planci non esse dispósitam ad pacem cum Mar. Anto.

¶ QVæ locútus &c. Cum Fúrnius retulísset Romæ Plancum esse paratíssimum ad ómnia pro reip. defensiône sustínenda, superuenêrunt líteræ Planci suadentis, ut pax cum António fiat; quam pacem Cice. ne Plancus adhæreat António nunc ímprobat addúcens Antónium in ódium. Ordo est. Ea quæ Fúrnius locutus est de ánimo tuo in rempu. fuêrunt gratíssima, sup. mihi, & probatíssima senátui pópuloque Romãno. Autem, id est sed líteræ, scilicet tuæ sed cautè súpprimit pronomen, quæ fuêrunt recitátæ in senátu nequaq̃ uisæ sunt cõsentíre cum oratiône Furnii. ASCEN. ¶

¶ AVTHOR. suâsor, scílicèt in líteris tuis. Collega. D. Bru. qui fúerat designátus consul cum Planco. Fœdíssimis. crudelíssimis. Latrónibus. António & Antoniânis militibus. Obsidetur. Mutinæ. Qui, scílicet Antónius, probat autem pacem non fuísse eis cõcedendã secundũ eius uoluntátem, nam dicit eũ aut debuísse depónere arma, aut fuísse uincendum. Vel id est etiam, Lépidi uel tuæ, utrique enim scripserant. Cháritas. amor. Præsto. prompta, parâta. Meæ authoritátis. i. mei, cui plúrimum tribuit. Crede. repetit quę in aliis epístolis superióribus dixit, ut eũ íncitet ad tuendam remp. Authoritáte. graui sententia & iudício. Seiunge. id est sépara te. HVBER.

¶ AVTHOR. suâsor pacis eras in tuis líteris. Latrónibus. António & suis ut suprà. Pósitis armis. Ratio quare non esset cum eo pax facienda. Collẽga. Décius Bru. qui designátus erat consul eũ Plan. Vel Lepi. nondum Lépidus Antónium in castris accéperat, nec adhuc oino cõtra remp. sentiébat, de quo inália epístola sic habet. S perâbam etiam Lépidum tẽpóribus admónitum tecum & reipubli. satis esse factúrum & Plan. Namque assíduis internuntiis cum Lepi. egi, ut omissa omni contentiône, reconciliátaque uoluntáte nostra commúni consílio reipu. succurret. Vterque enim ad Senátũ scripserat. Vellem. uult dare consílium Planco quid in tali re sibi faciũdum esse uideretur. Eos honórum uocábula habitúros, es inquit amplíssimos dignitátis gradus consecútus. Sed sic habẽto nisi cum authoritáte senátus, te coniúnxeris, duntaxát uocábula honóris, nõ autem insígnia & effectum dignitátis ipsíus habébis. hoc autem ideo dicébat, ut eorum consuetúdinem atque coniunctionem fúgeret, qui dúbii in repub. esse uidebantur. Inter quos Lep. sentiébat quem inconstantem & ancípitem esse cognoscébat, de cuius uoluntáte multa in aliis epístolis scripta sunt. Honórum uo. nómina tantummodo, non effectus, de uero autem honóre sic ait. Honos mihi uidéri solet, qui non propter spem futúri beneficii, sed propter magna mérita claris uiris affertur & datur. Quare sit modo áliqua res. in qua honos eluc̃ere possit, ómnibus mihi crede amplíssimis honóribus abundábis. Is autem qui uere honos appellári potest non inuitamẽtum ad tempus sed perpetuæ uirtútis est prǽmium. PHI.

¶ ERAS. enim scílicet in illis líteris, author id est approbátor pacis, scílicet cum António. cùm collẽga tuus uir claríssimus. s. Décius Brutus tecum consul designátus obsidetur. s. Mutinæ, à latrónibus fœdíssimis. s. Antoniânis, qui. s. latrônes debent aut pétere pacem, armis depósitis. s. priùs, aut si póstulant eam. s. pacẽ pugnantes, pax est parienda. i. acquirenda eis, uictóriâ. i. per uictóriam, non pactiône. i. nõ ex cõditiónibus pacis ante uictóriam oblâtis. Sed tu póteris cognóscere ex uiro óptimo fratre tuo & ex Caio Fúrnio in quam partẽ líteræ, uel Lépidi, uel tuæ de pace sint acceptæ. q. d. in péssimam. Autem. i. sed cháritas tui. i. quæ est mihi in te ímpulit me, ut q̃q̃ nec consiliũ deesset tibi ipsi, quia potes tibi ipsi consúlere, & beneuoléntia & fidélis prudẽtia fratris & Furnii esset futúra tibi p̃sto. i. parâta auxílio. Tamen uellem pro plúribus necessitudínibus nostris, áliquod præceptum quoq;. i. etiam nostræ authoritátis peruenire ad te. Igitur ò mi Plan. crede oẽs gradus dignitátis, quos consecútus fis adhuc. i. ad hanc usque diem. Tu autem adeptus es quá amplíssimos. i. imprimis amplos, scílicet gradus, eos habitúros uocábula honórum, non insígnia dignitátis, hoc est magistrátus quidem & honóres uocabúntur, sed nihil ex eis tibi dignitátis accédet, nisi cõiúnxeris te cũ libertáte pópuli Romãni. & cũ authoritáte senátus. Quæso, i. exigo & requiro à te, seiũge. i. sépara te aliquando. i. tandem. ASCEN.

author eras, cum collẽga tuus vir claríssimus à fœdíssimis latrónibus obsidetur: qui aut pósitis armis pacem pétere debent: aut si pugnantes eam póstulant, victória pax, non pactiône pariẽda est. Sed de pace líteræ vel Lépidi, vel tuæ, quam in partem acceptæ sint, ex viro óptimo fratre tuo, & ex C. Fúrnio póteris cognóscere. Me autém ímpulit tui cháritas, vt quanquam nec tibi ipsi cónsilium deesset, & fratris Furniique beneuoléntia, fidelisque prudéntia tibi præstò esset futúra: vellem tamen meæ quoque autoritátis pro plúrimis nostris necessitudínibus præceptum ad te áliquod peruenire. Crede igitur mihi Pláce, omnes quos adhùc gradus dignitátis consecútus sis (es autẽ adeptus amplíssimos) eos honórum vocábula habitúros, non dignitátis insígnia, nisi te cum libertáte Pop. Rom. & cum senátus autoritáte coniúnxeris. Seiunge te quæso aliquandò ab iis, cum quibus te non tuum iudícium, sed témporum víncula coniunxêrunt. Complúres in perturbatiône reipúb. C O S S. dicti, quorum nemo Consulâris hábitus, nisi qui ánimo éxtitit in rempu. cõsulâris. Talem igitur

¶ AB his. significat Antoniânos, & oẽs q̃ fuêrant Cæsariâni. Témpora. necessítas témporum, quia cum ipsi ómnia possent uidebátur ita esse faciendum. Non tuum iudícium, non quia iudicauêrunt eos dignos tua coniunctiône. Consulâris. dignus consulâtu. Impiorum. impugnántium pátriam suam. Dissimilimorum tui. scelestíssimorum, cum tu sis bonus. Ducem. ut non solum sequâris ipsum senátum, sed etiam regas tanquam dux. Abiecto metu seruitútis. i. repub. in eo statu collocâta, ut pátria nullam seruitútem timeat. HVBER.

meat, hoc eſt remotis tyrannis & oppugnatoribus reipu. Honorum.conſulatus. Deformitas.turpitudo & infamia. Seuerius.inſtantius & grauius.Quæ te di.eſt,quæ te decet,ſcilicet recte faciendo & agendo quæ ſcripſi.

PHI. ☞AB his.ſ.Antonianis. Iudicium. ut tu iudicares illos eſſe dignos cōiunctione tua.Nemo conſularis. q̄ nouit bn̄ cōſulere,non ad dignitatē nūc refertur,ſed ad conſilium.Animo con. qui bene de rep.ſenſerit. Talem.ut animo ſis in rep.conſularis, & teipſum ab his ſeiungas qui non ſunt in repu. Conſulares.ſed impii inimici. Authorem.articulus. Cōſul.in magiſtratu.Conſularis .in bene ſentiendo de rep.Ducem. tanq̄ qui regat ſenatum & rēp.& habeat reſpub. quē ſequatur.Seuerius.quaſi uelit dicere,hoc ego nō ſcripſiſſem ad te,niſi me ipſum beneuolentia coegiſſet, & cura honoris tui. Abiecto me.ſer.in tuto rep.collocata.ut reſpu.nullam ſeruitutem timeat à tyrānis. Deformitas.turpitudo ignominia. Te digna.bene agendo quæ ſcripſimus.

ASCEN. ☞AB his.ſ.fautoribus Antonii & Cæſaris interempti,cum quibus non iudicium tuum ſup. coniunxit te, ſed uincula.i.neceſſitates temporum cōiunxerūt te. Complures dicti ſup.ſunt conſules in conturbatione reipu.quorum nemo habitus ſup.eſt.i.reputatus,conſularis.i.conſulari poteſtate dignus niſi qui extiterit.i.emerſerit animo conſulari.i.conſule digno.in.i.erga rempu. Igitur oportet te eſſe talem qui ſeiungas .i.ſepares primum te ab ſocietate ciuium impiorum diſſimillimorum tui.ſ.in moribus.deinde qui ſup.præbeas.i.exhibeas ſup.te,& ſenatui & omnibus bonis authorem.principem,ducem poſtremo ut iudices pacem eſſe non in armis poſitis.i.depoſitis & dimiſsis,ſed in metu armorum & ſeruitutis abiecto hoc eſt in abiectione talis metus. Si tu ages & ſenties.i.iudicabis ſup.agenda hæc, tu eris tum.i.tunc non modo conſul & conſularis,ſed etiam magnus conſul & conſularis. Sin.i.ſed ſi,ſup.ages & ſenties aliter,nō modo nulla erit dignitas tua in illis ampliſſimis nominibus honorum,ut ſunt nomina Imperatoris & conſulis,ſed etiam ſumma deformitas.Quia ut dicit Iuuenalis.Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe crimē habet,quanto maior qui peccat habetur.Ego ſcripſi hæc,impulſus.i.inſtigatus beneuolentia,paulo.i.modico ſeuerius,id eſt nimis ſeuere.quæ tu cognoſces eſſe uera,experiendo in ea ratione,id eſt forma quę digna eſt te.Datum.& c.

te eſſe oportet,qui primum te ab impiorum ciuium tui diſſimilimorum ſocietate ſeiungas: deinde & ſenatui boniſque omnibus autorem , principem , ducem, præbeas:poſtremo,ut pacem eſſe iudices, non in armis poſitis,ſed in abiecto armorum & ſeruitutis metu . Hæc ſi & ages & ſenties, tum eris nō modo C O S.& Cōſularis,ſed magnus etiam C O S.& Conſularis.ſin aliter , tua in iſtis ampliſſimis nominibus honorum,non modo dignitas nulla erit , ſed erit ſumma deformitas . Hæc impulſus beneuolentia ſcripſi paulo ſeuerius , quæ tu in experiendo in ea ratione,quæ te digna eſt , vera eſſe cognoſces.D.X I I I.Cal.Apr.

HVBER. PLura tibi.Admónitus Plancus & ſtimulâtus exhortatiône Cice.ad rempub. tuendam,dicit ſe fuiſſe ſcriptûrum plúribus uerbis quid eſſet actûrus,niſi & ſcripſiſſet públicè,& dediſſet mandata M.Variſídio cuidam.Breuitèr tamen dicit ſe ita eſſe diſpóſitum ut ſperet ſe ita eſſe factûrum,ut & hómines in præſentia perſpíciant eius uoluntâtem, & in futûrum meminerint,poſtremò petit à Cice.ut dígnitas ſua ab eo defendâtur. Recêpi. promiſi. A te pro.à te laudâre,tibi re ipſa placêre. Perſecûtus.tractâui,& expedîui. Tranſîre.uenîre. Occupâre.inuádere,uſurpâre.Laudis.quæ mihi debebâtur.Temperâui mihi.ſuſtínui me. Eo.ad id. Veſtra expectatiône.quā de me conceperâtis. Séntiant.iúdicent,cognoſcant. Alacriôrem.promptiôrem.

PHI. ☞PLura tibi.Excúſat breuem epíſtolam,& duas breuitâtis cauſas fuiſſe commémorat. Vnam ꝙ públicis líteris ad Senâtum ómnia ſcrípſerat, quæ Cic.adhortatiône ſuſcéperat reipub. Alteram ꝙ M.Variſidium ad eum míſerat,à quo omnia cognóſcere póterat:dicit tamen ſe eo ánimo eſſe affectum in repub.ut ſperet ſe conſecutûrum,quod tam hodierni q̄ poſteri iudicâbunt ſe máximo præſídio reipublicæ fuiſſe.p̄terea dicit ſe non parùm dolêre, quòd alii laudes eius occupâre uidebantur. Demum dignitâtem & honôrem ſuum Cícero commendat,ut ab eo defendâtur.Plura.antiqui & plúrima dicêbant,in quo quidē grammáticus apud Géllium deridêtur dícimus & cōplura,ſed uim comparatîuam amittit.Item plura de duobus & pluribus etiam q̄ duobus. Complura uero nunquam de duobus dici poteſt. Excêpi.à capio multa componūtur, inter quæ numerâtur Excípio diffuſæ ſignificatiônis uerbū.Nam eſt aliquādo inſi-

Plura
Cōplura
Excipere

Cn.Plan.Impera. Conſu.Deſi.

M.T.C. S.P.D. Epiſt. 7.

reſponſoria ad exortatoriam.

PLura tibi de meis conſiliis ſcríberem,ratiônemque ómnium rerum rédderem verbóſiùs, quò maius iudicâres ómnia me reipu. præſtitiſſe quæ & tua exhortatiône excêpi,& mea affirmatiône tibi recêpi.non minus enim à te probâri quâm díligi ſempèr vólui:nec te magis in culpa defenſôrem mihi parâui,quâm prædicatôrem meritôrum meorum eſſe vólui. Sed breuiôrē me duæ res fáciunt:vna , quòd públicis líteris ómnia ſum perſecûtus:áltera,quòd M:Variſídium E q.R.familiârem meum ipſum ad te tranſire iuſſi , ex quo ómnia cognóſcere poſſes. Non médiusfídiùs mediocri dolôre afficiêbar, cum alii occupâre poſſeſſiônem laudis viderentur : ſed vſque,mihi temperâui, dū perdúcerē eò rem, vt di-

gnum

gnum áliquid & Conſulâtu meo, & veſtra expectatiône effícerem.Quod ſpero,ſi me fortûna non feféllerit, me conſecutûrum: vt máximo præſídio reip.nos fuiſſe & nūc ſéntiant hoíes, & in póſterùm memóriaténeāt.A te peto,vt dignitâti meæ ſuffragêris: & quarum rerum ſpe ad laudem me vocaſti , harum fructu in réliquum fácias alacriôrem.Nō minus poſſe te, quâm velle,explorâtum mihi eſt.Fac váleas, mêque mútuo díligas. Vale.

ſidiis opprímere.Virg.Exceptum Triton ſi crédere dignum eſt, Inter ſaxo uirū ſpumoſa immérſerat unda. Et ſúbſequi,ut,tunc ſic excêpit regia Iuno.Et ſuſcípere, ut, Quis te caſus deiectam coniuge tanto Excipit. Et remouêre.Cicero,Platônem ſemper excípio. Tibi recêpi.hoc eſt promiſi. Públicis líteris. ad Senâtum, quarum inítium eſt,Si cui fortè uídeor. Perſecûtus líteris.hoc eſt ſcripſi, ut perſecûtus conuítio.i.uituperani.Eodem mō dícimus in próſequor te laudibus,qđ ſignificat te laudo.Próſequor te amôre,te amo. Et multum habent uenuſtâtis in dicendo. Équitum Ro. ad órdinem equeſtrem, & ad militârē diſciplînam referri poteſt.Nam eques is eſt,qui equo mîlitat, & qui ordine equeſtri nobilitâtus eſt. Nec tu mîlitē pro eo dices,qui órdine equeſtri eſt.Sunt enim milites oēs qui mîlitant à millenário número appellâti.Sed própriè q pédibus mîlitant,mîlites appellantur , ſed iſta confunduntur. Iuſsi.uo.Iúbeo Chremêtem ſaluêre.Eſt etiam hortâri.Virg. Sed uotis præcibúſque iubent expóſcere pacem &,Infandum regina iubes renouâre dolorem.aliàs decérnere.Liui.Ratum haberêtis ſi populus iúbêret. In prima uero ſignificatiône eſt imperâre.Sed aliquántulùm plus eſt imperâre,quàm iubêre.Terent.Iubes ne? iúbeo immo cogo,atq; ím pero.Dífferunt etiam conſtructiône.Nam ímpero mihi,tibi,ſibi,hanc rem dicimus. Quint.Imperâuit ſibi,ne quas admítteret ámpliùs preces. Sed iúbeo mihi non dícimus. Præſídio.auxílio. ſed própriè eſt cuſtódia militum alicui óppido , & huiúſmodi loco impóſitum præſídio appellâtum.Sicut auxílium ab augendo dictum,& qui auxílium ſuccêdunt, ſubſídium appellantur. Temperâui. ſuſtínui meipſum. Eo.ad id.Expectatiônem.quam de me habebâtis. Séntiant.cognoſcant,& iúdicent. Alacriôrem.promptiorē. Explorâtum diligentèr obſeruâtum & cógnitum & inuentum.Cice.hac ui non mutantur,uiſi explorâtū quidem hábeat:id omnîno néminem unquam ſuſpicatûrum.Et idem eſt,quod explorâui, ut compertum eſt mihi & cōpêri idē ſunt.Sed explorâre própriè eſt diligentèr inquírere.Vnde exploratôres nominantur in caſtris.

Perſecutꝰ literis
Proſequor te amore
Eques
Miles
Vnde.
Iubeo
Impero
Præſidium
Auxilium
Subſidiū
Exploratū
Explorare
Exploratores

ASCEN. ☞PLVRA tibi &c.Admónitus Plancus & ſtimulâtus adhortatiône Cicerônis ad rempub. tuendam dicit ſe ſcriptûrum fuiſſe plúribus uerbis quid eſſet actûrus niſi & ſcripſiſſet públicè & dediſſet mandata Variſídio: paucis tamen dicit ſe ita factûrum ut hómines perſpíciant beneuoléntiam ſuam in rempub.rogátque ut dignitatem ſuam defendat. Ordo eſt. Ego ſcríberē tibi plura de conſiliis meis, & rédderem uerbóſiùs, id eſt pluribus uerbis, ratiônem ómnium rerum,quò,id eſt ut,iudicâres magis me præſtitiſſe,id eſt exhibuiſſe, cauſa reipub.ómnia,quæ &,ideſt ſimul excêpi,id eſt ex multis intellêxi præcípuè facienda,exhortatiône tua. Et recêpi. ideſt promiſi tibi,ſcílicèt perficienda,affirmatiône,id eſt per affirmatiônem meā,non enim uólui minùs probâri,id eſt approbâri & commendâri à te, ſcílicet in hoc facto quàm díligi ſemper. Nec parâui magis mihi te defenſôrem in culpa,id eſt ſi admiſiſſem culpam,quàm uólui eſſe prædicatôrem, id eſt buccinatôrem meritorum meôrum. Sed duę res fáciunt me breuiôrem , ſcílicet in ſcribendo, una, ſcílicet res facit me breuiôrem quôd ſum perſecûtus omnia líteris públicis,id eſt públicè ad Senâtū miſsis . Altera quôd iuſsi M. Variſidium équitem Românum familiârē meum,tranſîre ipſum, id eſt in própria (ut dicunt) perſôna ad te, ex quo poſſes cognóſcere ómnia. Ego medinſidius afficiêbar dolôre non mediôcri,ſed ingenti, cùm alii uiderentur occupâre,id eſt tanquam uácuam ſibi uindicâre poſſeſsiônē laudis,ſed temperâui mihi,id eſt compéſcui ímpetum meum,uſque dum perdúcerem rem eo.i.ad id , ut effícerem áliquid dignum & conſulâtu meo & expectatiône ueſtra,quod ſpero me conſecûtum,ſi fortûna non feféllerit,id eſt decéperit me ut hómines.&,id eſt páritèr ſéntiant & nunc,& téneant in memória in póſterùm,id eſt tempus aduéniens,nos fuiſſe reipublicæ máximo preſidio,id eſt protectiône ab ingruéntibus occupatóribus. Ego peto à te ut ſuffragêris, id eſt auxílium & fauôrem præbeas dignitâti meæ , & quarum rerum ſpe tu uocaſti me ad laudem, fácias me alacriôrem in réliquum, ſcílicèt tempus fructu harum , ſcílicèt rerum. Explorâtum eſt ſup. mihi , id eſt certò ſcio te non minus poſſe quàm uelle.Fac ut uáleas,& díligas me mútuo.

Ordo

excuſatoria narratoria.

Cn. Plan. Impe. Conſ. Deſi. S. P. D. Conſ.Præ.Tri.ple.Sen.Pop. plebiq; Romanæ.Epiſt. 8.

SI cui fortè vídeor diútiùs & hóminum expectatiônem & ſpem reipu. de mea voluntâte tenuiſſe ſuſpenſam , huic priùs excuſandum me eſſe árbitror,quàm de inſequēti offício quicquā vlli pollicendum . Non enim præteritam culpam viderivolo redemiſſe:ſed óptimæ mētis cogitâta iampridē matûro témpore enuntiâre.Non me præteribat in tanta ſo-

HVBER. SI cui forte. Plancus abſens cōſul deſignâtus cum diù poſt deſignatiônem conſulâtus tacuiſſet, neque quicquam ad ſenâtum pópulúmque Ro.ſcripſiſſet de ánimo ſuo erga remp.qualem decêret cónſulem præſtâre : hac epíſtola excúſat tarditâtem ſuārū literârum & promiſsiônis ánimi ſui erga remp.oſtendens óptima cauſa eſſe dilâtas, ut ante cōfirmarentur ciuitâtes,quæ ſuperióribus annis fúerant ab aduerſariis ſpe præmiôrū ſolicitâtæ,& allicerētur ánimi præfectorum,prouínciam finitimârum, ut potiùs ſecum & cum repub.ſentîrent & cōiungerentur , quàm paucis latrónibus.prætérea ut ſeipſum munîret aucto exércitu & multiplicâtis auxiliis , quæ ómnia poſtquā nunc ſe feciſſe dicit,pollicêtur omnē bonā ſpem & certíſsimum iudícium de ánimo ſuo in repub. habendū eſſe. Declârat enim qualem & quantum exércitum ſibi cōparáuerit.poſtrêmò petit à Rom. ut æque iúdices ſint eius conſiliôrum & ánimi óptimè affecti , & ut eos hábeant commendâtos , qui nulla re moti à república defecêrunt.

i.i.

Universidad de Deusto Biblioteca

defecerunt. Suspensam. dubiam pendentem. Huic. scilicet cui uisus sum tenuisse suspensam expectationẽ & spem reipub. In se. futuro. Redemisse. emendasse: ille enim dicitur redimere culpam praeteritam, qui aliquo egregio facto eam emendat, & compensat. Maturo. tempestiuo, apto, neque nimis accelerato, neque nimis tardo. Cogitata. cogitationes & consilia. Non praeteribat me. non ignorabam. Fructuosissimam. utilissimam. Ex ea. qui eam faceret. Professionem. promissionem, expositionem. Sed. ostendit se propter utilitatem reipublicæ distulisse professionem suæ uoluntatis, quia celeriter promisisset, uidebat magna impedimenta sibi opponi posse: sin autem distulisset se habiturum maiorem opportunitatem ad auxiliandum reipub. Itaque malnit consulere reipub. quam honori suo. Proficiendum. iuuandum & dandum utilitatem. Temperauissem mihi. id est continuissem me. In eo. ne celeriter pollicerer.

Maturo

ASCEN. SI cui forte. Plancus absens consul designatus cum diu post designationem consulatus tacuisset, neq; quicquam ad senatum populumque Romanum scripsisset de animo suo erga rempub. qualem deceret consulem praestare, hac epistola excusat tarditatem epistolarum suarum, callide indicans eam in rem cum suam tum reipub. fuisse. Indicat praeterea qualem exercitum habeat, & quid pro repu. decreuerit. Salutatio sic legitur, Cnæus Plancus imperator consul designatus salutem dicit Consulibus, Prætori, Tribunis plebis, Senatui, populo plebique Romanæ. Ordo est. Si ego uideor forte cui, id est alicui tenuisse suspensam &, id est simul expectationẽ hominum & spem reipublicæ de uoluntate mea, scilicet erga se, ego arbitror me excusandum esse huic prius.

Ordo

Quam pollicendum quicquam ulli de officio insequenti, id est quod deinceps impendere decreui. Non enim uolo uideri redemisse, id est recompensasse aliquo merito, culpam praeteritam, quia uult nullam in se culpam fuisse, sed supple uolo uideri enunciare tempore maturo, id est opportuno, neque nimis tardato, neque nimis festinato cogitata iampridem, id est à multo tempore, mentis optimæ, id est beneuolentissimæ in rempublicã. Non praeteribat me, id est bene sciebam professionem bonæ nolũtatis esse fructuosissimam, id est utilissimam, in tanta solicitudine hominum & tam perturbato statu ciuitatis, & uidebam complures consecutos supple esse magnos honores ex ea re. s. quam professi fuerant & declarauerant uoluntates suas, sed cum fortuna dimisisset me in eum casum ut aut opponerem impedimenta ad proficiendum in magna spe, pollicendo celeriter, aut si temperauissem mihi, id est oportunitatem temporis seruassem in eo, id est in ea re, haberem maiores occasiones ad opitulandum, id est opem ferendam reipub. uolui haberi.

HVBER. EXPEDITIVS. parátius. Iter. uiam, rationem Quæ mea est. id est qualis est mea. Vita. semper probata, & remota ab omni auaritia & turpitudine. Quam spem. Habeo in manibus. quia omnia sunt mihi parata ad optimam spem. Sordidum. turpe: hoc autem dixit, ne putetur quicquam esse factũrus propter auaritiam, utputa quod magno aliquo præmio à M. Anto. corrũperetur, ut cum eo coniungeretur. Pernitiosum. damnosum reip. Aliquantum temporis. ad cogitandum. Et ali. mu. im. s. fuit nobis opus. Exitu. fine effectu. Nudi. sine consilio, sine rebus. Facultatibus. exercitu & cæteris rebus simul cum uoluntate, quæ per se non sufficit. Confirmandus. enumerat ea quæ fuerunt faciẽda antequã pollicerẽtur uoluntatem suam. Solicitatus. factus dubius, & tentatus à M. Anto. Moderata. honesta, qualia solebat dare respub. Ro. Infinita. innumerabilia maria, montes, ut aiunt sicut promittit Anto. qui enim promittit moderata, facile credendus est esse præstaturus, qui uero innumerabilia & infinita nõ uidetur præstaturus. Largitionibus. tributis, donationibus. Illa. præmia & largitiones, quæ accepissent ab Antonio uel à Cæsa. & Cæsarianis anteà. A meli. au. hoc est à senatu & Popu. Rom. à quibus iustiori iure dari deberent. Eliciendæ. attrahendæ, adducendæ. Finitimis. uicinis huic Galliæ. Complures. cum toto Popu. Ro. Societatem. fœdus, aut coniunctionem. Paucioribus. qui sequerentur Anto. Funestam. calamitosam. Muniendi. corroborandi. Auxiliis. subsidiis, quæ ab amicitia & sociis mittuntur. Præferremus. ostenderemus. Sensus. uoluntatem nostram, odorem. Nosmet etiam fu. m. exer. nostro au. & auxi. multi. cum præferemus, sensus etiam aperte, tũ etiã non esset periculosum sciri, qđ essemus defensuri inuitis quibusq;. Non esset peri. non possent nos impedire, bene paratis omnibus quæ dixi. Diffitebor. negabo. Simulasse. ostendisse me facere. Et dissimulasse, id est occultasse. Vt peruenirem ad effectum horum consiliorum, id est ut possem hæc mea consilia & has meas deliberationes ad effectũ perducere. Quod. quia. Præmatura. Accelerata. Iuue. nõ præmaturi cine- Præmatu-
res, nec funus acerbum Luxuriæ, sed morte magis me- ra
tuenda senectus. Denuntiatio. declaratio & permissio. Boni ciuis imparati. i. ciuis habentis bonã uoluntatem, sed non parati rebus necessariis. Ex casu. ex infortunio. Collegæ D. Bru. qui Mutinæ obsessus est: quia aperte ostendit se esse defensurum rempu. antequam parasset, quæ erant necessaria ad resistendũ hostibus. Quo nomine. id est qua causa, ob quam remp. Tectius. secretius quàm per literas quæ possunt intercipi. Munitri. corroborari. Ex quo. ex qua re. Excubare. uigilare, assidue esse.

ASCEN. EXPEDITIVS. id est facilius & paratius iter, id est ingressum salutis communis quàm meę laudis, hoc est malui tardando facere unde reipublic. prodessem, quàm cito pollicendo mihi laudem prosequi. Nam quis potest aut pati sordidum, aut cõcupiscere pernitiosum, scilicet in repu. in ea fortuna quæ mea est, hoc est qui imperium Po. Ro. adeptus sit, & ab ea uita, quã ego arbitror cognitam omnibus in me, quasi dicat honestissima & innocentissima, & cum ea spe quam habeo in manibus, quia uideor posse cõstituere aut euertere rempub. Sed opus fuit nobis aliquantulum tém- Opus
poris & magni laboris & multæ impensæ, ubi opus cum
genitiuo construitur, & cum nominatiuo aut accusatiuo, nisi aliquantulum aduerbium sit: sic enim cum genitiuo locutio fieret: nam non possumus dicere, opus est aliquantulum magni laboris &c. ut præstarẽmus exitu, id est in fine, ea quæ pollicemur, scilicet nunc reipublicæ & omnibus bonis, scilicet ciuibus, ne quòd accederẽmus nudi cum bona uoluntate ad auxilium patriæ, sed cum facultate, scilicet auxiliandi. Ad hoc autem, Exercitus quia dubiæ fidei erat confirmandus, solicitatus sæpe nobis, id est à nobis magnis præmiis, ut speraret potius ab repub. moderata, scilicet munera, quàm infinita ab uno, scilicet tyranno Antonio. Complures ciuitates, quæ erant obligatæ, scilicet Antonio superiore anno largitionibus & concessionibus præmiorum, sup. erant confirmandæ, ut putarent & illa, scilicet promissa uana, & existimarent eadẽ petenda à melioribus authoribus, quia reipub. fautoribus. Etiam uoluntates reliquorum, qui præfuerunt prouinciis finitimis, id est à finibus & exercitibus sup. erant eliciendæ, id est ex hominibus iam Antonio addictis eliciendæ, ut sup. nos omnes, hoc est nos simul cum illis inirẽmus, id est contraherẽmus & facerẽmus potius societatem libertatis defendendæ, id est ad defendendam libertatem Popu. Rom. hoc est nostram, quam paterẽmur cum paucioribus, scilicet Anton. Læp. Augusto, & eorum fautoribus, uictoriam funestam, id est perniciosam orbi terrarum. Muniendi. Prosequitur reliqua, quæ necessaria uisa erant priusquàm animum suum in rempublicam aperiret, dicens. Vero. id est sed, nosmetipsi fiamus muniendi, scilicet ab inimicorum incursione, exercitu aucto, & auxiliis multiplicatis ut cum proferremus, id est publicarẽmus aperte sensus, id est sententias nostras, tunc non esse periculosum sciri, quid essemus defensuri etiam sup. à quibusdam inuitis, id est inuitè audientibus nos à repub. stare, & reipub. fauere. Itaque quia hoc consilio mentem celaui, unquam diffitebor, id est negabo, me & id est simulasse multa, scilicet quæ non essent, esse inuitum, id est contra uoluntatem meam, & dissimulasse, id est finxisse non esse quæ erant cum dolore, quia doluit non audere aperte fauorem suum in rempublicam ostendere, ut peruenirem ad effectum horum consiliorum, scilicet proxime dictorum, hoc est ut interea sic se muniret & instrueret, ut uel inuitis hostibus rempublicam defendere posset. Ideo autem dissimulaui, inquit, quòd, id est quia ego uidebam, id est cognoscebam ex casu collegæ, scilicet D. Bruti, quàm, id est quantum periculosa esset præmatura, id est accelerata, & ante maturitatem ostensa, denunciatio, id est declaratio ciuis boni: quia reipublicæ studiosi, imparati, scilicet ad resistendum inimicis. Quo nomine. id est sub quo prætextu aut cuius ratione, nos dedimus etiam Caio Furnio legato uiro forti atq; strenuo plura mandata uerbo, quàm scriptura, scripto publicanda, ut, scilicet ea mandata, &, id est simul, perferrentur rectius, quia tutius ad uos & nos essemus tutiores, quia minus suspecti, sed literæ fuissent deprehensæ. Et nos præcepimus, scilicet Furnio ut diceret quibus rebus conueniret, id est utile esset, & id est simul, salutem communem muniri, & nos armari & protegi. Ex quo. id est ex qua re, potest intelligi, scilicet ab omnibus, curam reipub. defendendæ summe, id est summopere excubare, id est uigilare iampridem, id est iam à plúribus diebus apud nos.

neſtam orbi terrarum *victoriam partiremur. Muniendi vero noſmetipſi fuimus auctо exercitu auxiliiſq; multiplicatis: vt cum præferremus ſenſus aperte, tum etiã inuitis quibuſdam, ſciri quid defenſuri eſſemus, non eſſet periculoſum. Ita nunquã diffitebor multa me, vt ad effectum horum conſiliorum peruenirem, & ſimulaſſe inuitum, & diſſimulaſſe cum dolore: quòd præmatura denuntiatio boni ciuis imparati, quàm periculoſa eſſet, ex caſu collegæ videbam. Quo nomine etiam C. Furnio Legato viro forti atque ſtrenuo plura etiam verbo quàm ſcriptura mandata dedimus: vt & tectius ad vos perferrentur, & nos eſſemus tutiores: quibuſq; rebus & cõmunem ſalutem muniri, & nos armari conueniret, præcepimus. Ex quo intelligi poteſt curam reipub. ſumme defendendæ iampridem apud nos excubare.

*P.V.C. VICTORIAM partiremur. Cum docuiſſem in Medicæo, & aliis netuſtis PATIREMVR ſcriptum eſſe, nõ uideo cur nonnulli me ex ingenio PARTIREMVR legere dicant: nam quod iidẽ rationes quibus uſus ſum parum firmas appellant, non ſunt fortaſſe tam inanes, quàm putant: non poſſunt autem hæc oſtendi γεωμετρικῶς, & ſi argumentis (ut illi dicunt) uſus non ſum, ſed potius authoritate priſcorum codicum. addam exemplum Ciceronis, quod aliquam uim habet ad hoc confirmandum. In Philipp. Partirentúrque interſe, qui Capitolium, qui Hoſtia, qui urbis partas occuparent.

NVNC

HVBER. ¶ NVNC. iam dicit tempus esse declarandi uoluntatem suam quam ostendit esse paratissimam erga rempub. quandoquidē omnia habet parata. Deum. deorum. Explorate. indubitate. Legiones. exponit apparatum suum. Sub signis. id est in castris, sub uexillis. Vexilla enim non tollebantur, nisi cum iam erat deueniendum ad manus. Luca. Tollite iampridem uictricia tollite signa. Obsequentes. obedientes promptos ad mea iussa. Prouinciam. Galliam. Omnium ci. cō. omnes enim ciuitates prouinciæ conueniunt, ad faciendū omnia quæ uelim. Certantem ad offi. id est enitētem ut faciat quod debet erga me, & Pop. Ro. quia certāt omnes ciuitates inter se quæ magis posit præstare officium suum. Hæ gentes. Gallicæ. Conficere. simul ponere. Respub. id est causa. reipub. Vocet tra. & egeat opera mea. Vel. id est etiam. Conuertere in me. id est super me, ut ita dicam suscipere, & ut audeam ego solus resistere omnibus hostibus cum periculo uitæ meæ. Morari. differre, in longius ducere. Periculum, quod est in repu. euenturum. In damno meæ laudis. quia nimium tardauerim declarationē huius meæ uoluntatis. Lætabor cōmodo reipub. gaudebo profuisse reipub. licet ego nullam laudē assecutus sim. Accedam. adiungar. Integerrimorum. optimorum ciuium, qui omnino rempub. defendere velint. Commendo mea cōsilia &c. uelim ut de meis consiliis equū iudicium afferatis. Mihi quidem. sensus est. ego satis magnos fructus pro meritis meis me adeptum putabo, si respu. fuerit incolumis. Vlla spe. promissorum quæ faciebat M. Anto. Vllo metu. amittendarum fortunarum suarum, nisi sequerentur Antonium, ut ille eis minabatur.

ASCEN. ¶ NVNC cū benignitate deū. i. deorū nos sumus paratiores. i. instructiores ad bellū ab omni re. i. ex omni parte & re necessaria, uolumus hoīes non solum bene sperare de nobis. i. de uictoria nr̄a, sed iudicare explorate. i. certe, tanquā de re explorata. Ego habeo quinque legiones sub signis. s. militaribus coniunctissimas reipub. & fide & uirtute sua, & obsequētes. i. obedientes & inseruientes nobis nostra liberalitate. Et habemus prouinciam paratissimā cōsensu omniū ciuitatū, & certamen cōtentione summa ad officia, scilicet prestanda, hoc est quæ prima aut maxima præstare posit, & habemus tātas copias equitatus & auxiliorum. i. auxiliariorū militū, quātas. s. copias hæ gentes. s. in prouincia Gallicana possunt, conficere, id est simul facere & præstare ad salutem & libertatem suam defendendam. Ipse. id est egomet, ita sum paratus animo uel tueri prouinciam, scilicet cōtra Antonianos, uel ire sup eo quo respu. uocet, uel tradere, scilicet successori à senatu misso, exercitum, auxilia, & prouinciam ut non recusem conuertere in me, uel, id est etiam omnem impetum belli, si modo, id est dummodo, possem aut confirmare salutem patriæ, aut morari, id est in mora tenere periculum, scilicet patriæ casu, id est interitu meo. Si ego polliceor hæc iam omnibus rebus expeditis, & statu ciuitatis, tranquillo, id est si forte iam debellatum est aut pactum cum Antonio, ego lætabor commodo reipublicæ in damno laudis meæ, quia adhuc nihil præclari egerat, sed se duntaxat accinxerat & instruxerat. Sin. id est sed si, accedam ad societatem integerrimorum, id est nulla parte imminutorum & maximorum periculorum ego commendo mea consilia defendenda æquis iudicibus ab obtrectatione inuidorum. Quidem. id est certe fructus satis magnus est paratus mihiipsi in incolumitate, id est prospero statu reipub. Vero pro sed uidetur petendum sup. esse, id est oportere peti ut habeatis commendatos uobis eos qui sequuti meam authoritatem & multomagis fidem uestram, nec potuerūt decipi ulla spe, scilicet remunerationis ab aduersariis pollicitæ, nec terreri ullo metu, scilicet ab iisdem illato, quales erant Furnius & frater eius ac Laterensis.

Vale.

Respondet Ciceroni Plancus.

HVBER. NIHIL me. Primum ostendit Plancus Ci. debēre habēre certissimum amōris sui testimōniū quod ei prius indicāuit cōsilia sua quām aliis quibus se lætāri dicit q̄ non fuerint à Cic. temerè promissa aliis: postea uero dicit se quotidie magis auctūrū esse merita sua erga remp. Postremo scribit ubi habēbat exercitū. Temere. inconsultō, improuidē: quia prius quām scripserit Plancus, ut uisum est in præcedenti epistola, diligentèr omnia consultauit & prouidit. textus autem ita legendus est. Nihil me tibi temerè scripsisse, aut cæteris de me frustrà recepisse lætor. Recepisse. promisisse. Maturius. celerius. Meritorū. beneficiorum erga rempub. Accessiones. augmenta. Recipio. promitto, affirmo. Cognitūrum. s. futūrum, quām uidēris hactenus. Ita respub. est quædam adiuratio, id est sic auxilio meo fiat libera respub. Iurat autem Plan. se ita existimāre immortalia præmia, quę à senātu & à pōpulo Roma. conferātur, ut tamen sine his nihil sit imminutūrus de studio & perseuerántia sua erga rempublic. & nolle ullam dignitātem eo fauōre sibi dari, nisi ópera sua appáreat singulāris erga rempub. inter uiros óptimos. Imminéntibus. accisūris. Suspício. miror, magnifácio. Remissūrus. diminūtūrus. Impetus. effectus. Ópera. factum. Accédere. addi, adiungi. Mihi. sed reipu. Contra quod. scílicet ne concupíscam mihi. Pugno. resisto: quia ómnia fácio pro repub. & pugno, ne cupíditas meorum cōmodōrum me uincat. Moderatōrem témporis & rei. qui dispónas & tempus & res meas, ut quando uoles & quod uoles, fácias pro iudício meo. Nihil autem. sententia est. Serò. tardè. Aut exígue minus quām det, quia quandocunque tríbuat pátria, aut quodcunque tribuat, debet uidēri bono ciui & satis & cito tribūtum. Traieci Rhod. misi ultra Rhodānum flumen, qui est Galliæ Narbonensis ex álpibus præcipitātus per Heluétios ruens inter Europæ máximos fluuios nominātus. dícitur autē súrgere non longe ab Histri Rheniq; fóntibus & Lemāno lacu acceptus tenet ímpetum, seq; per médium inter ággeres quantus uenit egreditur, de quo plura uide apud Cosmógraphos. Viennā. urbs est in Allobrógibus, ut scrib. Pomp. Celeritāte. quia citò áliquid egregii fáciam. Opposúerat, ut me impédiat. Ad tempus. pro témpore. Cópias. exércitum. Si. quia: affirmantis enim non dubitantis est. Rhodanū. Vienna.

¶ NIHIL &c. Primo ostendit Plācus amōris sui certitúdinem ex consilii apertióne, deinde polliceturse in dies magis de repub. meritūrum, & demum scribit ubi nam hábeat exércitum. Ordo est. Ego lætor mi nihil scripsisse tibi temerè. i. inconsideratè ac uanè, aut te recepisse, id est promisisse de me frustrà, hoc est sic euenisse ut lego tibi ut tu aliis promisisti. Certè tu habes hoc id est tanto maius testimónium amōris mei, quò, id est quantò matúrius, id est cítius uólui cōsilia mea esse nota tibi quām cæteris. Vero. id est sed, spero te præuidēre accessiónes, id est incrementa meorū meritorum. i. in rempub. fieri in dies. s. singulos, & recípio. i. polliceor te cognitūrum. s. adhùc magis. Quod. i. quantum áttinet ad me. ò mi Cic. ita sup. opto ut resp. liberetur ab malis imminéntibus me adiuuante, sic suspício. i. cum uenerátione tanquā supra me pósita aspício, uestra præmia cōferenda certè cum immortalitāte, nam cuicunq; consulātus ob mérita in rempu. decretus fuit, immortáli honōre donātus uideretur, ut nihil sim remissūrus de studio meo iuuandæ reipub. & perseuerántia mea in fide, sine his, scílicet præmiis, hoc est etiam si nulla præmia contúleris. Nisi ímpetus ánimi mei fuerit singulāris, & ópera mea præcípua, in multitúdine optimōrum cíuium, ego nihil. i. non aliquid. non uolo áliquid accédere, id est addi ad dignitātem meam, suffragatióne uestra id est uestro fauōre & suffrágio. Autem. i. sed, concupísco nihil mihi sup. eorum, contra quæ quidem ipse pugno, quasi dicat non uolo per uim quicquam præmii extorquēre, aut honōres ássequi quia contra eos, qui tália uolunt pugno, sed ego pátior fácile te esse moderatōrem & témporis & rei. i. te discérnere & quando quid mihi conferendum sit. Autem. i. sed nihil potest uidēri tributū ciui à patria, aut serò. i. nimis tardè quo ad tempus, aut exígue. i. nimis módicè quò ad rem. Ego traiēci. i. traduxi Rhodānum. i. ad álteram partem Rhodāni, exércitum, scílicet meum ad. v i. Calen. Maias, hoc est. x x v i. diem Aprilis, magnis itinéribus, scílicet ut dícunt diétis. Ego premísi uia breuiōre, id est per uiam breuiōrem, Viennam. id est ad eam urbem super Rhodanum sítam, mille équites. ipse, id est ego satisfáciam, celeritāte, id est longiōrem uiam celeritāte superábo, si non impédiar à Lépido, si autem Læpidus opposúerit se in itínere meo. Ego cápiam consílium ad tempus, id est pro qualitāte témporis & rei. Ego adduco cópias firmíssimas, & génere, quia ueterános aut Gallos, & numero, quia copiósas, & fidēlitāte, quia liberalitāte deuíctas. Ego ut tu diligas me, si scis, id est confídis te factūrum mutuò, id est in eum à quo tantundem amāris.

Ordo ¶

Cicero Planco S. D. Epist. 10.

HVBER. ET si. scílicet cum post Furnii relatiōnem de uoluntāte Plan. erga remp. ipse & Plan. scripsísset sensus & cōsilia sua Ci. eum summópere laudat, ostenditque eum non caritūrū méritis præmiis, si modo sit áliqua respub. Itaq; hortátur ut pergat subuenīre pátriæ & opitulári D. Bru. qui erat obsessus Mutinæ ab Ant. Se autem pollicetur Ci. fore fautórem dignitātis Planci, & amicíssimū in ómnibus.

ET si satis ex Furnio nostro cognóram quæ tua uoluntas, qd consilium de rep. esset: tamen tuis líteris lectis, liquidius

nibus.textus satis est planus. Liquidius.clarius.In uno prælio,si uincatur An. Disceptat.periclitatur,certat. Decretum.s.tibi:nam senatusco. mandatum est Planco,ut prosequerētur M. Ant. Percrebuit. nótius fuit, & uulgatum. Si habuissemus cónsulem, qui áberat, sine cuius præséntia non licuit declarari de apparatu tuo. Cuius.consolatur ipsum q nondū fuerit declarātum de eius apparātu, quia dicit tempus nō solum adhuc non præteriisse, sed neq; etiam adhuc esse matūrum declarandi,quæ Plan.pro repu.apparasset. Is de. sententia est exornatio:est autem sensus:is uidetur mihi uere honor,qui non datur propter spem beneficii, quod aliquis sit factūrus,sed propter beneficium iam acceptum qualis erit honor,qui tibi conferetur propter beneficia iam in remp.præstita. Modo dūmodo.

Inuitamentum Inuitamentum.incitamentum. Ad tempus.s.certum. Incumbe.iubueni, dissolutum est exornātum. Opitulare auxiliare, opem fer. Consensu & cō.i.coniunctā uoluntātem ómnium gentium ad defendendum rempub.Ro. Anteferrem.præpónerem.

ASCEN. ℣ET si &c. Cum post Furnii legāti relatiōnem de uoluntāte Planci erga rempub.ipse Plancus scripsisset sua consilia Ciceróni,ipse Cic.eum hac epistola summópere laudat,ostenditque eum non caritūrum méritis premiis si modo áliqua sit respu.futura,quod tunc mérito uereri potuit, cum paulo post sit à triúmuiris occupāta,& Cicero ipse proscriptus & mox deprehensus cap.est plexus.Ordo est.Et si.id est quanquam ego cognóueram satis ex Fúrnio nostro,scilicet communi amico,quę uoluntas tua,& quod consilium.s.tuum esset de rep. tamen literis tuis lectis.i. postquam légerē literas tuas. Iudicāui liquidius,id est clárius & defecatius de toto sensu tuo.i.sententia de repub. Quamobrem quanquam omnis fortuna reipub.disceptat,id est uersātur in ambíguo, ut qui in iudicio disceptant ante sententiam latam in uno prælio,scilicet ad Mutinam cōmittendo,quod quidem, scilicet prælium ego arbitrābar,scilicet cum hæc scríberem fore,id est futūrum iam decretum, id est álteri parti adiudicātum & ita profligatum & finitum. Huber. intelligit à senātu per decretum mandatum Planco, quod non placet:si enim senātus mādasset,frustra Ci. indicasset:præterea decérnitur armis utrius partis res sit, aut utra uiuat: unde illud Marónis, Inter se coisse uiros & decérnere ferro.licet Seneca cérnere pro decérnere legat:uult erdo dícere quòd propediem futurū esset prælium cum Antonianis, in quo decernātur utrum respub. an tyranni rerum potiturī sint,decretum ergo,id est profligatum & finitum,iam cum leges hæc,id est has literas, tamen tu es consecūtus magnam laudem ipsa fama,id est per ipsam famam,quæ percrebuit, id est multū diuulgata est de uoluntāte tua, scilicet procliui in rempub. Itaque si ego habuissem Romæ cónsulē,declaratum esset à senatu,id est publico decreto cum authoritate cónsulis cum magnis honóribus tuis,quàm, id est quantū gratus esset conatus & apparatus tuus,scilicet pro iuuanda repub.quia ut uisum est sperat se collegisse maximas & fidelíssimas cópias. Cuius rei.s.faciendæ,tempus non modo.i.non solum, non præterit, sed ne quidem non fuit matūrum.i.tempestiuum etiam nunc iudicio meo quia melius fieret repub.stabilita,quod propediem futurum sperāuit Ci. nunquam tamen uidit. Enim.i.quia. Is denique honos uidēri mihi.s.uerus qui defertur & datur claris uiris,non propter spem futūri beneficii cum nihil adhuc præclāri fecerint,sed propter magna mérita,quasi dicat expectandum esse donec quod parātus erat faceret. Quare modo.id est dummodo aliqua respub.sit,in qua honos possit elucēre, id est resplendēre, crede mihi tu abundabis ómnibus amplissimis,id est summis honóribus.Vbi omnis cum superlatiuo non inepte iúngitur,quod Vallam non notasse mireris. Autem.i.sed is.s.honos qui potest appellāri uere honos.i.honor:idem enim sunt, nō est inuitamentū.i. pronocamentum ad tempus.s.duraturum, sed prémium uirtutis perpétuæ. Quamobrem ò mi Plance incumbe toto péctore ad laudē, súbueni patriæ. Opitulare.i. opem fer collegæ.s.tuo iam obsesso,ádiuua consensum omniū gentiū bene de rep.sentiētium, & conspiratione incredibilē omniū gentiū,ubi cōspiratio dicitur de cōmuni studio in remp.& ita in bonā partem accípitur. Tu cognosces me adiutōrē consiliorū tuorū,fautorem dignitatis tuæ & amicissimū & fidelíssimū tibi in ómnibus rebus,intélligit si toto péctore ad ueram laudem incubuerit.Causam huiusmodi fauōris affert subdēs. Enim.i.quia, cháritas pátriæ.i.quā simul habēmus in pátriam accessit.i. áddita est aduenit ad eas causas,quibus sumus coniuncti inter nos,amore.s.mutuo,officiis,beneficiis ex debito mutuo,& uetustate.s.amoris & necessitúdinis:nā ut supra uisum est,pater Planci erat

Universidad de Deusto Biblioteca

de toto sensu tuo iudicaui. Quamobrem quanq; in vno prælio omnis fortuna reip. disceptat (quod quidē cū hæc legeres,iam decretum arbitrabar fore) tamen ipsa fama,quæ de tua volūtate percrebuit:magnā es laudem consecutus. Itaq; si cōsulem Romæ habuissemus,declaratum esset à senatu cum tuis magnis honoribus, quàm gratus esset conatus & apparatus tuus. Cuius rei non modo non præteriit tēpus, sed ne maturum quidē etiā nunc meo quidē iudicio fuit. IS ENIM DENIQVE honos mihi videri solet,qui non ꝓpter spem futuri beneficii,sed ꝓpter magna merita clarisviris defertur & datur. Quare,sit modo aliqua resp.in qua honos elucere possit:omnibus,mihi crede,amplissimis honoribus abundabis. Is autem qui vere appellari potest honos,non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium. Quāobrem mi Plāce incumbe toto pectore ad laudē, subueni patriæ, opitulare collegæ, omnium gentiū consensum & incredibilem conspirationem adiuua. Me tuorum consiliorum adiutorē, dignitatis fautorē, omnibus in rebus tibi amicissimum fidelissimūq; cognosces. Ad eas enim causas, quibus inter nos amore sumus,officiis,vetustate coniuncti, patriæ charitas accessit: eaq; effecit, vt tuam vitam anteferrē meæ. IIII. Calend. April. Vale.

℣Ex Epistola. Et si satis ex Furnio.

Is autem q̄ uere appellari potest honos,nō inuitamentum ad tempus,sed perpetuæ uirtutis est præmium.

Ciceroni maxime necessarius, & Plancus ipse à puero charissimus. Et ea. scilicet charitas patriæ effecit ut anteferam,id est præpónerem tuam uitam meæ,scilicet uitę,quod difficile est créditu,& difficilius factu,facile tamē dictu.ueruntamen quia non pauci Romanorum uitam suam pro pátria exposuērunt, & uitam Planci Cicero putat magis patriæ necessariam quàm suam,non est omnino incredibile,sup.scriptum aut datum esse, quod tamen non putem à Cicerone additum. IIII. Cal. Aprilis. Vale.

Plancus Ciceroni S. D. Epis. II.

IMmortaleis ago tibi grātias, agamq; dum viuam: nam relatūrum me affirmāre non possum. tantis enim tuis officiis non videor mi respondēre posse: nisi fortè (vt grauissime disertissimeq; scripsisti) ita sensūrus es,vt me referre grātiam putes,cùm memória tenēbo. Si de filii tui dignitāte esset actum,amabilius certè nihil facere potuisses. Primæ tuæ sententiæ infinitis cum munéribus, posteriores ad tempus arbitriumq; amicórum meórum compósitæ,oratio assidua & perpétua de me,iurgia cum obtrectatóribꝰ, propter me, notíssima mihi sunt. non mediocris adhibenda mihi est cura,ut reipub. me ciuem dignum tuis laudibus præstē,in amicítia tua mémorem atq; gratum. Quod réliquum est,tuum munus tuere:& me, siquem esse voluisti,eum éxitū rebusq; cognoscis, defende ac súscipe. Cum Rhodānum cópias traiecissem,fratremq; cum tribus milibus équitū præmisissem, ipse iter ad Mutinā dirigerē,i itínere de prælio facto,Brutoq; & Mutina obsidione liberātis,audiui. Animaduerti nullū alium receptum Antonium,reliquiasq;,quæ cum eo essent,habere nisi in his pártibus. duasq; ei spes esse ꝓpósitas:vnā Lepidi,ipsius álterā exércitus. Quòd quædā pars exercitꝰ nō minꝰ furiosa est,q̄ qui cum António fuērūt, equitātū reuocāui. Ipse in Allobrógibus cónstiti, vt

IMMORTALES. scripserat Ci. ad Plan. se diligēter ómnia fecisse pro tuenda eius dignitāte, dixisse enim sententias multas in senātu,pro eo susceptisse iúrgia cum eius obtrectatóribus,quæ omnia scri. Plā. esse sibi notíssima,neque posse referre dignas grátias, incúmbere autem sibi magnum onus tuendæ reipub. propter laudes ipsius Cic.admonet prętérea Cic.quid sperет se factūrū aduersus An.quibus in rebus dicit se habēre adiutōres & interpretes Laterēsem & Fúrniū. Immortaleis,æternas.Ago.dico. Relatūrū.redditūrū re ipsa. Alio loco díximus de hac differéntia. Respondēre.latissfácere uel par referre. Sensūrus.iudicaturus. Primæ.id est sententiæ,quas pro me dixisti. Posteriores.scilicet sententiæ. Compósitæ accommodātæ. Arbitrium.uoluntātem ut ipsi uoluērūt. Oratio. quam semper habuisti de me honorificentíssima. Iurgia.cō-Iurgia tentiónes, lites. Obtrectatóribus. ínuidis maledicis meis. Præstem. exhíbeam, reddam. Mémorem. tuorum beneficiorū erga me subaudi præstitorū. Túere. serua. Munus.officium. Quod réliquum est.ideest in eo,quod réstat pro me agēdum. Quem.qualem. Defende eum éxitum. id est defendendo fac ut habeant eum éxitum. Cum Rhodānum. dicit quando factus sit cértior de liberatiōe Decii Bruti ex obsídione Mutinensi. Præmisissem.scilicet Viennā ut supra usum est. Ad Muti. ut succúrrerem. De Bruto mu. liberatis ope. Octa.Cæ.ut díximus in argumentum epístolę. Receptum.redactum. Reliquias.paucos illos mílites qui ei relicti essent. Pártibus. Gálliæ ubi sum. Exércitus,nostri Romāni. Quædam pars,quæ olim militáuerat sub Cæ.quā appellat furiósam, quia erga rempubl. malè esset affecta. Equitātum. quem præmíseram. Reuocāui.iussi redíre. Cónstiti. commoratus sum. In Allobrógibus.ii pópuli sunt Gálliæ, qui olim scribit Stra.militandi studio multis mortalium mílibus tenebantur: hac autem ætāte rei rústicæ déditi campos & alpinas ualles arant, Vienniam metropolim habentes: hæc autem urbs sita est ad Rhodānū,à qua urbe non longe abest Lugdunum.hæc Strabo. Allobroges Vienna

℣IMMORTALES &c. Scripserat Cic. ad Plancum se ómnia diligentèr fecisse protuenda eius dignitāte, & pro eo fórtiter certasse, de quo Plancus grátias agit, dicitque sibi rempub.eo maiōri curæ futūram,simulque docet quid sperет se factūrum aduersus Antónium adiuuantibus Laterense & Fúrnio. Ordo est. Ego ago tibi.scilicet uerbis aut scriptis, grátias immortales,id est non intermoritūras, nec in memória abolendas, & agam dum,id est donec uiuam, non possum adfirmare me relatūrum, id est reipsa paria beneficia reddi tūrum. Ego enim non uideor mihi posse respondēre, id est satisfácere,tantis officiis tuis,nisi fortè ut tu scripsisti grauissime & disertissime. Vt sensūrus es.id est iudicatūrus,ita ut putes me referre grátiam,id est re ipsa satisfácere,cum,id est quando tenēbo memória,scilicet beneficia in me collata,hoc est quando habebo grátias, ut memorem esse sit instar relationis beneficii. Si actum. id est transactum & constitutum de dignitāte filii tui, tu nihil potuisses fácere amabilius sup.mihi. Primæ sententiæ tuæ sup.de me compósitę sunt,id est cōstitūtæ cum munéribus,id est officiis infinitis,id est plúrimis in me liberaliter collātis,posteriores,scilicet sententiæ tuæ compósitæ sunt ad tempus, id est pro ratiōne témporis & ad arbitrium amicorum meorum. Oratio.scilicet tua assídua,id est sermo quotidiānus,& iurgia,scilicet tua perpetua, id est continua cum obtrectatóribus sup.meis propter me, scilicet habita sunt mihi notissima. Quare nō mediocris cura adhibenda est mihi ut præstem,id est exhíbeam reipub.me ciuem dignum laúdibus,& sup.mémorem atque.i.gratum in amicítia tua. Quod relíquum est túere.i.defende munus tuum.i.partes & officium,& defende ac súscipe me si cognosces,id est cognóscere uoles eum éxitum rebus quē uoluisti esse. Cum traiecissem cópias Rhodānum,qui fluuius est Galliæ Lugdunen. & præmisissem fratrem cum tribus míllibus équitum, & ipse.i.ego dirígerem iter ad Mutinam ubi D.Brutus obsidebātur. Notandum autem próprio nómini ciuitātis licēre præpositiōnē ádde

re, audiui itinere de prælio facto & de Bruto & Mutina liberatis obsidione. Animaduerti nullum, id est non ullum, Antonium & reliquias, id est copiarum, quæ essent cum eo nonhabere ullum alium receptum, id est locum refugii, nisi in his partibus, scilicet in quibus essem. Et duas spes esse propositas ei, scilicet Antonio, unã Lępidi, scilicet ad se trahendi, alteram exercitus ipsius quod quædã pars exercitus non minus furiosa est, id est mala sentiens de repub. quam qui fuerunt cum Antonio. reuocaui equitatum, id est equitum exercitum, ipse, id est egomet, id est mansi stans in Allobrogibus, id est Gallis circa Viennam & Lugdunum, ut essem paratus ad omnia.

*P.V.C. ❧VNAM Lepidi, ipsius alteram exercitus. Ita puto legi debere, Vnam Lepidi ipsius, alteram exercitus: nam elegantior multo hæc est lectio, & nullo periculo corrigi potest: nulla enim deprauatio in uerbis, in distinctione tantum peccatum fuerat.

proinde ad omnia paratus essem, acres me moneret. Si nudus hic se Antonius confert, facile mi videor per me sustinere posse, remque pub. ex vestra sententia administrare, quamuis ab exercitu Lepidi recipiatur. si uero copiarum aliquid secum adducet, & si decima legio veterana, quæ nostra opera reuocata, cũ reliquis est, ad eundem furorem redierit: tamen nequid detrimenti fiat, dabitur opera à me: idq́; me præstatum spero, dum istinc copiæ traiiciantur, coniunctæq́; nobiscum facilius perditos opprimant. Hoc tibi spondeo mi Cicero, neq; animum, nec diligentiam mihi defuturam. Cupio me hercules nullam residuam sollicitudinẽ esse. sed si fuerit: nec animo, nec beneuolentiæ, nec patiẽtiæ cuiusquam pro vobis cedam. Do quidẽ ego operam, vt etiam Lepidum ad huius rei societatem incitem: omniaq́; ei obsequia polliceor, si modo rempub. respicere volet. Vtor in hac re adiutoribus interpretibusque, fratre meo, & Laterense, & Furnio nostro. Non me impedient priuatæ offensiones, quo minus pro reipub. salute, etiam cum inimicissimo consentiam. Quod si nihil profecero, nihilomin⁹ maximo sum animo, & maiore fortasse, cum mea gloria vobis satisfaciam. Fac valeas, meq́; metuo diligas. Vale.

❧Ex Epistola. Immortaleis ago tibi gratias.

❧Quæ nostra opera reuocata cum reliquis, est eundem fauorem redierit.

HVBER. Proinde ❧PROINDE. ita. Acres me moneret, ut uiderem esse utile. Nudus. sine exercitus multitudine. Per me id est sine aliorum auxiliis, aut coniunctione alterius. Læpidi. de quo dubitabat ne cum Antonio coniungeretur. Copiarum. exercitus. Veterana. quæ ex ueteranis militibus. Reuocata. ne transiret ad Antonium. Ad eundem furorem, ut etiam nunc sit contra remp. sicut fuit uiuente Cæsa. Detrimenti. damni. Fiat reipub. per transitum decimæ legionis ad M. Antonium. Traiiciantur. transmittant ultra alpes. Istinc. ex Italia. Residuam. reliquam esse remanere. Nec cedam patientię, id est nemo uincet me patientia. Obsequia. id est me facturũ quicquid uoluerit. Laterensis hunc Appia. appellat Laterensem uirum clarum. Priuatæ. quæ mihi factæ sunt in rebus meis priuatis. Etiam cũ inimicissimo. uel generaliter cũ quolibet qui sit mihi inimicissimus, uel cum Læpido. Si nihil profecero. si non potuero trahere Læpidũ in hanc societatẽ. Cum me. ma. gloria. si fuero solus quàm si habuero alios socios, qui uolunt partem gloriæ meæ, si quid præclari fecero.

ASCEN. ❧PROINDE. id est perinde ac, id est sic. ut res, id est utilitas rei moneret me, si Antonius conferret se huc, id est ad hunc locum ubi essem, nudus, id est inermis. Ego uideor posse suscipere, scilicet negocium capiendi aut debellandi Antonii facile per me, id est sine adiutorio & administrare rem, ex sentẽtia. i. uoluntate nostra quamuis supple Antonius recipiatur ab exercitu Læpidi. Si uero adducet secũ aliquid copiarum, & si decima legio ueterana. i. ueteranorum militum quæ præcipuę fortitudinis habebatur, quæ reuocata est cum reliquis, scilicet legionibus, opera, id est diligentia nostra, quia uolebat ad Antonium transire, redierit ad eundem furorem, id est transeundi ad Antonium. Tamen. id est nihilominus, opera dabitur à me ne quid detrimenti, id est damni fiat, scilicet reip. & spero me præstaturum, id est exhibiturum & effecturum id, dummodo copię, scilicet nouæ traiiciantur istinc, id est ex Italia trans alpes, & coniunctę nobiscũ opprimãt facilius perditos, scilicet milites, qui rempub. perdunt. O mi Cicero ego spõdeo tibi hoc, neque animum, neque diligentiam defuturam mihi: cupio mehercule, nullam solicitudinem esse residuam, id est reliquam, hoc est uolo penitus extirpare inimicos reipub. Sed si fuerit. scilicet aliqua solicitudo residua, ego nec cedam animo nec beneuolentiæ, nec patientiæ, id est perseuerantiæ cuiusquam, pro uobis, id est de relictis uobis. Ego quidem do operam, ut incitem etiam Læpidum ad societatem huius rei, scilicet opprimendi Antonii. Et polliceor ei omnia obsequia, si modo uolet respicere, scilicet misericorditer & fauenter rempub. Ego utor in hac re fratre meo, & Laterense nostro & Furnio nostro, scilicet communibus amicis, adiutoribus & interpretibus, id est quasi intercessoribus & significatoribus uoluntatis meæ. Offensiones priuatæ. id est lesiones priuatorum hominum, aut quas priuatim fecero, non impedient me quo minus sentiam pro salute reipubl. etiam cum inimicissimo. Quod si nihil profecero. scilicet sic enitendo prorep. nihilominus ego sum maximo animo, & satisfaciam uobis, id est, uestræ cupiditati fortasse maiore animo, cum gloria mea, hoc est si uincere non potero, & alios in sententiam m. eam attrahere, paratus sum pro republica fortiter pugnando si sors dabit cadere, quod gloriosius erit quã uerbis uicisse. Fac supple. ut ualeas & diligas me mutuo, id est mutuo quòd facturus es.

M.T.C.Cnæo

M.T.C. Cn. Planco Impe. Cons. Des. S. D. Epist. 12.

Et si reipu. causa maximè gaudere debeo, tãtum ei te præsidii, tantum opis attulisse extremis pene temporibus: tamen ita te victorẽ complectar repu. recuperata, vt magnã partẽ mihi lætitiæ * tua dignitas afferat: quam & esse iam, & futuram amplissimã intelligo. Caue enim putes vllas vnquam literas grauiores, quàm tuas, in senatu esse recitatas: idque contigit cum meritorũ tuorum in rempub. eximia quadam magnitudine, tum verborum sententiarumque grauitate. Quod mihi quidem minime nouum, qui & te nossem, & tuarum literarũ ad me missarũ promissa meminissem, & haberem à Furnio nostro tua penitus consilia cognita, sed senatui maiora visa sunt, quàm erant expectata: nõ quòd vnquam de tua voluntate dubitasset: sed nec quãtum facere posses, nec quoad progredi velles, exploratũ satis habebat. Itaque cum ad VII. Id. Apri. manè mihi tuas literas M. Varisidius reddidisset, easque legissem, incredibili gaudio sum elatus. Cumque magna multitudo optimorum virorum & ciuium me domo deduceret, feci continuò omneis participes meæ voluptatis. Interim ad me venit Munatius noster, vt cõsuerat, at ei ego literas tuas: nihil dum enim sciebat: nam ad me primum Varisidius, idque sibi à te mandatum esse dicebat. paulopost idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miseras, & eas, quas publicè. Placuit nobis vt statim ad Cornutum Preto. Vrb. literas deferremus: qui, quod COSS. aberant, Consulare munus sustinebat more Maiorum. Senatus est continuò conuocatus, frequensque conuenit propter famam atque expectationẽ tuarum literarum. Recitatis literis obla-

Et si reipub. cum scripsisset Plan. primum ad Ci. de uoluntate sua erga rempub. Deinde ad. S.P.Q.R. ostendit Cic. quanti fecerit illas literas ad se scriptas, deinde quanti etiam senatus eas, quas publice scripserat, unde hortatur eum ut pergat ita facere sicut instituit, & existimet ueram gloriam in uirtute positam, postremò declarat Munatii incredibilem erga eum beneuolentiam. Præsidii. tutelæ ad terendum hostes. Opis at. ad eos frangendum, qui rempu. oppugnarent. Pene ex tẽ. cum uideret eum in summa desperatione. Ita com. ita carum habeo. Amplissimam, maximam. Caue pu. .i. noli putare. Magnitudine tuor. me. quia contulisti maxima beneficia in remp. ex quo omnia tua uidentur maioris grauitatis. Promissa tu. li. i. ea, quæ mihi in tuis literis promiseras. A Furnio. cui tua cõsilia mihi exponenda mandaueras, ut supra uisum ẽ. Expectata. sperata. Quo. quousque. Elatus. subleuatus, est autem mos ita dicendi. Deduceret. comitaretur. Feci. p. o. omnibus ostendi literas tuas ex quibus tantum uoluptatis capiebam. Nihil sci. te ad me scripsisse. Primum antequam ad Munatium. Quas pu. s. miseras. Cornutum præ. is fuit qui postea, ut scribit Appianus, seipsum interemit. Consulare munus, onus & officiũ consulum. Consules. Hyrcius & Pansa, qui Mutinam uersus ierant. frequens, omnis. HVBER.

Famam, quæ iam erat de literis tuis. Expectationẽ, de aliquibus rebus nouis. Oblata. obiecta. Religio. ne eo die recitarentur literæ tuæ, quia esset contra auspicia, sicut pullarii admonuerant, erant aũt Pullarii aruspices, qui pullis ex quibus auspicia captabãt, præerant. pullis autem in auspiciis, ut scribit Festus, potissimum dabatur plus. Non dedisse operam auspiciis. i. non recte captasse auspicia. Collegia, augurũ, inter quos Cic. erat. Gratia fecisset. i. gratia obtinuisset. Assentiretur, approbaret eam. Intercessit, impediuit, de quo uerbo diximus satis multa in primo lib. In templo, quia eramus in capitolio, quod est consecratum Ioui. Fregerim. uicerim deiecerim. Intercessorem, impeditorem sententiæ meæ ut supra Titius intercessit. Ex me. s. uolo te cognoscere. Tum. eo die.

Omnium generum, nobilium. & plebeiorum. Ordinum, senatorum, equestrium &c. Conspirauit, cõsensit. Speciem apparentiam, non enim sunt uera bona, sed opinatiua. Inanibus. uanis. Verum de. sententia exornatio. Maximè præcipuè licet & aliis rebus. Id cum. i. existimo me esse obligatum ita pro te facere, tum causa reipu. cuius defensor, tum propter necessitudinem, quæ inter nos est.

❧ET si reipu. Cum scripsisset Plancus ad Cice. & senatum de uoluntate sua in rempu. ostendit Ci. quanti literas illas fecerit, hortaturque ut pergat ueram gloriam uirtute assequi docetque Munatii erga ipsũ beneuolentiam. Ordo est. Etsi. i. q̃q̃ ego debeo maximè gaudere causa reip. te attulisse ei penè. i. quasi extremis. i. ultimis temporibus temporis. i. quibus prouincia habenda est, tunc autem cum sentirent ad successorem perfecte rei peruenturam raro magna inceptare solebãt, tantum præsidii & protectionis honorificè & custodiæ & tantum opis. i. auxilii, tamen ita. i. sic, &. i. comprecatiua locutio, complectar te. i. precor, ut detur mihi te complecti repu. recuperata, ut tua dignitas. s. quã ex ea uictoria cõsequaris, adferat mihi magnam partem lætitiæ, quam. s. dignitatẽ tuam ego intelligo & esse iam & futuram, amplissimam. Enim. i. quia, caue sup. ut aut ne putes ullas literas, unquã grauiores esse recitatas i senatu q̃ tuas. ASCEN.

Et

Universidad de Deusto Biblioteca

Et id.s.φ grauíſſimæ æſtimâtæ ſunt, cóntigit tum.i. ſimul,eximia quadam magnitúdine meritorum tuórum in remp.tum.i.ſimul grauitâte uerbórum & ſententiârum,quod minime nouum ſup.fuit quidem,i. certe aut ſaltẽ ut de aliis táceam mihi qui &.i.ſimul noſſem te,& meminiſſem.i.memória tenérem, promiſſa literârum tuârum miſſârum ad me,& habérẽ à Púrnio noſtro conſilia tua pénitꝰ cognita. Sed ſup. quæ ſcripſiſti erant uiſa ſenátui maiora, quã erant expectáta,non φ.ſ.ſenâtus dubitaſſet unq̃ de uoluntâte tua,ſed ſup.φ nec habébat ſatis exploratum.i.cógnitum quantum poſſes fácere. Nec quo.i.uſque ad quantum labóris & periculi uelles progredi.ſ.pro repu, Scripſerat enim φ ad mortem uſque pro ea certâre uellet. Itaq; cũ Variſidius reddidiſſet mihi líteras tuas ad.viii. Idus,hoc eſt ad. vi.diem Aprilis, & ego legiſſem eas,ego ſum elâtus.i.ſupra me raptus incredíbili gaúdio.Cumque.i.& cum magna multitudo optimorum uitórum & ciuium deducéret me.ſ. in ſenâtum aut forum de domo.ſ.priuáta, ego feci continuò omnes participes uoluptátis meæ.i.indicâui omnibus tuam uoluntátem in rẽpu.de qua æque gauiſi ſunt ac ego.Interim Munátius noſter uenit ad me,ut conſuéuerat,ac ego dedi ei líteras tuas, nihil enim ſciébat dum.i.tũc adhuc. Nam Variſídius,ſup. uénerat primum ad me,& dicébat id.ſ.ut primum ad me uenírẽt,eſſe mandatum ſibi à te. Idem Munatius dedit mihi paulopoſt legendas eas líteras,quas tu miſeras ipſi, Et eas,quas miſeras públicè.ſ.recitandas in ſenátu. Placuit nobis ut deferrémus ſtatim líteras ad Cornûtum prętorẽ urbis,ſ.Romæ,qui.ſ. Cornûtus. Suſtinébat munus conſulâre.i.fungebátur officio cõſulári,eo φ eónſules áberant more maiórum.i.ſicut apud maiores & priſcos Romános, prętor urbânus fungebatur officio cónſulum abſéntium.Senâtus eſt continuo conuocâtus & conuênit frequens propter famã atque expectatiõnẽ literârum tuarũ. Líteris.ſ. tuis, recitâtis.i.poſtq̃ erant recitâtæ, religio.i.metus de non ſeruato auſpitio, eſt oblâtus.i. obiectus Cornûto:admónitu pullariórum.i.eorum,qui pullos ad auguria & auſpicia nutritos obſeruábant, eum non dediſſe,ſatis diligentèr óperam dediſſe, eſt comprobâtum ſup. a collégio noſtro uidélicet augurâli.Itaque.i.& ita res eſt dilâta in póſterũm.i.in diem ſequentem. Autem.i.ſed magna contentio ſup.fuit mihi,eo die.ſ.poſtero, cum Seruilio, pro dignitate tua.ſ.tuenda, qui.ſ.Seruilius cum effeciſſet gratia.i. fauore quorundam, ut ſentẽtia ſua pronunciaretur prima,frequens ſenatus.i.plurima pars ſenatus,reliquit eum.i.non eſt ſecutus aut ſecuta ſententiam eius, & diſceſſit in alia omnia.i.probaſſet potius alia omnia quam quæ à Seruilio dicebantur,& cum frequens ſenatus aſſentiretur meæ ſententiæ quæ pronunciata erat ſecunda.Publius Titius interceſſit.i.ſe appoſuit,rogatu.i.ob preces Seruilii. Res eſt dilata in poſterum.i.in diem rurſus ſequentem. Seruilius uenit paratus.ſ.ad reſiſtendum ſententiæ Ciceronis,iniquus ipſi Ioui.ſ. Autori reipub.Romanæ, in cuius exemplo res agebatur. Ego malo.i.magis uolo te cognoſcere ex líteris aliorum ſup.q̃ ex meis,quẽadmodum ego fregerim hũc.i.impetum huius.ſ. Seruilii, & quanta contentione abiecerim Titium interceſſorem.i.repugnatorem ſentẽtiæ meæ.Volo ſup.te cognoſcere,aut cognoſce hoc unum ex meis ſup.literis. Senatus non potuit eſſe grauior, conſtantior amicior tuis laudibus quam fuit tum,id eſt tũc.Nec uero ſenatus ſup. eſt amicior.i.fauentior tibi, quam tota ciuitas. Enim.i.quia,Populus Romanus uniuerſus & conſenſus omnium generum & ordinum conta religio Cornuto eſt, pullariorum admonitu, non ſatis diligenter eum auſpiciis operam dediſſe.idque à noſtro collegio comprobatum eſt. Itaque res dilata eſt in poſterum.Eo autem die magna mihi pro tua dignitate contentio cum Seruilio:qui cum gratia effeciſſet, vt ſua ſententia prima pronunciaretur, frequens eũ ſenatus reliquit,& in alia oĩa diſceſſit, meæq̃ ſentẽtiæ, quæ ſecunda pronũciata erat,cum frequenter aſſentiretur ſenatus, rogatu Seruilii P. Titius interceſſit.Res in poſterum dilata. Venit paratus Seruilius l oui ipſi iniquus, cuius in templo res agebatur. Hunc quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium interceſſorem abiecerim,ex aliorum te literis malo cognoſcere: vnum hoc ex meis, ſenatus grauior,conſtantior, amicior tuis laudibus eſſe nõ potuit,quàm tum fuit. nec vero tibi ſenatus amicior, quàm cuncta ciuitas. Mirabiliter enim Populus Ro.vniuerſus,& omnium generum ordinumque conſenſus ad liberandam remp. conſpirauit.Perge igitur,vt agis,nomẽque tuum commenda immortalitati, atque hæc omnia quæ habent ſpeciem glóriæ, collecta inaniſſimis ſplendoris inſignibus,contemne: * breuia,fugacia,& caduca exiſtima. VERVM DECVS in virtute poſitum eſt,quæ máxime illuſtratur magnis in remp. meritis. Eam facultatem habes máximam. quam cum complexus es & tenes, perfice vt ne minus reſpubli. tibi, quàm tu reipub.debeas. Me tuæ dignitatis non modo fautorem,ſed etiam amplificatorem cognoſces.id cum reipu.quæ mihi vita eſt mea carior: tum noſtræ neceſſitudini debere me iudico.Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem: quod bene cognitam mihi T.Munatii prudentiam & fidem, magis etiam perſpexi in eius incredibili erga te beneuolentia & diligentia.III. Id. Apr. Vale.

¶ Ex epiſtola. Et ſi reipubli.cauſa.
¶ Eam fœlicitatem habes maximam, quam cum complexus es.

ſpirauit

Universidad de Deusto Biblioteca

ſpirauit.i.conſenſit mirabiliter ad liberandum rempubli. Perge.i.procede& peſice incœptum, igitur ut ais, & commenda nomen tuum immortalitati,quia conſtituerat Plancus aut remp.cum ſolicitudine liberare aut pro ea mori. Atque contemne hæc omnia quæ habent ſpeciem.i.ſimilitudinem gloriæ, ſed non ueram gloriã, utpote collecta inſignibus inanibus.i.friuolis,ſplendoris.i.magiſtratus clari,hoc eſt ex honoribus ſine uirtute acquiſitis,& exiſtima breuia.quia diu durare non poſſunt, cum breuis ſit hominis uita,fugacia,quia etiam ſi uita perduceret hominem deſtituere ſolent,& cito ad alium tranſfugere,& caduca,quia per naturam ſuam ſunt inſtabilia,ſplendor enim ille qui in principio magiſtratuũ eſt cito langueſcit. Verũ.i.ſolidũ & perpetuũ decus eſt poſitum in uirtute, quæ.ſ.uirtus illuſtratur maxime magnis meritis in rẽp. Tu habes eam facultatem.ſ.conſerendi magna merita in rempu.maximam,quam.ſ.facultatem.quando.i.quoniam complexus.i.agreſſus es,tene & perfice,ut ne.i.non minus reſp.debeat tibi quàm tu debeas reipu. Tu cognoſces me non modo.i.non ſolum fautorem,ſed etiam amplificatorem dignitatis tuæ. Ego iudico me debere id.ſ.ut ſim amplificator dignitatis tuæ,tum.i.ſimul.reipub.quæ eſt mihi charior uita mea,tum.i.ſimul neceſſitudini noſtræ .ſ.à patretuo primum contractæ. Atque ego cœpi magnam uoluptatem in his curis quas contuli ad dignitatem tuam,φ perſpexi prudentiam & fidem Titi Munatii cognitam mihi bene.i.multum,etiam magis.i.amplius q̃ prius,incredibili beneuolentia & diligentia eius erga te.Datum & c.

¶ TVA dignitas adferat. In Medicæo adferat ſcriptum eſt: AFFERT igitur legi debet:contaminata ab imperito uera lectio fuit,qui dum credidit ſe emendare,corrupit:quod Paulus etiam animaduertit. *P.V.C.

¶ BREVIA,fugacia,caduca. Receptam iampridem lectionem retinendam cenſeo,& ſi fuit cun. & ipſe FVCATA legi poſſe exiſtimarim,quod tamẽ nunc non ualde probo:hæc enim ſententia eſt(ut opinor) huius loci, ut oſtendat,inanem gloriam ἀληθῆ δόξαν eſſe,& paruo tempore perdurare: cum enim ſupra inquit,Atque hæc omnia,quæ habent ſpeciem gloriæ,intellexit res fucatas, & quæ ſplendidæ, ac honeſtæ uidentur,non tamen habent ueram ac ſolidam glotiam,neque ueram dignitatem,quas omnes imbecillas recte dixit,& facile euolare è manibus.Si enim hic FVCATA legeretur,cum uerba illa,quæ habent inanem ſpeciem gloriæ, nihil ſignificẽt,niſi quæ fucata ſunt(ſi quis μεταφορικῶς loqui uult) dixiſſet Cice. quæ fucata ſunt, fucata ſunt,quod probari nullo pacto poteſt. *P.V.C.

mutatoria.

Cn.Plan.Impera. Conſu.Deſi.
M.T.C. S. D. Epiſt.13.

VT primùm poteſtas data eſt augendæ dignitâtis tuæ, nihil pærtermiſi in te ornãdo, quod póſitum eſt aut in prǽmio virtûtis, aut in honóre verbórum. Id ex ipſo S.C.póteris cognóſcere:ita enim eſt perſcriptum, vt à me deſcripto dicta ſententia eſt, quam ſenâtus frequens ſecûtus eſt ſummo ſtúdio magnoque conſenſu. Ego quanquam ex tuis líteris, quas mihi miſiſti, perſpéxerã te magis iudício bonórum,quàm inſignibus glóriæ delectâri: tamen conſiderandum nobis exiſtimâui, etiam ſi tu nihil poſtulâres,quantum tibi à repub.deberẽtur. Tu contêxes extrema cum primis. Qui enim M. Antónium oppréſſerit,is bellum confécerit. Itaque Homêrus non Aiâcem,nec Achillem,ſed Vlyſſem appellauit πτολίπορθον. Vale.

HVBER.

VT primùm. Scribit Cice.ſatis cognoſci poſſe ex ſenatuſconſulto quod de Planco præſcriptum eſt, quanta diligẽtia uſus ſit in augẽda eius dignitâte. Poſtrémo cum hortâtur, ut conficiat bellum incœptum,hoc eſt ut M.Anto.opprimat,ſi uelit ſummã glóriam áſſequi.Ornando.cõmendando.Terent. munus noſtrũ ornáto uerbis.Senatuſcõſulto, quod de tua dignitâte factũ eſt, præſcriptum,notatum cũ conſenſu totius ſenâtus. Vt à me di.eſt ſen. ſicut ego ſenſi & dixi.iudício b.quod boni uiri de te rectè ſentiant.Inſignibus. ornamẽtis, ſunt enĩ laudes ſenatorũ ſtátuæ,& ſimília ornamẽta.Oppréſſerit.deuícerit, ſubégerit.Confécerit,finíerit.Itaque Ho.oſtendit ſũmam gloriam eſſe in fine rerum, non in principio. Aiâcen & A. licet fuerint fórtiſſimi, πτολίπορθον urbis expugnâtor,qui finem dedit bẽllo, πορθέω enim pugno ſignificat πόλις urbs,poetę interdum addunt πτόλεμος pro πόλεμος, & ita πτόλις pro πόλις dicitur etiam πτολίπορτος ſumpſit ex hom.colórẽ. Ouid.lib.xii.metamor.ut introdúceret Vlyxem iactantem ſe his uerbis. Iam labor in fine cum obſtántia fata remõui. Altaque poſſe capi faciendo pérgama cœpi.

ASCEN.

VT primùm &c.Dicit Plancum ex ſenatuſconſulto perſpícere poſſe quantum ipſe Cic.pro eius dignitâte conténderit. Hortâturque ut bellum cum António confíciat. Ordo eſt. Vt.i.ubi primùm, poteſtas augendæ dignitâtis tuæ eſt data.i. conceſſa & facta mihi: nihil prætermiſi in te ornando, quod póſitum eſſet aut in prǽmio uirtûtis aut in honóre uerbórum. Tu póteris cognóſcere id.i.φ ita fécerim ex ipſo ſenatuſconſulto:quod miſſum erat ad Plancum & de Planco augendo. Ita enim ſup. ſenatuſconſultum eſt perſcriptum, ut ſentẽtia dicta eſt à me de ſcripto.i.de eo ſcribendo, quam.ſ.ſentẽ

Ordo

tiam meã ſenâtus frequens.i.plúrima pars ſenatórum,ſecûtus eſt ſummo ſtúdio & magno conſenſu. Ego q̃q̃ perſpéxerã ex líteris tuis,quas miſiſti,te magis delectâri iudício bonórum,ut ſunt reip. fautóres q̃ inſignibꝰ glóriæ.tũ exiſtimandum cõſiderandum ſup.eſſe nobis,etiam ſi tu nihil póſtules, q̃tum deberẽtur tibi à rep. Tu contêxes.i.cónferes.extrêma.i.prǽmia & glóriam,cum primis.i.cum ſudóre & labóre ac periculis. Labor autem erit in opprimendo António.Prǽmium,ſummus in rep.locus.Qui enim oppréſſerit M.Antónĩ,is cõfécerit.i.finíuerit bellum.Itaq; Home.non Aiâcem nec Achillẽ,appellâuit πτολίπορθον.i.urbis populatorẽ & expugnatórem,quanuis uterque eſſet fortíſſimus bellâtor, ſed Vlyſſem, qui cállido conſilio plus náluit q̃ illi uíribus.Quaſi dicat cõſilio pótius q̃ uíribus contra Antónium cõtendendum. πτολίπορτος & pro eodem πτολεπόρτος dicitur à nomine πτολίπορον,quod eſt oppidum ſeu urbs,& nerbo πορθέω,quod eſt pópulo.i.oppugno.

O Gratam

HVBER. O Gratam. sicut Plan. suprascripsit ad Cic. diréxerat iter Mutinā uersus, ut succúrreret Bru. obsesso cum in itínere factus est cértior M. Anto. fusum & Bru. liberâtum. Ci. igitur ita laudat eius propósitum & uoluntâtem succurrendi Bru. ut præ lætitia exclâmet: ostendit autē quanta spes sit in eo & in eius exércitu, hortâturque ut ita incumbat in curam reip. ut nullæ relíquiæ belli restent. O gra. fa. exclamátio præ lætítia. Victóriam. contra M. Anton. apud Mutînam. De ce. ueniendi ut Bru. subuenîres. Hóstibus fusis à te in Gallia. Latro. qui contra rempub. pugnat. Delêre. tóllere. Extrêma. finem. Cum. s. expectâbam líteras tuas. Tempóribus, cum uidêret Mar. Ant. malè successisse. Scintilla, partícula, bellum enim comparâtur igni siue incéndio, partícula igitur belli rectè comparâta est scintillæ, quæ est partícula ignis.

ASCEN. O Gratam. Gratulâtur Pláco ꝙ bonam famam consecûtus sit sine dispéndio, nam bellū ad quod óperam suam pollícitus erat confectū erat bíduo post. Hortâtur tamen ad relíquias delendas, dicens. O famam gratam sup. sparsam bíduo ante uictóriam de subsídio tuo, de stúdio in rempu. de celeritâte, de copiis, atque etiam de hóstibus fusis. s. à te in Gállia. Spes omnis est in te. Enim. i. quia, notíssimi duces latrônum. i. Antonianôrum dicuntur fugisse ex prælio Mutinensi. i. apud Mutînam commisso. Autem. i. sed, non minus gratum. i. útile & acceptū est, delêre extrêma. s. belli quā depéllere prima. Equidem. i. ego quidem expectâbam iam líteras tuas idque. i. & id supple feci cum multis, quia etiam alii multi eas expectâbant. Et sperâbam etiam Lépidum admónitum tempóribus, quia res Antoniâna cœperat labi, esse supple tecum & satisfactûrum reipúb. Igitur ô mi Plance incūbe in illam curā ut nequa. i. non áliqua scintilla. i. partícula uel mínima pars, quæ ut scintilla magnum posset incéndium excitâre. bellum autē nunc dilúuio nunc incéndio cōparâri solet. belli tetérrimi. i. execrandi eo quòd contra rempúblicam cœpti relinquâtur. Quod si erat factum scilicet per te tu afféceris, id est, affícies rempúbli. beneficio diuîno, id est æterno aut diuîno incomparábili, & ipse consequêre, id est obtinêbis glóriam æternam. Datum & cætera.

M.T.C. Cn. Planco Impe. Cons. Des. S. D.

O GRATAM famā bíduo ante victóriam, de subsídio tuo, de stúdio, de celeritâte, de cópiis, atque etiam hóstibus fusis. Spes omnis est in te. Fugisse enim ex prælio Mutinensi dicuntur notíssimi latrônum duces. Est autem non minus gratum extrêma delêre, quàm prima depéllere. Equidem expectâbam iam tuas líteras, idq; cū multis, sperâbamque étiam Lépidū reipu. tempóribus admónitum, tecum & reipúb. satis esse factûrum. In illam ígitur curam incumbe mi Plāce, vt ne quæ scintilla tetérrimi belli relinquâtur. Quod si erit factum, & rempub. diuino beneficio afféceris, & ipse æternam glóriam consequêre. D. III. No. Mai. Vale.

HVBER. His líteris scrip. quicquid alii dicāt ego ita séntio hanc epístolam ponendam fuisse statim post illā, quæ incipit immortaleis ago tibi grátias, idque utriusque epístolæ matéria fácilè declárat, immo uidêtur hoc pótius fuisse finis, & pars illius epístolæ quàm epístola separâta. Nam cū illic scripsisset se datûrum óperam, ut tráheret Læpi. in societâtem suam ad tuendum rēpu. depositûrumque omnes priuâtas offensiones ꝑ reipu. salûte, in hac parte scribit se id effecisse, se enī cum Læpi. coniunctum esse quod cur fécerit, reddit ratiônem, dicit quid égerit & acturus sit, ut M. Antoni. opprimâtur. His. intélligit eas quas díximus, post quas etiam antequâm misisset, subiúnxerat hāc partem de cōiunctiône sua cum Lepi. Internunciis, mediatóribus. s. Laterense & Fúrnio. Omni con. quā mecum habêbat. Lîberos. cum quibus male esset actum si respub. periisset. Vnum latrônem. An. Abuterêtur. i. benè & malè uterêtur, dúmmodò reipu. succúrreret. Prouíncia. Hybéria, ut scribit Ap. Firmos ab e. i. munîtus equítibus, firm⁹ per équites. Est autem ornâtus dicendi mos, ut Cice. fuit clarus ab eloquéntia. i. per eloquéntiam. Ne mediocrem q̄. id est etiam nímium. Ex paucitâte. i. ex paucis, quos habebat. Decem, équites. Non sum. non feci morā. In cur. b. c. in expediendis bonis consiliis. Eam partem, exércitus Lepi. quæ est corrupta, quidam enim ex milítibus Læ. male sentiêbant de repub. quos uidêbat se posse corrígere, & ad remp. redúcere, si ad Lepi. uenisset. Forum iulii. urbs Gal. Octauianôrum Colónia non longe ab antípoli, quæ alpes tangit, neque ut quidam expósuit, est, quam nunc uulgo appellât Friuolum cum longissimè à Gállia distet, ubi tunc erat Plancus. Occúrreret ei, oppóneret se ei. Máximis itine. i. celérrimis, confectis multis miliáribus in uno die. Legiónibus. péditum. Modo. tantummodò. Pérdito. sceleratôrum, qui remp. oppugnant. Latro. Antónius, quem ubíque per cōtuméliam appellat latrônem. Rursus sicut fécerat. Cum ex Gállia secûtus fúerat Bru. cum eum obsédit Mutînæ. Animū. audáciam. Quise. s. ipsum Antónium. A uasta. à populatiône quam factûrus esset Anto. si rursus in Itáliam se recepisset.

Plancus. Præ. M.T.C. S. D.

HIS líteris scriptis, quæ pósteà accidissent scire te, ad rempu. putâui pertinêre. Sedúlitas mea (vt spero) & mihi & reip. tulit fructum. Náque assíduis internúntiis cum Lépido egi, vt omissa omni contentiône, reconciliâtaque voluntâte nostra, communi cōsilio reipu. succúrreret: se, líberos, urbemque pluris quâm vnum pérditum abiectū que latrônem putâret: obséquioque meo, si ita fáceret, ad omnes res abuterêtur. Profêci itaque per Laterensem internúncium, fidem mihi dedit, se, Antonium, si prohibêre prouíncia sua non potuisset, bello persecutûrum. Me, vt venîrem, cópiasque coniúngerem, rogâuit: eoque magis quôd & Antónius ab equitâtu firmus esse dicebâtur: & Lépidus ne médiocrem quidem equitâtum habêbat. Nam etiam ex paucitâte eius, non multis ante diêbus, decem, qui óptimi fúerant, ad me transiérunt. Quibus rebus ego cógnitis, cunctâtus nō sum in cursu bonôrum cōsiliorum: Lépidum adiuuandum putâui. Aduentus meus quid profectûrus esset, vidi: vel quòd equitâtu meo pérsequi, atque opprímere equitâtum eius possem: vel quod exércitus Lépidi eam partem, quæ corrupta est, & ab repúb. alienâta, & corrígere & coërcêre præséntiâ mei exércitus possem. Itaque in Hísara flúmine máximo, quod in fínibus est Allóbrogū, ponte (vno die) facto, ad IIII. Id. Mai. exércitum tradûxi. cum verò mihi nunciâtum esset L. Antónium præmissum cum equítibus & cohórtibus, ad Forum Iulii venisse: fratrem cum équitum quatuor milibus, vt occúrreret ei, misi ad V. Id. Mai. Ipse máximis itinéribus cum IIII. legiónib⁹ expedítis, & réliquo equitâtu súbsequar. Si nos mediocris modo fortûna reipúbli. adiúuerit, & audáciæ perditôrū, & nostræ solicitúdinis hic finem reperiêmus. Quòd si latro præcógnito nostro aduentu, rursus in Itáliam se recípere cœperit, Bruti erit officiū occúrrere ei: cui scio nec consilium, nec ánimum defutûrum. Ego tamen, si id accíderit, fratrem cum equitâtu mittam qui sequâtur, Itáliā à vastatiône defendat. Fac váleas, meque mútuò díligas.

Ex Epistola. His literis scriptis.

Proficisci itaque per laterensem internuncium. Quod & Antoni⁹ ab equitatu fortis esse dicebatur. Si nos mediocris modo fortuna reipubli. adiuuerit. Italiamque à uastatione defendat.

ASCEN. HIS líteris &c. dicit se fecisse quod pollícitus erat in epístola cuius princípium est. Immortâles & c. unde uidêtur post illam ponenda. Ordo est. Ego putâui pertinêre ad rempu. te scire ea, quæ accidissent his. s. superióribus líteris immortâles & c. scriptis. Sedúlitas mea tulit. i. áttulit, ut spero fructum. i. utilitâtem & mihi & reipu. Namque egi cum Læpido assíduis inter núnciis, ut omni contentiône omissa, & uoluntâte nostra, beneuoléntia inter nos reconciliâta ipse succúrreret reip. consílio commûni, & putâret. i. existimâret pluris. se. s. ipsum, líberos. s. suos, & urbem. s. totam, quàm unum latrônem pérditum & abiectum uidélicet Antónium, & sup. dixi agendo cum eo, ꝙ abuterêtur. i. ad uoluntâtem suam nō parcendo uterêtur, nam abûti est absúmere res utendo eis, unde abútimur uino, óleo & c. útimur uéstibus, & domo & c. neque cápitur hic in malam partem, sed in líberā obséquio meo ad omnes res si fáceret ita. Itaque ego profêci per Laterensem internúncium, nam sup. dedit mihi fidem. i. sanctè promisit se persecutûrū bello Antónium, si non posset prohibêre. i. arcêre prouíncia sua. Rogâuit me, ut uenîrem & coniúngerem cópias. i. meas cum suis, & eo magis sup. rogâuit, ꝙ & Antónius dicebâtur esse firmus. i. firmitèr munîtus ab equitâtu. & Lépidus néquidem. i. non saltèm mediocrem habêbat equitâtum. Nam etiam decem. s. équites, qui fúerant óptimi transiērūt ad me ex paucitâte eius. i. quam ipse habêbat, non multis diêbus ante. s. q̄ me rogâret. Quibus rebus cógnitis, ego non sum cunctâtus. i. immorâtus, putâui Lépidum adiuuandum in cursu. i. tantisper dum esset in cursu bonôrum consiliôrum. Vidi. i. animaduerti, quid aduētus meus esset profectûrus. i. utilitâtis factûrus, uel ꝙ possem pérsequi, atque opprímere equitâtum eius equitâtu meo, uel ꝙ possem & corrígere & coercêre præséntia. i. per præséntiam exércitus mei causa, partē exércitus Lepidi, quæ est corrupta. s. donis aut pollicitatiónibus Antoniânis & alienata ab repu. Itaque ponte facto, uno die in Ísara flúmine máximo quod est in fínibus Allóbrogum, est tamen minus Rhodâno, sed Rhodânus secat Allóbrogas ab Gallis. tradûxi exércitum ad quartum Idus Maii. Cum uerò nunciâtum esset mihi Lúcium Antónium fratrem Marci præmissum cum equítibus & cohórtibus uenisse ad forum Iulii, urbem Gálliæ non longe ab Álpibus, misi fratrem sup. meum cum quatuor mílibus équitum ad secundum Idus Maii, ut occúrreret & ei subsisteret, ei. s. Lúcio António. Ipse. i. ego súbsequar máximis itinéribus cum quatuor legiónibus expedítis & réliquo equitâtu. Si modò. i. dúmmodò mediocris fortûna reip. adiúuerit, nos reperiêmus hic. i. in hoc conflictu finem & i. simul audáciæ perditôrum. s. hóminū, & solicitúdinis nostræ, quod si latro. s. Antónius cœperit recípere se. i. redîre tanquam in locum tutiôrem in Itáliam, rursus. i. íterum cógnito aduentu nostro, erit officium Bruti occúrrere ei cui. s. Bruto, scio nec consilium, nec ánimum defutûrum. Ego tamen si id accíderit, id est si redíerit in Itáliam, mittam fratrem sup. meum cū equitâtu, qui sequâtur sup. eum, & defendat Itáliam à uastatiône, quam Antónius esset factûrus. Fac uáleas, & díligas me mútuò.

PETRI VICTO. CASTI. CVNCTATVS non sum in cursu bonôrum consiliôrum: Lépidum adiuuandum putâui. Interpunctiōes non suo loco collocâtæ, ut puto, corrūpunt elegantíssimam senténtiam: ipse enim prorsus ita legendū existimo. Quibus rebus ego cógnitis cunctâtus non sum: in cursu bonorum consiliórum Lépidum adiuuandum putâui. Quamuis ómnia nunc plana & aperta esse opiner, præclarèque intélligi, ac probâri etiam iudícium meum, tamen sensum meæ lectiônis bréuitèr expônam: Quibus reb⁹ cógnitis, summam celeritâtem adhíbui,

putâuiq;

putâuique officium meum eſſe Lepidum adiuuare, dum bona ac reip. utilia conſilia animo uerſaret: quod non ſæpe ille faciêbat: Nam ſi legêmus quemadmodum ante in cunctis impreſſis erat, Cunctâtus non ſum in curſu bonôrum conſiliôrum: aut nullus, aut durus, & inſulſus prorſus ex hac lectiône ſenſus eliciêtur.

M.T.C. Cn. Plan. S. D. Epis. 16.

NIhil poſt hóminum memóriam glorióſius, nihil grâtius, ne tempore quidem ipſo opportúnius accídere vidi, quàm tuas Plance líteras. Réddítæ ſunt enim frequenti ſenâtu Cornûto, cum is frígidas ſanè & inconſtantéis recitâſſet líteras Lépidi: ſub eas ſtatim recitâtæ ſunt tuæ, non ſine magnis quidem clamóribus. Cum rebus enim ipſis eſſent & ſtudiis beneficiisque in rempúblicam gratiſſimæ, * tum erant grauiſſimis verbis ac ſententiis. Flagitâre ſenatus inſtitit Cornûtum, vt referret ſtatim de tuis líteris: ille ſe conſiderâre velle. Cum ei magnum conuítium fieret cuncto à ſenâtu, quinque Tribûni Ple. retulêrunt. Seruílius rogâtus rem díſtulit. Ego eam ſenténtiam dixi, cui ſunt aſſenſi ad vnum. Ea quæ fuerit, ex S.C. cognoſces. Tu quanquam conſilio non eges, vel abundas pótiùs, tamen hoc ánimo eſſe debes, vt nihil hùc reiícias: néve in rebus tam ſúbitis, tamque anguſtis, à ſenâtu conſilium petendum putes. Ipſe tibi ſis ſenâtꝰ: quocunque te rátio reipúblicæ ducet, ſequâre. Cures vt antè factum áliquod à te egrégium audiâmus, quàm futûrum putarímus. Illud tibi promítto, quicquid erit à te factum, id ſenâtum non modo vt fidélitèr, ſed etiam vt ſapientèr factum cōprobatûrum. Vale.

HVBER. NIhil. Hæc epiſtola eiuſdem ferè eſt argumenti, cuius illa quæ incipit. Et ſi reipub. cauſâ. oſtendit enim q̄ gratæ fúerint Planci literæ in ſenâtu, quibus declaráuerat ánimum ſuū & uoluntâtem erga remp. hortâtur autem ut pergat, neque petat conſilium à ſenâtu quid ſit factûrus, q̄a quicquid fécerit affirmat approbâtum iri à ſenâtu tanq̄ & fidélitèr & ſapientèr geſtum. Cornûto. prætôri qui ut ſuprà uídimus gerêbat uices cónſulum abſentium. Frígidas. non multùm graues, uel certè in quibus non declarabâtur promptus ánimus Lepidi. Sub eas. ſ. literas frígidas Lepidi. Clamóribus. fremítibus ex lætítiæ plauſibus. Studiis, quia oſtēdêbas uoluntâtem tuam promptiſſimam. Referret. propóneret. Ad. u. i. omnes, némine excepto, ſic Vir. Iúppiter omnípotens, ſi nondum exôſus ad unum Troiânos. Ex ſenâtuſconſul. ꝙ eſt perſcriptum. Reiicias. hùc remíttas, hùc, ro. ut non remittas ad ſenâtū Ro. quando áliquid eris factûrus, ut ipſe delíberet. Anguſtis. parui témporis. Ipſe tibi ſis ſenâtus. i. cape conſilium à te ipſo, loco ſenâtus. Rátio, utílitas. Non modo ut fi. &c. i. promítto ſenâtum comprobatûrum quicquid féceris non ſolùm quod féceris fidélitèr, ſed etiam quod féceris ſapientèr. Comprobatûrum, confirmatûrum.

ASCEN NIhil. Eiuſdem eſt ferè argumenti cū illa. Etſi reipu. cauſâ. oſtendit enim q̄ gratæ fuêrunt ſenâtui Planci líteræ, hortâtur ut pergat hoſtes perſequi, neque dífferat donec conſilium à ſenatu accéperit. **Ordo** Ordo eſt. Nil uidi accídere glorióſiꝰ, nihil grátius, ne quidem. i. & non etiam témpore ipſo oportúnius poſt memóriam hóminum. i. poſt tantū témporis, quantum homo poſſet memóriâ complecti. q̄ ò Plance líteras tuas. Sunt enim rédditæ, ſenâtu ſup. frequenti, Cornûto. i. à Cornûto p̄tôre urbis & cónſulis offício fungente. Cum is. ſ. Cornûtus recitaſſet líteras Lepidi frígidas ſanè. i. ualdè frigidè óperam ſuam pollicentis, & inconſtantes, quia ambíguè ſcriptas, tuæ. ſ. líteræ recitâtæ ſunt ſtatim, ſub. i. poſt eas quidem id certè nō ſine magnis clamóribꝰ. i. acclamatiónibus. Cum enim líteræ tuæ eſſent gratíſſimæ, rebus ipſis & ſtudiis & beneficiis in rempu. tum. i. multo magis erât plenę grauíſſimis uerbis ac ſenténtiis, **Plenus** ubi plenę cum ablatiuo contra Vallæ opiniônem. Senâtus inſtítuit. i. cœpit flagitâre Cornûtum, ut referret. i. cōſultatiônem fáceret ſtatim de líteris tuis. Ille ait. i. reſpondit ſe uelle conſiderâre, & cum magnum conuítium fíeret ei cuncto. i. ſimul toto ſenâtu, quinqué tribûni plebis retulêrunt. i. in cōſultatiônem attulêrunt quid de líteris tuis ſentiendum eſſet. Seruílius quia aduerſárius rogâtus. ſ. ſenténtiam díſtulit rem. i. nóluit tunc dícere. Ego dixi eam ſenténtiam, cui aſſenſi ſunt. ſ. ſenatôres ad unū. i. uno duntaxat Seruílio excepto. Tu cognoſces ex ſenatuſconſulto. ſ. ad tè miſſo, quæ fúerit ea. ſ. ſenténtia mea. Tu q̄q̄ non eges uel pótiùs abundas conſílio, tamen debes eſſe hoc ánimo, ut nihil reiícias. i. ex húmeris tuis excûſſum tránſferas hùc. i. ad nos. ne ue putes conſilium petendum à ſenâtu in rebus tā ſúbitis. i. ſúbitò faciendis, & tam anguſtis. i. tam módicum tempus ad deliberatiônem habéntibus. Ipſe. i. tute ſis tibi ſenâtus, ſéquere te. i. conſilium tuum, quocunque rátio reipu. dedûcet te. Cures ut audiâmus áliquid factum egrégiè à te anteq̄ putarêmus futûrum. Ego promítto tibi illud, quicquid factum erit à te, id ſenâtum comprobatûrum non modò ut factum fidéliter, ſed etiam ut factum ſapientèr.

❧Ex Epiſtola. Nihil poſt hominum memoriam.

❧Flagitâre ſenâtum ínſtitit Cornûtum. Quocunque te ratio reipub. ducet, ſequâre, tuêre rempubli. cures ut ante factum aliquod à te egregium, q̄ futûrum putarímus.

***P.V.C.** ❧TVM erant grauiſſimis uerbis, ac ſententiis. Ita hunc locum emendáuimus, cum in ómnibus impreſſis, ſētentiis plenæ legerêtur: id autem fécimus, ſecûti fidem priſcorum códicum, in quibus poſtrêmæ uocis ueſtigiū nullum reperitur &: Quintiliani autoritâtem, qui affirmat, Cicerônem ita ſemper hoc uerbo uſum eſſe, ut díceret, Plenum uini, & non Vino, ut poſteriôres fecêrunt: non dixiſſet igitur Plenæ uerbis, ac ſententiis Cícero. Quemádmodum autem ſine ea uoce ſenſus manêre poſſit, obſcûrum non eſt. Quod in Catône maiore Cícero inquit. Haud magna cum re, ſed fide plenus, non eſt ſéptimus caſus FIDE, neque contra teſtimonium Quintiliâni hoc facit: ſed ita ab eo dictum eſt, ut in epíſtola, quæ hanc ſéquitur à Planco dictum fuit, quo obſide fide illius ac ſocietâtis. Quod nos olim accuratè adnotáuimus, nullam huius loci mentiônem feciſſemus, niſi Manutii in poſteriôre, quemádmodum in priôre ſua editiône fécerant, Verbis, ac ſententiis plenæ, legerent.

Plancus Ciceroni. S.P.D. Epi. 17.

ANTÓNIVS Idibus Maiis ad Forum Iulii cū primis cópiis venit. Vētídiꝰ bídui ſpácio abeſt ab eo: Lépidus ad Forū Vocónii caſtra habet, q locus à Foro Iulii quatuor & x x. míllia paſſus abeſt: ibiq; me expectâre conſtítuit, quēádmodū ipſe mihi ſcripſit. Quòd ſi ómnia mihi íntegra, & ipſe, & fortûna ſeruârit, recípio vobis celéritèr me negótium ex ſentētia confectûrum. Fratrem meum aſſíduis labóribus, concurſatiónibusque confectū gráuitèr ſe habuiſſe ánteà tibi ſcripſi: ſed tamē cum primùm poſſe íngredi cœpit, non magis ſibi, quàm reipu. ſe conualuiſſe exiſtimâs, ad ómnia perícula princeps eſſe non recuſâbat. Sed ego eum non ſolum hortâtꝰ ſum, verum etiam coêgi iſtò proficiſci: quòd & illa valetúdine magis conficere ſe, * quàm me iuuâre poſſet in caſtris, & quòd acerbiſſimo intéritu C O S S. rempu. nudâtam, tali ciue Prætôre ī vrbânis officiis indigêre exiſtimâbam. Quod ſi qui veſtrum non probâbit, mihi prudētiam in cōſilio defuiſſe ſciat, non illi erga pátriam fidelitâtem. Lépidus tamen, quod ego deſyderâbam, fecit, vt Apellam ad me mítteret: quo obſide fidei illius & ſocietâtis in repub. adminiſtranda vterer. Stúdium mihi ſuum L. Gellius, * de tribus frátribus Segauiâno probâuit, quo ego intérprete nouiſſimè ad Lépidum ſum vſus. amicum eum reipu. cognoſſe vídeor, libentèrque ei ſum teſtimónio, & ómnibus ero, qui bene merentur. Fac váleas, meque mútuo díligas, dignitâtemq; meā, ſi méreor, tueâris, ſicut adhùc ſingulâri cum beneuolētia feciſti.

HVBER. ANtónius. poſtq̄ Ant. apud Mutinā ſuperâtus eſt céleri curſu ad Alpes ſe prorípuit, ſperâs fore ut Vētídius ei amiciſſimus ex piceno ubi erat cum tribus legiónibus ad ſe ueníret, & Lepidus & Plancus ſecum coniungerentur, ſin autem pérgeret morâri circa Mutínam, ſicut quidam eius amici ei conſulêbant, fore, ut contemnerêtur à Lepido, & à Planco. Scriptum enim fúerat à ſenatu Lepi. Plan. & Aſinium Polliônem, ut cum António próximi forent, illo depugnârent. Plancus ígitur ſcribit ad Ci. ubi ſit Antónius, & ubi ſit Lepi. & quemádmodum ſperat ſe ómnia confectûrum ad utilitâtem reipu. Deinde quia míſerat fratrem ſuum Ro. dicit quare míſerit, quod ſi quíſpiam impróperet id factum, dicit ſe nō fratrem ſuum accuſandum. Idus Maias. puto deeſſe ad, ut ſit ad Idus Maias. Primis. electis uel quia Ventídius erat póſteà uentûrus ex Piceno cum tribus legiónibus. ut ſcribit Apiânus. Ventídius. is primū fúerat múlio, deinde militáuerat ſub Cæ. eratque amicíſſimus M. An. Is fuit, qui póſteà de Parthis triūphâuit, de quo Iuue. Ventídius quid enim quid Tullius, an ne áliud q̄ Sidus & occulti miranda poténtia fati. Spatio bídui. i. quantum duobus diebus poſſit ad eū accédere. Ad forum. i. apud, ut, prima quod ad Troiam pro charis géſſerat Argis. Eſt autem forum Voconii, ut hîc docet Cice. óppidum Tranſalpis. *Forum Voconi* Integra. ſine áliquo impedimento, uel ita ut ego deliberâui, ut nihil aliud innouêtur. Ipſe Lepi. ut non mutet ſenténtiam. Recípio. promitto. Ex ſenténtia. ut uólumus. Concurſa. itineratiónibus eundo modo hùc modo illùc. Confectum. debilitâtum. Gráuitèr ſe ha. i. uehementèr & periculôſè ægrotaſſe. Íngredi incédere. Sibi propter ſe. Princeps pri. ut Primus ante omnes denſum Palinûrus agêbat agmen. iſtò. i. iſtùc. ſ. Ro. ubi tu es. Conficere. debilitâre. Cónſulum. Hyrtii & Panſæ. Tali. qualis eſt frater meus, qui poſſet eſſe óptimus prętor deficiéntibus conſulibꝰ. Quod. ſ. fratrem meum eſſe miſſum Romam. Mihi pru. i. adſcribat imprudentiæ meæ, nō autem fidelitâti illius erga pátriam. *Appella.* Apellam. nomen própriū fortaſſe legâti Lepidi, uel alicuius ei chariſſimi. **Obſides** Obſide. idem apud me manente loco óbſidis. dicuntur enī Obſides, qui dantur in tutêlam fídei. Illius. Lepidi. Stúdium. uoluntâtem. Quo. gel. Intérprete. nūcio. Sum te ꝙ ſit amicus reipub. Quin bene. mede reipub. idem qui ei benefáciunt. Singulâri. máxima, præcípua.

ASCEN. ANtónius & c. poſtq̄ Antónius apud Mutinam ſuperâtus eſt, céleri curſu ad alpes ſe prorípuit ſperans Ventídium ad ſe uentûrum ex Piceno cum tribus legiónibus, & Lépidum ac Plancū ſibi coniungendos. Scribit ergo ad Cic. Plancus ubi ſit Antónius & ubi Lépidus, & quid ſperet ſe pro repu. factûrum. *Forum Iulij.* deinde docet cur fratrem Romam míſerit. *Ordo.* Ordo eſt. Antónius uenit ad forum Iulii. i. urbē illam Gálliæ ciſalpînæ. i. Itáliæ, Idibus Maiis, cum primis. i. expeditíſſimis copiis. Ventídius abeſt ab eo ſpácio bídui. i. itíneris duorum diêrum. Lépidus habet caſtra ad forum Vocónii, oppidū tranſalpes, qui locus abeſt à Foro Iulii, quatuor & uiginti millia

Universidad de Deusto Biblioteca

lia passuum & constituit expectâre me ibi, quemádmodum ipse scripsit mihi, quod si & ipse.s. Lépidus & fortúna seruáuerit mihi ómnia integra.i.non impedíta nec uiolâta áliquâ perfidiâ. Recípio.i.polliceor uobis confectûrum celériter negócium.i.totum bellum ex senténtia.i.arbitrio nostro. Ego scripsi tibi ánteâ, eæ tamen literæ non extant, fratrem meum confectum.i.debilitâtum, defatigâtum assíduis labórib⁹, & concursatiónibus, præmíserat enim eum, ut uidimus, habuisse se gráuitèr.i.multum ægrotasse, sed tamen cum primum cœpit posse íngredi, exístimans se conualuisse non magis sibi.i.ad utilitatem suam, q̃ reipub.i. ad utilitâtem reipu.non recusabat esse princeps ad ómnia perícula. Sed ego non solum hortâtus sum eum, uerum etiam coêgi profíciscí istò.i.istùc, hoc est ad uos Romam, ꝙ ipse &.i.simul, posset magis confícere.i.interímere se illa ualetúdine.s.tam aduersa, q̃ tuêri me in castris, & ꝙ existimâbam rempu.nudâtam.i. orbâtam & spoliâtam, acerbíssimo intéritu cóusulum.s.Hyrcii & Pansæ, qui in conflictu cum Antoniânis ceciderant, ut Apiânus latè récitat, indigêre in officiis urbânis, tali.i.tam fideli & prudenti ciue prætôre. Quod.s.consiliũ meum & factum fratris.si quis uestrum non probâbit.i.non approbâbit, sciat prudéntiam defuisse mihi in cõsilio, nõ fidelitâtem illi.s.fratri meo, erga pátriam, Lépidus tamen fecit quod ego desyderâbam, ut mítteret Appellam legatum suum ad me, quo óbside sup.aut hábito.ego úterer fide illius & societáte in repu.administranda. Lúcius Gellius probâuit.i.ostendit mihi in ea re stúdium suum.s.in remp.Segauiano.s.uno de tribus frátribus, hoc est, ut intelligo, Segauiâno mihi óbside dato.quo.s.Gellio intérprete.i.internúncio, ego sum usus nouíssimè.i.ultimè ad Lépidum. Ego uídeor cognóscere eum.s.Géllium amicum reipu.& libenter sum ei testimónio.s.fidelitâtis, & ero ómnibus, qui bene merentur. Fac ualeas & díligas me mutuo & tueâris dignitâtem meã si méreor sicut fecisti adhuc.i.in hunc usque diem cũ singulâri beneuoléntia.i.ea comitâte.

❧Ex Episto. Antonius Idibus Maii.
❧Quod & illa ualetudine eius magis conficere se, quàm me iuuare posset in castris.

*P.V.C. ❧QVOD me iuuâre posset in castris. Nõ recepêrunt hanc à me restitûtam lectionem Manutii, quæ mihi ualde probâtur: apérui ánteâ unde mendum, quod impressos códices occupáuerat, ortum esse posset: ĩ antiquis enim libris IVVARE semper scriptum est: ut in loco, de quo paulo ante égimus: In cursu bonorum consiliorum Lepidum adiuuandum putaui.

*P.V.C. ❧DE tribus frátribus Segauiâno probauit. Vereor sane, ne aliqua mácula hunc locum fœdáuerit: sed cum ita in cunctis manu scriptis legâtur, & negotium de quo agitur obscurum sit, periculosum esse puto áliquid immutâre.

HVBER. QVid in ánimo &cę. Cum rogâtus fuisset Plancus à Lepi.ut ad se ueniret, secunq; coniungerêtur, ut M.A.posset occúrrere, licet Plancus ei diffíderet suspicarêturq; áliquid fraudis subesse, tamen ne pósteà sibi imputarêtur, si Lépidus, qui à multis credebâtur benè sentîre áliquid detrimenti accepisset, dicit se maluisse sequi consiliũ sibi periculôsum dũmodo reipu. probâret fidem suam & ánimum q̃ tutum de quo posset ab áliquo accusâri. quod autem esset periculôsum & tutum declârat. Itaq; dicit se cõiunctum iri cum Lépido, ꝙ sperat fore octo diêbus post has líteras scriptas: eius fere argumenti est supérior illa epístola, quæ íncipit, His líteris scriptis, ubi narrat ferè idem cõsilium. Leernus & N. quos ad uos misi cum líteris meis & mandâtis. Pudenti.i.uerecũdo, timenti dédecus. Dum pro.me, dum osténderẽ me uirum bonum. Obtrec.reprehensiônem. Contínuis lite.post álteras statim missis. Implo.cum misericórdia petens. Obtesta.adiurâret. Varietâtem.hæc est illa res, quæ & Laterẽsi & ipsi Planco timôrem faciêbat, quod exércitus Lepi.erat uárius & infidêlis. Communi.& Lepi.& meo.

Plancus Ciceroni. S. P. D.

QVid in ánimo habúerim cũ Læuus Neruaque discessêrunt à me, & ex líteris, quas ei dedi, & ex ipsis cognóscere potuisti, qui ómnibus rebus consiliisque meis interfuérunt. Accidit mihi, quod hómini pudẽti, & cúpido satisfaciẽdi reip. bonisq; oĩbus accídere solet: vt consilium séquerer periculôsum magis, dum me probârem, q̃ tutum, ꝙ habêre posset obtrectatiônẽ. Itaq; post discessum Legatôrum cum binis cõtínuis literis & Lépidus me, vt venîrem rogâret, & Laterensis multo etiam magis, prope implôrans, obtestarêtur, non vllam rẽ áliam extimescens, quâm eandem, quæ mihi quoque facit timôrem, varietâtem atque infidelitâtem exércitus eius, nõ dubitandum putâui quin succúrrerem, meque commûni perículo offerrem.

ASCEN. QVid in ánimo & c. Rogâtus fuerat à Lépido Plancus, ut se cum eo adiúngeret aduersus Antónium, quod consilium licet suspectũ habêret Plancus dicit se maluisse sequi, quam accusâri detrimento fuisse reipú. si per se stetisset quóminus Antonium Lépidus persecûtus fuisset, dicit ergo se coniunctum iri cum Lépido octo diêbus postq̃ has déderat. Ordo est. Tu potuisti cognóscere quid habúerim in ánimo, cum Leernus & Nerua discessêrunt à me, &.i.simul, ex líteris, quas dedi eis sup. ad te, & ex ipsis.i.ex eorum relatiône, qui interfuêrunt ómnibus rebus & consiliis meis. Accidit mihi.i.deinde sup. id, quod solet accídere hómini pudenti.i.uerecundo, & cúpido satisfaciendi reipub.& ómnibus bonis, ut séquerer magis consiliũ periculôsum, dũ.i.dummõ probârem.i.probâtum aut probũ fácerem, osténderẽ me, quã scílicet consilium tutũ.i.sine perículo, quod posset habêre obtrectatiônem. Consiliũ autẽ apérui in argumento & statim explanábitur. Itaque post discessum legatôrum, uidélicet Leerni & Neruæ, cũ scílicet ita esset, quod & Lépidus rogâret me binis líteris contínuis.i.álteris super álteras missis, & Laterẽ.multo magis etiam propè.i.quasi plorans obtestarêtur.i.deos & fidem meam in testes addũcẽs, rogâret ut uenîrem.s.ad Lépidum, obtestarêtur inquam Lateren.nullam áliam rem extimescens quam eandem, quæ mihi quoque facit timôrem. Multi textus habent implôrans pro plorans, & nonnullam pro nullam, sed minus probantur, quia si

Ordo

Leernus et Nerua legati

quam áliam extimuisset Laterensis, non tam excusábilis esset Plancus, quod inquam eandem quæ &c. Hoc est quàm uarietâtem, id est uariabilitâtem. Nam uárium quoque dícitur, quod est uariábile, ut Aeneid.iii. Váriũ & mutábile semper Fœmina, unde uaríetas mutabílitas. atque infidelitâtem exércitus eius, id est Læpidi, qui pollicitatiónibus Antonii ferè corruptus erat, non putâui dubitandum, quin, id est quóminus, succúrrerem, scilicet Lépido, quem fidum uterque existimâbat, & offerrem me perículo commûni, scílicet mihi & Læpido, si non possent indúcere exércitum in senténtiam suam, nihil autem de Læpido tunc timêbat.

Sciêbam enim, & caútius illud erat consilium expectâre me ad Hísaram, dum Brutus traiiceret exércitum, & cum collêga cõsantiente sicut mílites fáciũt hóstibus óbuiàm ire. Tamẽ siquid Læpidus benè séntiens, detrimenti cepisset, hoc omne assignâtum iri aut pertináciæ meæ, aut timôri vidêbam, si aut hóminem offensum mihi, coniunctum cum repub. non subleuâssem: aut ipse à certámine belli tã necessárii me remouissem. Itaq; pótiùs periclitâri vólui, si possem mea præséntia & Læpidũ tuêri, & exércitum fácere meliorẽ, quâm nimis cautus vidêri. Solicitiôrem certè hóminẽ non suis contractis, néminem puto fuisse. Nam quæ res nullam habêbat dubitatiônẽ si exércitus Læpidi absit, ea nunc magnam affert solicitúdinem, magnúmque habet casum. Mihi enim si contigisset vt prior occúrrerem António, non mehérculè horam constitisset. tantũ ego & mihi cõfido, & sic perculsas illi⁹ cópias, *Ventidiíque Muliônis castra despício. Sed nõ possum non exhorréscere, siquid intra cutem subest vúlneris: qđ prius nocêre potest, quàm sciri, curâriq; possit. Sed certè nisi vno loco me tenêrem, magnum perículum ipse Læpidus, magnum ea pars exércit⁹ adîret, quæ benè de repub. sentit. Magnam etiam pérditi hostes accessionem sibi fecissent, siquas cópias à Læpido abstraxisset. Quæ si aduentus meus représsérit, agam grátias fortûnæ, cõstántiæq; meæ, quæ ad hanc experiéntiã excitâuit: *Itaque ad XII. Ca. Iunias ab Hísara castra moui: pontẽ tamen, quem in Isara féceram, castellis duôbus ad cápita pósitis relíqui: præsídiaq; ibi firma pósui, vt venienti Bruto exercituiq; eius sine mora trãsitus esset parâtus. Ipse, vt spero, diêbus VIII. quibus has líteras dabam, cum Læpidi cópiis me coniungã. Vale.

❧Ex Epistola. Quid in animo habuerim.
❧Dum Brutus traiiceret exercitu concordi, ac bene de republica sentiente.

HVBER. ❧SCIEBAM. iam íncipit expónere tutum consílium. Traiiceret. transmítteret exércitum suum hùc ex Itália. Brutus. Décius. Collêga. Decio. Sicut mi.fa. id est armis intentis, & ánimis arrectis ut est mos mílitum. Assignâtum. id est assignandum, est enim futûrum infinitiui passiui. Pertináciæ ob. quòd non noluissem succúrrere. Aut. id est quod timuissem. Si aut ho. of. hæc est rátio pertináciæ. Aut. id est à certámine. ratio timôris. Periclitâri. experiri, inde periculũ experimentum, ut fac perículum in líteris, inde autem dícitur, quia rerum est experimentum sine perículo. Meliôrem. qui ut suprà dixit erat corruptus, & à repu. alienâtus. Nimis cau. nimis astûtus ostendens me uidêre ómnia perícula, quæ imminêbant. Solicitiôrem. scilicet quàm me, est autem sensus nunquã puto fuisse hóminem, qui maiôrem capiat solicitúdinẽ ubi nihil admisit, quàm ego fácio, uel qui magis sit solícitus suis contractis, id est suis rebus non congregâtis non compósitis. Et hic est fortasse melior sensus quàm dícere contractis. Admis. id est peccâtis. Casum. fortûnam, momentum. Non cõ.h.s. Anto. id est non potuisset per unam horam se sustinêre contra me & exércitum meum quin fuisset uictus. Mihi. meis cõsiliis, quæ aduersus eum præparâui. Illius. Antónii. Perculsas. iam terrôre concussas, quia fuêrunt uictæ apud Mutínam. Ventídii Mu. ad cõtemptũ dixit, fúerat enim múlio non autem tunc erat. Despício. paruifácio. Siquid in c.i. si quid est occultum & latet, tractum à morbis, quia intra cutẽ latentes sunt periculosiôres, unde illud Persii. Ego te intùs & in cute noui. Subest. latet. Quod. uulnus. Nocêre. utputa si putrescat, & ut uulgo dicunt chirurgi, si infistulêtur. Pérdidi. h. Antoniani. Accessionem. incrementum, id est auxissent res suas. Quas. áliquas. Quę. q. r. ne qui bene de repu. sentiunt periculum adeunt, & ne hostes nostri augeantur abstractis alíquibus copiis à Læpido. Excitâuit. cõmouit. Ab Hisara flúuio, quem suprà dixit esse in fínibus Allóbrogum. Ponte. supra enim dixit. Itaque in flúmine Hísara quod in fínibus est allóbrogum ponte (uno die) facto exércitum ad.iiii. Idus Maii tradûxi. Castellis. túrribus, propugnáculis, præsídia, mílites ad custódiam illius pontis. Tránsitus esset parâtus. ut posset transíre nullo impediente. Octo diêbus. ad octo dies. Quibus. id est ex quib⁹, scílicet diêbus. Copiis. exercítui.

Periclitari
Periculũ

ASCEN. ❧SCIEBAM enim, & illud cõsilium erat caútius, id est hóminis magis cautè agentis, me expectâre ad, id est iuxta Hísaram aut Ísaram flumen. dum, id est donec Brutus, scílicet Décius traiiceret exércitum, scílicet transalpes & ire óbuiàm hóstibus cum collêga, scílicet Bruto consentiente, sicut mílites fáciunt, scilicet dum pari consensu in hostem inferuntur, id est tunc uidêbam si Læpidus bene séntiens, scílicet de repub. ut putabâtur, cœpisset quid, id est áliquid detrimẽti, hoc omne assignâtum iri, id est quòd assignêtur, aut pertinácię meę aut timôri, scílicet meo, pertinácię si aut nõ subleuâssem, id est adiuuissem in ónere belli portandò, hóminẽ offensum, id est inuísum mihi cõiunctum cum reip.i.licet esset cõiunctus cũ rep. noluérim tñ iuuâre eo ꝙ esset inuisus multis aut sup. timôri, si remouissem me à certámine belli tam necessárii. Itaq; ego uólui pótiùs periclitâri.i.experíri, si.i.an, mea præséntia posset: &.i.simul, tuêri.i. ꝓtégere Læpidũ, & fácere

 exércitum

Universidad de Deusto Biblioteca

exercitum sup. eius meliorem, quàm uideri nimis cautus, si, scilicet nollem aut non auderem me Læpido coniungere. Ego puto certè neminem fuisse hominem solicitiorem, id est magis solicitum sup. quam me, non suis contractis, id est ob res, quas ipse non contraxit. Nam ea res, quæ nullam dubitationem habeat si exercitus Lępidi absit, scilicet longè à prouincia, quia tunc certum fuisset quòd Bruto coniungi deberet, aut Antonium oppugnaret: affert nunc magnam solicitudinem, & habet magnum casum, quia incertum est an Læpidus Antonio iungi uelit, quod si faciat, non tutum sit utriusque exercitui occurrere, sicut solius Antonii. Enim. id est quia, si contigisset mihi ut occurrerem prior Antonio, scilicet antequam ille cum Læpido coniungeretur, mehercule, sup. Anton. non constitisset, id est mansisset stans, horam, id est per spacium unius horæ, tantũ, id est tam multum, &, id est simul, confido mihi, id est uiribus meis, & despicio, id est contemno & uilipendo, copias illius, scilicet An. perculsas, scilicet ex clade apud Mutinam accepta, & Castra, id est exercitus, qui in castris sunt Ventidii Mulionis, id est qui aut Mulio fuerat, id est agitator mulorũ, aut sic cognominatus, aut per contemptum dictus, quòd nihil militare sciret, q̃ multos Clitellarios agere. Sed non possum exhorrescere, quia quod latet timere nequimus, uerum idipsum exhorrescere possumus, hoc est ne quid lateat tantum legendum putem propter particulam aduersatiuam, sed non exhorrescere: negauit enim se aut Anto. aut Ventidium timere. Sed inquit, non possum non exhorrescere, id est quin exhorrescam, id est cum horrore quodam formidem, si quid uulneris subest intra cutem, id est latet in Læp. uoluntate, quod nocere potest prius quàm posit curari, quia non potest sciri nisi cum summo periculo. Sed certè nisi tenerem me uno loco, scilicet cum Læpi. ipse Læpid. adiret magnum periculum, scilicet ab Anto. & ea pars exercitus, scilicet Læpid. quæ benè sentiret de repub. adiret magnum periculum, quia ab Anto. cum aliis non bene sentientibus oppugnaretur. Et hostes perditi, id est in quibus nihil est boni, fecissent etiam sibi magnam accessionem, id est magnum incrementum, si abstraxisset à Læpido quas, id est aliquas copias. Abstracturi autem non sunt, sed omnes cum Læpido attracturi, quæ, scilicet dicta, hoc est periculum bonorum & accessionem malorum, si aduẽtus meus repressierit, agam gratias fortunæ & constantiæ meæ, quæ excitauit me ad hanc experientiam, scilicet faciendam. Itaque. id est & ita, in hoc proposito, ego moui castra ab Isara ad duodecimum Calendas Iunias, tamen reliqui pontem, quem feceram in Isara, duobus castellis, id est ut dicunt forteliciis positis ad capita, id est extremas partes pontis, & posui ibi præsidia firma, ut transitus esset paratus sine mora Bruto & exercitui eius. Ipse. id est egomet, ut spero, coniungam me cum copiis Læpidi, octo dies sup. post illos, quibus dabam has literas. Vale.

*P.V.C. VENTIDIIQVE mulionis castra despicio. De admirabili huius fortuna plurimi ueteres authores locuti sunt: nota sunt omnibus quæ Gellius, quæ Dion, quæ alii quoque tradidere: cum infimo loco natus esset, consecutum fuisse summos honores: & gentem, cui nulli antea Romani Imp. pares fuerant, ipsum profligasse, ac tribus maximis præliis uicisse. Quemadmodum necesse erat, hæc res inusitata, ac nona inuidiam illi faciebat: & non sine stomacho, quibus cognita erat obscuritas parentum ipsius, uidebant eum in maximis honoris, ac dignitatis gradibus collocatum. Plures in illum uersus facti sunt, quorum nonnullos etiam A. Gellius adponit, qui grauiter eum perstringerent. Puto etiam elegantissimum epigramma, quod post lusus in Priapum Vergilii nomine scribitur, eundem accusare: quamuis enim nomen eius in quem factum est, positum non sit, si quis tamen acute perspiciet, uidebit omnia illa mirifice Ventidio huic conuenire. intelligo epigramma cuius initium est,

Sabius ille.

quod imitatione nobilissimi illius iambi Catulli factum est.

Phaselus ille, quem uidetis hospites.

elegantis enim ingenii uir, quicunque ille fuit, uerbis pene Catuli ei ignobilitatem generis, & sordidissimam artem obiecit. Quòd Sabinum ipsum appellat, existimo à regione, in qua ortus erat, ita appellatum fuisse, nam Gellius Picentem illum tradit, qui populi uicini Sabinis sunt. Neque repugnat, ut arbitror, quòd testes adducit, qui epigramma confecit Galliæ Cisalpinæ ciuitatis sordium istius, & uilissimæ artis quam tractauerat: quãuis enim in Sabinis ortus esset, in Gallia Cisalpina artem mulionicam exercere potuit: aut si non in illis locis exercere, illac saltem sæpe iter facere, ut incolæ eorum locorum ipsum hunc quæstum facientem uidere potuerint. Gellius tradit, ipsum curandis mulis uictitasse: nam quæ in fine epigrammatis exponuntur, de altissimo dignitatis gradu ab ipso occupato, respondent felicitati istius, & mire quadrantiis, quæ ab aliis de ipso tradita sunt. Sunt maculæ plures in epigrammate, quarum nonnullæ facile tolli possunt, aliæ ægre ut puto, sed omnia doctiores, acutioresque uiri accuratius considerabunt. Postquam autem mentio semel elegantissimi carminis fecta est, non malum erit, locum in eo deprauatum restituere: omnem enim occasionem studiosos adiuuandi arripiendam puto. In Iambo igitur cuius initium est.

Quid hoc negotii est: — ita hic uersiculus legitur.
Vuæque quales flaua non legit Crete. — legi autem debet.
Vuæque quales flaua legit Crete.

Ham ueriorem esse lectionem dicimus, nam in manu scriptis libris eam inuenimus, & habemus etiam non parua argumenta, quibus confirmetur: quemadmodum enim si ita legamus, omnia conueniunt, ita si modo repositam sequamur, nonnulla parum respondent: nomen in primis quod ad CRETE adiunctum est, non bene quadrat prouinciæ, mulieri autem aptissimum est: neque quamuis nunc Cretense uinum in honore sit, quę optimum uinum fundunt uites, eædem uuas τρωξίμους, ita enim appellant Græci edules, gignunt. Sed iis argumentationibus relictis concinnior est hæc sententia, & poetæ familiarior. Arete enim uxor Alcinoi Phæacum regis fuit, cuius horti nobiles erant, & ab omnibus poetis decantati, nam in iisdem his lusibus duo illi uersiculi leguntur.

Si quot habes uersus, tot haberes poma Priape,
Esses antiquo ditior Alcinoo.

Acuti ingenii, ac politæ eruditionis uir, hęc olim epigrammata castigauit, ac multa ex ipsis menda sustulit: hũc tamen locum, dum corrigere uoluit, nisi fallor, deprauauit.

*P.V.C. ITAQVE ad XII. Cal. Iun. Mediceus codex A. D. XII. K. Iun. Quemadmodum in lapide Colotiano legi ante ostendimus: EX. A. D. V. K. DEC. id est, ante diem XII. K. Iun. Quam interpretationem harum literarum Paulus quoque probat. Ex his locis intelligi facile potest integritas, ac fides Medicæi codicis.

Cicero Planco S. D. EPIS. 19.

QVanquam gratiarum actione à te nõ desyderabam, cũm te re ipsa, atq; animo scirem esse gratissimum, tamen (fatẽdũ est enim) fuit ea mihi periucunda. Sic enim vidi, quasi ea, quæ oculis cernuntur, me à te amari. Dices, Quid anteà? Semper equidẽ, sed nunquã illustrius. Literæ tuæ mirabiliter gratæ sunt senatui cùm rebus ipsis, quæ erant grauissimæ, & maximè fortissimi animi, summiq; consilii: tùm etiam grauitate sententiarum atq; verborum. Sed mi Plance incumbe vt belli extrema perficias: in hoc erit summa & gratia & gloria. Cupio omnia reip. causa: sed mehercule in ea conseruanda iam defatigatus, non multo plus patriæ faueo, q̃ tuæ gloriæ: cuius maximam facultatem tibi Dii immortales, vt spero, dedere, quam complectere, obsecro. Qui enim Antoniũ oppresserit, is hoc bellum teterrimũ periculosissimumq; confecerit. Vale.

HVBER. QVANQVAM gratiarum. Quia Plancus egerat gratias Cice. per literas de iis, quæ pro eius dignitate egerat. Scribit Ci. quòd licet ab eo non expectaret gratiarum actionem, quia sciebat eum re ipsa & animo esse gratum, tamen sibi fuit iucunda illa actio gratiarum. Deinde dicit quàm gratę fuerint eius literæ senatui, postremò hortatur ut incumbat dare finem huic bello. Re. effectu, sine uerbis. Animo. uoluntate. Quasi. tanquã. Quid anteà. scilicet non uidisti te à me amari. Semper quidem. responsio, subaudi uidi me à te amari. Extrema. finem. In hoc ut extrema perficias. Defatigatus. fessus assiduè pro ea laborando. Non multo plus. sensus est, licet omnia cupiã reipub. causa, tamen non multo plus cupio eius causa quanta, ut gloriam assequaris. Cuius. scilicet gloriæ. Quam. facultatem. Complecte. accipe. Confecerit. finiuerit.

ASCEN. QVANQVAM. Dicit se non expectasse à Planco gratiarum actiones, gratũ tamen fuisse, cohortaturque eum ad reipub. defensionẽ dicens. Quanquam non desyderabam à te actionem gratiarum cum scirem te esse gratissimum re ipsa, & animo, tamen, scilicet gratiarum actio fuit mihi periucunda, quod sup. dico fatendum est enim quia uerum est. Ego enim uidi sic quasi ea, quæ cernuntur oculis, scilicet exterioribus, me amari à te. Dices quod anteà sup. tibi uisum est. Semper quidem sup. idem uisum est, sed nunquam illustrius, id est clarius. Literæ tuæ sunt gratæ senatui mirabiliter, cũ, scilicet ita sit quòd fuerant gratæ rebus ipsis, id est propter res ipsas, quæ erãt gratissimæ & maximæ, & fortissimi animi & summi consilii, tùm etiam grauitate uerborum & sententiarum. Sed ò mi Plan. incumbe, id est enitere ut perficias, extrema belli, summa, & gratia & gloria erit in hoc, id est in hac re. Ego cupio omnia. scilicet prospera, causa reipub. sed mehercule ego iam defatigatus, id est usque ad extremum fatigatus in ea, scilicet repub. cõseruanda nõ faueo multo plus patriæ q̃ glorię tuę, cuius, scilicet gloriæ Dii immortales dedere tibi, ut spero, maximam facultatem, quam complectere, obsecro. Qui enim oppresserit Anto. is confecerit. i. finierit hoc bellum teterrimum. i. execrabile, & periculosissimum.

Ex Epistola. Quanquam gratiarum actionem.

Qui enim M. Antonium oppresserit, is hoc bellum teterrimum, periculosissimumque confecerit, crede mihi. Vale.

Cicero Planco S. D. EPIS. 20.

ITA erant omnia, quæ istinc afferebantur, incerta, vt quid ad te scriberẽ, non occurreret. Modò enim quæ vellem⁹ de Læpido, modò contrà nuntiabantur. de te tamen fama constans, nec decipi posse, nec vinci: quorũ alterius fortuna partem habet quandam, alterum proprium est prudẽtiæ tuæ. Sed accepi literas à collega tuo datas Idibus Maiis: in quib⁹ erat te adscripsisse, à Læpido non recipi Antonium. Quod erit certius, si tu ad nos idem scripseris. sed minus audes fortasse propter inanem lætitiam literarũ superiorum. Verum vt errarem, id Plãce voluisti (quis enĩ id effugerit?) sic decipi te nõ potuisse, quis nõ videt? Nũc vero etiã iã errô-

HVBER. ITA erant. Binis literis declarauerat Plancus se coniunctum iri cum Læpido, idq; fore propter utilitatem reipub. ut M. An. facilius opprimeretur, qua re intellecta uehementer lætatus fuerat senatus, sed posteà nuntiatum est Læpid. cum M. Anton. coniunctum esse, quæ cũ diu fuissent incerta, quia uario modo nuntiabantur, Scribit Cice. scriptum fuisse à Bruto collega Planci non esse uerum, quòd Læp. esset coniunctus cum M. Anto. id enim sibi à Planco scriptum fuisse, quare Cice. ab eo petit ut si ita est, literis Popu. Rom. & Senatum certiorem reddat. Deinde hortatur, ut incumbat finire hoc bellum. Istinc, ex Gallia ubi tu es. Incerta. uaria. Quæ uelle. quæ optaremus, scilicet quod tecum coniungeretur. Modo. interdum. Contra. aliter, scilicet quàm uellemus. Constans, firma, certa. Alterius fortuna. i. quorum alterum est magna ex parte in fortuna. s. ut nõ uincaris. Alterum est proprium prudentiæ, scilicet te non posse decipi. A collega. Decio Bruto. Non recipi, scilicet in societatem suam, in prouinciam. Ascripsisse. annotasse tuis literis. i. te ad eum scripsisse. Quod. s. Antonium non recipi à Læpido. Idem. quod scripsit Brutus. Minus. i. non. Inanem lætitiam superiorũ literarũ. i. quia superioribus tuis literis fecisti nos frustrà lætari, cum scripsisti te coniunctũ cum Lępido, cum posteà ille mutauerit propositũ. Verũ ex Plan. qđ spõte deceptus sit, nõ per imprudentiã, & qđ noluerit & ipsum Ci. errare — Minus pro non

Quis enim id effúgerit?ut interdum non erráret.quaſi díceret.nemo. Sic.ſ.ut uelles me errâre credendo tibi. Quis non uidet?quaſi dicat quílibet. Sublâta.remôta. Illa culpa.ſ.errandi. Eſt reprehenſa bis uulgâri prouerbio.i.ut ſemel deceptus, nō credat ſecundò, niſi uelit habêri imprudens,quia qui ſecūdo fallit̃ uitium eſt,ſecundū illud,quod uulgo dícitur, ſemel falli humânum eſſe,ſecundò inconſiderâti.tertiò , uel dementíſsimi uel obſtinâti. Ad collêgam.Décium Brutum. Ita ſe habet.quod Anto.non recipiâtur à Læpido. Nec tamen erit. ſ. libertâti. Relíquias. quia fúerat iam fuſus Anto.apud Mutinam. Confectôrem. finitôrem. Quem . ſcilicèt confectôrem belli. Confído.indubitantèr credo. Stúdia. reſpondet nunc partículæ epíſtolæ Planci,qui ſcrípſerat officia Cice. erga ſe ſibi gratíſsima,quod Cice. ſcripſit ſe non admirâri, uehementèr autem lætâri. Quæ. ſtúdia in iſta prouíncia,ubi tu es.

ris cauſa ſublata eſt.Culpa enim illa,bis ad eundem, vulgâri reprehēſa prouérbio eſt. Sin,vt ſcripſiſti ad collêgam,ita ſe res habet, omni cura liberâti ſumus : nec tamen érimus priùs, quàm ita eſſe, tu nos féceris certiôres. Mea quidē,vt ad te ſæpiùs ſcripſi,hæc ſententia eſt, Qui relíquias huius belli oppréſſerit, eum totîus belli cōfectôrem fore:quem te & opto eſſe , & confido futûrum . Stúdia mea erga te,quibus certè nulla eſſe maiôra potuêrunt,tibi tam grata eſſe,quàm ego putâui fore, mínimè miror , vehementérque lætor . Quæ quidem tu,ſi rectè iſtic erit, maiôra & grauiôra cognoſces. IIII. Galend.Iúnias. 29.Maij.

ASCEN. ITA erat &c.Binis líteris declarâuerat Plancus ſe coniungendum breuì cum Læpido,ſed intellexiſſe Lępidum ad Antónium tranſiſſe, quod Cice. nunc ſcribit non ita eſſe . Monet ergo ut bellum conficiat dicens. Omnia,quæ afferebantur iſtinc,id eſt à te & ab exércitu tuo erant,ita incerta ut nō occúrreret quod ſcriberem.i.ſcríbere debêrem ad te,enim.i.quia modò.i.interdùm ea nuntiabantur de Læpido quæ uellémus modò.i.interdùm contrà.i.contrária, útpote quæ nollêmus, tamen coſtans fama eſt de te.ſ.te nec poſſe décipi.i.capi per inſídias, nec uinci.i.per uim apertam, quorum.ſ.duôrum fortûna habet partem quādam altérius.ſ.eius quod eſt uinci non poſſe,álterum.ſ. décipi non poſſe , eſt próprium prudéntiæ tuæ. Sed accêpi líteras datas à Collega tuo.ſ.D.Bru.Idibus Maiis,in quibus erat te ſcripſiſſe Anto.non récipi à Læpido,quod erit cértius ſi tu ſcrípſeris idem ad nos,ſed fortaſsè minus.i.non,audes,propter inânem lætítiam literârum ſuperiôrum, in quibus ſcrípſerat ſe propédiem coniungendum cum Læp. Verò ò Plance tu noluiſti id,ſcilicèt ut errârem, uel ut errârem id,id eſt in ea re. Quis enim effúgerit id , ſcilicèt aliquandò errâre , aut pótius id,quod ſcriptum erat in líteris tuis nobis,quia eas non habêmus,ignôtum. Quid non uíderit te potuiſſe décipi ſic,ſcilicèt per tantā fráudem cum habêres óbſides & Laterenſem intérpretem & authôrem,ſed quia priùs dixit famam conſtantem eſſe ipſum non poſſe décipi.Legunt hic quidam non potuiſſe.Verum quia dicit ſic,ſtare poteſt ipſum non planè deceptum,ſed ſic,id eſt ex parte. Nunc uerò etiam cauſa errôris eſt ſublâta iam, hoc eſt crudélitas,quæ nulla eſſe debet de hómine ſemel fidéfrago. Culpa enim illa bis ad eundem, ſcilicèt ſcópulum nauem impingere, aut ad eundem inſidiârum locum incídere, aut ad eandem cauſam errôris eiícere , eſt reprehenſa prouérbio uulgâri , ſcilicèt dictanti non dandam uéniam excuſántibus eundem errôrem. Sin.id eſt ſed ſi, ſup. prius non erraſti,ſed res habet ſe,ita ut ſcripſiſti ad Collêgam,ſcilicèt Bru.non ſumus liberâti omni cura. Nec tamen érimus,ſcilicet ſecûri,aut certiôres priuſquàm féceris nos certiôres ita eſſe. Senténtia mea quidem eſt hæc,ut ſcripſi ſæpiùs ad te,qui oppréſſerit relíquias huius belli,ſcilicèt cum Anto. eum fore confectôrem,id eſt finitôrem totîus belli,quem,ſcilicèt confectôrem totius belli ego & opto & confído te futûrum eſſe. Ego mínimè miror,& uehementèr lætor,ſtúdia mea erga te,quibus certè nulla potuerūt eſſe maiôra,eſſe tibi tam grata, quàm id eſt quantùm ego putâui fore,id eſt futûra eſſe. Quæ quidem,ſcilicèt ſtúdia mea erga te, tu cognoſces maiôra & grauiôra,ſi rectè erit iſtic,id eſt tecum & cum exércitu tuo.Quarto Calendas Iunias. 29 Maij.

HVBER. PVDÊRET me.Quia ut ſuprà díximus, ſcrípſerat Plancus ſe ſperâre habêre Læpidum & coniunctum & fidum ad rempubli. defendendam , cum inueniſſet ſe ab eo deceptum , hac epíſtola ſe excuſâuit,omnémq; culpam tránſtulit in leuitâtem & perfídiam Læpidi,à quo dicit ómnia demōſtrâta fuiſſe quibus fácilè potuiſſet crédere.Narrat autē quō deprehēderit eius perfídiam,tum ex eius Statôre,tum ex líteris Laterēſis. Deinde expônit quo ánimo eſſent quidā ex milítibus Læpidi,uixq; ſe continuiſſe quin ad eum uénerit, ſed uidiſſe eſſe ſummæ deméntiæ obiícere ſe & exercitū ſuum tantis perículis, ſi Læpidus cum António coniunctus fuiſſet , pollicétur tamen ſe defenſûrum prouínciam quantùm póterit,ſeruatûrúmq; ómnia íntegra donec ad eū tranſmittâtur exércitus, quia erat in Itália ꝓ ut q̃primùm fiat,rogat Cice.poſtremò excûſat fratrē ſuum quod non cítius uénerit,quia laborâbat febri , quem oſtendit eſſe parâtum ad ómnia cómmoda reipub.petitq; à Cic.ut eum commendâtū hábeat,& ſi pôterit ſubſtítuat eum in locum Hyrcii cónſulis qui períerat in bello Mutinenſi. Incōſtātia Inconſtántiæ.inſtabilitâtis,uarietâtis, quia cum ſcrípſerim primum Læpidum coniunctum eſſe mecum,póſteà ſcribam non ita eſſe. Pendêrent . procedêrent. Aliêna.ſ. Læpidi. Quæ.ob quam rem. Præſentis.ſcelerâtis.Recêpi.promiſi cum obligatiône. Pollícitus ſum.óbtuli. Bono. fido amico reipub. Commûni . & ſuo & meo. Chirógraphis ſcriptis manu eius. Affirmatiôni atteſtatiôni , qui dicêbat eum omnîno ita eſſe factûrum. Reconciliârem.ut redîrē in grátiam. Fidem habêrem id eſt ut crédere Læpido. Non lícuit.non pótui, quia ſtatim mutâui propóſitum. Summa re.id eſt ſtatus ipſe rei. Cum Híſaram . nunc Plancus dicit quómodo mutatiônem Lępidi intelléxerit,quia cum iret ad eius auxílium,ſicut ab eo rogâtus fúerat ſtatim admónitus eſt ab eius núncio ne iret,ſed eum ad Híſaram expectâret. Quod petíerat per literas . quia ipſe ad me ſcrípſerat,ut quamprimùm ad eum uenírem. Præſto fuit.óbtulit ſe mihi,occurrit. Stator.cubiculárius:eſt enim nomen officii:dícitur autem ſtator,ut ſuprà pleniùs díximus,qui apud imperatôrem uel prætôrē aſsíduè ſtat, quales ſunt cubiculárii. Se poſſe.ſcílicet ſcribêbat. Per ſe.ſine auxílio meo. Perfícere reſíſtere M.Anto. & ſuſtinêre omnem ímpetum belli. Indicâbo,fatêbor. Nihilóminus.licet ſcripſiſſet ne irem.

Plancus Ciceroni S. D. EPIS. 21

PVdêret me incōſtántiæ mearum literârum,ſi non hæc ex aliêna leuitâte pendêrēt. Omnia feci, quare Læpido coniuncto ad remp.defendendá minôre ſolicitúdine veſtra pérditis reſiſterem.Omnia ei petenti recêpi, & vltrò pollicit⁹ſum:ſcripſiq; tibi bíduo antè:confídere me bono Læpido eſſe vſurum, commûniq; conſilio bellum adminiſtratûrū. Crédidi chirógraphis eius,effirmatiôni præſentis Laterenſis , qui tum apud me erat: reconciliârémque me Læpido , fidémque habêrem, orâbat . Non lícuit diútius benè de eo ſperâre . Illud certè caui , & cauebo,ne mea credulitâte reipu. ſumma fallâtur. Cum Hiſaram flumen vno die, ponte effecto,exércitū traduxiſſem , pro magnitúdine rei celeritâtē ádhibens , ꝙ petíerat per líteras ipſe vt maturârē venîre: præſto mihi fuit ſtator eius cū literis,quib⁹ ne venîrē,denuntiábat:ſe poſſe per ſe conficere negóciū:intéreà ad Hiſará expectârē.Indicâbo temerárium meum conſilium tibi,nihilóminus ire decréuerá, exíſtimans eum ſócium glóriæ vitâre . Putâbam poſſe me nec de laude ieiuni hoīs delirâre quicquá: & ſubeſſe tamen propinquis locis,vt ſi durius áliquid eſſet, ſuccúrrere celéritèr poſſem.Ego nō malus homo hoc ſuſpicâbar. At Laterenſis vir ſanctíſsimus ſuo chirógrapho mittit mihi líteras,meíſque deſpêrás de ſe,de exércitu, de Læpidi fide,quærênſq; ſe deſtitûtū. in quib⁹ apertè denúntiat,vídeam ne fallar: ſuam fidem ſolûtam eſſe,reipu.ne deſim.Exemplar eius chirógraphi Titio miſi. Ipſa chirógrapha ómnia,& quib⁹ crédidi,& ea,quibus fidē non habendá putâui,Læuociſpio dabo pferenda,qui oībus his intérfuit rebus. Acceſsit eò,vt milítes eius,cum Læpidus cōcionâ-

ASCEN. PVDERET me &c. Quia ſcrípſerat Plancus ſe ſperâre ut habêret Læpidum & coniunctum & fidum ad rempub.defendendam,ideò cum inueniſſet ſe ab eo deceptum , hac epíſtola ſe excuſâuit, omnémque culpam tránſtulit in leuitâtem & perfídiá Læpidi,quam quómodo deprehénderit etiam ſcribit,& ſe uix continêre potuiſſe quin ad eum íuerit,ſed uidiſſe fore ſummæ deméntiæ obiícere ſe & ſuos tantis perículis. Purgátque fratrem quòd nō cítius uénerit,cōmendátque eum rogátq; ut ipſemet in Hircii locum ſubſtituâtur. Ordo eſt. Pudêret me inconſtántiæ literârum meârum,ſi ſupple líteræ meæ,non pendêrent ex leuitâte, id eſt incōſtántia aliêna,ſcilicèt Læpidi. Mallem tamē légere pendêret, ut ſit ſi inconſtántia literârum meârum non pendêret ex leuitâte aliêna. Feci ómnia,quare,id eſt quamobrem,Læpido coniuncto,ſcilicet mihi eſt ad defendendā rempu.ego reſíſterem pérditis, ſcilicèt cíuibus António & eius fautóribus ſupple cum minôre ſolicitúdine ueſtra. Ego &.id eſt ſimul,recêpi,id eſt promiſi ómnia ſupple Læpido petenti,& ſcripſi tibi bíduo antè,me confídere, me uſûrum Læp.bono,id eſt amíco & fauorábili,& adminiſtratûrum bellum conſilio cōmûni,id eſt cōmunicâto cum Læpido. Crédidi,id eſt fidem adhíbui,Chirográphis,id eſt ſcriptis manu eius.ſ. Læpidi crédidi affirmatiôni Latereñ.qui erat tum,id eſt tunc apud me,& orábat,ſup.ut reconciliârem, id eſt in amicítiam coniúngerem me Læpido,& haberē fidem.i.confiderem. Non licuit.i.non eſt datum aut conceſſum , ſperare bene de eo.ſ.Læpido diútiùs.i.multum diu. Ego certè caui.i.cauendo inſídias efféci,& cauêbo.ſ.deinceps , ne ſumma.i. ſuprêma ſalus reipúb.fallâtur.i.decipiâtur,& fraudêtur,credulitâte mea.i.per credulitâtem meam,hoc eſt facilitâte credendi. Cum traduxiſſem exércitum Híſaram aut Iſaram.i.duxiſſem trans Íſaram flumen in delphinâtu ponte effecto uno die, in quo commendat celeritâtem : mirum eſt tamen quod alibi dicit duôbus caſtellis, & multo præſídio cápita pontis multa reliquiſſe,ſi uno die pontem fécerit ádhibens celeritâtem pro magnitudine rei,quæ,ſcilicèt id exigêbat,útpote accéſsio Læpidi & exércitus eius ad rempub.uti ſperâbat, quôd,id eſt quia,ipſe,ſcilicèt Læpidus caput rei petíerat per líteras ut maturârem uenîre. Stator.id eſt miniſter públicus, dictus à ſtando,quòd ſtet parâtus ad eundum quo mittâtur,fuit præſto,id eſt præſens cum líteris eius, quibus denuntiábat,id eſt contráriæ ſenténtiæ factus ſignificâbat , ne uenîrem , ſcilicèt ad ipſum. Et denuntiâbat ſe poſſe confícere,id eſt abſóluere negócium,id eſt expugnatiônem Antonii,& deliberatiônem reipub. per ſe, & ſup.ut ſpectârem ſup.eum ad Iſaram. Indicâbo tibi ò Cícero, conſilium meum temerárium , ego decréueram ire,ſcílicet ad Læpidum.nihilóminus,id eſt quamuis denuntiaſſet mihi iram exíſtimans eum uitâre, id eſt fúgere ſócium glóriæ,hoc eſt uelle ſe ſolum habêre laudem deuicti Antonii.

HVBER. SOCIVM glórię.partícipem glóriæ,id eſt exíſtimans quòd ipſe ſolus uellet habêre glóriam de ſuperâto M. Anto. Delibâre,deguſtâre,ſúmere. Ieiuni. inſatiábilis,quia ómnia ſibi áppetit ieiûnus. Subeſſe. latentèr eſſe,ſcilicet putâbam. Dúrius.aſpérius, id eſt ſi áliquid periculóſius ei immínêret. Non malus homo id eſt bonæ intētiônis. Suo chirógrapho.propria manu ſcriptas. Deſpêrans.ſpem amíttens. Deſtitutum. acceptum.derelictum à Læpido. Ne fallat. Læpidum. Suam fidē ſolutā eſſe . ſuam fidē quam mihi dederat, cum affirmaret de Læpido eſſe fractam:quia non poſſet eam præſtare, quia Læpidus eum decepiſſet : ſupra enim dixit credidi chirographis eius affirmationi pręſentis Laterenſis. Leuociſpo.legato mêo, de quo ſupra in epiſtola quæ incipit,Quid in animo habuerim. Præferenda.ad uos. Concionaretur. orationē haberet pro cōcione. Improbi per ſe.i.ſua natura mali,corrupti facti mali . Per eos qui præſunt. i. ab iis qui eis præſunt & declarat qui ſint. Canidios & Rufrenos. pluralē poſuit pro ſingulari inuidioſe.Nam Canidius & Rufrenus mali uiri tribuni corruperant milites, & eos à rep.alienauerant. Quos. cæteros. Viri boni ironice. Duobus cō. Hircio & Panſa. Occiſis . in bello

retur, improbi per se, corrupti etiam per eos qui præsunt Canidios, Refrenosq;, & cæteros quos, cum opus erit, scietis, cōclamarint viri boni pacem se velle, neq; esse cum illis pugnaturos, duobus iam c o s s. singularibus occisis, tot ciuibus pro patria amissis, hostibus deniq; omnibus iudicatis, bonisq; publicatis: neque hoc aut vindicarat Læpidus, aut sanarat. Huc me venire, & duobus exercitibus coniunctis obiicere exercitū fidelissimum, auxilia maxima, principes Galliæ, prouinciā cunctam, summæ dementiæ & temeritatis esse vidi: mihiq;, si ita oppressus essem, remq; pub. mecum prodidissem, mortuo non modo honorem, sed misericordiā quoq; defuturā. Itaq; rediturus sum, nec tanta munera perditis hominibus dari posse sinam: vt exercitum locis habeā opportunis, prouinciā tuear, etiā si ille exercitus desciuerit, oīaq; integra seruem, dabo operam, quoad exercitus huc summittatis, pariq; felicitate rē pu. hic vindicetis. Nec depugnare, si occasio tulerit: nec obsideri, si necesse fuerit: nec mori, si casus inciderit pro vobis, paratior fuit quisquam. Quare hortor te mi Cicero, exercitum huc traiiciendū quamprimum cures, & matures prius q̄ hostes magis corroborētur, & nostri pturbentur.

Mutinensi. Amissis.mortuis. Iudicatis.à senatu. Hoc quod dixerant milites se nolle pugnare aduersus aliquem pro rep. propter causas supradictas. Vindicarat.punierat. Aut sanarat. mitigauerat aliqua exhortatione, unde & ipse uidetur assentiri uoluntati militum ne pugnent contra Anto. Huc.pro illuc.s.ad Læpidum. Duobus. Læpidi & Antonii. Obiicere. tanq̄ uilem. Maxima au.s.obiicere.i.eos qui uenissent in auxilium meum. Principes Galliæ. qui fauebant mihi. Ita.s. obiiciendo temere duobus exercitibus coniunctis. Oppressus.fusus deletus cum exercitu. Perdidissem.deleuissem. Non modo ho.mor. quia iis qui pro repub.mortui fuissent, magnificentissima funera sciebant, qui uero eam perdidissent nulla oratio. Misericordiam defuturā.i. fore ut nemo misereatur mei, sed potius dicerent me merito periisse. Rediturus.reuersurus, ut nullo pacto eam ad ipsum Læpidum. Tanta munera.tantas occasiones.s. ut obiicerem eis exercitū meam prouinciam & principes Galliæ & Cæ. quæ ipsi munera existimarent. Perditis.sceleratis. Opportunis.comodis. Ille exercitus. scilicet Læpidi. Desciuerit.defecerit, rebellauerit. Integra.sine detrimento, in eo statu in quo nunc sint. Quoad. quousque. Submittatis.celeriter mittatis. Exercitus.Bru.& Cæ.Octaniani. Pari.sicut uindicastis apud Mutinam. Nec depugnare.pollicetur Plancus se paratissimum esse pro republica ad omnia, ad mortem usque nec cuiquàm cessurum. Traiiciendum.transmittendum. Corroborentur. confirment, capiant uires nobis quiescentibus. Perturbentur, uidentes ꝙ non mittant auxilia.

Quoad

ASCEN. PVTABAM. id est secundo loco, me nec deliberare, id est degustare quicquam de laude hominis ieiuni, id est sic auidi ad laudem, ut ieiunus est ad cibū, & putabam tamen subesse, id est clam inesse locis propinquis, ut si aliquid esset, id est accideret durius, hoc est si forte succūberet Læpidus, possem succurrere celeriter. Ego homo non malus, id est minime astutus, suspicabar hoc, at Laterensis uir sanctissimus, id est integerrimæ fidei, mitti mihi literas suo chirographo, id est scripto manus suæ, & desperās meis, scilicet copiis, de se, de exercitu, de fide Læpidi, & quærens se destitutum, derelictum solum in fide. In quibus, scilicet literis, ipse denuntiat aperte supple ut uideam, id est prospiciam, ne fallar, fidem suam esse solutam, aut à se aut à Læpido: si à se, sensus est fidem suam non esse obligatam ad præstanda quæ non posset, non denunciaret se amplius non posse: si à Læpido, dicsolutam, id est uiolatam & interruptam, ne desim, id est ut consulam reipubli. Ego misi Tyrio, exemplar, id est ut dicūt duplum chirographi, id est manu scripti eius. Ego dabo Leuocispio perferenda, scilicet ad senatum, omnia chirographa, id est scripta manibus Læpidi, Laterensis, & aliorum ex quibus credidi, scilicet promissis eorum, & ea quibus putaui fidem non habendam, id est nō credendum esse, qui scilicet Leuocispius interfuit omnibus his rebus. Accessit. id est additum est, eo, id est ad eam infidelitatem Læpidi, ut cum Læpidus concionaretur, id est orationem haberet ad milites suos: milites eius improbi per se, id est propria natura & corrupti etiam per eos qui præsunt, utpote per Canidios, Rufrenos, & cæteros quos scietis cum opus fuerit, conclamarint supple tanquam uiri boni se uelle pacem neque esse pugnaturos cum illis & hoc duobus cōsulibus singularibus, scilicet Hircio & Pansa iam occisis, tot ciuibus amissis pro patria. Denique omnibus, scilicet Antonianis iudicatis, scilicet à senatu hostibus, & bonis, scilicet eorum publicatis neque Læpid. aut uindicarat hoc aut sanarat, id est ad sanum consilium conuerterat. Ego uidi. id est consideraui, me uenire huc, id est ad talem exercitum, & obiicere, scilicet trucidandum duobus exercitibus coniunctis, scilicet Anton.& Læpid. exercitum fidelissimum, & ita diligendum, & maxima auxilia Galliæ, & cunctam prouinciam, esse summæ dementiæ & temeritatis, & uidi si oppressus essem ita, & perdidissem rempublicam mecum, non modo honorem. Sed quoque. id est etiam, misericordiam defuturam mihi mortuo. Itaque rediturus sum, scilicet in prouinciam, nec sinam, id est patiar, tanta munera, id est tam fidelem & bene instructum exercitum posse dare, id est obiici, hominibus perditis. Ego habebo exercitum locis oportunis, tuear, id est protegam prouinciam, etiam si ille, scilicet Læpidi exercitus desciuerit, id est defecerit à repub. ad Antonium, & dabo operam ut seruem omnia integra, id est neque imminuta. Quoad. id est donec mittatis huc exercitum, & uindicetis, id est libertati restituatis rempublicam pari felicitate qua, scilicet apud Mutinam. Nec quisquam fuerit paratior, scilicet quàm ego depugnare. id est excidionalem pugnam obire, si occasio tulerit, id est dederit, nec obsideri si necesse fuerit, nec mori pro uobis si casus inciderit. Quare ò mi Cice. ego hortor te sup. ut cures exercitum traiiciendum, id est trans alpes mittendum huc, id est ad nos, quamprimum, id est ualde cito & matures, id est acceleres priusquam hostes corroborentur, nam & nostri qui panciores & debiliores sunt, perturbantur.

In quo si celeritas erit adhibita, respub. in possessione victoriæ deletis sceleratis permanebit. Fac valeas, mêque diligas. Fratrē meum tibi, fortissimum ciuem, & ad omnia paratissimum excusem literis, qui ex labore in febriculam incidit assiduam & satis molestam. Cum primum poterit istuc recurrere, non dubitabit ne quo loco reip. desit. Meam dignitatem cōmendatam habeas, rogo. Concupiscere me nihil oportet: habeo te & amātissimum mei, & quod optaui, summæ authoritatis. Tu videris, quantum & quando tuum munus apud me velis esse. Tātum te rogo, in Hirtii locum me subdas, & ad tuum amorem, & ad meā obseruantiam. Vale.

Ex Epistola. Puderet me inconstantiæ meæ. Putabam posse me, nec de laude ieiuni hominis deliberare quicquā. Huc me uenire, & duob9 exercitibus, & ducibus coniunctis obiicere exercitum firmissimū.

HVBER. IN quo. in qua re, scilicet ut traiiciantur exercitus. In possessione. quia iam habuerat unam uictoriam apud Mutinam. Fratrem meum. Plancum. In febriculam. sic supra, fratrem meum assiduis laboribus conuersationibus confectum grauiter se habuisse antea tibi scripsi. Istuc. istuc. Concupiscere. i. mihi optare. Habeo te. i. relinquo iudicio tuo, q me plurimū amas, ut quantum tu uelis & quando tu uelis mihi conferatur: sic supra. Concupisco autem mihi nihil contra quod ipse pugno, sed & temporis & rei moderatorē te facile patior esse. Subdas. substituas. Hircii. consulis, qui in bello interiit.

ASCEN. IN quo. i. in qua re, hoc est exercitus traiectione, si celeritas erit adhibita, resp. manebit in possessione uictoriæ. s. apud Mutinam initæ, & hoc sceleratis. s. reliquis deletis. Fac sup. ut ualeas & diligas me. Hic uidet finis superioris epistolæ, ut sequentia nouam constituant, aut saltē seorsum scripta censeantur. Sunt enim alterius argumenti, & quæ sic scripta uidentur, ut à solo Cic. legantur, cum superiora ab omnibus legi possunt. Ordo autem est. Excuses literis. s. mittendis ad senatum fratrem meum ciuem fortissimum tibi & paratissimum ad omnia. s. mandata obeunda, qui. s. frater incidit ex labore. i. fatigatione, in febriculā assiduam & satis molestam. Cum primum poterit non dubitauit recurrere istuc. i. ad uos ne quo. i. aliquo loco desit reip. Ego rogo sup. ut habeas dignitatē meam cō mendatam. s. tibi, hoc est suscipias eam protegendā ab obtrectatoribus. Sed, sup. nihil oporteret me concupiscere. nam supple habeo te &. i. simul, amantissimum mei, & quod optaui, summæ authoritatis. q. d. qui uelis cum sis amantissimus mei, & possis me defendere cum sis summæ authoritatis. Tu uideris. id est tuum fuerit uidere &, iudicare, quantum id est quàm magnum, & quādo, id est quo tempore, uelis tuum munus esse apud me, id est me tibi esse obnoxium, aut tuum munus esse apud me, id est me obire munus & partes tuas quasi dicat, futuro semper & in omnibus paratus, ut sit simile illi postea ab Aeolo apud Ver. ad Iunonem dicto, Tuus ô regina quid optes Explorare labor, mihi iussa capessere fas est. Et rogo te tantum. id est duntaxat sup ut subdas, id est sufficias & substituas me in locum Hircii, id est sim pro Hircio consul. &, id est simul ad amorem tuum. scilicet augendum in me, & ad obseruantiam meam, scilicet augendam in te obseruādo, quasi dicat cum id & amor tuus in me, & obseruantia mea in te exigat.

responsio ad petitionem.

Cicero Planco S. D. EPI. 22

IN te & in collega omnis spes est, Diis approbantibus. Cōcordia vestra, quæ senatui declarata literis vestris est, mirifice & senatus & cuncta ciuitas delectata est. Quòd ad me scripseras de re agrária, si consultus senatus esset, vt quisque honorificentissimam de te sententiam dixisset, eam secutus essem, qui certe ego fuissem. sed propter tarditatem sententiarum moramq; rerum, cum ea, quæ consulebantur, ad exitum non peruenirent, commodissimū mihi, Plancoque fratri visum est, vti eo, quod ne nostro arbitratu componeretur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognouisse. Sed siue in senatuscon-

HVBER. IN te & in collega. Cum Bru. recepisset se in Gállia ad Plancum, scripserat Plancus magnam esse inter se concordiam ad defendendam patriam, quare dicit Cice. & senatum & totam ciuitatem uehemēter Lætatā esse. Deinde quia rogauerat Plācus Ci. ut si senatus fuisset interrogatus de re Agraria assentiretur ipse Ci. iis qui honorifice dixissent pro Plan. qui hanc curabat magis propter milites suos quàm propter se, ut infra alio loco dicet: respondet Cic. se fuisse paratissimum, sed cum nihil cōcluderetur in senatu propter tarditatem eorum, qui dicebant sententias, uisum fuisse & sibi & Planco Planci fratri ut faceret id, quod non potuit componi arbitratu ipsorum quodam impediente, de quo dicit se putare esse ad eum scriptum à Plan. eius fratre. Postremò dicit eum non debere dubitare tantam esse ei charitatē apud omnes bonos, ut non possit oīa obtinere. Collega. D. Bru. Omnis spes. conficiendi belli. Diis ap. diis fauentibus. Cōcordia uestra. tua & collegæ Bru. De re ag. quærebat. n. Plancus ut in distributione agrorū, qui erant uiritim diuidendi inter bonos ciues ipse esset commendatus. Consulatus. interrogatus, ut diximus in primo libro. Vt. sient. Honorificentissima cum laude & cōmendatione tua. Eam secutus essem. i. eam approbassem. Qui fuissem. i. ille qui dixisset sententiam honorificentissimam pro te, & non solùm essem locutus sententiam aliorū. Sed. dicit Ci. quare nō potuerit dicere sentētiā pro Plāco. Quæ cōsulebant. que interrogabant à senatu. uel quæ deliberantur. Fratri. tuo. Vti eo. i. id cape. Quod ne. i. quod quidā de quo ad te puto fratrē

tuũ scripsisse, impediuit nos ne fieret, ut uolebamus. Est autem ordo: uisum est mihi & Planco fratri uti eo, quod ut ne componeretur arbitratu nostro arbitror te cognouisse ex literis Planci fratris, qui fuerit impedimento: impediti enim fuerant à quodã, quẽ non nominat, ne illa res Agraria cõponeretur, ut uolebãt ipsi Ci. & Plan. frater. In senatusc. i. in his quæ à senatu deliberanda sunt. Charitatem tui. amorem erga te. Taleis. scilicet quæ declarẽt mihi Antonium oppressum.

ASCEN. IAM te &c. Cum Bru. recepisset se in Galliam ad Plancum, scripserat Plancus se cum eo ad patriæ defensionem consentire, de qua re nunc dicit Ci. senatum populumq; Ro. mirifice lætatum. Deinde quod de Agraria lege rogatus erat, dicit se ad id paratum fuisse, sed opportunitatẽ defuisse, iterum inflãmans hominem ad reipu. protectionem, & ad literarum scriptionem. Ordo est. Omnis spes. s. reip. aut salutis est in te ò Plance, & in collega, scilicet tuo Bru. diis approbãtibus. i. uota nostra & uestra secundantibus. Et. i. simul senatus & cuncta ciuitas, scilicet Romana, delectata est mirifice, concordia uestra. i. propter uestram concordiam, quæ declarata est. i. clarè significata senatui literis uestris. Quod tu scripseras ad me de re agraria. i. de agris diuidendis militibus tuis, ut bene de repub. meritis, si senatus esset consultus. i. rogatus sententias, ut quisq; dixisset sententiam honoratissimam. s. tibi secutus essem eam, qua. s. sententia honoratissima tibi aut de te, ego certè fuissem, sed cum ea, quæ consulebantur. i. de quibus fiebat cõsultatio nõ peruenirent ad exitum. i. ad decretionem, uisum est mihi & fratri. s. tuo Planco, cõmodissimum uti eo. s. quo ut scis usi sumus, quod. s. decretum quo usi sumus, ego arbitror te cognouisse ex literis Planci. s. fratris tui, quis fuerit impedimento. i. impediuerit, ne. cõponeretur. i. fieret & absolueretur, arbitratu nostro. s. secundum arbitratũ & uoluntatẽ nostrã, hoc est Planci & meam. Sicut in multis aliis epistolis, quia res erat nota scribenti & ei, ad quem scribit, nobis mansit ignota. Quis enim diuinauerit quid fuerit quo usi sint, aut quis impediuerit quo minus senatusconsultum ex sententia utriusq; factum fuerit. Sed siue tu desyderas aliquid in senatusconsulto, siue in cæteris rebus, persuade tibi sic, charitatẽ tui. i. in te esse tantã apud oẽs bonos, utpote reip. amatores, ut nullũ genus dignitatis amplissimæ, possit excogitari. s. à te, quod non sit paratũ tibi. Plus est quod dicit excogitari, q̃ si diceret poscri: facilius enim est aliquid excogitare q̃ poscere. Plus etiam est quod dicit quod tibi cõparatum sit, q̃ si diceret, quod tibi non detur, quia quod paratũ est, expectat habiturũ etiam si non petierit. Ego expecto uehementer literas tuas. Et quidem taleis qualeis máxime opto, hoc est quibus significas te hostes deleuisse aut quid símile. Vale.

HVBER. NVNQVAM. quia cum Plancus putaret se coniunctum esse cũ Læ. fuerat ab eo deceptus, hac epistola primũ se excusat ne uideat per imprudẽtiam fuisse deceptus. Deinde scribit quemadmodũ & sibi & exercitui suo, puiderit, posteaquã cognouit perfidiam Læ. & excusat Laterensem, qui affirmauerat de Læp. nõ malitiosè ut deciperet Plan. sed propter nimiam indulgẽtiã suã erga Læ. à quo posteaquã uidit se deceptum, dicit eum tantũ dolorẽ accepisse, ut uoluerit seipsum interficere, incertumq; adhuc sibi esse utrum sit uicturus. Narrat quantũ doluerint Læ. & M. An. & non potuerunt intercipere ipsum Plan. & exponit aliquas causas odii Læ. erga se. Hortatur postremò Cic. ut det operam Cæ. Octauianũ ad se mitti cum exercitu aut saltẽ eius exercitũ: dicit enim & si ipsi rectè gesserint res Romæ ipse benè tuebitur prouinciã. Acciderit. malè euenerit. Absim à reprehensione temeritatis. i. non reprehendar fuisse temerarius, & imprudenter fecisse.

HVBER. IOLAPSVM. id est cespitasse. Credulitas, facilè credere. Error. cum casu quispiã decipitur & aliud pro alio accipitur, culpa uero cum ob negligẽtiã quispiã peccat. Irrepit. ingreditur. Cuiusque optimi, ut enim quisque optimus est, ita facillimè credit, quoniã alios ex ingenio suo iudicat, & plerũq; errat. Penè hoc uitio non sum deceptus. i. ferè non peccaui etiam per errorem credulitatis, quia nunquã crẽdidi Læpidum bonum. Noram. s. malum & inconstantem. Quid. s. est, si non fuit credulitas error, quid ergo est quod te decẽpit. Pudor, respondẽtur sicut supra accidit mihi & homini pudenti & cupido satisfaciendi reipub. accidere solet. Vno loco. ne cõiungerem me cum Lepido. sicut ille orabat. Pertinaciter. obstinate, indurate. Alere. fouere, in longum deducere. Offensus. iratus, inimicus. Mea patientia. si paterer ipsum esse solum aduersus Anto. Propè. fere. Consedi. constiti cum exercitu. Eo consilio. ea deliberatione. Accedere ad ipsos, uel recipere, retrahere. Est sa. & me & exercitu meo incolumi. Adiunxi. pergit probare se omni prudẽtia usum esse ne captaretur insidiis à Læpido. Oppositũ. à Læpido. Mora. aliqua dilatio, ne tã citò posset trãsire. Vt essent. subaudi adiunxi hoc, uel prouidi, ut essent. Voconii. populi Galliæ. super quæros non lon-

Error
Culpa
Pertinaciter
Alere
Voconii

Ordo

exultatoria. nuntiatoria.

Plancus Ciceroni S. D. EPIS. 23.

NVnquam mehércule mi Cicero me pœnitébit máxima pericula pro pátria subire, dũ siquid acciderit mihi, à reprehẽsione temeritatis absim. Confitérer imprudéntia me lapsum, si vnquam Læpido ex ánimo credidissem. Credúlitas enì error est magis, quàm culpa. & quidem in óptimi cuiúsque mentem facíllimè irrépit. Sed ego nõ hoc vítio penè sum deceptus. Læpidum enim pulchrè noram. Quid ergo est? pudor me, qui in bello máximè est periculósus, hunc casum coégit subíre. Nam si vno loco essem, verébar ne cui obtrectatórum vidérer & nímium pertinácitèr Læpido offensus, & mea patiéntia etiam álere bellum. Itaque cópias propè in conspectum Læpidi Antoniiq; adduxi, quadragintaq; millium passuum spatio relicto consedi: eo cõsilio, vt vel celériter accédere, vel salutáritèr recípere me possẽ. Adiũxi hæc in loco

eligendo

eligendo, flumen oppósitum vt habérem, in quo mora tránsitus esset: Vocontii sub manu vt essent, per quorum loca fidélitèr mihi patéret iter. Lépidus desperáto aduentu meo, quem non mediócritèr captábat, se cum António coniunxit ad IIII. Cal. Iun. eodemque die ad me castra mouérunt. viginti míllia passuum cum abessent, res mihi nunciáta est. Dedi operam Deũm benignitáte, vt & celéritèr me recíperem: & hic discéssus nihil fugæ símile habéret: non miles vllus, non eques, non quicquã impedimẽtorum amitteretur, aut ab illis feruẽtibus latrónibus interciperẽtur. Ita que prid. Non. Iun. omnes cópias Hisarã traiéci, pontesque quos féceram, interrũpi, vt spátium ad colligendum se hómines habérent: & ego me intéreà cum collẽga coniúngerem, quem triduo, cum has dabam líteras, expectábam. Laterensis nostri & fidem & ánimum in rempúblicam singulárem semper fatébor. sed certè nímia eius indulgẽtia in Lépidum, ad hæc pericula perspicienda fecit eum minus sagácem. Qui quidem cum in fraudem se deductum vidéret, manus, quas iustiùs in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre

ge à Druentia fluuio. de quibus Strabo libr. iiii. Sub manu, prouerbialiter dixit. i. apud, prope. Patéret, esset apertum, & facilè sine cuiusquam impedimento. Fidéliter sine insidiis cuiusquam. Captábat, insidiose quærébat. Res, & erant coniuncti, & & mouérent castra contra me.

ASCEN. NVnquam & cæ. Quia Plancus ab Lépido ut uidimus deceptus erat, hac epístola se purgat, ne putétur per imprudẽtiam suam fuisse deceptus. Deinde scribit quemadmodum sibi & suis prospéxerit postquam perfidiam Lépidi cognóuerat, purgatque Laterensem, qui Lépidum commẽdárat non malitiosè quò Plancum deciperet, sed propter nímiam indulgéntiam suam erga Lépidum. Dicit autem ex ea fraude se tantum doluisse ut parum abfuerit quin sibi mortem inferret. Narrat etiam quam ægrè túlerint Lépidus & Antónius & se, id est Plancum, non circunuénerint. Hortaturq; ut Cæsarem octáuium ad se mittat.

Ordo. Ordo est, unde unquam, ò mi Cicero, non pénitebit unquam mehércule me subire máxima pericula pro pátria, dum. i. dummodo, si quid scílicet aduersitatis acciderit mihi, ego absim. i. immúnis sim à reprehensióne temeritátis, id est si non uererer temeritátis árgui, si práeter opinionem quicquam acciderit. Ego confiterer me lapsum imprudéntia si unquam credidíssem ex ánimo, id est syncerè & plenè Lépido, dico sup. me lapsum fuisse non peccásse. Enim. i. quia credúlitas. i. facílitas in credendo, est magis error q̃ culpa, & quidem. i. certè ipsa irrepit, id est tácitè illábitur, facílime in mentem óptimi cuiúsque. Quod perquam uerum est: Nam mali cum credant omnes sui símiles non fácilè decipiuntur. Sed ego sum penè, id est quasi deceptus non hoc uítio scílicet credulitátis. dices sup ergo quid est, scílicet quod errásti. Respónsio. Pudor, qui est máximè periculósus in bello, quia audácem fortúna iuuat, coegit me ad hunc casũ. Nam si essem uno loco. i. si manerem in prouíncia mea uerébar ne uidérer cui id est alícui obtrectatórum id est inuidórum famæ meæ detrahéntium, infensus. i. iratus Lépido nimis pertináciter, si scílicet pro communi salúte nollẽ me illi coniúngere, & uidérer etiam álere bellũ, mea patiéntia. i. longanimitáte aut tarditáte, quòd perterea hostẽ tamdiu uíuere quẽ coniunctus cum Lépido possem státim opprímere. Itaque adduxi cópias supple meas propè. i. quasi in conspectum Lépidi & Antonii. Consédi. i. locum quiétis reperi, à consído quod sic accípitur Aenei. i. Vultis & his mecum páriter cõsídere regnis. unde uerum est sído quoq; sedi habére in prætérito quod docet Valla spátio quadragínta quinq; míllium passuum relicto. s. à castris Lépidi, eo consílio ut possem uel accédere celériter. s. ad Lépidum si fuisset in ea sententia in qua esse debébat, uel posset recípere me, id est à conflíctu erípere, cum salúte scílicet mea & exércitus. Ego adiunxi, id est áddidi, hæc id est has res, quas res dicam, in loco scílicet considendi eligendi, in eligendo, ut habẽrẽ flumen oppositũ. s. exercítui Lépidi, in quo. s. flúmine, esset mora trãsitus id est in quo transeundo moram tráheret Lépidi exércitus, & supple adiunxi, hoc est effeci, ut Voconii, alii legunt Vocontii pópuli in illis pártibus Galliæ, essent sub manu. i. in potestáte mea, per quorum loca iter patéret mihi fidéliter. Lépidus aduentu meo, quem captábat non mediócriter, immo ardentèr desperáto, coniũxit se cum Anto. ad quartum Calendas Iúnias, & s. ipsi coniuncti mouérunt castra. s. sua, ad me. s. procedendo, res est nuntiáta mihi, cum abessent uiginti míllia passuum.

Sido
Sedeo
Voconium

29 Maij

HVBER. IODEVM deorum. Recíperem. retráherem in locũ tutum. Nihil símile fugæ. i. ne uidérer fúgere, timóre eorum. Impedimentorum. sarcinárum. Dicuntur enim impedimenta onera militária. Interrupi. fregi, dissíeci. Colligendum se, intra urbes suas priusquã opprimerentur repentino aduentu hostium. Fatebor, dicam protestábor, licet deceptus sit à Lépido. indulgentiam, obsequium. Minus sagacem, minus acutum, & diligentem. Iustius honestius. In Læpidum. quia fuit perfidus contra eum. Afferre manus. iniicere manus. i. uiolenter se manibus propriis interficere. Conatus est. tentauit. Interpellatus. impeditus. De hoc. quod sit uicturus. Parricidarũ. proditorum. dicuntur quasi enim parricidæ & interfectores parentum & patriæ proditores. quia patria parens est uniuscuiusq;. Cum dolore. dolent enì summopere & non potuerint me excípere & opprímere. His. eis. s. parricidis. Recentes. nouas: expo nit autem causas iracundiarum. Castigare. obiurgare, reprehendere. Extinguere. t. sopiret penitus tolleret. Improbabam. accusábam. Colloquia, ipsius Læpidi cum An. secreta contra rempu. Fide Læpi. data eis fide à Læpido. Vestinum. ex Vestinis populis qui sunt Italiæ ultra picenum finitimi Amiternis, ut scrib. Strab. Petiuerunt me. insidias in me intenderunt: nam petitiones propriæ gladiatorum dicuntur: & petere est inuidiosè aut uiolenter agredi, ut apud Virg. Regina petit. Cic. pro Qu. Ligario. Quid enim Tubero tuus ille destrictus in acie

Impedimenta
Petitiões
Petere

Pharsalica

Universidad de Deusto Biblioteca

Pharſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat. Fruſtratio.inanis conatus eorum.Neruoſe. fortiter. Subornes.adiuues,inſtruas. Cæſar. Octauianus adoleſcens. Cuius ipſius,uel Cæ.uel exercitus eius,ſed melius Cæſa.quia fuderat Antõn.apud Mutinam. Agitur, eſt,impendet. Quicquid:ſenſus eſt,quicquid neceſſarium fuit ſceleratis & perditis contra patriam,omne paratum eſt,ita ût nihil deſit. Nos autem pro defendenda ſalute cur non ponamus omnes facultates noſtras,quas habemus. Perditorum.patricidarum. Id totum conuenit.i.concordauit, concordatum & compoſitum eſt. Iſtic. Romæ. Indies.per ſingulos dies.i.dietim. Merita.beneficia. Exacuunt.incitant: legitur tamen & excutiunt,ut ſit ſenſus,tua merita quotidie magis amouent mihi ſolicitudines.i.anxietates meas:ſi autem legitur exacuunt intelligemus ſolicitudines.i.curas bene adminiſtrandæ reipu. & hic ſenſus eſt uerior, ut declarant ſequentia cum dicit quæ ſint ſolicitudines.ſ.ne perdat aliquid de amore, aut de opinione Ci.erga ſe. Iudicio tuo.ſ.de me: quia ſcio te bene de me ſentire. Præſenti pietate præſenti animi affectione.i.opto facere ut cum uideas nunc meam pietatẽ erga te & patriam, iucundũ tibi ſit in me beneficia contuliſſe. — Indies

ASCEN. EGO dedi operam benignitate deûm.i.deorum, qui eam mentem dederant ut &.i.ſimul reciperem.i. in loca tuta retraherem me celeriter, & hic diſceſſus nihil haberet ſimile fugæ,& ullus miles, non admitteretur,eques ullus non amitteretur,quicquid impedimentorum.ſ.itineris, hoc eſt machinarum & ſarcinarum bellicarum non amitteretur,aut interciperetur.i.in medio itinere per inſidias caperetur ab illis latronibus feruentibus.i.ardentibus ad prędam. Itaqu ego traieci pridie nonas Iunias.i.die præeunte nonas Iunias.i. quarto die Iunii. copias meas Hiſaram.ſ.flumen Galliæ in delphinatu, & interrupi põtes quos feceram,ut homines.i.milites mei haberent ſpatium ad colligendum ſe.i.ad reſumendum animũ & ad componendas res turbatas ex celeri profectione. Ego coniungerem me inter ea.ſ.cum hoſtes põtes reficerent,cum collega.ſ.Bruto, quem ego expectabam triduo.i.intra triduum affuturum, cum ego dabam.ſ.ad te has literas. Ego fatebor.i.proteſtabor ſemper & fidem & animum ſingularem in.i.erga rẽpu.Laterenſis noſtri.ſ.communis amici. Sed certe nimia indulgentia.i.immoderatus amor eius in Lepidum, fecit eum minus ſagacẽ.i.prouidentem ad hæc pericula perſpicienda.Qui.ſ.Laterenſis.quidem.i.certe,cum uideret ſe deductum in fraudem.i.deceptum â Lepido conatus eſt afferre ſibi manus.i.ſeipſum interficere inferendo ſibi manus, quas armaſſet iuſtius in perniciem.i.cædem & interitum Lepidi,in quo tamen caſu ipſe interpellatus.i.impeditus uiuit adhuc, & dicitur uicturus, quia non adegerat adhuc uulnus ſatis altum. Sed tamen parum certum eſt mihi de hoc.ſ.an uicturus & conualiturus ſit,& ego elapſus ſum his.ſ.malis & inſidiis.cum magno dolore parricidarum.ſ.Antonii & Lepidi patriam perſequẽtium & eius defenſores trucidantium. Ipſi enim ueniebant incitati in me eodem furore quo in patriã .i.ut me penitus opprimerent. Autem.i.ſed.ipſi habebant iracundias harum rerum.i.ob has res recentes,ꝙ non deſtiteram.i.deſiueram aut prætermiſerã, caſtigare.i.obiurgando monere Lepidum ut extingueret bellum,ꝙ improbabam colloquia facta.ſ.inter ipſum & miſſos ab An.ipſumque uetueram legatos dimiſſos.i.â diuerſis miſſos ad me fide Lepidi.i. data eis fide â Lepido, nihil moleſtiæ â me paſſuris,

conatus eſt. In quo caſu tamen interpellatus & adhuc viuit,& dicitur victurus. ſed tamen de hoc parum mihi certum eſt. Magno cum dolore parricidarum elapſ⁹ ſum his: veniebant enim eodem furore in me quo in patriam incitati. Iracũdias autem harum rerum recenteis habebant: quòd Lepidum caſtigare non deſtiteram vt extingueret bellum: quòd colloqui facta impròbabam:* quòd Legatos fide Lepidi miſſos ad me,in conſpectum uenire vetaueram: quod C. Catium Veſtinum Trib. mil.miſſum ab Antonio ad me cũ literis exceperam.In quo hanc capio voluptatem,quòd certe quo magis me petiuerunt, tanto maiorem his fruſtratio dolorem attulit. Tu mi Cicero,quod adhuc feciſti, idem præſta: vt vigilanter neruoſeque nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. Veniat Cæſar cum copiis, quas habet firmiſſimas: aut ſi ipſum aliqua res impedit, exercitus mittatur, cuius ipſius magnum agitur periculum. Quicquid aliquando futurum fuit in caſtris perditorum contra patriam, hoc omne iam conuenit. Pro vrbis vero ſalute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, vtamur? Quòd ſi vos iſtic nõ defueritis, profecto quod ad me attinet, omnibus rebus abunde reipublicæ ſatisfaciam. Te quidem mi Cicero in dies mehercules habeo chariorem: ſolicitudineſque meas quotidie magis tua merita exacuunt, ne quid aut ex amore aut ex iudicio tuo perdam. Opto vt mihi liceat iam præſenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. VIII. Idib.Iun.Cuiarone, ex finibus Allobrogum. Vale.

Ex Epiſtola. Nunquam mehercules mi Cicero.

Conſedi eo conſilio,ut uel celeriter accedere,uel ſalutari loco me recipere poſſem. Dedi operam deũ benignitate ut & celeriter me reciperem, & hic diſceſſus meus nihil fugæ ſimile haberet.non miles ullus,non eques,non quicquam impedimentorum amitteretur, aut ab illis feruentibus latronibus interciperetur. Sed tamen de hoc mihi parum certum conſtat. Iracundias autem harum rerum recenteis habebam,

ueni-

uenire in conſpectum.ſ.meum, & ꝙ interceperam id eſt in medio itinere ceperam Caium Catinium ueſtinũ .i.ex ueſtinis populis Italiæ ultra picenũ iuxta amitternos miſſum ad me ab An.In quo.ſ.facto, aut in qua re ego capio hanc uoluptatem ꝙ certe quo.i.quanto magis petiuerunt me.ſ.capere aut occidere,tanto maiorẽ dolorem fruſtratio.i.irritus conatus attulit iis. Tu ô mi Cicero,præſta ſup.mihi id ſup.quod feciſti adhuc, ut ſubornes.i.per ſubſidia adiuues uigilanter & neruoſe.i.firmiter & ſolide, nos qui ſtamus in acie.ſ.pro patria contra hoſtes. Veniat Cæ.ſ.Octauius adoleſcens tunc adhuc,& ab repu. ſtare uiſus,ſed mox cum An.& Lepido conſpiraturus cum copiis quas habet firmiſſimas aut ſi aliqua res impedit eum,quo minus poſſit uenire. mittatur exercitus.ſ.eius. Cuius ipſius.ſ.Cæſaris magnum periculum agitur.i.impendet, fuderat enim An.copias apud Mutinam,& ita putauit Plan.ꝙ non eſſet cũ illo in gratiam rediturus, & hoſtes omnes uires ſuas collegerant. Vnde addit. Quicquid futurum fuit aliquando.i.quouis tempore,in caſtris proditorum cõtra patriam,hoc omne conuenit iam.i.congregatum eſt. Vero.i. ſed econtrario, cur non utamur omnibus facultatibus.i.copiis & opibus quas habemus,pro ſalute urbis.q.d.nullam eſſe rationem, tacite tamen ſaluti ſuæ conſulere uidetur. Quod ſi uos non defueritis.ſ.reipub.iſtic.ſ.Romæ, aut iſtic.i.in iſta re, profecto ego ſatisfaciam abunde reipu.in omnibus rebus,quod.i.q̃tum attinet ad me.Quidem.i.certe,ô mi Ci.ego habeo te indies chariorẽ.i.te diligo per ſingulos dies cum quodam incremento, & merita tua.ſ.in me exacuunt.i.uegetant & inſtigant quotidie magis ſolicitudines meas, ne quid perdam aut ex amore tuo.ſ.in me, aut ex iudicio tuo.ſ.de me. Opto ut liceat mihi facere beneficia tua in me,iucundiora.ſ.tibi,& etiam mihi, pietate.i. pia exhibitione meorum officiorum iam præſenti,quæ nunc eſt futura,iucundum autem eſt in gratos beneficium conferre,& gratos referre.

QVOD legatos fide Lepidi miſſos.Antea Lepidi dimiſſos. Quis non uideat,qui attente legat,ita ſcribendum eſſe mendumque ortum, quòd negligenter librarius poſtremam ſyllabam Lepidi bis ſcripſerit.Exponit Plancus,cur tantopere ſibi Antonius,ac Lepidus infenſi ſint, & in aliis rebus narrat ſibi illos ualde iratos, quod Antonii legatos ad ſe miſſos Lepidi fide,nedũ audire uoluerit,in conſpectum ſuum uenire prohibuit.Lepidi autem fide:quia fidem ſuam Lepidus interpoſuerat,â Planco illos uiolatum nõ iri. Legatos miſſos,ut paulo poſt inquit, C.Catienũ miſſum ab Antonio ad eum cum literis. — *P.V.C.

Cn.Plan. M.T.C. S.P.D. EPI. 24

FAcere non poſſum quin in ſingulas res méritaque tua tibi grátias agam. Sed mehérculè fácio cum pudôre. Neque enim tanta neceſſitûdo, quantâm tu mihi tecum eſſe voluiſti, deſiderâre vidêtur gratiârum actiônem. Neq; ego lubentèr pro máximis tuis beneficiis tam vili múnere defungor oratiônis: & malo præſens obſeruántia, indulgéntia, aſſiduitâte mémorem me tibi probâre. Quòd ſi mihi uita contígerit. omneis gratas amicítias, atq; etiam pias propinquitâtes, in tua obſeruántia, indulgéntia, aſſiduitâte vincam. Amor enim tuus ac iudícium de me, vtrùm mihi plus dignitâtis in perpetuũ an voluptâtis quotídie ſit allatûrus, non fácilè díxerim. De mílitum cómmodis fuit tibi curæ: quos ego non poténtiæ meæ cauſa (nihil enim me non ſalutárìtèr cogitâre ſcio) ornâri volui â ſenâtu, ſed primùm quòd ita méritos iudicâbam: deide quòd ad omnes caſ⁹ coniunctiôres reipu. eſſe volêbam: nouiſſimè, vt ab omni ómnium ſolicitatiône auerſos eos, taleis vobis præſtâre poſſem quales adhùc fuêrunt. Nos adhuc hîc omnia integra ſuſtinúimus. Quod conſiliũ noſtrum, etſi quãta ſit auiditas hóminum (non ſine cauſa) talis victóriæ ſcio: tamen

ASCEN. FAcere.Cum egiſſet Ci.ómnia diligẽtèr pro dignitâte Planci, & máximè de re agrária,de qua ália epiſtola méntio facta eſt. Plan.artificiôſo quodammodo ſe erga Ci.mémorem & gratum oſtendit. Nam dum ſignificat non eſſe ei ſatisfaciendum actiône gratiârum, agit quidem, & habet máximas grátias, poſteà uero oſtendit quâm diffîdat copiis ſuis,in quibus máxima pars ſit tyrônum,dicitq; Cæ. Octauiánum cauſam eſſe quare Mar.Anto.& Lépid⁹ nondum ſint oppreſſi, ſignificat enim latentèr ſe intelligere eum conſentíre cum An.dicit aũt ſe miſiſſe ad ipſum Cæ,Fúrnium cum mandâtis ſuis. In ſin.id eſt pro ſingulis. Neq; enim, rátio quarè fáciat cum pudôre, quia amicítia magna,quanta erat inter eos non pátitur gratiârum actiônem.prætéreà quia dicit ſe nolle máximis beneficiis,uerbis ſatisfácere. Ego.q ſum & magno & grato ánimo. Vili mu. eſt enim uile munus oratiônis & uerbôrum pro beneficiis acceptis,quia non ſunt reddenda uerba pro rebus. Probare.cum laude oſténdere. Defungor.utor. Et.m. ſenſus eſt,pótiùs uolo cum ero Ro.in præſéntia tua tibi contemperando in ómnibus,quæ â me uoles, & honorando te oſténdere me eſſe mémorem beneficiôrum tuorum,q̃ nunc ſatisfácere uerbis.Obſeruãtia.honôre reueréntia erga te. Indulgéntia.obſéquio. Quod ſi.ſenſus eſt, ſi deus concéſſerit mihi uitam,præſtâbo tibi maiorem obſeruántiam,indulgéntiam & aſſiduitâtem, q̃ omnes grati amici amicis ſuis aut pii propinqui propinquis ſuis unquam oſtẽderint. Amor ac iud.quæ duo dixit ſupériùs afferre ſibi magnas ſolicitúdines, ne imminuantur. Cõmodis.i.quod ſuprà dixit de re agrária.Curâbat Plã. ut milítibus ſuis darentur, cum ob remuneratiônẽ priſtinôrum labôrum,tum uerò ut magis excitarentur in futûrum ad defendendam rempu. Ornâti. honorâti munéribus agrariis eis datis.Cauſa.p.meę, ut uidêrer eſſe poténtior. Nihil enim, parẽtheſis eſt, eſt autem ſenſus nihil cógito quod non ſit reipubli. Ita me.ſcilicet mílites meos. Coniunctiores.magis aſtrictos propter máxima prẽmia accepta. — Defungor

Nouiſſi-

Præstare Adhuc

Nouissimè.i.postrêmò,hoc est finâli causa. Aduersos.amôtos. Ab omni soli.quâ faciêbat assîduè M.An.qui solicitâbat eos assîduè promittendo máxima,quæ uidêbam eos esse aspernatûros,si à senâtu fuissent nunc ornâti,eos autem solicitâtos fuisse ab An.supra ostendit his uerbis,confirmandus erat exércitus nobis mágnis sæpe præmiis solicitâtus ut à repu. moderâta pótiùsq; ab uno infinita speraret. Præstâre. réddere, osténdere. Tales.i.promptos manu pro rep.& fidos. ¶ Adhuc.hucusq;. Sustinúimus.tutâti sumus. Quod cõsi. quod sustinúerim ómnia íntegra potiùs sapientèr defendendo,q̃ periculosè cum hoste dimicando. Scio probari à uobis.scio uobis placêre. scio à uobis laudâri.licèt áliqui ita sint áuidi huius uictóriæ,ꝙ nolent me amplius sustinêre,sed iam dare finem.

ASCEN.

Ordo

FÁcere &c. Cum egisset Cic.ómnia diligentèr pro dignitâte Planci & potíssimùm de re agrária.Plancus se artificio argûto mémorem ostendit.Nam significans non esse satisfaciendum Cicerôni p actionẽ gratiarum,grátias agit & se habêre índicat máximas,deinde ostendit q̃ diffîdat copiis suis,in quibus plurimi erant tyrônes.Dicitque Cæsarem Octáuiũ esse causam quarè Antónius & Lépidus nondum sint oppressi, significat enim eum latentèr consentíre cum Anton.Dicit autem se mississe ad Cæsarem cum mandâtis suis. Ordo est. Ego non possum fácere quin agam grátias tibi in.i.ob síngulas res & mérita tua. Sed me hércule,fácio sup.illud cum pudôre. Neque enim tanta necessitûdo.i.necessária conciliátio amicítiæ,quanta tu uoluisti esse mecum,uidêtur desiderâre.i.póscere actiônem gratiârum. Neque ego defungor libentèr tam uili múnere oratiônis.i.uerbôrum,pro máximis beneficiis tuis.i.agendo pro beneficiis grátias,quas referre debêrem,& malo.i.magis uolo probâre.i.osténdere me tibi mémorem scílicèt beneficiôrum.i.gratum, præsens.i.quando ero præsens,obseruántia.i.ueneratiône & cultu,quibus sic obseruâmus áliquem,ut caueámus quicquam aut dícere aut fácere,quod illum offendat. indulgéntia.i.concessiône obsequi;etiam ultrà quàm opórteat,assíduitâte scílicet obsequiôrum. Quod scílicèt præsentem esse, si contígerit mihi in uita. Ego uincam.i.superâbo,omnes amicítias gratas,alii legunt omnes grátias,amicítia & cætera.utrunque placet,sed quia ad propinquitâtes áddidit pias,puto,ad amicítias etiam gratas addidisse.atque etiam omnes propinquitâtes.i.consanguinitâtes & cõiunctiones sánguinis,pias.i.pietâte obsequiôsas in maiôres suos,uincam inquit in obseruántia tua.Valla díceret tui,sed tua,quam tibi impensam à me possidêbis,in indulgéntia & assíduitâte,quibus se mémorem probâre iam dixit. Enim.i.quia, ego non díxero.i.diiudicâuero facilè utrùm amor tuus ac iudícium scílicèt tuum de me sit allatûrus,nouæ figuræ locútio,nam per zeugma díceret allatûrum, & per syllepsim allatûri aut quia res sunt inánimes, allatûra.s.amor unde procedit iudicium, mihi plus dignitâtis in perpetuùm.i.quæ sit in perpetuũ duratûra,an uoluptâtis,quotídiè.i.quæ quotídiè innouábitur. Fuit tibi curæ.i.habuísti curam de commodis mílitum.Rogáuerat enim Plancus ut per Cice.militibus diuidereñtur agri,quos.s.mílites ego uolui ornâri à senâtu cum potentiæ meæ.i.ut poténtior euádam. Scio enim me nihil cogitâre non salutâriter.i.quod non sit cum salúte reip.coniunctum. Sed sup.uólui eos ornâri primùm ꝙ iudicâbam eos méritos esse ita,deinde ꝙ uolébam eos esse coniunctiôres reipu.ad omnes casus nouíssimè.i.postrêmo loco,ut possem præstâre.i.exhibêre nobis,eos aduersos.i.abhorrentes omni solicitatiône ómnium tales,quales fuérunt adhùc.i.reip.fidêles.Nos sustinúimus hic.i.in prouíncia adhuc ómnia íntegra .i.salua & nulla imminûta,quod consílium nostrum.s.sustinendo ómnia íntegra. Etsi.i.quamquàm.scio quãta sit auíditas hóminum talis uictóriæ.s.habendæ non fine causa,quia in ea tota salus reipu.pendêbat,tamen spero probâri.i.approbâri,uobis.i.à uobis.

Distincho Figurarum

HVBER.

¶ NON enim.dicit quare pótiùs hactenus sustinúerit quàm extrêmo prælio expertus sit fortunã.quia si male ei conuenísset,non uidêbat rempu.habêre alia subsídia parata quæ possent resístere impetui Antonii & Lépidi,& ideò dicit noluísse se exponere periculo. Si quid esset offensum. si quid nobis male accidísset. In his exer.nostris,quibus ego prælium.

Subsídia.auxilia ad succurrendum. Expedíta,parâta. Nótas.quales sint. Veteranæ.ueteranorum militum.licet essent cognitæ Cice.tamen dicit quas copias habeat Tyronum. nouitiorum militum. Luculentíssima.splendidíssima. Nam luculentus à luce dicitur,lutulentus uero à luto.i.cœno, & significat immundum fœdâtum. Bima. duorum annorũ .i.quæ duos annos tantum militauit. & exercuit se. Firmitate.fortitudine. Exíguus.quia ex maxima parte sunt tyrones.Contra est illud Virg.Exigui numero sed bello uiuida uirtus. Nimium. quia cum laude nostra.Ad.h.r.i.ad has uires quas habemus,maxime propter paucos ueteranos. Accessíssetis.adiunctus esset. Africanus.qui fuerat in Africa. Aliquanto autem.sensus est.Videbamus sub.Cæsa.esse nobis proprium q̃ Africanum. Quod atti.ad Cæ.s.ut nobis succurrat.Siue Cæ.s.Octaui. Aequo animo. nõ magna cura aut timore. In dis.in periculum, quia minus dubitaremus suscipere prælium aduersus hostes.Eum.s.Cæs.Octa.Intermísit.destitit.cessauit. Aduersum.admotum. Ab hac cogi.ueniendi ad me.Ad alia consília.ut Anto.consentiret. Proficere.persuadere ei.Scis remoue. Plan.à se suspitionem odii erga

Luculentus

Lutulentꝰ

vobis probâri spero.Non.n.siquid in his exercitibus sit offensum, magna subsídia respública habet expedíta, quibus súbito ímpetu ac latrocínio parricidârum resístat. Cópias verò nostras notas tibi esse árbitror : In castris meis legiônes sunt veterânæ tres. tyrônum vel luculentíssima ex ómnibus vna . in castris Bruti vna veterâna légio:áltera bina:octo,tyrônum ita vniuersus exércitus número amplíssimus est firmitâte exíguus . Quantùm autem in acie tyróni sit committendum, nímium, sæpe expertum habêmus. Ad hoc robur nostrorum exercituum,siue Africanus exercitus,qui est veteranus,siue Cæsaris accessíssetis, æquo animo summam rẽ publi. in discrimen deduceremus . Aliquanto autẽ propius esse , quod ad Cæsarem attinet,videbamus . Nihil destiti eum literis hortari, neque ille intermi

sit

sit affirmare se sine mora venire, cum interim auersum illum ab hac cogitatione ad alia consília video se contulísse.Ego tamen ad eum Furnium nostrum cum mandatis literísque misi, si quid forte profícere posset. Scis tu mi Cicero,quod ad Cæsaris amorem attinet,societatem mihi esse tecum , vel quòd in familiaritate Cæsaris viuo illo, iam tueri eum,& diligere fuit mihi necesse : vel quòd ipse quoad ego nosse potui,moderatíssimi atque humaníssimi fuit sensus:vel quòd ex tam insigni amicitia mea atque Cæsaris,hunc filii loco & illius & vestro iudicio substitutum non proinde habere , turpe mihi videtur. Sed quicquid tibi scribo, dolenter mehercule magis quàm inimice facio. Quòd viuit Antonius hodie quòd Lepidus vna est , quòd exercitus habent non contemnendos , quòd sperant,ꝙ audent, id omne Cæsari acceptum referre

.s.Antonii Lepidi,& aliorum patriam persequentium.

tibi. In castris meis sunt legiones ueteranæ tres,tyronum.i.nouitiorum militum una.s.legio,uel.i.etiam luculentíssima.i.claríssima ex omnibus. In castris Bruti est sup.una legio ueterana.i.ueteranorum militum.i. qui multos annos in militia exegerunt,altera.i.adhuc una bima.i.duorum annorum.i.eorum qui Biennium militauerunt,octo sup.legiones Tyronum sup.sunt. Itaque uniuersus exercitus est amplíssimus numero,exiguus firmitate,quia plurima pars Tyronum est. Autem.i.sed nos habemus nimium expertum.i.compertũ cum malo nostro,quantum sit committendum Tyroni.i.nouo militi in acie. Siue exercitus Africanus.i. ex Africa reductus,qui est ueteranus,siue exercitus Cæsaris.s.Octauii,accessíssetis id est additus fuíssetis, ad hoc robur exercituum nostrorum,nos deduceremus in discrimen.i.periculum,summam reipub.hoc est salutem eius,æquo animo.i.libenter congressi essemus cum hostibus,conflictu pernicioso. Autem.i.sed nos uidebamus.i.considerabamus id quod attinet.i.spectat ad Cæsarem,esse aliquanto propius.i.coniunctius salute reipu.Et ita ego nihil.i.nulla re,aut nullo modo.destíti.i.prætermísi seu intermísi,hortari eum literis, neque ille.s.Cæsar,loquitur ut notum de Octauio,qui postea Augustus dictus est intermísit.i.interdum omísit,affirmare se uenire sine mora,hoc est ad singulas literas meas respondit se uenire,cum ego uideo illum.s.Cæsarẽ, aduersum.i.alienatum interim.i.interea temporis,ab hac cogitatione.s.fauendæ reip.contulísse se ad alia consília.Ego tamen mísi ad eum Furnium nostrum.s.amicum , & ut opinor legatum, cum mãdatis & literis sup. nris,si forte possit proficere quid.i.in aliquo.Scis tu ò mi Cicero,quod.i.quatenus aut quæ res attinet ad morẽ Cæsaris.s.Octauii,societatem esse mihi tecũ.i.me habere in ea re te sociũ,uel ꝙ.i.quia in familiaritate Cæsaris.i.Iulii sup.fuerim,uiuo illo.i.dum ille uiueret,necesse fuit mihi, si uidelicet uir bonus & fidelis amicus uelim haberi,tueri & diligere iam.s.post cædem eius,cum uel ꝙ.i.quia ipse.s.Cæsar, quoad.i.quatenus potui nosse.i.nouisse fuit sensus moderatíssimi atq; humaníssimi,quia nõ superbe nec immaniter dñatus est,immo fuit usq; ad pœnitudinem clemens uel ꝙ turpe uidetur mihi ex tam insigni amicitia mea.i.post tã insignem amicitiam meam atq; Cæsaris.s.Iulii,nõ habere.i.æstimare,& amplecti hunc.s.Octa.Cæsa.substitutum.s.testamento Iulii Cę.loco filii,iudicio & illius.s.Cæsaris cæsi,perinde.i.ita ut substitutus est,hoc est in filiũ Cæsaris nobis dum uiueret amicíssimi.Sed quicquid scribo tibi,ego facio me hercule magis dolenter.i.quia dolet mihi Cæsarẽ non recte sentire de repu.q̃ inimice.i.quasi sim inimicus Cæsaris. Quod Antonius uiuit hodie.i.adhuc,& Lepidus est una.i.simul cũ Antonio quod habent exercitus non contemnendos, ꝙ sperant.s. uictoriam,ꝙ audent.s.nos lacessere, possunt referre acceptum.i.agnoscere se debere ut à quo acceperint id omne Cæsari.s.Octauio. Acceptum ferre,est facere se accepísse etiam si quis non acceperit. Pulchre autem cum datiuo dicitur,quando uolumus innuere beneficio alterius nos aliquid habere ut hoc loco.

possunt. Neque ego superiora repetam. sed ex eo tempore,quo ipse mihi profes sus est se venire , si venire voluisset, aut oppressum iam bellum esset , aut in auersíssimam illi Hispaniam cum detrimen-

Octaui.ne uideatur hæc ex maleuolentia dicere . Societatem esse mihi te.i.me esse coniunctum tecum ad eum amandum . Cæsaris.s.Iulii. Viuo illo.i.cum uiueret Iulius Cæsar. Quod.i.inquantum. Loco fi.quia Cæsar adoptauerat Octauianum in filium iud.cio & sententia senatus. Dolenter magis quàm inimice.i.magis cũ dolore q̃ cum odio & inimicitiis .i.ut hæc dicam magis mouet me dolor quem capio pro repu.quam odium aut inimicitiæ,quæ mihi sint cum Cæsare. Quod. repetitio est,hæc autem omnia quæ habent hostes, dicit ascribenda esse Octauiano, quia si uoluisset iam fuíssent oppressi. Quod u.qđ habet uitam,quia potuisset eum interficere. Est una.i.coniunctus cum Anto. Non cõ.i.fortíssimos. Quod spe.de uictoria & de opprimenda patria . Qđ au.quod habent animos & non fugiunt. Id omne Cæ. acceptum re.posi.possunt id omne attribuere Cæs.à quo acceperunt.i.possunt dicere se accepísse id omne à Cæsa.Octa.

¶ NON enim &c. Affert rationem quare probabile putet consílium suum ꝙ nondum commíserit pugnam dicens. Enim.i.quia, si quid sit offensum.i. peccatum & errratum in his exercitibus.s.quos habemus,hoc est si male esset nobis pugnatum, Mitio ribus tamen id uerbis.ad uitandum malum omen ,p sequitur resp.nõ habet magna subsídia.i.magnas copias subsídio uenturas,expedita id est.parata, quibꝰ .i.subsídiis ipsa resístat.i.resístere possit ad latrocínia parricidarum,impetu subito,alii legunt ac latrocínio,ut sit,quibus.resístat subito impetu pro impetui declinatione antiqua , ac latrocínio parricidarũ Vero pro sed, ego arbitror copias nostras esse notas

ASCEN.

HVBER.

¶ NEque repetam.i. neque recensebo . Superiora, quæ antea fecit. Professus, pollicitus. Oppressũ. extinctum. Aut in aduer.inimicíssimam subaudi fuíssent uel essent expulsi,& rursum sensus , & etiam non possum satis putare qua mente sua , aut quorũ cõsíliis sit adductus,ut efflagitet consulatum tantũmodo duorum mensium qui superant ad finiendũ cõsulatum Pansæ & Hyr. qui perierant in bello Mutinensi,

tinensi,in horum autem locum substitui petiuerat Planc.ut supra uisum est,& ut scribit Appianus petiuerat etiam D. Bru.Itidem petiuerat Cæsar adolescens non ad senatum,sed ad Cice.priuatim mittens.

Auocarint,auertetint,amouerint. A tanta,quãta erat comparaturus si perrexisset, ut cœperat. Salutari.utili. Cum summo terrore hominum,ut scribit Appia. percussorum cognati & amici ueriti ne Cæsar consul effectus supplicium de illis sumeret, dilationibus in creatione factis uariis de causis ex lege rem pertrahebant. Insulsa,uel quia ad solum Ci. scribat,uel certe quia per ætatem non licebat eigerere consulatum,quia adhuc erat adolescens. Exputare consulatum,quia adhuc erat adolescens. Exputare, diligenter putare, excogitare. Quorum at. qui turmarum eius duces ad senatum uenerunt Cæsa.cõsulatum petẽte & senatu eius ætatem accusante illi q̃ edocti fuerant,exponunt Coruinum iampridem ætate iuniorem gessisse consulatum. De hinc Scipiones primum ac secundum,cum adhuc uterque adolescens esset,multa patriæ adeptos esse. Ad recentiora deinde progressi Pompe.magnum & Dolabellam protulere,ipsi etiam Cæsari per Decẽnium ante tempus concessum esse ut consulatum peteret. Hæc Appianus. In hac re. ne præstet in efflagitatione consulatus. Eius. Cæsaris. Necessarii.amici. Profice re.retrahendo eum. Tu quoque ò Cice.plurimum .s.poteris proficere,quia multum tuis consiliis parebit,quoniam tibi plurimum debet, cur autem plurimum debemus, ei plurimum credimus. Merita. præstita beneficia. Exigeret,tractaret. Iuuero ipsum.si potero eum retrahere ab hac sententia, quæ est contra eius & honorem & salutem. Duriore. asperiore. Quod neque.i.quia non putamus non esse expeditos & aptos ad dimicandum,neque tamẽ nolumus fugere, ne resp. ex fuga nr̃a maius detrimẽtum accipiat. Respexerit.i.habuerit respectũ sui, ut nihil agat,nisi quod est se dignũ. Africanæ le.exercitus qui est in Africa, de quo supra. Securos, ut nihil timeatis. Instituisti.incepisti.Proprie tuũ, id est oino & iure tuum tanq̃ res quarũ proprietas sit tua.

to eorum maximo detrusum.Quæ mens eum, aut quorum consilia â tanta gloria, sibi vero etiam necessaria ac salutari auocarit,& ad cogitationem consulatus bimestris summo cum terrore hominum, & insulsa cum efflagitatione transtulerit, exputare non possum . Multum in hac re mihi videntur necessarii eius & reipub.& ipsius causa proficere posse plurimum,vt puto,tu quoque : cuius ille tãta merita habet, quanta nemo præter me. Nunquam enim obliuiscar, maxima ac plurima me tibi debere . De his rebus vt exigeret cum eo,Furnio mandaui.Quod si quantum de beo,habuero apud eum autoritatem,plurimum ipsum iuuero. Nos interea duriore conditione bellum sustinemus,quòd neque expeditissimam dimicationem putamus: neque tamen refugiẽdo commissuri sumus, vt maius detrimẽtum respub. accipere possit. Quòd si aut Cæsar se respexerit,aut Africanæ legiones celeriter venerint,securosvos ab hac parte reddemus.Tu,vt instituisti, me diligas rogo, proprieque tuum esse tibi persuadeas . V. Calenda. Sextiles ex castris.

Exputare

ASCEN. ❧NEQVE ego repetam superiora,id est, quæ multum præcesserunt, sed ex eo tempore quo ipse scilicet Cæsar professus est mihi se uenire si uoluisset nenire aut bellum esset iam oppressum, id est sopitum, aut extrusum, id est,ui eiectum ex Italia cum maximo detrimento eorum scilicet Antonii & Læpidi, in Hispaniam aduersissimam illi scilicet bello gerendo. Ego non possum exputare id est, excogitare aut comminisci quæ mens, aut quorum consilia anocarint eum â tanta gloria scilicet libertate patriæ necessaria etiam ac salutari sibi, & transtulerint eam cogitationem consulatus bimestris, id est duos tantum menses duraturi per mortem consulum obtinendi, cum summo terrore hominum scilicet qui uerebantur ne consul effectus percussores Iulii Cæsaris persequeretur, quod etiam euenit eisque deletis monarchiam inuasit, & cum efflagitatione insulsa id est, insipienti. Necessarii id est, coniunctissimi amici & consanguinei eius uidentur posse proficere , id est profectum facere multum in hac re scilicet ur â consulatu de fistat & antonio non adhereat , & id est, simul, causa reipubli.& ipsius scilicet Octauii, & ut puto tu quoque supple uideris posse proficere plurimum , cuius ille scilicet Octauius habet tanta merita, quanta nemo supple habet præter me , supple quod dico. Enim,id est , quia ego nunquam obliuiscar me debere tibi maxima ac plurima scilicet à te suscepta beneficia . Ego mandaui Furnio scilicet legato meo, ut exigeret,id est postularet & quasi quereretur cum eo scilicet Octauio , de his rebus scilicet ut ad saniorem mẽtem redeat. Quod si habuero apud eum tantam authoritatem quantum debeo scilicet habere id est meritus sum de eo ut habeam. Ego iuuero ipsum plurimum , quia ad saniora consilia reduxero. Nos sustinemus interea scilicet dum Furnius cum eo aget,bellum conditione duriore.i.multum aspera quòd neque putamus dimicationem.i.præliationem expeditissimam.i.maxime utilem fore,neque tamen commissuri.i. passuri sumus,refugiendo.s.dimicationem,ut respub. possit accipere maius detrimentum. Quod si aut Cæsar.s..Octauius respexerit.i.miseratus remp.aspexerit,aut lege resipuerit, aut legiones Africanæ.i.quæ in Africa nunc sunt uenerint celeriter,nos reddemus uos securos ab hac parte.s.quam tuendam recipimus . Rogo sup. ut diligas me, ut instituisti.i.data opera cœpisti,& persuadeas sup.me esse tuum proprie.i.peculiariter sicut non alterius. Quinto & c.

NVBER. SI interest, Furnius Planci legãtus , de quo suprà sæpe mentio facta est, diligentissime se pro rep. gesserat,& in Gallia Narbonensi multa prælia egerat,itaque cum appropinquantibus comitiis cuperet petere prætũram, uelletque relicto negocio

M.T.C. Cn.Furnio. S.P.D.

SI interest,id,quod homines arbitrãtur , reipu.te, vt instituisti atque fecisti, nauâre operam,rebusq; maximis , quæ ad extinguendas reliquias belli pertinẽt, interesse: nihil videris meliùs neq; laudabilius,neque honestius facere posse.Istãque operam tuam,nauitatem, animum in rempu. celeritâti prætûræ anteponendã censeo.Nolo enim te ignorâre,quantam laudem consecûtus sis.mihi crede , proximam Planco,idque ipsius Planci testimonio , prætérea famâ scientiâque omnium.Quamobrèm si quid etiam operis tibi nunc restat , id máximo opere cénseo persequendũ. Quid enim honéstius? aut quid honesto anteponẽdũ? Sinauté satisfactum reipu.putas, celeritèr ad comitia, quum matûrè futûra sût,veniendũ cẽseo: dúmmodo nequid hæc ambitiôsa festinátio áliquid immínuat eius glóriæ,quam consecûti sumus . Multi claríssimi viri cum reipúbli. darent óperam , annum petitiônis suæ non obiérunt.Quod eò facílius nobis est,quoòd non est annus hic tibi destinâtus : vt si Aedilis fuisses, post biénnium tuus annus esset. Nunc nihil prætermittere vidébere vsitâti & quasi legitimi témporis ad petendum. Video autem Planco COS.etsi etiam sine eo rationes expedîtas habéres, tamen splendidiórem petitiônem tuam, si modò ista ex sententia confecta essent. Omnino plura me scríbere , cum tuum tantum consiliũ iudiciumque sit, arbitrâbar non ita necesse : sed tamen sentétiam meam tibi ignôtam esse nolébam. Cuius hæc est summa, vt omnia te metíri dignitâte malim, quã ambitióne:maiórem que fructum pónere in perpetuitâte laudis,quâm in celeritâte prætûræ . Hæc éadem locûtus sum domi meæ adhíbito Q.fratre meo , & Cecína & Caluísio studiosíssimis tui, cum Dárdanus libertus tuus interesset.ómnibus probâri videbâtur oratio mea: sed tu óptimè iudicâbis. Vale.

❧Ex Epistola. Si interest id,quod homines.

❧Nauare operam rebusq; maximis,quæ ad belli reliquias extinguendas pertinent,interesse putas.Istãq; operam tuam,nauitatem,animum in rempublicã celeritati prætûræ anteponendam censeo . Quid enim honestius?aut quid honesto melius anteponendum est? Tamen splendidiorem petitionem tuam fore,si modo ista ex sententia confecta essent.

prouínciæ Romam ad comítia uenírе. Cic.hac epístola ei dissuâdet, ne uéniat ostendens fore cõtra honórem & dignitâtem eius,si omíserit rem magnę glóriæ pro cupiditâte prætûræ , fore autem,ut cum maióre honóre suo petat prętûram,cum Plancus fuerit consul, quod erat futûrum breui. idem autem dicit sentíre Qu.fratrem suum,Cæcínam, & Caluísium eius amicíssimos. Si inter.si útile est. Id quod.i. quod, Nauâre,diligentèr & studiosè præstâre. Interesse.præsentem esse. Réliquas , partículas,quæ restant in bello. Nauitâtem, indústriam tractum à naui. Anteponendam ce.præ.i.pluris faciendam q̃ quod celéritèr assequâris prætûram. Cénseo.iúdico. Próximam Plan.i.secundam post Planc. Fama. sermóne. Sententia.iudício. Óperis.negócii.Persequendum.ad éxitum deducendum. Satisfactum. præstitum à te,quod debúerat. Quando.quóniam. Matûrè.citò. Comítia,de quibus sátis multa díximus lib.pri.Hic autem intélligit comítia, quæ erât futûra prætorum creandorũ causâ. Quid.áliquid. Náuitas

Consecûti.adepti, persónam autem suam tanquã amicíssimi inseruit laudibus Furnii quoniã amicórũ oía sunt commúnia. Cum da.o.reip.i.cum ágerent negócia reip. & pro ea laborârent. Non ob.nõ audiérunt,nam antíqui interdum øb,pro ad ponébant,unde obíre mortem est ad mortem ire,unde & apud Vir. Héctora circum . Et lítuo pugnas insignis obíbat & hasta,& Cice.in Lélio.Qui illum diem & illud munus semper sólitus es obíre. Annum pe.suæ .i.annum sibi destinâtum & deputâtum ad petendũ magistrâtum suum. Destinâtus.deputâtus , ut putas nunc prætûram. Ordo est. Hic annus non est destinâtus tibi,ut esset tuus annus post biénnium.i.duóbus annis post ædilitâtem administrandam posses pétere prætûram. Si.i,quanuis fuisses ædilis hoc uult dícere,quod quanuis post ædilitâtem sequerétur prætûram,tamen nõ erat hic annus ei destinâtus,ut post biénnium péteret prætûram,licèt gessísset ædilitátẽ. Nihil usitâti.i.nihil consuêti,sed id quod & alii sóliti sunt prætermíttere, ut post ædilitâtem non petât prætûram. Vídeo autem. hortâtûr ut différat petitiônem prætûræ usque ad consulâtum Planci,quia licèt habéret Furnius óptimas rationes petendi prætûram sine Plan.tamen dicit eius petitiônem fore splẽdidiórem sub eius consulâtu , qui póterit esse testis uirtûtum ipsius Furnii, & eórum,quæ pro repu.gessit. Ista.quæ ágitis in Gállia contra hostes. Confecta.finíta. Cum tuum iu.& cõ.sit tantum.i. cum ita sis sápiens,& habeas tam magnum iudícium de reb9 ómnibus . Cuius.sententiæ meæ. Hæc est summa. hæc conclúsio. Metíri.definíre,considerâre. Dignitâte mali q.i.magis respícere,quid sit te dignum quã quid tu cupias. Fructum uoluptâtem, uel lucrum.

In perpetuitâte laudis.i.in perpétua laude , quam comparâbis si féceris quæ instituisti pro rep. Quã in celeritâte.præ.i.q̃ in obtinẽda prætûra pótius hoc anno sequenti. Adhíbitis.assúmptis in communicatiônem sermónis mei. Studiosíssimis tui.amantíssimis tui. Dárdanus.nómina seruórum plerũq; à regionibus sumebantur,ut sæpíus díximus,hic autẽ factus erat libertus nómine Dárdanus. Probâri ómnibus.placére ómnibus. Iudicâbis.an rectè consúlam. Optimè.i.ómnium.i.mélius quàm céteri omnes. Dardanus

❧SI interest &c.Fúrnius Planci legãtus diligentíssimè se pro repu.géssérat,præsértim in Gállia Narbonensi.itaque cum próximis comitiis prætûram esset petitûrus,uelletque ob id relícta prouíncia in urbẽ nenírе,Cice.hac epístola suâdet ne id fáciat, cum hoASCEN.

nôri

Universidad de Deusto Biblioteca

Ordo

nori non sit futurum,& facilius assequatur sub consulatu Planci proximo.Ordo est.Si id quod homines arbitratur,interest.i.refert & in utilitate est reip.te(ut instituisti.i.cœpisti,aut proposuisti,atq;fecisti.s.hactenus) nauare.i.abunde dare operã, & interesse rebus maximis,quę pertinent ad extinguendas reliquias belli.s.contra An.sumpti,tu nihil uideris posse facere,neq; laudabilius,neq; honestius.s.q̃ hoc.& ego censeo istam operam tuam grauitatem.i.strenuitatem operæ & animum.i.studium in remp.anteponendum.respondet priori celeritati præturæ. Nolo enim te ignorare,quantam laudem consecutus sis,proximam Planco.i.Planci laudi,idq;.i.& id testimonio ipsius Planci.præterea.i.insuper famã & scientiã omnium. Quamobrem si quid operis restat tibi etiam,nunc.i.adhuc,ego censeo magnopere id persequendum.i.perficiendum tibi.Quid enim est honestius,aut quid est anteponendum honesto.q.d.nihil. Sinautem.i.sed si tu putas satisfactum sup.esse reipu.ego censeo.i.iudico ueniendum, sup.esse tibi ad comitia.i.congregationes & conciones populi ad magistratus eligendos,celeriter quando.i.quoniam futura sunt mature.i.cito. Dummodo hæc festinatio ambitiosa.i.plena ambitionis & suspecta de ambitione nequid.i.aliquid,nõ imminuat aliquid,eius gloriæ quã sumus consecuti. Multi uiri clarissimi cum darent operam reipu.i.cum essent militiæ aut in legatione , aut alio officio publico non obierunt.i.non audiuerunt seu iniuerunt annum petitionis suæ.i. quo poterant legitime petere magistratum. Nam per ordinem fere quasi gradatim ad summos honores ascendebãt quod .s.non obire annum petitionis uestræ, est uobis.s.qui in castris agitis, ꝙ hic me.i.præsens annus non est destinatus.i.adiudicatus & addictus tibi,o Furni, ut.i.quemadmodum annus tuus esset post biennium si fuisses ædilis , sed quia non fuisti ædilis biennio ante,non est nunc annus petitionis tuæ. Nunc.i.quando non est annus tuus,tu nihil.i.non aliquid,non uidebere prætermittere aliquid usitati & temporis quasi legitimi ad petendum . Autem.i.sed ego uideo petitionem tuam.s.prætoriæ,Planco consule.i.si differres eam donec Plancus imperator tuus esset consul,& si.i.quamquam,haberes etiam sine eo.i.eius auxilio & suffragio,rationes.i.uias & media impetrandæ prætoriæ expeditas.i.a nullo impeditas sed paratas ad manum,tamen.i.nihilominus splendidiorem, sup. futuram, quia splendidum esset legatum sic ab imperatore suo commendari, ut dignus censeatur,qui magistratum obtineat,si modo.i.dummodo.s.quæ nunc pro repu.geritis,essent confecta perfecta & absoluta. Ego non arbitrabar ita.i.multum necesse me scribere omnino plura , cum tantum .i.duntaxat consilium & iudicium tuum,utrum.s.hoc anno an alio petere malis,sed tamen nolebam sententiam meam esse ignotam tibi. Cuius.s.sententiæ meæ.i.iudicii de petitiõe tua,hæc est summa.i.breuis expressio,caput consilii complectens, ut malim.i.magis uelim te metiri.i.æstimare dignitate.i.secundum dignitatẽ, q̃ ambitione.i.secundum ambitionem.i.te iudicare id maxime utile & expetendum tibi quod ex dignitate tua sit, non quod ambitionem tuam expleat,& te ponere maiorem fructum in perpetuitate laudis quam in celeritate præturæ. Ego locutus sum hæc eadem.s.quæ scribo domi meæ adhibito.s.consilio meo, & Cæcina & Caluisio studiosissimis tui.i.tibi summæ fauentibus,cũ Dardanus Libertus tuus interesset. Oratio mea .i.sententia, uidebatur probari oĩbus .i.ab oĩbus,sed tu iudicabis optime,quia potuisti rẽ optime nosse.Vale.

M.T.C. Cn.Furnio. S. P. D. Epis. 26

dissuasoria.

LEctis tuis literis,quibus declarabas aut omittẽdos Narbonenses,aut cum periculo dimicandum , illud magis timui , quod vitatum non moleste fero . Quod de Planci & Bruti concordia scribis , in eo vel maximam spem pono victoriæ . De Gallorum studio , nos aliquãdo cognoscemus, vt scribis , cuius id opera maxime excitatum sit. sed iam(mihi crede)cognouimus.Itaque iucundissimis tuis literis stomachatus sũ in extremo. Scribis enim, Si in Sextilem comitia,cito te: sin iam confecta , citius, ne diutius cum periculo fatuus sis. O mi Furni, quam tu tuam causam non nosti, qui alienas tam facile discas? Tu nunc cãdidatum te putas , & id cogitas , vt aut ad comitia curras: aut si iam confecta, domi tuæ sis,ne cũ maximo periculo, vt scribis stultissimus sis ? Non arbitror te ita sentire . ~~omnes enim tuos ad laudem impetus~~ noui. Quod si, vt scribis, ita sentis: nõ magis te , quam de te iudicium reprehendo meũ. Te adipiscendi magistratus leuissimi & diuulgatissimi (si ita adipiscare vt plerique) præpropera festinatio adducet a tantis laudibus: quibus te omnes in cælum iure & vere ferunt? Scilicet id agitur, vtrum hac petitione an proxima Prætor fias , nõ vt ita de repub. mereare , omni honore vt dignissimus iudicere ? Vtrũ nescis quam alte ascenderis? an pro nihilo id putas? Si nescis, tibi ignosco: nos in culpa simus. Sin intelligis, vlla tibi est Prætura, vel officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes sequuntur, dulcior? Hac de re & ego, & Caluisius homo magni iudicii, tuique amatissimus, te accusamus quotidie . Comitia tamen, quum ex his pendes, quantum facere possumus, quod multis de causis reipub. arbitramur conducere, in Ianuarium mensem protrudimus. Vince igitur & Vale.

Ex Epistola.Lectis tuis literis,quibus declarabas.

Verum nescis,quam alte ascenderis.Comitia tamẽ, quoniam ex his pendes , quantum facere possumus, quod multis de causis reipub. arbitramur conducere in Ianuarium mensem protrudimus.

HVBER.

LEctis.hac epistola sicut & superiori deterret Cic.Fur.a petitione præturæ,hortaturque ut potius expediat,quæ pro republi.instituerat, ex eo enim maiorem laudem eum consecuturum . Et quoniã scripserat Fur.quod si non posset assequi præturam, uolebat se conferre domũ,ubi in ocio uiueret,Ci.dicit se nõ credere eũ esse hoc animo,licet ita dicat, deterretque eum ab hoc proposito , ostenditque non pertinere ad eius laudẽ utrum hoc anno prætor, sit an in sequenti,interesse autem plurimum, ut ita mereatur de repub.ut non solum honore præturæ , sed etiam omni honore dignissimus iudicetur.Dicit tamen se dare operam eius causa, ut comitia in mense Ianua.differantur. Narbonenses,Gallos. Narbonẽsis enim Gallia ea dicitur,quæ statim post Italiam ab Naro flumina diuisa est,ut scri.Stra.Cognominata a Narbone ciuitate eius prouinciæ. Cum periculo, cladis tuæ,& exercitus. Illud scilicet quod cum periculo esset dimicandum. Non moleste fe.i.gaudeo.

Gallia Narbonẽsis

In ea re. quod sint inter se concordes. Studio, uoluntate,fauore erga An.Cuius opera.i.e.sit.i.quis fuerit ille,qui eos excitauit ad partes Anto. Itaque, sensus est,cum literæ tuæ fuerint mihi iucundissimę, in fine fecerunt mihi indignationem. In Sextilem .i.in Augustum mensem subaudi differantur. Cito te.s.uenturum ad ipsa comitia.Si iam confecta.s.sint.

Citius.s.etiam celerius te uenturum quam si differentur in Augustum. Ne sis fatuus cum pe.i.ne sis stultus dimittendo petitionem præturæ & pugnãdo cum periculo tuo. O mi Furni,familiaris reprehensio. Quam.i.quantum. Alienas. causas. Candidatũ.i.paratum ad petendam præturam. Nam qui magistratus petebant,candidis uestibus induti candidati dicebantur. Et id cogitas.reprehendit cogitationem Furnii,qui putaret aut se celeriter uenturũ ad comitia,ut præturam obtineret,aut si comitia iam essent confecta se mansurum domi suæ. Domi tuæ.s.maneas. stultissimus

Candidati

ITA sentire. id est habere eum animum quem dicis. Impetus,motus animi. Meum iudicium,qui semper de te recte iudicauerim te esse hominem magis cupidum laudis quam ambitionis. Te adipiscendi,argumentum ab honesto,est autem sensus si tu uelis adipisci hunc magistratum leuissimum,& uulgarissimum eo modo,quo multi alii, ista festinatio ita ꝑperabit adducet , & abstrahet te a tantis laudibus,quibus omnes te iure extollebant. Scilicet id agitur,ironia est,quasi dicat non agitur. Virgili. Scilicet his superis labor est. Idem.Scilicet id magnum sperans fore munus amanti. Quam alte.in quantam æstimationem apud populum & senatum deueneris. An putes id pro nihilo. an id nihil impedit,quod in tanta sis existimatione. Nos sumus in culpa,quam tibi nõ declarauimus, quam alte ascenderis. Tibi ulla . cum interrogatione legendum est sic,sin intelligis quam alte ascenderis,debet ne ulla prætura esse tibi dulcior & carior officio & debito tuo erga rempub. Quod pauci assequuntur.idest pauci quærunt & præstant. Vel debet ne esse dulcior gloria,quam omnes assequuntur,idest quærũt.nam omnes trahimur cupiditate gloriæ. Quando . quoniam. Pendes ex his , ea expectas , & propterea solicitus es. Quod . quia. Conducere . utiles esse. Protrudimus. reiicimus,differenda mittimus. HVBER.

protrudimus

ASCEN.

LECTIS &c. Rursus deterret Furnium a petitione præturæ.Hortaturque eum ut potius & prius expediat,quæ pro repub.instituerat,ex eo enim dicit eum maiorem laudem assecuturum. Hortaturque ne domum re nondum confecta redeat,cum non minus honorifice alias prætor fieri possit . Pollicetur autem se daturum operam ut comitia in Ianuarium differant. Ordo est.Literis tuis lectis.id est postquam lectæ sunt literæ tuæ,quibus declarabas aut Narbonenses,scilicet Gallos dimittendos, aut dimicandũ sup.esse cum periculo, ego magis timui illud, scilicet pugnari cum periculo, quod ego fero non moleste uitatum sup.esse. Ego pono uel, id est etiam maximam spem uictoriæ,in eo,quod scribis de concordia Planci & Bruti.Nos cognoscemus,idest disquiremus aliquando de studio Gallorum,quos Furnius ad defectionem spectare scripserat,& ideo ab exercitu amouendos,cognoscemus inquam cuius opera id,scilicet studium Gallorum in Ant.maxime excitatum. Sed(crede mihi)nos iam cognouimus, quasi dicat propter ambitionem tuã ab æmulo tuo ad hoc sunt incitati. Itaque stomachatus,id est indignatus,& ira commotus sum literis tuis iucundissimis,in extremo,id est calce earum. Scribis enim si comitia,scilicet sint differenda in Sextilem.scilicet mensem,hoc est,qui nunc augustus dicitur,te cito,scilicet affuturum,si comitia sup.sint iam confecta,te sup.rediturum citius ne sis diutius fatuus cum periculo,scilicet tuo quia fatuus uidetur,sed fatuus,qui neglecto proprio bono communi inseruit,cum commune quodammodo proprium sit. O mi Furni, quam,id est o quantum tu nosti causam tuam,qui discas tam facile, alienas, scilicet causas. Tu putas me nunc candidatum , id est candida ueste ad petitionem præturæ indutum. Et cogitas.id est solum id in animo habes,scilicet ut aut curras ad comitia,aut ut sis domi tuæ,si comitia sup.sint iam confecta,scilicet,Ironiæ apta uox,ne sis stultissimus, (ut scribis) cum maximo periculo,quia in bello periculosissimo. Ego non arbitror te sentire ita.Ego enim noui omnes impetus tuos ad laudem. Quod si sentis ita ut scribis , ego non magis reprehendo te, quam iudicium meum de te, quo, scilicet te bonum ciuem & prudentem uirum existimo. Festinatio præpropera, id est ante tempus properata,adipiscendi magistratus leuissimi & diuulgatissimi,adipiscare,id est obtineas sup.cum ut plerique,scilicet per importunas preces,aut per ambitum aliquem occultum,abducet te a tantis laudibus, quibus omnes ferunt te in cœlum iure,quia per ipsum præcipue Plancus in fide manserat. Scilicet, iterum indignanter & Ironicos loquentis uox,quasi dicat scio cur ita properes,quia,scilicet id agitur,id est in eo omnis uis iacet,utrum fias prætor hac petitione,scilicet quæ nunc fiet. an proxima,id est in proximis comitiis,& non sup. id agitur, ut ita mereare de repub. ut iudicere.i.iudiceris dignissimus omni honore. Vtrum nescis quam alte ascenderis? an putas,id est reputas id pro nihilo? Si nescis,scilicet quam alte ascenderis, ego ignosco tibi, nos sumus in culpa,quia tibi non significauimus. Si intelligis, est ulla prætura dulcior tibi , uel officio,quod pauci assequuntur uel gloria,quam omnes assequuntur,id est ad obtinendam sequuntur,quasi dicat certe nulla esse debet,quia melius est officium fecisse,aut gloriam meruisse sine prætura, quam præturam sine illis. Et ego & Caluisius homo magni iudicii & amantissimus tui,accusamus te quotidie de hac re,id est ob hanc rem. Nos tamen protrudimus aut protendimus comitia in mensem Ianuarium,quantũ possumus facere, quod arbitramur conducere,id est utile esse reipub.multis de causis,id est ob multas causas,quod sup.dico aut facio, quando,id est quandoquidem,tu pendes,id est suspensus es ex his,scilicet comitiis. Igitur uince,scilicet & ambitionem tuam & hostes,& Vale.

Ordo

Universidad de Deusto Biblioteca

HVBER. QVOD mihi. Læpido à ſenâtu mādâtum erat, ut Antónium oppugnâret, ille uero ánimo corruptus,& malè reip. affectus cum iam decreuiſſet ſe cum António cōiúngere,priuſquam id fáceret, ſcripſerat Romam ſe cúpidum eſſe conciliandæ pacis inter ciues Ro.factúrúſque ut Anto. deſiſteret à bello.Itaque Ci.qui intelligêbat quorſum inténderet inténtio Læpidi,qui Anto.fauêbat & eum ſuſtinêre cupiêbat, reſcribit aliquantò acérbiùs primùm accûſans Læpidum,quòd non égerit gratias ſenátui,à quo eſſet ornâtus,cum erat factus imperâtor aduerſus Ant. Deinde dicit ſe lætâri quòd uelit eſſe author pacis, ſi modò illa pax non áfferat periculum ſeruitûtis Pop. Ro. quòd ſi eſt futûra in rem M.An.contra Po.Ro.hortâtur ut eam amittat, neque ſe tali paci immiſceat, quia ſapiéntiùs fáciet. Quod mihi.ſenſus eſt quia ualdè curo & labôro,ut tu ſis in magna dignitâte,ídeò dólui ꝙ non égeris grátias ſenátui,à quo órdine ornâtus es,& accepiſti dignitâtem. Máximis ho.quia præes exercítibus Roma. conciliandæ: componendæ. Si ſeiungis eam pacem à ſeruitu.ſi facis quod per eam pacem non redigâmur in ſeruitûtem Anto. Cōſules.prouidêbis, fácies:quòd & reipub.& tibi ſit útile. Perditum,ſcelerátum Anto. Impotentíſsimi. incontinentíſsimi, ſuperbíſsimi: nam impotentes dicuntur qui ab appetítibus uincuntur. Dominâtus.tyránnidis & uiolenti imperii. Reſtitutûra.repoſitûra. Sanos.ſanè mentis, bn̄ ſentientes. Vt mortem.id eſt ut malit mori, quàm ſe éffici ſeruum. Interpóneres.intermítteres. Iſtam.talem. Probâtur. placet. Ex aliis, quàm ex me. Literis,quia ad te ſcribêtur ab aliis ſicut ego nunc dico.

Cicero Læpido. S. D. Epist. 27.

Iacet inter Ciues Cicero petit Lepido –

QVòd mihi pro ſumma erga te beneuoléntia magnæ curæ eſt, vt quàm amplíſsima dignitâte ſis,moleſtè tuli,te ſenátui grátias non egiſſe,cum eſſes ab eo órdine ornâtus ſummis honóribus. Pacis inter ciues conciliandæ te cupidum eſſe lætor. Pacem eam ſi à ſeruitûte ſeiungis,cónſules & reip.& dignitâti tuæ. ſin iſta pax pérditum hóminem in poſſeſſiônem impotentíſsimi dominâtus reſtitutûra eſt, hoc ánimo ſcito omnes ſanos, vt mortem ſeruitûti antepônant. Itaq; ſapiéntiùs meo quidem iudício facies, ſi te in iſtam pacificatiônem non interpônes, quæ neque ſenátui, neque Pópulo, neque cuiquam bono probâtur. Sed hæc aúdies ex aliis, aut cértior fies líteris. Tu pro tua prudéntia, quid óptimum factu ſit, vidêbis. Vale.

ASCEN. Ordo. QVOD mihi &c. Læpido à ſenâtu mandatum erat, ut Antónium oppugnâret. Ille uero corrupto ánimo & in rempub.malè affecto ſe cum António coniunctûrum decrêuit. Scripſit autem ſe uelle Romā uenîre conciliandæ pacis inter ciues grátiâ,quam nequam cum intellexiſſet Cice. acerbè accuſat Læpidum ingratitúdinis,& pacem laudat modo bona ſit. Ordo eſt. Quòd.i.quia ſummæ curæ eſt mihi,ut ſis quàm amplíſsima dignitâte,id eſt hábeas amplíſsimam dignitâtem, pro ſumma beneuoléntia mea erga te, ſup. ideò, tuli moleſtè,te nō egiſſe ſenátui grátias,cum eſſes ornâtus ab eo órdine, ſcilicèt ſenatório ſummis honóribus. Ego lætor te eſſe cúpidum pacis conciliandæ,id eſt componendæ inter ciues, ſi tu ſeiungis, id eſt ſéparas eam pacem à ſeruitûte,hoc eſt ſi uis ut illi cum pace rempúblicam tractent,qui eam líberam eſſe uelint,tu cónſules, id eſt próderis & reipub. & dignitâti tuæ. Sin. enim,id eſt ſed ſi iſta pax,ſcilicèt quam conciliâre uis,eſt reſtitutûra hóminem pérditum,ſcilicèt Antónium,in poſſeſsiônem dominâtus, id eſt tyránnidis impotentíſsimi, id eſt ſuperbíſsimi,ſcito omnes ſanos hoc ánimo ſup.eſſe,ut antepônant ſeruitûti mortem, id eſt pótiùs moriantur quam illi ſeruiât. Itaque tu fácias,meo quidem indício,ſapiéntiùs,ſi non interpônes te in iſta pacificatiône,quæ neque probâtur,id eſt bona uidêtur ſenátui,neque pópulo,neque cuiquam bono. Sed tu aúdies hæc ex aliis,aut fies cértior,id eſt diſces líteris. Tu uidêbis,id eſt conſiderâbis pro prudéntia tua, id eſt ſecundum prudéntiam tuam,quid ſit óptimum factu,id eſt ut fiat.

HVBER. QVAM uellem. Cum uidêret Cice. quantùm. M.An.uexâret rempub.poſt mortem Cæ.conquéritur de Trebónio, qui eum detinúerat ante fores ſenât⁹,donec Cæſar interficerêtur,quòd & illum nō interfeciſſent,ne ſupereſſent áliquæ relíquiæ tyránnidis,quas dicit non fuiſſe ſuperfutûras, ſi ipſe Cice.interfuiſſet illi coniuratiôni,quam appellat épulas & quaſi conuíuium quoddam.Deinde dicit quàm fórtitèr díxerit in ſenâtu pro repub. præcípuè aduerſus Anto.Enúmerat autem quoſdam, quales ſint erga rempúblicam inter quos præcípuè laudat Bru. & Cæſa.iuniôrem. Inuitaſſes.uocâſſes, eſt autem uerbum épulis & conuíuio aptum. Idibus Mar.eo enim die,ut Tranquil.& Plu.& Ap.ſcribunt interemptus eſt Cæſa. Nihil reliquiârum,perſeuerâuit in tranſlatiône. Relíquias enim épulis dicit,épulas autem intélligit cædem Cæſa.relíquias uero M. Anto. quia & ipſe fúerat Cæſariânus, eodem autem argumento epíſtolam uide libro duodécimo ad Cáſsium quæ incipit. Vellem Idibus Martiis,me ad cœnam inuitâſſes,reliquiârum nihil fuiſſet &c. Cum iis, ſcilicèt reliquiis, id eſt cum António & cæteris amícis Cæſaris. Tantum negocii. tantum labôris. Beneficium. liberátio à ſeruitûte & tyránnide. Nonnullam. quandam ut poſsit ex áliqua parte accuſâri. Seductus. ſeorſum ab aliis ductus, quia ut ſcribit Appiânus relictus fúerat Trebónius,qui Anto. ante fores ſenâtus detinêret.donec Cæſar interficerêtur. Tuóque beneficio.quia ſi fuiſſet ingreſſus,uoluiſſet fortaſſe deféndere Cæſa.& fuiſſet cum eo trucidâtus.

Cicero Trebonio S. D. Epist. 28

expostulatoria. denuntiatoria.

QVàm vellem ad illas pulchérrimas épulas me Idibus Martiis inuitaſſes? reliquiârum nihil haberêmus. At nunc cum his tantum negotii eſt, vt veſtrum illud diuînum in remp. beneficiū nonnullā hábeat querêlā. Quòd vero à te viro óptimo ſeduct⁹ eſt, tuóq; bn̄ficio adhùc viuit hæc peſtis: îterdū,

QVAM

ASCEN. Ordo. QVAM uellem &c. Cum uidêret Ci. quantùm Antónius uexâret rempub. poſt mortem Cæſaris, conquéritur de Trebónio,qui eum detinúerat ante fores ſenâtus donec Cæſar interficerêt: per hoc enim factum eſt quo minus ille quoque occiderêtur & reſpu.merè liberarêtur,quod factum uelit,ſcribitq; quàm fórtitèr in Antónium in ſenâtu díxerit, laudans bonos. Ordo eſt. Quod, id eſt ò quantùm uellem ſup. ut inuitaſſes me, Idibus Martiis,quibus Cæſar à coniurâtis diſcreptus eſt,ad illas pulchérrimas épulas, ſcilicet quibus Cæſarem abſumpſêrunt coniurâti,nos nihil haberêmus reliquiârum, quia etiam Antonium delēdum curâſſet. Satis autem crudélitèr Cæſaris cædem épulis cómparat. At.id eſt ſed,tantùm, id eſt tam multum negocii eſt nunc cum his,ſcilicèt reliquiis,ut illud diuînum beneficium ueſtrum in rempub.hábeat nonnullam, id eſt quandam querêlam,ſcilicet non conſummatiônis. Quòd uero. ſcilicèt Antónius ſeductus eſt, id eſt ab óculis coniuratórum abductus:cápitur enim in bonū,à te uiro óptimo,id eſt de rep.óptimè ſentiente,& quòd hæc peſtis uiuit adhùc beneficio tuo,ego ſubiraſcor tibi interdùm.

Quod mihi vix fas eſt,tibi ſubiraſcor. Mihi enim negotii plus reliquiſti vni, quàm præter me ómnib⁹. Vt enim primùm poſt Antonii fœdíſsimum diſceſſum ſenâtus habêri líberè pótuit, ad illum,ánimū meū reuerti príſtinum, quem tu cum ciui acérrimo patre tuo in ore & amôre ſempèr habuiſti. Nam cum ſenâtum ad.xiii. Calend. Ianua. Trib.ple. vocauiſſent, déque ália re referrent,totam rempub. ſum complêxus, egíque acérrimè,ſenâtúmque iam languétem & defeſſum ad príſtinam virtûtem cō ſuetudinémque reuocâui, magis ánimi q̄ ingenii víribus. Hic dies,meáque conténtio atque actio ſpem primùm Po.Ro. áttulit libertâtis recuperādæ. Nec verò ipſe póſteà tempus vllum intermiſi de repu. non cogitandi ſolùm,ſed etiam agendi. Quòd niſi res vrbânas actáq; ómnia ad te perferri arbitrârer, ipſe perſcríberem: quáquam eram máximis occupatiónib⁹ impedîtus. Sed illa cognoſces ex aliis: à me pauca, & ea ſummatim. Habêmus fortem ſenâtum, Conſulâres partim tímidos, partim malè ſentientes. Magnum damnum factum eſt in Séruio: Luci⁹ Cæſar óptimè ſentit: ſed quòd auúnculus eſt nō acérrimas dicit ſenténtias: Cónſules égregii, præclârus D. Brutus: puer egrégius Cæſar, de quo ſpero équidem réliqua. hoc verò certum habêto, niſi ille veterânos celéritèr conſcripſiſſet, legiônêſque duæ de exércitu Antónii ad eius ſe authoritâtem contuliſſent, atque is oppóſitus eſſet terror António, nihil Antónium ſceleris, nihil crudelitâtis præteritûrum fuiſſe. Hæc tibi, etſi audîta eſſe arbitrâbar, vólui tamen notióra eſſe. Plura ſcribam, ſi plùs otii habúero. Vale.

HVBER. QVOD uix poſſum,aut uix fas eſt,quod uix decet quia ſum tibi amicus,& tu pro ſalûte pátriæ hoc feciſti. Præter me,me excepto,id eſt plus infeſtat me Anto.quàm omnes alii. Reliquiſti.ſcilicet ſeruandò ipſum à morte. Illum ánimum príſtinum,amatôrem& defenſórem libertâtis, Habuiſti in ore.id eſt laudaſti & extuliſti ſemper uerbis. Habuiſti in amôre, id eſt amaſti. Vocauiſſent.congregaſſent. De ália re,quàm de libertâte tuenda. Complêxus.ſuſcêpi defendendā. Egi.dixi. Acérrimè.animoſiſsimè. Languêtem.quaſi debilitâtum. Virtûtem.fortitúdinem. Conſuetúdine,tuendæ libertâtis,quæ próprie eſt Popu.Ro. Animi. quam oſtendêbam inflammâtum & promptíſſimum erga rempub. Quàm uíribus ingenii.eloquéntia & ui dicendi. Summatim. bréuitèr. Fortem. magno & prōpto ánimo. Tímidos. qui non audent deféndere,quod eſt defendendum. Malè ſen. malè affectos erga rempub. In Ser. Sul. is enim óptimè de repub.ſentiêbat,& ex labôre nímio,cum ad M. An.miſſus fuiſſet legâtus, intériit. Auum. ſcilicet Cæſa. erat frater matris. Egregii.óptimi. Puer.Cæſar Octauiânus,qui adhùc erat penè puer. De quo. Cæſa. Spero re. id eſt quod erit in futûrum egrégius, & ópprimet Anto. Conſcripſiſſet. ſtipéndia conduxiſſet. Is terror.ſcilicet Cæſa.ita inſtructi. Præteritûrum. amiſſûrum. Nota.ex ſermône & líteris aliórum.

ASCEN. QVOD uix eſt mihi fas.ideſt lícitū & permiſſum. Tu enim reliquiſti mihi plus negocii,id eſt curæ & labôris,quàm ómnib⁹ præter me. Enim.id eſt quia,ut, id eſt poſtquam ſenâtus pótuit líberè primum poſt diſceſſum fœdiſſimum Antonii, ſcilicet Marci; ego reuerti,id eſt íterùm cōuerti,príſtinum ánimum meū ad illum,ſcilicet ſenâtum, quem, ſcilicèt ſenâtū tu habuiſti ſemper in ore & amôre,cū patre tuo ciue acérrimo,id eſt máximè ſtrénuo. Nam cum tribûni ple.uocauiſſent ſenâtum ad.xiii.Calend.Ianuárias,& ſi tribûni referrent,id eſt conſúlerent ſenâtum de ália re, ego ſum complêxus totam rempub.& egi acérrimè, ſcilicet pro repub.contra Antónium,& reuocâui ſenâtum iam languentem & defeſſum,id eſt extrêmè feſſum,ad uirtûtem & conſuetúdinem príſtinam, magis uíribus ánimi,id eſt affectiónis,quàm uírib⁹ ingenii. Hic dies & conténtio mea,ſcilicèt in Antónium, áttulit Popu. Ro.ſpem libertâtis recuperandæ. Nec uerò ipſe,id eſt ego prætermiſi póſteà, id eſt deincèps ullum tempus, non ſolùm cogitandi,ſed etiam agendi, ſcilicet in ſenâtu, de repub. id eſt de eius libertâte tuenda. Quod niſi arbitrârer res urbânas & ómnia acta, id eſt in ſenâtu & iudício preferri,ſcilicet ſcripto ad te,ipſe egomet perſcríberem,quanquàm eram impedítus,ſcilicet cum hæc ſcríberem,occupatiónibus máximis. Sed tu cognoſces illa ex aliis,ſup. cognoſces pauca à me, aut ex me. Et ea ſup. cognoſces ſummatim.id eſt per ſummas non per ſíngulas partículas. Nos habêmus ſenâtum fortē,& habêmus cōſulâres.i.qui aliquandò cōſules fuerūt partim tímidos,partim ſentiētes malè,quia contra bonū públicum. Magnum damnū factum eſt in Seruio.i.Seruii morte. Lúci⁹ Cę.ſentit óptimè,ſed ꝙ.i.quia,ipſe eſt auūculus.ſ.M.An.ipſe nō dicit ſentētias acérrimas, 20. Decemb

acérrimas. Cónsules sup. sunt egrégii, scílicet Hírcius, & Pansa, Décius Bru. sup. est præclárus, Cæsar. s. Octáuius est puer egrégius, de quo, scílicet Cæsare, équidem, id est ego quidem, spero réliqua, hoc est quòd perseuerábit in amóre reipub. qui tamen solùm dominatúrus est, sed clementer. Verò pro sed habéto hoc certum, nisi ille, scílicet Cæ. conscripsísset celeríter ueterános, scílicet mílites, & nisi duæ legiónes de exércitu Antonii contulíssent se ad authoritátem eius, atque is, scílicet Cæsar esset oppósitus terror Anto. Antonium nihil scéleris & nihil crudelitátis fuísse præteritúrum, id est prætermissúrum. Ego & si arbitrábar hæc esse audíta tibi, tamen uólui esse notória tibi. Ego scribam plus, si habúero plus ocii.

HVBER.

Cicero Appio S. D. Epist. 29.

Hirtius.

DE meo. Ad eundem Appium puto Cicero scríbere, ad quem scripsit lib. iii. Sed nescio quo pacto hæc epístola in hunc librũ reiecta est, nisi quòd ille de rebus prouíncia tractant: in hac autem cum ageréture de salúte & incolumitáte Appii, quia pátriã áberat, Cicero scribit studium in defendenda eius salúte, séq; iam iecísse óptima fundamenta, nec defutúrum post hac. Salúte. uita. Incolumitáte. tui córporis & fortunárum tuárum: quibusdam placet hãc epístolã scriptam fuísse, quo tempore respubli. opprimebátur à Cæ. Satisfeciísse, quia non possunt plus exígere à me quàm préstiti iis, scílicet tuis propinquis. Concedo. fatebor ab eis. Posim prodesse, quia maior est mea authóritas, quàm ipsórum. Feci fundamenta, id est feci óptima initia, tractum ab ædificiis quorum prius fundamenta iaciuntur.

ASCEN.

DE meo &c. Ad eundem Appium uidétur scríbere, ad quem scribit lib. iii. agens de rebus prouinciæ, nunc autem de salúte eius scribens dicit se pro ea iecísse óptima fundamenta, nec cessatúrũ deinceps. Ordo est. Ego credo te cognóscere de studio meo erga salútem & incolumitátem tuam, ex líteris tuórum, quibus ego scio certè me satisfeciísse cum latíssimè, id est abundantíssime, nec concedo iis, id est eis, id est non fáteor me ab eis uinci, quanquam sunt singulári beneuolentia in te, ut malint, id est magis uelint te supple esse quàm ego. Necesse est supple ut cõcédant, id est attríbuant mihi illud, scílicet ut, id est q posim prodesse tibi hoc témpore plus quàm ipsi. Quod. scílicèt tibi prodesse quidem, id est certè, ego nec déstiti fácere, nec desístam, & feci iam in máxima re, id est pro máxima parte, & ieci fundamenta, id est posui initia salútis tuæ, tracta metáphora à fundamentis ædificiórum quæ quòd in imo fiunt désuper iaci solent. Tu fac supple, ut sis ánimo bono & magno & confídas me nullà re defutúrum tibi. Pridie nonas Quintiles, id est quæ postea Iuliæ dictæ sunt. Vale.

Ordo

HVBER.

Galba Ciceroni S. D. Epist. 30.

Narratoria.

DEcimoséptimo Calen. Maii. quo die Pãsa in castris, & Hírcius erat futúrus, cum quo ego eram (nam ei óbuiã procésseram mília passus centum, quò matúriùs ueníret) Antónius legiónes edúxit duas, secundam & quintam trigésimam: & cohortes prætórias duas, unam suam, álterã Syllâni, euocatórum partem. Ita óbuiàm uenit nobis, quòd nos quatuor legiónes tyrónum habére solũ arbitrábatur. Sed noctu, quò tútiùs uenire in castra possémus, legiónem Mártiam, cui ego præesse solébam, & duas cohortes prætórias míserat Hírcius nobis. Cũ équites Antonii apparuíssent, cõtinéri neq; légio Mártia, neq; cohortes prætóriæ potuérunt: quas sequi cœpimus coacti, quùm eas retinére non poterámus.

Syllanus

orum Gallorũ

sum est

sexta die Iulij

¶ Ex Epistola. De meo studio erga salutem.

¶ Quanquam sunt singulari in te beneuolentia, ac beneficio affecti, ut te saluum malint. Tu fac hoc, bono animo, magnóque sis.

*P.V.C.

¶ DECIMO septimo K. Mai. Medicæus codex in hoc loco. Galba Ciceroni Sal. XVII. K. Mai. In índice: Galba Ciceróni Sal. ad XVII. K. Mai. paruo omníno discrímine, sed quod ad notãri debuit.

HVBER.

¶ ANTONIVS angústias locórum non multi faciens quasi nihil ámplius q̃ ab accessu eos esset prohibitúrus, & pugnæ ductus desidério, cum equitátu antíret per campum plaustrum & fossis præpeditum duas ex præstantióribus legiónes in occulto cóllocat uersus iter, quod angustum & manufactum utráque ex parte harundínibus circunséptum áderat. Duæ legiones, quas Pansa iússerat se sequi. De uico. de foro Gallórum. Martiæ, ita appellabántur fortasse quasi bellicosæ. Cornu. diuidit enim exércitus in duo córnua, dextrum & sinístrum. Luc. Cornu tibi cura sinístri Léntule. Procésserit, processum sit, scílicet cornu dextrum. Circunuenire, insidiis circunuallare. Recípere. retráhere. Equítibus Maurórum. quos habébat M. Anto. Aduersos. à tergo, quia se recipiébant, ut iússeram. Reiecto. post terga pósito, ne ferirétur à sequéntibus hóstibus. Pila. proprie sunt tela Ro. ut pila minantia pilis. Velle, uolébant. Conícere in me. quem credébant esse hostẽ, quia uíderant me in medio Antonianórum. Nescio quo fato. nescio qua fortúna, ita diis uolentibus.

Antónius ad Forum Gallorũ suas cópias continébat, neque sciri volébat, se legiónes habére: tantùm equitátum & leuem armatúram ostendébat. Pósteaquàm uidit esse inuíto legiónem ire Pansa, sequi se duas legiónes iussit tyrónum. posteaquàm angústias palúdis & syluárũ transiimus, ácies est instructa à nobis, XII. cohórtium. Nõdum uénerant legiónes II. repentè Antónius in áciem suas cópias de uico produxit, & sine mora concurrit. Primò ita pugnátum est, ut ácriùs non posset ex utráq; parte pugnári. & si dextérius cornu, in quo ego eram cum Mártiæ legiónis cohortibus octo, ímpetu primo fugáuerat legiónem trigésimam quintam Antonii, ut *amplius passus centum ultra áciem quo loco stéterat, procésserit. Itaq; cum équites nostrum cornu circuíre vellent, recípere me cœpi, & leuem armatúram oppónere Maurorũ equítibus, ne euersos nostros aggrederentur. Interim uídeo me esse inter Antoniános, Antóniúmque post me esse aliquanto: repentè equum immísi ad eam legiónem Tyrónũ, quæ veniébat ex castris, scuto reiecto. Antoniáni me ínsequi: nostri pila cõícere velle. Ita néscio quo fato sum seruátus, q̃ sum citò à nostris cógnitus. In ipsa Aemília, ubi cohors Cæsaris prætória erat, diu pugnátũ est. Cornu sinísteri, qd̃ erat infirmi, ubi Mártiæ legiõis duæ cohórtes erát, & cohors p̃tória pedẽ

ANTONIVS

DECIMO septimo &c. Galba unus fuit ex his, qui in Cæsarem coniuráuerant, cui post eius mortem, cùm Antónius descinísset à uoluntáte senátus, commissæ sunt quædam legiónes aduersus eundem Anto. qui Mutinæ obsidébat Brutum. Narrat autem hac epístola quemádmodùm eo die de quo Pansa & Hírcius cónsules erant futúri in castris, Antónius eos aggressus sit, & quid in eo conflictu effectum. Ordo est. Antónius edúxit legiónes duas. XVII. Calen. Maii, hoc est in Aprili septemdecim diebus ante primũ diem Maii, quo die Pansa erat futúrus in castris, & sup. etiam Hircius, qui cõsules erant, cum quo, scílicet Pansa ego eram. Nam procésseram ei óbuiàm scílicèt officii & honóris grátia, centum mília passuum, quo, id est ut ipse ueníret matúrius, id est cítius, sed tamen in témpore oportúno. »Antónius inquam eduxit legiónes duas, scílicet secundam & trigesímam quintam, & duas cohortes prætórias, unam, scílicet eohortem suam, álteram Syllâni, id est cui præerat Syllânus, appositórie partem euocatórum. Ita quia benè instructus uenit óbuiàm nobis, id est quia arbitrabatur nos habére tantùm, id est duntaxàt quatuor legiónes Tyrónum, id est nouitiórum mílitum. Sed Hírcius míserat nobis noctu, id est témpore nocturno quo. i. ídeò ut possémus uenire tútius in castra, legiõẽ Mártiam, quæ præstantíssima habebátur, & duas cohortes prætórias, quæ ueteranórum erant. Cum. id est postquàm, équites Anto. apparuíssent, neque légio Mártia neque cohortes prætóriæ ab Hírcio míssæ, potuérunt continéri, scílicet quin in hostes irrúerent. Quas. scílicet legiónes, nos coacti, ne eos túrpiter deseràmus, cœpimus, id est incœpimus sequi. Docet quómodò coacti, quando, id est quandóquidem nos non poteràmus retinére, scílicèt sub signis & instatióne sua eas. Antónius obtinébat cópias suas ad forum Gallorum, quòd Galli in ea regióne condíderant oppídulum dictum Celtarum forum, seu uillam ab Appiáno, eo quòd Celtæ condíderant, aut frequentáre solébant, neque uolébant sciti, id est ut scirétur. Est autem uerbum impersonále. se habére. id est quòd ipse habéret legiónes. i. exércitum pedestrem quia ostendébat, scílicèt nobis, tantùm, id est duntaxàt, aut solúmmodo, equitátum, id est exércitum equéstrem, aut equitátum seu equo meréntium, & armatúram leuem, id est uélites, qui equitátum comitabantur quia cum léuiter essent armáticum equis fúgere & inuádere póterant, ideo autem nóluit sciri ut incíderẽ in insídias. Posteaquàm Pansa uidit legiónem ire, id est proficísci in Antónium se inuíto, iussit duas legiónes Tyrónum sequi se. Posteaquàm trãsiuimus angústias palúdis & syluárum, ácies duódecim cohortum est instructa à nobis. Nam sup. duæ legiónes, ut opinor, prætoriánæ nondum uénerant, Antónius produxit de uico. s. fori Gallórum repentè cópias suas in áciem, & concurrit. s. nobíscum sine mora. i. dilatióne facta. Pugnátum est primo. s. concursu, ita ut non posit pugnári ex utráq; parte ácriùs. Et. i. tametsi. cornu dexterius. i. déxterum, in quo ego eram, inquit Cícero, cum octo cohórtibus legiónis Mártiæ, fugáuerat trigesímamquintam legionem Antonii, ita sup. ut procésserit ámpliùs centũ passus ultra áciem, quo loco stéterat. s. priùs. Itaq; cum équites uellent circuíre cornu nostrũ, qd̃ persequendo hostẽ procésserit lóngiùs, ego cœpi recípere me. i. retrocédere, ad castra tanq̃ in loca tutióra, & oppónere equítibus Maurórum armatúrã leuem. i. uélites léuiter

Ordo

armátos

armâtos ne aggrederentur aduersus nostros. Interim. id est inter id faciendum, uídeo, id est agnosco me esse inter Antoniânos,& Antónium esse aliquantò post me,ego immîsi repentè equum , scílicet meum ad eam legiônem Tyrônum,quæ ueniêbat ex castris scuto reiecto, id est post tergum iacto , ne ferîrer ab insequéntibus Antoniânis,supple cœpêrunt ínsequi me,aut ínsequi pro insequebantur me.

*P.V.C. AMPLIVS passus ultra aciem. In Mediceo , & in aliis uetustis libris numerus defécit : alii reposuerunt quingentos,qui nullum locum lacerū uideri uolunt:nobis diuersum studium,atq; illis esse,iam omnibus manifestum esse potuit:magnopere nos laboramus,nequid cōmentitium ac nouum in his epistolis legatur:illi nō sine causa omnia integra uideri uolunt,quasi non multis in locis,& apud Græcos, & apud Latinos authores, & numeri,& notę pōderum defecerint:melius autem nobiscum ageretur,si ut sunt manci illi,& laceri à typographis traderentur.In apophtegmatibus Plutarchi,quis non uidet, qui subtiliter illum locum animaduertit, notas defecisse, quæ pondus significarent: uerba sunt ex epistola Alexandri magni ad Leonidem pædagogum, ἀπέςαλκά σοι τάλαντα λιβανωτοῦ καὶ κασσίας. hic enim prorsus pōdus esse debebat, in ipsius uita idem author cum pondus ponere nollet,aliter locutus est, ἀπεςάλκαμέν σοι λιβανωτὸν ἄφθονον καὶ σμύρναν.misimus inquit tibi magnam uim & uberem copiam thuris,& myrrhæ.Sexcenta alia exempla huius erroris afferre possemus.

HVBER. REFERRE pedem. retrahere sese retro. Equitatu.equitibus Antonianis. Quo.equitatu. Nostri ordines.nostræ acies. Nouissimus.utilissimus omnium. Quo.ad castra. Iactura.amissione. Prætorianarū nostrarum.nam pretoria Cę.cohors integra conscisa est, & cecidere in prima pugna ad dimidiam fere partem ex utroque exercitu,ex Hircii militibus pauci interiere. Signa.uexilla. Relata.reportata, scilicet à nostris. Bene.fœliciter. Gesta.à nostris : hanc pugnam scribit planissime Apul lib. iii. sed tñ nominat hunc Galbā.

ASCEN. NOSTRI. scilicet milites uelle sup.cœperunt aut uelle pro uolebant,coniicere,id est simul iacere in me pila.id est tela sua oblonga . Ita nescio quo facto sum seruatus , quia petitus tam à meis quàm ab hostibus, sum autem seruatus,quòd,id est quia sum cognitus cito à nostris. Pugnatum est diu in ipsa Aemelia , scilicet uia,ubi erat cohors prætoria Cæsaris, scilicet Octauii. Cornu sinistrius.id est qui erāt in cornu sinistro: capitur enim collectiue pro iis qui in cornu sunt:unde cœperūt dicere,quòd, scilicet cornu erat infirmius, id est qui erant infirmiores,ubi erant duæ cohortes legionis Martiæ, & cohors prætoria , cœperunt referre pedem,id est retrocedere,quòd, id est quia circuibantur,id est concludebantur ab equitatu quo Antonius ualet.uel,id est etiam, plurimum cum omnes ordines nostri,id est milites in ordines dispositi,recepissent se scilicet in castra: ego nouissimus , id est ultimus cœpi recipere me ad castra. Antonius tanquam uictor,scilicet esset,posse capere castra. Quo.id est ad quæ cum id est postquam uenit , amisit ibi complures nec egit quicquam,idest nihil cœpit. Hircius audita re occurrit cum uiginti cohortibus Anto. redeunti in sua castra,& deleuit omnes copias eius, fugauítque ab eodē loco ubi erat pugnatum, sup. usque ad forum Gallorum. Anto. recepit se cum equitibus hora quarta noctis,id est in castra sua ad,id est apud Mutinam. Hircius rediit in castra unde,id est è quibus Pansa exierat,ubi, scilicet Pāsa reliquerat duas legiones quæ erant oppugnatæ ab Anto. Sic Antonius amisit maiorem partem copiarum suarum ueteranarum. Nec tamen id potuit fieri sine aliqua iactura, id est detrimento cohortū prætoriarum nostrarum & legionis Martiæ . Duæ aquilæ,id est uexilla magna sexaginta signa,scilicet minora uexilla Anto.sunt relata,scilicet ex conflictu. Res est gesta bene,id est fœliciter. Ad. XII. Calend.Maii,sup.dedimus has ex castris.

referre cœperunt,quòd ab equitatu circuibâtur, quo vel plurimum valet Antonius. cum omnes se recepissent nostri ordines, recipere me nouissimus cœpi ad castra. Antonius tanquam victor , castra putauit se posse capere. Quo cum venit,complureis ibi amisit, nec egit quicquam. Audita re Hircius cum cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit , copiásque eius omnes deleuit,fugauítque eodem loco vbi erat pugnatum ad Forum Gallorum . Antonius cum equitibus hora noctis quarta , se in castra sua ad Mutinam recepit.Hircius in ea castra rediit vnde Pansa exierat,vbi duas legiones reliquerat , quæ ab Antonio erant oppugnatæ . Sic partem maiorem suarum copiarum Antonius amisit veteranarum. Nec id tamen sine aliqua iactura cohortium prætoriarum nostrarum , & legionis Martiæ fieri potuit . Aquilæ duæ, signa sexaginta sunt relata Antonii . Res bene gesta est. Ad XII. Calend. Maii ex castris. Vale.

HVBER. MINIME. Cum tumultus bellôrum ciuílium aduersus M.An.post cædem Cæ.Asínius Pollio esset Córdubæ , quæ urbs est in Hispánia Bætica , neq; postquā illùc iuerat quicquā scripsisset Romam,ne haberêtur suspectus,quia fuerat Cęsariânus,hac epistola se excusâuit transferens culpā suę cessatiônis in latrônes,à quibus líteræ intercipiebātur. Postquā uero cœptū est nauigâri,ita ut líteræ posint naui defêrri:dicit se q̄ crebérrimè scriptûrū, conquéritur autē de Balbo quæstôre suo,de quo sequēti epistola plura dicet:ostēditq; se cupidissimū esse pacis,& dicit se olim necessitate nō uoluntâte secûtū fuisse partes Cæsaris, quas q̄ta moderatiône seruáuerit declârat,ex quo ostendit quē

excusatoria.

C.Asinius Pollio Ciceroni S. D. Epist. 31.

MInimè mirum tibi debet vidêri,nihil me scripsisse de re pu. posteaq̄ itum est ad arma. Nam saltus Castulonēsis,qui semper ténuit nostros tabellários,etsi nūc frequētioribus latrocíniis inféstior factus est:tñ nequaq̄ tāta in mora est, q̄ta qui locis oībus dispósiti ab vtraq; parte

ánimum nunc hábeat,ne rursus ómnia in potestâte unius uéniant.Dicit autem se prohíbitum à Læp. ne transîret in Itáliam aut etiam scríberet,ex hoc autem testâtur fidem suam erga rempu.quod cum iuîssent qui uellent ei succédere in prouíncia péterent dari sibi ab eo legiônem trigésimam ducendam contra An.respondit se némini traditûrum prouínciam,nisi senâtus misisset eum,neque etiam traditûrū legionem trigésimam,quę erat pugnacíssima:dubitâbat enim Póllio de eorum ánimo & fide erga remp.qui uenirent non missi à senâtu,concludit autem se cupidissimum pacis & uindicandæ reipub.in libertatem. Postremo dicit quantum cupiat consuetúdinem ipsius Ci. quanti fáciat,ostendet si aliquandò pax fúerit,petit autem à Cicc.fieri cértior an utilius sit futûrum quòd uéniat in Italiam , an quod remáneat in prouíncia. Itum est ad arma.i.ueni ad bella , ut in hac prouíncia obsísterem Antoniânis & ómnibus hóstibus reipub. Nam sal.ponit causam quare non scripserit,quia apud Castulônem óppidum Hispániæ silua quædam,per quam necesse erat transîre,ita esse referta latrónibus,qui intercipiêbant tabellários & líteras,ut nemo posset tutò transîre . Saltus autem pro silua & loco nemorôso pónitur,ubi solent insidiâri latrônes.Iuue.Quótiens tuto custode tenentur.Te Pontîna palus & gallinária pinus . Nam quod saltus legendum sit, & si nomen Icarii,qui apud Castulônem latrocinabâtur,absurdissimū est,quod & uerba textus declârant,quibus ostendit saltum omnem non uno latrône sed multis latrónibus fuisse infectum cum dicit latrociniis,& dicit aliis etiam in locis dispósitos esse multos latrônes. Ténuit. impedíuit. Frequentióribus.quàm solêbat. Inféstior. periculósior. Tanta mora est . scílicet saltus Castulonensis tantùm morâtur,& détinet nostros tabellários. Dispósiti.collocâti,scílicet latrônes. Saltus

ASCEN. MINIME &c. Cum in tumúltibus bellôrum ciuílium post cædem Cæsaris contra Antónium Asínius Póllio esset Córdubæ in Hispánia,neque quicquam à profectiône sua Romam scripsisset,ne haberêtur suspectus,quia fúerat Cæsariânus,hac epístola se excûsat tránsferens culpam cessatiônis suæ in latrônes,à quibus líteræ intercipiebātur.Postquā uero cœptū est nauigâri,dicit se quamprimū scripsisse . Scribit autem se cupidíssimum pacis & Cæsaris partes necessitâte secûtum.Dicit etiam se à Læpido ne in Itáliam transîret prohíbitum, nec cuiquam se traditûrum prouinciam sine iussu senâtus,demū se cúpere uehementèr cōsuetúdinem Cic.dicit. Ordo est. Mínimè mirum debet uidêri tibi,me nihil scripsisse de repub. pósteaquàm itum est ad arma,scilicet contra Antóniū. Nam saltus Castulonēsis.i.locus siluôsus & est saltuôsus in Hispánia iuxta Castulônem óppidum,qui ténuit semper,id est omni témpore,tabellários nostros,id est eos, qui ferunt tabellas,hoc est líteras nostras,& si, id est quanquàm factus est nunc inféstior,id est maiôrem uim inferēs frequentióribus iis,tamen ipse nequaquàm est in tanta mora,id est impedimento nostros remoranti,quanta sup.sunt ii,qui dispósiti ómnibus locis scrutântur ab utrâque parte aut factiônis aut regiônis tabellários & rétinent.

scrutantur tabellários,& rétinent . Itaque nisi naue perlâtæ literæ essent,omnîno nescîrem quid istìc fieret . Nunc verò nactus occasiônem , pósteaquàm nauigâri cœptū est,cupidíssimè, & quàm crebérrimè póterò,scribam ad te . Ne moueâre eius sermónibus , quem tametsi nemo est qui vidêre velit,tamē nequaquàm proindè ac dignus est, odêrunt hómines : perículum non est. Adeo est enim inuîsus mihi, vt nihil non acerbum putem , quod commûne cum illo sit.Natûra autem mea & stúdia trahunt me ad pacis & libertâtis cupiditâtem . Itaquè illud inítiū ciuîlis belli sæpe deflêui.Cum verò non licêret mihi nullîus partis esse, quia utrobiq; magnos inimîcos habêbam, ea castra fugi,in quibus planè tutum me ab insídiis inimîci sciêbam non futûrum: cópulsus eò,quò minime volêbam, ne in extrêmis essem,planè perícula non dubitantèr adii. Cæsarem verò,quòd me in tanta fortûna,modò cógnitum vetustissimôrum familiárium loco hábuit, dilêxi summa cū pietâte & fide. Quæ,meâ senténtiâ gérere mihi lícuit, ita feci vt óptimus quisq; máximè probârit.Quod iussus sum eo témpore, id ita feci, vt apparêret inuîto imperâtum esse . Cuius facti iniustíssima inuídia

HVBER. SCRVTANTVR. inquirunt. Istìc. in Itália, quia non potuissent perfêrri mihi líteræ ex Itália, nisi perlâtæ essent naui. Cupidíssimè.libentíssimè, Perindè. ita,quia maiôre étiam ódio hóminū dignus est quàm eum prosequâtur. Vidêtur autem significâre Balbum quæstorem suum péssimo ingénio,qui quantū coniicimus malè díxerat de Polliône. Perículum non est.s. in eo,quod ipse de me dicit. Non acerbum . graue.i. nihil est,quod non uideât infœlix,quod cum illo sim gestus. Natûra autem . significat Balbum discordiârū amatôrem,se uerò pacis & concórdiæ cúpidum, quod probat ex antè acta uita,etiam tempóribus Iulii Cę.& Pom. Deflêui.indólui. Illud.i.cum orta sunt bella inter Cæ.& Pom. Vtrobîque & apud Cæ.& Pom. In ea Cæs. Inimîci.s.cuiuslibet inimîci mei. Eò.ad Cæs. In extrêmis.i.omnîno contemptus. Non dubitantèr. sine dúbio certíssimè. Modò cógnitum. i. paulo antè cógnitum,non autem multo antè. Vetustíssimôrum, quos iam diu cognóuerat , & expertus erat. Mea senténtia.iudício meo. Ita.ea moderatiône. Probârit.affirmarit me benè fecisse. Iussus sum à Cæ. Ita. eo modo ut hómines intellígere possent me non gaudêre, quod imperâtum esset mihi. Cuius facti.s.quod licet inuítus,tamen fecissem,quę imperasset. Inuídia iniustíssima. ódium,quo me hoíes iniustíssimè prosequebantur quia fácerē quę mihi imperâret:iniustíssimā autem inuídiā dixit,quoniā quod spontè nō fáceret, nō merebâtur odium,quod licet nō merêret, quia nō pótuit effúgere dicit se nunc intellígere ex eo q̄ iucundū sit uíuere in libertâte, ubi nullîus império cogâris áliquid fácere qđ nolis: itaq; ꝓfitet se fore inimicū ei q̄ rēp.opprímere uolúerit quicunq; is fúerit. Erudîre. docêre. In potestâte unius.ut unus sit oīum dn̄s,sicut fuit Cæ. Quicūq; is est.q.d.nullo excepto,etiā si esset mihi frater. Refugi. uitē. Aut déprecer.aut recûsem p̄cādo ne mihi imponât,sicut eqdē mérui,nec dēpcor inquit. Post Id.Mar.i.postq̄ Cæ.est interfectus. Quod. dicit ualdè sibi nocuisse,qđ Læp.in cōciône dixit suis milítibus Polliônē esse in p̄tāte senâtus, & scripsit etiā ad multos se cōsentire cum An. Fuit contráriū.i.no-

Universidad de Deusto Biblioteca

cuit.Quibus.interrogatiuè,quaſi dicat nullis quia nulli dati eſſent mihi cum ille iam diuulgaſſet ſe conſentire cum Ant. Commeátibus . cibariis datis exercitui meo. Illius.Læp. Cætera. eius prouínciam & uim militum Læp. Num.an. Póteram tranſuolâre . tanquã uolucris, quaſi dicat non,quia non hábeo alas. Præſidio.milítibus. Illîus.Læp. qui diſpóſuit mílites ad ſeruandas Alpes,ne quiſquam poſsit tranſire. Cõmeatus

ASCEN. ¶ ITAQVE niſi literæ eſſent perlâtæ, naue,id eſt nauígio, ego neſcîrem omnîno quid fieret iſtinc.ſ. Romæ ubi tu es. Nunc uerò nactus occaſiônem, póſteaquàm cœptum eſt nauigâri,ſcribam ad te cupidíſsimè & quàm.i.quantũ pótero crebérrimè.nemo uerè ſermonibus eius.ſ.peſsimi delatôris, uidélicet ut opínio eſt Balbi quęſtôris eius,quẽ tametſi nemo eſt qui uelit uidêre, tamen hómines non odêrunt perinde ac.i.tantùm quantùm dignus eſt. Perículum non eſt.ſ.ſi eum óderint,aut ſi malè de me loquâtur.ipſe eſt mihi ádeò inuîſus.i.in ódio hábitus,ut nihil putem nõ acerbum, quod ſit cõmûne cum illo . Autem.i.ſed natûra mea & ſtúdia mea.i.inclinatiões naturâles & exercítia mea trahunt me ad cupiditâtem pacis & libertâtis. Itaque ego deflêui ſæpe illud inítium belli ciuîlis.ſ. inter Cæſarem & Pompêium. Verò.id eſt ſed,cum non licêret mihi eſſe,nullîus,id eſt neutrîus partis, quia tales pro hóſtibus Pompeiânis iudicabãtur,ſed hic affert aliam occaſionem dicens,quia habêbam utrobíque,id eſt ab

erudîre me pótuit quàm iucunda libertas, & quàm míſera ſub dominatiône vita eſſet. Ita ſi id agitur, vt rurſus in poteſtate omnia vnius ſint, quicunque is eſt, ei me profiteor inimicum. Nec periculum eſt vllum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. Sed conſules neque ſenatuſcon. neque literis ſuis præceperant mihi quid facerem. Vnas enim poſt Id. Mar.demum à Panſa literas accepi, in quibus hortatur me vt ſenatui ſcribam,me & exercitum in poteſtate eius futurũ.quod cũ Læpidus cõcionaretur, atq; oĩbus ſcriberet ſe cõſenti re cũ Antonio,maxime contrariũ fuit.Nã quibus commeatibus inuito illo per illius prouinciam legiones ducerem? aut ſi cætera trãſiſſem, num etiam Alpeis poteram tranſuolare,quæ præſidio illius tenentur?

utrâque parte,magnos inimícos ego fugi in ea caſtra,ſcilicet Cæſaris,in quibus ſciêbam me non futûrum tutum planè.i.omnîno,ab inſidiis inimîci, ſcílicèt à Põpeio ſtantis compulſus eò,quò uolêbam mínimè.i.ad bella ciuília gerenda , ne eſſem planè.i. omnîno in extrêmis.i. deputârer cum abiectíſsimis, & péſsimis milítibus adii, non dubitantèr perícula. Verò pro ſed , ego dilêxi cum ſumma pietâte & fide Cæſarem , ſcílicèt Iúlium. quòd.i.quia,ipſe hábuit me cógnitum. Modo.i.paulo antè , in tota fortûna, loco, id eſt æſtimatiône familiárium , ſcílicèt ſuôrum uetuſtiſsimôrum. Ego feci ea,quæ licuit mihi gérere ſenténtia mea , id eſt ex arbítrio & iudicio próprio,ita ut óptimus quiſque probârit , id eſt laudârit máximè. Ego feci id quod iuſſus ſum ſup. fácere eo témpore,ita ut apparêret imperâtum eſſe inuîto,quaſi dicat ſi quid hoſtîle geſsi,id coactus feci,& ita frígidè feci,ut coactus uidêrer. Cuius facti inuidia iniuſtiſsima quia quod pótuit,fécerat,pótuit erudîre,ideſt docêre me,quàm,id eſt quantùm iucunda ſupple eſſet libertas, & quâm,id eſt quantũ miſera uita eſſet ſub dominatiône,id eſt tyránnide. Ita pro itaq;.id eſt & ſic,ſi id ágitur,id eſt præténditur,ut ómnia ſint rurſus, id eſt in poteſtâte unius,ego profíteor me inimîcum ei,quicunque is eſt.Sciêbat autem Antónium eſſe. Verũtamen póſteà ſub Auguſto rerum dómino ſuauíſsimè uixit. Nec ullum eſt periculum quod aut fúgiam aut déprecer, id eſt precer,ne ſit mihi obeundum,pro libertâte,ſcílicet pública. Sed cónſules,ſcílicèt Panſa & Hírcius,atque præcéperant mihi,quid fácerem per ſenatuſconſultum,id eſt mittendo ad me ſenatuſconſultum,id eſt decretũ ſenâtus,neque líteris ſuis. Ego enim accêpi demùm poſt Idus Mártias unas líteras à Panſa, ſcílicèt cónſule, in quibus hortâtur me,ut ſcribã ſenátui me & exércitum,ſcílicèt meum,futurũ in poteſtâte eius , ſcílicèt ſenâtus, quod,ſcílicèt ſignificaſſe me futûrum in poteſtate ſenatus fuit maxime contráriũ, id eſt nociuum cum Læp. cõcionarêtur,id eſt uerba ad mílites ſuos fáceret atque ſcríberet ómnibus ſe conſentîre cum Anto. Nam quibus commeâtibus. id eſt ut dicunt uictuálibus pro itínere neceſſariis ego dúcerem , id eſt dúcere poſſem legiônes per prouínciam illius,ſcilicet Læpid.illo inuîto,quaſi dicat nullis aut ſi ſup. Læp.uitans tranſiſſem cætera,ſcílicèt loca,unde.id eſt nunquid póteram tranſuolâre etiam alpes,quæ tenẽtur præſidio illîus.ſ.Læp.q.d.mínimè.

HVBER. ¶ A D D E. ſubiungit aliam cauſam , quare non potuerit declarare ſenatui & exercitum ſuum in poteſtate eius futurum. Huc,id eſt ad hæc. Sexcentis.numerus finitus pro infinito ut in pluribus locis.Sexcentis autem non ſexcenis legendum eſt : quia numerabiles dictiones inter ſe integræ compoſitæ innumerabiles ſunt per caſus, ut, Hic iam trecentum totos regnabitur annos. ſin uero cum corruptis componantur,uariantur: ut Virgil.x.Aeneid. Sexcentos illi dederat Populonia mater , Extertos bellii iuuenes aſt illa trecentos.& ſic,ducentos & bis centum quatercentũ & quadringenti,& ſic dereliquis. Excutiuntur,uiolenter inquiruntur. Cordubæ. in Corduba quæ urbs eſt Hiſpaniæ Bæoticę ædificiũ Marcelli hodie duorum Senecarum, & Lucani poetæ nomine percelebris. Pro concione.id eſt in concione. Nemo uocabit in dubium. id eſt non dubitabit. Prouinciam meam. Hiſpaniam cui præſum. Conciones . orationes qui dicebant me nunquam cuiquam traditurum eſſe. Hac legione.trigeſima. Tradita . alii data. Pugnacius . bellicoſius. Cordubæ

Adde huc,quòd perferri literæ nulla conditione potuerunt . Sexcentis enim locis excutiuntur, deinde etiã retinentur à Læpido tabellarii. Illud me Cordubæ pro cõcione dixiſſe ne vocabit in dubium , prouinciam me nulli niſi à Senatu miſſus veniſſet , traditurum . Nam de legione trigeſima tradenda quantas conciones habuerim , quid ego ſcribam ? Qua tradita , quanto pro republic. infirmior futurus fuerim,quis ignorat? Hac enim legione noli acrius aut pugnacius quicquam putare eſſe . Quare eum me exiſtima eſſe, qui primum pacis cupidiſsimus ſim:Omneis enim ciueis plane ſtudio eſſe ſaluos: deinde qui & me,& rempubli. vindicare in libertatem paratus ſim. Quòd familiarem meum tuorum numero habes opinione tua mihi gratius eſt. inuideo illi tamẽ quòd ambulat & iocatur tecum.* quæ res quanti æſtimem,ſi vnquam licuerit viuere in otio,experieris. Nullum enim veſtigium abs te diſceſſurus ſum. Illud vehemẽter admiror non ſcripſiſſe te mihi, manendo in prouincia, an ducendo exercitum in Italiam, Reipubli.magis ſatisfacere poſſim. Ego quidem etſi mihi tutius ac minus laborioſum eſt manere , tamen quia video tali tempore multo magis legionibus opus eſſe quâm prouinciis,quæ præſertim recuperari nullo negotio poſſunt,conſtitui , vt nunc eſt , cum exercitu proficiſci. Deinde ex literis , quas Panſæ miſi , cognoſces omnia:nam tibi earum exemplar miſi. X V I I.Calend.Aprilis Cordubæ: Vale.

Acrius.animoſius & fortius. Deinde.poſt cupiditatẽ pacis. Qui.i.eũ qui uelim & me in libertatem meã defendere & reſtituere. Familiarem me. de quo dicat,non ſatis intelligitur. Quæres.petes,interrogabis. Quanti æſtimem.quanti faciã.ſ.ambulare & iocari tecum. Si licuerit uiuere in ocio , ſi unquam potero in tranquillitate uiuere. Experieris.re ipſa cognoſces. Nullum ueſtigium. nullum paſſum, id eſt non mouebis pedem ſine me. Magis prodeſſe & præſtare officium meum & facere quod illa me exigat. Nullo enim.i.nullo labore, hoc eſt ſine difficultate. Tutius .quia non ita exponam me periculo bellorum . Et minus laborioſum. quia non ibo per hoſtes , & per alpes. Legionibus.exercitibus, qui ſubueniãt reip. Vt nũc.i.ſcđm cõditionem horũ temporum. Proficiſci.diſcedere in Italiã.Panſæ.conſuli ad eum.n.ſcripſerat Pollio plenius. Exemplũ.i.eas lr̃as trãſcriptas , ſic.n.appellamus exemplũ, qđ eſt ad ſimilitudinẽ alterius,neq; ſolũ factorũ,ſed etiã rerum dicimus exẽpla, utputa ſi uelim uendere uinũ aut frumentũ,aut pannũ quod damus, & monſtramus ꝓ ſimilitudine illius appellatur exẽplũ , qđ uulgo appellãt mõſtrationẽ,ut dabo tibi exemplum panni quẽ ſum uenditurus.i.monſtrabo tibi qualis ſit.Cordubæ.ſubaudi ſcripta ẽ hæc epiſtola,uel data. Exemplũ

¶ ADDE huc.i.ad hanc rõnẽ aut excuſationẽ, ꝙ lr̃æ nulla cõditione potuerũt pferri Literæ.n.excutiũtur .i.inueſtigãtur & leguntur ſexcentis.i.plurimis locis: deinde.i.inſuper tabellarii retinẽtur etiã à Læpido. ASCEN.

Nemo uocabit illud in dubiũ.i.nemo poterit aſſerere illud dubium,me dixiſſe Cordubæ, quæ ciuitas eſt Hiſpaniæ Bæoticæ pro concione.i.ante omnes ad cõcionem concitatos me traditurum nulli prouinciã niſi qui ueniſſet miſſus à ſenatu.ſ.Romano. Nam quid.i.ad quid ſcribam quantas cõciones habuerim de legione trigeſima tradenda.i.ꝙ nolim cuiq̃ tradere? Qua.ſ.legione tradita.i.ſi fuiſſet alteri ut Læpido aut Antonio tradita, quis ignorat quanto infirmior pro rep. fuiſſẽ futurus? q.d.nemo. Enĩ.i.quia, ô Cicero, noli putare quicquam eſſe acrius aut pugnacius.i.affectatius ad pugnam , hac.ſ.legione trige

¶ Ex Epiſtola.Minime mirum tibi.

¶ Et ſi nunc frequentióribus latrocíniis inféctior factus eſt.Quod iuſſus ſum eo témpore, atqui ita feci. Quæ præſîdio illius tenerentur. Sexcentis enĩ locis diſcutiuntur. Quas res,quanti æſtimem, ſi unquàm licúerit uíuere in ócio,experiêris.Nullo enim ueſtígio abs te diſceſſûrus ſum.

ſima. Quare exiſtima.i.iudica me eſſe eum primum qui ſim cupidiſſimus pacis. Ego enim ſtudeo,id eſt ſtudioſe cupio,omnes ciues eſſe ſaluos. Deinde ſup. eum,qui ſim paratus uindicare.i.aſſerere & me , & remp. in libertatem,quod habes familiarem meum opinor de Appio loqui,in numero tuorum eſt mihi gratius opinione tua.i.quam opinaris. Inuideo tamen illi ꝙ ambulat & iocatur tecum,hoc eſt uelim id mihi contingere. Quod.ſ.tecum ambulare & iocari quanti æſtimem.i.appretiandum iudicem,tu experieris ſi licuerit ſup.nobis uiuere unq̃ in ocio. Ego enim nullũ ueſtigiũ diſceſſurus ſum à te. Ego admiror uehemẽter illud te non ſcripſiſſe mihi utrum ſup.ego poſſum magis ſatisfacere re ip.manẽdo in ꝓuincia,hoc eſt in Hiſpania,an ducẽdo exercitum in Italiã. Ego quidem,etſi.i.q̃q̃ tutius ac minus laborioſum eſt mihi manere.ſ.in ꝓuincia,tamen quia uideo multomagis opus eſſe.ſ.reip.tali tempore.ſ.quo diſceptatur ꝓ libertate,legionibꝰ .ſ.quibus defendatur reſp.quã ꝓuinciis qbus augeatur,p̃ſertim ſup.illis ꝓuinciis, quæ pñt recuperari nullo negocio:conſtitui ut nunc eſt.i.ut res ſe nunc habent,ꝓficiſci.i.diſcedere hinc in Italiam cũ exercitu.Deinde .i.inſuper,tu cognoſces ea.ſ.quę decreuerim facere ex literis quas miſi Panſæ.ſ.cõſuli,à quo literas acceperat. Sunt qui legant quas Panſa mihi, ſed non procedit:nouit enim quæ Pãſa ſcripſerat etiã prius Cicero. Nam miſi tibi.exẽplar.i.dyploma aut duplum earum.Datum ſup.aut ſcriptũ Cordubæ.XVII. Calend.Aprilis.

¶ QVAE res quanti æſtimem. Culpa librariorum primæ uoces diſiunctæ in noſtris ſunt , quod niſi quæres legi debere uidiſſem,nunquam receptam lectionem , quæ commodum habet ſenſum reieciſſem , ut hanc nõ bene ſibi hærentem reponerem. Eadem locutio eſt in epiſto.ad Catonem,Quæres fortaſſe quid ſit quod ego hoc neſcio quid gratulationis,& honoris,à Senatu,tanti æſtimem. *P.V.C.

C.Aſinius Pollio. M.T.C. S.P.D. Epi. 32

BAlbus Quæſtor,magna numerâta pecúnia,magno pondere auri,maiôre argenti coacto de públicis exactionibus , ne ſtipéndio quidem milítibus réddito,duxit ſe à Gádibus, &

HVBER. BAlbus.cõmémorat Pollio Balbi quæſtoris ſui fugam ex Hiſpánia,& rapînas,& quaſdam crudelitâtes,quas exércuit in quoſdam.deinde & inéptias ĩ ludis,quas iactâbat ſe feciſſe exemplo Cæ. Póſteà uero Pollio expônit ſe totum arbítrio ſenât9 & Po.Ro.dicitq; ſe factûrum quicquid ab his conſtitûtum fúerit, oſtenditque quẽ exércitum habêbat, & quemadmodum eum uix retinuerit aduerſus pollicitatiônes,quas ei faciêbat M.An. Poſtremò declârat qua moderatiône uſus ſit , & in retinendo exercitu,

Coactus. Vito. Exigere. Gades. Calpe.

tu, & in conſeruanda prouíncia. Quæſtor meus.in hanc prouinciam. Numerata.ſibi. Coacto. congregato,ut Tytire coge pecus. De exactiónibus públicis.ſ.de uectigálibus,quę fúerant exigenda nómine Po. Ro. exígere.n.eſt ex débito pétere, licet & alia ꝑ loco ſigníficet. Ne ſtipéndio quidem milítibus réddito.i.defraudâtis etiam milítibus ſuo ſtipéndio,quia eis non dedit,quod debúerat. Duxit.mouit. A Gadibus.Gades, ut ſcribit Strabo lib.iii.anguſta diſcreta fræto inſula diſtans a Turdetánia Calpe ſtadia circiter ſeptingenta & quinquaginta,ſeu ut alii pérhibent octingenta:eſt autẽ éadem Turdetánia Hiſpániæ régio, quæ & Bæótica.Calpe uero mons eſt circúitu quidem non ádmodùm magnus altitúdine uero ingens & arrectus, in cuius radícibus ſita eſt urbs Calpe, uetuſtum haud abiectum óppidum. Benè peculiâtus.bene nummâtus, pecúnia benè munítus. His rumóribus.qui ex Itália referuntur de M. Antoni.ſuperâto. Referâtur. reuertâtur.

tríduum tempeſtâte retentus ad Calpen, Calend.Iun.traiêcit ſeſe in regnum Bogudis,plane benè peculiâtus. His rumóribus vtrùm Gadeis referâtur, an Romá

ASCEN. BALbus &c.Commémorat Póllio Balbi quæſtôris ſui fugam ex Hiſpánia, & rapinas,& quaſdam crudelitâtes,quas exércuit in quoſdam. Deinde etiam inéptias eius in ludis,quos iactâbat ſe feciſſe exemplo Cæſaris. Poſteà uero expônit ſe totum arbítrio ſenâtus pópulique Roma.dicitque ſe factûrum quicquid ab his conſtitûtum fúerit,oſtenditque quem exércitum hábeat,& quemádmodùm eũ uix retinúerit propter pollicitatiônes,quas ei M.Antónius fécerat. Et poſtrêmò declârat qua moderatiône uſus ſit,& in retinendo exércitu, & in conſeruanda prouíncia,quæ ómnia ad ſui commendatiônes & ſtudii ſui in rempu.oſtentatiônem facit.

Ordo. Ordo autem eſt. Balbus quæſtor.i.receptor,accumulâtor pecúniæ públicæ in Hiſpánia, duxit.i.proripuit ſe à Gádibus.i.última parte Hiſpaniârum,magna pecúnia numerâta.i.ut dicunt monetâta ſup. coacta.i.coaceruâta,& magno póndere auri, & maiôre póndere argenti coacto de exactiónibus públicis.i.quas público nómine fécerat,ne quidem.i.non ſaltem ſtipéndio.i.mercêde militâri,réddito milítibus, & ipſe retentus tempeſtâte.ſ.aduerſa tríduum.i.per tres dies.ad Calpem.i.montem illum in fínibus Hiſpániæ,traiêcit ſe Calẽdis Iuniis in regnum Bógũdis.i.in Mauritániam,peculiâtus.i.nummâtus , aut peculâtus.i.depredâtus prouínciã plane.i.omnino,bene.i.multùm. (Bogud, udis. pen correpta)

HVBER. Furta. Rapinæ. AD ſíngulos. parénthesis eſt. Præter furta. exceptis furtis , quæ fecit in prouíncia. Furta dicũtur quæ occultè fiũt,rapînæ quæ ꝑ uim. Sócios.amícos Po.Ro.fœdere nobis coniunctos . Cæſos uirgis.acriter diuerberâtos uirgis publicè, quod ſolet fíeri iis, q̃ aliquid ſcéleris ad miſerunt.Gloriâri.cũ ſua gloria iactâri quaſi potúerit æquâre factis ſuis uirum máximũ C.Cæ. Fecit Gádibus.in Hiſpánia , cũ in ea fuiſſet quæſtor. Herénium Gallũ.i. quod iactâbat Balbus ſe feciſſe exemplo Cæ.nã último die,quo ludi finiti ſunt donâuit Herẽniũ Hiſtriônem ánnulo aúreo, & dedûxit eum ad ſedendum in quartodécimo gradu,quo ſolebãt tantummodo ſedére équites Români,q quadráginta milia ſeſtertiũ poſſidérent. Cæ. autẽ,ut ſcribit Tranquillus édidit ſpectácula uarii gñis,munus gladiatôrũ, ludos etiã regionatim urbe tota,& quidẽ per oĩm linguarũ hiſtriônes,quibus ludis Labérius eques Ro.mimum ſuũ egit, donâtusq; eſt quingentis ſeſtertiis & ánnulo aureo ſeſſum in xiiii.ſcæna ꝑ orcheſtrã tranſit, in quo dicêbat Balb⁹ ſe imitatũ Cæ.qui idẽ feciſſet Herẽnio Gallo hiſtriôni. Quatuoruiratum. Quatuoruiratũ.magiſtratus erat ita dictus , quia quatuor uiros ad eum gerendũ eligerentur. Prorogauit. ꝓlongauit,in longius tp̃s produxit. Comítia biẽnii,bíbuo hâbuit.i.duôbus diêbus fecit cómitia quę in duobus annis ſolêbãt fíeri. Renũciâuit ꝓ denunciâuit ſe fácere comítia.Quos eſt uiſum ei.ſ.redúcere.i. quos ip̃e ſuo iudício putâuit reducẽdos, redûxit. Nõ horũ témporũ.ſ.éxules redûxit. Sed illorũ.q.d.non redúxit éxules horũ témporũ, qui parũ ſontes ſunt,ſed eos,q̃ per ſeditiônẽ olim aut trucidauẽrũt,aut expulérunt. Illa. dicit quædã à Balbo facta,quæ nõ poreſt iactâre ſe feciſſe ad exemplũ Cæ. quoniam tentâuit ſolicitâre, L.Léntulũ ꝓficiſcentẽ ꝓcónſulem in Hiſpániã, quominùs iret.Illa uero ne exẽplo quidẽ Cæ.ſubaudi fecit,Póſuit.expóſuit.Prætextã.ueſtẽ. Solícitã.ut de ſuo itínere reuocarêtur. Hãc autẽ prætextã poſúerat in ludis,quia poſſet ſolicitâre ip̃m Léntulũ ab itínere. Agerêtur.i. cum ludi agerêtur. Depreſſus.compulſus. Gratis. Gratis. ſine mercede, & áliquo múnere. Seſe authôre.ſeſe impulſore. Nolebat.ſ.amplius pugnâre. Immiſit.ſ.Balbus. Gallos équites.quos ſecum habêbat. In populum , ut ei eriperent Fadium. Collecti.ſ.à pópulo.In eum.in Balbum. Defôdit.demîſit in fóueã. Viuum.adhuc uiuentẽ,

ut

(ad ſíngulos enim núntios turpiſſimè cõſilia mutat) nondum ſcio.ſed præter furta & rapînas , & virgis cæſos ſócios , hæc quoque fecit , vt ipſe gloriâri ſolet, éadem, quæ C.Gæſar ludis,quos Gádibus fecit. Herénnium Gallum hiſtriônẽ ſummo ludôrum die, áñulo aúreo donatum in XIIII. ſeſſum dedûxit. tot enim fécerat órdines equeſtris loci.Quatuoruirâtum ſibi prorogâuit: comítia biennii, biduo habuit,hoc eſt renuntiâuit:quos,ei viſum eſt,éxules redûxit,non horum tẽporum, ſed illorum,quibus â ſeditioſis Senâtus trucidâtus aut expulſus eſt, Sexto * Varro Procos. Illa verò iam ne Cæſaris quidem exemplo, quòd ludis prætextam de ſuo itinere ad L.Léntulum Procos.ſolicitandum póſuit. Et quidem cũ agerêtur , fleuit memóriá rerum geſtârũ commótus.Gladiatóribus autem Fádium quendam mílitem Pompeiânum quia cũ depreſſus in ludum bis gratis depugnaſſet, autôre ſeſe nolêbat , & ad pópulum confúgerat : primum Gallos équites immiſit in pópulum (coniecti enim lápides ſunt in eum,cum arriperêtur Fádius)deinde abſtractum defôdit in ludo , & viuum combuſſit:cum quidem prãſus nudis pe-

ut maiorem ſentiret pœnam.Cum quidem.i.cum interea dum combureretur Fadius, ipſe ambularet circa pyram bene potus & pranſus. Nudis pedibus.ſine calceis.

ASCEN. EGO nondùm ſcio his minóribus ſup. diuulgâtis utrum referâtur Gadeis an Romam:mutat enim turpíſſimè, ut uir nullíus fídei & cõſtántiæ,conſília ad ſíngulos núncios.ſ.quos mittit diuerſa nunciantes.Sed ſup. Balbus fecit præter furta & rapînas,& ſócios cæſos uirgis quoque.i.etiam, hæc eadem,quæ Caius Cæſar ſup. factitâuit,ut ipſe ſolet gloriâri.i iactantèr dícere fecit dico ludos,quos fecit Gádibus. Ipſe dedûxit Herénnium Gallum Hiſtriônem,donâtum.i.pro dono auctum & decorâtum ánnulo aúreo,ſummo.i.último die ludorum,in décimumquartũ ſeſſum.i.ſedîle,aut dedûxit ſeſſum,ut ſedêret in quatuórdecim.ſ.grádibus theâtri. Enim.i. quia tot.i.xiiii.erant órdines.i.gradus loci equeſtris.i.in quibus habentes cenſum equeſtrem .i.quadrágies mille ſeſtertium,ſolummodo ſedêbant lege lata ab Othône.unde Iuue. Sic líbitum uano , qui nos dedûxit Othôni.Réliqui autem in ea cáuea ſedêbant. Ipſe prorogâuit ſibi.q.d.própria authoritâte,quatuoruirâtum .i.magiſtrâtum , quem quatuor uiri ſimul gerunt. Ipſe hábuit bíduo.ſ.ſpátio duorum dierum comítia biennii.i.duorum annôrum,hoc eſt renunciâuit.i.ſignificâuit ſaltem ſe habuiſſe comítia.ipſe redûxit éxules,quos uiſum eſt.i.plácitum eſt ei redúcere,non horum témporum.ſ.inquibus etiam boni uiri éxulant,ſed illorum.ſ. témporum,quibus ſenâtus ſcílicèt prouincialis eſt trucidâtus aut expulſus à ſeditiôſis, Sexto Varo procónſule.i.conſulâri poteſtâte in Hiſpánia fungente. Verò pro ſed,ipſe fecit illa.ſ.quæ ſequũtur,né quidem.i.non etiam exemplo.i.ad exemplum Cæſaris , ꝙ póſuit,aut propóſuit, ludis.ſ. factis , prætextam.i.ueſtem illam nóbilem , ad ſolicitandum Lúcium Léntulum procónſulem de itínere ſuo.i.proferret iter ſuum donec ludi eſſent peracti, aut póſuit de itínere ſuo.i.quia iter eſſet factûrus ad ſolicitandum.i.afficiendum forte inuídia Lúcium. Et quidem.i.certè,ipſe commôtus memória rerum geſtârum.ſ.ab ipſo Cæſare, fleuit cum agerêtur.i.interagendum. Autem.i.ſed,póſuit gladiatóribus.i.inter gladiatôres quendam mílitem Pompeiânum Fádium.ſ.nómine,quia cum ipſe Fádius depreſſus.i.ui intruſus in ludum.i.in harênam depugnaſſet.i.ad finem uſque,hoc eſt ad uictóriam pugnaſſet , bis gratis.i.ſine mercêde, nolêbat.ſ.ampliùs pugnâre, authôre ſeſe.ſ.Balbo,& .ſ.Fádius confúgerat ad pópulum,ut ab eo defenderêtur,ipſe Balbus, immiſit primùm in pópulum Gallos équites.ſ.ad recipiendum Fádium,ideo autem immiſit Gallos. Enim.i.quia, lápides ſunt coniecti.ſ.à pópulo in eum.ſ.Balbum , cum.i.quando , Fádius acciperêtur.ſ.ab eo. Deinde ipſe Balbus defôdit.i.in terra fodit.i.Fádium abſtractum.ſ.per Gallos pópulo , & combuſſit uiuum , in ludo.i. in público ſpectáculo,quidem.i.certè,cum pranſus, & ita potus ac ébrius inambulâret.ſ.circa rogum,perinde ac ſacrificium factûrus nudis pédibus,quia ſaltem álterum nudum habêbant ſacrificantes , ut Aenei.iiii. de Elyſſa dícitur.Vnum exûta pedem uinclis in ueſte recincta.i.ſolûta , ne quid non ſolùm.i.non liberâtum uiderêtur in ſacrifício unde addit.

VARO procons.In Medicæo ſunt hæc uerba, & in cunctis quos uidi manu ſcriptis.hoc autem adnotaui, quia nonnulli tradunt ſe uetuſtiſſimum codicem habere,in quo non legantur. * P.V.C.

dibus ,túnica ſolûta , mánibus ad tergum reiectis inambulâret , & illi míſero quiritanti, * Ciuis Romanus natus ſum : reſponderet , Abi nunc, populi fidem implora. Beſtiis vero ciueis Romanos , in his circulatorem quendam actionum notiſsimum hominem Hiſpali , quia deformis erat , obiecit. Cum huiuſmodi portéto res mihi fuit . Sed de illo plura corá. Nunc quod præſtat, quid me velitis facere, conſtituite . Tres legiones firmas habeo, quarum vnam XXVIII. cum ad ſe initio belli arceſſiſſet Antoni⁹ hac pollicitatiõe,quo die in caſtra veniſſet, * denarios quingenos ſingulis militibus daturum:in victoria vero eadem præmia quæ ſuis legionibus,quorum quis vllam finẽ, aut modum futurum putauit ? incitatiſſimam retinui , ægre mehercules:nec retinuiſſem , ſi vno loco habuiſſem , vtpote cum ſingulæ quædam cohortes ſeditionem fecerint. Reliquas quoque legiones nõ deſtitit literis, atque infinitis pollicitationibus incitare. Nec vero minus Le

HVBER. TVnica ſo.ueſte reſciſa,aut more furioſi, aut more ſacrificantis,quaſi illũ immolaret, ut Virg.de Didone.Ipſa mala manibuſq; piis altaria iuxta. Vnum exuta pedem uinclis in ueſte recincta, Teſtatur moritura deos,& alibi, Aut ante ora deum pinguis ſpaciatur ad aras.Manibus rei.ad ter.quod apud quoſdam habetur inurbanum , licet is mos ſit ſatis familiaris Genuenſibus. Queritanti.conquerenti,lamẽtanti,uel certe melius legatur quiritanti,nã ut ſcribit Varro , quiritare dicitur is, qui quiritum fidem clamans implorat,ergo quiritanti fidem populi inuocanti. Ciuis Ro.quem non licet tali ſupplicio afficere. Reſponderet.Balbus. Abi nunc. uade nunc & inuoca populi fidem , ut te defendat. Implora. implorare eſt cum miſeratione auxilium petere in rebus malis & aduerſis,neque enim recte diceretur, imploro te ad nuptias. (Implorare) Vero. indignationem quandam indicat. Beſtiis.obiecit & non eſt legendum beſtias,ſicut à quibuſdam deprauatur textus. Circulatorem.circunforaneum,hi enim circulatores dicũtur, qui circa fora concionari ſolent, & multis fabellis & adulationibus uictum mendicare. (Circulator) Hiſpali.quæ urbs eſt,ut ſcribit Pomp.in bæotica Hiſpania.fuit autem authore Stra. olim ĩſignis,& romana Colonia. (Hiſpalis)

Quia deformis erat.quia aliquantulum monſtruoſo corpore quaſi ideo non eſſet homo. Huiuſmodi. tali quo homines tam crudeliter necarêtur. Res mi. fu.cum hu.por.i.monſtro.i.fuit mihi tolerãdum tale monſtrum potius q̃ homo.monſtrum autem appellat propter feritatem. Plura.ſ.dicam. Acceſſiſſet.aduocaſſet,inuitaſſet. Singulis mili.unicuiq; militi. Denarios.denarius genus monetæ, Inde dict⁹ ut uoluit Var.quod denos æris ualebat. (Denarius) Quingẽtos. quinque centũ,nam quinquaginta dicimus de quinquies decem . Quorum.q.u.ſi.quarum rerum ab eo

Anto.

Universidad de Deusto Biblioteca

Anto.promissarum.Modum.mensuram. Incitatissimam.inclinatissimam, ualde motam & stimulatã erga. Ant. Aegre.difficile.Vtputa.declarãtis est uerbũ. Seditionem. tumultum quod fuisset periculosius, si fuissent omnes uno in loco. Reliquas. præter uigesimam octauam, de qua dixi. Destitit. cessauit.s. Anto. Vrsit.stimulauit. Protendebantur.denũciabantur,intelligebantur futura. Illis ui.si illi habuissent uictoriam.est enim ablatiuus casus. Reipu.i.pro rep. Credere.s.debetis. Si feci. quia iam feci. In ocio .i.pace. Nusq̃ Nusquam.in nullum locum, significat enim in loco & ad locum,ut alio loco probauim⁹ aliis exemplis. Legionarium.qui esset ascriptus alicui legioni,qui esset de legione. Auxiliarii Auxiliares Auxiliarium.ex his qui in auxilium uenerant, dicuntur autem & auxiliarii & auxiliares. Quoquam.in aliquo loco. Nactus. inueni,deprehendi.Fructum.utilitatẽ, remunerationem. Tulisset.percepisset. Prætextã Prætextam, comœdiam aliquam dicit, nam erant comœdiæ quæ prætextatę siue prætextæ dicebantur à prætexta ornamento nobilium Romanorum.Hora.Et qui docuere togatas. Sunt & alia genera comœdiarum, de quibus non est nunc dicendi locus.

ASCEN. ☙TVNICA so.i.habens tunicam solutam, & manibus reiectis ad tergum, ut.s.nulllam hostiæ uim inferre putaretur,responderet illi misero.s.Fadio quiritanti.i.inuocando quiritum nomen & opem clamanti ac dicenti natus sum ciuis Romanus,responderet inquam, abi nũc implora fidem populi.s.ut te à dimicando defendant qui non possunt ab igne defendere. Bestiis uero sup.obiecit ciues Romanos,& obiecit in his.i.inter hos ciues Romanos. Hispali.i.in eo oppido Hispaniæ bętocicæ quendam circulatorem .i.circũforaneum excitatorem auctionũ .i.uenditionum sub auctione, aut sectatorem, auctionum.i. fabularum ridicularum, hominem notissimum, quia erat deformis, quæ causa erat ꝙ notissimus esset,aut ꝙ obiectus bestiis deuorãdus ab eis. Cũ &c.Ordo est,Res.i.cõmerciũ,fuit mihi,quia quæstorem eũ sortitus erat, cum huiusmodi portento.i. monstro hominis. Sed sup. dicam plura de illo coram.i.cum adero. Nunc,quod præstat.i.de quo utilius est loqui,constituite quid uelitis me facere. Ego habeo tres legiones firmas,quarum unam, uidelicet uigesimamoctauam cum Antonius accersisset.i.allexisset & uocasset ad se initio belli,hac pollicitatione.s.se daturum singulis militibus quingentos denarios, sup.eo die quo.s.legio illa uenisset in castra. Vero pro sed,pollicitus est se daturum, in uictoria eadem premia quæ legionibus suis. Quorum.s.militum sic solicitatorum quis putauit ullam fidem aut modum.i.moderamen futurum? q.d.nemo,& tamen retinui,inquit,incitatissimam.s.legionem.i.maxime inclinatam ad præmia illa,hercule.i.per herculem,ægre.i.cum difficultate,nec retinuissem si habuissem.s.omnes legiones uno in loco,utputa cum singulæ cohortes seiunctæ.s.ad cautelam ab aliis fecerint quandam seditionem,sed non perfecerunt timentes alias in fide mansisse & in se immittendas,sed si simul fuissent conspirare impune potuissent quia Antonius non destitit incitare quoq;.i.etiam reliquas legiones literis atque infinitis pollicitationibus,

Nec uero minus.i.& æque Lepidus ursit.i.urgenter solicitauit me,literis & suis & Antonii,ut mitterem sibi legionem trigesimam,quæ firmissima erat.Itaque uos debetis existimare exercitum,quẽ neque uolui uendere ullis prẽmiis, nec diminuere metu eorum periculorum quæ portendebantur illis uictoribus.i.si forte fuerint uictores esse retentum.s.à me & conseruatum reip.atq; ita sup.debetis credere sup. me fuisse facturũ quodcunque imperassetis,si feci quod iussistis. Nam ego tenui &.i.simul prouinciam in ocio.s.pacis,& exercitum in potestate mea nusquam excessi finibus prouinciæ meæ. Non modo.i.non solum sup. non misi quoquam.i.ad quenuis locum militem legionarium.i.ad legionem pertinentem qui sub sacramento legitime militabant,sed ne quidem.i.non saltem.misi quoquam ullum auxiliarium.i.missum auxilio,& qui cum eius auxilio opus non esset alio mitti posse uidebatur.Sane.negatio quæ est in particula ne,debet utrique particulæ seruire. Et si nactus sum.i.deprẽhendi quos.i.aliquos milites,descendentes.s.de prouincia, ego affeci sup. eos supplicio. Quarum rerum.i.quorum studiorum in rempub.ego putabo me tulisse.i.reportasse aut accepisse satis magnum fructum .i.utilitatem repu.salua.i.si respu.fuerit salua. Sed respu.si nouisset me,& maior pars senatus. sup.nouisset me.i.animum meum, tulisset ex me maiores fructus. Ego misi tibi legendam epistolam quam scripsi Balbo cum esset etiam nunc.i.adhuc in prouincia. Si etiam uoles legere prætextã .i.comœdiam & fabulam agendam in prætexta quia est de argumento Romano, præsertim hominis nobilis, utpote Balbi,hoc est de Balbi insolentia in quæstura,poscito sup.eam Cornelium Gallum familiarem meum, qui Virgilio,summe dilectus erat poeta insignis.Scriptum.sup. Cordubæ.yi.Idus Iunias. Vale.

pidus vrsit me suis & Antonii literis, vt legionem X X X.mitterem sibi.Itaque quẽ exercitũ neq̃ vẽdere vllis præmiis volui, neq̃ horũ periculorum metu quæ victoribus illis portendebantur,diminuere,debetis existimare retentum & conseruatum reipub.esse,atque ita credere quod cunque imperassetis, facturum fuisse, si quod iussistis feci. Nam & prouinciam in otio,& exercitum in mea potestate tenui:finibus meæ prouinciæ nusquam excessi. Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam misi: & si quos equites decedentes nactus sum,supplicio affeci. quarum rerũ fructum satis magnum repub.salua tulisse me putabo. Sed respu.si me satis nouisset, & maior pars Senatus,maiores ex me fructus tulisset. Epistolam quam Balbo cum etiam nunc in prouincia esset, scripsi,legendam tibi misi: etiam prætextam si voles legere Cornelium familiarem meum poscito. V I. Id.Iun.Cordubæ.Vale.

☙Ex Epistola.Balbus quæstor magna numerata.

☙Tot enim fecerat ordines equestris ioci. Quia cum depressus in ludum bis gratis depugnasset, obiecit, authorem sese esse uolebat. Collecti enim sunt lapides in eum. Cum qui deprehensus nudis pedibus,tunica soluta.

Quo

☙C.R.natus sum.Ita in Medicæo hic locus scriptus est. Ingeniosus,& eruditus iuuenis Hieronymus Corrigiensis suspectum hunc locũ, ut audio, habet,neque ut ego arbitror,sine causa, cum aliis in locis, in quibus Cicero induxit aliquos quiritantes,& hanc uocem edentes, NATVS non ediderit: Cũ tamen in nostris, ut omnes uidere iam possunt,non contẽnendis, ut in impressis legatur,uidendum est an ideo senatum Fatidius ciuem Rom. diceret, ut magis Balbum absterreret:quôd maiore scelere,ei qui ciuis Ro.natus esset, manus afferretur,quàm illi qui factus:nam plurimis, uariisque de causis ciues Ro.fiebant, ut omnibus planum est: & in oratione pro L.Balbo diligentius de hac re disputatur. Domitius etiam Cos. Nouocomensem pulsauit,beneficio C.Cæsaris ciuem Ro.factum,ut ostenderet,quôd à malo autore factus esset,illum ciuem Ro. non esse,& in beneficiis Cæsaris nullam uim esse. * P.V.C.

☙DENArios quingenos.Codex uetustùs qui quingentos habet, mendosus est,& coniectura, quam nonnulli sequuntur,inanis:qualis enim grandis illa pecunia sit, tamen non sine magna mercede legiones à Senatu defecissent,& imperatorem suum prodidissent. Quàm aperte autem decepti sint, hic locus è libro X V I.ad Att.ostendit,de Octauiano puero sermo est.Veteranos quiqui Casilini,& Calatiæ,perduxit ad suam sententiam,nec mirum,quingenos denarios dat. * P.V.C.

C.Asinius Pollio. M.T.C. S.P.D.

QVò tardiùs certior fierem de præliis apud Mutînam factis, Lépidus effêcit, qui meos tabellários V I I I I.dies retínuit. Tametsi tantam calamitâtem reipub. quam tardíssimè audîre optandum est:sed illis qui prodesse nihil possunt, neque medêri. Atque vtinam eodem S. C.quo Plancum & Lepidum in Itáliam arcessistis,me quoque iussissetis venîre:profectò non accepisset respu.hoc vulnus.quo si qui lætátur in præséntia,quia videntur & duces, & veterani Cæsaris partium interiisse:tamen postmodum necesse est dóleant, cum vastitâtem Itáliæ respéxerint. Nam & Robur & sóboles mílitum interiit: si quidem quæ nuntiantur, vlla ex parte vera sunt. Neque ego non videbam quanto vsui reipu. essem futûrus, si ad Lépidum venissem: omnem enim cunctatiônem eius discussissem, præsertim adiutore Planco. Sed scribenti ad me eiusmodi literas quas leges,& concionibus videlicet quas Narbône habuisse dicitur, símilis, palmarer planè necesse erat, si vellem commeâtus per prouínciam eius iter faciens habêre. Prætérea verêbar ne si ante quàm ego incœpta perfícerem,prælium confectum esset,pium consilium meum ráperent in cõtráriam partem obtrectatôres mei, propter amicitiam, quæ mihi cum António, non maior tamen,quàm Planco fuit. Itaque à Gadibus mense Aprili binis tabellariis in duas naueis impositis, & tibi & C O S.& Octauiano scripsi,vt me faceretis certiorẽ, quonã modo plurimũ possẽ

HVBER. QVò tardius. De M.Anton.apud Mutinã ab Octauiano Cæ.& consúlibus superáto, interfectis tamen in prælio ipsis cõsúlibus Póllio se tardiùs intellexisse scribit propter Lépidum,qui tabellários ex Itália uenientes nouem dies retínuit.Dicit autẽ quę audíerit de illo conflictu.ob quæ cum decreuisset ad Lépidum uenîre,dicit se à propósito reuocâtum,ne obtrectatôres sui in áliam partem eius cõsilium acciperent,ostendit autem acerbíssima multa de reip. calamitâte ad se deláta esse,quibus dícitur ab ómnibus,qui possunt succurrendam esse.Quo.i.ut. Meos tabel.qui ex Itália ueniêbant. Quam tar.dis.quæque enim tristíssima semper optâre debêmus,ut tardíssime nuncientur,& quã diutíssime possunt differantur. Eodem senatuscon.nam per senatusconsul.Lépidus & Plancus qui erãt in Gállia iussi sunt Itáliam uenîre ut succúrrerent Bruto obsesso. Vulnus.i.cladem,est autem translátio sumpta à córpore. Quo. uúlnere. Quo In præséntia.i.hoc tempore,& est recte dictum,male enim quidam dicunt in præsẽtiarum. Cęsaris peritum.i.ex his qui fuerant Cæsariâni, significat autem quosdam ex his, qui fuerant Pompeiâni gauisos fuisse clade Romanôrum, qui períerãt apud Mutînam,quoniam fúerãt uel duces uel mîlites Cæsariâni. Vastitâtem. destructiônem, calamitâtem. Robur mílitum.i.robustíssimi mílites. Sóboles. Soboles successio,dicta est autem à sobolescendo. Si quidem.pro si. Vsui. utilitâti. Cunctatiônem. Cũctatio dubitatiônem, tardatiônem, discussiônem. Deiecissem. amouissem. Scribenti. Lépido. Eiúsmodi. tales & símiles conciónibus.i.tales,quales fuêrunt conciônes & oratiônes, quas dicitur habuisse. Narbônæ. quæ urbs est Gálliæ, quæ aliquandò brachâta Gállia appellâta est, nunc à ciuitâte Narbônæ, Narbonensis dícitur. Commeâtus. cibária, uictus. Per eius prouínciam,per Galliã Narbonensem. Incepta. ut ad Planc. uenissem. Prælium. Mutinense. Pium. reipu. officiôsum & pátriæ & débitum. Incon.par .s.atque ego fecissem.i.dícerent me fecisse contra rẽpub.Binos.duos.notandum autem iunctum cum nómine etiam singulâri declinâto. In duas.ut si una capta aut detenta fuisset, saltem altera ad nos ueniret cum tabellário. Quonammodo. an manendo in prouíncia an ueniendo in Itáliam, an álio modo.

ASCEN. ☙QVò tardiùs & c.De Marco An.apud Mutînam ubi.Bru.obsessum tenúerat ab Octauio Cæsare & cõsúlibus superâto,interfectis tamen in prælio ipsis cõsúlibus, Póllio se tardiùs intellexisse rem omnem dicit,propter Lépidum qui tabellários ex Itália uenientes nouem dies retinúerat. Dicit autem quæ audíerit de illo conflictu ob quæ decreuisset ad Lépidum uenîre,sed dicit se reuocâtum à propósito ne obtrectatôres sui in áliam partem eius consilium accíperent.

perent.Ostendit autem acerbíssima de reipu. calamitâte ad se delâta esse quibus sentit succurrendum esse ab ómnibus, qui bus facultas fúerit. Ordo est.Lépidus effecit,quò.i.ut,fierem certior.i.cognóscerem tárdiùs de prælíis factis apud Mutinam,qui.s. Lépidus retínuit tabellários meos.i.ad me missos,nouem dies tametsi.i,quamquam tamen optandum est audíre tantam calamitâtem reipu.q̃ tardíssimè. Sed ne quo medéri illis aut occísis aut pérditis homínibus,qui nullo modo possunt prodesse. Atque útinam iussíssetis me quoque uenire in Itáliam eodem senatusconsúlto,quo accersístis.i.aduocastis Plancum & Lépidum in Itáliam.s. ex Gállia. Profectò respu.non accepísset hoc uulnus.i.hoc detrimentum,quia innuit se Antonium aut absterruísse aut reconciliásse reipu.si interfuíssem,quo.s.uulnere.i.strage tot ciuium siqui lætantur in præséntia .i.præsenti témpore,quia & duces & ueteráni mílites pártium Cæsaris uidentur interíisse, tamen necesse est sup.ut dóleant póstmodum cum respéxerint uastitátem.i.desolatiónem Itáliæ. Nam & robur & sóboles.i.propagatíua uirtus mílitum interiit,quidem.i.certè,si illa,quę nuntiantur sunt uera ex ulla parte. Neque ego non uidébam.i.& ego benè cognoscébam quanto usui futúrus essem reipu.si uenissem ad Lépidum. Enim .i.quia discussíssem.i.amouíssem omnem eunctatiónem.i.moram aut dubitatiónem eius, præsertim Planco adiutóre. Sed necesse erat sup.ut simulárem Planco.s.me in illius sententiam concessúrum, scribenti.i.cum Lépidus scríberet ad me eiúsmodi líteras,quas leges, quia eas ad Cicerónem aut missúrus aut allatúrus erat & conciónibus.i. propter conciónes,quas dícitur habuísse. Narbónæ, si uellem habére commeâtum.i. uiáticum cibum,faciens iter per prouínciam eius.Si hæc uera est léctio,illud scribenti meo iudicio pósitum est absolutè sicut Aenei.pri.dícitur.Tália iactanti.i.cùm tália iactáret, nam si in datiuo cum uerbo simulâret posúeris,durè ponerétur uox conciónibus nisi sunt conciónibus utenti ubi est uidélicet. Sunt tamen quilegant non simulárem, sed símilis parérem.ut si necesse est parérem scribenti eiúlmodi líteras,quas leges & símiles conciónibus uidélicet quas &c. Prætéreà.i.in super uerébar,ne si prælium esset confectum antequam ego perfícerem incepta.i.pertráherem Lépidum in partes nostras, obtrectatóres mei cáperent consílium meum pium.s.in pátriam,in partem contráriam.i.ad impietátem contra remp.propter amicítiam, quæ fuit mihi cum António,non tamen maior q̃ cum Planco. Itaque impósui mense Aprili binos tabellarios in duas naues.i.síngulas duas,à Gádibus última parte Hispaniárũ.Scripsi & tibi & consúlibus,& Octauiáno.s.Cæsari, qui raro álibi Octauiánus sed fere Octáuius dícitur.Virg.Lusimus octaui & c.ut facerétis me certiórem,quonam modo possem prodesse plúrimum reipubli.

Ordo I

Virg.

HVBER. IOVT ineo ra.i.sicut computo, ineo autem uerbũ est.legẽdum est enim sic, sed ut rationem ineo quo die &c. Profectæ sunt. discesserunt. Remotus ab omni.s.nihil omnino suspicans de ciuili tumultu futuro i Lusitania,est autem Lusitania pars Hispaniæ, diuiditur enim Hispania in Bæoticam siue Turdetaniam Tarraconensem, & Lusitaniam,author Pomponius. In Hybernis.i.ut hyemarent,sunt enim Hyberna loca ubi milites tempore hyemis esse solent,dicuntur tamen etiam abusiue ubicunque solent esse milites ocii & quietis gratia. Vterque.s. consulũ.i. Hyrtius & Pansa. Componeretur.finiretur. Nihil enim.s.d.c.i.omnia prudentissime, & eo consilio quo sũmus dux gerere debet. Gallia Le.s.Narbonẽ si. cui præerat Lepidus. Concisum.cõminutũ,ex magna parte trucidatũ. Hyrcino prælio.i.prælio quod Hyrcius fecit,qui erat collega Pansæ. L. Fabatum C.Peduceũ &c.hæc omnia sunt nomina ductorum, qui erant in castris consulum aduersus Antonium.

Lusitania

Hyberna

Cõcisum

Peræque Omnes Antonii.s.legiones. Peræque.i.æqualiter, sicut & quartam legionem nostram. A quinta legione,Antonii.Dici.subaudi nunciantur.Quod dii prohibeant,quod dii auertant, ut ita non sit, est autem parenthesis. Antonium.s.nunciabatur. Turpiter.cum magno dedecore suo. Pupilli Bagieni. nomen proprium ducis cuiusdam. Bene,ualde.Vẽtidiũ.de quo diximus supra, qui fuerat ante mulio.

Si nihil spei sit in Lépido.ut secum coniungatur. sicut tentauerat,& tandem ut supra uidimus,effectũ est. Descensurum ad extrema.i.experturum omnia pericula. Seruitia.i.seruos. Parmam.urbem. Direptam. depopulatam. Occupasse. inuasisse, & in potestatem suam redegisse. Cessandum. morandũ.

Non fre.nõ integras,nõ plenas.Qui supersint.post prælium Mutinense.Confluant.undique concurrãt.

Delectus militum In dele.quem decreuerant facere per Italiam, dicitur autem delectus militum collectio ex uariis locis à deligendo,quod ex quolibet oppido aliquot deligantur. Spatium.moram. Confirmandi se colligendi uires suas, quod fortasse faciet interea dum fiet delectus.Tempus.oportunitas,erat enim æstas.Prodesse reipubli. Sed vt rationem ineo, quo die prælium Pãsa commisit, eodem à Gadibus naues profectæ sunt. nulla enĩ post Hyemem fuit ante eam diem nauigatio.Et hercules longe remotus ab omni suspitione futuri ciuilis tumultũs, penitus in Lusitania legiones in hybernis collocaram.Ita porro festinauit vterque confligere,tanquam nihil peius timerẽt, quàm ne sine maximo reipu. detrimento bellum componeretur. Sed si properandum fuit, nihil non summi ducis consilio gessisse Hirtium video.Nunc hæc mihi scribuntur ex Gallia Lepidi, & nuntiã tur.Pansæ exercitum concisum esse, Pansam ex vulneribus mortuum, eodem prælio Martiam legionem interiisse, & L. Fabatum,& C. Peducæum, & C.Carsulenum. Hirtino autem prælio & quartam legionem, & omnes peræque Antonii cæsas.item Hirtii.Quartam vero cum castra quoque Antonii cepisset,à quinta legione concisam esse. Ibi Hirtium quoque periisse,& Pontium Aquilam:dici etiam Octauianum cecidisse.Quæ si(quod Dii prohibeant)vera sunt,non mediocriter doleo. Antonium turpiter Mutinæ obsessionem reliquisse,sed * habere equitum legiones sub signis armatas tres, &

Pupilli

Pupilli Bagienni vnam,inermeis bene multos: Ventidium quoque se cum legione VII. VIII.IX.coniunxisse:si nihil in Lepido spei sit,descensurum ad extrema:& non modo nationes, sed etiam seruitia concitaturum: Parmam direptam: L.Antonium Alpeis occupasse. Quæ si vera sunt, nemini nostrum cessandũ est, nec expectandum quid decernat Senatus. Res enim cogit huic tanto incẽdio succurrere omneis, qui aut imperium, aut nomen denique populi Rom. saluum volunt esse.Brutum enim cohorteis XVII.& duas non frequenteis tyronum legiones quas conscripserat Antonius, habere audio.Neque tamen dubito quin omneis qui supersint de Hirtii exercitu cõfluant ad eum.Nam in delectu non multũ spei puto esse, præsertim cum nihil sit periculosius,quàm spatium confirmandi se se Antonio dari. Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat, propterea quia frumenta aut in agris, aut in villis sunt.itaque proximis literis consilium meum expedietur. Nam neque deesse,neque supereresse reipub. volo. Maxime tamen doleo, adeò & longo & infesto itinere ad me veniri, vt die quadragesimo post aut vltra etiam quàm facta sunt omnia,nuntientur. Vale.

IOEx Epistola.Quo tardius,certior fierem.

IOHac in epistola in aliquibus sic est principium. Si uales.bene est, ego quidẽ ualeo.Quo tardius certior factus sum. Atque utinam eodem senatusconsulto,quo Plancum, & Lepidum arcessistis. Nam & robur,& soboles militum interiit omnis. Quas Narbonæ habuisse dicitur,similis palma rerum, necesse erat,si uellet commeatus per prouinciam eius,iter faciens habere,etiam Lepido parere. Sed ut rationem comperi eo die,quo prælium Pansa commisit Antonium turpiter Mutinæ obsessionem reliquisse. Sed habere equitum cohortes.v. legiones sub signis armatas treis.

ximis.quas mox scribam post has deesse ad succurrẽdum. Supereresse.superstites esse,quia si ipsa interierit & ego uolo una interire. Infesto.difficili,periculoso propter hostes & latrones qui retinent tabellarios. Aut ultra etiam.i.etiam post quadraginta dies intelligam, quæ istic facta sunt,quæ multo citiꝰ deberem intelligere, si iter non esset ita longum & infestum.

IOSED ut ineo rationem.i.ut coniectura cõsequor naues profectæ sunt à Gadibus eodem die, quo die Pansa commisit prælium. Nulla enim nauigatio.i. facultas nauigandi fuit post hyemem ante eam diem .i id tempus. Et hercule, ego remotus longe ab omni suspitione tumultus ciuilis collocaram legiões in Hybernis.i.locis tutis in quibus hyemem transigerent penitus.i.omnino intus, in Lusitania. Porro.i.sed uterque.s.tam Pansa q̃ Antonius, festinauit confligere.i.pugnare,ita tanquam nihil timerent peius.i.grauius & tanquam magis malum,quàm ne bellum componeretur.i.finiretur, sine maximo detrimento reipu. Sed si fuit properandum.i.necesse properare,ego nihil uideo Hirtium gessisse non consilio.i.quod non gessisset consilio summi ducis. Nam hæc scribuntur & nunciantur mihi ex Gallia Lepidi .i.Narbonensi,cui Lepidus præest.Exercitum Pansæ esse concisum.i.simul cæsum, Pansam esse mortuum ex uulneribus, Martiam legionem interiisse eodem prælio,& Lucium Fabatum,& Caium Peducæum, & Decium Carsulenum, sup. interiisse. Autem.i.sed & quartam legionem,& omnes sup. legiones Antonii esse cæsas, peræque.i. consimiliter sup.in prælio Hirtiano.i.ꝙ Hirtius cõmisit. Item quartam sup. legionẽ Hirtii ergo superior Antonio erat.cum cœpisset quoque.i.etiam castra Antonii esse concisam .i.totam simul cæsam à quinta legione.s.Antonii. Et sup.scribitur mihi,Hirtium quoque periisse ibi, & Pontium Aquilam dici etiam, quod tamen uerum non fuit,Octauianum etiam cecidisse ibi. Quæ si uera sunt,quod dii prohibeant, doleo non mediocriter. Et sup.scribitur Antonium reliquisse turpiter obsessionem Mutinæ, sed habere equitatum & tres legiones armatas sub signis,& unam.s.legionem Pupilli Bagieni.i.quam ille duxerat, & sup.milites inermes,bene.i.ualde multos.Ventidium quoque se cõiunxisse.s. Antonio, cum legione septima, octaua, nona. Et sup. Antonium descensurum ad extrema .i.ultimam fortunam tentaturum, si nihil spei sit, in Lepido .s.attrahendo. Parmam direptam sup.esse L.Antonium fratrem.s. Antonii occupasse alpes, ita ut Antonius per eas liberum habeat transitum.Quæ si sunt uera nemini nostrum.s.qui reipu. fauemus ẽ Cessandum,nec expectandum est quid senatus decernat.Res enim cogit omnes qui uolunt aut imperiũ, aut denique nomen populi Romani esse saluum,succurrere.s.ad extinguendum, huic tanto incendio.i. tumultui bellico quo ut ędificia incendio,respub.sit subito peritura.Enim.i.quia,ego audio Brutum habere decem & septem cohortes, duas legiones Tyronum.i.nouitiorum militum, non frequentes.i.non plenas,aut militum non semper præsentium, quas Antonius conscripserat.s.sibi non Bruto. Neque tamen dubito quin omnes qui supersint de exercitu Hirtii,confluant ad eum uidelicet Brutum.Nam non modo puto multum spei esse in delectu.i.conscriptione nouorum militum. Præsertim cum nihil sit periculosius q̃ dare Antonio spacium confirmandi.i.corroborandi sese. Autem.i.sed tempus anni dat mihi maiorem libertatem, propterea, ꝙ.i.quia frumenta,ut triticum,ordeum,auena,siligo & similia,sunt aut in agris.s.matura & demessa,aut in uillis.i.domibus in agro positis. Itaque consilium meum expedietur.i. explicabitur proximis literis. Nam neque uolo deesse.i.quod dicunt deficere reipu.neq; supereesse.i.superstes esse illa cadẽte. Significat etiam.ut Gellius docet,superfluum esse, sed sic non uidetur hic accipiendum. Doleo tamen maxime, uenire.i.ꝙ uenitur ad me itinere adeo & longo & infesto.i.uim inferente,quia ab latronibus obsesso,ut omnia nunciẽtur die quadragesimo. Scriptum reperi quadragesima,post aut etiam ultra,id est supra

Textus habet perequites

quadrage-

quadragesimum diem, quam facta sunt.

*P.V.C. ☞HAbere equitum. Nihil addimus ad ea, quæ olim hoc in loco à nobis disputata sunt, præsertim cum non multo ante de simili loco diligenter disseruerimus.

M. Læpidius Imper.* Iter: Pont. Max. M.T.C. S.P.D. Epist. 34.

HVBER. CVm audissem. Quia Anto. apud Mutinam superâtus in transalpinam Gálliam se conuérterat, spe coniungendi secum Lépidum, hac epistola docet Ci. quid égerit in aduentu Ant. & ubi aduersus eum castra fécerit, & quâtum & qualem exércitum hábeat Anto. à quo dicit ad se fugisse, & multos mílites & duos duces Syllânũ & Culleônem, quibus tamen dicit se non fidere, licet eos recéperit. pollicétur deinde se non defutûrum reipu. Et quóniam quidam suspicâti fuérat, de eius leuitâte, quod esset coniunctûrus se cum Anto. idque Romæ fúerat diuulgâtum, cum Cice. eum defendissét contra obtrectatóres. Lépidus admónitus à suis procuratóribus quod à Cice. fuisset defensus, ostendit eius beneficia sibi gratíssima fuisse, & in se defendendo & in credẽdo moderâtè, quæ de eo dicerentur, pollicétur autẽ se non minóra præstatûrum quã adhuc fécerit. Itaq; rogat, ut pergat eum tuéri. L. Anto. fratre suo. Prouinciam. m. Gálliam Narbonensem. A con. rho. con

Confluentes fluuii dicuntur ubi aliis flumínibus admiscentur, uel à confluente Rhodâno pro à fluuio rhodani. Ad fl. ar. argénteus flúuius est non lõgè à foro

Argenteus fluuius Vocóntio, de quo óppido supradíximus in epístolis Plãci, figurâtè autẽ dixit argenteũ flumen, sicut Hora. Aut flumen rhenum án plúuius descríbitur arcus & idem, quar. cárminum, testis metaurus flumen, Integer. sine diminutióne. Aliis. Syllâno & Culleône.

Læsi. offensi, iniúria affecti, quia à nobis ad ipsũ ánteà transíerant. Necessitúdinis. quæ mihi cum eis fúerit. Rationem sa. e. h. i. uolúimus prouidére, ut essent salui recipiendo ipsos. Neque. h. in ca. neque tenémus ipsos in castris, quia non fidimus eis. Præfecimus, præposúimus. Certatim. studiosè. Falsis ru. falla famâ, falsis nunciis. Mouêrent. turbârent. Moderatè. neque cum omni perturbatióne, neque cum omni securitâte. Temerè. inconsideratè, sine ratióne. Procuratóribus me. ab iis qui Romæ gerunt negócia mea. Illa su. superiorum & præteritorum témporum. Ab tua uo. sponte tua, némine te rogãte. Fixa. immobília. Spectâta. cógnita, probâta, notanda est constructio uitam & studium spectâta, quia ut álibi díximus, diuersorum generum dictiónibus cóngruè per neutrum adiectiuum respondet.

Pária. æquália, símilia. Amplióra eo pro eis. est autẽ ornatus dicendi modus sic habes. xxx. annos, aut eò amplius. Expectes. speres. Réliquo. futúro. Tua au. quaplurimùm polles. Tuo me. quia in me multa contulísti. Ex pon. arg. id est ex ponte qui est super flumen argénteum. nam eodem nómine & pons & flumen uocabantur.

ASCEN. SIuales &c. Excûsat hac epístola ꝙ Antónium ut potuísset non contríuerit in Gállia, ad quam post cladẽ Mutinensem fúgerat, addûcit autem pro excusatióne se coactum ab exércitu conflúlere saluti tot bonorum cíuium, petítque ne putétur coniunctus cum Antoniânis, aut pacificâtum scélere, aut perfídia cum id misericórdia fécerit. Ordo est. Si uales benè est. i. benè se res habet. q. d. gaúdeo, ego quoque uáleo, hic est uulgâris modus salutandi, quo utebantur ferè quorũ amicítia suspecta érat. Post salutatiônem autẽ incípit narrâre rem quã purgatur⁹ est, dicens. Cũ audissem Antóniũ. s. Marcum uenire cum suis copiis. i. exercitu armâto, (Lucio An. s. fratre eius ꝓmisso cũ parte equitat⁹, ut. s. iter explorâret & quodã modo uiã muníret, uenire inquã in ꝓuinciã meã,

Ordo

enim & illa superiora quæ abs tua uoluntate profecta sunt, ad meam dignitatem augendam & ornandam, quæ perpetuo animo meo fixa manebunt. Abs te mi Cicero magnopere peto, si meam vitam, studium diligentíssime superioribus temporibus in repub. administranda, quæ Lepido digna sunt, perfecta habes, vt paria, aut eo ampliora reliquo tẽpore expectes. & proinde tua authoritate metuendum existimes. quo tibi plura tuo merito debeo. Vale. D. XII. Calen. Iunias ex castris ex Ponte argenteo.

☞Fx epistola. Cum audissem Antonium.

☞Et ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed inermem equitatum habet magnum. Et si omni tempore summa studia officii mutui inter nos constiterunt certatim.

uerùm Lépidus Antonii uires ostentâre uidétur, ut uideâtur consuluisse salúti suórum, & ut índicet suos fortè terrôre ad misericórdiam motos. Nam omnis, scílicèt equitâtus Antonii, discesit ex prælio, scílicèt ad Mutinam cõmisso. Integer, id est non diminûtus nec mutilâtus, ita ut sint ámpliùs sup. quam triginta míllia Norit grammáticus, plus, ámplius, & símilia aduérbia, non semper régere rem excessam in ablatiuo eo quòd uidétur subaudíri particula quàm. ut si dicas, plus decem míllia desyderâta sunt. Itaque complûres mílites, scílicèt pedestres, cum tamen sint qui pro decuriône aut équite aurâto mílitem dicant Rectè ergo Valla dicit mílitem pótius péditem significâre & équites, transiérunt ab eo ad me, & eius cópiæ, minuuntur in dies síngulos, quia Syllânus & Cúlleo discessérunt ab eo. Nos & si, id est quanquam erâmus læsi, id est offensi, gráuiter ab his, scílicet Syllâno Culliône aut etiam aliis, quòd ierant ad Antónium contra nostram uoluntâtem, tamen habúimus ratiônem, id est pium respectum salûtis eorum, causâ nostræ humanitâtis & necessitúdinis, scílicèt quam habúimus cum eis. Veriùs tamen ex his, quæ secûta sunt dícere potuit, ideò recepisse ut ánimos cæterórum mílitum ad Antonii partes allícerent, quod ne quis suspicétur addit. Nec tamen útitur óperâ eorum. s. qui transiérunt ad nos. Neque habêmus sup. eos in castris, neq; præfécimus sup. eos, ulli negócio quod áttinet ad hoc bellum, nec deérimus senátui nec reipú. id est utrîque semper auxílio érimus, ego fáciam te certiórem sup. eorum quæ egerîmus postèa. Hactenus narrâuit, deinceps, dolôsè factum suum purgat, dicens. Et si summa stúdia, sup. & officia mútua, constitêre, id est apparuérunt inter nos certatim, omni tempore pro nostra familiaritâte inter nos, & proindè, id est ádeò ut sint símiliter conseruâta, sint diligentèr ab utroque, scílicèt nostrum tamen non dúbito, quin in tanto, id est tam in magno, & tam repentíno motu reipub. nonnulla de me indigna me. i. fide & integritâte mea, sint delâta ad te falsis rumóribus ab obtrectatóribus meis, quæ mouêrent, id est possent mouêre, perturbâre ánimum tuum pro amôre tuo, id est propter, aut iuxta uehementiam amóris tui in rempub. Ego factus sum certior, id est intellêxi, aut accêpi à procuratóribus meis, te accepisse ea moderâtè, id est tẽperatè, neque, id est & non, & iudicasse non credendum sup. esse, témerè. id est inconsideratè & léuiter, quæ, s. facta tua sunt mihi gratíssima ut debent. Memini enim & illa superiora quæ profecta sunt à uoluntate tua ad augendam & ornandam dignitatem meam quæ manebunt fixa perpetuo animo meo. O mi Cicero, ego peto magnopere abs te, si habes perspecta, id est cognita diligentíssime, quæ digna sunt Lepido, scilicet uitam meam & stúdium in administranda repub. temporibus superioribus, ut sup. expectes paria aut ampliora, tempore reliquo, id est quod deinceps erit. Et proinde, id est pro tanto existimes me tuendum. i. protegendum authoritate tua, quo. i. quanto, plura debeo merito tuo. Ex ponte Argẽteo, id est qui est super argenteũ flu. extructus &c.

☞IMPER. iterum. Cur nonnulli hanc castigationem tantopere criminentur, non uideo: si castigatio appellari potest, & non potius antiqua, & syncera lectio, fideliter in Medicæo codice quatuor locis cõseruata, & nũc in suam sedem in omnibus libris restituta. quemadmodum enim hic ante epistolas ipsas bis IMP. ITER. legitur, ita etiam in indice libri bis, ubi & tituli, & initia epistolarũ adnotantur. Cur igitur credendũ est nonnegligentem omnino librarium in eadem uoce semper peccasse, & eodem etiam pacto peccasse? In quibusdã manũscriptis libris TER legi, me nunq; latuit, quin explicaui unde istud ortũ esset accurate. An alii hoc usurparint ante Rẽp. ab Augusto oppressam: ut quoties Imp. appellati sint ob rem bene gestam, toties in titulis, monumẽtisq; id notari uoluerint, mihi compertum non est. Vsurpasse Lepidum quamuis nullum aliud testimoniũ habeam, q̃ priscorum codicum, affirmarem: nam in S. C. quod de ipso factũ est, & à Cicerone in oratione. v. contra Antonium positum, uidi antiquos libros, qui eundem hunc titulum seruarent. Quod si argumentis in huiusce modi rebus locus est, quamuis à nullis antea hoc Imperatoribus usurpatum esset, non mirarer Lepidum leuissimum, & uentosissimũ hominẽ, hoc primũ usurpasse: ab aliquo enim hæc cõsuetudo fluxerit, necesse est.

☞AB confluente Rhodano. Tantæ apud me authoritatis est, ac merito quidem Medicæus codex, ut scripturam eius nunquam penitus negligam, quamuis in ea, quam hic habet macularum aliquid omnino sit. Sic autem in illo legitur Ab confluente, ab Rhodano, ut fortasse posteriores duæ uoces ambæ uacẽt: & illud ab Rho

*P.V.C.

*P.V.C.

Confluẽs

Plus Amplius

m. i. dano de-

dano declaratio sit priorum uocum: nam si tertia syllaba ex eo tollenda est, ut in impressis nunc est, RHODANI fortasse melius legeretur, sic enim Tacit. lib. XVII. locutus est: Confluentes Padi & Aduiæ fluminum. XVI. inde millium spatio distantes petebantur. Nihil certi habemus, & tamen hanc tenuem, & fortasse inanem animaduersionem honestasse quid obfuit?

HVBER.

SI ualêtis. Cum M.Anto.post Mutinense prælium ut suprà diximus, in Galliam fugisset, ut secum iúngeret Lépidum, potuissetque Lépidus eum omnino cõtérere, hac epístola excûsat se, quod non pugnáuerit contra M.Ant. quia exércitus suus coégerit eum cõsúlere incolumitáti & saluti tot ciuium Romanórum, & uolúerit pótiùs pacem compôni, quàm pugnam fieri contra ciues. Ita petit, ut non existimêtur se pacificâtum cum António & Antoniânis magis perfídia, scélere áliquo, quàm misericórdia, quod non putârit in suos sæuiendum esse. Testor, testes addûco aliàs iuro. Quo, quali. Antíquius. cárius. Probâssem ostendissem. Fortûna, casus quidam pótius quàm uoluntas. Extorsisset, per uim eripuisset. Próprium cõ. cogitatiónes meas, & ea, quæ decréuerã fácere. Nam. ex. dixit quemádmodum exércitus suus dixit se nolle pugnâre aduersus ciues suos, sed malle pacem quàm bellum, sic suprà dixit accidisse Plan. in epístola, quę incipit, puderet, sic enim inquit. Accesit eò, ut mílites eius cum Lépidus concionarêtur ímprobi per se, corrupti etiam, per eos, qui præsunt Catúdios Rufrenosque & cæteros, quos cum opus erit, sciétis, conclamârint uiri boni pacem se uelle, neque esse cum illis pugnatúros duobus iam consúlibus singulâribus occísis tot cíuibus pro pátria amísis &c. confert ígitur nunc Lépidus culpam suæ coniunctiónis cum Anto. in exércitum suum. Consuetúdinem, scílicèt quia consuêuit conseruâre ciues, non autem pérdere. Seditióne fa. inter nos duces, id est cum nos discerneremus, & ciuilem seditiónẽ fecissemus. Coégit su. causam, id est coégit me defendere salûtem & incolumitâtem tot ciuium Ro. In qua re. orat senâtum & ut ipse priuâtas offensiónes omittat reipub. causâ, significat autem latentèr quosdam esse, qui non propter remp. sed propter ódium quorundam gaudérent hoc bello. Misericórdiam, clementiam & benignitâtem ánimi nostri, & exércitus mei. Loco scéleris, id est pro perfídia, id est ne quod misericórdia fécimus, appellêtis perfídiam proditiónem & scelus.

ASCEN. ❡ SI uos &c. Quia Antónius superâtus apud Mutinâ in transalpínam Galliam se recœperat, spe coniungendi secum Lépidum, ipse Lépidus hac epístola docet Ciceronem, quid égerit in aduentu Antonii, & ubi aduersus castra fécerit & qualem quantúmq; exércitum habeat Antónius, à quo scribit ad se multos perfugisse. Ordo est. Si uos. S. P. Q. R. ualêtis & líberi uestri, aut per sylepsim uos & líberi uestri, ualêtis benè est, ego quoque uáleo. O patres conscripti ego testor. i. testes cito deos & hómines, qua mente & quo ánimo fúerim semper in rempub. & quàm, id est quantópere, nihil iudicârim, Antíquius, id est chárius & obseruabílius salûte ac libertâte commûni, quod probassem, id est effectu demonstrâssem uobis, nísi fortûna extorsisset, id est ui eripuisset mihi consílium próprium, id est quod meapte natúra & própria sponte secûtus fuissem. Nam exércitus cunctus retínuit suam consuetúdinem in cíuibus conseruandis, & commûni pace, scílicet conseruanda, facta seditióne, id est licèt facta esset sedítio inter ciues tamen mílites mei consuêti concórdiam seruâre, salûti cíuium consúlere, non potuêrunt à me indûci, ut contra conciues pugnârẽt. Et ut dicam uerè, id est fátear quod uerum est ingénuè, exercitus coégit me susc ípere causam salûtis atque incolumitâtis tantæ multitudinis, id est quæ esset tantæ multitúdinis cíuium Ro. In qua re ô Patres conscripti ego oro uos, atq; obsecro, id est ob sacra precor, ut offensiónibus priuâtis omissis, hoc est quibus aliqui uestrûm ab António fortè offensi sunt, & Antónius ab ipsis, consulâtis, id est prospiciâtis & opem ferâtis summæ, id est máximæ & suprêmæ salûti reipub. Est quidem summa hîc substantiuum, sed sicut quando de ratiónibus lóquimur, summa accípitur pro última, quę omnes alias complectitur supputatióne, ita dum dícimus summam reipub. eam rationem intelligâmus in qua tota salus eius continêtur. Neue ponâtis loco scéleris, id est reputêtis uti scelus, misericórdiam nostram & exércitus nostri in dissensiône ciuili, id est qua usi sumus non in hostes externos, sed in conciues licet dissentiêtes, quod si habuerîtis ratiônem, id est respectum salûtis ad dignitâtem ómnium uos consulêtis mélius & uobis & reipub. Data &c.

Ordo

Summa

M.T.CICE-

M. Lepidus Impe. Iter. Ponti. Max.
S.D. Senat. Popu. Ple. Roma. Ep. 39.

SI uos líberique uestri ualêtis, benè est: ego quoque váleo. Deos hóminésque testor patres conscripti, qua mente & quo ánimo semper in rempu. fúerim, & quàm nihil antíquiùs commûni salúte ac libertâte iudicârim. quod uobis breui probassem, nisi mihi fortûna próprium consílium extorsisset. Nam exércitus cunctus consuetúdinem suam in cíuibus obseruandis, commûnique pace, seditióne facta, retínuit, méque tantæ multitúdinis cíuium Romanórum salûtis atque incolumitátis causam suscípere, vt verè dicam, coegit. In qua re ego vos Patres cõscripti oro atque óbsecro, vt priuâtis offensiónibus omísis, summæ reipub. consulâtis: néue misericórdiam nostram, exércitúsque nostri, in ciuili dissensiône scéleris loco ponâtis. Quòd si salûtis ómnium ac dignitâtis ratiônem habueritis, melius & vobis & reipub. consulêtis. Data. III. Calen. Aprilis â Ponte argénteo. 3. Martij) Valête.

❡ Ex epistola. Deos, hominésque obtestor.

❡ Nam exercitus cunctus consuetudinem suam in ciuibus obseruandis, communique pace seditione facta retinuit.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM Familiarium. Lib. XI.

D.Brutus M. Bruto, & C.Casio. S.D.

VO in statu interfecto. C. Iulio Cæsare, in senâtu à D.Bruto, & Cassio & cæteris coniuratis M.Anto. ut Plutarchus author est magistrâtus insignia depósuit, erat enim consul & mutata ueste se occultâuit, deinde ut audiuit illos nemini nocêre, sed globo facto in capitólium se recepisse, egressus è látebris quò confúgerat filium suum ad eos misit in capitólium, ut cum pro óbside tenêrent, & è capitólio descénderent, quo facto ipse C. Cásium in cœna apud se eo die hâbuit, Lépidus uerò Brutum, Postridie frequenti senatu retulit de obliuiône discordiârum déque prouinciis diuidundis, cui quidem summo stúdio assensus est mox uero principâtus cupiditas ab hac sententia illũ deiecit. Nam cum Cæsarem, ut mos erat infúnere prorostris laudâret, animaduertens multitúdinem oratione sua mirabilitèr ductam, admíscuit lasidibus cõmiserationem stímulósque animórum, & in perorando uestem Cæsaris explícuit sánguine fœdâtam & multis in locis gladiis cæsam & laniâtam, & qui ea patrassent ímpios scelestósque uocans, quod Cæ. sanctum re ipsa & colendum uirum interemissent, tantũ furórem multitúdini iniecit, ut corpus Cæ. in foro cremârent subselliis, mensísque undique ad Pyram raptis, accensísque fácibus ad occisórum domos percurrerunt, quibus rebus Brutus cæterique ex urbe migrâunt, ad quos absentes D. Brutus scri. se ex Hircio intellexisse M. Anto. péssima mente esse in omnes qui coniurassent in cædem Cæ. neque eos tutò Romæ esse posse, quia Anto. & mílitum & plebis ánimos oratiône sua uehementèr concitasset, ut scribit Appia. Deinde dicit quid in his difficultâtibus tentâuerit, ostenditque se non impetratûrum ea, quæ petiuit. Itaque suâdet discedendum ex Itália quia uidet futûrum ut hostes iudicentur & diem in quibus máxime spem áliquam habêre posit. Quo in sta. in qua conditione, quasi dicat péssima. Cognóscite, intellígite. Vésperi. dictus est aduerbialiter pósitus. Apud me. domi meæ. Demonstrâuit. expósuit. Qua mente. in nos. Péssima. culpa nocendi nobis.

HVBER.

infidelíssima. Nam se neque mihi prouinciam dare posse aiébat, neque arbitrâri tutò in vrbe esse quenquam nostrûm: adeo esse mílitum concitâtos ánimos & plebis. Quod vtrunque falsum esse, puto vos animaduértere: atque illud esse verum, quod Hírcius demonstrâbat, timêre eum, ne si mediócre auxílium dignitâtis nostræ habuissémus, nullæ partes iis in republi. relinquerentur. Cum in his angustiis versârer, plácitum est mihi vt postulârem legatiônem líberam mihi, réliquísque nostris, vt áliqua causa proficiscendi honesta quæreretûr. Hæc se impetratûrum pollícitus est, nec tamen impetratûrum confído: tanta est hóminum insoléntia, & nostri insectátio: Ac si déderint quod pétimus, tamen paulopost futûrum puto vt hostes iudicêmur, aut aqua & igni nobis interdicâtur.

INFIDELISSIMA, quia primùm promiserat se actûrum de communi concórdia & pace, & tamen póstea irritâuit pópulum. Prouínciam, Gálliam célticam, Itáliæ finítimam, Nostrum. percussórum Cæs. aut qui in eius cædem consénsimus. Tutò, sine periculo. Adeo. tantũ. Concitâtos. cõmótos in nos. Vtrunque, scílicet & quod nõ posit mihi dare prouínciam, quod non ánimi mílitum & plebis sint concitâti contra nos. Animaduértere, intellígere. Illud esse uerũ. subaudi puto uos animaduértere. Demonstrâbat, apertè dicêbat. Eum. Anto. Timêre, id est puto nos intellígere id esse uerũ quod dicêbat Hircius, quod M. Anto. timet, ne si nos retineâmus mediócre auxílium nostræ dignitâtis, ipse & alii, qui eum tuentur, nullas partes hábeant in rempub. Nullæ pa. quia omnes nobiscũ starent & tenêrent à nostra. Iis, Cæsariânis. Angustiis, molestiis, difficultátibus. Versârer, essem. Legatiônem, misiônem in prouínciam, id est ut líberè mitterer in prouínciam. Réliquis nostris, ut Trebonio Asiam, quæ circa Iónium est, Tullio Cimbro in Bithíniam &c. Proficiscendi, discedẽdi. Honesta, ne uideremur fúgere. Pólicitus est. promisit, scílicet Ant. Insoléntia, teméritas, supérbia. Insectátio, persecútio. Nostri id est nostrum, id est tantum persequũtur nos. Quod pe. scílicèt líberam legatiônem. Hostes, Popu. Ro. Aqua & igni, id est mittâmur in exíliũ, ubi etiam aqua & igni prohibeâmur, & ut suprà álio loco diximus dícitur interdíco tibi aquam & ignem, sed interdico te aqua & igni mélius.

Interdico

ASCEN.

VO in statu &c. Interfecto Cæsare, & eodem ab Lépido laudâto, & honorificè à plebe concitâta cremâto. Bru. prófugit, de cuius calamitâte D. Brutus nunc cõqueritur suadétque, ut cum Cásio Itália abeat, quia Anto. eis aduersâtur, & futûrum uidêtur hostes iudicentur. Aperit etiam in quibus spem præcípuam hábeant. Propterea autẽ uidêtur Ciceroniânis inserta epístola cum sit Decii Bruti, ut argumentum appareat, aut quia Tyro uisa est satis luculêter scripta. Ordo autem est. Cognoscite ô Marce Brute & C. Casi in quo statu nos. s. percussóres Cæsaris simus. Hírcius, qui reip. amator paulopost consul futûrus erat, fuit apud me heri uesperi. i. cum esset uesper, & sup. demonstrauit qua mente Ant. s. Marcus, erat sup. in nos scílicet. i. scire licet qua mẽte, quia péssima & infidelíssima. Nam aiêbat se neque posse dare mihi prouínciã, ut. s. ab óculis mílitum abs ím, neque. i. & non, & aiêbat arbitrâri quenquam nostrũ, qui. s. coniurânimus in Cæsarẽ & occídimus eum, esse in urbe. s. Roma, tutò. s. sine períc ulo sup. aiêbat ánimos militũ

Ordo

&plebis esse concitâtos,id est commôtos,adeò,id est intantùm. Quorum utrunque esse falsum puto uos animaduértere,atque illud esse uerum,quod Hírcius demonstrâbat,eum,scilicet Anto.timêre,ne si habuissémus, scilicèt in senâtu,mediocre auxílium dignitatis nostræ.s.habendæ,aut protegendæ, nullæ partes.i.nulla officia relinquerentur iis.s. Cæsaris ultóribus in repub. Cum ego uersârer in his.i. huiúsmodi angustiis plácitum est mihi ut postulârem legatiônem líberam, id est quocunque ire uellêmus, aut líberam,id est sine persecutiône, mihi & reliquis nostris,ut Trebônio,Tullio Cimbro &c.ut áliqua honesta causa proficiscendi,idest discedendi ab urbe quererêtur.i.acquirerêtur nobis . Hírcius pollícitus est impetratûrum hæc.s.postulata mea,nec tamen confido sup.eum impetratûrũ sup.esse. Tanta.i.tam magna est, insoléntia.i. superba & immoderâta cupíditas ulciscendi,hóminum,scilicèt Antonii,& aliôrum per Anto.incitatôrum, & insectâtio, id est persecútio nostri. At.i.sed si.s.Anto.& fautôres eius déderint sup.iam quod pétimus.i.líberam legatiônẽ tamen.i.nihilóminus puto futûrum paulopost,ut iudicêmur hostes.s.Po.Ro.aut sup.ut interdicâtur nobis aqua & igni.i.nequis nobiscum cõmúnicet aut nobis accõmodet usum aquę & ignis sine quibus uita nostra constâre non potest.Nam omnes qui uíuimus uéscimur aura.Et licet áeris usum à némine pétimus, tamen gráuius est aqua & igni interdíci quàm hostem iudicâri , cum etiam hosti aquam & ignem accommodâre soleâmus . Notum est elegantèr dici interdíco tibi aqua & igni &c.

Quid ergo est,inquis,tui consilii?dandus est locus fortunæ,cedendum ex Itália,migrádum Rhodum,aut aliquo terrarum arbitror. Si melior casus fuerit, reuertemur Romam:si mediocris,in exilio viuemus:si pessimus,ad nouissima auxilia descendemus. Succurret fortasse hoc loco alicui vestrum, cur nouissimũ tempus expectemus potius,quàm nũc aliquid moliamur. Quia vbi consistamus non habemus præter Sextum Pompeium & Bassum Cælicium, qui mihi videntur hoc nuntio de Cæsare allato firmiores futuri . satis tempore ad eos accedemus,vbi qui valeant scierimus. Pro Casio & te,si quid me velitis recipere, recipiam . postulat enim hoc Hircius vt faciam. Rogo vos quamprimũ mihi rescribatis . nam non dubito quin his de rebus ante horam quartam Hircius certiorem me sit facturus , quem in locum conuenire possimus:quo me velitis venire,rescribite. Post nouissimum Hirtii sermoné, placitum est mihi postulare vt liceret nobis Romæ esse publico præsidio : quod illos nobis concessuros non puto. magná enim inuidiam iis faciemus . Nihil tamen non postulandum putaui quod æquum esse statuerem. Vale.

HVBER. QVID ergo . interrogatio. Inquis . pro inquies. Dandus lo.abeundum est. Cedendum for. non repugnandum ipsi fortunę,tractum autem à milítibus,qui cédere dicuntur,cum non repugnant. Migrandũ,discedendum. Rhodum,urbẽ Lyciæ sitam in promontorio orientali,de qua dictũ lib.iiii.in epístola ad Marcel. Aliquò ter.i.in áliqua terra , est autem terrârum addítio,sicut nusquam géntium,ubîq; locôrum. Mélior,quam nunc est. Casus , fortûna. Si me.s.casus.i. non ualde malus. Nouíssima. última.i.nihil relinquêmus intentâtũ. Succúrreret,occúrreret in mentẽ ueníret. Alícui ue. uel tibi Bruto , uel Cásio. Tempus nouíssimum.últimum.i.ut tantum differâmus descéndere ad auxília nouíssima. Moliâmur,faciâmus,aggrediâmur. Quia.hæc est rátio,quare expectêtur nouíssimum tempus, pótiùs quàm áliquid in præséntia agâtur, quia dicit ꝙ non habet quibus possit fídere præter Sextum Pompeiũ Pompeii filium,qui erat in Hispánia,& Bassum Cæliũ qui erat in Sýria. Firmiôres.s. constantiôres intuenda rep.& seruanda coniunctiône nostra. Témpore.i.in tẽpore & opportunè. Vbi.postea quàm. Quid uáleât,quid possint. Recípere.spondêre,mea fide promíttere. Vt fáciam,ut recipiam pro te & Cásio. Esse Romæ público præsídio.i. morâri Romæ cum alíquibus nobis à repu.concessis,qui sint ad tutêlam & custodiã nostram. Quod.ut simus Romæ publico præsídio. Illos.Antoniânos, & alios Cæsariânos. Inuídiam.dolôrem. Faciêmus his Cęsariânis. si érimus Ro.público pręsídio,tamen licet etiam non sint concessûri. Nihil non postulandum.i.omne postulandum putaui,quod esset honestum & iustum.

ASCEN. QVID ergo est inquis,sic puto legendũ:quia seorsum ad fratrem nunc lóquitur,consilii tui.i.de consílio tuo aut quod est consílium tuum ò Deci? Respónsio. Dandus est locus.s.furôri,cedendum est fortûnę, migrandum árbitror ex Itália Rhodum, aut aliquò.s. aliò terrarum,si casus.i.euentus fúerit mélior,nos reuertêmus Romã.si casus erit mediôcris, nos uiuêmus in exilio.si possîmus , nos descendêmus ad nouíssima auxilia.s.contra seuítiam inimicôrum,hoc est moritûri in media arma ruêmus. Fortasse hoc loco.i.cũ hæc legêtis, succurret.i.in mentem uéniet alicui uestrum, cur expectemus tempus nouissimũ.s.quo nil amplius possîmus , pótiùs quàm moliâmur nunc áliquid.s.ad nos liberandos ? Respónsio. Quia non habemus ubi consistâmus , præter Sextũ Pompêiũ Pompeii filium, qui erat in Hispánia,& Bassum Cæliũ qui erat in Sýria qui uidentur mihi futûri firmiôres.i.fortiôres in seruanda rep. hoc núncio de Cæsare.i.de cæde Cæsaris allato. Nos accedêmus ad eos satis in témpore,ubi sciérimus quid uáleant si uelítis me recípere quid.i.aliqd hoc est polliceri,& spondêre pro Cásio & te.s. M. Bruto , ad quem præcípuè lóquimur, recipiam.i.spondêbo. Hírcius enim póstulat ut fáciam hoc .i. recípiam áliquid pro uobis. Rogo uos supple , ut rescribâtis quàm primùm , id est ualde citò. Nam non dúbito quin Hírcius factûrus sit me certiôrem de his rebus ante horam quartam.s.

Nicolai Scœlsii Luttarei Barolitani super Cicerõis Epistolarum Familiariũ Lib.xi. additiones.

Ex Epistola.I.Quo in statu simus.

Nam se neque mihi prouinciam dare posse aiebat. Quorum utrunque falsum puto uos animaduertere, atque illud esse uerum. Hæc se impetraturum pollicitus est.Tanta est hominum insolentia,& nostri insectatio ut si dederint,quod petimus.

quartam,scilicet diêi sequentis,hoc est post ortum solis. Rescríbite in quẽ locum possîmus conuenîre,& quo id est ad quem locum uelîtis me uenîre, Plácitum est mihi postulâre.s.ab Hírcio post nouíssimũ sermônẽ Hircii,hoc est cum à me discéderet, ut licêret nobis esse Romæ præsídio público.i.sub custódia & protectiône pública,quod puto illos non concessûros nobis. Nos enim facerêmus iis.s.Cæsariânis magnã inuídiam.i.molestiam & dolôrem,quia graue fúerit eis uidêre público præsídio munîtos, aut inuídiam,id est ódium, quia qui nos libertâtis authôres sine præsídio in urbe esse non posse uidêrẽt,eos óderint. Tamen, ego nihil putâui nõ postulandum quod statúerem esse æquum.i.iustum ut impetrêmus. Vale,aut pótius quia ad duos scribit.

M.Brutus & C.Cassius Præt.Antonio Cons. S. D.

DE tua fide & beneuoléntia in nos,nisi persuâsum esset nobis , nõ cõscripsissêmus hæc tibi.quæ profectò, quũ istum ánimum habes , in óptimam partem accípies. Scríbitur nobis magnam veteranôrum multitúdinem Romam conuenisse iam , & ad Calend. Iúnias futûram multò maiôrem . De te si dubitêmus, aut vereâmur , simus nostri dissímiles. Sed certè cum ipsi in tua potestâte fuerîmus , tuoq; adducti consilio dimiserîmus ex municipiis nostros necessários , neque solùm edicto,sed etiã líteris id fecerîmus: digni sumus,quos hábeas tui consilii partícipes,in ea præsertim re,quæ ad nos pértinet. Quare pétimus à te, fácias nos certiôres tuæ voluntâtis in nos. Putésne nos tutos fore in tanta frequéntia mílitum veteranôrum,quos etiam de reponenda ara cogitare audîmus?quod velle te probâre vix quisquam posse vidêtur,qui nos saluos & honestos velit . Nos ab inítio spectasse ótium,nec quicquam áliud libertâte cõmúni quæsisse , éxitus declârat . Fállere nemo nos potest,nisi tu:quod certè abest à tua virtûte & fide,sed álius nemo facultâtẽ habet decipiẽdi nos. tibi enim vni credídimus, & creditûri sumus. Máximo timôre de nobis afficiuntur amici nostri,quibus etsi tua fides explorâta est,tamen illud in mentem venit, multitúdinem veteranôrũ faciliùs impelli ab aliis quólibet,quàm à te retinêri posse. Rescribas nobis ad ómnia, rogâmꝰ. Nam illud valdè leue est ac nugatórium,

HVBER. DE tua fide.cõcitâtis à M.António ánimis mílitum & plebis,ut suprà dictum est cõtra interfectôres Cæsaris Brutus & Cássius ex urbe cessêrunt , ut céderent iræ: hac igitur epístola blandiuntur M. António,& ostendunt se magnam in eo spem & fidúciam habêre,eúmque orant ut reddat eos certiôres,an tutò Romæ esse possint & excûsant factũ dicentes se tantũ spectasse públicam utilitâtem,& signíficant se dubitâre quare illi mílites & ueterâni congregâti sint Romę. Conscripsissêmus , id est simul ambo scripsissêmus de cõmûni consensu. Istum ánimũ. talem ánimũ,ut nos ames,& sis nobis fidêlis. Conuenisse iam.congregâtũ esse usque ad hunc diem. Simus nostri dissímiles. id est faciemus contra natûrã nostram: non érimus quales existimâmur,& esse debêmus.

ASCEN. DE tua fide &c.Concitâtis à M.Antonio ánimis mílitum in interfectôres Cæsaris , & Bruto ac Cássio urbe egrêssis,consilium iniêrunt sciscitandi per líteras humaniôres quo in se esset ánimo Antónius,itaq; significâtes se summam in eius fide fidúciã habêre,intérrogant certiôres faciat an tuti sint Romæ futûri,apud tot ueterânos mílites.Ordo. Nos non conscripsissêmus hæc tibi,nisi persuâsum esset nobis,de fide & beneuolẽtia tua in nos,quæ.s.scripta nostra,tu profectò,quando.i.quoniam habes istum.i.tam benéuolum ánimum in nos, accípies in óptimam partem. Scríbitur nobis magnam multitúdinem ueteranôrum.s.mílitum,qui sub Cæsare merúerant,conuenisse iam Romã, & futûram multò maiôrem ad,id est círciter Calend.Iúnias. Si nos dubitêmus, aut mereâmur de te,nos simus dissímiles nostri,id est facientes contra natûram nostram,quæ fidêlis est & ómnibus bonis confídit.

HVBER. IPSI nos. In tua potestâte. ut dictum est in argumento præcedentis epistolæ. Adducti. persuâsi moti. Necessários.propinquos, quos causâ tutelæ nostrę cõgregauerâmus. Edicto. mandâto,públicè facto. Literis tuis.quibus nos hortabâris,ut id facerêmus,uel literis nostris,quibꝰ ad eos scripsissêmus,ut discéderẽt. Quos habêbas participes tui cõsilii.i. merêmur ut nobiscum cõmúnices ea,quæ ágere delíberes. In ea re.in salûte nostra,in constitutiône reip. Fore tutos. futûros sine perículo. Frequẽtia.multitúdine. Quos. ueterânos. Reponenda.reficienda,instaurãda. Ara.quę facta fuerat in honôrẽ Cæs.& primũ deiecta,quã nunc dicunt intellexisse ueterânos uelle. Vix quisquã uidêtur posse crédere.i.uix cuiquã est credibile ꝙ tu uelis eam aram repôni,quia sciunt te curâre honorẽ reipu. contra quẽ esset si ara Cæsaris tyranni ponerêtur. Te probâre.tibi placêre. Qui nos saluos & honestos uelit.i.qui salûtẽ & honôrem nostrũ cúpiat. Nihil áliud à libertâte.i.aliud q̃ libertâtẽ,nõ nostrũ,sed omnium. Honesta autẽ est elocútio,quæro nihil aliud ab honôre.i.nihil aliud q̃ honôrem. Ab initio.cum cœpimus consiliũ de interficiendo Cęsare. Quod.s.fállere.Abest.alienum est,remôtũ est. Tibi enim.cui enim plúrimùm crédimus, ab eo fácilè décipi póssumus. De nobis.propter nos. Explorâta.cognita. Impelli.cõmouêri,incitâri.s.contra nos. Ab álio quólibet.i.quouis álio,ut puta Cæsariâno. Retinêri.prohibêri,ne nobis uim ínferant. Leue.uanũ. Nugatórium. ridículũ,fabulôsum. Denunciâtum,ut conuenirent ad urbẽ.Fingêbant enim quidam Cæsariâni mílitibus ueterânis denunciâtum esse ab António ut cõuenirent Romã, quoniam ipse latûrus esset de præmiis eorum, cum reuera eos congregasset aduersus interfectôres Cæsaris, quod nunc se intellígere signíficant Brutus & Cassius. Quietûros . nullum impedimentum factûros. Vidêri cuiquam.existimâri à quoquam. Nimium cúpidi uitę,

Universidad de Deusto Biblioteca

pidi uite, id est nimium curare uitam nostram, quàm malum nostrum est futurum cum pernicie & cõfusione omnium rerum.

ASCEN. ¶ SED certè cum ipsi.i.nos fuerimus in tua potestâte, & nos adducti consilio tuo dimiserimus ex municipiis.i.oppidis Italiæ municipálib⁹, necessários nostros ut familiáres & propinquos cum seruis & clientibus, neq; solũ fecerimus id edicto.i.público mandâto, sed etiam líteris.s. tuis priuâtis nos sumus digni, quos habeas partícipes tui consílii, præsertim in ea re quę pértinet ad nos. Quare pétimus à te sup. ut facias nos certiores uoluntâtis tuæ, in.i.erga nos. Ne.i.an, putes nos fore.i.futuros tutos in tanta frequéntia militũ ueteranórum, quos audiuimus etiam cogitâre de ara reponenda.s.Cæsari, quã tamen Dolabella prohibúerat, quod.s. repónere aram Cæsari, uix quisquã, qui uelit nos saluos & honestos sup. usuere, uidêtur posse crédere te uelle probâre.i.approbâre. Exitus declárat nos spectasse & quæsiuisse ab initio.s. coniuratiõnis ócium.i.pacem cõmũnem, aut uitam priuatâ in ócio, nec quæsisse quicquã aliud à libertâte cõmũni.i.q̃ libertâtẽ cõmunem. Nemo potest fállere nos nisi tu, quia non álteri confidébant, q̃.s. fállere, abest certè à uirtúte & fide tua, sed nemo álius habet facultâtem decipiendi nos. Nos enim crédimus tibi & sumus creditúri. Amici nostri afficiuntur máximo timóre de nobis, quibus.s. amicis nostris, & si.i. quanquã fides.i. fidélitas tua est explorâta, tamen illud uenit in mentem, & multitúdinẽ ueteranórũ posse impelli.s. in nos faciliùs à quólibet álio q̃ retinéri à te. Nos rogámus sup. ut rescribas nobis ómnia. Nam illud est ualdè leue & nugatórium, denunciatũ esse ueteránis.s. ut uéniant in urbẽ, eà re.i. propterea q̃ latúrus esses. s. legem áliquã de cómodis eorum, mẽse Iúnio. s. próximo, quod ádeo nugatóriũ censet, quia superuacáneum ínnuit addens. Quem enim putas futúrum impedimento, cum sit certum de nobis, nos quietúros sup. esse? Nos nõ debémus uidére cuiquam nimium cúpidi uitę, cum nihil possit accídere nobis, scílicèt pernitiósum, sine pernície & confusiõne ómnium rerum. Vale.

HVBER. LITERAS tuas. Cum Bru. & Cásius territi multitúdine ueteranórum ex urbe migrássent, scripsit adeos An. líteras mináces & contumeliósas, quibus appellábat eos homicídas & ꝓditóres, obiiciẽbátq; apertè mortẽ Cæ. pro cuius uindícta eis minabátur. Itaq; ei respondẽt animosè si qui sint uiri líberi, & authóres libertátis, non terréri tálibus minis, hortant autem eum, ut recte cõsulat rebus suis, & meminerit quid acciderit Cæ. qui uoluit uiolẽter dominári. Simílimas. i. tales edicti, quale fuit edictũ, quod in nos fecísti. Contumeliósas plenas cõtumeliis, quia apellas nos parricídas. Mináces. quia dicis te ultúrũ mortem Cæsaris. A te, cõsule. Nobis, prætóribus urbánis. Lacéssimus. prouocamus, incitámus. Ea dignitáte. i. tali dignitáti, quali sumus. i. prętura. Edicto, per edictum tuũ, ut per illud licéret nobis ire quòcunq; uellémus. Id. pétere aliquid à te. Hoc. i. ut doleámus. Ne. i. non. Tribui. s. debet. Bruto & Cásio. q. d. qui non solùm hoc meréamur, sed ómnia máxima: est enim uis magna in nomínibus propriis multo plus q̃ si dixísset nobis. Nam. respónsio ad quandã excusatiõnem An. qui scríperat se nunquã quéstum esse, ꝓ Brutus & Cas. fecíssent delectus, impetrássent, puinciis pecúnias parádas Po. Ro. & ꝓ exércitus solicitássent, & ꝓ núncios transmare misíssent, ut admonérent oẽs de eo ꝓ fecíssent. Dicunt autem se mirâri, ꝓ cum hæc recitáuerit, obiécerit eis mortẽ Cæsaris, sed tamẽ se nihil eorũ scire, quia neq; impetrauérunt pecúniã, neq; fecérunt áliquid ex iis, de quibus díxerat M. Antónius se non esse quæstũ. Eorum. quæ supradicta sunt, de quibus negas te quæstum esse. Obiíceres. improperáres, exprobráres. Cõcórdiæ. non belli. Libertâtis. quid si seruitútis. Per edictũ. tuum. Quorum. armórũ, nobis qui pro libertâte contẽnimus uitam nostrã. Neq; est postulandũ Anto. i. neq; Antónius debet postuláre, aut quérere esse dóminus eorũ, per quos factus est liber, interfecto tyranno, à quo oẽs opprimebantur. Alia. áliæ causæ. Nihil proficerent. nihil mouérẽt nos. Nulla enim sententia, exornátio: est autẽ frustrà quélibet etiá magnæ authoritâtis minâri hoibus líberis, quia non terrentur minis. Impelli. indúci. Quoquã. in áliquam sententiã, quæ sit contra libertâtẽ. Ea re. propter eam causam. Agis. lóqueris. Vt iudícii nostrum. i. ut id quod

ea re denunciâtum esse veteranis, ꝓ de cõmodis eorũ mense Iunio latúr⁹ esses. Quẽ enim impedimento futurũ putas, cũ de nobis certũ sit nos quietúros? Non debémus cuiquã vidêri nimiũ cúpidi vitæ, cum accédere nobis nihil possit sine pernície & confusiõne ómnium rerum. Vale.

M. Brutus & Cassius Præt. M. António Cons. S. P. D. Epist. 37.

ITeras tuas légim⁹ simílimas edicti tui contumeliósas, mináces, minimè dignas, quæ à te nobis mitterẽtur. Nos Antoni te nulla lacéssimus iniúria: neque miratúrum credídimus, si prætóres & ea dignitáte hómines áliquid edicto postulassémus à cónsule. Quòd si indignâris ausos esse id fácere, concede nobis vt doleâmus ne hoc quidem abs te Bruto & Cásio tribui. Nam de delectibus hábitis, & pecuniis impetrâtis, exercítib⁹ solicitâtis, & nunciis trans mare misis quòd te quæstum esse negas, nos quidẽ tibi crédimus óptimo ánimo te feciſſe: sed tamen neque agnóscimus quicquam eórum, & te mirâmur, cùm hæc reticueris, non potuisse cõtinêre iracundiã tuam, quin nobis de morte Cæsaris obiíceres. Illud verò quẽadmodũ ferendũ sit tute cógita: nõ licére Prætóribus concórdiæ ac libertâtis causâ, per edictum de suo iure decédere, quin cõsul arma minêtur. Quorũ fidúciâ nihil est quòd nos términeas. Neq; enim decet aut cõuenit nobis perículo vlli submíttere ánimum nostrum. Neq; est António postulandum vt iis imperet, quorum ópera liber est. Nos si ália hortarentur vt bellum ciuile susci-

uile suscitâre vellẽm⁹, líteræ tuæ nihil proficerent. Nulla enim minantis authóritas apud líberos est. Sed pulchrè intélligis nõ posse nos quodàm impelli: & fortasis ea re minácitèr agis, vt iudícium nostrũ metus videâtur. Nos in hac senténtia sumus, vt te cupiâmus in líbera república magnum atque honestum esse: vocémus te ad nullas inimicítias: sed tamen pluris nostram libertátem, quàm tuam amicítiam æstimẽmus. Tu etiã atque etiam vide, quid suscípias, quid sustinêre possis: neque quamdiù vixerit Cæsar, sed quàm nõ diu regnârit, fac cógites. Deos quæsum⁹ cõsília tua reipu. salutária sint, ac tibi: si minus, vt saluâ atq; honestâ república tibi quam minimùm nóceant optâmus. Pridie Nonas Sextileis. 4 Augusti Vale.

¶ Ex Epistola. Líteras tuas légimus simílimas. Concede nobis, ut non debeâmus, ne hoc quidem abs te Bruto, & Cásio tribui. Quin consul arma minẽtur. iudicio & certa sententia nostra fácimus, uideâmur fácere metu. Nos. dicunt se optâre honórem M. Anto. dummodò cíuitas sit líbera, sed si uelit fácere aliquid cõtra libertâtem se pluris fácere libertâtẽ quàm eius amicítiam. Honestum. honorâtum. Vocémus. ut uocemus. i. inuitémus, adducâmus. Sustinêre. tueri, defendere. Neque quamdiù. pulchérrimum documentum ut intelligâtur uiolentum impérium diuturnum esse non posse. Quamdiù, quia módicum tempus & uix triénnium. Salutária. utilia. Si minus. scílicèt fuerint salutária. Quàm mini. admodum paruum. Nóceant. ne fortasse áccidat tibi, quod Cæsari.

¶ LITERAS &c. Respónderat Anto. superbè líteris Bruti & Cassii, qui nunc etiam animòse rescribunt se uerè líberos & libertâtis authóres nec cum sint prętóres ab eo contenendos, præcantúrq; ei mentem bonam. Ordo est. Nos légimus líteras tuas simílimas edicti tui cõtumelióſas, minâces minimè dignas, quæ mitterentur nobis à te. O Antóni, nos nulla. i. non ulla lacéssimus. i. iniurioſè prouocáuim⁹ te ulla iniúria, neque credídimus sup. te miratúrũ si nos prætóres & hómines ea dignitáte qua. s. nos sumus, postulassémus áliquid à cónsule edicto. i. pública postulatiõne, quod si indignâris nos ausos esse fácere, id concede nobis, ut doleâmus, ne quidem. i. non saltem, hoc, scílicèt edicto áliquid postulâre, tribui abs te Bruto & Cássio. Nam quòd negas te esse quæstum. i. feciſſe querélã de delectibus, hábitis. s. à nobis. i. de acquisitiõne militũ & de pecuniis impetrâtis, scílicèt à cíuibus ad stipẽdia mílitum, & de nunciis missis. s. à nobis trans mare. nos quidem crédimus tibi te feciſſe óptimo ánimo, ueriſsimílius tamen est péssimo ánimo feciſſe: nam qui iniustè quenquã calumniâtur, solet sic dícere, nõ queror aut nihil dico, de delectibus hábitis &c. sed tamen neque agnóscimus, id est fatémur feciſſe quicquã eórum, & mirâmur te cum reticúeris hæc, id est nihil quéstus sis de his potuisse continêre iracúndiam tuam, quin obiíceres nobis de morte, id est de cæde Cæsaris. Verò. id est sed, tute, ideſt tuipse cógita quemádmodũ illud sit ferendũ non licéret. i. quod dixisti non licére prætóribus decédere per edictũ de suo iure cáusâ concórdię ac libertâtis, quandò consul minẽtur. i. tu consul minêris arma, quorũ. s. armórum fidúciâ nihil est ꝓ términas nos. Neq; enim decet. i. decens est, aut cónuenit nobis, submíttere, id est subiícere animũ nostrum ulli perículo. Neq; est postulandum Antonio, id est Antonius nõ debet postuláre, ut ipse imperet his, quorum ópera liber est. Si ália hortarẽtur nos ut uellémus suscitâre, id est excitâre bellum ciuile, líteræ tuæ, scílicèt tam minâces nihil proficerent. Enim. id est quia, authóritas minantis apud líberos debet esse nulla, id est nullíus momenti. Sed tu intélligis pulchrè. i. euidenter nos non posse impelli quòquã, & fortasis tu agis minácitèr ea re. i. propter eam rem, ut iudícium nostrũ uideâtur metus. i. ut quod certo iudicio fácimus, metu fácere uideâmur. Nos sumus in hac senténtia, ut cupiâmus te esse etiam repub. líbera, magnum atque honestũ, id est est decorâtũ honóribus, & supple ut uocémus, id est prouocémus te ad nullas inimicítias, sed tamen æstimẽmus pluris libertâtẽ nostram, quàm amicítiam tuam. Tu uide. id est consýdera, etiam atque etiam, id est iterum atque iterum, quid suscípias, scílicèt faciendum, quod possis sustinêre, id est ut dicunt portâre & efficere, neque fac cógites quãdiu uixerit Cæsar, sed q̃ non diu. i. q̃ parum regnârit. Nos quæsumus deos sup. ut consília tua sint salutária reipu. atque tibi. Sin minus. i. si non, sup. sint salutária tibi, nos optâmus ut ipsa, saluâ & honestâ. i. honorífica rep. noceãt tibi q̃ minimùm, id est ualde parùm, Prídie Nonas Sextiles. id est eius mensis qui nunc Augustus dícitur. Vale.

D. Brutus Impera. M. T. C. S. P. D. Epist. 38.

SI de tua in me volũtate dubitârem, multis à te verbis péterem vt dignitátem meã tuerêre. sed profectò est ita vt mihi persuâsi, me tibi esse curæ. Progressus sum ad transalpínos cum exércitu, non tam nomen imperatórium captans, quàm cúpiens milítib⁹ satisfácere, firmósq; eos, tuẽdas ad nostras res effícere, qd̃ mihi vídeor cõsecútus. Nam & libertâtem nostrã, & ánimũ sunt experti. cum oĩm bellicosíssimis bellũ

HVBER. SI de tua. D. Brutus, ut in décimo libro díximus, anteq̃ Mutinę obsessus sit, in Galliam transalpínam, ut ipse nunc scribit, se recéperat, ubi cum prósperè egísset, bréuitèr à Cicerõne petit, ut Romæ dignitátem eius tueátur, & sentẽtia sua eum ádiuuet cõtra Cæsariânos, qui eum criminabantur, ꝓ Cæsarẽ interfecíssent. Transalpínos ad Gallos, qui trãsalpis incolunt. Captans. querens nomen imperatóriũ. i. ut noiaretur imperátor. Satisfácere milítib⁹, fácere qd̃ uellent mílites, qui me poscẽbant imperatórẽ. Firmos, fortes, intrépidos. Quod, ut sint fortes ad tuẽdas res nostras. Vídeor cõsecútus, uídeor effeciſſe. Bellicosíssimis ómniũ, cum pugnacíssimis, & in bello fortíssimis. Vastáui, dirúpi & euérti. Non sine causa, post magnas & præclaras uictórias. Tua senténtia, sentiendo & benè dicendo de nobis. Inseruíeris. i. beneficium præstíteris. Cómmuni cõmodo, pro quo ego laboro, adiuuando igitur me adiuuábis cõmunem utilitátem.

Universidad de Deusto Biblioteca

geſsi: multa caſtella cepi: multa vaſtâui. Non ſine cauſa ad ſenatū líteras miſi. Adiuua nos tua ſententia.quod cum fácies,ex magna parte commûni commodo inſeruíeris. Vale.

ASCEN. SI de tua &c. Brutus antequàm Mutînæ obſidebâtur,ſe in Gálliam tranſalpînam, ad Italos ſpectantem, contúlerat, unde ad Cicerônem ſcribens,ſuam dignitâtem ab eo confîdit defenſum iri.Ordo eſt. Si dubitârem de uoluntâte.i.beneuoléntia tua in me.i.erga me, ego péterem à te multis uerbis ut tuerêre.i.defénderes & protégeres dignitâtē meam. Sed profectò eſt.i. res ſe habet ita,ut.i.quòd perſuâſi mihi me eſſe tibi curæ. Ego progreſſus ſum ad tranſalpînos.ſ. pópulos cum exércitu non tam captans.i.affectans nomen imperatórium quàm cúpiens ſatiſfácere milítibus & efficere eos firmos ad tuendas res noſtras. Quod.id eſt quā rem ego uídeor mihi conſecûtus,id eſt obtinuiſſe. Nam ſup. mílites ſunt experti, id eſt re ipſa cognouêrunt &, id eſt ſimul,libertâtem noſtram,qua mílites multùm deuinciuntur imperatôri,& ánimum,id eſt aut beneuoléntiam noſtram in ſe, ſed ſic concíderet cum libertâte, aut ígitur propóſitum & quo ánimo bellum ſuſcéperim, ſed potiſsimùm ánimum,id eſt animoſitâtem, quia ſéquitur, geſsi bellum cum pópulis bellicoſsimis ómniū, cepi multa caſtella,uaſtâui multa,miſi líteras ad ſenâtum non ſine cauſa. Adiuua nos ſenténtia tua,quod cum fácies,inſeruíeris commûni cómmodo ex,id eſt pro magna parte, Vale.

hortatoria.

M.T.C.D.Bruto Impera. S. D. *EP. 39*

LVpus familiâris noſter cum à te veniſſet, cúmque Romæ quoſdam dies commorarêtur, ego erā in iis locis,in quib⁹ máximè tutò me eſſe arbitrâbar. Eo factum eſt, vt ad te Lupus ſine meis líteris redîret, cum tamen curâſſet tuas ad me perferendas. Romam autē veni ad v.Id.Decemb. nec hábui quicquam antíquius, quàm vt Panſam ſtatim conuenîrem,ex quo ea de te cognôui, quæ máximè optâbā. Quare hortatiône tu quidem non eges, ſi ne in illa quidem re, quæ à te geſta eſt poſt hóminum memóriā máxima, hortatôrem deſideraſti. Illud tamen breuitèr ſignificandum vidêtur, Pop.Ro. ómnia à te expectâre, atque in te aliquandò recuperandæ libertâtis omnem ſpem pónere. Tu ſi dies noctéſque memíneris (quod te fácere certò ſcio) quantam rem géſſeris, non obliuíſcêre profectò quantæ tibi etiam nunc gerendæ ſint. Si enim iſte prouínciam nactus erit,cui quidē ego ſemper amîcus fui antequā illum intellêxi nōmodo apertè, ſed etiam libentèr cum rep. bellum gérere: ſpem réliquam nullam vídeo ſalûtis. Quamobrèm te óbſecro iiſdē précibus,quibus S.P.Q.R.vt in perpetuū rép. dominâtu regio líberes: vt principiis conſéntiant éxitus. Tuum eſt hoc munus, tuæ partes:à te hoc cíuitas, vel omnes pótiùs gentes non expectāt ſolùm, ſed etiam

poſtulant:

HVBER. LVpus familiâris.Excûſat ſe primùm Cic. quare nō reſcrípſerit Bruto per Lupum, qui eius ad ſe líteras attúlerat. Deinde hortâtur Brutum, ut iactis tam máximis fundamentis libertâtis interfecto tyrāno perfíciat & réliqua, ut oppreſſo M.Anto.líberet rempub. dominâtu regio, ut finis factôrum ſuorum reſpōdeat princípio.Poſtremò pollicêtur ei ómnia, quæ ad eius laudem & glóriam pertíneant, quem ſibi eſſe carum dicit & reipubl. cauſâ, cuius ille eſt defenſor & quòd ei fauet,& eius dignitâtem amplificâri cupit.Lupus. nomen uiri utriuſque familiaris & amici. Tutò. ſine perículo,áberat autem ab urbe Cice.ut ex ſequéntibus cognóſcitur,cum dicit ſe ueniſſe Romā ad quintum Idus Decembris. Eo.propter id,quia áberam ab urbe. Hortâbar.ſcilicèt ut fáceres. Sine m.illa quidem re árguit à maiôri ad minus:eſt autem ſenſus.Tu non eges hortatiône,quia nec in illa re, quæ erat máxima expectaſti hortatiônem,ſed ſponte tua feciſti. Si quia: affirmatiônem enim ſignificat. In illa re. in interficiendo Cæſarem. Poſt hóminum memóriā.poſtquam hómines poſſunt meminiſſe: quia nullus méminit tantam unquam rem factam eſſe. Significandum.inueniendum. Quod.ſcilicet meminiſſe. Quantam rem.interfecto Cæſa.féceris. Gerendæ.ut & réliqui tollantur, qui rempúblicam parant opprímere. Iſte.inuidiôſum pronomen, & ad contemptum póſitum:ſignificat autem Antónium. Prouínciam. Gálliam Cælticam,quam ſibi petêbat. Spem nullam.réliquam ſpem nullam nobis relictam, & in futûrum eſſe. Exitus. opprimendo M. Anto. qui áppetit tyránnidem. Principiis. ſicut interfeciſti Cæſarem. Munus.onus, offícium. Vel pótiùs. corréctio. Omnes gentes. non ſolùm Italiæ, ſed etiam cuiuſcunque natiônis. Ea.hortatiône. Plúribus.ſcilicèt uerbis. Quod meum eſt.quod ad me pértinet. Tibi fáueam.tui ſim ſtudiôſus & amâtor. Óptimis conſiliis, defendens libertâtem.Ordo eſt.Quamobrē uelim tibi perſuádeas me defutûrum nullo loco tuis óptimis conſiliis amplitúdini & glóriæ cum cauſâ reipublicæ tum quòd tibi ipſi fáueam.

ASCEN. LVPVS &c. Excûſat ſe primùm Cice.quare non reſcripſit Bruto per Lupum, qui líteras eius ad ſe attúlerat,dicens ſe Romæ non fuiſſe: deinde hortâtur Brutum ut iactis tam magnis fundamentis libertâtis réliqua perfíciat,Antónium opprimendo qui ſolus libertâti obſtet, pollicêtúrque ſe ómnia pro eius dignitâte factûrum. Ordo eſt.Lupus familiâris noſter cùm ueniſſet à te,& cum commorarêtur Romę quoſdam,id eſt áliquot certos dies:ego eram in his locis,in quibus arbitrâbar me eſſe máximè.i.pcípuè, tutò.i.ſine perículo. Eo.i.per id factum eſt,ut Lupus redîret ad te ſine líteris meis cū tamē curaſſet tuas.ſ.líteras perferen-

poſtulant:quanquam cùm hortatiône nō égeas,vt ſuprà ſcripſi, non vtar ea plúribus verbis: fáciam illud quod meum eſt, vt tibi ómnia mea offícia,ſtúdia,curas,cogitatiōes pollícear, quæ ad tuam laudem & glóriam pertinêbunt.quamobrem velim tibi ita perſuádeas, me cum reipúbli. cauſa, quæ mihi vitâ meâ eſt chárior:tum quòd tibi ipſi fáueam, tuamque dignitâtē amplificâri velim tuis óptimis conſiliis, amplitúdini, glóriæ, nullo loco defutûrum. Vale.

Ex Epiſtola. Lupus familiâris noſter.

Ex quo ea de te cognôui, quæ máximè hortâbar. Me tuis óptimis conſilius,amplitúdini,glóriæ, nullo loco,nulloque tempore defutûrum.

das.i.ut perferantur ad me. Autem.i.ſed. ego ueni Romam ad quitum Idus Decembris,nec hábui quicquam antíquiùs.i.cháriùs,eo ꝙ antiquíſſimos habêre ſolêmus,quàm ut conuenîrem.i.collocandi gratiâ adîrē ſtatim Pāſam.ſ.cónſulē, ex quo cognôui de te ea,quæ optâbam máximè. Quare tu quidem nō eges hortatiône ſi néquidem.i.non ſaltèm deſideraſti hortatôrem in illa.ſ.in cæde tyranni útpotè Cæſaris, quæ geſta eſt à te máxima.Poſt memóriam hóminum. Tamē.i.nihilóminùs illud uidêtur ſignificādum bréuitèr Pop.Ro.expectâre à te ómnia, atque pónere.i.collocâre in te omnem ſpem libertâtis recuperandæ aliquandò.i.tandem. Si tu memíneris dies & noctes.i.per totum tempus cōtínuum, quod ſcio te fácere,quantam rem géſſeris profectò.i.reuerà,non obliuiſcêre.i.obliuiſcêris quantæ.ſ.res,ſint tibi gerendæ etiam nùnc.i.adhùc. Si enim iſte.ſ.Antonius homo contemptíbilis, cui quidē ego fui ſemper amîcus, antequàm intellêxi bellum gérere cum rep.i.contra remp.eam pugnando non modò apertè.i.manifeſtè,ſed etiam libentèr nactus fúerit prouínciam.ſ.Gallicânam nullam.i.non ullam, non uídeo ullam ſpem ſalûtis.ſ.réliquam.i.relictam. Quāobrem óbſecro te iiſdem précibus,quibus ſenâtus pópulusque Roma.ut líberes rempub.in perpetuū dominâtu régio.i.tyránnide,ut éxitus.i.fines conſéntiant.i.concordent principiis, quibus.ſ.unum regem ſuſtuliſti. Hoc eſt munus tuum,hę ſup.ſunt partes tuæ.i.offícia tibi à rep.i.aſſignâta.cíuitas.ſ.Româna uel pótiùs omnes gentes.i.natiônes mundi,non expectant ſolùm.i.duntaxât hoc à te,ſed etiam póſtulant.i.quaſi débitum éxigunt.Quanquam cum non égeas hortatiône,ut ſcripſi ſuprà.i.paulo antè hac epiſtola: non utar ea.ſ.hortatiône plúribus uerbis. Fáciam illud quod eſt meum.i.officii mei.Non legi ubi mea díxerit cum uerbo eſt,ut pollícear tibi ómnia offícia mea,ſtúdia.ſ.ómnia,curas omnes,cogitatiônes ſup.omnes,quæ pertinêbant ad láudem & ad glóriam tuam. Quamobrèm uelim,ſup.ut perſuádeas tibi ita, me nullo loco defuturū.i.omni loco auxílio futûrum tuis óptimis conſiliis,& ſupple amplitúdini glóriæ tuæ,tùm.i.páritèr cauſâ reipub.tùm.i.páritèr ꝙ fáueam tibi ipſi,& uelim dignitâtem tuam amplificâri. Vale.

9.Dec. *Pansa.*

responsoria ad commendatoriam.

M.T.C.D Bruto Impe.

S. P. D. *Epist. 40*

LVpus noſter cùm Romam VI.die Mutîna veniſſet,poſtrídiè me manè conuênit, tuaque mihi mandâta diligentiſſimè expóſuit,& líteras réddidit. Quòd mihi tuam dignitâtē commendas, eodem témpore exiſtimo te mihi meam dignitâtem commendâre: quam mehérculè non hábeo tua chariôrem: Quare mihi gratíſsimum fácies, ſi explorâtum habêbis, tuis laúdibus nullo loco nec conſilium, nec ſtúdium meum defutûrum.Cum Tribb.pl. edixiſſent, ſenâtus adeſſet ad XIII. Calend.Ian. habêrentꝗ in ánimo de præſídio COSS. deſig.referre: quanquam ſtatúeram in ſenâtum ante Calend.Ian.non venîre,tamen cum eo die ipſo edictum tuum propóſitum eſſet, nefas eſſe duxi aut ita habêri ſenâtum, vt de tuis diuînis in rempub.

HVBER. LVpus noſter. Cum Brutus líteris ſuis per Lupum miſsis commendaſſet dignitâtem ſuam Cicerôni, reſpondet Cícero,ſe exiſtimaſſe non Bruti, ſed ſuam própriam dignitâtem ſibi commendâtam fuiſſe, affirmatq; ſe eius laúdibus nullo loco defutûrum.Deinde dicit ſe eius cauſâ iuiſſe in ſenâtum citiùs ꝙ propoſúerat,ibique defendiſſe acérrimè dignitâtem Bruti:maſle autem ut ab aliis ꝙ à ſeipſo intélligat quæ de eo díxerit,hoc autem affirmat ſe ſummo ſtúdio defenſûrum quæcunque ad eius dignitâtem pertinêbunt: quod & ſi cognoſcit multos álios factûros,tamen dicit ſe uelle eſſe primum in ea re. Sexto die.i.ſex diêbus poſtquam Mutîna diſceſſit. Poſtrídiè.póſtero die,ꝙ uenit. Mandâta,quæ uerbis ei commíſeras. Eodem témpore, ſimul & ſemel. Quam.meam. Explorâtum habe.certíſsimum tenêbis. Edixiſſent,feciſſent edictum & decretum,ut ſenâtus conuenîret. Referre.propónere. De præſídio cónſulum deſignatôrum.ut licêret cōſúlibus deſignâtis habêre præſídium mílitum ad tutêlam ſuam,ne interficerentur à Cæſariânis,qui eos perſequebantur: erant autē Conſ.Deſi.Cn.Plan.& D.Bru.qui ut uiſum eſt in prima epiſtola huius.xi.lib.poſtuláuerat, ut licêret interfectóribus Cæſaris eſſe Romæ cum præſídio. Edictum.i.de te,uel quod propoſúerat de præſídio. Vt ſi.ut nemo díceret de immortâlibus tuis in rempub. beneficiis. Quod factum eſſet. quia nemo dixit de tuis méritis præter me. Aut etiam me non adeſſe, ſubaudi nefas eſſe dixi. Eſſet animaduerſum.intellectum me ueniſſe in ſenâtum. Frequentíſsimi.omnes. Líteris aliorum. ne uídear obiícere tibi offícium meum ſi commemoráuerim, quæ te díxerim. Cum multis, qui ſunt parâti ad idem faciendum. Principâtum huius rei.i.tamen uelim tibi perſuâ-

consules designati.

deas

deas me uelle esse in hac re principem.i.primum ómnium.

ASCEN. ¶ Lupus &c. Respondens Bruti epistolæ dicit sibi Bruti dignitâtem non minus q̃ suam esse commendâtam ac charam: dicitque eius causã iuisse in senâtum & ibi dignitâtẽ eius acérrimè defendisse, quod ex aliis pótiùs quàm ex se illum díscere uelit, pollicéturque se ómnia, quæ ad eum pertinẽbunt, pro uirili sua defensúrum. Ordo est. Lupus noster cùm uenissẽt Romam Mutina.i.ab urbe in Itália non longè à Rhégio, sexto die.i.spátio sex diérum, conuénit me.i.ad me postridie.i.die qui próxime secútus est manè. & exposuit mihi diligentissimè mandâta tua, & réddidit líteras, quod ut erat in líteris, tu commendas mihi dignitátem tuam. Ego exístimo te cõmendâre mihi meam dignitátem eodẽ témpore, hoc est quasi eâdem operâ, quam.s. dignitátem meam non hábeo chariórem tua.i.quàm tuam, mehércule.i.ita prosequente ut uerum dico. Quare tu fácies mihi gratíssimum si habẽbis explorâtum.i.omnino certũ nullo loco nec consílium meũ nec stúdium meũ defutúrum tuis laúdibus. Cum tribũni ple. edixíssent .i.denunciássent públicè sup. ut senâtus adesset, ad. xiiii. Calend. Ianuárias, & habérent in ánimo referre .i.consúlere senâtum. De præsídio consulum desígnatórum.i.quod præsídiũ illis addicerẽtur statúeram, q̃q̃ non uenire in senâtum ante Cal. Ianuárias, tùm cum edictum tuum esset propósitum ego ipso die, duxi.i.exístimâui nefas esse, aut senâtum habéri, ita ut silerẽtur de tuis diuínis méritis in rempu. quod factum esset.i.si ita dícere líceat, sílitum aut tácitum fuíssẽt de te, nísi ego uenissem, aut etiam me non adesse si quid dicerẽtur honorífice de te. Itaque ego ueni manè in senâtũ quod cùm esset animaduersum, senatóres frequentíssimi conuenérunt. Sed sup. ego malo te cognóscere líteris aliórũ.s.q̃ meis, ea, quæ égerim de te in senâtu, & quæ díxerim in conciône.i.congregatióne hóminum máxima. Ego uelim sup. ut persuádeas tibi illud, me susceptúrum sup. esse, & defensúrum semper summo stúdio, ómnia, quæ pertinẽbunt ad augendum dignitâtem tuam, quæ est amplíssima per se.i.absque alicuius suffrágio. Quod quanquàm intélligo me esse factũrum cum multis, tamen áppetam.i.conábor habére principâtum.i.primum locum huius rei.i.in hac re. Vale.

Ordo ¶

19. decẽb.

Sileo cum Supino.

¶ Ex Epístola. Lupus noster cum Romam.

¶ Quid mihi tuam dignitátem commendas?

mèritis silerẽtur (quod factum esset, nisi ego uenissem) aut etiam siquid de te honorificè diceretur, me non adesse. Itaque in senâtum ueni manè: quod cum esset animaduersum, frequentíssimi senatóres conuenérunt. Quæ de te in senâtu égerim, quæ in conciône máxima díxerim, aliórum te líteris malo cognóscere. Illud tibi persuádeas uelim, me ómnia, quæ ad tuam dignitátem augendam pertinẽbunt, quæ est per se amplíssima, summo semper stúdio susceptúrum & defensúrum: quod quanquam intélligo me cum multis esse factúrum, tamen áppetam huius rei principâtum. Vale.

Scribatur.

HVBER. CVm adhibuisset.cũ in domo Cic. multi ex amícis Bruti congregâti essent ut consultârent quid à Bruto agendum esset, scribit Cice. Brutum posse intellígere sententiam suam ex M. Seio, qui ómnibus rebus intérfuit. illud autem suâdet, ut inconseruãda libertâte & salúte Po. Ro. non expectet authoritâtem & iussa senâtus, sed ipse fáciat quod putâbit & iudicâbit esse faciendũ, quia satis intellígitur senâtus iussísse, cum habet uoluntâtem, sed non audet ob áliquem metum iubére, postrêmò ostendit omnino perseuerandum esse Bruto ad defendendam libertâtem cum iam bis id incéperit, à quo incœpto nõ potest bonus ciuis sine infámia desístere. Adhibuisset. adiunxisset, aggregasset. Sententia iudícium de eo quid sit agendum. Subsecútus est, successit statim, post Seius discessit. Caput, summũ princípium. Percípere, intellígere. Vt ne. ordo est, ut ne expectes authoritâtem senâtus in libertâte conseruanda. Autoritâtem. sententiam senatusconsultum. Nondum líberi.s.senâtus.i. qui adhùc non est in libertâte, ut aúdeat decérnere quid tibi sit agendum. Ne & tuum, subaudi uelim. Ne damnes tuum fa.i. pœniteat te & putes me malè fecísse quòd Cæ.interféceris. Nullo pu. sed tuo. Quo. ob quam rem, quia tuo consílio & non públicо usus es. Clárior, illústrior, quia si públicо consílio id fecísses, esset tua laus cum multis communicanda.

Et adolescentem, subaudi uelim, ne iúdices Cæsarem adolescentem. Témerè fecísse.i. imprudenter.

Tantam causam, defendendæ reipu. Priuãto suo. non committente ei senâtu. Dénique, subáudi uelim ne iúdices. Hómines rústicos. homines imperítos & timídos, quales solent esse rústici. Sed uiros

M.T.C. Bruto Impe. S.P.D. Epis. 41

CVM adhibuisset domi meæ Lupus me, & Libônem, & Séruium consobrínum tuum, quæ mea fúerit sententia, cognosse te ex M. Seio árbitror, qui nostro sermóni intérfuit. Réliqua, quanquam statim Seiũ Græcêius est subsecũtus, tamen ex Græcêio póteris cognóscere. Caput autem est hoc, quod te diligentíssimè percípere & memínisse volam: ut ne in libertâte & salúte P.R. conseruanda autoritâtem Senâtus expectes nondum líberi, ne & tuum factum condemnes (nullo enim públicо cósilio rempu. liberauísti, quo etiam & res illa maior & clárior) & adolescentem uel púerum pótiùs Cæsarem iúdices témerè fecísse, qui tantam causam públicam priuâto consílio susceperit: dénique hómines rústicos, sed fortíssimos uiros ciuesque óptimos demẽteis fuísse iúdices, prímum mílites veterânos commilitónes tuos, deinde legiônem Mártiam, legiónem IIII. quæ suum GOS. hostem iudicauêrunt seq̃ ad salútẽ reip. defendẽdã cõtulêrunt. Voluntas Senâtus pro autoritâte habêri debet, cùm authóritas impedítur metu. Postrêmò susceptа tibi causa iam bis est, ut non sit íntegrum. primùm Id. Mart. deinde próximè exércitu nouo, & copiis comparâtis. Quamobrèm ad ómnia ita parâtus & animâtus debes esse, non ut nihil fácias, nisi iussus: sed ut ea geras, quæ ab ómnibus summa cum admiratióne laudentur. Vale.

¶ Ex Epistola. Cum adhibuisset domi.

¶ Cũ adhibuisset domi meæ Lupus me & Libônẽ.

fortíssimos. benè uiros dixit contra hómines, quia ad uirtûtem refertur. Fortíssimos, máximi ánimi, contra quod dixit rústicos. Fuísse dementes, sed pótiùs sapientes. Commilitónes, qui tecum militauêrunt sub Cæsare in Gállia primùm, subáudi ne iúdices dementes fuísse. Suum consúlem M. Anto. qui erat consul cum Cæ. est interfectus. Voluntas, intẽtio. Pro au. pro decreto. Métui, timóre alicuius, nè aúdeat ea dícere & decérnere quæ sentit & uellet fíeri, sicut tunc propter Anto. timórem, non aúdeat senâtus dícere quod uolébat. Causã, tuendæ reipubli.

Vt nõ sit.i.ut iam non líceat tibi desístere, si uelis, nõ sit ámpliùs in potestâte tua omíttere causam bis susceptam. Primùm, susceptа est tibi causa. Idibus Martiis, quo die Cæ. interfecísti. Próximè. nuperrimè. Exércitu nouo. à te collecto. Animâtus. inflammâtus. Ita non ut nihil fácias nisi iussus.i. non ita ut nihil fácias, nisi quod iússerit senât⁹, sed ita debes esse animâtus. Vt ea geras: s. iudício tuo. Cum summa admiratióne. quia sint & súbitò & óptimè facta: tália enim solent esse admirationi.

¶ CVM adhibuisset & c. Cum multi ex amícis Bruti domi Cice. consultârent quid Bruto agendum esset intérerat Marcus Seius, é quo dicit Brutum posse ómnia intellígere. Monet autem ut pergat nec expectet autoritâtem & iussa senâtus, qui satis iussísse uisus est cum se uelle significâret, licet ob metum palàm non audêret. Ordo est. Cum Lupus adhibuisset. s. ad consultatiónem aggregâsset domi meæ me & Libónem & Séruium consobrínum tuum, ego árbitror te cognóscere ex Cn. Seio, qui intérfuit sermóni nostro, quæ fúerit sententia mea & tu póteris cognóscere réliqua ex Græcêio, quàmquam Græcêius sub sequutus est statim Seium. autem.i.sed caput.i. principâlis conclúsio: est hoc.i. huiúsmodi, quod uelim te percípere & memínisse diligentíssime. Vt ne.i. expectes autoritâtem senâtus nondùm líberi in libertâte & salúte Po. Ro. conseruanda, ne.i. simul, condemnes factum tuum: nullo enim consílio públicо liberásti rempu. quo.i. per quod, res illa. s. quam egésti, est sup. etiam máior & clárior. i. illústrior q̃ si alterius autoritâte eam suscepísses, & iúdices Cæsarem. s. Octáuium adulescentem uel pótiùs púerum, fecísse témerè. i. inconsyderâtè, qui susceperit tãtam causam públicam. s. quantam perégerat. Dénique tu iúdices. s. ich hómines rústicos, sed uiros fortíssimos & ciues óptimos, primùm mílites ueterânos commilitónes, tuos, deindè legiônem Mártiam, legiónem quartam, quæ indicauêrunt, Suum consúlem. s. Antónium, hostem. s. Po. Ro: & contulêrunt se ad salútem reip. defendendam, hos inquam omnes iúdices fuísse dementes. Sed non est ita iudicandum, quia uoluntas senâtus debet habêri pro autoritâte cùm autóritas. i. pública approbátio impedítur metu. Postrêmò. i. quod último loco dico, causa est susceptа tibi. i. à te iam bis ut non sit. s. tibi, íntegrum. i. mere líberum utrùm pergas an desístas, quia necesse est pérgere. Primùm sup. susceptа tibi, Idibus Martiis, quibus Cæsarem occidísti, deindè próxime exércitu nouo & copiis comparâtis. Quamobrem tu debes esse parâtus atque animâtus ad omnia ita, non ut fácias nihil nisi iussus, sed ut geras ea, quæ laudentur ab omnibus cum summa admiratióne. Vale.

Ordo ¶

Mors scilicet Saris=

Scribatur.

M.T.C.D. Bruto Impe. S.P.D. Epis. 42

HVBER. CO témpore. Quo témpore Bruto máximis núribus per Antónium opprimebátur Mutinæ, ostendit Cícero Brutũ magnæ curæ esse senâtui non solùm propter salútem públicã, sed etiam propter dignitâtem ipsius Bruti, quem dicit esse omnibus ciuibus charíssimum, in quo máximam hábeant spem perpétuæ libertâtis: monet autẽ eum, quid sciat in Itália, & petit se ab eo certiórem fieri quid & ipse & Hyrcius & Octáuius agant. Postrêmò pollicêtur se nulla re defutúrum eius diginitâti. Polla tua. s. uxor. Cum. i. quo. s. témpore. Suspensa. adhùc incerta & dúbia. Legatórũ, q̃ missi fúerat ab Antonio obsidióne desísteret. Nihil dùm, p nihil: nã dũ adiectio est sicut ades dum, uel certè nihil: dum pro nõdum more Græco nam & μέλλντω & μέλω pro nondũ dícitur apud Græcos. Confídunt, certíssimum habent sine dubitatiône credunt. Vt. sicut. Rege. Cæ. erat autem régium nomen apud Romanos inuidiósum, unde ad fugiendum inuídiam Cæs. imperâtor quàm rex appellâri maluit. Regno, dominâtu quorundam. Delectus, qui ut suprà díximus ex diuersis locis electis fit, sed quóniam omnes & non quidam se offerébant ad libertâtem, ídeò correxit dicens, si hic delectus appellãdus, cùm pótiùs sit appellanda

Polla

Nihil dũ Dum

CO témpore Polla tua misit, ut ad te siquid vellem darẽ literárũ, cũ quid scríberem, non habêbã. Omnia. n. erant suspẽsa ppter expectatiónẽ legatórũ, qui quid egissent, nihil dùm nuntiabâtur. Hæc tamen scribenda exístimâui: Primùm, S.P.Q.R. de te laborâre, non solùm salútis suæ cáusâ, sed étiam dignitâtis tuæ. Admirábilis enim est quædam tui nóminis cháritas, amorque in te singulâris ómnium cíuium. Ita enim sperant, atque consi-

Vltrò landa commûnis ómnium consprátio. Vltrò,sponte,non inuîti. Relictum est,superest.

ASCEN. EO tempore & cætera. Quo témpore Mar.Anton.máximis uíribus opprimêbat Mutînam scripsit ad Brutum Cice. dicens eius salûtem máxime curæ êsse senátui,omnique pópulo, cũ spõte sua nómina darent,& ad militiam scriberentur pro liberando eôdem, & per eum rẽp.subleuandâ à regno, ut liberâta erat à rege. Ordo est.Polla tua.s.uxor misit ad me,ut si quid literárum uellem sup.ad te, darem. Sunt qui legant dare,quómodò subaudiendum essẽt aliud uerbum quale essẽt, ut sup.admonêret aut sciret & cætera eo témpore,cum.i.quo,non habêbam quid scríberem. Ómnia enim erant suspensa propter expectatiônem legatórum,qui missi fúerant ad Anto.ut dessísteret ab obsidióne, qui.s.legáti quid egissent.s.apud Anton.nihil dum.i.nihil adhùc nunciabátur. Ego tamen exístimâui hæc scribenda. S.P.Q.Ro. laborâre de te non solùm causâ salûtis tuæ,sed etiam dignitátis tuæ. Enim.i.quia,Cháritas quædam nóminis tui est admirábilis, & amor ómnium ciuium est in te singulâris. Ipsi enim sperant atque confídunt ita te ut ánteà.s. liberásti remp. rege.i.tyrãno,ita te liberatûrum sup.esse hoc témpore remp.regno,hoc est,nullus deincèps se regem profitêri audeat. Delectus.conscríptio militum,qui de multis légitur,habêtur Romæ & in tota Itália,si hîc.i.huiúsmodi conscríptio est appellandus delectus, cum omnes se offerunt ultrò.

Delectus hîc

* P.V.C. IOS I autem hoc témpore. Qui dum liber ederêtur purgâri non pótuit locus, quomodo restítui debêret in castigatiónibus nostris perscriptum est: quem tamen nonnulli uidêri uolunt ope se aliórum librórum castigásse, cum pusilla tantum in re, ac fortásse sine causa,à me dissêntiant, témporis causa sæpe etiam Cicero dixit,ut ad Q. Fratrem cclxx.Si témporis causa constituerentur,leuis. Et in Verrem,cii.Fingi à me totum témporis causa putatôte.

HVBER. IOTANTVS ardor.admiratiuè ut,Tantæ molis erat Românam condere gentem. Diúturnæ.longe.Hírtius.consul qui erat in castris Cæsa. Octa. Societâte uictóriæ.quia simul éritis uictóres.

ASCEN. IOTANTVS ardor occupâuit.i.inuâsit ánimos hóminum desydério libertâtis,& ódio seruitútis diútinæ. Nos debêmus expectâre à te líteras de réliquis reb?,quid scílicèt ipse,id est tu agas,quid Hírtius noster supple agat,quid Cæsar meus, scílicèt singulâris amícus:dicit meus, quia propter interfectum Cæsarẽ,à quo hæres scriptus erat,& filii loco hábitus non audet cum Bruto dícere amícum,supple agat,quos spero breui témpore fore copulâtos tecum societâte uictóriæ. Réliquum est,ut scribam id de me,qđ ego & spero & malo te cognóscere ex líteris tuórum neque deesse, neque defutûrum ulla in re dignitâti tuæ. Fac váleas.

HVBER. PAnsa.Fuso & superâto Anton.apud Mutînam non sine clade & uúlnere uictórum,quia in eo prélio præter multos mílites interiêrunt etiam cónsules Hírti? & Pansa.hortâtur Brutus Cicerônem,ut prouideat ne cæde cónsulum hostes uires accípere possint,dicitq; qd ipse sit factûrus,& quid séntiat de Lépido Polliône & Planco, nam de Planco se benè sperâre dicit,cùm de aliis duóbus & præcípuè de Lépido dúbitet. Amisso.interempto. Detrimenti. damni. Non præterit te,scis. Inimíci.Antoniâni. Consúlibus. Hírtio & Pansa. Sublâtis interemptis.

Conualéscere ualidióres fíeri. Confestim. státim.

Vtrunq;.quod séquitur.s.ne aut Ventídius ela.i.effúgiat,ut Antênor pótuit mediis elapsus Achíuis. erat enim Ventídius Anto.amicíssimus. Præstatûrũ effectûrum. Ventosíssimum. uanissimum mendacíssimum,& leuíssimum. Reintegrâre. renouâre.

Ventídius

Prospícere.prouidêre, & eum puto coniunctum íri cum Anto.Nunquam re.fa.quia uidêret inclinâri ad Anto. Persuasíssimum.certíssimum. Confirmêtis.ut perseuêret tuenda libertâte,ut ante cœpit.Traiécerit.transmíserit. Præsídium,mílites qui seruant ipsas alpes. Rhegii.quæ urbs est non procul à Mutina.

Rhegium

ASCEN. PAnsa & cætera.Fuso Anto.apud Mutînam. Nõ sine clade eorum,qui uicêrunt quia Hírtius & Pansa cónsules in eo conflictu cecíderant, hortâtur Bru. Cice. ut prospíciat ne per necem cónsulum hostis uires augeantur.dicitque quid ipse sit facturus,& quid séntiat de Lépido,Polliône, & Planc. Ordo est. Non præterit te.i.sciéntiam tuam non fugit,hoc est benè sîs,quantum detrimenti respu.accéperit Pansa.s.cónsule amisso,quia occíso, nũc oportet sup.ut prospícias authoritâte & prudéntia,ne inimíci nostri sperent se posse conualéscere.i.fieri ualidióres,consúlibus.s.Pansa & Hírtio sublâtis.s.de médio uiuéntium. Ego dabo óperam ne Anto.posit consístere.i.sedem fígere in Itália,sequar enim confestim,hoc est cum festinatiône,ego spero me præstatûrum, id est effectûrum utrunque,ne aut Ventídius elabátur, aut Anto.qui iam elapsus erat morétur in Itália(néutrum tamen préstitit.) In primis rogo te sup.ut mittas ad Lepi.hóminem uentosíssimum.i.leuíssimum & inconstantíssimum, ne posit reintegrâre nobis bellum, Anto.coniuncto sibi,id autem éuênit. Nam ego puto te prospícere de Asínio Polliône,qui proconsul in Hispaniis erat,quid sit factûrus.

Ordo

Bene s.

Multæ & bonæ & firmæ legiônes sunt,legiônes Lépi.& Asínii. Neque scribo id tibi idcircò, ꝙ sciam te non animaduértere éadem,sed ꝙ persuasíssimum est.i.omninò créditum mihi,Lepi.nunquam factûrũ rectè.i.pro repu. Si id fortè dúbium est uobis de hoc scílicèt Lépi.confirmêtis oro Plancum,quem spero non defutûrum reipubli.Ant.pulso,ita autem simulâuit se factûrum(sed nihil boni effecit.) Sed si Anto.traiécerit Alpes,ego constítui.i.propósui,collocâre in alpibus præsídium.i.mílitum custódiam,qui tránsitum prohíbeant, & fácere te certiórem de omni re. Quæ ferè tota contra constitútum bonórum éuênit. Nam Lepi.& Anto. etiam Cæsárem in partes suas traxêrũt, & simul triumuirâtum iniuêrunt. Ex castris regiis:i.quæ sunt Regii.quod óppidum est non longè à Mutîna,dictum Régium Lepi. Vale.

D. Brutus. M.T.C. S.P.D.EP.41

conquestora.

MOn mihi rempu. plùs debêre árbitror, quàm me tibi.gratiórem me esse in te posse,quàm isti peruersi sint in me, explorâtum habes. Si autem hoc témpore ab his uideâtur dici causâ simulatiónis, mallem mehércule tuum iudícium, quàm ex áltera parte ómnium istórum.

NOn mihi & cætera.Dicit se plúrimùm debêre Cicerôni à quo grauíssimè defensus erat. Ostendit etiã in quanto perículo sit respu. & quid moliâtur Antónius, cuius inceptis fácile obsístere potuísset si Cæsarem Octáuium adiutórem habuísset,quod & senátui indicâri petit, & in quanta sit pecúniæ penúria. Ordo est.Non árbitror rempub.debêre mihi plus q̃ me tibi,tu habes explorâtum.i.perspectum & cognitũ,me posse esse, uidélicèt si liberè in ciuitâte líbera uíuere possem,gratiórem.i.magis mémorem beneficii in te,quam isti peruersi, qui.s.obliterâtam rempub. pro qua immortáles mihi grátias debent, ut hostem pátriæ persequuntur,sint in.i.erga me. Autẽ.i.sed,si uideâtur hoc témpore.s.adhùc dúbio & incerto de éxitu belli dici.s.sententia honesta de me, ab his scílicèt peruersis,causâ simulatiónis.i.ut simulent se amícos reipubli.ego me hercúlè. Mallem.i.pluris æstimem.iudícium tuum scílicèt solíus de me, quàm supple iudícia ómnium istórum.s.peruersórum ex áltera parte.s.si iudícium tuum ponâtur ex una parte quasi bilancis,& iudícia ómnium peruersórum in áltera parte, ego pluris fáciam iudícium tuum solíus quàm ómnium istórũ, etiam si causâ simulatiónis pro me iúdicent.

ASCEN.

Ordo

Tu enim á certo sensu & vero iúdicas de nobis:quod isti ne fáciant, summa maleuoléntia & liuóre impediuntur. Interpellent me, quo minùs honorâtus sim, dum

IOTV enim.ratio. A certo.s.ex certa & uera sententia & ex cognitióne rerum. Quod.s.iudicâre ex certo sensu. Maleuoléntia.ódio in me. Liuóre.inuídia. Interpellent. impédiant.q.d.nihil quæro mea causâ,sed ómnia causâ reipúb. Quam pótero bre.i. quanto breuiôri sermône pótero. Obitus.mors. Cónsulum,Hirtii & Pansæ,qui Mutinensi prælio interiêrunt.

HVBER.

On mihi M.Anton.ut sæpe suprà dí- HVBER.
ximus, postquam superât? est apud Mutînam, semper quæsiuit secum Plan.& præcípuè cum Lépi.coniúngere. Itaq; cum Romæ agerêtur de dignitâte Bru.multique ei aduersarentur. Primùm ostendit Bru.se malle defensórem suum solum Cice.q̃ omnes álios. Deinde ostendit quanto perículo sit respu.expónitque quid fécerit Ant.post fugam suam ex Mutina,cui dicit potuísse obsísti, si Cæsar Octa.noluísset ei parére, que ómnia dicit, ut à Cice.diligentèr exponantur in senátu. Postrèmò dicit ad quam difficilem pecúniã sit redactus.Rempu.debêre mihi, propter assíduam curam meam erga eam & propter immortále beneficium, quod ei præstíti,cum meo perículo eam ex tyránnide liberâui. Quam me tibi.s.árbitror debêre. Peruersi.iniqui,malo ánimo. Dici causa.s.mea.i. uideâtur esse agendum de me uel. Si.i.quanuis. Mea con.u.dum uideâtur defendi & agi. Ab iis.s.peruersis ciuibus,qui non sunt in me ualdè grati omnium istórum.s.iudícium.

ASCEN.

Ordo

HVBER.

terierunt. Vacuitas.locus cõsulum uacuus, quærebant enim multi substitui in eorum locum,ut supra uidimus de Plãco & Octauio. Quæ pos.con.lite.i.possint scribi quia reliqua potiùs sunt tacenda q̃ scribenda. Cui.q.d.amicissimo & fidelissimo. Ex fuga.post Mutinense prælium. Paruula ma. exigua multitudine. Ergastula.seruos,qui ergastulis erãt, posuit autem locum pro ipsis seruis. Soluendo.liberando uinculis & seruitute. Hùc.ad supradicta. Trans appenninum.s.montem omnem in longum tendens Italiam in partes duas diuidit, à dextra inferum.i.Tuscum mare spectans, à sinistra uerò superũ, quod hadriaticum uocant,in siculum usque fretum progreditur,capitur autem initium, ut uoluit Strabo à Genua sicut alpes à sabbatiis, inter Genuam uerò & sabbatios ducenta ac sexagita stadia intersunt.

Ergastula

Sabbatia uada

Ad uada.quæ Sabbatia (strabone teste) nuncupantur,quidam dicunt hodiè appellari portum uadorũ apud Saonam,quæ Sabbatia dicta est. Ad Lépidum. qui tenebat Galliam Narbonẽsem, ut sæpe diximus.

Dercursionibus. subitis & improuisis suasionibus. Si Cæ.audisset me, si paruisset mihi Cæs.Octauianus. Angustias.difficultates. Conficeretur. cõsumaretur. Exercitui suo.s.potest imperari. Ad me.ad honorem & rem meam. Hæc.ordo est. Timeo quemádmodùm hæc possint explicari.s.ut debent,& ut sunt uera. Impediantur.à peruersis & maleuolis uiris. Alere.uictu sustentare,pascere. Cum accessi.dicit quantum dettimẽtum rerum suarum fecerit, quia cùm incepit liberare rempu.habebat supra quadraginta milia sestertiorum, nunc autem dicit Brutus se nihil liberum habere in re familiari sua sed etiam accepisse mutuò omnibus amicis suis pro se fideiussione obligatis. Tantum abest.i, tantum non est uerum. Liberum.sine obligatione. Vt obstrinxerim.obligauerim. Aere alieno.debitis,pecunia mutuo accepta sub eorum fideiussione. Septenum numerum leg.i.septem legiones,quæ continebant supra quadraginta milia militum. Varronis. qui illis temporibus fuerat ditissimus. Exploratum. certum, quod consilium sit captũrus rebus suis.

ASCEN. TV enim iudicas de nobis à sensu certo, & uero .i.non ficto nec pro tempore assumpto, quod isti.s. peruersi impediuntur,ne faciant.i.impediunt facere, non quia illis iusta causa desit,sed summa. Maleuolentia & liuore.s.summo.i.tetra inuidentia,quæ hominem liuidum facit, hoc est plumbei coloris qualis fit ex morsu nõ aperta cute,aut ex congressu uiolento, unde Tibullus. Tum succos herbasque dedi, quis liuor abiret, Quem facit impresso mutua dente Venus,Et Iuue.Vuaque conspecta liuorem ducit ab uua. Interpellent.i.innuo aut concedo ut interpellent.i.disturbent & impediant me, quominùs .i.ut non sim honoratus, dum ne.i.non interpellent .i.impediant quominùs.i.ut non respub.non possit administrari commodè à me. Quæ.s.resp.in quanto sit periculo ego exponam.i.declarabo,q̃.i.quantum potero breuissimè. Primum omnium non fugit te, .i.scientiam tuam,hoc est benè scis quantam perturbationem omnium rerum urbanarum,hoc est urbis Romæ,quæ per excellentiam dicitur urbs, obitus.i. interitus & cædes consulum.s.Pansæ & Hirtii in bello occisorum,adferat.s.modò, est enim præsentis cõiunctiui non futuri optatiui, & quantã cupiditatem nouitas.s.statuũ & gubernatorum iniiciat .i.quam cupidi & auidi sint homines,ut semper fuerũt innouandarum rerum,iniecta.s.spe per mortem consulũ.

Et sup.aut de qua re. Ego arbitror me scripsisse satis multa,quæ possunt commendari.i. tutò credi line interpellent quo minùs respu.à me cõmode administrari possit. Quæ quanto sit in periculo, quàm potero breuissimè exponam. Primum omnium quãtam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus Consulum, quantamque cupiditatem hominibus iniiciat uacuitas, non te fugit. Satis me multa scripsisse, quæ literis commendari possint, arbitror. Scio enim cui scribam. Reuertor nunc ad Antonium,qui ex fuga cùm paruulam manũ peditum haberet inermium,ergastula soluendo,omneque genus hominum arripiendo,satis magnum numerum uidetur effecisse. Hùc accessit manus Vetidii, quæ trans Appenninum itinere facto difficilimo, ad Vada peruenit, atque ibi se cum Antonio coniunxit. Est numerus veteranorum & armatorum satis frequẽs cũ Ventidio. Consilia Antonii hæc sint necesse est: aut ad Lépidũ ut se cõferat, si recipitur aut Appennino Alpibusque se teneat, & decursionibus per equites, quos habet multos, vastet ea loca,in quæ occurrerit: aut rursus se in Etruriã referat, quòd ea pars Italiæ sine exercitu est. Quòd si me Cæsar audisset, atque Appenninum transisset,in tantas angustias Antonium compulissem,vt inopia potiùs,quàm ferro conficeretur. Sed neque Cæsari imperari potest, nec Cæsar exercitui suo, qd vtrunque pessimum est. Cũ hæc talia sint, quo minùs quod ad me pertinebit,homines interpellent,vt suprà scripsi, non impedio. Hæc quemádmodũ explicari possint,aut à te cum explicabuntur,ne impediatur,timeo. Alere iam milites non possum. Cũ ad remp. liberandã accessi, H S mihi fuit pecuniæ C C C C. amplius. Tãtum abest, vt meæ rei familiaris liberum sit quicquam, vt omneis iã meos amicos ære alieno obstrixerim. Septem numerũ nunc legionum alo: qua difficultate, tu arbitrare. Non si Varronis thesauros haberem, subsistere sumptui possem. Cum primum de Antonio exploratum habuero, faciam te certiorem. Tu me amabis ita, si hoc idem me in te facere senseris. III. Non. Mai. ex castris Derthona. Vale

Ex Epistola. Non mihi rempub.

Si tan hoc tẽpore is uideatur dici causa malle me tuum iudicium,q̃ ex altera parte omnium istorum. Quantamque cupiditatem hominibus iniiciat sua charitas.aliter ciuitas. Qui ex fuga, cum paruulam manum militum,peditumque haberet inermium. Et decursionibus per equites,quos habet multos, uastet ea loca,in quæ ipse incurrerit. Septenarum numerum legionum alo. Non si Varonis thesauros haberem,subsistere sumptui possem.

teris. Scio enim cui scribam quia amatori reipu. & homini sapientissimo. Reuertor nunc ad Antonium, qui cum haberet paruulam manum militum inermium ex fuga.s.collectorum, uidetur effecisse satis magnum numerum.s.militum, soluendo.i.aperiendo ergastula.i.seruos ipsos,qui in ergastulis ligati tenebantur ad faciendum opus dominis suis, & arripiendo omne genus hominum, ut sunt latrones, siccarii, exules, patricidæ,qui solùm uertẽrunt & similes. Hùc.i.ad hoc malum,aut ad hanc uim militum,accessit.i.addita est manus.i.exercitus Ventidii, quæ.s.manus itinere difficilimo facto trans Appenninum.s.montem,qui Italiam dirimit à Ligustico mari in adriaticum ferè protensus,peruenit Vada.s.Sabbatia nunc quidam portum Vadorum ad Saonam dici uolũt, atq; coniunxit se ibi cum Antonio. Numerus ueteranorum & armatorum.s.militum cum primis paucos armatos habuisset est satis frequens.s.in exercitu Antonii post aduentum Ventidii. Necesse est ut consilia Antonii cum Ventidio sint hæc.aut ut.s.Antonius conferat se ad Lepidum si recipitur.s.à Lepido aut teneat se Appennino.s.monte & alpibus,hoc est in Ligvria inter Appenninum & alpes,& uastet ea loca,quæ incurrerit decursionibus per equites,quos habet multos,aut referat se rursus in Hetruriam, quod ea pars Italiæ est sine exercitu,quod.i.quam rem si Cæsar.s.Octauius,audisset me,atque transisset in Apenninum precluserus.s.iter Ventidio,ipse compulisset Antonium in tantas angustias,ut conficeretur.i. consumeretur & periret potius inopia.s.commeatus q̃ ferro. Sed neque potest.s.à me,aut quoquam imperari Cæsari, nec Cæsar sup.potest imperare suo exercitui quod utrunque est pessimum. Cum hæc sint talia.i.tam periculosa non impedio.i.nõ obsto ut scripsi suprà quo.i.ut, homines minus.i.non interpellent.i.disturbent quod pertinebit ad me.i.ad honorem meum. Ego timeo.s.non inueniri, aut timeo pro dubito,sicut dubito pro timeo interdum accipitur quemádmodùm hæc.s.quæ impendent mala possint explicari.i.absolui,aut ne impediantur cum.i. quando explicabuntur à te. Ego non possum iam alere milites quia pecuniæ defecerunt. Cum.i.qñ accessi ad rẽp. liberandã,fuit mihi amplius quatuor millibus sestertium ,p sestertiorũ,quod si non dicitur, dicere tñ licet, quia sestertius reperitur,sit ordo sestertiũ fuit mihi amplius quatuor millibus. Tantũ abest sup.nũc ut quicq̃ rei meæ familiaris sit liberũ.i.non obligatũ ære alieno,ut obstrinxerim, iam omnes amicos meos ære alieno.i. debito quo se pro me obligauerunt. Ego alo numerum septenum legionum.i.legiones septem numero, in quibus sunt ultra quadraginta millia militum. Arbitrare tu.i.existima,qua difficultate. q.d.nimirum máxima. Ego non possem sustinere sũptus.i.impendia, si haberem thesauros Varronis,hominis ditissimi. Ego faciam te certiorem cum primum habuero sup. aliquid exploratũ de Antonio. Tu amabis me si senseris sup.me facere hoc idem in te, Datũ sup.aut scriptum Derthonæ,alii habent Derthona subaudiendo è,ex castris .I I I. Nonas Maias.

D. Brutus. Imper. & Cons.

Def. M.T.C. S. D. EPIS. 49.

quinto die Nisi HVBER.

EOdem exemplo à te mi literæ redditæ sunt, quo pueri mei attulerunt. Tantum me tibi debere existimo, quantum persoluere difficile est. Scripsi tibi quæ hîc gererentur: in itinere est Antonius, ad Lepidum proficiscitur: ne de Plancone quidem spem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderũt. In quibus quos ad Asinium, quos ad Lepidum, quos ad Plancum mitteret, scribebat. Ego tamen non hábui ambiguum, & statim ad Plancum misi, & biduo ab Allobrogib⁹, & totius Galliæ Legatos expecto, quos confirmatos domum remittam. Tu, quæ istic opus erunt administrari, prospicies, vt ex tua voluntate, reique publicæ commodo fiant. Maleuolentiæ hominum in me, si poteris, occurres: si nõ poteris, hoc consolabere, quòd me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt. Prid. Non. Mai. ex castris, finib⁹ Statiellensiũ.

EOdem Cum Anto.post cladem Mutinensem Alpes uersus fugisset, scribit Brutus se dubitare de Lepido, & Planco, ne cum eo cõiungantur, quia miserat Anto. ad eos nuncios occultè, sicut Bru. se cognouisse dicit ex quibusdam scriptis Anto. quæ ad eius manus peruenerunt, dicit tamen se expectare & ex Allobrogibus, & ex omni Gallia legatos, quos sperat remissũrum domum confirmatos. Postremo orat Ciceronẽ, ut eum Romę defendat. Quo,scilicet exemplo. Pueri.serui. Persoluere.satisfacere. Ex libellis. codicillis literis. Eius.Antonii. Inciderunt in me. casu quodam uenerunt ad manus meas. In quibus.libellis. Quos,scilicet nuncios secretos. Asinium. Pollionem, qui præerat Hispaniæ, ut supra libro decimo. Non hábui ambiguũ. non posui in dubio, sed statim credidi. Misi.s.nomine meo nuncium. Biduo.intra duos dies. Ab Allobrogibus.populis,qui statim occurrunt superatis Alpibus, de quibus lib.x. Et totius Galliæ.s. legatos. Confirmatos. bene persuasos,ad defendẽdam libertatem Romanam ne faueant Antoni. Istic. Romæ. Administrari. geri. Prospicies.prouidebis. Occurres.resistes. Hoc. hac re. Consolabere.s.te Deterrere.remouere ab officio & defensione libertatis. Contumeliis.iniuriis. ASCEN.

EOdem &c. Ex Alpibus scribens Brutus dicens se dubitare de Lepido & Planco ne cum Ant. coniungantur, quia miserat ad eos nuncios occultè, dicit se expectare Allobrogas, & petit à Ci.

defendi.

Ordo

defendi. Ordo est. Literæ sunt rédditæ mihi à te.s.missę,eodẽ exemplo.i.eâdem forma scribendi & eode argumẽto,quo pueri mei.i.serui,attulerũt.i.annunciauerũt mihi uerbis, hoc est id quod pueri mihi annunciauerant de te,perspexi in literis tuis,quæ fuerunt consonæ uerbis eorum,& ideo. Ego existimo.i.iudico,me debere tibi tantùm, quantùm difficile sit persoluere. Scripsi tibi quæ gerentur hic. Antonius est in ftinere,proficiscitur ad Lepidum,ne quidem.i.non etiam aut saltem abiecit spem de Planco.s.in partes suas uocando,ut animaduerti ex libellis.i.epistolis eius,qui inciderunt in me.i.in manus meas aut meorum. In quibus.s.libellis scribebat,quos.s.nuncios, aut solicitatores mitteret ad Asinium.s.Pollionẽ in Hispaniam,quos mitteret ad Lepidum,quos ad Plancum. Ego tamen non habui ambiguum.i.dubium, & misi statim ad Plancum,& expecto biduo.i.intra biduum,legatos ab Allobrogibus populis Galliæ inter Alpes & Rhodanum, & legatos totius Galliæ,quos.s.legatos,ubi uenerint,ego mittam domum.s.suam, confirmatos.s.in fide reipub. Romanæ,si prospicies,quæ opus erunt administrari istic.i.Romæ,ut fiant ex uoluntate tua, & cõmodo reip.

Tu occurres.i.resistes, si poteris maleuolentiæhominum in me,si non poteris consolabere sup.te, hoc,in hac re,ꝙ ipsi maleuoli nullis contumeliis possunt deterrere mede statu meo. Vale & c.

HVBER. TRes uno die. Cum scripsisset Brutus Cice.& Græcẽius coram retulisset, Mar. Anto.ita fugisse ex prælio Mutinensi,ut aduersus eũ non posset sine periculo pugnari,Cice.qui credebat eum penitus fractum, dicit nunc uideri sibi eum fugisse, sed potiùs mutasse locum ad bellum gerendum.Itaque dicit multos queri de Bruto, quod eum statim non persequutus sit antequàm permitteret eum uires recipere,quod iam est opinio hominum, quod si usus esset celeritate in persequendo,facilè potuisset eum opprimere quam querelam dicit esse ex ingratitudine. Sed tamen hortatur eum, ne det alicui iustam de se querelę causam. Pleniores.longiores. Restinctum,sopitum, penitus amotum. Inflamatum incensum ut augeatur & benè restinctũ & inflamatũ dixit,quia ut sæpius diximus,cõparatur bellum incendio. Nactus sit.acceperit. Illa.quæ tamẽ hùc feciſti. Fracto animo.debilitato & sine ulla spe. De Græ.i.à Græcẽio,amabant enim antiqui frequenter ponere de pro a. Confligi,certari pugna.Locum. aptiorem sibi cum esset Mutinæ. Fracti.s.cecidẽrũt animo. Queruntur de te & exercitu tuo. Opprimi. Anto. Populi cuiuslibet generaliter,unde est

Prouerbium. uerbium. Beneficia,quæ in populum conferuntur, in nullum conferuntur. Hoc.hic mos. Nostri.Romani. Abuti liber.esse nimium liberum & ingratũ contra rationem in malè dicendo & malè faciendo ei,per quem libertatem consecutus sit,de multis talibus exemplis lege Vale.Maxi. in capitulo de ingratis. Sit, pro erit. Confecerit. Quam uim ha. quod pondus,sic enim supra scripsit ad Planc.id probans authoritate Hora.qui solum Vlyxem euertorẽ

ASCEN. Troiæ appellauit. Apertius.pluribus uerbis.

TRES & c.Cum intellexisset Cice.quas uires haberet Mar. An.dicit eum non fugisse, sed locum mutasse uideri, itaque Brutũ, quod eum non sit statim persecutus,monet,caueat dare iustam querelæ causã,

Ordo Ordo.est Ego accepi à te tres epistolas uno die,unà breuem, quam dederas.s.perferendam Flacco Volumnio. Duas pleniores.i.Pleniùs rem declarantes, quia prolixiores. Quarum.s.duarum, tabellarius Titi Vibii attulit alteram, Lupus misit ad me alterã. Bellum uidetur ex literis tuis.i.ut sonant literæ tuæ, & oratione Græcei.i.secundum ꝙ Græcẽius locutus est,non modò non restinctum,sed etiam inflammatum. Non dubito autem quin perspicias pro singulari prudentia tua,si Antonius nactus sit.i.adquisierit aliquid firmitatis,omnia illa præclara merita tua in rempu.esse uentura ad nihilum, quia nunc uideris tãtùm peccasse,quantùm priùs demeruisse.Enim.i.quia nunciatum erat Romam ita, persuasum erat omnibus ita,Antoniũ fugisse animo fracto.i.habens animum fractum,cum paucis.s.militibus,inermib⁹, & sup.perterritis metu. Qui.s.Antonius, si habet se ita ut nõ possit confligi.i.conflictus fieri,hoc est pugnari cum eo sine periculo, quemadmodum audiebam de,id est ex uel à Græcẽio.ille,scilicèt Antonius, non uidetur mihi fugisse de Mutina, sed mutasse locum gerendi belli.Itaquè,id est & ita homines,hoc est ciues Romani,alii,id est aliqui sunt fracti, scilicet animo.i.desperantes de uictoria. nonnulli queruntur.i. conqueruntur etiam quòd non sitis persequuti eos.s. fugientes,tantisper dum erat trepidi & inermes. Ipsi sup. existimant eos potuisse opprimi.i.ui expugnari & occidi,si celeritas.s.persequendi eos esset adhibita. Callidè quod ipse opinatur,ne Brutum lædat,dicit alios opinari,uerũtamèn fieri potuit,ut alii opinarẽtur.Hoc.s.quod dicet uidelicèt abuti libertate.i.nimis libere loqui, potissimũ.i.præcipuè in eo uidelicèt in te,per quẽ cõsecutus sit eam.s. libertatẽ,Est oino.s.propriũ populi,& maxime nostri i.nobis fauetis.Sed tũ.i.tametsi fortè populus id iniquè fecerit,tñ,quidendũ sit,nequa iusta querela possit esse. Res.i.negociũ hoc,habet sic se,sup.ut is cõfecerit.i.finierit bellũ,qui oppresserit Antonium. Quam uim.i.efficaciã,habeat hoc.s.consiliũ aut dictum,malo te existimare.i.iudicare quã me scribere apertius. Vale.

M.T.C. D.Bruto.Impe. S. D. Ep. 46

Reis uno die à te accepi epistolas: unam breuem, quam Flacco Volumnio dederas: duas pleniores, quarum alteram tabellarius T.Vibii attulit,alteram ad me misit Lupus. Ex tuis literis,& ex Græcei oratione, non modò non restinctum bellum, sed etiam inflammatum uidetur. Non dubito autem pro tua singulari prudentia, quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia tua illa præclara in rempu. merita ad nihilum esse uentura. Ita enim Romã erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis,perterritis metu,fracto animo,fugisse Antonium. Qui si ita se habet,ut(quemadmodùm audiebam de Græcẽio)cõfligi cum eo sine periculo nõ possit:nõ ille mihi fugisse à Mutina videtur,sed locum belli gerendi mutasse. Itaque homines alii facti sunt:nonnulli etiã queruntur, quòd persecuti nõ sitis:opprimi potuisse,si celeritas adhibita esset,existimant. Omnino est hoc populi,maximè ꝙ nostri,in eo potissimum abuti libertate,per quem eam consecutus sit. Sed tamẽ prouidendum sit,ne quæ iusta querela esse possit. Res se sic habet. Is bellum confecerit,qui Antonium oppresserit. Hoc quã uim habeat,te existimare malo,quàm me apertius scribere.

Ex Epistola. Treis uno die.

Treis uno die à te accepi epistolas, unã breuem, quã Flacco Volumnio dederas,duas pleniores, quarum alteram ad me misit Lupus. Opprimi potuisset, si celeritas adhibita esse existimatur. Quacunque ut ergastula soluit,homines abripuit. Et se iam Vetidius coniuxisset. Hora nona ante præsidium meũ Pollentiam ille uenit, quam Trebellius cum equitibus obtinebat.

bam de,id est ex uel à Græcẽio.ille,scilicèt Antonius, non uidetur mihi fugisse de Mutina, sed mutasse locum gerendi belli.Itaquè,id est & ita homines,hoc est ciues Romani,alii,id est aliqui sunt fracti, scilicet animo.i.desperantes de uictoria. nonnulli queruntur.i. conqueruntur etiam quòd non sitis persequuti eos.s. fugientes,tantisper dum erat trepidi & inermes. Ipsi sup. existimant eos potuisse opprimi.i.ui expugnari & occidi,si celeritas.s.persequendi eos esset adhibita. Callidè quod ipse opinatur,ne Brutum lædat,dicit alios opinari,uerũtamèn fieri potuit,ut alii opinarẽtur.Hoc.s.quod dicet uidelicèt abuti libertate.i.nimis libere loqui, potissimũ.i.præcipuè in eo uidelicèt in te,per quẽ cõsecutus sit eam.s. libertatẽ,Est oino.s.propriũ populi,& maximè nostri i.nobis fauetis.Sed tũ.i.tametsi fortè populus id iniquè fecerit,tñ,quidendũ sit,nequa iusta querela possit esse. Res.i.negociũ hoc,habet sic se,sup.ut is cõfecerit.i.finierit bellũ,qui oppresserit Antonium. Quam uim.i.efficaciã,habeat hoc.s.consiliũ aut dictum,malo te existimare.i.iudicare quã me scribere apertius. Vale.

D. Brutus Impera. Cons. Desig. S. P. M. Ciceroni. Ep. 47.

IAM non ago tibi grátias. Cùm enim re vix referre possum, huic verbis non pátitur res satisfieri. Attendere te volo quæ in mánibus sunt: qua enim prudéntia es,nihil te fúgiet,si meas líteras diligenter légeris. Sequi confestim Antónium his de causis (Cícero) non pótui,eram sine equitibus,sine iumentis. Hírcium periisse nesciébam: Cæsari non credébam priùs,quàm conueniſſem, & conlocútus essem. Hic dies hoc modo abiit. Póstero die manè à Pansa sum accersitus Bonóniam. Cum in itínere essem, núciatum mihi est eum mortuum esse. Recurri ad meas copiolas. sic enim verè eas appellare possum:sunt extenuatíssimæ,& inópia ómnium rerum péssimè acceptæ. Bíduo me Antónius anteceſsit, itinera multò maiora fúgiens, quàm ego sequens. Ille enim iit passim,ego ordinatim:quacunque iuit, ergástula soluit,hómines arripuit,constitit nusquam, priusquam ad vada venit: quem locum volo tibi esse notum. Iacet inter Appennínum & Alpeis impeditíssimus ad iter faciendum. Cum abessem ab eo millia passuum triginta,& se iam Ventídius coniunxisset, cóncio eius ad me est allata, in qua pétere cœpit à milítibus, vt se trans Alpeis sequerentur, sibi cum M. Læpido conuenire. Succlamátum est, & frequenter à milítibus Ventidiánis (nam suos valde quàm paucos habet) sibi aut in Itália pereundum esse aut vincendum. Etiam orare cœpérunt, vt Polléntiam iter

IAM non ago. Quia Cice. in præcedenti epistola familiariter monuerat Bru. ut daret operam ne iustam querelæ causam de se daret,quia dixerat quosdã questos esse, quod nõ statim persecutus esset cum exercitu suo An.ex Mutinensi conflictu fugientem,sic enim potuisse facilè opprimi.primùm Bru.ostendit se tantùm debere Cice. ut actione gratiarum non putet satisfaciendum cui rei uix satisfieri possit,deinde excusat se quare statim non persecutus sit Antonium addúcitque ad excusationẽ suam multas & instas rationes, dicit quò se receperit M.Anto. & quod haberet,se factúrum aduersus eum,hortatur autem ut oẽs bonam spem habeant de rep.& tamen ut semper sint parati & exercitu & cæteris rebus aduersus eos, qui sub ptextu defendendæ reipub. magnas sibi uires comparant, ut eam opprimant. Res.honestas. Attendere.diligẽter cõsiderare. In manibus. In potestate.i. quæ fieri possunt. Nihil te fúgiet.nihil te latebit, nihil ignorabis. Qua.i.ea prudẽtia,qua es. Sequi.incipit se excusare. Sine iumentis,quę deferrent impedimenta & sarcinas militares.dicunt enim iumẽta tantũmodo ea animalia quæ iuuant húmeris ferre ónera,ut equi, muli,ásini,camẽli &c. huius géneris non etiã quæ trahunt nisi fortasse impropriè ponãtur,quod rarissimũ est. Non credebã. non fidebam.Hic dies. primus quo fugit Antonius, & quia occurrebat quare non persecutus es sequẽti die,addúcit etiam causas. Ad Pansam. alterum cónsulem, qui grauiter uulnerátus fuerat & Bononiã statim delatus. In itínere.ut ad eum irem. Copiolas. paruum exercitũ. Extenuatissimę.ualdè tenuis & imminutæ. Malè ac.malè tractatę. Maiora itin.quia plura miliária faciebat ipse fúgiens,quàm ego persequẽs ipsum. Passim,uage.nulla seruata uia. Ergastula.seruos,sicut supra dictum est. Ad ua.ad Sabbátios,ut supra díximus,ubi sunt uada dicta Sabbátia apud Saonam.Apenninum.quem supra díximus authore Strabo.incipere á Génua, Alpeis uerò à Sabbátiis, in médio sunt Sabbátia uada. Cóncio.oratio.Eius.Antónii, pétere, exhortádos eos. Conuenire sibi.i.se cõcordare & habere ut ita dicam intelligéntiam cum Læpido. Nam su.parénthesis.Habet.Antonius.Interface.i.irent. Pollentiam.hoc tempore etiam extat óppidum in Ligúribus loco édito habens à sinistra Tánarum flúuiu distans circa sexaginta stádia a b Alba Lygústica.possidétur autem id óppidum & comitátus titulo & dominátus iure à magnífico & generóso uiro & sapientíssimo iurisconsulto An.Romano olim ducáli Sabáudiæ scriba secretario nunc Mediolâni Ducáli senatore grauíssimo: cuius singulárem æquitatẽ & sapiéntiam omnes admirantur,laudant,amant: errat autem qui dicit Pollentiam esse,quæ hodie corrupto uocabulo Valéntia uocátur in ripa Padi,cum & ambo óppida extant, & multum inter se distent. Sustinere.retinere. Cóntulit,scilicèt Pollentiam. Eò.aduerbium est loci,id est illùc,scilicèt Pollentiam. Hora ante præ. me.ue.i.una hora ante uenit præsídium meum. Pollétiam, quam Trebéllius dux Antonii cum equítibus suis. Præsídium.i.milites mei quos ad muniendã Pollentiã con-

HVBER.

Lumenta

Copiola

Pollentia

n.i. tra Anto-

Universidad de Deusto Biblioteca

facerent. Cum sustinêre eos non posset, in posterum diem iter suum cóntulit. Hac re mihi nuntiâta, statim quinque cohorteis Polléntiam præmisi, meúmque iter eo cóntuli. hora ante præsidium meum Pollentiam venit, quâm Trebéllius cum equítibus, sane quâm sum gauîsus. in hoc enim victoriam puto consistere. In spem venerant, quòd neque Planci quatuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabantur, neque ex Italia tam celeriter exercitum traiici posse credebant. quos ipsi adhuc satis arroganter Allobroges, equitatúsque omnis, qui eo præmissus erat à nobis, sustinebant: nostrôque aduentus sustineri facilius posse confidimus. Tamen si quo etiam casu Hisaram se traiecerint, ne quod detrimentum reipublicæ iniungant, summa à nobis dábitur ópera. Vos magnum ánimum, optimámq; spem de summa república haberé volumus, cum & nos, & exércitus nostros singulari concordia coniunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis, daréque operam, vt quamparatissimi & ab exercitu, reliquísque rebus pro vestra salute contra sceleratissimam cõspirationem hostium confligamus: quiquidem eas copias, quas diu simulatione reipublicæ comparabant, subito ad patriæ periculum conuerterunt.

Vale.

tra Antoniũ præmíseram. Sane quã. i. ualdè. In hoc. quod mei cítius aduentârunt Pollentiam: quàm équites Antonii, quos ducêbat Trebéllius. Allóbroges. quos ego confirmaueram. Satis arro. constantèr, audactèr. Nostro aduentu. quia præsentia mea fient fortiôres. Hisaram. flúuium in finibus Allóbrogum ut lib. x. dictum est. Iniungant. ínferant. De summa. de statu. Remittere. diminúere, id est propter hoc non debêtis esse negligentiôres. Conspirationem. coniuratiônem, sed quóniam conspirátio etiam in bonum dícitur, ideo dixit sceleratíssimam. Confligâmus. præliemur. Simulatiône. prætextu. Perículum. discrimẽ, quia Ventídius coniunctus erat cum Anto. & de fide Læpi. dubitâtur.

Conspiratio

ASCEN. ❧ IAM &c. Quia in præcedenti epístola Cic. familiáritèr monúerat Brutum ut daret óperam ne iusta habeâtur de eo querêla, Brutus se tantùm debere Cicerôni fatêtur ut agendo grátias non putet se satisfactûrũ. Purgat autem quòd non statim persecûtus sit Antoniũ, addûcens uárias ratiônes & bonam de se spẽ cõcitans. Ordo est. Iã nõ ago grátias tibi. i. iam nõ est mihi honestum, aut satis possum ágere. i. uerbis dícere tibi gratias. Enim, id est quia, res non pátitur satisfieri uerbis, huic, cui uix possum referre. i. tantundèm ferre atque accéperim re. s. ipsa reddendo. s. rem aut óperam æquiualentem. Ego uolo te atténdere. i. animaduértere, quę sunt in mánibus. i. parâta & ꝓximè fient. Enim. id est quia qua prudéntia es. i. secundum eam prudẽtiã, qua polles, nihil fúgiet. i. præteríbit aut latêbit te. i. rem omnẽ intélliges, si légeris líteras meas diligentèr. O Cicero, ego non potúeram sequi Antónium confestim. i. cum festinatiône statìm post cladem apud Mutinam ab eo acceptam his causis. i. propter has causas sine equítibus & sine iumentis. i. cum non habêrẽ équites ut ille, & deessent iumẽta, quæ impedimẽta nostra ferrent. Vna causarum est quôd nesciêbam Hírcium scilicèt cónsulem periisse. Ego non credêbam Cæsari, scilicèt Octáuio, priusquàm conuenissem sup. eum & locûtus essem, scilicèt cum eo. Hic dies. s. qui tunc erat, abiit. i. transáctus est hoc modo. s. cum auxília & cõsilia deessent. Ego sum accersítus. i. uocâtus Bonóniam. i. in eam urbem, pòstrídiè, scilicèt eius diei, hoc est die próximè sequẽti, manè. i. cum prima luce à Pansa. s. cónsule. Cum essem in itínere nũciâtum est mihi sup. Pansam esse mórtuum. s. ex uúlnere accepto. Ego recurri ad copíolas, id est módicas cópias meas, id est uires exércitus mei. possum appellâre eas uerè sic, id est per diminutiônem copíolas non cópias. Nam sup. ipsę sunt extenuatíssimæ, id est máximè extenuâtæ & imminûtæ, & acceptæ, id est affectæ pésimè, id est incommodíssimè, inópia, id est propter inópiam ómnium rerum. Anto. antecésit me bíduo, id est spácio duôrum diêrum. fúgiens, id est fugiendo fáciens itínera, id est ut dicunt diẽtas, multò maiôra, quia fugiéntibus semper comes est celéritas, Vnde facètè Maro, pédibus timor áddidit alas. quâm ego sequens, affert ratiônem. Enim, id est quia ille, scilicet An. fúgiens it, id est iter fecit, passim, id est uagè per quãcunque uiam reperiêbat, alii legunt sparsim, id est dispérso exércitu ex fuga, ego sup. iui aut procesi ordinatìm, id est ágmine in órdinẽ instructo. Quacunquè, id est per quencunque locum, Anto. sup. iuit, soluit ergástula, id est cárcerem seruôrum ad opus faciendum in ergástulis cathênis uinctõrũ, arripuit hómines, scilicèt priùs iunctos, aut álios se sibi iungentes. Nusquã cónstitit, id est mansit stans priusquàm uenit ad uada, scilicet Sabbátia. Quem locum uolo esse notũ tibi. iacet inter Apẽnínum & Alpes, eas sup. impeditíssimas ad iter faciendum. Cùm. i. quandò, ego abessem ab eo, scilicet Anto. aut ab loco iam descripto triginta míllia passuum, & sup. Anto. coniunxisset se iam Ventídio, cóncio. i. orátio, quam ad mílites suos hábuit, est allâta ad me. s. per occultos exploratôres, aut per trãsfugas, in qua. s. conciône Anto. cœpit. i. cœperat pétere à mílitibus, ut sequerentur se transalpes, quia sup. dixit conueníre. i. concórdiam esse sibi cum Mar. Læ. Succlamâtum. i. statim post conciônẽ clamâtum est, & i. etiam frequentèr à milítibus Ventidiânis. i. quos Ventídius addúxerat. nam habet ualdè quam. i. per quã paucos suos. i. quos ipse ex fuga edúxerat præter équites, aut pereundũ esse sibi. s. milítibus in Itália, aut uincendũ in Itália. Etiam sup. mílites cœpêrunt orâre ut fácerent iter Polléntiam. i. ad eam urbem Ligúriæ in loco alto ad Tánarum flúuium, quẽ à sinistra habet. Cum sup. An. non posset sustinêre eos. i. ímpetũ eôrum, quin irent quo uellent, ipse cóntulit iter suũ in diem pósterũ. i. próximè secutûrũ. Hoc renunciâto mihi. prætermisi statim quinq; cohortes Polléntiã. & cõtuli iter meũ eò. i. ad eam. Præsídiũ meũ præmissum. s. ad custódiã urbis illius, uenit Pollẽtiã hora. i. spátio unius horæ, anteq Trebéllius sup. uenit cũ equítibus. s. Antoniânis. Ego sum sanè quã. i. perquã gauísus. Puto. n. uictóriã cõsistere in hoc. i. in occupatiône Polléntiæ. Ipsi sup. uenerãt in spem. s. uictórię aut

præuentionis

præuentiônis quòd neque arbitrabantur quatuor legiônes Planci pares ómnibus copiis suis, neque credêbant exércitum posse tráiici tam celéritèr ut subuenîre posit Planco ex Itália. Quos. s. Antoniânos, ipsi Allóbroges pópuli. s. Gálliæ, & omnis equitâtus, qui præmissus erat à nobis, sustinêbãt adhuc satis arrogantèr, id est iactantèr. nullo modo dimisis ánimis, & confídimus sup. eos posse sustinêri facíliùs nostro aduentu, id est per aduentum nostrum. Tamen si ipsi, scilicèt hostes, traiécerint se quo, id est áliquo casu etiam Isaram, scilicèt flúuium iuxta Granópolim. summa ópera dábitur à nobis, ne iniungant aut pótiùs íngerant áliquid detrimenti reipub. Nos uólumus uos, scilicèt qui in urbe estis, habêre magnum ánimum, & óptimam spem. De summa, id est præcípua salûte rei pub. cum uideâtis & nos & exércitus nostros coniunctos singulâri concórdia parâtos uobis, ad ómnia, scilicèt subeunda. Sed tamen nihil debêtis remíttere de diligẽtia, & sup. debêtis dare óperam, ut nos confligâmus quam paratíssimi ab exércitu & réliquis rebus, id est in his quæ concernunt exércitum & réliquas res pro salûte nostra contra sceleratíssimam conspiratiônem hóstium. Qui, scilicet hostes, quidem, id est certè conuertêrunt súbitò ad perículum pátriæ eas cópias, quas comparâbant diu simulatiône, id est per simulatiônem reipub. scilicèt iuuandæ. Vale.

❧ IAM non ago tibi gratias. Post hanc de D. Bruti epístolam alia eiusdem erat, quæ uetustate, aut neglígentia librariorum periit. eius autem initium fuit, Parmenses miserrimos. Cognouimus hoc ex indice libri, de quo sæpe mentionem fecimus. post titulum enim & initium huius, Iam non ago tibi gratias, ita in eo scriptum est: D. Brutus COS. DESIG. M. Ciceroni S. D. Parmenses miserrimos. in libro autem ipso, ubi esse debuit, nullum uestigium illius apparet. Credimus omnino hanc D. Bruti epistolam amissam esse, neque temere initium illius in indice Medicæi libri scriptum fuisse. Id etiam res ipsa declarat: scimus enim Parmenses ab Antonii his temporibus his magnis incommodis affectos esse. In Philip. XII. Quæque esset facturus in hac urbe, nisi eum hinc ipse Iupiter ab his mœnibus repulisset, declarauit in Parmensium calamitate. Et non multo post: Refugit animus P. C. atque reformidat dicere, quæ L. Antonius in Parmensium liberis, & coniugibus effecerit. Sed etiã Asinius in epistola ad Ciceronem scripsit, se audisse Parmam direptam: quod tamen potuit falsum esse, quemadmodum nonnulla alia, quæ rumor ad illum pertulerat. *P.V.C.

M. T. C. D. Bruto Impe. S. D.

MIrabilitèr mi Brute lætor, mea consilia, meásque sentẽtias à te probâri de Decémuiris, de ornãdo adolescente. Sed quid refert? mihi crede hómini nõ gloriôso, planè iam Brute frígeo. ὄργανον enim erat meum Senâtus, id iam est dissolûtum. Tantam spem attúlerat explorâtæ victóriæ, tua præclâra Mutina erúptio, fuga Antonii conciso exércitu, vt ómniũ ánimi relaxâti sint, méque illæ vehementes contentiônes tanquam σκιαμαχίαι esse videantur. Sed vt ad rem rédeam, legiônẽ Mártiam & quartam negant, qui illas norunt, vlla conditiône ad te posse perdûci. Pecúniæ, quàm desýderas, rátio potest habêri, eáque habébitur. De Bruto arcessendo, Cæsaréque ad Itáliæ præsídium tenendo, valdè tibi asséntior. Sed vt scribis, habes obtrectatôres, quos équidem facilimè sustíneo, sed impédiunt tamen. Ex Aphrica legiônes expectantur. Sed bellum istic renâtum hómines mirâtur. nihil tam præter spem vnquam. Nam die tuo natâli victória nunciâta, in multa sæcula videbâmus remp. liberâtam. Noui timôres rete-

HVBER. MIrabilitèr. Scrípserat Ci. ad Bru. quid sentíret de decémuiris creandis, uel dignitâte concedenda Cæsari de qua in processu epístolæ dictam. eique rescripsisset Bru. ea probâri à se, quæ Cice. consuluisset, dicit Ci. se ea re plúrimũ gaudêre, ostenditque in quantam spem de Bru. uénerit Popu. Rom. postquàm liberâtus est obsidiône Mutinensi, & Antónius cum exércitu suo fusus, deindè petíuerat Bru. ad se mitti duas legiônes & pecúniam, rescribit Cic. quid iis de rebus fíeri posit, deinde ostendit áliquam spem esse certę uictóriæ, si uerum est quod Læpi. non coniunctus sit cum Anto. sicut ipse Bru. scrípserat. Postrêmum dicit plúrimum in uirtûtem Bru. cõfídere, quẽ sperat se uisûrum eum uirum claríssimũ. De decémuiris. uel qui creâti fuerãt ut scribit Appiânus ad punitiõnẽ An. magistrâtus, ea autẽ figûra quædã erat abolitiônis eôrum, quæ Cæsar decreuisset. nam Anto. nulla ex se aut parua quædam uerum uniuersa ex commentariis Cæsaris edíderat & cætera, uel certè quia ut idem Appiânus scribit cum senâtus per legâtos solicitasset duas legiônes, quæ ad Cæsarem ab Ant. recésserant, édocẽs ne in uno solo spem póneret, sed senâtũ qui potestâtem immortalem solus habêret pótiùs sequerentur, accéderéntque ad De. Bru. quo loco pecúnias sibi ablâtas inuenîrent. Iam enim dimídiũ múneris ad eos attulisse, decémuiros ad distributiônem creauêrunt, quos nunc póssumus intellígere, nam decémuiros electos ad agros diuidundos sicut Cæsar instítuerat, nõ cõuenit, cũ senât⁹ uellet oĩa abolêri, quæ Cæsa. fecisset. Adolescente Cæsa. Octáuio. Ornando. uel consulâtu, quẽ postulâbat in locum Hyrcii & Pansæ máximè fauôre Cice. ad quem solum scrípserat. ut dicit Appiânus, uel ornando prætûra. nam eôdem Appiano authôre cùm Cæsarẽ uererentur, ne se cum An. coniúngeret, prætôrẽ eum dénuò in An. satis indecentèr creâre decreuêrunt. Quid refert. quid íntersest, ornêtur an non. Non gloriôso. nõ iactabundo. Frígeo. cesso, ociôsus sum, hoc dicit ne uideât ualdè curâre honôrem Cæsa. cum de eo máximè laborâret. Opta. dicunt hìc aliquid deesse, quod quidẽ mihi ita uidêtur. Meum. ex senténtia mea, quod autem senatusconsultum esse non constat, quia nihil ante dixit. Dissolûtum, írritum, annihilâtum, non hábuit locum. Explorâta. indubitâta. Erúptio. Euásio. Præclâra. & fortis, & astûta. Relaxâti. recreâti, exhilarâti, cùm ánteà

 essent

Universidad de Deusto Biblioteca

essent nimia solicitúdine contracti. Tanquam si iam, ἀκάλαι ita habet quidã códices.i.tanquam si iam quiete sint,nam ἀκάλος quietũ significat,álius codex ex uetustíssimo transcriptus habêbat tanquam si annihilâta esse uideantur,qui tamen sensus idem erit.i.quasi non opórteat me uehemẽtióribus contentiónibus uti ut solêbam. Rátio. uia, modus Aeq;.s.rátio habébitur. Bru.M.qui tũc erat in Sardínia ut infra patêbit. Quos susti.quibus obsisto. Istuc.istud. Vnquã,scílicèt fuit. Nam.rátio quare nihil fúerit tam præter spem quàm illud bellũ esset renouâtum,ꝙ credêbant esse omnîno extinctum intellecta uictória ipsius Bruti.eius die natâli,ita ut respub.per multos annos crederêtur esse liberâta.Die natâli.cum enim ómnium Romanôrũ natales dies celebrarentur,tamen eorũ máximè,qui de rep. benemériti essent.Iuuena.Quare coronâti Heluídius. Traseásque bibêbant,Brutórũ & Casii natálibus.Retexunt,quidã expônunt manifestauẽrũt,sed magis placet retexunt. i. rémouent & déstruunt, sicut infrà in epístola Martii. An nunc ætâte precipitâta commûtẽ, ac me ipse retexam ut eo loco expónimus pléniùs. Iis scílicèt líteris tuis. Modo.nuper. Nõ récipi. in societâtem ut ferebâtur. Magnum negócium,magnus labor. Cuius.negocii. Tuæ partes sunt.i.ad te pértinent.

Ratio

xunt superióra. Scripsisti autem ad me iis, quas Idibus Mai.dedisti,modò te accepisse à Planco literas, non récipi Antónium à Læpido.si ita est,ómnia facilióra:sin áliter,magnum negótium, cuius éxitum non extimesco,tuæ partes sunt. Ego plꝰ, quàm feci,fácere nõ possum. Te tamen id,quod spero,ómnium máximum & clarísimum vidêre cúpio. Vale.

☞Ex Epistola. Mirabiliter mi Brute lætor.

☞Non enim erat meus senâtus, id iam est dissolûtũ, tantam spem attúlerat explorata uictoria,tua prӕclâra Mutinæ erúptio,fuga Antonii cónscio exércitu.Meęque illæ uehemẽtes cõtentiónes. Vnde tibi assentior. Sin aliter,magnum negócium restat, cuius éxitum nõ extimesco,in quo tuæ partes sunt.

ASCEN. MIRABILITER &c. Scripserat consilia sua de decémuiris creandis uel dignitâte concedenda Cæsari,quę placuisse Bruto dicit se gaudêre,addens quantum de eo speret & quid de libertâte publica.Ordo est.O mi Brute, ego lætor mirabilitèr consília mea & senténtias meas de decémuiris & de adulescente.s.Cæsare adornando probâri.i.approbâri à te. Sed quid refert', id est intereſt, scílicèt sic se res habêre an álitèr.Respónsio.O Brute crede mihi hómini non glorióso,id est non affectanti glóriam,sed quod uerum est simplicitèr petenti,ego iam frígeo, id est in ócio sum planè, id est omnîno. Enim, id est quia ad órganum meum senâtus,id est quo sonâbã in senâtu excitando,erat iam dissolûtum,ideſt non ampliùs tensum,quia sicut chordæ tensæ acútiùs sonant, solûtæ léntiùs:ita homo curis agitâtus ad conciônem ácrior est, secûrus remissior,se autem securiôrem factum docet addens. Victória tua explorâta est.i.manifesta, præclâra erúptio tua Mutînæ, ubi obsessus obsidentes in fugam uertisti. Fuga Antónii,exércitu sup.concîso.i.simùl cæso,attúlerat sup.nobis tantam spem,ut ánimi ómnium sint relaxâti,& illæ uehementes conciônes meæ,uidentur esse tanquã σκιαμαχίαι sciamæ.i.umbrátiles pugnæ,id est in cubículo aut scholis excogitâtę σκια dicitur umbra σκιαμάχεω pugno cum umbra.nam μάχη pugna dícitur. Sed ut rédeam ad rem pro uéniam ad rem.i. principâle institûtum,negant legiônem Mártiam & quartam perdûci.s.posse ad te ulla conditiône,negant inquam qui norunt illas. Rátio,id est inuéntio aut supputátio pecúniæ,quã deſyderas, & ea habébitur. Ego asséntior tibi ualdè,de Bruto,scílicèt Marco accersendo,& de Cæsare tenendo ad præsídium,ideſt custódiam Itáliæ. Sed ut scribis,tu habes obtrectatôres,quos équidem.i.ego quidem sustíneo.i.pérfero ita ꝙ me defensôrem tui non uídeant facíllimè. Sed hómines mirantur bellum renâtum istic.s.cum António. Nihil sup. áccidit, unquam tam præter spem. Nam uictória nunciâta.i.postquàm erat nunciâta. Die tuo natâli,qui.s.celebrabâtur ab ómnibuscũq; beneméritis de pátria,unde Iuue. Quale coronâti Heluídius Traseálq; bibêbam, Brutôrũ & Casii natálibus.nos uidebâmus rempub. liberâtam, multa sǽcula, sed sup. timôres noui retẽxunt.i.déstruunt superióra.s.gáudia. Scripsisti autẽ ad me iis,scílicèt líteris,quas dedisti ad me Idibus Maii,te recepisse ciuem.i.paulo antè líteras à Planco, Antónium.i.quæ dicêbant Antóniũ non récipi à Lǽpido. Si.i.ita sit,ómnia sup.erunt facilióra,sin.i.sed si.álitèr sup.sit mágnum negócium sup.erit.i.diffícile bellum, cuius éxitum.i.finem ne extimescam,sunt tuæ partes, id est ad tuum offícium pértinet. Ego non possum plus fácere quàm feci. Tamen cúpio id,quod spero,scílicèt uidêre te máximum & clarísimum ómnium,scilicet mortálium. Vale.

HVBER. ET si. Cum non potuisset Brutus ad Cic. scríbere,mandârat collégę suo Planco,ut eum apud Ci.excusâret. quòd cum fecisset scribit Cícero. sibi gratíssimam fuisse talem diligéntiam,deindè quóniam públicè scrípserant Brutus & Plancus se óptimè inter se conuenîre, dicit Ci. senâtum uehementèr gaudêre ea concórdia. Postrêmò hortâtur ipsum Brutũ ut pergat imitâri nõ álium quã seipsum. Cum col. Planco, Certa te.i.innítere uíncere teipsum, & quótídiè mélius fácere. Magistro bre.i.à quo uolo díscere esse breuis, sicut tu es, vñ inferiꝰ appellat eius sermônẽ laconismũ.

ASCEN. ET si &c. Mandáuerat Planco Brutus ut se apud Ci.excusâret,ꝙ ad eum nõ scrípserat, quod factum esse sibi placêre dicit, sicut & concórdiam Planci ac Bruti monens Brutum ut se solum mirêtur. Ordo est. Et si, id est quanquam lítere tuæ sunt iucundíssimæ mihi,tamen iucúndius fuit quòd mandasti in summa occupatiône tua Planco collégæ,scílicèt tuo ut excusâret mihi te per lí-

M.T.C.D. Bruto Impe. S.P.D.

ET si mihi tuæ líteræ iucundíssimæ sunt, tamen iucúndius fuit,quòd in summa occupatiône tua Pláco Collêgæ mándasti, vt te mihi per líteras excusâret.quod fecit ille diligentèr: mihi autem nihil amabílius offício tuo & diligéntia.Coniúnctio tua cum Colléga,concórdiáq; vestra,quæ líteris cõmúnibus declarâta est, S. P. Q. R. gratíssima áccidit. Quod súpereſt,perge mi Brute:& iam nõ cum áliis,sed tecum ipse certa.Plura scríbere non

bere non débeo,præsertìm ad te,quo magistro breuitâtis vti cógito. Líteras tuas vehementèr expecto,& quidem táleis,quáleis máximè opto. Vale.

teras,quod ille,scílicèt Plancus fecit diligentèr. Autẽ, id est sed,nihil sup.est mihi amabílius offício tuo & diligéntia.s. in uindicanda libertâte reipú. Coniúnctio tua cum colléga.i.cũ imperatôre Planco, & cõcórdia uestra,quæ declarâta est ómnibus líteris.i. per líteras, áccidit Senátui Pópulóque Ro.gratíssima. Quod superest,id est restat ò mi Brute perge.id est pérfice & procêde,& certa iam non cum áliis.s. quos superasti,sed tecum. Ego non débeo scríbere plura,præsertìm ad te,quo cógito.i.propôno uti magistro breuitâtis. Ego expecto uehementèr líteras tuas,& quidem.i.certè tales, scílicèt uictóriæ tuæ índices quales opto máximè. Vale.

M.T.C.D.Bruto Impe.S.P.D.

PER magni interest, quo tibi hæc témpore epístola rédditta sit, vtrùm cùm solicitúdinis áliquid habêres, an cum omni moléstia vácuus esses. Itaque ei præcêpi,quem ad te misi,vt tempus obseruâret epístolæ tibi reddẽdæ. Nã quemádmodùm coram qui ad nos intempestîuè ádeunt molesti sæpe sunt:sic epístolæ offendunt non loco rédditæ. Si autem, vt spero nihil te perturbat,nihil impédit: & ille cui mandâui, satis scitè & cómmodè tempus ad te cepit adeundi:cõfîdo me, quod velim,fácilè à te impetratûrũ. L. Lámia Prætûrã petit: hoc ego vtor vno oĩm plúrimum. Magna vetustas,magna consuetûdo intercêdit:quódque plúrimum valet, nihil mihi eius est familiaritâte iucũdius. Magno prætéreà benefício eius magnóq; mérito sum obligâtus. Nam Clodiânis tempóribus cum equestris órdinis princeps esset, próque mea salûte acérrimè propugnâret, à Gabínio Cónsule relegâtus est:quod ante id tempus ciui Románo Romæ cóntigit némini. Hoc cum Pópulus Roma.méminit, meipsum non meminisse turpíssimum est. Quapropter persuâde tibi mi Brute, me pétere Prætûram. Quanquam enim Lámia summo splendôre, summa grátia est vsus magnificentíssimo múnere ædilício:tamen quasi ea ita nõ essent,ego suscêpi totum negócium. Nũc si me tanti facis, quanti certè facis, quum équitum centúrias tenes, in queis regnas: mitte ad Lupum nostrum,vt is nobis eas centúrias confíciat. Non tenêbo te plúribus. Ponam in extrêmo, quod séntio. Nihil est Brute, cum ómnia à te expectem, quod mihi grátius fácere posis.

Vale.

HVBER. PER magni.Hæc epístola inter omnes cõmendatítias paucis uerbis uim máximã óbtinet.Cum enim Ci.plúrimum debêret L.Lámię,qui,quod olim ei fauerat cõtra Clódiũ,fúerat à Gabínio cónsule relegâtus,isque L.Lámia cũ péteret prætûrã,uellétq; Ci. beneficii se mémorem osténdere,commendat diligentíssime Bruto absenti hunc Lámiam,orátque Brutum ut scribat Romam ad Lupum familiaríssimum suum, ut oẽs centúrias,in quibus Brutus plúrimum póterat, cóngreget ad fauendum Lámię,ut pretûram obtíneat, cum nihil sit quod ei omnîno grátius fácere posit. Permagni intereſt, magni est momenti. Obseruâret, diligentèr consyderâret. Tẽpus.quo esses lætus & uácuus ab ómnibus moléstiis. Loco.i.témpore.Terent. Veni in ipso témpore, quod omniũ rerũ est máximũ. Hora.in episto. Augusto reddes signâta Volúmina Iuni, Si uálidus,si lætus erit,si déniquè poscet,Ne stúdio nostri poscet, odiúmque libellis Sédulus importes. nam plerunq; ex importunitâte nuncii aut tabellarii odiósior est q scribit,& minus grâtæ líteræ. Offendũt. díſplicent. Scitè prudentèr. Vetustas. quæ magnam uim habet in amicítia:nam ut ipse in Lælio inquit Vetérrima quæque ut ea uina quæ uetustâtem ferunt, esse debent suauíssima. Consuetûdo. cõuersátio. Mérito,quod plus est quàm benefícium,ut álibi sæpe díximus, & in sequenti epístola apparêbit. Clodiânis tempóribus,id est quibus Clódius me oppugnâbat, & ex urbe etiam eiécit. Princeps. ex primis. Propugnâret.contênderet me defendendo. Relegâtus.ex pa tria eiectus. Ante id tempus,primus enim fuit qui relegâtus sit usque ad id tempus. Meipsum. pro quo ei id cóntigit: notandum autem cóntingit de malo dictum,sicut aliis multis locis, & cõtra áccidit de bono sæpe notáuimus. Me,quasi dicat non ipsum Lámiam Splendôre.nobilitâte, nam Lamiârũ família uetustíssima fuit,& nobilíssima. Hora. Heli uetústo nobilis ab Lamo. Summa.grátia ualdè gratus pópulo. Múnere magnificentíssimo.quia in ędilitâte exhibuit splendidíssimos ludos, quod conciliâbat magnum fauôrẽ pópuli,ut álio loco probáuimus ex authoritâte Cice. in offíciis. Tenes.habes. In quis,in quibus. Regnas. habes máximam potestâtem. Eas centúrias,id est ipsos équites ad centuriâta comítia nobis cóngreget. In extrêmo,in conclusiône epístolæ.

Meritum

Relegâtus

Cóntigit
Accidit

Lamiarũ
familia

ASCEN. PER magni &c. Hæc epístola cõmendatítia,paucis uerbis uim amplíssimam cóntinet. Cõmendat autem Lámiam Bruto absénti, petens ab eo ut Lupus pro eo centúrias conuéniat ad prætûram eidem impetrandam.Ordo est. Intereſt,id est refert permagni,quo témpore hæc epístola sit réddita tibi,utrũ cùm habêres áliquid solicitúdinis an cùm esses uácuꝰ ab omni moléstia. Itaque ego præcêpi ei,quem misi ad te ut obseruâret, id est custodîret tẽpus.i.opportunitâtem epístolæ reddendæ tibi. Nam quemádmodùm qui corã,id est cum sint in præséntia ádeunt uos intempestiuè.i.nõ suo témpore,sunt sæpè molesti. sic epístolæ offendũt rédditæ nõ loco.s. suo.i.non opportunè. Autẽ.i.sed,si nihil perturbat te ut spero,& sup. nihil impêdit,& illa cui mandâui cœperit satis cõmo-

 de tempus

de tempus adeundi ad te,ego confido me facile impetraturum quod confido,scilicet posse impetrare. Lucius Lamia petit præturam,ego utor hoc uno,scilicet uiro,plurimum:aduerbium est,id est frequentissime omniũ. Magna uetustas,scilicet amicitiæ,& magna consuetudo,id est conuersatio intercedit,id est inter nos cõmunis est,& quod ualet plurimum,scilicet ad amorem & gratiã nihil est mihi iucundius familiaritate eius. Præterea ego sum obligatus magno beneficio & magno merito eius. Nam Clodianis temporibus,id est cum persequeretur me Clodius,cũ,scilicet Lamia esset princeps ordinis equestris,& propugnaret acerrime pro salute mea, relegatus est,id est in alienã prouinciã legatus est à Gabinio consule,quod nemini,id est non alicui,non contigit alicui ciui Romano ante id tẽpus. Cum populus Romanus meminit hoc,scilicet ipsum fecisse,& possum esse pro se,turpissimũ est meipsum non meminisse. Quapropter persuade tibi ò mi Brute,me petere præturã, id est ac si peterẽ pro me. Enim,id est quia,quanquã Lamia est summo splendore & suprema gratia,id est ad summam gratiã in populo magnificentissimo munere ædilitio,id est propter munus ædilitium ab eo magnificentissime exhibitũ,tamen ego suscepi,id est ad me cœpi,totum negociũ quasi ea,scilicet iam dicta,hoc est splendor,gratia,& munus ædilitiũ præclare exhibitũ,non essent ita. Nunc si tu facis,idest æstimas me tãti quanti certe facis,quando,id est quoniã tu tenes,id est in potestate habes centurias equitũ,in quibus regnas,quia imperator es,mitte ad Lupum nostrũ,ut is conficiat,id est fauorabiles faciat centurias. Ego non tenebo te pluribus,scilicet precibus occupatum. Ego ponã in extremo,id est in fine epistolarũ,quod sentio,ò Brute cũ ego expectem,id est sperem omnia à te,nihil est quod possis facere mihi gratius. Vale.

HVBER. LAMIA. Eodẽ argumẽto quo & in præcedenti epistola cõmendat Cicero Lamiam D.Bruto,ut eum adiuuet in obtinenda prætura,quo nihil sibi gratius fieri posse affirmat. Præfunctus munere ædilitatis,quia ut uidimus supra lib. decimo ad Furniũ,dabatur prætura post ædilitatẽ. Is ambitus multorũ qui petunt hanc præturã ambientes hunc & illum. Sustinendã mihi. tuendã,meis humeris suscipiendam. Opibus.facultatibus,& auxiliis.

ASCEN. LAMIA &c. Cõmendat eodem argumento eundem Lamiã,quem in superiori epistola Decio Bruto, ut eum adiuuet in obtinenda prætura,quia nihil sibi grati⁹ fieri posse affirmat. Ordo est. Ego.utor Lamia,scilicet Lucio,uno id est solo familiarissime omniũ, magna sunt eius in me, non dico officia,quæ sunt quasi debita,sed merita,id est beneficia gratis impensa, & ea sunt notissima Populo Romano. Is perfunct⁹ magnificẽtissimo munere ædilitatis,petit præturã. Omnesque intelligunt, nec dignitatẽ ei dedisse nec gratiã. Sed is ambitus,id est corruptio suffragiorũ per munera aut preces, uidetur extare,id est eminere,ut ego pertimescã omnia, scilicet pro amico,& putẽ totam petitionẽ Lamiæ sustinendam mihi,id est tanquã meam iuuandã, ego facile perspicio quantũ possis iuuare me in ea re,nec uero dubito quantũ uelis causa mea. Velim igitur ò mi Brute,sup.ut persuadeas tibi, me nihil petere à te maiore studio,te nihil posse facere mihi gratius,quàm si

Ordo

M.T.C.D. Bru. Impe. S.P.D.

LAmia vno omnium familiarissime vtor. Magna eius in me non dico officia, sed merita,eaque sunt Popu.Roma. notissima.Is magnificentissimo munere Aedilitatis perfunctus petit Præturam: omnesque intelligunt nec dignitatem ei deesse,nec gratiam. Sed is ambitus excitare videtur, vt ego omnia pertimescam,totamque petitionem Lamiæ mihi sustinendam putem. In ea re quantum me possis adiuuare, facile perspicio. nec vero,quantum mea causa velis,dubito. Velim igitur mi Brute tibi persuadeas, nihil me iuuare,studio à te petere, nihil te mihi gratius facere posse,quàm si oibus tuis opibus,omni studio,Lamiã in petitione iuuaris.qđ vt facias,vehemẽter te rogo. Vale.

iuueris Lamiam in petitione,scilicet præturæ,omnibus opibus,id est facultatibus tuis,& omni studio,scilicet tuo. Quod ut facias rogo uehementer. Vale. dubitet forsitan quispiã cum de eadẽ prætura eiusdẽ anni pro eodem amico ab eodẽ Bruto petat, cur duabus id faciat epistolis, sed potuit alteram amicis Lamiæ dedisse ad Brutum,aut per suos misisse,alteram ipsi Lamiæ dedisse perferendam,aut forte ne altera periret duas scripsisse,non eiusdem penitus exempli ut res magis cordi uideretur,nec ipse uerborum inops. Vale.

HVBER. ET si.per Galbam & Volumnium miserat Brutus ad senatũ se timere, ne An. uires reciperet, præsertim cum timeret, ne Læpidus fidẽ mutaret, & cum eo coniũgeretur. Quamobrẽ rescribit Cice.molestũ fuisse senatui quod ipse Brutus nunc profligato M. Anto. se timidũ ostendat, cum existimaretur fortissimus, & in eo maxima spes esset, cum obsideretur adhuc florente & integro Ant. ex quo arguit non decere eum timere, pro cuius uictoria tantæ gratulationes factæ sint, dicit autem non deesse animum senatui, nec defuturum contra Anto. si forte uires receperit. Timendum. de Læpi. quem nunquam recte facturum putasti. Suspicandum. uel de eodẽ Læpido,uel de Octauio,quia postquã Brutus de obsidione Mutinensi liberatus missis caduceatoribus ad Cæsarẽ,per quos rogabat,ut quoniã flumen in medio esset,ad colloquiũ accedere unà uellet,ille con-

M.T.C.D. Bruto Impe. S.P.D.

ET si ex mandatis,quæ Galbæ Volumnioque ad Senatum dedisti, quid timendum suspicandumque putares,suspicabamur:tamen timidiora mandata videbantur,quàm erat dignum tua, populique Romani victoria. Senatus autem mi Brute fortis est, & habet fortes duces.Itaque moleste ferebat,se à te,quem omnium quicunq; fuissent, fortissimum iudicaret, timidũ atq; ignauũ iudicari.

dicari.Etenim cum te incluso spem maximam omnes habuissent in tua virtute(florente Antonio) quis erat qui quicquam timeret, profligato illo, te liberato?

sulibus è medio sublatis. Brutum uelut hostem metuens respondit,non Brutum salutaturus huc accessi, sed Anto.oppugnaturus,cum quo conciliari non impium mihi fuerit.ob hæc igitur uerba eum suspectum habuit Decius. Fortis. intrepidus. Incluso. obsesso. Profligato.fuso.

ASCEN. ET si &c. Scripserat Brutus se timere uires,quas colligebat Antonius,quod displicere senatui ut pote quod profligatum timeret nunc scribit Cic.cum tantam de eo spem cõceperit. Ordo est. Et si, id est quanquã nos suspicabamur ex mandatis,quæ dedisti Galbæ & Volumnio ad senatum,id est recitanda senatui nos suspicabamur quod putares timendum & suspicandũ pro suspicioso habendum,aut ut suspiciosum timendum,tamen mandata uidebantur timidiora,id est magis timida,quàm erat dignum uictoria tua & Popu.Romani,scilicet habita de Antonio. Autem,id est sed,ò mi Brute senatus est fortis,& habebat duces fortes. Itaque, id est & ita ferebat moleste,se iudicari timidum atque ignauum,à te, quem iudicaret fortissimum omnium, quicunque fuissent. Etenim cum te incluso,scilicet Mutinæ, omnes habuissent spem maximam in uirtute tua, florente Antonio,id est cum Antonius floreret,quis erat qui timeret quicquam,illo,scilicet Antonio,profligato,id est decusso & pulso,& te liberato,quasi dicat nullus.

Ordo.

Nec verò Læpidum timebamus. Quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitraretur, vt qui in maximo bello pacem velle se dixisset, is in optatissima pace bellum reipublic.indiceret? Nec dubito quin tu plus prouideas. Sed tamen tam recenti gratulatione, quàm tuo nomine ad omnia Deorum templa fecimus,renouatio timoris magnam molestiam afferebat. Quare velim equidẽ,id quod spero,vt planè abiectus,& fractus sit Antonius. Sin aliquid virium forte collegerit, sentiat nec Senatui consilium, nec Populo Romano virtutem deesse,nec reipubl.te viuo, Imperatorem. IIII. Calend.Iunii. Vale.

HVBER. NEC uero nunc respondet ad suspitionem de Læpido. Furiosum insanum,mente captum. Pacem uelle, quia ut libro decimo uisum est epistola,quæ incipit. Quod mihi pro summa,uoluerat Læpidus conciliare pacem inter Pop.Romanum & Antonium, idem etiam ostendit epistola ultima eiusdem libri. Optatissima. qua uehementer optauit. Ad omnia deorum templa.quia ut scribit Appianus supplicationes quinquaginta dierum anni uersarias Senatus habendas censuit ob res in Antonium gestas,quod nec unquã bello Cæltico nec aliis præliis decreuere Romani:præterea uota publice suscepta sunt, si Antoniũ Decius opprimeret. Renouatio. quam feceras per mandata ad senatum missa, scilicet Per Galbã & Volumnium. Velim. cupio. Consilium prudentiam. Virtutem. animositatem & fortitudinem. Te uero donec uixerit. nam Decio omnem consulum exercitum concesserũt Romani, eumque solum imperatorem in Antonium decreuere.

ASCEN. NEC uero timebamus Læpidum, quis enim esset, qui arbitraretur illum, scilicet Læpidũ tam furiosum, ut qui dixissent se uelle pacem in,id est durante maximo bello,is indiceret, id est denunciaret reipub. bellum,in pace optatissima,quasi dicat nullus, & tamen secus euenit. Nec dubito quin tu prouideas plus, id est quàm ut hoc perspicias. Sed tamẽ renouatio timoris,adferebat magnam molestiam,sup.in gratulatione tam recenti,id est tam paulo ante habita,quàm feremus tuo nomine ad omnia templa deorum per supplicationes, scilicet indictas,quinquaginta dierum. Quare ego uelim quidem id,quod spero, ut Antonius sit planè, id est omnino fractus & abiectus. Sin,id est sed,si ipse colligerit forte aliquid uiriũ,sentiet nec consilium deesse senatui,nec uirtutem,scilicet bellicam,id est animositatem & fortitudinem deesse Popu. Romano, nec imperatorem deesse reipub.te uiuo,id est tantisper dum tu uiues. XIIII. Calend.Iunii. Vale.

D. BRVTVS IMPE. COS. DESIG. S. D. M. CICERONI.

AD senatũ quas literas misi, velim pri⁹ perlegas, & si qua tibi videbuntur,commutes. Necessariò me scripsisse ipse animaduertes. Nam cum putarem quartam & Martiam legiones mecum futuras, vt Druso Pauloq; placuerat, vobis assentientibus: minus de reliquis rebus laborandũ existimaui. nunc verò cum sim cum tyronibus egẽtissimis, valdè & meam & vestram vicem timeam

HVBER. AD senatum.Cum scripsisset Decius ad senatum de opinione,quã haberet de bello conficiendo,& suspitione sua de Cæsare & Læpido,& ut mitterent ad se duæ legiones, misit prius eas literas ad Ciceronem,rogatque ipsum ut commutet quidquid uidebitur,priusquam recitentur in senatu. Necessaria. ex necessitate. Vobis assentientibus,uobis approbantibus,scilicet ut illæ duæ legiones essent. De reliquis,si minus habuissem reliqua, ut uellem. Minus laborandum.minus curandum. Egentissimis. omni facultate militari carentibus. Vicem. periculum,ut Virgilius in quarto. Nec tela, nec ullas uitauisse uices Danaum. significat etiam incommodum & pœnam, ut Horatius primo carminum, Vicesque superbæ Te maneant ipsum. Obseruant. habent in magno honore. Quam. aliquam. Iniuriam. iniustitiam. Vernarum. seruorum. Optimam. iustissimam. Genus aduersariorum.adducit in odium eorum aduersarios dicens seditiosos esse.item in contemptum,cum dicit eos esse inertissimos,id est sine ulla industria & uirtute. Vercellis. nomen oppidi. quod strabo non longe esse à Placentina ostendit libro quinto his uerbis,Su-

Vicem

n.iiii. perioribus

Universidad de Deusto Biblioteca

perioribus uerò annis ópera dabâtur, cum Vercellæ auri fodinam habêrent, & in ictu multorum uico & álio huic uicîno: uterque uero Placêtiæ finitimus est: sunt & Vercellę supra Nauáriam circa.x.míllia pássuũ: ália ut puto urbs ab hac. Vercellæ

ASCEN. AD senatum quas &c. Scripserat ad senatũ Brutus literas de belli cõficiendi opiniône, de Cæsaris & Læpidi coniunctiône, quas à Cicerone commutari petit. Ordo est. Ego uelim, sup. ut perlegas prius eas literas quas misi ad senatum, supple quàm reddantur senatui, & uelim sup. ut commutes si qua uidebuntur tibi sup. commutanda ipse, id est tute animaduertes, id est animaduertendo intelliges me scripsisse necessario. Nam cum putârem quartam & Mártiam legiones futûras mecum ut placúerat Druso & Paulo Vobis assentientibus. Ego existímaui minus laborandum, id est minus anxiè agendum & curandũ de reliquis rebus. Nunc uerò cum sim cum Tyrónibus, id est nouitiis in re militâri, egentíssimis, scilicèt armôrum commeatus, & stipendii: necesse est sup. ut timeam ualdè & meam & uestram uicem, id est sortem aut periculum quod per uices óbitur dum enim uices altérius obimus, eius quoque perícula obîmus: unde uices pro periculis quandoque pónimus, ut Aeneid. ii. Nec tela nec ullas uitauisse uices Danaum &c. Vicentini, scilicèt populi. de certis tamen cíuibus lóquitur, non de ómnibus obseruant, id est colunt, & honôrant me & Marcum Brutum, scilicet fratrem, peto à te sup. ut nequaquam patiâre iniuriam fieri his in senâtu causa uernârum, id est eo quod leserunt uernas, id est seruos ex ancillis altérius famíliæ potentis natos. Ipsi habent óptimam causam, iudicio, scilicèt Bruti habent offícium, scilicèt suũ, summum in. i. erga remp. & habent genus hóminũ aduersariórum seditiósum & inertíssimum. i. mínimè indústriũ.

Ordo. Viro.

necesse est. Vicetîni me & Marcum Brutũ præcipuè obseruant. His ne quam patiâre iniuriam fieri in senatu vernârum causâ, à te peto. Causam habêt óptimam, officium in rempub. summum, genus hóminum aduersariórum seditiósum & inertíssimum. XII. Calend. Iunii Vercellis. Vale.

D. Brutus S. D. M. Ciceroni Epi. 54

admonitoria.

QVod pro me nõ fácio, id pro te fácere amor meꝰ in te, tuáque offícia cogunt, vt timeã. Sæpe enim mihi cum esset dictum, neque à me contemptum, nouíssimè Lábeo Segúlius, homo sibi símilimus, narrat mihi apud Cǽsarem se fuisse, multúmque sermônem de te hábitum esse. Ipsum Cǽsarem nihil sanè de te questum, nisi dictum quod díceret te dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum: se non esse cõmissûrum vt tolli possit. Hoc ego Labeônẽ credo illi retulisse, aut finxisse dictum, non ab adolescente prolâtum. Veterânos verò péssimè loqui volêbat Lábeo me crédere, & tibi ab iis instâre perículum: máximêque indignâri, quòd in decémuiris neque Cæsar, neque ego hábiti essêmus: atque ómnia ad vestrum arbítrium essent collâta. Hæc cũ audissem, & iam in itinere essem, committendum nondùm putâui, priùs vt Alpeis transgréderer, quàm quid istic agerêtur, scirem. Nam de tuo perículo, crédeme mihi, iactatiône verbôrum, & denuntiatiône perículi, sperâre eos te pertimefacto, adolescente impulso, posse magna cónsequi prǽmia: & totam istam cantilênam ex hoc pendêre, vt quamplúrimùm lucri fáciant. Neque tamen non te cautum esse volo, & insídias vitantem. Nihil enim tua mihi vita potest esse iucúndius, neque chárius. Illud vide, ne timendo, magis timêre cogâre: & quibus rebus potest occûrri veterânis, occurras. Primùm quod desíderant de Decémuiris, fácias: deinde de prǽmiis. Si tibi vidêtur, agros eorum mílitum, qui cum António veterâni fuêrunt, his dandos cénseas ab vtrisque nobis. De nummis lentè, ac ratiône hábita pecúniæ senâtum de ea re constitutûrum. quatuor legiónibus iis, quibus agros dandos censuistis, vídeo facultâtem fore ex agris Silâni & agro Campâno. Aequáliter, aut sorte agros legiónibus assignâri puto oportêre. hæc me tibi scríbere non prudéntia mea hortâtur, sed amor in te & cupíditas otii, quod sine te consístere non potest. Ego, nisi valdè necesse fuêrit, ex Italia non excêdam: legiônes armo, paro: spero me non péssimum exércitum habitûrum ad omneis casus, & ímpetus hóminum. de exércitu, quem Pansa hábuit, legiônem mihi Cæsar non remittit. Ad has literas statim mihi rescribe, tuorumque aliquẽ mitte, siquid recónditum magis erit, meque scire opus esse putâris. Vale Séptimo Calendas Iunias. Eporédia. 26 Maij

Ex Epístola. Quod pro me non fácio.

Hoc ego Labeônem credo illi retulisse, aut finxisse dictum, non ab adolescente probâtum. Committendum nondum putâui, priùs ut Alpes transgrederêtur, quàm quid istic agerêtur, scirem. Legiônes armo, paro, spero me non péssimum exércitum habitûrum ad omnes casus atque ímpetus hóminum, sed promptíssimum.

HVBER. QVOD pro me. Lábeo Segulins quidã homo nequam & discordiis gaudens finxerat Cǽsarem octauiânum domi suæ dixisse Ci. dixisse Cæs. ornandũ & tollendum, quod quidem uerbum cum Cæ. accepisset in áliam partem, ac dictum esset: molestíssimè tulit preteréà ueterânos malè loqui de Ci. quia prohibuisset Cǽsarem & Décium in decémuiris esse, qui electi fúerant ad pecúniam distribuendam milítibus. Itaque Décius his de rebus Cice. certiôrem facit, monétque ut uitet perícula, faciátque de decémuiris quòd ueterâni uelint: deinde ut assentiâtur de agris ueterânis dándis in ipso Décio & à Cæsa. & de legiónibus, quibus agri erant assignandi. Postrêmò dicit quid agat & quid actûrus sit. petítque ut si quid sit secrétius eum certiôrem fáciat. Amor cogit. sic Cice. in Lǽlio de amicítia. Quàm multa enim, quæ nostrâ causâ nunquam facerêmus, fécimus causâ amicôrum. Neque contemptũ. neque paruifactum, quia res erat magni pónderis. Homo sui símilimus, quia à paruo ingénio suo nõ discêdit. Apud Cæsa. domi Cǽsaris. Multum sermônem. multa uerba. Dictum, scilicèt à Cæsa. Ornandum. honorandum. Tollendum. hoc uerbum díxerat Ci. pro extollendum, sed cum sit ambíguum accéperat Cæsar in malam partem tollendum, idest interficiendum. Sic illud de Nerône. Quis neget Aeneæ magna de stirpe Nerônem, Sústulit hic matrem, sústulit ille patrem. Cõmissûrum. permissûrũ, datûrum cópiam facultâtẽ. Non prolâtum, scilicèt credo péssimè loqui, sed ad te. Instâre. imminêre. Hábiti. electi: dicit enim Appia. decem prætéreà uiros ad distributiônẽ creauêrunt, quibus nec Cęsarem undécimum addidêre. Ad uestrum arbítrium, ut uos uellêtis nobis exclûsis. In itínere. ut irem in Gálliam transalpînam. Eos. ueterânos. Iactatiône uerbôrum, id est iactando & spargendo uerba, quibus te perterrêre fáciant. Et denuntiatiône perículi. minando tibi malum & mortem. Impulso, incitâto propter uerba tua in eum dicta. Cantilênam. sermônem, fábulam, quam de te fingunt. Pendêre ex hoc, inde prouenîre. Tamèn. licèt causa lucri hoc fáciant. Cogâre timêre, dando, scilicèt causam timôris. Occurri. prouidêri. De decémuiris. ut ego & Cæsar in eis simus. De prǽmiis, quæ eis promissa sunt, ut reddantur. His nostris. ueterânis. Ab utrisque nobis. à me & à Cǽsare. Lentè. scilicèt agas. Ac senâtum constitûtum, scilicèt dicas.

Tollo in argumento cũ explanatione. ...trem Nero sus- ... dimedio uiuen- ... n Æneas vero de ... lio flammarum ... s patrem erep- ... tulit humeris ... n Ascanio filio

Consueuistis. iudicastis, decreuistis. Facultâtem. cõmoditâtem. Ex agris Syllânis, quos olim Sylla suis milítibus distribúerat. Ex agro Campâno. quem Cesar etiam uiuens milítibus suis distribuendum curauerat, ut scribit Appiânus. Aequálitèr. ut tantũ detur uni q̃ alii. Aut sorte. per iactum sórtium, ut nemo possit queri factã sibi fraudẽ aut iniustitiam quæ uel per æquâlem diuisiônem, uel per sortem fieri non potest: inde Virgi. Iustam regînam describens primo Aeneid. dixit. Operumque labôrem Pártibus æquâbat iustis aut sorte trahêbat. Prudéntia, quia plus uídeam quàm tu. Valdè necesse. máxima. necéssitas coégerit. Non péssimũm. Lipote. i. optimũ. Recónditum. secrétum.

ASCEN. QVod pro &c. Audíerat Brutus Octáuiũ Cǽsarem ægrè ferre ꝙ Cícero dixisset eum tollendum ꝙ uerbum in malam partem accéperat, & ꝙ Cǽsarem ac Décium in decémuiris esse prohibuisset, quocirca monet eum amicè ut perícula deuitans de decémuiris, ueterânos sequâtur, & illis pręmia assignet. Ordo est. Amor meus in te, & tua offícia sup. in me & in remp. cogunt me fácere id pro te, quod ego non fácio pro me uidélicèt ut timeam. Cũ enim dictum esset mihi sæpè. Neque contemptũ. i. pro nihilo hábitum, sed magni æstimâtum à me. Lábeo Segúlius homo símilimus sui. i. ut uidêtur ita ꝑfidus, narrâuit mihi nouíssimè. i. último témpore, se fuisse apud Cǽsarem. s. Octáuium, & multum sermônem esse hábitum de te. Et narrâuit ipsum Cǽsarem nihil questum sanè. i. omnino de te, nisi dictum. i. ob dictum, ꝙ díceret te dixisse sup. Cæsarem adulescentem laudandum, ornandum, tollendum, quod últimum potest duplícitèr intélligi in bonã partem, ut sit extollendum & augendum sicut prius tolluntur dum educantur. unde Cómicus. Quicquid peperisset, decreuêrunt tóllere, aut in malam, quasi de medio auferendum, sicut illud in euangélio. Tolle, tolle, crucifige eum. Pótuit autem fieri, ut Cícero, qui petulanti satis fuit ingénio, & se ut in superióribus pátuit, nõnunquam iactâuit ob sales suos, tale quid de Cǽsare per ambâges díxerit ꝙ ille in peiôrem partem accéperit, unde Cæsar indignâtus respónderit se non esse commissûrum. i. passûrum, ut possit tolli. i. auferri de hoc mundo. Ego credo Labeônem retulisse. i. narrasse, illa. s. Cęsari, hoc. s. à te dictum esse, aut finxisse dictum esse à Cǽsare non prolâtum ab adolescente. s. Cæsare. Vero pro sed, Lábeo uolêbat me crédere. i. ut créderem ueterânos. s. mílites loqui péssimè. s. de te, & perículum instâre. i. imminêre tibi ab iis & supple eos indignâri. i. ægrè ferre máximè. i. præcipuè, ꝙ neque Cæsar neq; ego essêmus hábiti in decémuiris. i. inter decem uiros creâtos ad reipub. gubernatiônem donec cónsules crearentur, atque uolêbat eos máximè indignâri, quòd ómnia essent collâta. i. redacta ad arbítrium uestrum. s. qui decémuiri essêtis. Cum ego audissem hæc, & essem iam in itínere. i. proficíscerer, non putâui cõmittendum. i. ꝙ debêrem pati, ut transgréderer priùs Alpes, q̃ scirem, quid agerêtur istic, hoc est Romæ. Nam crede mihi, eos. s. ueterânos sperâre te perterrefacto. i. si fúeris perterrefactus ex iactatiõe uerbôrũ, id est iactando uerba, de tuo perículo, id est quibus innuant te uersâri in magno perículo. Et denuntiatiône. i. insinuatiône perículi. s. in quo uersêris, & adolescente scilicèt Cǽsare impulso, scilicèt per eos in uos decémuiros, sperâre dico posse cónsequi magna prǽmia, & crede mihi istam totam cantilênam, id est istam fictiônem indignatiônis Cǽsaris pendêre, id est esse ortã ex hoc ut lucrifáciant, scilicèt ut lucrentur quamplúrimũ. Petiêrunt enim agros sibi díuidi. Neque tamen uolo te non esse, immò uolo te esse cautum & uitantem insídias. Nihil enim potest esse mihi neque iucúndius neque chárius uita tua. Vide, id est consídera & caue illud, ne cogâre, id est cogâris timêre magis timendo id est si percipiâris timêre. Et supple ut occurras id est obsistas, ueterânis supple omnibus rebus, quibus potest occûrri supple eis. Et supple ut fácias primùm, quod desíderant decémuiris, id est ut ego & Cæsar in eis simus, deinde de prǽmiis, id est quod áttinet ad prǽmia, cénseas, si uidêtur tibi, scilicèt útile agros eorum mílitum, qui fuêrunt ueterâni cũ António, dando his scilicet ueterânis nostris. Et censendo supple agi ab nobis utrisque, id est me & Cǽsare lentè id est tardè ac ratiône, id est consideratiône pecúniæ, scilicèt públicæ quæ mínima est hábita de nummis scilicèt dandis milítibus, hoc est licèt ueterâni

Ordo. Terent. Sacra scriptu

Universidad de Deusto Biblioteca

rani & agros & pecunias sibi decerni in præmia petant,nos duntaxat de agris ágimus nobiscum, de nummis autem lentè,& censeas aut dicas senatum constitutum de ea re. Ego uideo facultatem fore ex agris Syllanis .i.quos olim Sylla suis distribuerat, & ex agro Campano,iis quatuor legionibus,quibus censuistis agros dandos,aut puto fortè oportere agros assignari legionibus æqualiter. Prudentia mea, quasi dicat, quæ magna non hortatur me tibi scribere hæc, sed amor in te, & cupiditas ocii, id est cessationis à bello, quod scilicet ocium non potest consistere,id est firmum & stabile esse sine te. Ego non excedam ex Italia nisi fuerit ualde necesse. Ego armo,& paro legiones, & spero me habiturum exercitum non pessimum.i.satis utilem ad omnes casus,& impetus hominum. Cæsar non remittit mihi legionem de exrcitu,quem Pansa habuit,quia reuera iam tum Cæsar sperare cœperat ad defectionem. Rescribe mihi statim post has literas, & mitte mihi aliquē tuorum,si quid erit magis reconditum.i.occultū, & putaris opus esse me scire.i.ut ego sciam.Poredia locus est ubi castra habebat. Vale.

* P.V.C. VIdeo facultatem fore,ex agris Silani, & agro Campano. Hæc est Medicæi codicis, & aliorum etiam manu scriptorum lectio:nā in impressis,ex agris Sylanis, legitur. Accurate animaduertendum,utra lectio melior sit.Non me fugit, de agris Sylanis in Senatu sæpe actum esse,& qui eos possidebant,magna inuidia eos tenuisse:nescio tamen, an his his temporibus cogitauerint eos ueteribus possessoribus eripere: & quicquid de illis agendum fuit,uerisimile est multo ante constitutum fuisse.Quare cum meliores libri SILANI habeant, uidendum est, an intelligat Brutus Silanum illum Lepidi legatum:qui cum ab eo cum legionibus in Italiā missus esset,& ipse,& Culleo alter legatus,ad Antonium ierant, de quo in epistola sua ad Ciceronem Lepidus queritur,Silanus & Culleo ab eo discesserunt:nam ita eo loco scriptum est,non Sylanus,ut impressis codicibus:uerisimile enim est,ob id factum hostem illum appellatum,& bonis multatum. Priuati autem homines nonnulli magnas sæpe possessiones habebant:dabat enim Senatus agros eorum, qui Antonium secuti essent,& à Repu.desciuissent,iis qui Remp.& senatus autoritatem defendissent.Res tamen obscura, & de qua nihil certi tradi possit.

HVBER. DIi isti.respondet Cicero superiori epistolæ Decii, ostendens Segulium non solùm locutum cū Cæsare id quod scripserat Brutus epistola sua, sed etiam cū omnibus,quibus cum locutus est, quæ tamen uana & falsa esse ostendit, cum appellat nugas: deinde respondet sigillatim ad reliqua & præcipuè quia scripserat ut caueret ne timendo magis timeret, dicit se imitari ipsum Decium in hac re,quia nunquam fuit timidus,se tamen uitaturum pericula,assentiturque ei de legionibus,& agris, quod scripserat. Dii.legitur & dei: est autem execratio & imprecatio. Tecum, subaudi locutum putas. Illud nugarum, istas nugas & ineptias siue uanitates. Ne ego essem.s.in decem uiris:nam Cice. in eis erat. De iis erat.i.ab iis.i.cum iudicassem uos qui habetis exercitus oportere dicere sententiam uestram,sicut & reliquos decem uiros,quidam reclamarunt contra meam sententiam. Qui solent.notat aliquos inuidos Decii. Excepti.i.exclusi.s.ex decemuiris. Me repugnante. ne exciperemini. Res nouas. allusit ad uocabuli equiuocationem:nam res multa significat, inter alia negocium & patrimoniū, ergo res nouas.i.noua negocia, nouas inuentiones. Non q ueterem.s.rem.i.patrimonium & substantiam. Nullam rem.significat maiores eius fuisse pauperrimos. Deuorauit,indicat fuisse gulosum. Libe.me.de.i.nolim propter me aliquid timeas. Cautionem.prouisionem ut possint caueri. A rerum natura.i.quæ neminem facere potest plusquam prudētem, ergo esset impudentia mea,si uellem esse plusq̄ sapiens. Constet. notissimum sit. Nunquam per. quod officium est fortitudinis. Accedere proxi.esse secundum post te. Ligurirent.assumerent gulosè uiuendo. Reconditum. quod non facilè propaletur, & in lucem ueniat. Quo.i.ut.

M.T.C. D. Bruto. Imper. S. D. P. [Ep. 55]

DIi isti Segulio malè faciant homini nequissimo omnium,qui sunt, qui fuerūt, qui que futuri sunt. Quid?tu illum tecum solùm, aut cum Cæsare,qui neminem prætermiserit,qui cum loqui potuerit,cui non eadem ista dixerit? Te tamen mi Brute sic amo, vt debeo, quòd istud quicquid esset nugarum, me scire voluisti. Signum enim magnum amoris dedisti. Nam quòd idem Segulius ait veteranos queri, quòd tu & Cæsar in decem viris non essetis, vtinam ne ego quidē essem. Quid enim molestius? Sed tamē cum ego sensissem de iis,qui exercitus haberent sententiam ferre oportere: iidē illi,qui solent,reclamarūt. Itaq; excepti etiam estis me uehementer repugnante. Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit: non quòd veterem comederit, nullam enim habuit: sed hanc ipsam recētem nouam deuorauit. Quod autem scribis,te,quod pro te ipso non facias, id pro me facere,vt de me timeas aliquid:omni te vir optime,mihique charissime Brute, de me metu libero. Ego enim quæ prouideri poterunt, non fallar in iis: quæ cautionem non habebunt de iis non ita valdè laboro. Sim etenim imprudens,si plus postulem, quàm homini

à rerum natura tribui potest. Quod mihi præcipis vt caueam,ne timendo magis timere cogar:& sapienter & amicissime præcipis. Sed velim tibi persuadeas, cū te constet excellere hoc genere virtutis, vt nunquam extimescas, nunquam perturbere: me huic tuæ virtuti proxime accedere. Quamobrem nec metuam quicquam,& cauebo omnia. Sed vide, ne tua iam mi Brute culpa futura sit, si ego quicquam timeam. Tuis enim opibus & Consulatu tuo, etiam si timidi essemus, tamen omnem timorem abiiceremus: præsertim cum persuasum omnibus esset, mihi que maxime, à te nos vnice diligi. Consiliis tuis, quæ scribis de quatuor legionibus, deque agris assignandis ab vtrisque vestrum, vehementer assentior. Itaque cum quidam de Collegis nostris agrariam curationem ligurirent, disturbaui rem, totamque vobis integram reseruaui. Siquid erit occultius, & (vt scribis) reconditum, meorum aliquem mittam, quo fidelius ad te literæ perferantur. Pridie nonas Iunii.

ASCEN. DIi isti & c. Respondens superiori epistolæ Decii Cicero ostendit Segulium cum multis uana locutū. respondens deinde ad reliqua,quæ scripserat Brutus, & ad id præcipuè q scripserat ut caueret ne timēdo magis timeret dicens se imitari in hac re Deciū qui nunquam fuit timidus,uitaturus tamen sit periculū, demum probat quod de legionibus scripserat. Ordo est. Dii malè faciant,isti.s.contemptibili & pernitioso Segulio .s.Labeoni homini nequissimo.i.minimæ uirtutis,omnium,qui sunt,qui fuerunt,& qui futuri sunt.Hiperbolicôs dictum, quid sup.putas tu illum sup. locutum solùm.i.duntaxat. Mecum.aut cū Cæsare.i.Octauio,qui neminem prætermisit, qui cum.i.cum quo potuerit loqui, cui non dixerit ista eadem. Tamen.i.licèt ille futilis & contemnendus sit,tamen ô Brute ego amo te sic ut debeo, q.i.quia tu uoluisti me scire istud quicquid esset nugarum.

Dedisti enim.s.hoc faciendo magnum signum amoris. Nam q idem Segulius aut ueteranos queri.i. conqueri q tu & Cæsar nō essetis in decemuiris.i numero decemuirorum. Vtinam ne quidem.i.non etiā ego essem. Quid enim sup.est molestius.s.q̄ eum magistratum nunc gerere.q.d.nihil. Sed tamen cum ego sensissem oportere sententiam ferri de iis, qui haberent exercitus, quales erant Brutus & Cæsar, illi iidem,qui solent.i.noti obmurmuratores, reclamarunt. Itaque uos estis excepti.s.è decemuiratu, me etiam repugnāte ueh ementer. Quocirca.i.quapropter,negligamus.i.contemnamus Segulium,qui quærit res nouas.i.immutationem statuum,non q comederit rem.i.substantiam suam ueterem: data opera utitur uocabulo equiuoce: nam res nouæ dicuntur nouæ rerum administrationes,sicut rerum potiri est earum administratione aut imperio fungi. Res autē singulariter est aut Venus aut lis,aut substantia:alludit ergo ad uocabuli equiuocationem:nullam enim habuit.s.rem ueterem,sed deuorauit hāc ipsam.s.modicam,quam habuit recentem.i.recentèr à patre per mortem eius acceptam,& ita non permisit eam fieri ueterem. Quod autem scribis.s.in principio epistolæ,te facere id pro me, qui.i.de te nihil timeas,ô Brute uir optime & charissime mihi,ego libero te omni metu de me.i.nolo,quicquā metuas de me, aut pro me,& est stomachosè satis dictum. Ego enim non fallar in iis,quæ poterant prouideri,& ego non laboro ita.i.multum ualdè,de iis.s.si decipiar in iis qui nō habebunt cautionem.i.quę nullo humano consilio caueri poterunt.Enim.i.quia ego sim imprudens.i.inuerecundus ac petulans in petendo, si postulem plus q̄ potest tribui homini à natura rerum,quæ unicuique rei limites constituit,ita ut minus uideant homines,quā dii. Quod præcipis mihi ut caueam ne timendo cogar magis timere,tu præcipis.i.mones,& sapienter & amicissimè,sed uelim sup.ut persuadeas tibi,cùm constet te excellere hoc genere uirtutis, ut nūquam extimescas & supple nunquam perturbere, me accedere.i.appropinquare proximè huic uirtuti tuæ,hoc est me non multo minus imperterritum esse quàm te. Quamobrem,neque metuam.i.non timebo quicquàm, & cauebo omnia scilicet metuenda. Sed ô mi Brute, uide ne tua culpa futura sit,si ego timeam quicquam. Etenim.i.quia, etiam si essemus timidi scilicet à natura,tamen abiiceremus omnem timorem tuis operibus.i. potentiis & consulatu tuo scilicet fræti,præsertim cum esset persuasum omnibus,& maximè mihi, nos diligi unicè à te. Ego assentior uehementer consiliis tuis,quæ scribis de quatuor legionibus, & de agris assignandis ab utrisque uestrum.i.te & Cæsare. Itaque cum quidam de collegis nostris.i.de decemuiris ligurirent .i.iam quasi rem dulcē lingerent & degustarent, sperantes ex ea re lucrum aut fauorem sese capturos,curationem agrariam.i.agrorum distribuendorum curam. ego disturbaui rem,& reseruaui sup. eam uobis totam integram. Siquid erit occultiùs,& ut scribis reconditum. ego mittam aliquem meorum, quò.i.ut literæ perferantur ad te fideliùs.Pridie.& c

M.T.C. D.Bruto.Impe.S. P.D. [Ep. 56]

CVm Appio Claudio C. F. summa mihi necessitudo est, multis eius officiis, & meis mutuis constituta. Peto à te maiorem in modùm, vel humanitatis tuæ, vel mea causa, vt eum autoritate tua, quæ plurimùm valet, conseruatum velis. volo te, cum fortissimus vir cognitus sis, etiam clementissimum existimari. Magno tibi erit ornamento, no-

HVBER. CVM Appio. Commendat Cic.diligentissimè De.Bru.Appium quendam, quo cum maximam sibi & iustissimam necessitudinem esse dicit.Rogat autem Decium,ut eum contra aduersarios,qui eum uehementer oppugnabant, & urbe eiicere studebant,tueatur,& in urbe retineat cum facillimè id facere possit,quem eo beneficio dignum esse ostendit. Meis mutuis. in eum uicissim collatis. Constituta. confirmata. Volo.sensus, uolo quòd homines ita existiment te clementissimum sicut existimauerunt fortissimum, quod assequeris si hunc defendes. Patris scilicet sui.Minus ueram,minus bonam & iustam. debuerat enim quantū coniicimus aliquid mali admisisse. Probabilem. proximā uero,uerisimilem, quod patrono cuique cōceditur. Mitius potes.alius codex satis emendatus habebat nutus tuus potest,quod magis placet,ut sit sensus,so-

lo anutu-

lo nutu tuo potes hóminem incólumem in pátria retinêre.

ASCEN. CVm Appio & cæt. Commendat diligentíssimè Décio Bruto Appium quendam, qui cum máximam sibi dicit necessitúdinem, rogatque ut eum tueâtur, contra aduersários, qui eum eíicere urbe cõtendêbant, dicens. Summa necessitûdo. i. necessária coniúnctio amicitiæ est mihi cũ Appio Claudio filio Caii. i. Claudii institûta. i. ínita & comparâta, multis officiis eius. Et meis. mútuis. Peto à te maiórem in modùm. i. obnixè, uel causâ humanitâtis tuæ uel meæ, ut uelis eum cõseruâtum. i. saluum esse autoritâte tua, quę ualet plúrimùm. Volo te cum sis cógnitus uir fortíssimus, existimâri. i. iudicâri etiam clementíssimum. Erit tibi magno ornamento adolescentem nobilíssimum, esse saluum. i. conseruâtum beneficio tuo. Cuius scílicèt adolescentis causa debet quidem esse mélior, hoc. i. propter hoc, q̃ ipse adductus pietâte. s. in patrem, coniunxit me cum António, propter restitutiónem patris. s. sui. Quare etsi. i. quanquam, habêbis causam minus ueram. i. nõ satis iustam, tamen póteris indúcere uel. i. saltem áliquam probábilem. Nutus tuus. i. solum iudicium uoluntâtis, potest retinêre incólumẽ in ciuitâte, hóminem natum summo loco. i. claríssimis natálibus, & summo ingénio, & summa uirtûte, prætéreà. i. præter illas dotes, officiosíssimum, scílicèt in conferendis beneficiis, & gratíssimum in reddendis. Quod ut fácias. i. ut incólumẽ retíneas, ego peto à te ita, ut non possim pétere maióre stúdio, ue pro uel magis ex ánimo, id est sententia mea. Vale.

HVBER. NOs hîc. Hortâtur Décius Ci. ut bono sit ánimo, & nihil de repúbli. timeat: dicit autem Lépidum bñ. de se sentíre, de quo ánteà suspicátus fúerat, ut suprà sæpe uísum est: iustam autem causam nullíus timóris esse ostendit, cũ hábeat treis exércitus ita fortes: prætérea quæ suprà scripserat dicit hómines loqui & diuulgâre, ut terreant ipsum Cicerónem. Hortâtur autem ut in eos sit fortis. Cómmodè, benè. Líberè, sine cuiusquam respectu, Si ómnia essent aliéna, id est si ália nobis deessent, uel essent contrária. Tribus, mei Cæsaris & Planci. Valéntibus, fórtibus. Augére, habére maiórem quàm unquam habúeris. Quæ scripsi, scílicèt fuísse dicta à Segúlio. Si frenum momórderis, id est si eos contémpseris. translatio sumpta ab equo, qui cum sessórem uel équitem contemnit, frenum mordet.

Peream. iurantis est. Quotquot sunt. i. si etiam essent infiníti. Conantem. uolentem, tentantem.

ASCEN. NOs &c. Hortâtur Décius Cicerónem ut bono sit ánimo, q̃ de repu. benè sperét, cùm Lépidus iam benè sentíat, & ipse bonas hábeat cópias. Ordo est. Nos ualémus hîc rectè, & dábimus óperam quò. i. ut ualeámus méliùs. Læpidus uidétur sentíre cómmodè. i. benè & utilitèr de nobis, nos debémus consúlere reipúb. líberè, omni timóre depósito. Quod si ómnia essent aliéna. s. à nobis, tamen tu debébis habére magnum ánimum, tribus tantis exercítibus própriis reipúb. ualéntibus. i. cum treis tales exércitus reipub. proprii sint ualentes. s. meus, Cæsaris & Planci, quem scílicèt ánimum, tu & simul, habuístisémper, & putes nunc augére fortúna fauêtèr aspirante. Hómines loquúntur causa tui terrendi. i. ut te terreant, ea quæ scripsi tibi mea manu líteris superióribus. Própria autem manu secrêta & recondita scriptitábant. Scribæ sui mánibus uulgatória. Si momórderis frenum. i. pertináci ánimo contra ómnia terrícula restíteris, tracta metaphora ab equo, qui dum équiti obtemperâre non uult, frenum mordet, & déntibus tenet, péream si omnes quot quot sunt, póterunt ferre te conantem loqui. Ego ut scripsi tibi ánteà, morábor in Itália, dum, donec, líteræ ueniant mihi à te. Octauo &c.

HVBER. NArro. respondet Ci. superiori epístolę breuitèr, ut dicit imitatióne ipsíus Decii: dicit tamen omnem timórem si modo esset tímidus, potuísse sibi pénitus amoueri illa eius epístola. Narro. q. d. fáteor tibi, légitur, tum in áliis códicibus parum tibi subirascébar. Breuitâti. quod minus breuitèr scríberes. Loquax. nimium uerbo-

ramque dare, vt quotídiè méliùs: Lépidum cómmode sentíre: tribus exercítibus, quíduis nos oportêre confídere. Si tímidus essem, tamen ista epístola mi omnem metum abstérsisses. Sed, vt mones, frænum momordi. Etenim qui in te inclúso omnem spem habúerim in te, quid nunc putas? Cúpio iam vigíliam meam Brute tibi trádere, sed ita, ut ne desim constántiæ meæ. Quòd scribis in Itália te moratûrum, dum tibi líteræ meæ véniant: si per hóstem licet, non errâris. Multa enim Romæ. Sin aduentu tuo bellum cónfici potest, nihil sit antíquius. Pecúnia expeditíssima quæ erat, tibi decrêta est. Habes amantíssimum Séruium: nos non désumus. Vale. Octauo Idus Iúnias.

25. Mai

sus. Imitâbor te. bréuibus scribam. sicut soles q̃ multa scílicèt dicam uel scribam. Paucis. uerbis. Te rectè ualêre. ordo est. si tímidus essem, tamen abstérsisses mihi omnem metũ ista epístola, scílicèt quod uis nos recte confídere, te recte ualêre. i. q̃ recte ualeas. Læpidum sentíre cómmodè, séntiat de te & c.

Frenum momordi. frenum accêpi déntibus. Est enim. ratio à minóri ad maius. est autem sensus, si audébam spe tui cum eras obsessus, quid nunc putas me fácere cum obsidióne liberâtus, potes me multo magis defêndere, quasi dicat multo magis áudeo. Vigíliam. custódiam reipub. uigilâre enim pro diligenter seruâre pónitur. luuená. Sed uígilat consul. Vt nõ desim cõstántiæ. i. ne uídear fácere ex leuitâte. Si per hostem licet. i. si hostes te permittent morâri. Multa, s. sunt noua. Cónfici fíniri. Antíquius, chárius. s. q̃ confícere bellum.

ASCEN. PARVM &c. Respondet bréuiter superiori epístolæ, dicens se imitâri in breuitâte epistolárum ipsum Brutum, & omnem timórem si modo tímidus fuísset, potuísset ista epístola depónere. Ordo est, Ego subirascébar, id est succensébam tibi parum ántea breuitâte. i. propter breuitâtem literárum tuárũ, & ego uídeor mihi nunc esse loquax. Ego ígitur imitábor te, scílicèt bréuitèr respondêbo ad ea quæ bréuiter scripsísti. Quam. i. ò quantum, multa sup. scripsísti, quàm paucis, sup. uerbis. Scripsísti enim te rectè ualêre, & dare óperam, sup. ut uáleas quotídie méliùs.

Ordo

Læpidum sentíre cómmodè. i. utíliter pro repu. nos oportêre confídere quíduis. i. quódlibet bonum trib⁹ exercítibus. s. Bruti. Planci & Lépidi. Si essem tímidus tamẽ tu abstérsisses mihi omnem metum ista epístolâ. Sed ut mones, ego momordi frenum. i. contra ímpetum uires assúmpsi, sicut equus recalcitrâre nolens contra sessórem, ne freno obédiat, frenum mórdicus tenet. Etenim quid putas sup. nunc fácere aut quam spem habêre, me qui habúerim omnem spem in te inclúso, & Brute, ego cúpio trádere iam tibi uigíliam meam. i. solicitúdinem & curam pro re, q. d. non opus est, ut ipse uígilem, dum tu pro repu. excubâbis, sed ita sup. cúpio trádere ut non desim constántiæ meæ. Quod scribis te moratûrum in Itália, dum. i. donec líteræ meæ ueniant. i. afferantur tibi, non errâris pro errâueris, si licet per hostem. i. hostis quoque in ira mánserit. Multa enim sup. dicúntur & fiunt Romæ seditióse, aut quid símile intélligit. Si bellum potest cónfici. i. fíniri, in aduentu tuo. i. statim cum ad hostem peruéneris, nihil sit antíquius. i. chárius. Pecúnia, quæ erat expeditíssima. i. paratíssima, est decrêta tibi. Tu habes Seruílium amantíssimum scílicèt tui, nos non sumus sup. tibi. Vale. &c.

Cicero. D. Bruto. S. P. D. EP. 58

NArro tibi, ánteà subirascébar breuitâti tuarum literárum: nunc mihi loquax esse vídeor. te ígitur imitábor. quàm multa, q̃ paucis? te rectè ualêre, ópe-

ramque

M. T. C. D. Bruto. Imper. S. D. EP. 59

XPectáti mihi tuas quotídiè líteras Lupus noster súbitò denunciâuit vt ad te scríberem, siquid vellem. Ego autem etsi quid scríberẽ, non habébam (acta enim ad te mitti sciébam) inânem autem sermónem literárum tibi iniucundum esse audiébam: breuitâtem secútus sum, te magístro. Scito ígitur in te, & in Collêga spem omnem esse. De Bruto autem nihil adhùc certi: quem ego quemádmodùm præcípis, priuâtis líteris ad bellum commúne vocâre non désino, qui vtinam iam adesset: intestínum vrbis malum, quod est non mediócre, minus timerémus. Sed quid ago? non

HVBER. XPectanti. Hac epísto. hortâtur Ci. Brutũ ut diligentíssimè agat pro rep. spẽ. n. totam esse in eo & in Planco, deinde dicit M. Brutũ uocâri ad hoc bellũ Itálicum, quóniã si adesset, min⁹ mali timerétur.

Acta, quæ in urbe fiunt & inscripta redigũtur quę acta appellantur. De Bruto. s. Marco. Priuâtis, meo nómine scriptis nõ aũt noie senâtus. Intestínum, ciuile.

Acta

Nõ est me. i. máximũ est, liptóte. Sed quid ago, uidébat Ci. se nimiũ multa scripsísse, ideo repsísit λακωνισμὸν id est breuitâtẽ. Lacónes. n. breuíloqui esse cõsuerũt, uñ laconísmos breuilóquiũ dícitur. Altera, secunda. Iam p̃cédit. s. plena iam prima pagella.

Laconismos

XPectanti & c. Hortâtur Cic. Bru. ut diligentíssimè agat, p̃ rep. cũ in eo & Plãco, tota sit spes, dicitq; M. Brutũ uocandũ ad id bellũ, quia si adesset min⁹ mali timerẽt. Ordo est. Lupus nr denũciâuit súbitò mihi expectáti quotídiè lras tuas, ut scríberem ad te, si quid uellẽ, ego aũt & si nõ habébã qd scríberẽ. Sciébã enim acta. s. pública mitti ad te. Autẽ id est sed, audiébã sermónẽ literárũ inânẽ. i. minimè necessáriũ, esse iniucundũ tibi, secútus sum breuitátẽ te magístro. i. qui id re ipsa docuísti. Scito ígitur omnem spem esse in te & in colléga. s. Plánco. Aũt. i. sed nihil sup. habeo aut audíui adhùc certè de Bruto. s. Marco, quem ego nõ désino uocâre ad bellũ commũne quemádmodũ p̃cipis, líteris. s. meis priuâtis. i. mea autoritâte nõ pub. scriptis, qui útinã adesset iã, nõ timerémus minus. s. quã nũc facimus malũ urbis intestínũ. i. internũ qđ est inter ciues, quæ sunt sub unis mœnibus ut intestína sub una pelle. Sed quid ago.

ASCEN.

Ordo

HVBER.

ASCEN.

Ordo

Laconismos

ASCEN.

Ordo

Prouido

Ego non imitor.s.ut cõstitueram. Laconisimon.i.formam scribendi breuitâte lacónica. Altera pa.s.tabelę pcêdit.i.occupât scriptúra. Vince.s.hostes,& Va.

HVBER. IN máximo,cum semp habuisset Décius suspectũ Lépidũ ne se cõiúngeret cũ Ant. molestèq; tulisset quidam eius timórem,quẽ ánteà credébant esse intrépidũ,postq̃ Lepi.se coniunxit, dicit se hac re consolári dolórem suũ.ꝙ hoies intélligunt eũ nõ sine causa timuísse,dicit aũt quæ scripserit ad senátum & ab eo petíuerit,quæ oía nisi fiant,ut scripsit,ostendit rẽp.in máximo periculo fore,& quóniam duas legiónes ad se mitti petíuerat, rogat ut fidélibus uiris mádętur id negóciũ. Quæ acci.de cõiunctióne Lepi. & An.licèt possum⁹ intelligere de mutatióe Cæ.Traiiciant,trãsmittãt.Bru.M.Necne,an nõ.Quib⁹,q̃lib⁹. Negóciũ,curã.Fide,ut sint fidéles,& celérit addúcat.

ASCEN. IN maxio &c. Cũ Déci⁹ habuisset Lépi.semper suspectũ ne An.se cõiúngeret & ob id meticulósior haberétur, postq̃ Lepi.illi cõiunctus erat,hac epístola dicit iã patere ꝙ nõ sine causa timúerit &c.Ordo est.

Ordo. Ego utor in máximo dolóre meo,hoc solátio ꝙ hómines intélligunt me timuísse ista,quæ accidérunt.s. de perfídia Lépidi,nõ sine cã. Ego misi lras ad senátũ ut sup.deliberent,utrũ traiiciãt legiónes.i.transmittant in Itáliã ex Africa,nec ne.i.an nõ,& an accerĭant .i.uocent ad se Brutũ ex Sardínia nec ne,& sup.an dẽt mihi stipéndiũ,an nõ decernãt.s.dandũ. Crede mihi ò Cice.nisi ista oía fiunt ita quemádmodùm scribo .i.nisi legiónes accersúntur & stipéndium decérnitur,mihi, nos omnes aditúros magnum periculũ. Rogo te uidére.i.ut attendas, quibus hominibus detis negócium,qui addúcant legiónes ad me,opus est & fide & celeritáte.Tertio &c.

HVBER. MAgnam,Mátius ciuis Ro.cum apud Cæ. multos annos in summa grátia fuísset plurimúmque apud eum ualuísset & in Gállia,& postea Romæ, non immemor acceptórum beneficiórum, neq; ingrátus mutuo amóre Cæ.semper prosecútus est, cumq; eo interfecto uehementèr angerétur,& de eius cæde conquereretur, percussóres indignabantur obiiciébantque Matio ꝙ fleret mortem Cæsa.quia doléret remp. liberátam tyránnide & ob id ei minabantur. Itaque hac epístola ostendit se semper fuísse amatórem cõcórdiæ pótiùs q̃ belli ciuilis neq; se secútum Cæ.ꝙ gauderet rempu.ópprimi,sed ne amicítię officio deésset,liceret aútem nunc flere eum mortuum, à quo ánteà tot ciuium salútẽ impetráuerit, in quo accusat superbiam eorũ.qui eum ab hoc officio humanitátis deterrére conantur,à quo affirmat nullis terróribus aut minis se unquam detérritum iri,deinde excúsat etiam se,ꝙ exculabátur curásse ludos.qui facti fuérant in honórem Cæ. Postremò dicit se esse uictúrum in exilio,quod reliquum est uitæ suæ. Sin autem id non licúerit,se ita futúrum Romæ ut semper benè cúpiat reip.Incorrupta, inuiolata talis,qualis fuerat ántea. Offénderet, léderet. Tibi plurimis atq; óptimis ártib⁹ órnato,tibi doctíssimo uiro,qui propter multárum rerum perítiam & doctrinam nõ facile ómnia credis. Témerè, sine causa.Propensa, magna inclinata.Atque esset,etiã hoc témpore.Omnibus.s.quæ mihi obiiciãtur.Vt par erat, ut decébat amicum fácere. Restitísti, refellendo respondísti.

Propensa.

Nota ex relatióne amicórum,& potíssimum Trebatii. Contulérunt in me,imputauérunt mihi.s.maleuoli & aduersárii mei. Vítio dant,culpant, tanquã malè factum. Proinde,ac si,tanquam. Vicerint.i. rationibus ipsis obtinuérint & probauérint. Non agam astutè,non simulábo. Istum gradum sa. eo-

Proinde

imitor λακωνισμὸν tuum: altera iam pagella procédit. Vince,& Vale. XIII I.Calé. Quintileis. 1 b. Iunij.

admonitoria.

M.T.C. D. Brutus. S. P. D. Ep. 60.

IN máximo meo dolóre hoc solátio vtor, quòd intélligunt hómines nõ sine causa me timuísse ista,quæ accidérunt.Deliberent vtrùm traiiciant legiónes ex Aphrica, nec ne, & ex Sardínia:& Brutum accersant, necne:& mihi stipéndium dent,an decernant. Ad senátum líteras misi.Crede mihi,nisi ista ómnia ita fiunt, quemádmodùm scribo, magnum nos ómneis aditúros periculũ. Rogo te,vidéte quibus hominibus negótium detis,qui ad me legiónes addúcant: & fide opus est, & celeritáte. Vale.III. Nonas Iúnias ex castris. tertia die Iunij

Se Cesatis multi gratulantur interitu.

C.Matius.M.T.C. S.P.D. Ep. 61.

MAgnam voluptátem ex tuis líteris cepi,quòd quam speráram atque optáram,habere te de me opinióném, cognóui.De qua etsi non dubitábã,tamen quia máximi æstimábã, vt in corrupta manéret laborábã. Cónscius autem mihi eram nihil à me cõmíssum esse quod boni cuiusquam offénderet ánimũ. Ego minus credébã plúrimis atque óptimis ártibus ornato tibi témerè quicquã persuadéri potuísse, præsértim in quem mea propensa & perpétua fuísset atque esset beneuoléntia. Quod quum,vt vólui, scio esse:respondébo criminibus, quib⁹ tu pro me,vt par erat,tua singulári bonitáte & amicítia nostra sæpe restitísti. Nota enim mihi sunt quæ in me post Cæsaris mortem contúlerint. Vitio mihi dant quòd mortem hóminis necessárii gráuiter fero:atque eum quem dilexi, periísse indíguor. aiunt enim pátriæ amicítiam præponendam esse:proinde ac si iam vicérint,óbitum eius reipúblicæ fuísse útilem. Sed non agam astutè. Fáteor me ad

ístum gradum sapiéntiæ non peruenísse. Neque enim Cæsárem in dissensióne ciuili sum secútus: sed amicum, quanquam re offendébar,tamen non deserui. neque bellum vnquam ciuíle, aut etiam causam dissensiónis probáui,quam etiam nascéntem extíngui summè stúdui. Itaque in victória hóminis necessárii, neq; honóris, neque pecúniæ dulcédine sum capt⁹:quibus præmiis relíqui, minus apud eum quàm ego,cũ possent, immoderatè sunt abúsi. Atque etiam res familiáris mea, lege Cæsaris diminúta est:cuius beneficio plerique,qui Cæsáris morte lætantur, remansérunt in ciuitáte. Ciuibus victis vt parceréture,æque ac pro mea salúte labora-

rum,qui præpónant pátriam amicítiæ. Non sum se.Cæ.s.tanquam Cæsa.& oppugnatórem pátriæ.Sed amícum, sed ut amícum, cui non debúeram deésse etiam in summis periculis. Re, oppugnatióne pátriæ. Caúsam ut propter negátum triumphum deberet conuerti in pátriam suam. Nascéntem.s.causa dissensiónis. Extíngui. deléri,omnino tolli. Stúdui,diligenter,curáui. Itaque,infert ex his quæ dixi feciśse,ꝙ amicum non hóminem sit secútus, quia non fecerit id propter honórem & prǽmia sicut alii qui cum minus possent apud Cæ.quàm ipse,prǽmiis tamen immoderatè abúsi sunt & honóre. Sunt abúsi,qui omnino noluérunt habére. Cuius, Cæsa. Beneficio,clementia & liberalitáte. Aeque ac pro mea salúte.i.tantum quantùm pro salúte mea própria.

ASCEN. IMAgnam & c.Mátius ciuis Ro.cum apud Cæsa. multos annos in summa grátia fuísset,& mutua beneuoléntia eundem semper persecútus, & eo interfecto uehementèr conturbátus & questus fuísset, percussóres Cæsa.obiiciébant id illi,quòd fleret necem Cæs.& reipu.liberatiónem iniquo ánimo ferret,quo circa hac epístola ostendit se semper fuísse amatorẽ concórdię,neque secútum Cæsárem ut rempub.óp-

Ordo. primat,sed ut officio satisfáciat,Purgans ꝙ ludos in honórem Cæsaris fáciẽdos curáuerit,demum dicit se aut in exílio aut Romæ si detur uicturum amatorem reipu. Ordo est. Ego cœpi magnam uoluptátem ex líteris tuis, ꝙ cognóui te habére de me sup.eam opinióném,quam sperábam atque optábam. Dequa.s.opinióne, & si non dubitábam,tamen quia máximi æstimábam, laborábam ut maneret incorrupta.i.integra. Autem .i.sed ego eram cónscius mihi,nihil esse commíssum à me, quod offénderet.i.læderet & ad iram prouocáret ánimum cuiusquam boni. Eò.i.tantò,aut propterea credébam minus quicquam potuísse persuaderi témere.i.inconsyderatè & sine certa ratióne tibi ornáto plúrimis atque óptimis ártibus, præsértim in quẽ mea beneuoléntia fuísset scílicèt priùs atque esset scílicèt adhuc propensa.i.prona & inclinata,& perpétua.i.intermissa. Quod quando.i.quoniam scio esse ut uólui respondébo criminibus.i.criminatiónibus,quibus tu restitísti sæpe pro me,ut par.i.æquum erat,pro tua singulári bonitate & amicítia nostra. Enim.i.quia, ea,quæ scílicèt obtrectatóres contúlerint in me.i.obiecerint mihi post mortem Cæsaris,sunt nota.i.manifesta. Ipsi supple dant mihi uitio.i.dicunt mihi uitiósum esse,ꝙ fero gráuiter.i.molestè, mortem hóminis necessárii scílicèt Cæsaris,atque sup.ꝙ indignor.i.indignanter pátior eum,quem dilexi scílicèt Cæsarem periísse.Ipsi eni aiunt,Pattiam esse præponendam amicitiæ.i.plus diligendam quam amicum. Proinde.i.perinde ac si uicerint.i.probáuerint contra áliter sentientes necessáriis argumentis,óbitum eius.s.Cæsaris fuísse útilem reipu.

Sed non agam astutè, quia non fictè nec dissimulanter. Fáteor me non peruenísse ad ístum gradum sapiẽtiæ scílicèt ut cognoscam Cæsaris mortem fuísse útilem reipub. Neque enim secútus sum Cæsárem in dissensióne ciuili.i.in eo ánimo ut fouérem discórdiam ciuílem, sed quamquam offendébar re.i.ipsa discórdia,tamen non deserui amicum.Neque probáui.i.non approbáui neque laudáui unquam bellum ciuile aut causã dissensiónis, quam scílicèt dissensiónem aut causam eius, ego stúdui summè extíngui.i.ut extingueretur,etiam nascentem.i.in primis exordiis. Itaque neque sum captus dulcédine honóris neque pecúniæ,in uictória hóminis necessárii.s.Cæsaris,quibus prǽmiis scílicèt honóris & pecúniæ,reliqui scílicèt Cæsa.ássecłæ, cum possent minus apud Cæsárem quàm ego,tamen sup. abúsi sunt immoderatè. Atque etiam.i.insuper res mea familiáris est diminúta lege Cæsaris.i.per Cæsarẽ lata.Cuius beneficio plerique,qui letantur morte.i.de morte Cæsaris,remansérunt in urbe. Ego laborãui æque ac pro mea salúte ut parceretur ciuibus uictis.

*P.V.C. IPATRIAE amicítiam. Si amicítiam appellãuit amorem,ut nos crédimus,Matius(nam Græci quoque φιλεῖν sæpe τὴν φιλίαν uocant)non uídeo cur prísca léctio reiici débeat.Quòd ita olim scripsímus,dedimus id uetustáti, ac fidelitáti librórum, cum quibus postea minóris autoritátis códices consentíre cognouimus, uel pótius in nullo áliter reperimus. Sed magnum negótium est,receptam áliquam opinionem,nisi prorsus absúrda sit,ex ánimis hóminum euéllere.

HVBER. IPOssum igitur.q.d.non possum;interrogatiue legendum est. Fuerint scílicet ipsi Cæsa. Plecteris, punieris. Factum nostrum, Cæsaris cædem. Alios, interfectores Cæsa. In facinore,in homicídio. Aliis, ut mihi. Hæc quæ se.s.timerẽt,gauderent & c. Que, gaudére,dolere. Extorquere,eripere. Periculi,etiam si mortem minentur. Appetendam,ultro quærendam. Sui facti,interfeciśse Cæsarem. Acerbam, grauem,molestam. At débeo, obiéctio,quæ posset fieri. Id quidem,respónsio obiectionis, est autem sensus non quero probare uerbis me cupere remp. esse salũ nisi uita mea ante acta & reliqua spes mea fatis id probet,etiam me nihil dicentem. Rem,uoluntátem intentiónem meam. Expedire, utile esse.

ui. Possum igitur, qui omneis volúerim incolumeis, eum, à quo id impetrátum est,periísse non indignári? cum præsértim iidem homines illi & inuidiæ & exítio fuérint. Plecteris ergo, inquiunt,quũ factum nostrum improbáre áudes. O superbiam inauditam?álios in facinore gloriári,aliis ne dolére quidem impunè licere.At hæc etiam seruis semper libera fuerunt, timerent, gauderent, dolerent

Recte fie.benè uiuere. Communiónem,commer-

Universidad de Deusto Biblioteca

suo potius quàm alterius arbitrio, quæ nunc vt quidem isti dictitant, libertatis autores metu nobis extorquere conātur. Sed nihil agunt. Nullius vnquam periculi terroribus ab officio, aut ab humanitate desciscam. nunquam enim honestam mortem fugiendam, sæpe etiam oppetendam putaui. Sed quid mihi suscensent, si id opto, vt pœniteat eos sui facti? cupio enim Cæsaris mortem omnibus esse acerbam. At debeo pro ciuili parte remp. velle saluam. Id quidem me cupere, nisi & ante acta vita, & reliqua mea spes tacente me probat, dicendo vincere non postulo. Quare maiorem in modum te rogo, vt potiorem oratione ducas: mihique si sentis expedire, recte fieri, credas nullam communionem cum improbis esse posse. An quod adolescens præstiti, cum etiam errare cum excusatione possem: id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipse retexam? Non faciam, neque quod displiceat committam, præterquam quod hominis mihi coniunctissimi ac uiri amplissimi doleo grauem casum. Quòd si aliter essem animatus, nunquam quod facerem negarem: ne & in peccando improbus, & ī dissimulādo timidus ac vanus existimarer. At ludos, quos Cæsaris victoriæ Cæsar adolescens fecit, curaui. At id ad priuatum officium, non ad statum Reipubli. pertinet. Quod tamē munus, & hominis amicissimi memoriæ ac honorib⁹ præstare etiam mortui debui: & optimæ spei adolescenti ac * dignissimo Cæsari petenti negare non potui. Veni etiam Consulis Antonii domum sæpe salutandi causa: ad quem, qui me parum patriæ amantem esse existimant,

tium coniunctionem. An, sensus est an debeo nūc commutare ætate iam matura, quod feci in adolescentia cum potuissem excusari si errassem.q.d.non. Quod præstiti. quod effeci, ut recte uiuerem. Ipse me retexam.i.faciam contra naturam. Nam Retexere contrarium est suo simplici, ut de multis uerbis diximus, sicut Reuello & Retego contraria sunt suis simplicibus, est autem tractum à telis quę destruuntur, cum retexuntur, uel retexam.i.iterum texam & renouem, & ut ita dixerim faciam me nouum hominem. Grauem casum, crudelem cædem. Si essem aliter animatus.i.si haberem alium animum. Nunquam ne. quod facerem.i.aperte cōfiterer id quod facerem. Ne & in pec.i.ne putarer esse audax malefaciendo. Et ti.in dissimulando.i. non audendo fateri, quod facerem. Vanus, mendax. At ludos, alia obiectio. Feci, in honorem Cæsa.patris in quibus in meridie dicitur apparuisse stella qua Cęsaris anima credita est in cælum translata. de ea Virgil. Ecce dionæi processit Cæsa.astrum. Ad id. dissoluit obiectionem. Est autem sensus, quod curauerim ludos factos in honorem Cæs.nihil pertinet ad statutū reip. quia nihil contra eam feci curando illos ludos, sed pertinet tātummodo ad priuatum officium meum. Quod tamen, dicit se duplici de causa debuisse præstare id officium & propter ipsum Iulium Cæsarem, cuius memorię & honori debebat, & propter Cæsa.Octauium hoc petentem, cui negare non potuit. Repetenti, Sæpius petenti. Salutandi, uisendi pro officio meo.

Retexere
Reuello
Retego

ASCEN. POssum igitur ego qui uoluerim omnes incolumes sup.esse non indignari, eum, â quo id impetratū .i.obtentum est, periisse? q.d. merito non possum nō indignari, sed cogor indignari, præsertim cum iidem homines. Fuerint illi.s.Cæsari.& inuidiæ & excidio .i.causa inuidiæ & excidii, Inquiunt ergo tu plecteris .i.punieris, quando.i.quandoquidem audes improbare factum nostrum. O superbiam.i.insolentiam inauditam, alios gloriari.i.gloriantes se iactare, in facinore.i.facto scelerato & non liceret aliis ne quidē .i.non saltem dolere impune.i.sine punitione aut pęna. At.i.sed, hæc.s.sequentia fuerunt semper seruis libera.i.impune permissa, aut.s.timerent, gauderent, dolerent potius arbitrio suo quam alterius.

Quæ nunc, ut quidem isti.s.maleuoli dictitāt.i.frequenter dicunt, autores libertatis conantur extorquere.i.eripere nobis metu.i.per metum. Sed nihil agunt.i.inuanum laborant. Ego nullius.i.non ullius non desistam unquam ab officio, aut humanitate terroribus.i.propter terrores, ullius periculi. Ego enim nunquam putaui mortem honestam fugiendā sup.esse, & putaui etiam sæpe appetendam pro expetendā sup.esse. Sed quid succensent.i.occulte irascuntur mihi, si ego opto id, ut pœniteat eos facti sui. Cupio enim mortem Cæsaris esse omnibus acerbam. At.i.sed, debeo uelle rempu.saluam sup.esse, pro parte ciuili.i.eo ꝙ sum pars ciuitatis, & ita particeps reipub.eius. Quidem.i.certe ego non postulo uincere.i.necessario probare dicendo.i.argumentando, me cupere, id.s.remp.esse saluam, nisi & uita mea acta.i.transacta, & spes mea reliqua.i.quæ est de reliqua parte uitę probat id, me tacente.i.quanuis tacerem. Quare ò Cicero, ego rogo te in maiorem modum.i.magnopere, ut ducas.i.æstimes rem.i.effectum, potiorem oratione.i.uerbis meis & credas si sentis expedire.i.utile esse fieri recte nullam communionem posse esse mihi cum improbis. An ego commutem nunc ætate præcipitata.i. ad exitum accelerante. id quod præstiti, exhibui & effeci, adolescens.i.cum essem adhuc adolescens, cum possem errare etiam cum excusatione, quia facilius ignoscitur adolescentiæ peccanti, quam uirili ætati, ac retexam.i.dissoluam destruam, meipsum.i.pristinos mores meos. Non faciam, neque committam quod displiceat, præterquam ꝙ doleo casum grauem hominis coniunctissimi mihi ac uiri amplissimi. Quod si ego essem animatus aliter, ego nunquam negarem quod facerē & ne.i.non existimarer.i.indicarer improbus in peccando, & timidus ac uanus.i.mendax & futilis in dissimulando.i.simulando me non facere ꝙ facerem. At.i. sed sup.dicunt aduersarii, ego curaui.s.ut fierent decenter ludos quos Cæ.adolescens.s. Octauius fecit uicto

riæ

riæ, id est propter uictoriam Cæsa.scilicet Iulii à quo adoptatus fuerat. At, id est sed, id, scilicet curare illius ludos, pertinebat ad officium primum non ad statum reipub. Quod tamen munus.i.ludos funebres debui prestare.i.exhibere, &.i.simul memorię ac honoribus hominis amicissimi.s.Cæsaris, etiam mortuo.i.cum iam esset mortuus. Absolutius & apertius legeretur mortui & non potui negare Cæsari.s. Octauio adolescenti optime spei.i.de quo optime speramus, ac dignissimo.s.cui obsequar, repetenti frequēter exigenti. Veni etiā sæpe &c.

DIGNISSIMO Cæsari petenti. Medicæus liber Cæsare repetenti: quod Pauli lectionem adiuuat, ut tantum à librario peccatum sit, quôd extremam prioris uocis syllabam iterum scripsit: multæ huiuscemodi maculæ in antiquis, & in impressis libris inueniuntur. Simile huic erratum erat, de quo antea locuti sumus, quod in cunctis libris fide Lepidi dimissos, legebatur: cum Lepidi missos, legi debeat. apud Tacit. libr. IIII. (uolo enim à me quoque aliquid opis capere studiosos literarum) eodem modo peccatum fuit. Circumgredi terga hostium iubet, qui iam acie compositi pelluntur: turmas sociales, equitésque subsidio missos: legi enim debet, pellunt turmas sociales. ut Matius inquit, dignissimo Cæsare, adulescenti. ita etiam Cicero ad Alienum proconsul. eius filios dignissimos illo patre dixit. *P.V.C.

rogandi quidē aliquid, aut auferēdi causa frequētes ventitare reperies. Sed quæ hæc est arrogātia, ꝙ Cæsar nunq̄ interpellauit, quin qb⁹ vellē, atq; etiá quos ipse nō diligebat, tū iis vterer: eos qui mihi amicum eripuerunt, carpendo me efficere conari, ne quos velim diligá? Sed non vereor ne aut meæ vitæ modestia parū valitura sit ī posterū cōtra falsos rumores, aut ne etiá ii, qui me nō amát, ꝓpter meá in Cæsarē constátiá, nō malint mei, q̄ sui similes amicos habere. Mihi quidē si optata cōtingēt, qđ reliquū est vitæ, ī otio Rhodi degá: sin casus aliqs interpellarit, ita ero Romæ, vt recte fieri semp cupiá. Trebatio nostro magnas ago gratias, ꝙ tuū erga me aīm simplicem atq; amicū apuit: & ꝙ eū, quē semp lubēter dilexi, quo magis iure colere atq; obseruare deberem, fecit. Bene vale, & me dilige.

HVBER. ROGANDI, interrogandi. Aut auferendi, aut eripiendi aliquid. Sed quæ, dicit hos esse multo arrogātiores, quàm fuerit Cæsar, quem regem fuisse queruntur, quod Cæsa.nunquam prohibuit, quo minus amaret Matius, quos uellet cum isti qui eripuerunt sibi amicum Cæsarem uelit efficere ne eos diligat quos uelit. Carpendo, reprehendendo me. Modestia, moderatio. Similes mei constantes, qui nulla re possint deterreri ab officio amicitiæ qualē me esse uident. Quá similes sui, qui putanit amico mortuo nullá eius memoriam seruandam esse. Rhodi. de qua dictum est lib.iiii. in epistolis ad Marcellum. Degam, uiuam. Interpellarit, impedierit. Simplicem, sincerum uerum, cōtra duplex pro fallaci ponit. Horatius. Aut cursus duplicis per mare Vlyssei, licet quidá aliter exponāt.

Simplex
Duplex

ASCEN. Rogandi, aut auferēdi aliqd ab eo. Sed quę.i.qualis est hæc arrogātia.i.Supbia ꝙ Cæ.s.Iuli⁹ nunq̄ interpellauit.i.impediuit, qn uterer qbus uellē, atq; etiā iis, tū .i.nihilomin⁹, quos ipse nō diligat, eos q eripiūt mihi amicū, conari efficere carpēdo.i.rodēdo & reprehendendo me, ne diligá quos uelim. Sed nō uereor, ne aut modestia uitę meę, sit ualitura parū in posterū contra falsos rumores, aut ne etiā ii q nō amāt me ꝓpter constantiā meā.i.constantē amorē meū & fidē in Cæ.eius inuisum, nō malint habere amicos similes mei.s.q amicū post mortē amore ꝓsequor, quę sui.s.q incōstantes sunt. Quidem.i.certe, si optata cōtingent mihi, degā.i. transigā Rhodi in ocio.s.uacatione à munere publico & negocio militari, id sup.uitę, qđ est reliquum.i.reliqū mihi adhuc uiuendū. Sin.i.sed si aliquis casus interpellarit.i.impediuerit quomin⁹ uiuā Rhodi in ocio, ego ero Romę ita ut cupiā sup.oīa fieri semp recte, aut ut cupiā recte.i.nihil fieri ut sim illic in ocio. sicut in Terēt. Tū qđ illi dē recte est.i.nihil est, qre aūt recte ꝓ nihil dixerit ostēdit subdēs, nā nihil dicere.i.dicere ꝙ nihil mihi sit ꝙ dē illi, est religio.i.metu mali oīs cauendi. Putabāt.n.supstitiosi illi mortales si dixissent sibi nihil esse. nihil etiā futurū, & si interrogāti qs me petiit, nullus rñdisset puer, se à nullo deinceps expetēdos vñ rñdere solebat, bona fortuna here.i.nullus. Ego ago Trebatio nr̄o magnas gratias, ꝙ aperuit aīm tuū simplicē.i.non dolosum amicū erga me, & fecit quo.i.ut deberē iure.i.merito magis colere atq; obseruare.i.cauere ne led.&c.

Ex Epistola. Magnam uoluptatem.
Respondebo criminibus æmulorum meorum.

M. Cicero Matio. S. DEP. 62

NOndū satis cōstitui, molestiæq; plus an voluptatis attulerit mihi Trebatius noster hō cū plenus officii, tū vtriusq; nostrū amātissim⁹. Nā cū in Tusculanū vesperi venissem, postridie ille ad me, nondū satis firmo corpore cum esset, manè venit. Quē cū obiurgarē ꝙ parū valetudini parceret: tū ille nihil sibi lōgius fuisse, q̄ vt me videret. Nūqd, ná inq̄, noui? Detulit ad me querelá tuá: de qua pri⁹ q̄ rñdeo, pauca præponá. Quātū memoria repetere præterita possū, nemo est mihi te amic⁹ antiqor sed vetustas habet aliquid cōe cū multis: amor

HVBER. Nondū. Hęc epistola uidet̄ præponenda superiori, nā cū Trebatius in Tusculanū ad Ci.uenisset, exposuit ei querelā Matii de Ci.ꝙ Ci.tulisset suffragiū legi, quę facta esset de efficiēdis oībus quę Cę.instituerat cōmētariis suis. Itaq;. Ci.se excusatūr⁹ lōgi⁹ repetit & initiū & causas amicitię, quę sibi cum Matio fuit, ostēdit nōmō eū non accusasse, sed potius defendisse, & quō defenderit, exponit, & præcipue qđ ei obiiciebatur, ut supra uisum est ꝙ Cæ.mortuū diligeret, & amissum doleret. Optat aūt Ci.ad eū delatos fuisse sermōes, quos de eo habuerit, & præcipue de eius moderatione & initio bellorū ciuiliū: & post ipsa bella. Cōstitui, iudicaui. Firmo, ualido, sano. Obiurgarē, reprehenderē. Parceret, rationē haberet. Tū ille.s.respōdit. Longius, desideratius qđ uideret̄ longioris moræ. Detulit. denunciauit. Cōmune cum multis, quia multi possunt uetusti esse.

ASCEN. NONDVM &c. Hæc epistola uidetur superiori præponenda. Nam cum Trebatius in Tusculanum ad Cice. uenisset exposuit, & querelam Matii de Cice. quòd tulisset suffragiū legi de efficiendis omnibus,

o.i.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ordo I

dis omnibus,quæ Cæsar instituerat commentariis suis,unde se excusaturus Cice. repetit longius causam amicitiæ cum Matio,docetque se eum potius defendisse quam accusasse , optatq; ad eum delatos fuisse sermones, quos de eo habuerit,& potissimum de moderatione eius circa bella ciuilia. Ordo est.Ego nondū constitui, id est definiui ac decreui satis,ne,id est an Trebatius noster attulerit mihi plus molestiæ an uoluptatis. Trebatius inquam homo tum plenus officii,tum amantissimus utriusque nostrum,id est tui & mei. Nam cum uenissem uesperi,id est hora uespertina, in Tusculanum, scilicet prædium & uillam meam , ille uenit ad me postridie,id est die proximo secuto,cum esset mane,existens sup. corpore nondum satis firmo, id est adhuc aliquantulum infirmo præ ualetudine,ægrotauerat enim. Quem cum obiurgarē quod parceret parū ualetudini,scilicet infirmæ,tum ille,supple respondit mihi nihil fuisse sibi longius, id est desideratius, quia quæ longe absunt maiore cruciatu desideramus,quā ut uideret me,inquā.id est ex animo,tunc illi nunquid nam noui sup.esset,aut afferret. Et sup.ille tunc.Detulit ad me,id est enarrauit mihi,querelā tuā, de qua priusquā respondeā, id est me purgem,præponā pauca,scilicet ad purgationē accommoda, & fidē factura. Quantū ego possum repetere memoria,id est recordari præterita,nemo,id est nullus est mihi amicus antiquior,id est uetustior & charior, nam utrunque significat antiquum, mihi te,id est quam tu. Sed uetustas habet aliquid commune cum multis quia multos æque diu amaui ac te , amor non habet , scilicet quicquam commune cum multis , quia te plus quam cæteros amaui.

non habet.Dilexi te quo die cognoui:meque à te diligi iudicaui. Tuus deinde discessus , isque diuturnus, ambitio nostra & vitæ dissimilitudo non est passa voluntates nostras consuetudine conglutinari. Tuum tamen erga me animū agnoui multis annis ante bellum ciuile, cum Cæsar esset in Gallia . Quod enim vehementer mihi vtile esse putabas , nec inutile ipsi Cæsari, perfecisti vt ille me diligeret, coleret,haberet in suis. Multa prætereo,quæ temporibus illis inter nos familiarissime dicta, scripta , communicata sunt.grauiora enim consecuta sunt . Et initio belli ciuilis cum Brundisium versus ires ad Cæsarem, venisti ad me in Formianum. Primum hoc ipsum quanti , præsertim temporibus illis ? Deinde, oblitum me putas consilii , sermonis , humanitatis tuæ? quibus rebus interesse memini Trebatium. Nec vero sum oblitus literarum tuarum , quas ad me misisti , cum Cæsari obuiam venisses in agro (vt arbitror) Trebulano . Secutū illud tempus est , cum me ad Pompeium proficisci,siue pudor meus coegit , siue officium , siue fortuna . quod officium tuum, quod studium vel in absentem me, vel in præsentes meos defuit? quem porro omnes mei & mihi & sibi te amiciorem iudicauerunt ? Veni Brundusium : oblitumne me putas , qua celeritate, vt primum audieris, ad me Tarento aduolaris?quæ tua fuerit assessio,oratio,confirmatio animi mei fracti communium miseriarum metu ? Tandem aliquando Romæ esse cœpimus : quid defuit nostræ fami-

HVBER. NON habet , id est aliquid commune cum multis, quia amo singulariter . Diuturnius , longi temporis dum esses in Gallia cum Cæ.per decenniū. Ambitio. honorum petitio. Dissimilitudo,quia tu peregrinatione ego ciuitate delectatus,tu re militari ego ocio & ciuilibus officiis . Conglutinari , coniungi colligari. Gluten enim genus est collæ tenacissimæ , ut ostendit Virg.lib.iiii. Georg. Grauiora, maiora,in Formianū, rus meum apud Formias,quod oppidum est Campaniæ. Hoc ipsum,scilicet quod ueneris ad me. Quanti,scilicet putas , me fecisse . Illis . quibus eras in magna authoritate apud Cæ. Consilii,quod dabas mihi. Trebulano,trebulæ,est autem Trebula oppidum campaniæ mediterraneum,ut scribit Ptolemæus non autē idem fluuius qui Trebia dicitur,ut quidam falso opinantur. Pudor,quia pudebat me deesse ei, cui multū debebam. Officium,tuendæ reipub.Fortuna, fœlicitas mea. Quod studiū. quasi dicat nullū. Aduolaris, celeriter ueneris . Tarento , quæ ciuitas est Calabriæ dicta à Tara filio Neptuni . aucta deinde à laconibus, qui duce Pallanto illuc aduentantes expulsis incolis eam tenuerunt,ut Iustinus lib.iii. Assesio,familiaris apud me sedendo cōmoratio. Asidere enim est iuxta sedere Hora.in ser.Habes qui asideat, fomenta paret. Aliquanto, post longum tempus, postquam Cæsar rerum potitus est. Quid defuit,quasi dicat nihil. Aduersus,erga, & notandū aduersus in bonā partem dictum esse.sic Terent.in Andr.Et id gratū fuisse aduersum te habeo gratiā. Cui tri.s.officiū,quasi dicat nulli. Præter me,preter φιλοσοφούμενα à philosophis tractata à uerbo φιλοσοφοῦμαι καὶ φιλοσοφούμαι. est participiū passiuū, intelligit autē ut puto officiorū libros quos temporibus illis scripsit. Reditū.i.in urbē ex bello ciuili. Effeceras ut essē illi familiarissimus.Quorsum,scilicet dicta est à me,id est quā ob causam,ad quē finē.Quia, responsio causę. Hæc quę à me supra commemorata sunt. Testata manifestata in significatione passiua,sicut notauimus etiam lib.ii. Illustria .clara.

(Margin: Ambitio — Gluten — Formiæ — Trebula — Trebia — Tarentum — Assesio — Asidere — Aduersus — Testatus)

ASCEN. DILEXI, qui primus gradus amoris est te sup.eo die,quo cognoui,scilicet primū te, & iudicaui me diligi à te. Deinde discessus tuus,scilicet à patria & is diuturnus, idest diu durans,ambitio nostra.i.æmulatio in obtinendis honoribus , quas brigas Galli uocant. Et dissimilitudo uitę,quia ego domi, tu foris agere delectabaris, non est passa uoluntates nostras conglutinari.i.cōsolidari cōsuetudine.i. cōmercio & cōmunione uitę.Ego tū cognoui animū tuum.i.beneuolentiā tuā erga me multis annis ante bellū ciuile.s.inter Cęsarē& Pōpeiū, cū Cæsar esset in Gallia. Tu enim perfecisti.s. tunc id quod putabas esse ualde utile mihi,nec inutile ipsi Cęsari.s.ut ille diligeret,coleret, haberet in suis.i. inter sibi charissimos me. Ego pretereo.i.pertranseo multa,quæ dicta, scripta cōmunicata sunt inter nos illis tpibus,familiarissime.i.ut inter maxime familiares.

(Margin: Brigæ)

liaritati in maximis rebus ? Quonammodo gererem me aduersus Cæsarem, vsus tuo consilio sum.In reliquis officiis cui tu tribuisti excepto Cæsare, præter me,vt domum ventitares , horasque multas sæpe suauissimo sermone cōsumeres?tum,cum etiam , si meministi , vt hæc φιλοσοφούμενα scriberem , tu me impulisti . Post Cæsaris reditum,quid tibi maiori curæ fuit,quàm vt essem ego illi quam familiarissim⁹? quod effeceras.Quorsum igitur hæc oratio longior quàm putaram?Quia sum admiratus te,qui hæc nosse deberes , quicquam à me cōmissum, qđ esset alienū nostra amicitia, credidisse.Nā præter hæc,quæ cōmemoraui,quæ testata sūt & illustria , habeo multa occultiora,quæ vix verbis exequi possum. Omnia me tua delectant;sed maxime,maxima cum fides in amicitia,consilium, grauitas,constantia,tum lepos, humanitas, literæ . Quapropter redeo nunc ad querelam . Ego te suffragium tulisse in illa lege, primum non credidi : deinde si credidissem, nunquā id sine aliqua iusta causa existimarē te fecisse.Dignitas tua facit, vt animaduertatur quicquid facias : maleuolentia autem hominum , vt nonnulla durius, quàm à te facta sint , proferantur . Ea tu si non audis, quid dicam nescio: equidem si quādo audio,tam defendo, quàm me scio à te contra iniquos meos solere defendi. Defensio autem est duplex . alia sunt quæ liquido negare soleam:vt de isto ipso suffragio . alia quæ defendam à te pie fieri & humane ; vt de curatione ludorum . Sed te hominem doctissimum non fugit , si Cæsar rex fuerit (quod mihi quidem vi-

Enim , id est quia grauiora , scilicet maiora testimonia familiaritatis & amicitiæ sunt consecuta ex initio belli ciuilis cum ires Brūdusium uersus ad Cæsarem, uenisti ad me in formianum,id est agrū & uillam primum.quanti sup.putas æstimandū hoc ipsum, scilicet deflectere se de uia,ut uisas amicum,præsertim temporibus illis , scilicet tam dubiis & suspectis , quasi dicat haud dubio maximi. Deinde putas , quasi dicat scio quod non putas aut non debes putare me oblitū consilii , sermonis , humanitatis tuæ? Quibus rebus memini Trebatium interesse . Videmus quod Agræcius adnotauit memini fere præsenti coniungi. Nec uero oblitus sum literarū tuarum,quas misisti ad me cum uenissem obuiam Cæsari in agro Trebulano ut arbitror, id est si recte recordor,illud tempus est secutum cum,idest quo tempore,siue pudor meus siue officiū, siue fortuna, id est sors iniqua mihi coegit me proficisci ad Pompeium,non dicit Contra Cæsarem, quasi non tam odio Cæsaris quam amore Pompeii in bellū profectus sit.quod officium tuum,& sup.quod studiū tuum,defuit uel in me absentem, uel in meos præsentes quasi dicat nullum. Porro, id est sed quem omnes mei iudicauerunt amiciorem , id est magis amicum & mihi,& sibi,te,id est quam te,quasi dicat nullum profecto. Ego ueni Brundusium , putasne me oblitum qua celeritate aduolaris pro aduolaueris, id est accurreris Tarento,id est Tarentum,est autem datiuus localis quem octauum casum quidam uocant, ut, It clamor cælo, id est in cælum ad me,ut primum audieris,scilicet me adesse, & quæ, id est qualis fuerit assesio , id est apud me sessio tua quæ sup.oratio,scilicet tua,quæ confirmatio animi mei fracti metu cōmunium miseriarum, quasi dicat iucundissima & amicissima. Nos tandem cœpimus esse aliquando Romæ.quod defuit familiaritati nostræ in maximis rebus. Ego usus sum consilio tuo quonāmodo gererem me aduersus Cæsa. ubi aduersus non capitur in malam partem. In reliquis officiis,cui tribuisti præter me,id est præter quam mihi,excepto Cæsare. ut uentitares,idest frequenter uenires,domū,scilicet eius,& cōsummares sæpe multas horas sermone suauissimo, tum,id est tunc,quū,id est quando tu impulisti me, si meministi, id est si forte tenes memoria, ut scriberē hæc φιλοσοφούμενα, id est à philosophis tractata,aut hos philosophicos tractatus,ut libros officiorum, de amicitia,de senectute,de paradoxis,de quęstionibus Tusculanis. Quid fuit tibi maiori curæ post reditum Cæsaris,scilicet è pugna Pharsalica feliciter pugnata , quàm ut ego essem familiarissimus illi , scilicet Cæsari quod effeceras. Aliter tamen ad Cassium & Brutum scribet.Quorsum igitur,id est mea oratio longior sup.tendat, quęres sup. respōsio. Quia sum admiratus,te qui deberes nosse,id est cognoscere hæc,scilicet dicta testimonia amoris,credidisse quicquam commissum esse à me,quod esset alienum ab amicitia nostra. Nam ego habeo multa.

(Margin: Memini)

HVBER. Occultiora.secretiora. Consilium,sapientia. Grauitas.constantia. Lepos.suauitas morum & uerborū. Literæ . cognitio literarum. Quapropter post longā digresionem reuertitur Cic.ad responsionē querelæ Matii.tulisse suf.dedisse uocem tuam, approbasse illam legem,qua decernebatur ut quæ Cæ.statuisset efficerentur.non cre. id enim est proprium uiri sapientis non facile credere criminationibus oblatis. Dignitas facit ut animaduertatur, quia omnia facta eorum qui excelso loco sunt obscura esse non possunt.Iuue.Omne animi uitium tanto conspectius in se crimen habet quanto maior qui peccat habetur. Maleuolentia,scilicet facit. Durius,asperius, in peiorem partem, quia cum aliquē odimus , quicquid facit etiam si rectū sit, semper in deteriorem partem accipitur sicut utilissimi labores mei & uigiliæ ab inuidis meis. Ea quæ de te proferuntur.alia quæ dicaris fecisse. Pie.ex officio. Curatione.ludorum de qua ipse Matius in præcedenti epistola mentionem fecit. Sed ho.cum Cice.proponit duplicem opinionem de officio Matii,latenter innuit utrum magis sit sua sequendum. Illa duo, scilicet quæ sequuntur. Expertē.immunē.Scilicet te fuisse authorē,suasorem. Moderandæ.ne Cæsa.faceret in uictos omnia , quæ iure uictoriæ potuisset. Qui non as.mi.id est qui idem nō faterentur. Habeo gratiam. obligatus sum. Causam . quia retulit mihi querelam ex qua inductus sum ut ad te scriberem. Nisi cre. nisi admiseris eam excusationem quam afferunt. Expertem.immunem. Grauius.molestius. Alienius à te, id est quod minus ad te pertineat.

(Margin: Lepos)

ASCEN. OCCVLTIORA. id est secretiora indicia uere amicitiæ quæ uix possum exequi, id est exprimere uerbis præter hæc quæ cõmemoraui, quæ sunt testata, id est testibus cõprobata, & pro, id est, illustria. i. clara & manifesta. Omnia tua. scilicet dicta & facta delectãt me sed maxime, id est precipue, maxima cũ, scilicet ita fit quòd me delectent, fides in amicitia, consiliũ, grauitas, constantia, tum sup. uerũ est apertius quòd me delectent, lepos, id est suauitas loquẽdi, humanitas, id est suauitas uiuendi, & literæ. i. eminentia doctrinæ, quæ licet maiora non sunt quàm fides, consiliũ, grauitas, constantia, plus tamen earundẽ rerũ studiosos delectare solent. Quapropter redeo nunc ad querelã, scilicet quã dicunt te de me feciſſe. Ego primũ non credidi te tuliſſe ſuffragiũ, id est assensum & fauorẽ in illa lege, scilicet qua decretũ est ut quæ Cæsar statuerit rata haberentur. Deinde si credidissem ego nunquã existimarem te feciſſe id sine aliqua iusta causa. Dignitas tua facit, ut animaduertatur, id est diligenter consideretur, quicquid facias, malenolentia autẽ hominũ facit ut nonnulla proferantur, id est diuulgentur durius quã sint facta à te. Si tu nõ audis ea, scilicet quæ proferuntur durius quã sint facta à te, nescio quid dicam, quasi dicat si auderẽ dicere te surdastrũ. Equidẽ, id est ego quidẽ, si audio quãdo, id est quandoq; sup. ea ego tam, id est tantopere defendo sup. ea, quã, id est quantopere, ego scio me solere defendi à te cõtra inquos, scilicet de me censores. Autem, id est sed defensio est duplex, quia alia sunt quę soleã aliquando negare, ut de isto ipso suffragio. s. facto in legem latam, alia sup. sunt quæ defendã, id est defendendo asserã fieri à te pie & humane, ut de curatione ludorũ, scilicet funebriũ in honorẽ Cæsaris. Sed non fugit te hominẽ doctissimum, id est tu bene scis cum scis homo doctissimus, si Cæsar fuerit rex, quod quidem uidetur mihi posse disputari de officio tuo, scilicet in illum exhibito, in utranque partẽ, & bonam & malã, uel in eam sup. partem qua ego soleo uti, uidelicet fidem & humanitatẽ tuam in Cæsarẽ esse laudandã qui diligas amicũ etiam mortuum uel in eam su. partẽ, qua nonnulli utuntur, sup. dicentes, libertatẽ patriæ esse anteponendã, id est præferendam, uitæ amici, scilicet Cæsaris tibi. Vtinam disputationes meæ essent ad te, ex his sermonibus. Vero, id est sed quis cõmemorat, aut libentius, aut sæpius quàm ego, illa duo quæ sunt maxima. i. præcipua capita laudum tuarum te fuisse grauissimũ authorẽ belli ciuilis non suscipiendi, scilicet à Cæsare contra Pompeiũ, & uictorię moderandæ. i. modeste habendæ, in quo. s. iudicio de te, ego neminẽ inueni qui non assentiretur mihi. Quare ego habeo gratiam Trebatio familiari nostro, qui dedit mihi causam, harum literarũ. s. ad te scribendarũ, quibus nisi credideris, tu iudicaris pro iudicaueris, me expertem. i. sine participatione hoc est habentem nihil omnis officii & humanitatis, quo. s. iudicio tuo nec quicq̃ potest esse grauius. i. molestius mihi, nec alienius à te.

detur) in vtranque partem de tuo officio disputari posse: vel in eam, qua ego soleo vti, laudandam esse fidem & humanitatem tuam, qui amicum etiam mortuum diligas: vel in eam, qua nonnulli vtuntur, libertatem patriæ, vitæ amici anteponendam. Ex his sermonibus vtinam essent delatæ ad te disputatiões meæ. Illa vero duo quæ maxima sunt laudum tuarum, quis aut libentius quàm ego, commemorat aut sæpius: te & non suscipiẽdi belli ciuilis grauissimum authorem fuisse, & moderandæ victoriæ? In quo qui mihi non assentiretur inueni neminem. Quare habeo gratiam Trebatio familiari nostro, qui mihi dedit causam harum literarum: quibus nisi credideris, me omnis officii, & humanitatis expertem iudicaris: quo nec mihi grauius quicquam potest esse, nec te alienius. Vale.

HVBER. DVBITANTI. Profecturus Cic. legatus in Græciã, ut in argumento epistolæ primę. lib. diximus, essetque in dubitatione iret ne an non, cõsulit Appiũ qui per literas, & per Atticũ quid sentiret de ea profectione, ita aperuit ut Ci. faciendũ putaret quod ille cõsuluisset, quod hac epistola fatet, & cõmemorat aliud consiliũ, quod olim sibi datũ est sapientissime ab eodem Oppio, simul & quàm iustis causis eũ semper dilexerit. Postremo eũ orat, ut & amorẽ suũ erga se seruet, & omnia sua tueatur. Quod scit. quam rem scit. Consilio. deliberatione. Profectionis. in Græciam, ut supra, & abfuit proficiscens in Græciam. In utranque partẽ. ut uulgo dicitur pro & contra. i. ut irem, ut non irem. Magnũ pondus. magnus affectus, magnum momentũ. Ad tolerandã dubitationẽ. nam cum animus est in dubio paulo momento huc uel illuc impellitur. Quid uideretur tibi. quid iudicares. In capiendo pruden. quod temere omnibus nõ crederes, quod non facile supplantari posses. Fidem. fidelitatẽ, quia consuleres tantummodo quod uideretur esse & honestum & utile. Consuluissem te, interrogassem petiuissem à te consilium. Consulerem dignitati meę, id est ut facerẽ quod dignitas mea exigeret. Quid sentires, quid iudicares, quid in animo haberes. Nam cũ scires non licere mihi nõ præstare officiũ meũ, & Põpeio cui plurimũ debebã & reip. quæ mihi semper charissima

Cicero Oppio S. D.

DVbitanti mihi (quod scit Atticus noster) de hoc toto cõsilio profectionis, quòd in vtranq; partem ĩ mentẽ multa veniebant, magnũ pondus accessit ad tollendam dubitationem, iudicium & consilium tuum. Nam & scripsisti aperte quid tibi videretur: & Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Semper iudicaui in te, & in capiendo consilio prudentiam summam esse: & in dando, fidem. Maximẽque sum expertus, cum initio ciuilis belli per literas te cõsuluissem, quid mihi faciendũ esse cẽseres: eundúmne ad Pompeium an manendum in Italia. Suasisti vt consulerẽ dignitati meæ: ex quo quid sentires intellexi, & sum admiratus fidem tuã,

& in cõsilio

& in cõsilio dando religiõnem: quòd cum aliud malle amicissimũ tuum putares, antiquius tibi officium meum, quàm illius voluntas fuit. Equidem & ante hoc tempus te dilexi, & semper me à te diligi sensi. Et cum abessem, atque in magnis periculis essem, & me absentem, & meos præsentes à te cultos & defensos esse memini. Et post meum reditum, quàm familiariter mecum vixeris, quæque ego de te & senserim & prædicarim, omnes qui solẽt hæc animaduertere, testes habemus. Grauissimum vero iudicium de mea fide & de cõstantia feciſti, cùm post mortem Cæsaris & totum te ad amicitiam meam contuliſti. Quod tuum iudiciũ nisi mea summa benevolentia erga te, omnibúsque meritis comprobaro, ipse me hominem non putãbo. Tu mi Oppi cõseruabis amorem tuum (etsi more magis hoc quidem scribo, quàm quòd te admonendum putẽ) meaq; omnia tuebere, quæ tibi ne ignota essent, Attico mãdaui. A me autem, cum paulum otii nacti erimus, vberiores literas expectato. Da operam vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

fuit, non apertè dixisti ut irem ad Pompeium, ne uideres mihi contra Cæsarem consulere quo cum tunc eras, sed fideliter consulere cupiens suasisti, ut faciam quod dignitas mea postularet, quod æquè fuit, ac si dixisses ut irem ad Pompeium. Religiõnem, sanctitatẽ, quia neque contra Cæs. mihi consuluisti, neque contra dignitatem meam. Quod. i. quia, est autem probatio religiõnis & consilii neque exponendũ est quod pro sed, ut quidam dicit. Amicissimum. Cæsa. Malle aliud. s. ut ad se irem. Equidem. cõmemorat Ci. & amicitiam & causas amicitiæ inter se & Oppiũ. In magnis periculis. aut tempore bellorũ ciuilium, cùm eram cũ Pompeio, aut tempore exilii mei. Præsenteis, qui erãt Romæ. Reditum. in pátriam. Sénserim. iudicauerim. Prædicãrim. publicè dixerim. Animaduerterem. considerarem, attenderem. Grauissimũ. maximum. i. maximè iudicasti me & fidelem & constantem. Comprobãro. mihi placere & gratum esse ostendero. Non putãbo me hominem. existimãbo me alienũ ab omni humanitãte. Etsi quasi. parenthesis quædam. Magis more. i. magis ex consuetúdine, quia ita mos est scribẽdi, licèt non sit opus. Quæ, scilicet mea tuenda à te. Erimus nacti. habebimus. Vberiores, id est prolixiores & pleniores. Hoc. quantum des operam bene ualere.

ASCEN. DVBITANTI &c. Profecturus Cic. legãtus in Græciam, dubitánsque utrum iret, consuluit per literas Appium de ea re, qui & per literas & per Atticum quid sentíret ita aperuit ut Cic. sibi faciendum putáret, quod ille cõsuluisset quod hac epistola fatetur cõmemorans & áliud consiliũ ab Oppio datum. Orátque demũ ut amorem sui cõseruet. Ordo est. Iudicium & consilium tuum accesit mihi. Magnũ pondus, id est momentum ad tollendam dubitationẽ mihi dubitanti, quod, id est quam rem Atticus noster scit, de hoc toto consilio profectiõnis, scilicet in Græciam, quòd, id est quia multa ueniébant mihi in mentem in utranque partẽ, id est eundi & non eundi. Accesit dico, magnum pondus, omnia & scripsisti apertè quod uideretur tibi, & Atticus pertulit ad me sermonem tuum. Ego iudicaui semper summam, &, id est simul prudéntiam esse in te in consilio cápiendo, & fidem in dando, scilicet consilio & sum maximè expertus sup. illud, cum consuluissem te initio belli ciuilis, quid censéres, faciendum esse, ne. i. an eundum sup. esset ad Pompeium, an manendum in Italia. Suasisti ut cõsulerem, id est prodessem dignitati meæ, ex quo intellexi quid sentires, & sum admiratus fidem tuam & religiõnem, id est metum deorũ, in consilio dando, quòd cum putares amicissimum tuum, scilicet Cæsarem, malle. áliud, officium meum, id est débitũ munus, fuit antiquius, id est cárius quàm uoluntas illius. Equidem ego quidem dilexi te, &, id est simul ante hoc tempus, & sensi semper me diligi à te, & mémini cum abessem, & essem in magnis periculis, &, id est simul me absentem, & meos præsentes cultos & defensos esse à te. Prudenter cõmemorat beneficia eius anteacta, ut inuitet ad noua: turpe enim uidétur in tam gratos non augére beneficia. Et quàm, id est quantùm familiariter uixeris mecũ post réditum meũ, & quæ ego & sénserim & prædicárim de te habémus testes omnes, scilicet hómines, qui solent animaduertere, id est consyderare hæc, id est huiúsmodi officia hominum inter se. Vero, id est sed, tu feciſti gratissimũ, id est máximi momenti & ponderis iudiciũ de fide & constántia mea, cum contulisti te totũ & amicitiã meam post mortem Cæsaris. Quod iudicium tuum nisi cõprobáuero, id est cõprobáuero, summa benevolentia mea erga te & omnibus méritis, ipse, id est egomet, putábo me non esse hominem sed pecudem sup. O mi Oppi tu conserváuis amorẽ tuum, scilicet in me. Et si, id est quanquã, ego scribo hoc quidẽ magis amore, id est ex uehementia amoris mei in te, quàm quòd, id est ut aut lege quòd, id est quia putem te admonendũ sup. esse, & tuébere, id est proteges ómnia mea, quæ ne essent incognita tibi mãdaui Attico, scilicet ut tibi patefaceret. Autem. i. sed expectato à me literas uberiores, cùm, id est quando nos erimus nacti, paulum, id est modicũ ocii. Da operam ut ualeas, & nihil potes fácere mihi gratius hoc, scilicet quàm ut eam operã des, scilicet ut ualeas. Quotiens autem illam aut símilẽ particulam adpositã uidemus, superfluum fuerit addere Vale. Est autem amantius dictum Cura, aut da operã ut ualeas, quàm illud tritũ Vale. Sane in tota hac epistola Cicero id agit ut se in amicitiam Oppii insinuet. Cõmemorans eius fidem & religiõnẽ, & sanctissimam amicitiã cum potius iudicarit Ciceroni faciendũ quod ex officio debuit hoc est Pompeiũ sequi, cui plurimũ deuinctus erat, quàm quod nouit amico sibi charissimo, hoc est Cæsari magis placitũrũ fuisse. In quo facto dicit se admiratũ eius religiõnẽ, hoc est ut Hubertinus interpretatur sanctitatẽ, ut mihi autem placet, metum deorũ, quos amicitiæ inseruiendo ultra id quod uerum & iustũ est læderet. Scitum enim est apud A. Gellium præceptũ, Amicis inseruiendũ usque ad aras seu deos, id est sic ut propter amicitiam iustitia & ueritas nõ lædantur. Vnde & ipse Cicero in Lælio seu libro de amicitia dicit primã esse legem amicitiæ nequid inhonestum rogemus ab amico, nec faciamus rogati. Hæc autem & huiúsmodi breuitáti ſtudens lubens prætereo.

HVBER.

M.T. CICERONIS EPISTOLARVM Familiarium. Lib. XII.

M.T.C.C. Cassio. S. P. D. Ep. 1.

TINEM nullam facio, mihi crede, Cassi de te, & de Bruto nostro, id est de tota repub. cogitãdi: cuius omnis spes in vobis est, & in D. Bruto: quam quidem iam habeo ipse meliorem, repub. à Dolabella meo præclarissime gesta. Manabat enim illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidem & Vrbi, & otio diffiderem vrbano. Sed ita compressa est, vt mihi videamur omne iam ad tempus ab illo duntaxat sordidissimo periculo tuti futuri. Reliqua magna sunt ac multa, sed posita omnia in vobis: quanquam primum quidque explicemus. Nam vt adhuc quidem actum est, non regno, sed rege liberati videmur. Interfecto enim Rege, regios omneis nutus tuemur. Neque vero id solum, sed etiam quæ ipse ille, ipse si vi ueret, non faceret, ea nos quasi cogitata ab illo probamus. nec eius quidem rei finem video. tabulæ figuntur, immunitates dantur, pecuniæ maximæ describuntur, exules reducuntur, senatusconsulta falsa referuntur: vt tantummodo odium illud hominis impuri, & seruitutis dolor depulsus esse videatur: Respublica iaceat in his perturbationibus, in quas eam ille coniecit. Hæc omnia vobis sunt expediẽda: nec hoc cogitandum, satis iam habere rempub. à vobis. Habet illa quidem tantũ, quantum nunquam mihi in mẽtem venit optare. sed contenta nõ est: & pro magnitudine & animi & beneficii vestri à vobis magna desyderat. Adhuc vlta suas iniurias est per vos interitu tyranni: nihil amplius. Ornamenta vero sua quæ recuperauit? An quòd ei mortuo paret, quem viuũ ferre non poterat? cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus? At enim ita decreuimus: fecimus id quidem temporibus cedentes, quæ valent in repub. plurimum: sed immoderate quidam, & ingrate nostra facilitate abutuntur. Verum hæc propediem, & multa alia coram. Interim velim sic tibi persuadeas, mihi cum reipublic. quam semper habui charissimam, tum amoris nostri causa, maximæ curæ esse tuam dignitatem. Da operam vt valeas. Vale.

Immunitates: luntatis & potestatis. Immunitates dãtur, id est exemptiones & uocationes munerum & onerum publicorum. Describuntur. assignantur. Falsa. quia dicuntur esse constituta & decreta à senatu cum non sint. Sunt autem in supradictis orationibus disiunctum & similiter desinens, exornationes. Hominis. Cæsaris. Iacet. depressa est.

ASCEN. TINEM nullum facio &c. Argumenta huius libri consonant argumentis. x. &. xi. librorũ. Nam cum interfectores Cæsaris ex urbe profugissent, & Antonius qui iam ad imperium animum adiecerat omnia pro libidine sua in urbe ageret, Cicero ad profugos scribens ea dolenter cõmemorat, docens omnẽ libertatis spem esse in Decio & Marco Brutis & Cassio, quos etiam ad Antonii cædem incendit. Ordo est. O Cassi crede mihi, ego nullum finem facio cogitandi de te & de Bruto nostro & de tota republi. Cuius omnis spes est in uobis, id est in te & Marco Bruto, & in Decio Bruto. Quam. scilicet spem, quidem, id est certè, ipse, id est ego habeo iam meliorem, repub. gesta, id est administrata præclarissime, à Dolabella meo, scilicet genero, qui uetuit aras Cæsari extrui & occulte contra Antonium sensit. Enim, id est quia, illud malum urbanum, id est seditio excitata in urbe per Antoniũ concitantem ueteranos in ultionem Cæsaris, manebat. i. extendebatur & corroborabatur quotidie, ego quidem diffiderem & urbi, id est saluti urbis, & ocio urbano, id est tranquillitati futuræ in urbe quam nullam fore fidebam. Sed sup. urbs, id est commotio incepta fieri in urbe, est compressa, id est simul sedata & sopita, ita ut uideamur futuri tuti iam ad omne tempus, duntaxat, id est saltẽ ab illo periculo sordidissimo, id est turpissimo, quod imminebat ab Antonio in Cæsaris interfectores. Eo tamen non erat defunctus nec liberatus Cicero, sed nescia mens hominum fati sortisque futuræ. Reliqua, id est quæ restant ultra ea quæ Dolabella fecit, sunt magna & multa, sed omnia sunt posita in uobis, id est in potestate uestra, quanquam, id est tametsi explicemus, id est expediamus primum quicquam, id est quodlibet quod primum expediendũ est, aut explicemus, id est declaremus primum quicquam. i. quod primum explicandum occurrerit. Nam ut quidem. i. secundum quod actum est adhuc, nos uidemur liberati non regno, quia adhuc respub. libera non est, ea autem potiturus rex futurus fuerit, sed rege. s. Cæsare. Enim. i. quia, rege interfecto. i. postquam rex est interfectus, nos tuemur, id est inspicimus omnes nutus. i. gestus magnificos quasi ad nutum cuncta regentium, regios. i. quales haberẽt reges. Adnotandum dico uersiculum illum. Dic tuor inspicio, tueor defendere dico, non sic esse admittendũ. ut prouenio inspicio non dicamus etiam tueor: nam hic dixit tuemur, non tuimur. Neque uero sup. tuemur id est inspicimus solum hoc, id est nutus regios, sed etiam nos probamus, id est comprobamus ea quæ ille ipse, scilicet Cæsar rex nõ faceret si uiueret. comprobamus dicit, quasi cogitata, id est præmeditata ab illo, nec quidem uideo finem eius rei, id est huiusmodi mali eorum qui referunt nutus regios. Tabulæ, id est leges nouæ, aut tabulæ proscriptionis, figuntur, scilicet ad publicas columnas. Immunitates dantur, scilicet militibus Cæsaris mortem ulturis, pecuniæ maximæ distribuuntur sup. ipsis, exules reducuntur. s. in urbem, senatusconsulta falsa. i. nunquam à senatu probata referuntur. s. ad populum, ut ab eo adprobentur, ita sup. ut tantummodo illud odium hominis impuri, scilicet Cæsaris nihil uerentis rempu. per quam ita creuit opprimere & dolor seruitutis uideatur esse depulsus. Respub. iacet in his perturbationibus, in quas ille, scilicet Cæsar coniecit eam.

CONIECIT. immisit, quia nihil utile reip. post eius mortem constitutum est. expedienda, expedite facienda. Satis habere. esse à uobis ei satisfactum. Pro magnitudine, quia plura & potest & uult præstare animo uester maximus. Adhuc. usque. Vlta iniurias suas, facit tantummodo uindictam de oppressione sua. Per uos. opera uestra nihil amplius. s. habuit, q̃ ultionem iniuriarũ suarum. Quæ ornamẽta. q. d. nulla: est enim interrogatiue legendum. An. quod pro per irrisionẽ dixit an recuperauit ornamẽta sua, cum efficiat decreta Cæsaris, quo uiuente ferre non potuit. Cuius. Cæsaris. Aera. leges ære incisas. Ouid. primo Metamorpho. Nec uerba minantia fixo Aere legebantur. Refigere. figere. auellere, tollere. Chirographa. scripta. cõmentarios, in quibus decreta sua manu propria scripserat. At enim. obiectio, quasi dicat aliquis, cur nõ debemus ita facere, si ita semel decreuimus, ut quæcunque Cæsar ordinasset, ea efficeremus, & rata haberemus. Fecimus. responsio ad obiectionem. Cedentes temporibus. id est sequentes tempora, quia nunc cum decreuimus facere necesse fuit ita facere, non autem uoluntate adducti, quasi innuat Ci. quod necessitate sit promissum aut factum non esse præstandum. Quæ. tempora. Abutantur. quia plus uolunt fieri quam honestum sit, quia uiderunt nos faciles fuisse in promittendo. Coram, scilicet dicemus.

HVBER. Refigere. Chirographa.

HAEC omnia sunt expediẽda. i. abolenda à uobis, nec cogitandum est. s. uobis hoc, uidelicet remp. habere iam satis. s. officii à uobis. Illa quidem habet, tantũ quantum nunquam uenit mihi in mentẽ. i. cogitauerim & ausus fuerim optare, sed non est contenta, & desyderat à uobis magna, pro magnitudine & animi & beneficii uestri. Ipsa ulta est adhuc, id est hactenus iniurias suas per uos interitu, id est per cædem tyranni, nihil amplius, scilicet assecuta est, uero pro sed, quæ ornamenta sua recuperauit? quasi dicat nulla. An sup. illud ornamẽtum, quod paret, id est obtemperet ei mortuo, quem non poterat ferre, id est tolerare, uiuum? & sup. quòd defendimus etiam chirographa, id est manu scripta eius. cuius æra, id est leges in æra incisas, debebamus refigere, id est euellere ex columnis & tabulis. Etenim, id est sed certè nos decreuimus, id est approbauimus æra, id est leges eius. Responsio. fecimus quidem id cedentes temporibus, quæ ualent plurimum reipu. Sed quidam, ut Antonius & eius sequaces, abutuntur facilitate nostra immoderatè & ingrate. Verum sup. nos dicemus propediem hæc & multa alia coram, id est in mutua præsentia, loquentes alter ad alterum. Ego uelim sup. ut persuadeas tibi interim sic, tuam dignitatem esse. mihi maximè curę, tum, id est pariter causa reipub. quam habui semper charissimã, tum, id est pariter causa amoris nostri, scilicet mutui aut mei in te. Da operam, ut ualeas.

ASCEN.

Cicero Cassio S. D. Ep. 2.

VEHEMENTER lætor tibi probari sententiam & orationem meam: qua si sæpius vti liceret, nihil esset negotii libertatem & rempub. recuperare: Sed homo amens & perditus, multòque nequior, quàm ille ipse, quem tu nequissimum occisum esse dixisti, cædis initium quærit: nullámque aliam ob causam me authorem fuisse Cæsaris interficiendi criminantur, nisi vt in me veterani incitẽtur.

HVBER.

VEHEMENTER. Absentib⁹ Cæsaris percussoribus ab urbe, cum Cic. assidue eos tueretur, & de eorum incolumitate seruanda excogitaret, & apertè publicèque ageret. Marcus Antonius nimia ira odióque in ipsum incendebatur, minabatúrq; ei mortẽ, & meditabatur quotidiè quomodo posset eum è medio tollere, quia uidebat suæ uoluntati aduersantem. Hæc igitur Cice. exponit Cassio, & qui sunt consulares uiri, qui rectè sentiant, & in senatu sententiam suam dicere audeant, quos cum admodũ paucos rebus ita perditis esse dicat, ostendit omnem spem esse in eo & ambobus Brutis. Sententiam, quod ea non probem quæ Antonius facit. Nihil negocii. nihil laboris, quia traherem reliquos in sententiam meam. Homo. Anto. Amens. insanus. Ille ipse. Cælar. Initium cædis quærit. malè exponunt qui dicunt, quærit quis fuerit causa. author cædis Cæsaris: nam affirmat Cice. non fuisse,

sed ita est intelligendum. Quærit initium cædis, scilicet quærit incipere aliquam cædem, quam uellet à me incipere, cum criminantur me fuisse authorem & suasorem interficiendi Cæsaris, ut Veterani Cæ. odio incitati me interficiant & dicant aperte cõtra Antonium, non licet uenire in senatum.

ASCEN. VEhementer lætor &c. Quia Cæsaris percussores Cicero defendebat, Antonius in eum atrociter seuiens, excidiũ minabatur, unde ad Cassium scribens, exponit, qui sint consulares uiri in rempub. bene animati & qui audeant apte sententiam dicere, addens rursus omnem spem esse in ipso Cassio & duobus Brutis. Ordo est. Ego lætor uehementer, sententiam & orationem meam probari, id est approbari & laudari, tibi, id est à te, scilicet oratione mea, si liceret uti sæpius, nihil negocii, id est facilimum esset recuperare libertatem & remp. Sed homo amens, id est sine mente & ratione, & perditus, id est desperatæ salutis, scilicet Antonius, & nequior, id est peior multò, quàm ipse, scilicet Cæsar, quem tu dixisti esse occisum nequissimum, id est eo quòd esset aut cum esset nequissimus. Quærit initium cædis, scilicet faciendæ in me, & nullam, id est non ullam, ipse criminatur me fuisse authorem Cæsaris interficiendi non ob ullam aliam causam, nisi ut ueterani, scilicet milites Cæsarem sub quo militauerant adhuc amantes. Quod periculum ego non extimesco modo, id est dummodò communicem gloriam facti uestri cum mea laude, id est dummodo, ut particeps fuero pœnæ & ultionis subeundæ ita sim particeps gloriæ uestræ de tyrannicidio, quod tamen me nesciente commisistis, quasi dicat tam glorioſum est factum uestrum, ut uitam uelim pro tali laude pacisci. Ita, id est & sic nec licet Pisoni, qui inuectus est primus in eum, scilicet Antonium aut Cæsarem, nullo assentiente, nec mihi, qui feci idem trigesimo die post. i. qui inuectus sum in Antonium aut Cæsarem. Nec Publio Seruilio, qui est consecutus me, id est sententiam meam, aut post me idem dixit, licet uenire tuto, id est sine periculo in senatum.

HVBER. ¶ CAEDEM gladiator quærit. iniurioſe gladiatorẽ appellat Antonium, quia gladiator uilissimæ professionis nomen erat. Primus inuectus est. primus in eũ acerbissimam orationem dixit, licet postea pro Anto. Ci. acerrime dixerit, ut testatur Appia. lib. iii. Idem feci, acerrimè quoq; inuectus sum. Eius initium, quod supra dixit quærit initium cædis. Commẽtatus esset. de ea re cogitasset, & mentionem fecisset. In lustris in lupanaribus. Sunt enim lustra & loca ferarum & loca meretricum. Quæ. i. qualia, quasi dicat fœdissima, & omnino nullius honestatis participes. In uino. in crapula, in cõuiuiis, ubi inebriatur, carpit Antonium & ebrietatis & libidinis inhonestæ, sicut in paradoxis, & multo magis in Philippicis. Vomere. ostendit gestũ ebriorũ in dicendo, qui ita effundunt uerba cum ructibus, ut potiùs uomere quàm dicere uideãtur, quod & in Philippicis Antonio obiicit. Vt in tantis malis, id est secundum quod in tantis malis profici potuit. Profectum. aliquid utilitatis factum. Tres. quos supra nominauit. i. se, Pisonẽ & Seruilium. Liberè. sine respectu Antonii & cuiusquam alterius pro utilitate reipu. Præterea. i. præter nos tres. Tuus necessarius, credo Læpidũ intelligi, qui erat affinis Cassii, ut infra in aliis epistolis patebit. Noua. quam nouã facit cum Antonio. Ludorum, translatiue dixit pro plausibus & lætitiis, quæ fiebant de morte Cæs. Dirumpitur. dolore frangitur. Plausu. quem facit frater tuus de liberatione patriæ & cæde tyranni. Nam de ludis nõ est hic credendum, quibus repub. tam perturbata nullus erat locus. Alter. fortasse Paulus Læpidi frater. Commentariis. non his, quibus scripsit historiam bellorum à se gestorum, ut quidam opinãtur, sed quibus scripserat testamentum suum, & omnia, quæ se facturum decreuerat. Non ferendum. nullo pacto tolerãdum. s. eum, Qui. incertum est de quo dicat. Putant quidam intelligi Philippũ uitricum Cæsaris Octauiani, quia suadebat ei petere consulatum loco Hircii & Pansæ, ut supra diximus. Vestro anno. quo uos consules esse debetis. Ob eam causam, ut filius suus habeat consulatum uestro anno. Latroni. Antonio. Fatali desperatione. quia uidet omnia male accidere. Valetudine. mala egrotatione. Exceptis designandis. Planco & D. Bruto. Si non numero. i. si non nomino singulatim & numeratim. Habes, intelligis. Qui numerus. supradictorum. Bonis rebus, id est bono statu, in quo nõ est opus mul-

Quod ego periculum non extimesco, modò uestri facti gloriam cum mea laude cõmunicet. Ita nec Pisoni, qui in eũ primus inuectus est nullo assentiẽte: nec mihi, qui idẽ. x x x. post die feci: nec P. Seruilio, qui me est cõsecutus, tutò i senatũ uenire licet.

Cædem enim gladiator quærit, eiúsq; initium ad XIII. Calend. Octob. â me se facturum putauit. *Ad quam parat⁹ uenerat, cum in uilla Metelli complureis dies commentatus esset. Quæ autem in lustris, & in uino cõmentatio potuit esse? *Itaque ómnibus est uisus, ut ad te ántea scripsi, uomere suo more, non dicere. Quare quòd scribis te confidere, authoritate & eloquentia nostra áliquid profici posse: nonnihil, ut in tantis malis, est profectum. Intelligit enim populus Rom. treis esse Consulares, qui, quia de repu. bene sénserint, libere locuti sunt, tuto in senatum venire non possint. Nec est prætérea quod quicquam expectes. Tuus enim necessarius affinitate noua delectatur. Itaq; iam non est studioſus ludorum, infinito que fratris tui plausu dirumpitur. Alter item affinis nouis commentariis Cæsaris delinitus est. Sed hæc tolerabilia: illud nõ ferendum, quod est, qui uestro anno filium suum Consulem futurum putet, ob eámque causam se huic latroni deseruiri præ se ferat. Nam L. Cotta familiaris meus fatali quadam desperatione, ut ait, minus in Senatum venit. L. Cæsar optimus & fortissimus ciuis ualetudine impeditur. Seruius Sulpitius, & summa authoritate, & optime sentiens, non adest. Reliquos, exceptis designatis (ignosce mihi, non numero) Consulareis habes, autores consilii publici: qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset, quid censes perditis? Quare spes est omnis in uobis: qui si idcirco abestis ut sitis in tuto, ne in uobis quidem: sin aliquid dignum uestra gloria cogitatis, uelim saluis nobis: sin id minus, res tamen pub. per uos breui tempore iussuum recuperabit. ego tuis neque desum, neque deero: qui siue ad me referent, sine non, mea tibi tamen beneuolentia fidesque præstabitur. Vale.

torum consilio. Quid censes perditius. i. esse, quasi diceret si esset exiguus rebus bonis, multo magis exiguus est rebus perditis, quæ indigent plurimum consilio ut seruentur. Idcirco. ob eam causam. Ne in uobis quidem scilicet est spes si enim abestis, quia timeatis uobis, quomodo saluabitis alios? Cogitatis. interea dum abestis. Velim saluis nobis. i. cupio cũ salute nostra. s. cogitetis. Sin minus. i. si nõ. Id scilicet ut saluis nobis cogitetis dignum uestra gloria. Siue non. s. referent. i. non dicent quid eis sit opus. Præstabitur. ostendet.

ASCEN. ¶ ENIM. i. quia gladiator. s. Antonius, quem per cõtemptũ gladiatorem appellat, quærit cædem sup. facere, & putauit se facturum initium eius scilicet cædis à me. i. incipiendo à me, ad decimum tertium Calend. Octobris, ad quem scilicet me, ipse uenerat paratus cum esset commentatus. i. excogitasset modum mei interficiẽdi, dies complures. i. per pluſculos dies in uilla. i. domo rustica Metelli. Et si dicas si paratus & commentatus ac præmeditatus uenit, quo modo ergo non effecit quod uoluit? Responſio. autem. i. sed quæ commẽtatio. i. subtilis medii excogitatio potuit esse in lustris. i. lupanaribus & in uino? quasi dicat nulla. Itaque ut scripsi ad te ántea, ipse est uisus omnib⁹ non dicere sed uomere suo more. Quare quod scribis te confidere áliquid posse profici authoritate & eloquentia nostra nõ nihil. i. aliquid est profectum. i. utilitatis factum, ut scilicet fieri potuit in tãtis malis. Enim. i. quia Populus Romanus intelligit tres scilicet uiros in senatorio ordine, scilicet me, Pisonem & Seruilium esse consulares. i. consulari ánimo, & dignos qui consules fuerint, qui quia locuti sunt libere quæ senserint bene de repub. non possunt uenire tuto. i. sine periculo, in senatum. Est autem tuto aduerbium, sed ne coincidat cum pronomine compósitæ figuræ tute: frequentius tuto quàm tute legimus. Nec est prætérea. i. præter nos tres, qui sumus quodammodo prohibiti à senatu eo, ꝙ libere locuti ꝙ expectes, quicquam scilicet pro te fieri aut dici. Enim. i. quia necessarius tuus scilicet Læpidus, delectatur noua adfinitate, scilicet cum Antonii propinquis. Itaque. i. & ita, ipse iam non est studioſus ludorum. i. non studet sic iis ludis, id est plausibus, qui fiunt ob cædem Cæsaris, ut studuit olim ludis Romanis, aut funebribus in laudem Cæsaris celebratis, & dirumpitur. s. inuidia & dolore infinito plausu. i. propter infinitum plausum & lætitiam fratris tui. Item alter adfinis scilicet tuus, ut opinor Paulus Læpidi frater est delinitus. i. inescatus & oblectatus nouis commentariis Cæsaris. i. tabulis testamentariis & de rebus à se si uixisset gerendis. Sed hæc. i. huiusmodi insolentia gaudia & studia, sup. sunt tolerabilia: illud non sup. est ferendum, quod est scilicet quidam, ut uero simile sit Philippus uitricus Octauii Cæsaris, qui putet filium suum saltem priuignum futurum consulem, anno uestro. i. quo uos merito consules sitis, & præ se ferat. i. indicet se deseruire huic. Latroni scilicet Antonio, ob causam. Nam Lucius Cotta familiaris meus. minus. i. non aut frequẽter uenit in senatum, quadam desperatione fatali, ut ait. i. quam à fato & astris, aut deorum præfinitione dependere putat, ut respubli. Romana à tyrannis occupetur. Lucius Cæsar, auunculus Antonii ciuis optimus & fortissimus scilicet animo, impeditur scilicet uenire in senatum, ualetudine. i. ægritudine, Seruiꝰ Sulpitius, supple ciuis & summa authoritate & optime sentiens scilicet de republi. non adest scilicet in urbe. Tu habes reliquos consulares, id est qui consules aliquando fuerunt, ignosce mihi si non numero eos, uidetur hoc ironice precari quasi pauciſsimos aut nullos uere consulares censeat, authores ac probatores consilii publici. i. quod à maiore numero decernitur, id enim ignari & imperiti rerum sequi solent, exceptis designatis, scilicet consulibus in proximum annum, Decio Bruto & C. Planco, qui numerus, scilicet uere consularium, esset exiguus. i. modicus, etiam bonis rebus. i. in bono statu reipub. quid censes, sup. eum esse, perditis sup. rebus? Quasi dicat aut minimum aut nullum, & ita non opus esse ut numerentur reliqui consulares. Quare cum alii non sint, omnis spes est in uobis, qui si abestis scilicet ab urbe idcirco ut sitis in tuto, ne quidem. i. non etiam in uobis supple spes est. Sin. i. sed si, uos cogitatis aliquid dignum gloria uestra. s. iam parta uelim sup. id faciatis nobis saluis. i. tantisper dum salui sumus. Sin. i. sed si, id sup. fiet minus. i. non saluis nobis, tamen respu. recuperabit breui per uos ius suum. Sed ego non desum. i. semper auxilio sum tuis, scilicet necessariis, neque deero. s. unq. qui scilicet tui, siue referent ad me. i. consultabunt me, siue non, tamen. i. nihilominus beneuolentia mea & fides præstabitur tibi. Vale.

¶ AD quem paratus uenerat. Ita in manu scriptis legimus: arbitramur tamem AT QVAM legendum esse, unius tantum literæ immutatione: nam D, pro T, in antiquis libris frequenter ponitur, ut in C. Matii epistola hæc ipsa dictio bis eodem pacto scripta est, Ad ludos, quos Cæsaris uictoriæ Cæsar adolescens fecit, curaui, ad id. & quæ sequuntur. cum utroque in loco AT, intelligi debeat. nam quòd nonnulli putant per QVAM, cædem intelligi, hanc ipsorum interpretationem non probamus: in uilla enim Metelli Antonius orationem commentatus erat, non cædem, & in dicendo se exercuerat, ut qui cogitaret Ciceronem accusare, & contra eum in Senatu accurate dicere. Hoc aperte ostendit Cicero in secund. Philipp. cum inquit: Hæc ut colligeres, homo amentissime, tot dies in aliena uilla declamasti. Ideo autem nunc inquit illum paratum uenisse, quia commentatus erat: addit igitur, Itaque omnibus est uisus uomere suo more, non dicere. Huic simi lis est locus ille ad Att. At quam iratus uenit? Nec non ille secun. Philipp. At quam multos dies in ea uilla turpissime es perbacchatus? *P.V.C.

¶ SIT Aque omnibus est uisus uomere suo more, non dicere. Multa à Cicerone dicta sunt in Antonii ebrietatem, quæ omnibus nota, & manifesta sunt: sed nihil acerbius, quodq; eum magis multis modis uulneraret, quàm quod in XII. Philipp. de illo loquens, inquit, Cuius acerbitas morum, immanitasque naturæ ne uino quidem permixta temperari solet: ut cum multis detrimentis illum affecerit uinum, quemadmodum omnes facit, *P.V.C.

Universidad de Deusto Biblioteca

facit,qui copiosius b:bant:quod bonum in se illud habet,propter sæuissimum ingenium Antonii nullum ei commodum afferre potuerit:uicit enim diritas illius,& feritas morum uini ipsius uim.Omnes autem autores tradunt quod Cicero hic significat uinum lenire mores,& omnem ingenii asperitatem tollere, unde sapiens uir Zeno,ille sectæ Stoicę princeps,aiebat uinum in se efficere,quod aqua in lupinis:quæ cum amara sint,macerata dulcia redduntur.Hoc intellexit Vergilius,cum inquit mitem Bacchũ, mitem uindemiam: & Catullus mitem uuam.accepta autem omnia sunt ab Homero,qui primus uitem ἡμερίδα appellauit,ut gratissimam stirpem, quemadmodum dignitas illius poscebat, ornaret: animaduersum enim hoc est à doctissimis hominibus, qui affirmant,Homerum amore fructus illius captum,summis laudibus eam extulisse. Plutarchus in elegantissimo sermone,quem appellauit ἐρωτικὸν inquit, ὃ δ' ἂν ὅμηρος ἡμερίδα σεμνύνων προσεῖπεν. Ita autem ipsam appellauit quinto libro Odysseæ,ubi agit de antro Calypsonis:

Ἡ δ' αὐτοῦ τετάνυσο περὶ σπείους γλαφυροῖο
Ἡμερὶς ἡβώωσα,τεθήλει δὲ σαφυλῇσι.

Sed alio etiam in loco de hac uoce Homeri Plutarchus egerat:uerum ille ita deprauatus est ut omnes lateat. In commentario igitur,quo præparat adulescentes ad lectionem poëtarum, cum docuisset Lycurgum stulte fecisse,qui cum uideret uinum lædere,uites inciderat,cum potius fontes admouere debuisset: temperamẽtum enim hoc pellere omne detrimẽtum poterat,& multas utilitates eius retinere,inquit,Neque igitur nos poëticam amputemus ἡμερίδα μοῦσαν,neque ipsam penitus extinguamus,sed ea remedia adhibeamus, quibus incommoda que afferre solet iis,qui imparati ad eam accedunt,euitemus,& fructus ipsius retineamus.Vocauit autem poëticam doctissimus uir,Musarum uitem,propter suauitatem:pendet enim totus sermo à superiore illo exemplo Lycurgi,qui pessimo consilio uites substulerat.Multi autem erant,qui Lycurgum imitati,poëticam omnem eiicerent,atque delerent:quos non minus quàm Lycurgum stolide facere ostendit Plutarchus. In impressis codicibus μερίδα legitur,quasi particulam,cum manu scripti,qui melioris notæ sunt,ἡμερίδα retineant.dictio autem hæc deprauata corrumpit omnem sententiam,quæ elegantissima est, & summo artificio expressa.

HVBER. AVget. Adducit Cice. Anto.in maximum odium Cassii,ostendens quid fecerit in honorem Cæs.mortui contra dignitatẽ interfectorũ, inter quos dicit se ab An. numerari.q.d.eum fuisse authorem illius cædis,cui optat se interfuisse: dicit autem ꝙ consilium istorum,qui tuentur acta Cæsaris, & ei etiam mortuo fauent, quia nihil aliud cogitant q̃ ulcisci eius mortẽ.cõmemorat iniurias illatas pręcipue in ipsum Cassium, cuius legato dicit uiaticum, quod ad eum mittebatur ab Anto.& eius amicis ereptum quasi ad hostem mitteretur, non ad ciuem. Indignatur postremo Cic.tantam Anto.arrogantiam ita patienter ferri. Amicus. ironice. Auget fu.in dies fit furiosior. Statua. Cæsa. Inscripsit. titulum fecit. Parẽti.i. Cæsari patri patriæ.Optime me.quia multa
Seca beneficia in patriam contulit. Sicarii.sica genus
Sicarius est gladii.quasi seca.à secando dicta.quicũque igitur gladio hominem interfecerit sicarius & homicida
Parricida appellatur.Parricida uero,qui patrem interfecit,ergo Anto significabat per eam inscriptionem eos nõ modo sicarios,qui hominem interfecissent, sed etiã parricidas,quia parentem patrię cecidissent.Quid dico.correctio,ut immisceat etiam personam suam in numero horum. Principem. primum. Non essent mo.no.quia eũ sustulissemus.sicut & Cæsarem. Præteriit.non est factum. Reperio.s.consilium. Vim sine ui.uim etenim ui repellere licet. Illorum sce.inimicorum patriæ. Prosequantur.ulciscantur perse-
Canutius quendo qui eum interfecerint. Canutio.is erat tribunus aduersarius Anto.ut scribit Appia. Ille.An.
Conseruatoribus uobis: nam dixit sceleratos fuisse, qui uirum sanctum & de repub.bene meritum interfecissent. Faceret.cum eum produceret in concionem. Cuiusmodi.qualia.q.d.q̃ pessima & malę spei. Viaticum.pecuniam,quæ ad te mittebatur pro impensis uiæ & peregrinationis tuæ. Interpretari. intelligere sentire Scilicet.cum stomacho dixit. Ad hostem,quem te iudicant, cum sis defensor patriæ.O rem.exclamatio ex indignatione.Dominum. Cæsarem. Conseruo. Antonio, qui & ipse erat in seruitute Cæsaris,sicut & nos.Conserui enim dicun-
Conserui tur qui simul seruiunt domino. Fauente.adiuuante, non deserente. Residet.remanet. Sed ubi.quasi dicat nusquam.

M.T.G.C.Cassio. S.P.D.

AVget tuus amicus furórem in dies. primum in státua, quam pósuit in rostris, ĩscripsit PARENTI OPTIME MERITO. vt non modo sicarii, sed iam etiam parricidæ iudicémini:quid dico iudicémini?iudicémur potiùs. Vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me principẽ dicit fuisse. Vtinam quidem fuissem, molestus nobis non esset. Sed hoc vestrum est:quod quum præteriit, útinam haberẽ quid vobis darem consilii. Sed ne mihi quidem ipsi reperio quid faciendum sit. Quid enim est, quod contra vim sine vi fieri posit?Consilium omne autem hoc est illorum,vt mortem Gæsaris persequãtur. Itaque ante diem V I.No.Octobris productus in concionem à Cannútio turpissime ille quidem discessit: sed tamen ea dixit de conseruatóribus patriæ, quæ dici deberẽt de proditóribus. De me quidem non dubitanter,quin ómnia de meo consilio, & vos fecissetis, & Cannútius faceret. Cætera cuiusmodi sint, ex hoc iúdica, quòd Legato tuo viáticum eripuẽrunt. Quid eos interpretári putas cum hoc faciunt?ad hostem scelicet portari. O rem miseram?dóminum ferre non potuimus,conseruo seruimus.Et tamen me quidem fauente magis, quàm sperante, etiam nunc résidet spes in virtutete tua. Sed vbi sunt cópiæ? De réliquo, malo teipsum tecum loqui, quàm nostra dicta cognóscere. Vale.

ASCEN. AVget &c. Adducit Antonium in maximum odium Cassii, ostendens quid fecerit in honorem Cæsaris,& in contumeliam Cassii,unde ægre fert ꝙ tantam arrogantiam sic patiatur. Ordo est.Amicus tuus,per ironiam.i.summus inimicus, uidelicet Antonius auget in dies furorem, primum in statua.s.Cęsaris,quam posuit in rostris,inscripsit.i. titulum posuit,parenti.i.patriæ,optime merito.s.de patria,ut uos occisores Cęsaris, iudicemini non modo sicarii.i.dolosi homicidæ sica.s.pugione usi,sed etiam parricidæ.i.percussores parẽtis patriæ. Quid dico iudicémini?iudicémur potius.Enim.i.quia,ille furiosus.s.Antonius dicit me fuisse principem.i.principalem authorem facti uestri pulcherrimi. Vtinam quidem fuissem,ipse sup.non esset molestus nobis, quia ipse interfectus fuisset.sed hoc est uestrum.i.uestræ negligentiæ,qui non abstulistis simul omne malum è rep. quod quando.i.quoniam præteriit.s.opportunitas aut occasio eius, utinam haberem quid consilii darem.i. dare possem uobis.Sed ne quidem.i.non saltem reperio mihi ipsi quid sit faciendũ. Quid enim est quod possit fieri contra uim siue ui?q.d.nihil. Autem.i.sed,consilium istorum.s.qui remp.oppugnant est,ut prosequantur.s.ultione,mortem Cæsaris. Itaque sup.Antónius productus à Canutio.i.tribuno plebis aduersario Antonii authore Appiano.i.certum Po.Ro.congregati ad audiendam orationem eius, ante diem sextum nonárum Octobris,ille.s.Canutius,equidem,certe discessit turpissime,quia debebat resistere, aut præsentia sua deterrere,sed tamen Antónius sup.dixit ea de conseruatoribus patriæ,quæ deberent dici de proditoribus.
Non dubitant.s.aduersarii,quidem.i.certe de me quin uos fecissetis,& quin Canutius faceret omnia de cõsilio meo. Iudicia ex hoc scilicet quod dicam, cuiusmodi.i.qualia sint cætera,ꝙ eripuerũt. Legato tuo uiaticum.i.pro uia facienda sumptum necessarium. Quid putas eos interpretari.i.innuere cum faciunt hoc scilicet.i.scire licet quid interpretantur,quia portari.s.uiaticum,ad hostem? Orem miseram, nos potuimus ferre dominum.i.tyrannum Cæsarem,& seruimus conseruo.i.Antonio,qui nobiscum sub Cęsare seruierat & tamen me quidem magis fauente.i.optante q̃ sperante,quia non uero simile hoc malum posse expugnari, spes residet etiam nunc in uirtute tua. Sed ubi sunt copiæ,quasi dicat nusquam. Ego malo.i.magis uolo teipsum loqui de reliquo.i.quod restat,q̃ cognóscere dicta nostra. Vale.

M.T.C.C. Cassio. S. P. D.

VEllem Idibus Martiis me ad cœnam inuitasses : reliquiarum nihil fuisset. Nunc me reliquiæ vestræ exercent & quidem præter cæteros me.quanquam egregios Cónsules habémus,sed turpissimos Consulareis:Senatum fortem,sed infimo quenque honóre fortissime.Pópulo verò nihil fórtius, nihil mélius,Italiaque vniuersa.Nihil autẽ fœdius Philippo & Pisone Legatis, nihil flagitiósius:qui,cũ essent missi vt António ex Senatus senténtia certas res nũtiárent,cum ille earũ rerum nulli paruisset,vltro ab illo ad intollerabilia postuláta retulérunt. Itaque ad nos concúrritur, factique iam in re salutári populares sumus. Sed tu quid ágeres , quid actúrus,vbi denique esses, nesciébam. Fama nuntiabat te esse in Syria:autor erat nemo. De Bruto,quò própius est, eò firmióra videntur esse,quæ nuntiantur. Dolabella valdè vituperabatur ab hominibus non insulsis, quòd tibi tam cito succéderet,cum tu vix dum X X X:dies in Syria fuisses.Itaque

HVBER. VEllem.Dolet Cice.Antonium non interfectum fuisse quo die Cęsar.fuit interemptus, quod quidem dicit futurũ fuisse,si interfuisset, ut etiam supra li. x.scripsit ad Trebonium.Deinde dicit quales sint sententiæ singulorũ in his ciuilibus dissensionibus,in quibus maxime quæritur de Philippo & Pisone legatis. Posteà uero quia Dolabella in Syriam proficiscebatur, dicit q rumores de eo sint. Postremo qualis opinio de ipso Cassio & Bru. Vellem.recurre ad lib.x.ad episto.quæ incipit.Quam uellem. Reliquiæ M.An. quem incolumen reliquistis, fuisset cum Cæsa.interficiendus. Exercent.fatigant
uexant.Virg. Exercent odiis. Præter cæteros. præci- Virg.
puè plus q̃ alios. Turpissimos. qui malè sentiunt.
Infimo honore.i.qui gerunt minores magistratus ædiles, quæstores. Italia uniuersa.quæ tanquam ad extinguendum commune incendium conspirauit.
Philippo.is erat uitricus Cæs.Octauiani. Pisone. socero Cæs. Legatis.missis ad M.Anto.ut Mutinensi obsidione desisteret, & ut faceret,quæ decreuisset senatus. Certas.quasdam. Vltro,sponte,cum debuisset ipse mitteret proprios legatos,si quid uoluisset postulare. Intolerabilia. inhonesta , minus superba. Postuláta. quæ fecit Anto. præter responsa ad mandata,quæ scribũtur ab Appia.lib.iii. Ad nos. ad me tanquam qui solus audeam aduersari Antonio. Facti su.pop.i.populo accepti. Author.s.famæ.i.nullus certus nuncius. Bruto , Marco. Propius.erat enim in Sardinia,ut uisum est lib.superiore epistola quæ incipit,Maximo meo dolore. Succederet.in Syria quam uolebat obtinere cũ fuisset decreta Cassio,& in ea paulum admodum esset moratus. Recipi.à te. Comparasse. collegisse: nam ut scribit Ap.Brutus præter exercitum,quem anteà habebat sex legiones, quę fuerant Caii Antonii mansuetudine sua deuictas sibi adiunxit.Deinde in Macedoniam transgressus duas alias legiones Italorum more pugnantes in unum collegit. Rem.quid agatis.

tis. Causam.cur tantus exercitus tam subitò sit cõparatus.

ASCEN. VEllem & c.Dolet Ci.φ non interfectus sit Antonius cũ Cæsare,quod fuisset, si interfuisset: docetque quales sint sententiæ in dissensionibus ciuilibus,& qualis de Cassio & Bruto opinio.Ordo est.Vellem inuitasses me ad cœnam.i.mactationẽ Cæs.Idibus Martiis, nihil reliquiarum fuisset: quia etiam Antonium assumpsissem.i.interfecissem. Nũc reliquiæ uestræ.i.quos reliquistis percutiendos, exercent.i.persequuntur & cura afficiunt me, & quidem me sup.exercent,præter cæteros.i.plus q̃ omnes alios,quamuis.i.licèt habemus egregios consules.s.Hirciũ & Pansam,sed turpissimos consulares.i.consulatu functos,habemus senatum fortem,sed quemq̃ infimum honore,fortissimum, hoc est ut quisque infimus est honore,ita fortissimus est. Verò pro sed, nihil sup. est aut habemus fortius & nihil melius populo.s.Roma.& Italia uniuersa. Nihil autem fœdius Philippo & Pisone legatis.s.concordiæ faciendæ causa ad Anto.missis, & nihil flagitiosius.i.sceleστius & increpatione dignius .s.legatis,qui cum essent missi ut nuntiarent Antonio res certas.i.specificas et non alias, ex sententia senatus, cum ille.s.Antonius nulli.i.non ulli,non paruisset ulli earum rerum.s.quas nuntiabant ex sententia senatus, retulerunt.i.reportauerunt ultrò.i.insuper,ab illo.s.Antonio,intollerabilia.s.mandata,ad nos postulantia.s. caput uestrum aut quid simile. Itaque concurritur.s.ab omnibus ad nos,& nos facti sumus populares.i.de secta populi & eius fautores in re salutari.i.quæ ad salutem publicam spectat. Sed nescibam quid tu ageres,quid & acturus sup.esses, denique ubi esses.Fama nuntiabat te esse in Syria,nemo erat author.i.certus assertor. Ea quæ nuntiantur de Bruto.s.Marco,uidentur eò.i.tantò,firmiora.i.certiora,quò.i.quanto sup.Brutus est propius. Dolabella uituperatur ualdè ab hominibus non insulsis.i.non imprudentibus,φ succederet tibi tam citò,φ tu uix dum.i.uix adhuc fuisses triginta dies in Syria. Itaque constabat.i. constans opinio erat,aut manifestum erat, non oportere eum recipi in Syriam,ut laus est & tua aut, ferè textus habent, tui.i. de te,& Bruti φ existimam ini comparasse.i.acquisiuisse exercitum,præter spem.s.Summa,omnium. Ego scriberem plura,si nossem.i.cognoscerem rem & causam.s.rei. Nunc scribo ea,quæ scribo ex opinione atque fama hominum.i.ex opinione. Ego expecto auidè literas tuas. Vale.

HVBER. HYemem. Primum Cicero dicit ex communi rumore & fama nũciari Cassium esse in Syria,quæ ei decreta fuerat à senatu.Deinde laudat Mar. Brutum, qui C. Antonium,M. Antonii fratrem cum sex legionibus ad sese sua mansuetudine conuertit, ut in præcedenti epistola dictum est:magnamque spem ostendit in D. Bruto si ex Mutinensi obsidione eripiat,commemorat quas uires & copiarum, & populorum sibi fauentium haberet Antonius: item quas senatus,& qui apparatus fiant contra Antonium.Postremò quales in senatu sint omnes. Hyemem qua nauigatio impeditur.Ouid.in Heroi.Quò fugis obstat hyems. Virg.lib.quar.Dũ pelago desciuit hyems.

Volebant.optabant. Simile uero.probabile,uerisimile.Brutus,Marcus. Res tantas gessit.Nam ut scribit Appia.lib. ter.C. Antonius,M. Antonii frater cũ Bruto discedens bellum agitabat,legionem unam ex ciuibus secum agens,& Brutum acie inferior obseruat, Brutus contra simulata fuga insidias illi struebat,nec congressum hostium euitans quicquam moliebatur:immò suis militibus præceperat,ut hostes alloquerentur & amplecterentur,recusantibus hostibus,neque se huiusmodi experimento credentibus ex insidiis tutos permisit abire,cum nocere posset.Deinde ad alia itinera progressus subitò increpitudine quadam micuit, neque tamen eos est aggressus,sed summa hilaritate susceρit.Illi Brutum ut ciuibus mansuetissimum, & ea sapientiæ & charitatis opinione quæ ferebatur, præditum intuentes uicissim complexi sunt,& ad eum se conuerterunt omnes. Caius etiam se illo trahit,quẽ apud se in magno honore habuit donec eum exercitum corrumperet,neque reprehensus desisteret,tandem interfectus est,hoc igitur est ex quo egregiam laudem consecutum dicit Cicero.

ASCEN. HYemem &c.Dicit nuntiari Cassium esse in Syria eidem ab senatu decretã,laudat Brutum,qui C. Antonium,M Antonii fratrem ad se conuertit:iterum quales sint in senatu aperiens. Ordo est. Ego credo hyemem prohibuisse adhuc,quominus.i.ut non haberemus de te certum quid ageres, & maximè .i.præcipue esses,tamen.i.tametsi nihil certi haberemus,omnes loquebantur credo φ.i.quia uolebant.i.optabant aut opinabantur te esse in Syria & sup.habere copias,id est collegisse exercitum. Autem ,id est sed, id credebatur eò facilius,quia uidebatur simile. Quidem,id est certè quicquid tu feceris.Brutus noster, scilicet Decius consecutus est laudem egregiam:gessit enim tantas res,& tam inopinatas,ut eæ,scilicet res cum essent gratæ,id est utiles & acceptæ.

HVBER. SPER se,sua natura,quia omnis uictoria siue celeris siue tarda grata esse solet. Celeritatem,quia celerius q̃ quisquam opinatus esset, eas affecit. Tenes, in potestate tua habeas.Quæ putam⁹.s.totam Syriã.

Fulta.sustentata.Iuue. Nos urbem colimus tenui constãbat eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus & tua & Bruti est, quòd exercitum præter spem existimamini comparasse. Scriberem plura, si rem causamque nossem.Núc quæ scribo,scribo ex opinione hominum atq; fama. Tuas literas auidè expecto. Vale.

laudatoria.

M.T.C. C. Cassio. S. P. D. EPP. 5.

HYemem credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certũ haberemus quid ageres, maximeque ubi esses. Loquebãtur omnes tamen (credo quod volebant in Syria te esse)habere copias.id autem eo faciliùs credebatur,quia simile vero videbatur.Brutus quidem noster egregiam laudem est consecutus.Res enim tantas gessit,tamque inopinatas,vt eæ cum per se gratæ essent, tum ornatiores propter celeritatem. Quòd si tu ea tenes quæ putamus, magnis subsidiis fulta

respub.

respu.est. A prima enim ora Græciæ,vsque ad Aegyptum optimorum ciuium imperiis muniti erimus & copiis. Quanquam nisi me fallebat, res se sic habebat, vt totius belli omne discrimen in D.Bruto positum videretur:qui si,vt sperabam⁹, erupisset Mutina,nihil belli reliqui fore videbatur. Paruis omnino iam copiis obsidebatur,quòd magno præsidio Bononiam tenebat Antonius. Erat autem Claternæ noster Hirtius, ad forũ Corneliũ Cæsar, vterque cum firmo exercitu:magnasq; Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ cõparat. Hyems adhuc rem geri prohibuerat.Hirtius nihil nisi consyderate, vt mihi crebris literis significat, acturus videbatur. Præter Bononiam, Regium Lepidi,Parmam,totam Galliam tenebamus studiosissimam reip.Tuos etiam clientеis Transpadanos mirifice coniunctos cum causa habebamus. Erat firmissimus senatus exceptis Cõsularibus : ex quibus vnus L. Cæsar firmus est & rectus : Ser. Sulpicii morte magnum præsidium amisimus.Reliqui partim inertes, partim improbi : nonnulli inuident eorum laudi, quos in repu.probari vident . Populi vero Rom.totiusque Italiæ mira consensio est.Hæc erant fere quæ tibi nota esse vellem.Nunc autem opto,vt ab istis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat.

Vale.

.i.iis qui consulatum gesserant , ex quibus unus.i.solus Lucius Cæsar est firmus & rectus. Nos amisimus morte.i.per mortem Seruii Sulpitii magnum præsidium , protectorem & custodem salutis nostræ. Reliqui scilicet consulares,partim supple sunt inertes.i.sine arte & industria,partim improbi.i.improbandi,quia pro republi. facere quæ sciunt & possunt nolunt: nonnulli inuident laudi eorum ,quos uident probari.i.ad probari in repub. Vero pro sed,mira consensio est Popu.Roma.& totius Italiæ. Hæc erant fere scilicet omnia quæ uellẽ esse nota tibi.Nunc autem opto,ut lumen uirtutis tuæ eluceat ab istis partibus orientis,unde sol oriens totum illuminat hemisphærium nostrum: pulchre ergo ad solem alludit,cum in Syria parte oriẽ talis esset Cassius. Vale.

tibicine fulta. Ora.confinio,termino,siue regione.

Discrimen.periculum. Belli reliqui.i. belli remãsuri & futuri. Paruis copiis.paruo exercitu Antonii, quia Antonius posuerat magnam partem suarum copiarum Bononiæ pro præsidio. Claternæ , ad forum Cornelii.i.foro Cornelii,uel apud forum Cornelii: existimabatur autem esse urbs, quam nunc dicimus Imolam.Considerate,cum magno consilio. Regium Lepidi,ad differẽtiam Regii, quę est in Sicilia.Cum causa.cum defensione reipu.& libertatis Rectius, bene sentiens. Inertes.ignaui,nullius consilii. Probari,bonas haberi,laudare. Lumen eluceat ab partibus oriẽtis.i.aliquid præclarum à te factum ad nos deferatur:alluserit autem ad solem, qui ex oriente primum lumen mittit.

Latina Forum Cornelii Regium Læpidi

SPER se,tum supple erant ornatiores propter celeritatem,quod si tu tenes ea quæ putamus,respubl. est fulta.i.sustentata & munita magnis præsidiis.i. custodiis & protectionibus. Enim.i. quia, nos erimus muniti à prima ora,id est extremitate Græciæ usque ad Aegyptum imperiis & copiis optimorum ciuium quamquam nisi.i.res aut opinio fallebat me,res habebat se sic ut omne discrimen.i. periculum totius belli uideretur positum in D.Bruto,qui si isserupisset.i. ui in hostes impetum fecisset. Mutina.i.ex ea urbe,ubi obsessus erat ab Antonio nihil belli reliqui.i.relicti,aut nihil reliquum belli uidebatur fore .i.futurum. Ipse obsidebatur iam paruis copiis, φ.i.quia Antonius tenebat Bononiam magno præsidio.i.multitudine militum ad custodiam urbis impositorum. Autem.i.sed , Hircius noster.s.consul erat Claternæ.i.in eo oppidulo,cui Imolæ nunc nomen putãt,Cæsar.s.Octauius,sup.erat ad forum Cornelii,uterque supple erat tam Hircius q̃ Cæsar cum firmo exercitu, & Pansa alter consul,comparat Romæ magnas copias ex delectu Italiæ. Hyems prohibuerat rem geri adhuc. Hircius nihil uidebatur acturus nisi cõsyderate,ut significat mihi literis crebris.

ASCEN.

Nos tenebamus totam Galliam.s.Cisalpinam,præter Bononiam. Regium Læpidi:nam est etiam in Sicilia Rhegium,sup.& Parmam. Nec habemus transpadanos tuos clientes.i.tuo patrocinio dum Romæ agebas utentes & ita tibi addictos, coniunctos mirificè. Cum causa scilicet quam fouemus, id est cum defensione reipu. Senatus erat.s.tunc cum Decius Brut. obsideretur fortissimus,exceptis consularibus

Aposiopes

M.T.C.C.Cassio. S.P.D. EP. 6.

HVBER.

QVi status rerum fuerit tum, cum has literas dedi , scire poteris ex C. Tidio Strabone viro bono, & optime de rep.sentiente. Nam quid dicam cupidissimo tui , qui domo & fortunis relictis , ad te potissimum profectus sit? Itaque eum tibi ne commendo quidẽ: aduentus ipsius ad te satis eum commen-

actum

actum erit de nobis. Sustinebat.quia extrema fama laborat. Quod omen, quod augurium malum. Proinde.igitur. Vniuersam.totam si oppressus fuerit Decius.

ASCEN. QVi status &c.Commendat Cassio C. Tidiũ Strabonem ad ipsum Cassium proficiscentem ut cum eo esset:dicit autem eum posse ex ipso intelligere præsentium rerum statum,deinde dicit magnam spem esse in ipso Cassio & M.Bruto. Nam decium Brutum dicit obsidione teneri, itaque ad illos perfugiũ fore,si Decius uincatur. Ordo est. Tu poteris scire ex Caio Tidio Strabone uiro bono & optime sentiente de republica, qui, id est qualis. Nam.frequenter,scilicet sæpe qui pro quis legitur, status rerum fuerit,tum id est tunc,cum,id est quando,ego dedi has literas,scilicet ad te dico sup.sentiẽte op.&c. Nam quid,id est ad quid dicam cupidissimo,id est ϙ possis scire ex uno cupidissimo tui, qui profectus est potissimum ad te,domo & fortunis,id est diuitiis omnibus relictis. Itaque ego ne quidem,id est non etiam commendo eum tibi, quia aduentus eius ad te,commendabit satis eum. Ego uelim supple ut tu existimes, & persuadeas tibi sic,omne perfugium bonorum, id est spem se conseruandi perfugam, esse positum in te & in Bruto.si quid id est, aliquid aduersi euenerit scilicet bonis, hoc est reipublic.fautoribus, quod nolim scilicet euenire. Res scilicet bellica,erat cum scribebam hæc deducta in extremum discrimen id est,summum periculum.Brutus enim uix sustinebat iam Mutinæ scilicet uim obsidẽtium,qui scilicet Brutus,si erit conseruatus uicimus,non dicit uincemus,sed propter certitudinem uictoriæ uicimus. Conseruatus autem fuit nec tamen uicit. Sin.i.sed si,ipse erit oppressus ibi,quod omen dii auertant,omnis cursus hominum est ad uos.s.à facie Antonianorum. Adnotandum omnis mali amouendi grátia quotiens triste quid quod impenderet dicturi erãt solitos præmittere,quod nolim,quod dii auertãt &c. Proinde.i.& ideo,fac sup. ut habeas tantum aĩm,& tantum apparatũ,quantũ opus est.s.habere,ad recuperandã uniuersam remp. Vale.

HVBER. QVanto.Cum pugnaret in Asia Cassius contra Dolabellam, Cice.cum uehementer laudauerat, promiseratque eum facturum per se quicquid uideretur fore utile reipubli. nec expectaturũ senatus decreta ut liberaret Asiã à Dolabella, qui fuerat indicatus hostis. Itaque licet Cic.simulet se nolle dicere quæ pro eo egerit,tamen latenter signat, immo quodammodo breuiter commémorat, & ab eo petit ut ea præstet,quæ ipse Cice.senatui de eo promisit,& quasi data fide affirmauit. Postremò dicit se sperare totam Asiam propediem ab eo liberatam fore. Malo,uolo potius. Quam ex me.ne uidear iactare officium meum. Facilè, nullis aduersantibus. Pansa,consul. Productus.in publicum ductus.Cõtentione,uehementi oratione. Quantum est forũ, quantum totum forum poterat audire, id est tanta uoce quanta poterat totum forum implere. Nihil si.quia nunquam populus magis consensit ad rem aliquam. Socru.matre uxoris tuæ. Inuita,nolente. Offenderetur,si te laudassem. Hæc, quæ socrus tua & mater dicebant se nolle. Fauebam & reipu.i.faciebam causa reipu.& causa tuæ dignitatis. Liberes fidem meam,absoluas me fide, quam pro te dedi. Promisi enim. dicit nunc quæ sit ea fides. Tuo more, ut consueuisti. Nihil dum.pro nondum. Statuebam,iudicabam. Istis,Asiaticis.Recuperatam,ab inuasione tola. Vincas teipsum,faciam etiam ultra uires.

ASCEN. QVanto stu.& c.Defenderat Cassium pugnantem cum Dolabella quod nunc paucis tangit,monens ut ea præstet senatui quæ Cice. de eo promisit cum speret totã Asiam ab eo propediem liberandam. Ordo est. Ego malo.i.magis uolo, te cognoscere ex tuis.s.necessariis,quam ex me,quanto studio ego defenderim dignitatem tuam & insenatu & ad populum. Quæ sententia mea.s.de te, ualuisset.i.adprobata fuisset facile in senatu, nisi Pansa obstitisset uehementer.Ea sententia nõ.scribit eã, quia scit ab amicis Cassii perscriptam, dicta.i.postq̃ erat dicta. Ego productus sum in concionem.i.cœtum populi, à marco Seruilio tribuno ple. Dixi de te quæ potui.s.decenter dicere, tanta contentione.i.uocis extensione & auctione, quantum est forũ in quod populus conuenit,tanto clamore & consensu populi, ut nihil uiderim unquam simile. Velim sup.ut ignoscas mihi,id uidelicet ϙ fecerim.i.ita contenderim, socru tua id est matre uxoris tuæ inuita. Mulier timida uerebatur ne animus Pansæ qui in senatu obstiterat, offenderetur. Pansa quidem dixit in concione matrem quoque tuam & fratrem, noluisse illam sententiam dici à me. Sed hæc, scilicet obstacula non commouebãt me, ego mallebam,id est magis uolebam alia.Fauebam &, id est simul reipubli.cui faui semper & gloriæ tuæ. Autem,id est sed,ego uelim sup.ut liberes fidem meam,id est facias ut pollicitus sum te facturum,in eo ϙ & differui uerbis pluribus in senatu, & dixi in concione. Promisi enim & prope confirmaui, id est asserui ita fore, te non expectasse nec expectaturum esse, Decreta nostra,sed teipsum,id est proprio iudicio & authoritate defensurum sup. esse rempu.tuo more,id est sicut incœpisti Cæsarem occidendo. Et quanquam nihil dum,id est nihil tunc adhuc audieramus,nec ubi esses,nec quas copias haberes,tamen statuebam,id est in ánimo proponebam sic,omnes opes,quæ essent in istis partibus,scilicet ubi tu es,& copias sup.omnes esse tuas & confidebam Asiam iam esse recuperatam reipu.per te. Tu fac sup.ut uincas teipsum,id est plus facias quam hactenus feci sti,cum tamẽ ea faciendo alios superaris,in augenda gloria,scilicet tua. Vale.

M.T.C. C. Cassio. S. P. D. EP. 7.

Significatio. Gratulatoria.

QVanto studio dignitatem tuam & in senatu & ad populum defenderim: ex tuis te malo,quàm ex me cognoscere. Quæ mea sẽtentia in senatu facile ualuisset,nisi Pansa uehemẽter obstitisset.Ea sententia dicta, productus sum in concionem à Trib.pl. M. Seruilio. Dixi de te quæ potui, tanta contentione,quãtum forum est:tanto clamore consensuque populi, ut nihil ynquã simile viderim.Id velim mihi ignoscas,quòd inuita socru tua fecerim, mulier timida verebatur ne Pansæ animus offenderetur. In concione quidem Pansa dixit matrem quoq̃ tuam, & fratrem, illam à me sententiam noluisse dici. Sed me hæc non mouebant:alia malebam. Fauebam & reipu.cui semper faui & dignitati ac gloriæ tuæ. Quod autem & in senatu pluribus verbis differui,dixi in concione, in eo velim fidem meam liberes.

Promi

Promisi enim & propè confirmaui te nõ expectasse,nec expectaturum decreta nostra sed teipsum tuo more rempu.defensurum.& quanquam nihil dum audieramus,nec quas cópias haberes: tamen sic statuebam,omnes quæ in istis partibus essent opes cópiæque, tuas esse: per teque Asiam prouinciam confidebam iam reipulicæ recuperatam. Tu fac in augenda gloria te ipsum vincas. Vale.

M.T.C. C. Cassio. S. P. D. EP. 8.

Querela. Gratulatoria.

CElus adfinis tui Lepidi,summamq̃ leuitatem & inconstãtiam, ex actis quæ ad te mitti certò scio, cognosse te arbitror. Itaq̃ nos confecto bello,vt arbitrabamur, renouatum bellũ gerimus, spemq̃ omnem in D.Bruto & Planco habemus:si verum quæris, in te, & in meo Bruto non solum ad præsens perfugium, si(quod nolim) aduersi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis.Nos hic de Dolabella audiebamus,quæ uellemus: sed certos tutores non habebamus.Te quidem magnum hominem, & præsenti iudicio, & reliqui temporis expectatione scito esse. Hoc tibi proposito,fac vt ad summa contendas. Nihil est tantum quod non populus Romanus à te perfici atque obtineri posse iudicet. Vale.

HVBER. CElus . post liberationem Bruti ex obsidione Mutinensi Lepidus se cũ Antonio coniunxit,quem dicit uulde necuisse Po.Ro.quia cum credidisset se finisse bellum superato M. Anto. apud Mutinam coactus est gerere bellum renouatum per perfidiam Læpidi Antonio coniuncti. Itaque dicit spem esse in M.Bruto & Cassio, quem non solum dicit nũc credi magnum hominem,sed etiam ĩ futurum, nihil enim esse tam magnum quod Po.Ro. non confidat eum non posse præstare. Scelus.perfidiam,quia Antonium fusum apud Mutinam in societatem & prouinciam suam recepit. Confecto, finito, Decio liberato,& Antonio fugato. Renouatum, per coniunctionem Lepidi. Quæ uellemus, qualia optabamus scilicet quod esset à te oppressus,eum enim Cassius in Laodicea obsederat. Expectatione, spe bona. Contendas,enitaris.

ASCEN. CElus & c.Dicit perfidia Lepidi iam cũ Antonio coniuncti plurimum nocere populo libertatique Romanæ, unde spem réliquã dicit in Cassio & M.Bru. Ordo est. Ego arbitror te cognoscere scelus & summam leuitatem.i.mutabilitatem ĩ fide, & pro.i.inconstantiam,adfinis tui Lepidi, ex actis id est,scriptis de rebus in acta relatis, & de his,quæ publice aguntur,quæ scilicet acta, ego scio certo mitti id est,quòd mittantur ad te. Itaque quia Lepidus in fide non mansit gerimus bellum renouatum, bello confecto,id est postquam bellum erat confectum & finitum,ut arbitramur,& habemus omnem spem in Decio Bruto & Planco, & supple si queris uerum id est ut quod uerum est dicam, habemus supple in te& in Bruto meo scilicet familiarissimo Marco. non solum perfugium, id est ad quos fugere poterimus ad præsens, id est,ad euitandum instans periculum, aut ad tutelam parum duraturam, si quid aduersi acciderit scilicet nobis & reipublic.quod nolim,sed etiam ad confirmationem id est,stabilitionem perpetuę libertatis. Nos audiebamus hic de Dolabella quæ uellemus, uidelicet quòd à republi.staret, sed non habebamus certos authores. Scito te quidem esse magnum hominem,&.i.simul iudicio præsenti.i.quod fertur iam de te ob res peractas & expectatione temporis reliqui.i.ob ea quæ homines sperãt te gesturum.Hoc, scilicet præmio proposito tibi,fac supple ut contendas.i.toto conatu eas ad summam.i.consummationem. rei. Nihil est tantum.i.tam magnum,quod Popu. Rom.non iudicet,posse perfici atque obtineri à te. Vale.

Breuitas

HVBER. BReuitas.eodem eſt argumento hæc epiſtola, quo & ſuperior niſi quod oſtendit aduentum Caſſii plurimum profuturum reipu.in parua ſpe,quæ relicta ẽ. Breuiorem,quia breuiter ſcripſiſti,breuiter quoque tibi reſpondendum duco.Clauſa. uel circumſeſſa,uel muro ut ita dicam circũdata, ut nũc uenire non poſſint. Conſtantes,eodem tenore nõ uariato. Sed tamen.ut. Vt.i.quis. Intereſt,refert, utile eſt. Deſpondetur,promittitur,deputatur. Va.

Vt
Deſpondetur

ASCEN. BReuitas &c.Eodem eſt argumento cum ſuperiore niſi ꝙ oſtendit aduentum Caſſii plurimum profuturum reipu.in parua ſpe,quæ relicta eſt,dicitque in principio cur tam breuis ſit. Ordo eſt.Breuitas literarum tuarum facit quoque.i.etiam me breuem in ſcribendo. Et ut dicam uere,nõ occurrit ſatis quid ſcribam.Scio enim certo res noſtras perferri ad te in actis.i.inſtrumentis de actis publicis. Autem.i.ſed,nos ignoramus, tuas.ſ.res.Enim id eſt quia,nihil perfertur ad nos ſic, tanquam Aſia ſit clauſa,prĕter rumores de Dolabella oppreſſo,quidem,id eſt certe.illos, præter Rumores illos ſatis cõſtantes.i.continuatos,ſed adhuc ſine authore, id eſt certo aſſertore. Nos cum putaremus bellum confectum.i.finitum eſſe,adducti ſumus repente à Lepido tuo,ſcilicet affine in ſolicitudinẽ ſummam.i.maximam. Itaque perſuade tibi,maximam ſpem reipu. eſſe in te & in copiis tuis. Nos habemus exercitus.ſ.Bruti & Planci omnino firmos.ſed tamen ut.i. demus, aut ponamus.ut omnia procedunt proſpere,ut ſpero.ſ.ea proceſſura tamẽ multum intereſt.i. multæ utilitatis eſt te uenire. Enim id eſt quia,ſpes reipub.eſt exigua,nam non libet dicere nullam ſup. ſpem reip.eſſe,ſed quæcunque eſt ea deſpondetur,id eſt promittitur futura anno conſulatus tui. Vale.

HVBER. LEpidus.Certiorem reddit Cic. Caſſium quemadmodum Lepidus iudicatus eſt hoſtis,præſcripto tamẽ ei termino,quo poſsit adhuc redire ad ſanitatem, hoc ẽ ad ſocietatem populi Ro. dicitque eius coniunctione cum Antonio bellum multum auctũ eſſe.Deinde quid nũciatum ſit de Dolabella, poſtea uero ipſum Caſſium & M.Brutum expectari in Italia propter maximum incendium belli renouati perfidia Lepidi, contra quem dicit oppoſitos eſſe Plancum,&.D.Brutum conſules deſignatos, ſed maximã ſpem eſſe in ipſis Caſſio & M.Bruto. Defecerunt.reliquerunt fidem po.Ro. Sanitatẽ.qui fuit furor deficere,ſanitatem aũt animi,nõ corporis intelligimus hoc loco. Sine capite,ſine origine, quia neſcimus quis fuerit,à quo hic rumor proceſſerit. Rumore nun.i.tantummodo fama nunciante. Literis tuis. quæ ſequuntur inferius incipientes legi tuas literas. debuerant enim præcedere hanc epiſtolam,ſed ut ſæpe diximus,non eſt ſeruatus rectus ordo harum epiſtolarum. Illum,Dolabellã. Ex ſententia.ut uolumus. Titubatum.erratum,ceſpitatum. Niteremur, ſuſtentaremus. Cuius rei.ſ.ornandi exercitum tuũ. Apparatus,uoluntates. Geſta.perfecta. Vos.te & M. Brutum.Quanto,ſcilicet odio. Ille.Antonius. Hic. Lepidus. Conſules deſi.Plancum & D.Brutum. Iam iamque.i.celerrime,nunc nunc uenerat enim in Sardiniam,ut uidimus lib.ix.Quo ſi,obiectio, quia poſſent dicere deuictis hoſtibus quid eſt opus nos uenire.Ci. dicit autoritatem eorũ poſſe plurimum erigere remp. Exurget erigetur,cum iaceant,quaſi preſſa.Tolerabili.mediocri,ſi minus optimo. Medendum.prouidendum,tranſlatio ſumpta à corporibus ægrotis,

Tribatum

Iam
Iamque

M.T.G.C.Caſſio. S.P.D.

BReuitas tuarum literarum me quoque breuiorem in ſcribendo facit, & vere vt dicam, non ſatis occurrit quid ſcribam. Noſtras enim res in actis perferri ad te certò ſcio: tuas autem ignoramus. Tanquam enim clauſa ſit Aſia, ſic nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos quidem conſtantes, ſed adhuc ſine autore. Nos confectum bellum cum putaremus, repente à Lepido tuo in ſummam ſolicitudinem adducti ſumus. Itaq; tibi perſuade,maximam reipu.ſpem in te & in tuis copiis eſſe. Firmos omnino exercitus habemus:ſed tamen vt omnia, vt ſpero,proſpere procedant, multum intereſt te venire.Exigua enim ſpes eſt reipublic.nam nullam,non libet dicere: ſed quæcunque eſt,ea deſpondetur anno Cõſulatus tui. Vale.

M.T.C.C. Caſſio. S. P. D.

LEpidus tuus adfinis,meus familiaris,prid.Calẽ. Quint. ſententiis omnibus hoſtis à ſenatu iudicatus eſt.cæterique qui vna cum illo à repu. defecerunt:quibus tamen ad ſanitatem redeundi ante Calend.Sept.poteſtas facta eſt.Fortis ſane ſenatus, ſed maxime ſpe ſubſidii tui. Bellum quidem,cũ hæc ſcribebam,ſane magnum erat ſcelere & leuitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie quæ volumus,audimus: ſed adhuc ſine capite,ſine autore, rumore nuncio. Quod cum ita eſſet,tamen literis tuis, quas No. Mai.ex caſtris datas acceperamus,ita perſuaſum erat ciuitati vt illum iam oppreſſum omnes arbitrarentur, te autem in Italiam venire cum exercitu:vt ſi hæc ex ſententia confecta eſſent, conſilio atque autoritate tua:ſin quid forte titubatũ (vt fit in bello)exercitu tuo niteremur. Quem quidem ego exercitum,quibuſcunque potuero rebus, ornabo,cuius rei tum temp⁹ erit,cum quid opis reipu.laturus is exercitus ſit,aut quid iam tulerit,notũ eſſe cœperit. Nam adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem & præclariſsimi, ſed geſta res expectatur. Quam quidẽ, aut iam eſſe aliquam,aut appropinquare confido. Tua virtute, magnitudine animi nihil eſt nobilius. Itaque optamus vt quàm primum te in Italia videamus:rempu. nos habere arbitrabimur ſi vos habebimus. Præclare viceramus,niſi ſpoliatum,inermem, fugiẽtem Læpidus recepiſſet Antonium. Itaque nunquam tanto odio ciuitati Antonius fuit,quanto eſt Læpidus. Ille enim ex turbulenta repu. hic ex pace & victoria bellum excitauit. Huic oppoſitos conſules deſignatos habemus, in quibus eſt magna illa quidem ſpes, ſed anceps cura propter incertos exitus præliorum. Perſuade tibi igitur,in te& in Bruto tuo eſſe omnia:vos expectari,Brutum quidẽ iam iamq;. Quòd ſi,vt ſpero, victis hoſtibus noſtris veneritis,tamen authoritate veſtra reſp.exurget, & in aliquo ſtatu tolerabili conſiſtet. Sunt enim permulta,quibus erit medendum, etiam ſi reſpu. ſatis eſſe videbitur ſceleríb⁹ hoſtium liberata. Vale.

ASCEN. LEPIDVS &c. Certiorem facit Caſsium quemadmodum Lepidus declaratus ſit hoſtis præſcripto tamen ei termino,quo poſsit adhuc redire ad ſanitatem mentis,hoc eſt ad ſocietatem populi Romani, dicitque eius ad Antonium acceſsione bellum multum auctum eſſe, deinde quid nunciatũ ſit de Dolabella, & demum eum cum Bruto expectari in Italia ſcribit.Ordo eſt. Lepidus affinis tuus familiaris meus iudicatus eſt hoſtis à ſenatu omnib⁹ ſententiis, pridie Calen.Quintilis.i.Iulii nunc dicti menſis,& cĕteri qui defecerunt una.i.pariter cum illo à rep.quibus tamen poteſtas redeũdi ad ſanitatem.i.meliorem mentem & ſaniora conſilia ante Calen. Septem. eſt facta.i.promiſſa à ſenatu. Senatus ſup.eſt, ſane.i.multum fortis, ſed maxima ſpes ſup.eſt ſubſidii tui.i.in ſubſidio tuo. Bellum quidem erat ſane.i.ualde magnum, cum ſcribebã hĕc, ſcelere & leuitate.i.perfidia & inconſtantia Lĕpidi. Nos audimus quotidie quĕ uolumus de Dolabella.i.eum oppreſſum eſſe, ſed adhuc rumore nuncio.i. nunciante, ſine capite ſine authore.i.certo aſſertore, quod cum.i.quamuis eſſet ita, tamen perſuaſum erat ciuitati ex literis,quas acceperam⁹ datas Nonis Maiis ex caſtris,ita ut omnes arbitrarẽtur illum iam oppreſſum,ſup. eſſe, te autem uenire in Italiã cum exercitu, ut ſi hæc eſſent confecta.i.abſoluta ex ſententia.i.uoluntate,roborarẽtur.i.confirmarent, conſilio atq; authoritate tua,ſin.i.ſed ſi,quid.i.aliqd, eſſet titubatũ.i. uacillatũ forte, ut fit.i.fieri ſolet in bello, nos niterentur.i.coroborarẽmur & fulcirẽmur tuo excercitu,quẽ quidem exercitũ.ſ.tuum, ego ornabo quibuſcunq; rebus potero.Cuius rei exercitus.ſ.ornandi, tẽpus erit, ſup.tunc, cum.i. quando cœperit eſſe notũ.i.conſtare quid opis.i.auxilii,exercit⁹ ſit allaturus,aut quid attulerit iam reip. Nã conatus tantũ & nõ effectus audiuntur adhuc,illi quidẽ.ſ.conatus audiunt optimi & prĕclariſsimi, Sed res geſta expectatur. Quam.ſ.rem geſtam,quidem.i.certe,ego confido, aut aliquã eſſe iam aut appropinquare.i.proxime futuram. Nihil eſt nobilius.i.illuſtrius & notius uirtute tua magnitudine animi.Itaque nos optamus,ut uideamus te quamprimum in Italia. Nos arbitramur habere remp.ſi habebimus uos.i.te & Brutũ.Nos uiceramus præclare, niſi Læpidus Antonium ſpoliatũ,inermem fugientẽ excepiſſet.Itaq; Antonius nunquã fuit ciuitati tanto odio,quanto Lĕpidus eſt. Enim,id eſt quia,ille,ſcilicet Anto.excitauit bellum ex repub.turbulenta,hic,ſcilicet Læpidus,excitauit bellum ex pace & uictoria.i.ubi pacem habuiſſet reſp. propter uictoriã. Nos habemus conſules deſignatos,ſcilicet Decium Brutum & Plancum oppoſitos huic,ſcilicet Læpido,cum Antonio,in quibus, ſcilicet conſulibus deſignatis eſt quidem magna ſpes,ſed cura anceps propter incertos exitus præliorum. Perſuade igitur tibi,omnia eſſe in te & in Bruto,ſcilicet Marco,& uos expectari,ſed Brutum iam iamque, id eſt in ſingula momenta.quod ſi ueneris hoſtibus noſtris uictis ut ſpero,tamen reſpub.exurget, id eſt extolletur, authoritate ueſtra,& conſiſtet,id eſt ſtabilietur,aliquo ſtatu tolerabili. Sunt enim permulta quibus erit medendum, id eſt quibus erunt remedia adhibenda etiam ſi,reſpub.uidebitur liberata ſatis ſceleribus hoſtium. Vale.

C. Caſsius Procõſ. M.T.C. S.P.D.

SI vales bene eſt:ego equidẽ valeo. In Syriam me profectum eſſe ſcito ad L. Murcũ & Qu. Criſpũ Imperatores. Viri fortes optimique ciues poſtea quàm audierunt quæ Romæ gererentur, exercitus mihi tradiderunt,ipſique mecum vna fortiſſimo animo rempublicam adminiſtrant. Item legionem quàm Qu. Cæcilius Baſſus habuit,ad me veniſſe ſcito. Quatuórque legiones, quas A. Allienus ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi eſſe ſcito.

HVBER. IN Syriam.Caſsius Cic.certiorem facit ſe ueniſſe in Syriam, deinde quid ibi egerit, firma enim præſidia ſe habere dicit ad defenſionem reipub.hortatur eum latenter ut eum & rempub.tueatur. Criſpum,qui Bitiniæ præerat. Murcum, qui & ipſe in Syria erat. Quæ gererentur, quia decretum erat per ſenatum ut omnes Bruto Caſsio parerent. Legionem quam Qu.Baſſus, hæc olim fuerat Iulii Cæſa. qui cum per Syriam proficiſceretur, cauſa illic reliquerat iam tum in parthos meditatus belli huius cura Cæcilio Baſſo mandata fuerat. A. Allienus, hic enim nuper à Dolabella miſſus in Aegyptum quatuor legiones ẽ prouincia duxerat, quas ex Pompeii clade craſsique diſperſas Cleopatra ſub Cĕ.collectas retinuerat,hunc igitur nihil ſuſpicantem Caſsius in Palæſtina adortus legiones ſibi tradere coegit quatuor legionibus contra octo pugnare uetitum. Firma. ualida habet enim xii. legiones Caſsius. Aget,loquetur. Taricheis, ad Taricham Syriæ ciuitatem poſitis.

ASCEN. ☞ S I uales &c. Dicit ſe Caſsius in Syriam ueniſſe addens quod illic egerit, firma enim præſidia ſe habere dicit,ac defenſionem reipub. hortatur autem latenter ut rempu.tueatur, & ſe non negligat immo curet defendendum.Breuis autem eſt eo quòd reliqua dicit ex Carteio familiari ſuo accipienda.Ordo eſt.Si uales bene eſt,ego quoque ualeo. Scito me profectum eſſe in Syriam.ad Lucium Murcū,& Quin.Criſpum imperatores.Viri fortes & optimi ciues.ſ. Murcus & Criſpus, poſtquam audierunt quę gererentur Romæ,tradiderunt mihi exercitus, & ipſi adminiſtrant una mecum remp.animo fortiſsimo. Item ſcito legionem quam Quintus Cæcilius Baſſus habuit ueniſſe ad me,& ſcito quātuor legiones,quas Aulus Allienus eduxit ex Aegypto,eſſe traditas mihi ab eo,nunc poſtquam ſic reipub.ſtudemus. Ego non puto te egere cohortatione ut defendas nos abſentes & rempub.quantum opus eſt. Ego uolo te ſcire firma præſidia non deeſſe nobis ſenatuique,ut defendas rempub.optima ſpe & maximo animo,id eſt habens optimam ſpem uictoriæ & maximum animum ad reſiſtendum inimicis.L.Carteius familiaris meus aget,id eſt differet & loquetur, aut tractabit tecum cætera,ſcilicet quæ eſſent ſcribenda,ſi ille non diceret ea. Vale. Data,ſcilicet epiſtola Nonis Martii,ergo anno fere reuoluto,poſt cædem Cæ.Ex caſtris Tiracheis,id eſt ad Tiracham Syriæ ciuitatem poſitis.

Nunc te cohortatione non puto indigere,vt nos abſenteis, remq́ publicam quantum eſt in te,defendas.Scire te volo,firma præſidia vobis ſenatuiq́ nō deeſſe,vt optima ſpe,& maximo animo remp.defendas. Reliqua tecum aget L. Carteius familiaris meus. Vale. Data Nonis Martiis. Ex caſtris Taricheis.

HVBER. LEGI. Hæc epiſtola debuit poni in ordine poſt illā, quæ ſuperius incipit. Quanto ſtudio,cū enim Cic. ſignificaſſet,quæ pro Caſsio egiſſet, & quid de eo promiſiſſet ſenatui, reſpondit tunc Caſsius ſe cognouiſſe Ci.erga ſe amorem, & quoniam intelligebat eum de ſe grauem curam ſuſcepiſſe & uehemēter eſſe ſolicitum dicit ſe ſtatim reddidiſſe eum certiorē de rebus prouinciarum,primum habuit exercitus,qui erant in Syria, ut in præcedenti epiſtola uiſum eſt, ſe etiam ſcripſiſſe ad ſenatum,uoluiſſeque, ut Cic. prius illas literas,quæ ad ſenatum mittebantur inſpicere, q̄ ſenatui redderentur quæ redditæ non fuerunt,dicit ſe non dubitare quin interceptæ fuerint à Læpido,deinde dicit quem exercitum habeat,petitq; à Cic. ut eius dignitatem tueatur,& Murcum,&Criſpum imperatores qui ei exercitum tradiderant commendatos habeat,& milites ſuos,quos dicit eſſe uehementer Ci. affectos. Poſtremò dicit ſe perſecuturum Dolabellam in Ciliciam,quæ regio eſt minoris Aſiæ Syria propinquam, facturum quòd ut Cice.quàm primùm intelligat quid egerit. Literas tuas quæ ut dixi, incipiunt quanto ſtudio. Grauem cu.quia intelligit quanta cōtentione de ſe uerba feciſſet. Oppreſſa, ab An. Suſpicarere.putares Moliri,apparatū facere. De,id eſt propter. Simulàc,cum primum. Ex Aegyp.ut in præcedenti epiſtola declaratum eſt. Ordo eſt. Itaque ſcripſi ad te & miſi complures tabellarios Romam qui putabant te exiſtimare uos non poſſe quieſcere,repub. oppreſſa,deinde quia putabant te ſolicitum eſſe de noſtra ſalute & de rerū euentu,cum ſuſpicarere nos moliri. Recitatæ.lectæ, ut ſi quid uideretur commutandū,cōmutares,arbitrio tuo. Trebonio occiſo,is enim Aſiæ præfectus Dolabellam ad ſe uenientem Pergamo & Smyrna non admiſerat,ſed ſolummodo ei cōmeatum ueluti conſuli extra mœnia parauerat, aggrediente eodem cum ira urbes nihilque perficiente Trebo. in epheſum recipi mandauit, & ad epheſun eundem quoſdā ex interuallo ſubſequi iuſsit,hi nocte ingruēte Dolabellam recedentē intuentes,nec ulterius quicquam ſuſpicati paucos ex ſuis liquere, qui illum ſequerentur. Ipſi uero ad Smyrnam redierunt.Dolabella omnes qui relicti fuerant per inſidias interficit, & nocte adhuc inſtante Smyrnam uerſus greſſum mouet quam incuſtoditam inueniens per ſcalas occupat. Trebonius in lecto à militibus deprehēſus ſe ad Dolabellā deduci ſupplicat,ſponte ſe illos eſſe ſecuturū,huic turmæ,ductor eū intuens.Eia tu ſequere inquit,caput interim nobis derelinquas,nō enim te ſed caput tuū afferre nobis mandatū eſt,quo dicto caput illius ſubito abſcidit. Orta luce Dolabella Trebonii caput prætorio in ſolio quo iudicare ſolitus erat,affigi iuſsit,exercitus irā cōmotus,& ſupplex turba omnis ob necē Ce.cuius Trebo.participes fuiſſe dicebatur,& quod dum interficeretur,Antoniū ad ſenatus fores urbis detinuiſſet, in reliquū corpus eius crudeliter ſæuit, caput in morem ſpheræ ſiue pilæ inſtrato lapidi cū riſu inuicē diu prouolutū,donec cōtritū effuſumq; eſt, & hic primus ex percuſſorū nūero tales pœnas dediſſe dicit. Habui paululū moræ, paululū moratus ſum anteq̄ pugnarē. Si.affirmatiua ponit pro quia. Importuniſsimos,infeſtiſsimos. Crudeliſsimis tyrannis,Antonio & aliis, qui remp.occupare nitebant. Quos.exercitus. Confirmaſſet,animoſiorē reddidiſſet ſi paraſſet aduenturum eius exercitum. Quam ſpem prædæ & rapinarū, quę promittebant eis ab An.&Dolabella,& aliis hoſtibus reip.ſi eos ſequi uoluiſſent Murci & Criſpi de quibus in pręcedenti epiſtola uidimus, qui Caſsio tradiderant exercitus ſuos. Nam Baſſus,is erat in Apamea, cunq; recuſaret tradere exercitū Caſsio eius milites miſerunt legatos ad ipſum Caſsium ſe omnino tranſituros ad eū,& ita uel inuitus coactus eſt tradere. Miſere noluit.i.ualde noluit,ualde recuſauit,nam miſere pro ualde ſæpe ponitur.Terent.miſere hanc amat,nec legendus eſt miſero pro malo & ſcelerato uel aſtuto, ut quidam ſomniat,cum nuſquā id ſignificet. Quod, quouſq;. Expugnata, ui capta. Cuius.ſ.cui. Sic fœlices ſimus,ſic nobis omnia proſpere eueniant. (Miſere)

C. Caſsius. M.T.C. S.P.D.

SI vales bene eſt:ego quidem valeo.Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorē recognoui. Videbaris enim non ſolum fauere nobis,id quod & noſtri & reipubl. cauſa ſemper feciſti: ſed etiam grauem curam ſuſcepiſſe,vehementerque eſſe de nobis ſolicitus. Itaque quòd te primùm exiſtimare putabam nos oppreſſa repu.quieſcere non poſſe:deinde cùm ſuſpicarere nos moliri, quòd te ſolicitū eſſe & de ſalute noſtra, & de rerum euentu putabā:ſimul ac legiones accepi,quas A.Allienus eduxerat ex Aegypto, ſcripſi ad te,tabellarioſq́ complures Romam miſi. Scripſi etiam ad ſenatum literas,quas reddi vetui prius quàm tibi recitatæ eſſent: ſi forte mei obtemperare mihi voluerint.Quòd ſi literæ perlatæ non ſunt non dubito quin Dolabella, qui nefarie Trebonio occiſo Aſiam occupauit,tabellarios meos deprehenderit,literaſq́ interceperit. Exercitus omneis qui in Syria fuere,teneo. *Habeo paululum moræ,dum promiſſa militibus perſoluo. Nunc iam ſum expeditus. A te peto,vt dignitatem meam commendatam tibi habeas,ſi me intelligis nullū neq́ periculum,neq́ laborē patriæ denegaſſe:ſi contra importuniſsimos latrones arma cepi, te hortāte,& authore: ſi nō ſolū exercitus ad rempub. libertatemq́ defendendam cōparaui, ſed etiam crudeliſsimis tyrannis eripui. Quos ſi occupaſſet Dolabella, non ſolum aduentu, ſed etiam opinione & expectatione exercitus ſui, Antonium cōfirmaſſet. Quas ob res milites tuere,ſi eos mirifice de rep.meritos eſſe animaduertis: & effice,ne quē pœniteat,rempu.quàm ſpem prædæ & rapinarum,ſequi maluiſſe. Item Murci & Criſpi Imp.dignitatem, quantū eſt in te,tuere. Nam Baſſus miſere noluit mihi legionem tradere. Quòd niſi milites inuito eo legatos ad me miſiſſent,clauſam Apameam tenuiſſet, quoad vi expugnata. Hæc à te peto,non ſolū reip.quæ tibi ſemper fuit chariſsima: ſed etiā amicitiæ noſtræ nomine,quam confido apud te plurimum poſſe. Crede mihi, hunc exercitum quem habeo,ſenatus atq́ optimi cuiuſq́ eſſe,maximeq́ tuum. De cuius voluntate aſſidue audiendo,mirifice te diligit,charūq́ habet. Qui ſi intellexerit cōmoda ſua curæ tibi eſſe, debere etiam ſe tibi omnia putabit. Literis ſcriptis audii Dolabellam in Ciliciam veniſſe cum ſuis copiis:proficiſcar in Ciliciam.quid egerim,celeriter vt ſcias,dabo operam. Ac velim vt meremur de repu.ſic fœlices ſimus. Fac valeas,meq́ ames. No. Mai. Ex caſtris. Vale.

ASCEN. ☞ S I uales. Hæc epiſtola uidetur ponenda poſt illam quę ſuperius incœpit quanto ſtudio.Cum enim Cic. ſignificaſſet quæ pro Caſsio egiſset,& quid de eo ſenatui promiſiſſet,reſpondit Caſsius ſe cognouiſſe amorem eius in ſe,& ſtatim reſpondiſſe, & petiiſſe ut literas ſuas ad ſenatū det,& inſpiciat,rogās ut dignitatem ſuam tueatur,& Marcum cōmendatum habeat,additque ſe Dolabellā perſecuturū. Ordo eſt. Si uales bene eſt,ego quidem ualeo,familiaris ſalutandi forma. Ego legi literas tuas in quibus recognoui mirificū amorē tuum erga me. Videbaris enim non ſolū fauere nobis id quod feciſti.i.qui fauiſti nobis ſemper & noſtra cauſa & reip.cauſa.i.tam ob bōnum noſtrū priuatū quàm ob publicum,ſed etiam ſuſcepiſſe Grauem curā,& eſſe ſolicitus uehemēter de nobis. Itaque φ.i.quia ego putabam te exiſtimare,primū nos non poſſe quieſcere rep.oppreſſa.i.ſi reſp. ſit oppreſſa deinde cū ſuſpicarere.i.ſuſpicarēris,nos moliri.i.aliquid magnum conari,φ.i.quia putabam te eſſe ſolicitum,& de ſalute noſtra,& de euentu rerum, ſimulac.i.eodē tempore quo,accepi legiones.ſ.quatuor,quas Aulus Alie. eduxerat ex Aegipto,ſcripſi ad te,ac miſi Romā complures tabellarios.i.nuncios qui tabellas.i.literas in tabellis more antiquo ſcriptas perferrent ideò autem cōplures, ut ſaltem unus ex illis literas perferret. Scripſi etiam literas ad ſenatum,quas.ſ.literas, uetui reddi.i.tradi ſenatui, priuſquā eſſent recitatæ tibi,ſi forte mei.ſ. tabellarii qui ex meis,utpote ſeruis aut libertis erant,uoluerunt obtemperare.i.obedire mihi. Quod ſi literæ ſunt perlatæ, nō dubito quin Dolabella qui occupauit Aſiam Trebonio occiſo nefarie.i.per nefas, deprehenderit.i.in itinere comprehenderit,tabellarios noſtros,& interceperit literas.ſ.noſtras. Ego teneo omnes exercitus qui fuere in Syria ego habui paululum moræ.i. difficultatis aut dilationis dum perſoluo militibus promiſſa.i.quę promiſeram,ut in uerba mea reipu.iurarent. Ego ſum nunc iam expeditus.Ego peto à te ut habeas dignitatem meā commendatam tibi,ſi intelligis me, nullum neque periculum neque laborem denegaſſe patriæ, & ſup. ſi cœpi arma contra importuniſsimos latrones.ſ.Antonios & Dolabellā,qui tunc rempu.oppugnare inceperunt,cum ab illis præcipue fuit defendenda,te hortante & authore, & ſup. ſi non comparaui.i.conquiſiui exercitum ad rempub.& libertatem defendendam,ſed etiam eripui.ſ.exercitum tyrannis crudeliſsimis.ſ.iam dictis Antoniis & Dolabellæ,qui tamen ab initio pro reipub.defenſoribus ſenſit.Duplex autem beneficium facit reipub.qui è manibus hoſtium copias illi allicit,& etiam dupliciter quodammodo auget,nam ſi utriq; triginta fuerint millia,ablatis decem millibus uni parti, altera erit duplo numeroſior quod nō eſſet ſi aliunde cōparauerit. Quos, ſcilicet milites,prius autem dixit exercitum qui erant in exercitu,ſi Dolabella occupaſſet.i.priuſquam Caſsius ſibi aſſumpſiſſet confirmaſſet Antonium non ſolum aduentu.ſ.ſuo,ſed etiam opinione & expectatione exercitus ſui,quia animoſiores ſumus dum propediem auxilia affutura ſperamus. Ob quas res ò Cic.tuere,id eſt defende & protege,milites,ſi animaduertis eos eſſe meritos mirifice & mira faciendo de repub.quàm ſpem prædæ & rapinarum.Item tuere.i.protege dignitatem Murci & Criſpi imperatorum, qui Caſsio ſtatim exercitum tradiderant,quantum eſt in te.i.quantum fieri poteſt per te. Nam Baſſus.q.d.ideo eum non cōmmendo, quia noluit miſere.i.miſere & affectanter reſiſtendo,tradere mihi legionē,qđ ſi milites miſiſſent legatos ad me.ſ.de reconciliatione ipſorū, eo.ſ.Baſſo inuito.i.renuente,tenuiſſet Apameā.ſ.urbē clauſam, quoad.i.donec eſſet expugnata ui quia ſpōte nunquā ſe aut ſuos tradidiſſet.Ego peto hæc à te.nō ſolū noīe reip. quę fuit ſemper chariſsima tibi,ſed etiam amicitiæ noſtræ,quam.ſ.amicitiam noſtram ego confido poſſe.i.ualere,plurimum apud

Universidad de Deusto Biblioteca

te.Crede mihi hunc exercitum quem habeo esse senatus atque optimi cuiusque,id est omnis boni,& maxime tuum,i.militaturū pro senatu & optimo quoque & maxime pro te. De cuius.s.tua uoluntate.i.beneuolentia in se audiendo.s.à te quotidie,diligit te mirifice atque habet charum.Qui.s.exercitus si intellexerit commoda sua esse tibi curæ putabit se debere etiam omnia tibi. Literis audiui Dolabellam in Ciliciam uenisse cum copiis suis,ego proficiscar in Ciliciam & dabo operā ut scias celeriter quid egerim.Ac uelim sup.ut simus sic fœlices,ut meremur,scilicet bene de repub.Fac ualeas & ames me.Nonis Maiis ex castris.

*P.V.C. IOHABEO paululum moræ. Medicæus liber, Habui pollulum moræ.Pollulū autem pro paululum,in quo duo animaduertenda sunt,& O pro AV positum,& paulum per duo ll scribi sæpe solitum. Nam idem liber in epistolarum titulis,quæ sunt ad Paulum cos. PAVLLO scriptum habet, quod in aliis etiam priscis monimentis adnotatum est.Quibus argumentis confirmari potest,Pollam in epistola Ciceronis ad D.Brutum non aliam esse à Paula Valeria,de qua Cælius in epistola sua locutus est,ut ab aliis accurate animaduersum est.

HVBER. C. Cassius Q. S. D. M. Ciceroni.

CVM reipub.Scriptis à Cic. mandatis,ad An. ut ab obsidione Mutinensi desisteret, deniq; cum id non faceret eo iudicato hoste cōsilio hortatūq; Cic. ita cōiunctus est Octauianus Cæs.cum repub.ut eius auspiciis simul cum cōsulibus fusus,pulsusq; sit ab eo An.à Mutina,quā victoriam,ita nūc ascribit Cassius Ciceroni, ut hoc eius factum anteponat oppressioni cōiurationis Catilinæ, dicātq; eum esse causam libertatis Romanæ,petit autē ab eo ut testis sit amoris sui erga rempub.existimētq; ea quæ fecit pro repu.non casu aliquo , neque temerè facta esse,sed magna cōsideratione magnóq; consilio, sicut & alia quoq; facere cōsueuit,dicit autē se ei charissimum esse debere cum præter cęteros semper eius fuerit studiorū maxime alumus, qđ si ingeniū minus ostendere potuit propter diutinam seruitutē, animū tamen se probaturum affirmat. Deinde dicit quid in Asia egerit quò secutus sit Dolabellā, & ad quem exitum eū perduxerit, quē dicit habere castra apud Laodiceam,sed penuria rerū redactū esse ad magnā famē, prouisum autē esse ne alicunde posit adduci ad eum frumentum.Itaq; bonā spem de rep.pollicetur,& certissimam fiduciā uictoriæ. Salute, saluata est enim de obsidione liberata & An.victo. Instauratione, innouatione. Consularis ma.cō.reipu.uicisti, sensus,quia nunc cum sis consularis fecisti plura & maiora,q̄ cum eras cōsul,licet illa fuerint maxima,est autē consularis proprie qui consulatū gessit,neq; tamē amplius est oō sul interdū ponitur pro eo qui dignus est cōsulatu.Fatale diuinū,fato constitutū,in bonam partē accipitur hoc loco,cum alibi noxiū,& pestiferū significet, ut cū fatalis equus saltū super ardua uenit pergama. Id qđ, pro quod . Tua toga.i.tu togātus.i. non gerens bellū sic ipse de se.Cædant arma togæ,concedat laurea linguæ. Nunc quoq;,sicut & temporibus Catilinæ.Eripuit,quia consilio Cic.bellum illud gestum fuerat. Nunc cō.effecisti, consecutus es. Quod tenebris reipub.s. libertatem,alii legunt cōparasti, in quo tamen erit idem sensus , sed melior prior lectio. Dum serui essemus, dum essemus sub tyrannide quia frusta esses dicturus ubi nemo te audiret. Tunc reipúb.libera sicut nunc est. Illa quæ pollicitus es,te dicturum.Ordo est. & nunc non tanto tempore desiderabo illa dici, quàm sentiri à te in ipso quæ sæpe pollicitus es &c. Non tantopere , sensus, non tantum desidero ut illa dicas,quàm ut iudices de me quia pluris facio esse commendatus digne,ut mereor tuo iudicio,quam iudicio omnium aliorum.

SI uales bene est: ego quidem valeo. Cum reipub. vel salute,vel victoria gaudemus:tum instauratione tuarum laudum, quòd maximus Consularis maximum Consulem teipse vicisti,& lætamur, & mirari satis non possumus . Fatale nescio quid tuæ virtuti datum : id quod sæpe iam experti sumus. Est enim tua toga oīm armis fœlicior,quæ nunc quoq; nobis pene victam rempu.ex manibus hostium eripuit ac reddidit.Nunc ergo viuemus liberi.nunc te omniū maximè ciuis & mi charissime,id quod maxime reipub. tenebris comperisti,nunc te habebimus testem nostri & in te, & in cōiunctissimā tibi remp. amoris & quæ sæpe pollicitus es , te & taciturum,dum seruiremus : & dicturum de me tùm,cum mihi profutura essent, nunc illa non ego quidem dici tantopere desiderabo, quàm sentiri à teipso . Neq; enim omnium iudicio malim me à te cōmendari,q̄ ipse tuo iudicio digne ac mereor, cōmendatus esse:vt hæc nouissima nostra facta *non subita nec incōueniētia, sed similia illis cogitatiób⁹,quarū tu testis es, fuisse iudices:meq; ad optimā spē patriæ non minimū tibi ipsi ꝓducendū putes. Sūt tibi M. Tulli liberi ꝓpinquiq; digni quidē te, & merito tibi charissimi.esse etiā debent in rep. ꝓxime hos chari, q̄ studiorū tuorū sunt æmuli , quorū esse cupio tibi copiam.

Cōsularis

Cōmendari,laudari,probari. Subita repētina, sine cōsilio. Incōuenientia.incōmoda. Similia.q.d.magna & matura cōsultatione pēsata.Quarū.significat cogitationes, quas fecerāt de Cæsare interficiēdo. Nō minimum,liptote.q.d.principē & maximū producendū,ꝓponendū.Sunt.ostēdit Cassius q̄ charus esse Ciceroni debeat. Digni te.boni qualis tu es,docet aūt Cic.uirtutem & imitationē,ꝓbitatis paternę eā esse,quę liberos parētibus maxime charos efficiat. Próxime hos.i.post hos dicimus autē proxime te & proxime tibi. sicut & propius urbem ut propius urbi. Aemuli.imitatores.

ASCEN. IOSI uales &c. Scriptis à Ci.mādātis ad An.ut ab obsidione Mutinensi desisteret, & deniq; cum non obtēperaret eo iudicato hoste,consilio hortatúque Ci.ita coniunctus est octauianus Cæ.cum rep.ut eius auspiciis simul cū cōsulibus fusus pulsusq; sit An.à Mutina quam uictoriā ita nunc ascribit Cassius Cic.ut hoc eius factū anteponat cōiurationis Catilinariæ oppressioni dicátque eum esse causam libertatis Romanæ,petit autem ab eo ut testis sit amoris sui erga remp.docens quid in Asia egerit,& demum bonam spem de repub.concipiendam prędicat. Ordo est. Si uales bene est,ego quidē ualeo.Cum,scilicet ita sit quòd gaudemus uel salute uel uictoria reipub.tum,id est multo magis.Lætamur instauratione,id est in pristinum statum restitutione laudum tuarum,quod tu maximus consularis , id est quia consulatum gesseris,consulari honore præditus,fecisti teipsum consulem.i.plus quam cum esses consul, & nō possum satis mirari nescio quod fatale,id est à fatis defendens,datū,id est concessum tuæ uirtuti,& nos experti sumus sæpe id,scilicet nomini tuo fatale quippiam esse.Toga enim tua est fœlicior,id est tu in toga, id est habitu pacis es fœlicior, armis,rebus in bello gestis omniū,quæ, scilicet toga tua eripuit ex manibus hostium ac reddit nunc quoque nobis,id est ad utilitatem nostram rempub.pene uictam,id est depressam. Nos ergo uiuemus nunc liberi. Nnnc ò ciuis maxime omnium & charissime mihi cō. id est consecutus es id quod teneba ris,id est debebas maxime reipub.scilicet liberationem eius. Nos habebimus nunc te testem amoris nostri,&.i. simul in te & in rempub.coninnctissimam tibi,& quæ pollicitus es sæpe,te & taciturum.i.celaturum dum essemus serui.s.sub Cæ. & dicturum de me tunc cum essent profutura mihi non desyderabo tantopere illa quidē nunc dicit quàm sentiri à te ipso.Neque enim malim me commēdari à te iudicio omniū, quàm ipse.i.egomet, sup.malim esse cōmendatus digne,ac.i.sicut mereor,iudicio tuo,ut iudices hæc nouissima facta nostra.s.de nece Cæsaris non fuisse. Subita.i.ex inopinato concepta, nec inconuenientia.i.dissona cæteris factis aut cogitatis meis,sed similia illis cogitationibus,quarum tu es testis,& putes me producendum.i.proferendum & proponendum tibi ipsi non minimū immo primariū & principem ad optimam spem patriæ. Aut producendū.i. promouendum non minimum.i.non minimi emolumenti, in futurū tibi ipsi ad optimam spem patriæ.i.ad id quod optimum speratur de patria. O Marce Tulli, liberi & propinqui digni quidem te, & merito charissimi tibi,sunt tibi &.i.sup.debent etiam esse chari tibi proxime hos,A prope aduerbiū quod uirtute positiui unde deducitur accusatiuum regit, scilicet propinquos tuos, qui sunt æmuli , id est imitatores studiorum tuorum, scilicet in rempub.quorum,scilicet æmulorū studiorum tuorū, ego cupio copiam, id est abundantiā esse tibi.

*P.V.C. IONON subita nec inconuenientia. Non uidebar mihi peccasse,qui recepta lectione conseruata, fidelissimi codicis scripturam (præsertim cum in aliis etiam minoris authoritatis libris eam inuenerim) nota esse uoluissem,déque ea non negligenter disseruissem:non desunt tamen qui reprehendant.

Ordo.

Sed tamen non maxima me turba puto excludi , quo minus tibi vacet me excipere, & ad omnia quæ velis & probes,producere. Animum tibi nostrum fortasse probabimus.ingenium diutina seruitus certe qualecunque est,minus tamen quàm erat,passa est videri. Nos ex ora maritima Asiæ prouinciæ,& ex insulis,quas potuim⁹ , naueis deduximus.Delectum remigū,magna concursatione ciuitatum , tamen satis celeriter habuimus.Secuti sumus classem Dolabellæ, *cui Lucilius præerat : qui spem sæpe transitionis præbendo,neque vnquam nō decedendo nouissime Corycum se contulit,& clauso portu se tenere cœpit . Nos illa relicta,quòd & in castra peruenire satius esse putabamus, & sequebatur classis altera,quam anno priore in Bithynia Tullius Cimber compararat, cui Turulius Quæstor præerat,Cyprum petiuimus. Ibi, quæ cognouimus, scribere ad vos quam celerrime voluimus. Dolabellam vt Tarsenses pessimi socii, ita Laodiceni multo amentiores vltro accesierunt. ex quibus vtrisque ciuitatibus , Græcorum militum numero speciem exercitus effecit.Castra habet ante oppidum Laodiceā posita, & partem muri demolitus est, & castra oppido coniunxit . Cassius noster cum decem legionib⁹ & cohortibus,viginti auxiliariis,

HVBER. IOSED tamen, id est non puto me esse extra numerū eius turbæ,quæ est æmula tuorum studiorum.Quominus,ut non. Vacet,liceat. Excipere.recipere. Probabimus.demonstrabimus. Diutina, longi temporis, à diu,sicut & diuturnus , nàm diuturnus à die deriuatur. Ora,regione,ut Troiæ qui primus ab oris. Maritima,mari uicina. Quas naues potuimus,id est quales & quo potuimus. Delectum,delectationem. Remigum,nautarum,neque legendum est remigium. Contumacia.repugnantia. Transitionis , simulabat enim se discessurum,& transiturum in aliam regionem,cum tamen nunquam discederet,& tandē transiuit in Coricum oppidum,ubi clauso portu ne ab hostibus inuaderetur,se tenet. Coricus autem oppidum Siliciæ portu solóque cinctum,angusto tergore continenti adnexum . Circa hoc oppidum Crocum optimum plurimúmque nascitur quod omnibus anteponitur,colore,odore, & succo, quod etiam proficit ad medelam, supra specus est Coricius, de quo cum alii tum Pompo. & Solinus multa & mirabilia scribunt , quæ qui specus nosse cupit apud eos legat. Illa re.scilicet classe Lucilii præfecti Dolabellæ. Satius , utilius. Sequebatur, scilicet Lucilium. Classis al. nostra. Cui præ. quam ducebat. Cimber,hic unus ex percussoribus fuit.Ibi, in Cipro. Tarsenses,populi Ciliciæ. De Tarso diximus supra libro tertio in epistolis ad Appium , & de Laodicea. Accersiuerunt ad se uocauerunt. Vltro.illò non hoc poscente. Ex quibus utrisque , Tarso, & Laodicea. Speciem.exercitus , id est quandam apparentiam & formam exercitus. Demolitus est, diruit. Castra , exercitum suum ὅσῳ quidam codices habent sic scriptū quod interpretabimur cum ualo,nam πίπτω significat iaculum,sed potest poni pro uallo cum etiā in quodam codice inuenerim latine scriptū cum uallo. Sine prælio , sine conflictu. sperant enim se eum oppressurum fame. Ternis tetradrachmis, ut libr.iii. diximus genus est nummi,eodē modo tetradrachma, quæ continet quatuor drachmas.Dicitur igitur triticum,id est frumentū esse apud Dolabellā iam in precio trium tetradrachmarum,quod quidem maximū & carissimū preciū. Quid.i.aliquid.s.frumenti. Cassii, fratris mei. Prestabunt,efficiēt prouidebūt.Ordo est classis Cassii & tres Classes,quas adduximus ego Turulius &

Proxime
Quomin⁹
Diutius
Diuturni⁹

Coricum
Coricus
Crocum
Coricius
Specus
Drachma
Tetradrachma

rulius & Patiſcus facile præſtabunt ne Dolabella poſſit ſupportare frumentum. Iſtic,in Italia. Pro noſtra parte.quantum in nobis erit, ſicut & nos in Italia pro ueſtra parte. Expediſtis,id eſt confeciſtis.

ASCEN. SED tamen non puto me excludi maxime turba.i. ob copiã ut minus, uacet.i.libeat, aut ſat temporis ac ocii ſit tibi excipere.i.ex multis illis recipere me & producere ad omnia quæ uelis & ꝓbes.Nos probabimus, id eſt demonſtrabimus, fortaſſe tibi animũ noſtrum. ſeruitus diutina.ſ.ſub Cæſare. minus.i.non, erat paſſa ingenium noſtrũ certe qualecũque eſt.i.licet fortaſſe tenue aut rude ſit, tamen quale eſt nõ eſt paſſa uideri. Non enim ſub Cæſa.fiebant iudicia nec iuuenũ ingenia ſeſe exercitabant ut antea, hactenus autẽ ad ſui cõmendationem locutus eſt, deinceps res à ſe geſtas proſequitur,dicẽs. Nos deduximus ex ora.i.regione maritima.i. ad mare iacente, ubi fere ſunt naualia Aſiæ prouinciæ,& ex inſulis.ſ.uicinis naues quas potuimꝰ. Nos habuimus delectum.i. ut dicunt monſtram & electionem remigum.i.eorum qui naues impellerent remis magna contumacia.i. in contumaci repugnantia ciuitatum,tamen,id eſt licet repugnarẽt habuimus ſatis celeriter.

& quatuor milium equitatu,à milibus paſſuum viginti *caſtra habet poſita cum vallo: & exiſtimat ſe ſine prælio poſſe vincere. Nam iam ternis tetradrachmis triticũ apud Dolabellam eſt:niſi quid naubꝰ Laodicenorum ſupportarit, cito fame pereat neceſſe eſt. Ne ſupportare poſsit, & Caſſii claſsis bene magna,cui præeſt Sextiliꝰ Rufus, & tres quas nos adduximus,ego, Turullius,Patiſcus, facile præſtabũt. * Et volo bene ſperare:& rempubl. vt vos iſtic expediiſtis, ita pro noſtra parte celeriter nobis expediri poſſe,confidere. Vale.Data Id.Iun.Cypro à * Crommiu acride.

Nos ſecuti ſumus Claſſem Dolabellæ,cui.ſ. Claſsi Lucilius præerat,qui præbendo ſæpe ſpem tranſitionis.ſ.ad nos,aut ut alii intelligunt ad aliam regionẽ, neque unquam non.i.& ſemper decedendo,hoc eſt non faciendo copiam pugnæ,contulit nouiſsime.i.ultimo locoſe Coryntum.i.ad illud oppidum Ciliciæ ubi magna uis boni croci naſcitur, & cœpit ſe tenere portu clauſo,ne.ſ.quiſquam ingredi poſſet. Nos illa.ſ.claſſe Dolabellæ,relicta ſup.ideo, quod &.i.ſimul putabimus eſſe ſatius.i.cõducibilius peruenire in caſtra.ſ.noſtra & altera claſsis ſequebatur,quam Tullius Cimber cõpararat.i. conſtruxerat & cura ſua parauerat anno priore.i.primo elapſo,in Bithynia,cui Turulius quæſtor præerat, nos petiuimus Cyprum,putãtes.ſ.duarum claſsiũ uictores fieri difficile eſſe. Nos uoluimus ſcribere ad uos quàm celerrime.i.maxime celeriter,ea quæ cognouimus ibi. Vt.i.quemadmodum Tarſenſes.i.ciues Tarſi peſsimi ſocii.ſ.populi Ro.ita Laodiceni amentiores.i.inſenſati magis, accerſierunt pro accerſiuerunt.i.ad ſe uocauerunt Dolabellam,ultro.i.non rogati ab eo.Ex quibus utriſque ciuitatibus Tarſo & Laodicea,Dolabella effecit ſpeciem.i.imaginem exercitus numero.ſ.iuſto,militum Græcorum.q.d.contemptibilium,quia ut dicit Ouid.Græcia facundum ſed male forte genus. Et ſup.Dolabella habet caſtra poſita ante oppidum Laodiceam.ſ.nomine. Et demolitus.i.deiecit partem muri & coniunxit caſtra oppido ita ut caſtra eſſent oppido præſidio,& oppidũ caſtris Caſsius noſter.ſ.amicus & frater. Nam tota epiſtola Caſsio adſcribitur, unde neceſſe eſt alterum fuiſſe Caſsium de quo loquatur,ut dixi de fratre ſuo loquitur,habet caſtra poſita cum uallo,cum decem legionibus & uiginti cohortibus auxiliariis.i.eorum qui auxilio uenerint, & equitatu quatuor milium.ſ.equitũ aut capitum.ſ.à caſtris Dolabellæ,uiginti millibus paſſuum,& exiſtimat ſe poſſe uincere,id eſt expugnare Dolabellam ſine prælio,quia fame. Nam triticum eſt,id eſt æſtimatur & uenditur penes Dolabellam,ternis tetradrachmis, id eſt ſingulos modios.xii. drachmis, nam tetradrachma eſt nummus.iiii.drachmarum, ter autem.iiii.xii.ſunt. Certum eſt ualde charum ſignificare triticnm,ſed de qua menſura loquatur incertum uidetur tamẽ tunc fere una menſura uendi ſolitum, alioqui enim expreſsiſſet. Neceſſe eſt ſup. ut pereat cito fame niſi ſupportarit.i. occulte importarit quid,id eſt aliquid,ſcilicet tritici aut frumenti alterius, nauibus Laodicenorum. Sed ſup. &,id eſt ſimul,claſsis Caſsii,ſcilicet fratris bene,id eſt multum magna,cui Sextilius Rufus præeſt & tres ſup.naues quas ego Turulius & Patiſcus adduximus,præſtabunt,id eſt efficient facile,ne, ſcilicet Dolabella poſsit ſupportare,id eſt clanculum inferre frumentum. Et uolo uos bene ſperare & rempub.confidere ut & uos expediſtis iſtic,ſcilicet ubi uos eſtis,ſup.omne negotium quod tamen longe ſecus erat.Ita iter poſſe expediri uobis celeriter,pro parte noſtra,id eſt quantum ad nos attinet.

*P.V.C. CVI Lucilius præerat. Dion huius præfecti claſsis Dolabellæ non meminit. Appianus lib.iiii. τῶν ἐμφυλίων L. Figuli mentionem fecit,qui mercede claſſem conducebat Dolabellæ:inquit enim καὶ ναυτικὸν ἀγείρων ἐπὶ μισθῷ διὰ λευκίου φίγλου παρά τε ῥοδίων καὶ παμφυλίων, καὶ ἐκ κιλικίας. Videndum igitur accurate,an L.Lucilius Figulus appellatus ſit:non facile enim credo in cunctis,& impreſsis,& manu ſcriptis Ciceronis libris mendum eſſe, neque ſatis mihi uidetur ille pronomine tantum ſignificari potuiſſe.

*P.V.C. CASTRA habet poſita πάλτῳ. Locum hunc,qui multis ſeculis iacuerat,ope meliorum codicum reſtitui: qui non ueſtigium aliquod ſinceræ lectionis ut ſæpe,retinebant,ſed ipſam incorruptam, integrámque conſeruarant, πάλτοι enim in illis eſt.Sunt tamen qui παλτοῖ malint.qua autem ratione hic πάλτῳ dictum eſſet,expoſui. Quantum ego exiſtimo cum ι quod nunc ſubſcribunt in illo exemplari, ut in Medicæo codice ultimum eſſet Græcæ uocis,& à librariis in penultima litera peccatum eſſet,quòd paruam illam pro magna feciſſent,crediderunt nonnulli παλτοῖ ſcriptum fuiſſe in Medicæo tamen nihil maculæ.

*P.V.C. ET uolo bene ſperare. Arbitror legendum eſſe TE VOLO,non ut alii,qui cum antea in impreſsis libris, Et uolo uos bene ſperare,legeretur,maluerunt hanc delere,quæ pene in antiquis libris conſeruatur,& illam retinere,cuius in eiſdem exemplaribus ueſtigium nullum,qui etiam IGITVR addiderunt.

*P.V.C. CYPRO à crommyu acride. Quibus argumentis authoritatibúſque cenſuerimus ita legendum eſſe, explicauimus antea diligenter.Qui Acamantide magis probant,non uere iudicant:ſatis certum huius rei ſignum eſt,quòd quid Acamantide ſit ignorant:nemo enim unquam ueterum autorum Acamantida promontorium eſſe dixit,quod illi credunt,Acamas promontorium eſt,à quo,ut tradit Plinius, tota inſula quandoque Acamantis appellata fuit. Strabo lib. xiiii.pag.xc. ὁ δ᾽ ἀκάμας ἐστὶν ἄκρα δύο μαστοὺς ἔχουσα, καὶ ὕλην πολλήν. Si legeretur igitur Acamantide cum ante Cypro dixerit,inanis,ac nimis otioſus ſermo eſſet.

Universidad de Deusto Biblioteca

CVM Brutum noſtrum cõueniſſem, eúmq; tardius in Aſiam venturũ animaduerterem,in Aſiam redii,vt reliquias mei laboris colligerem, & pecuniam quamprimum Romam mitterem. Interim cognoui in Lycia eſſe claſſem Dolabellæ,ampliúſque centum naueis onerarias, in quas exercitus eius imponi poſſet: Idque Dolabellam ea mente comparaſſe, vt ſi Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet,conſcenderet in naueis,& Italiam peteret,ſeq; cum Antoniis & reliquis latronibus cõiungeret. Cuius rei tanto in timore fui,vt omnibus rebus relictis, cum paucioribus & minoribus nauibus ad illas ire conatus ſim. Quæ res,ſi à Rhodiis non eſſem interpellatus, fortaſſe tota ſublata eſſet: tamen magna ex parte profligata eſt. Quum quidem claſsis diſsipata eſt,aduentus noſtri timore milites ducéſque effugerunt: onerariæ omnes ad vnã à nobis ſunt exceptæ. Certe, ꝙ maxime timui, videor eſſe conſecutus, vt non poſsit Dolabella in Italiam peruenire,nec ſuis ſociis firmatis durius vobis efficere negotium. Rhodii nos,& rempub. quàm valde deſperauerint, ex literis, quas publice miſi, cognoſces. *Et quidem multo parcius ſcripſi, q̃ re vera fugere eos inueni. quòd vero aliquid de his ſcripſi,mirari noli:mira eſt eorum amentia. nec me meæ vllæ priuatim iniuriæ mouerũt vnq̃:malus animꝰ eorũ in noſtra ſalute,cupiditas partiũ aliarũ,pſeuerãtia in cõtẽptione optimi cuiuſq;, ferẽda mihi nõ fuit. Nec tñ oẽs ꝑditos eſſe puto.

HVBER. CVM Brutum Hæc epiſtola licet longiuſcula ſit non multum tamen habet difficultatis: conſumitur enim fere tota in rerum narratione quemadmodum & ſequẽs.Cum enim præeſſet Aſiæ proqueſtor P. Lentulus narrat quemadmodum cum à Bruto in Aſiam reuertiſſet,ut reliquũ pecuniæ,quæ colligenda fuerat colligeret, & Romam mitteret intellexit Dolabellam eſſe in Lycia cum magno numero nauium onerarium,cõtra quem ſe fuiſſe dicit & cũ paucioribus & minoribus nauibus,facileque fuiſſe ei ablaturum totam claſſem, niſi impeditus fuiſſet à Rhodiis, de quorum perfidia uehemẽter queritur, commemorans alias eorum iniurias illatas olim in Pompeium & alios clariſsimos uiros Romanos, quos Rhodios dicit omnino eſſe puniendos, ne impunitate eorũ improbitas augeatur. Deinde quia Aſia erat decreta Hircio & Panſæ conſulibus cum ex Italia nõ commode diſcedere poſſent in prouinciam, rogat Lentulus Cic. ut id agat quod conſules ei concedant procurationem prouinciæ loco ſuo. Adducit autem rationes & cauſas plurimas quare id facere debeant & promiſsionem conſulum, quam ei fecerant & uerbo & ſcripto:cõmendat officium ſuum & cõmemorat multa beneficia à ſe collata in rempub. cum iuuit Caſsium & pecunia & coniunctione omnium exercituum qui erant in Aſia,deinde quia pro repu.ſuſcepit bellum aduerſus Dolabellã cuius erat ſodalis & familiariſsimus,& aduerſus Antonios, quibus etiã dicit ſe ſanguine coniunctũ,& licet ſit perſeueratus ſemper in eodẽ ſtudio & amore libertatis & ſuſcepturꝰ oĩa pericula pro rep. tamen dicit ſe multo facilius & alacrius eſſe facturum,& cum maiori autoritate ſi reſpu. eum aliquibus meritis affecerit. Poſtremo laudat filiũ Cic. qui militabat ſub Bruto, quem fratris loco ſe habere dicit,& quia ſit eo dignus. Brutum. qui præerat Macedoniæ,mei laboris,mei negocii: eſt autẽ labor quæſtoris & proquæſtoris colligere pecunias & uectigalia populi. Onerarias. mercatorias ad onera ferenda aptas. Id.ſ.ut haberet has naues. Ea mente.eo conſilio & propoſito Antoniis. Marco & eius fratre C.An.fruſtraſſet, eum decepiſſet, non ſucceſsiſſet ei. Cuius rei.ſ.ne peteret Italiam,& ſe cum Anton.coniungeret. Tota,ne aliquid faceret ex his,quæ haberet in mente. Sublata.ex eius poteſtate erepta. Profligata.confecta: Profligatꝰ
ita.n.& hic & multis aliis in locis ſignificat: alias autẽ ꝓfligare eſt fundere uincere. Interpellatus.impeditꝰ Profligare
Diſsipata.diſperſa. Ad unã.i.uſq; ad unã, nulla excepta. Exceptæ.depræhenſæ. Quod.quam rem,ne perueniret in Italia. Nec effi.ſcilicet poſsit. Durius,laborioſius,difficilius ad uincendum. Publicæ. quæ infra ſequuntur. Multo parcius.multo modeſtius & minus Mira.maxima. Nec ullæ iniuriæ priuatim me unquã. ſubaudi mouerunt.i.unquam motus ſum iniuriis in me priuatim illatis. Malus animus eorum.ſ.non fuit ferẽdus. Cupiditas partiũ aliarum.ſ. non fuit ferenda.i. quod nimiũ fauerẽt partibus Dolabellæ nobis cõtrariis.In contẽp.opti.cu.i.eorũ cõtumacia & perſeuerãtia in cõtemnẽdis quibuſq; optimis& ſtudioſis reip.Oẽs,Rhodios:qa in tãto numero neceſſe eſt eſſe aliquos bonos.

ASCEN. CVM Brutum &c. Hæc epiſtola fere tota licet longiuſcula ſit conſumitur in rerum narratione quemadmodum & ſequẽs.Cum enim præeſſet Aſiæ proquæſtor P.Lentulus, narrat quemadmodũ cum à Bruto in Aſiam reuertiſſet,ut reliquum pecuniæ,quæ colligenda fuerat colligeret & Romã mitteret,intellexit Dolabellã eſſe in Lycia cum magno numero nauium onerarium,contra quem ſe iuiſſe dicit cum paucioribus & minoribus nauibus,facileque ei ablaturum fuiſſe totam claſſem niſi impeditus fuiſſet à Rhodiis, de quibus queritur, rogans ut conſules ſibi concedant procurationem prouinciæ addens & alia quæ legenti patebunt. Ordo eſt. Cum.i.quando aut poſtquam conueniſſem,id eſt adiſſem colloquendi gratia, Brutum ueſtrum,ſcilicet Marcum,& animaduerterem.i.ex uerbis eius cognoſcerem,eum uenturum tardius in Aſiam,ut colligerem reliquias laboris mei,& ut mitterẽ quamprimum.i.ualde cito pecuniã Romam cognoui interim claſſem Dolabellæ eſſe in Lycia nõ enim Cilicia,uidelicet amplius q̃ centũ naues onerarias.i.onera negociatorum ferre ſolitas in quas.ſ.naues,exercitus eius poſſet imponi & cognoui Dolabellam comparaſſe id,id eſt eam claſſem. Ea mente,ut ſi ſpes Syriæ,ſcilicet potiundæ eſſet fruſtrata eum,conſcenderet in naues & peteret Italiam,& cõiungeret ſe cum Antoniis.ſ. duobus fratribus, & reliquis latronibus. Cuius rei ego fui in tanto timore, ut omnibus

Ordo I.

Universidad de Deusto Biblioteca

nibus rebus relictis ego conatus sim ire ad illas, scilicet centũ naues onerarias, cum paucioribus & minoribus, scilicet nauibus. Quæ res si non essem interpellatus.i.impeditus à Rhodiis esset fortasse sublata tota, tamen.i. nihilominus licet Rhodii interpellarint, ipsa est profligata.i.afflicta ex magna parte. Quandoquidẽ classis est dissipata, & milites ducésq; effugerunt timore aduentus nostri, onerariæ sup.naues sunt exceptæ.s.captæ à nobis omnes ad unam.s.inclusiue, hoc est nulla excepta. Certe ego uideor cõsecutus quod timui maxime ut Dolabella non possit peruenire in Italiam nec efficere uobis negocium.s.bellicum, durius.i.difficilius sociis.s.Anto.& Læp. firmis.i.firmioribus factis. Tu cognosces ex literis quas misi publice.i.ad senatum publice legẽdas, quàm.i.quantum ualde, Rhodii desperauerint, nos & rempub.i.salutem nostram reipub. Equidem.i.ego certe scripsi multo parcius.s.quàm res se habet, noli mirari, amentia eorum.s. Rhodiorum est mira. Nec ullæ iniuriæ meæ priuatim.i.quæ inferebantur in me nomine priuato sup.mouerunt unquam me, animus eorum malus.i.peruersus in salute nostra, cupiditas.i.nimium studium eorum, aliarum partium.i.in aduersas partes perseuerantia.s.eorum.i.contumacia in contemptione.i.uilipensione, optimi cuiúsque.s.ex nostris, non fuit ferenda, id est toleranda mihi, nec tamen puto omnes, scilicet Rhodios esse perditos, id est peruersæ mentis.

*P.V.C. ☞MVLTO parcius scripsi, mirari noli. Nonnulli hic plura uerba inculcant, quæ tradunt in manu scripto codice se inuenisse. de quorũ fide non dubito: uidendum tamen est, an nouæ sint, & ab aliquo adpositæ, quod quidem ego facile credo, nam duriusculus in illis sermo est, neq; satis concinnus. Existimarũt fortasse imperiti aliqui omnes elegantẽ locutionem, MIRARI NOLI, sine illis mancã esse: ideóq; quod deesse crediderũt, restituere. Mirari autem noli, arbitror hic dictum, ut in epistola ad Sulpitium, Noli quęrere. Nihil tamẽ de hac re statuimus. Quid suspicaremur solum enunciare uolumus: multæ huiuscemodi maculæ sunt in impressis libris, quorum maior pars ab aliquo manu scripto fluxit. Accepi postea à doctis uiris qui summo studio has epistolas cum manu scriptis sex septémue exẽplaribus contulerunt, in nullo eorum aliter atque in Medicæo legi.

HVBER. ☞IIDEM illi. Rhodii. Pomp. fugientẽ ex bello Pharsalico, & quosdã alios clarissimos Romanos non receperunt tunc temporibus bellorũ ciuilium inter Cæ.& Pom. Aliquo fato. quasi fataliter semper debeant nobis esse aduersi.q.d.mala quadã fortuna, aut magistratum gerunt.i.aut ipsi sunt in magistratu, ut possint iubere, aut habent in potestate eos qui sunt in magistratu. Retundi.reprimi, repercuti & castigari. Necessarium, quia cum impunitate & licẽtia omnes fiunt deteriores, non potest respub.consistere, ubi nõ puniuntur peccata. De nostra. cõmendat nunc Lentulus dignitatem suã Cice.cum omni tempore & locorũ uero ut nunc obtineat Asiam loco consulũ, quibus decreta erat illa prouincia post consulatũ. Occasionẽ. opportunitatem. Suffragere.faueas. auxilieris. Permissum est iis.i.concessum est à senatu ut donec ipsi ueniant possint dare negocium administrãdæ prouinciæ aliis. Alteruter.alter aut Hircius aut Pãsa. In magistratu.i. dum adhuc sunt consules. Debent enim expectare ut functi sint cõsulatu. Pœnas daturũ suæ perfidię, quia spero ꝙ Cassius eum omnino uincet. Ibi.apud Laodiceam. Acturos. gesturos, profecturos. Coram. uerbis, cum istic essem, ne succedatur mihi incõsulatu ne quispiam mittatur in prouinciam loco mei donec ipse fuerit cõsul. Produci.prorogari, differri. Longius spatium.administrandæ prouinciæ. Cupiditate. quia libenter in ea sim. Periculi.propter multos hostes reipublicæ contra quos necesse fuit me pugnare & uerbis & rebus. Detrimenti. damni: quia multum etiam de meo diminutum est mihi, dum sum in hac prouincia. Consequar reliquias, id est ut efficiam quod restat meæ diligentię. Laboro.curo. Morte Trebo.quẽ diximus supra in Smyrna fuisse interfectũ. Non pręstiterunt fidem reipub. non seruarunt quod reipubl. promiserant. Reficere.resarcire, instaurare.

Retundi

Reficere

ASCEN. ☞SED illi iidem qui nõ receperũt tum.i.tunc uidelicet tempore belli ciuilis cum Cæ. patrẽ meum fugientem.s.à Pharsalica clade qui nõ receperunt Lu.Lentulum, qui non receperunt Põpeium.s.magnũ, qui non receperunt cæteros uiros clarissimos iidem tanquã aliquo fato.s.reip.nostrę inimico, & nunc gerunt magistratũ aut habẽt in sua potestate eos qui sunt in magistratu. Itaque ipsi utuntur eadem superbia in prauitate. Quorum improbitatem retundi.i.frangi & repelli, & non pati sup.eum augeri impunitate, non solum est utile reipublic. sed etiam necessarium. Ego uelim ut tibi sit semper curæ de dignitate nostra & ut suffragere, id est suffragium & fauorem præbeas nostræ

Sed iidem illi qui tum fugientem patrem meum, qui Lu. Lentulum, qui Pompeiũ, qui cæteros viros clarissimos non receperunt, iidem tãdem aliquo fato & nunc aut magistratũ gerunt, aut eos qui sunt in magistratu, in sua habent potestate. itaque eadem superbia in prauitate vtuntur. Quorum improbitatem aliquando retundi, & non pati impunitate augeri, non solũ vtile est reipu. nostræ, sed etiam necessarium. De nostra dignitate velim tibi vt semper curæ sit: & quocunque tempore occasionẽ habueris, & in Senatu, & cæteris rebus laudi nostræ suffragere. Quum Consulibus decreta est Asia, & permissum est his, vt dũ ipsi venirent, darem negotium qui Asiam obtineant: rogo te petas ab his vt hanc dignitatem potissimum nobis tribuant, & mihi dent negotium vt Asiam obtineam, dum ipsorum alteruter venit. Nam quòd huc properẽt in magistratu venire, aut exercitum mittere, causam non habent. Dolabella enim in Syria est: & vt tu diuina tua mente ꝓspexisti & prædicasti, dum isti veniunt, Cassius eum opprimet. Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, & in oppugnando male acceptus, nulla alia confisus vrbe, Laodiceã quæ est in Syria ad mare, se contulit. ibi spero celeriter eum pœnas daturũ. Nam neq; quo refugiat, habet: neq; diutius ibi poterit tantum exercitũ Cassii sustinere. Spero etiam confectum esse iam & oppressum Dolabellã. Quare non puto

Pansam &

Pansam & Hirtium in consulatu properaturos in prouincias exire, sed Romæ acturos Consulatum. Itaque si ab his petieris vt interea nobis procurationẽ Asiæ dent, spero te posse impetrare. Præterea mihi promiserunt Pansa & Hirtius coram, & absenti mihi scripserunt: Verrioque nostro Pansa affirmauit se daturum operam ne in suo Consulatu mihi succedatur. Ego porro non mediusfidius cupiditate prouinciæ produci longius spatiũ mihi volo. nam mihi fuit ista prouincia plena laboris, periculi, detrimenti. quæ ego ne frustra subierim, neve prius, quàm reliquias meæ diligentiæ consequar, decedere cogar, valde laboro. Nam si potuissem quam exegeram pecuniam vniuersam mittere, postularem vt mihi succederetur. Nunc quod Cassio dedi, quod Trebonii morte amisimus, quod etiam crudelitate Dolabellæ, aut perfidia eorũ qui mihi fidẽ reiq; pub. non præstiterunt, id cõsequi & reficere volo. Quod aliter nõ potest fieri, nisi spatiũ habuero. id vt ꝑ te consequar, velim, vt solet, tibi curæ sit.

laudi & in senatu, & in cæteris rebus, quocunque tẽpore habueris occasionem. Quando.i.quoniam Asia decreta est.i.decreto addicta consulibus, & permissũ est iis, ut dum.i.donec ipsi uenirent, darent negociũ .i.commissionem iis sup.qui obtineant Asiam, rogo te petas ab iis, ut tribuant hanc dignitatem potissimum nobis & dent negocium, ut obtineam Asiam, dum id est donec alteruter eorum uenit. Nam non habent causam ꝙ properent.i.festinent uenire huc in magistratum.s.suum, aut ꝙ properent mittere exercitũ huc. Dolabella enim est in Syria, & ut prospexisti diuina mẽte tua, & prædicasti Cassius opprimet eum. dum.i.donec isti.s.consules uenient, Dolabella enim exclusus ab Antiochia, & acceptus.i. tractatꝰ male in oppugnando.s.Antiochiam, nulla.i.non ulla, non confisus alia urbe.i.ꝙ possit ab alia recipi, cõtulit se Laodiceam quæ est in Syria ad mare. Ego spero eum daturum ibi celeriter pœnas.s.perfidię suę in patriam. Nã neq; habet supple alium locum quo refugiat, neque poterit sustinere.i.tolerare, resistendo impetui eius, tantum exercitum Cassii, Spero etiam sup.negocium esse confectum iam, scilicet cum hæc legis & Dolabellam esse oppressum. Quare non puto Pansam & Hirtiũ in consulatu.i.cum erant consules, properaturos exire, scilicet Italia, in prouincia sed acturos consulatum Romæ. Itaque si petieris ab iis, ut dent interea nobis procurationem Asiæ, spero te posse impetrare, scilicet ab eis. Præterea, id est insuper. Pansa & Hirtius promiserũt mihi, & id est simul, coram, id est cum præsens essem, & scripserunt mihi absenti & Pansa affirmauit Verrio nostro, scilicet cõmuni amico, se daturum operam ne succedatur mihi, id est ut permanerẽ in magistratu meo, in suo cõsulatu, id est durante consulatu suo. Ego porro, id autem non uolo mediusfidius id est per Herculem Iouis filium, aut ita me iudicet deus fidei prospector spatium tuendæ prouinciæ produci mihi longius, cupiditate, id est propter cupiditatem prouinciæ.s.regendæ: nam ista prouincia fuit mihi plena laboris, periculi, & supple detrimenti, quę scilicet dicta labores, pericula detrimenta, ne ego subierim, id est passus sum frustra, id est sine fructu aliquo, neue cogar decedere priusquam consequar reliquias diligentiæ meæ ego laboro, id est contendo ualde. Nam si potuissem mittere pecuniam uniuersam quam exegeram, scilicet à prouincialibus ego postularem ut succenderetur mihi. nunc uolo, id est paro, consequi & reficere, id est reparare, id quod dedi Cassio, quod amisimus, scilicet omnes qui rempu. fouemus morte Trebonii, etiam ꝙ amisimus crudelitate.i.propter crudelitatem Dolabellæ, aut perfidia eorum qui non præstiterunt.i.non exhibuerunt fidem mihi & reip. Quod si illud consequi & reficere non potest fieri aliter, nisi habuero spatium.s.temporis ego uelim ut tibi curæ sit ut solet tibi res mea esse curæ, ut consequar.i.impetrem id.s.spatium.

Ego me de republi. puto esse meritum, vt non prouinciæ istius beneficium expectare debeam: sed tantum, quantum Cassius & Bruti, non solum illius facti periculique societate, sed etiam huius temporis studio & virtute. Primus enim ego leges Antonias fregi: primus equitatum Dolabellæ ad rempublicam traduxi, Cassióq; tradidi: primus delectus habui pro salute omnium contra coniurationem sceleratissimam: solus Cassio & reipublic. Syriam exercitusque, qui ibi erant, coniunxi. Nam nisi ego tantam pecuniam, tantaq; præsidia, & tam celeriter Cassio dedissẽ, ne ausus quidem esset ire in Syriam: & nũc nõ minora pericula reip. à Dolabella

☞EGO ita. Commendat Lentulus officia sua, ut sibi non minus deberi dicat & probet, q̃ uel Cassio, uel ambobus Brutis. Illius facti.cædis Cæsaris, quia etiam fuit inter coniuratos. Leges quas Antonius fingebat deseruandis decretis Cæs. Traduxi.quia ab eo alienaui, & reip.coniunxi. Cõiunxi auxilio pecuniæ quam ad eum misi, ut declarat cum dicit, nã nisi & c. Ab Ant.qui Deciũ oppugnabat. Atque hæc oĩa.q.d. quanto magis eram cõiunctus, iis quorũ postea sum factus hostis causa reip.tanto maiora beneficia mea uideri debent. Is.habet emphasim.i.ego is. Beneficio illorum, qui fueram causa ut daretur mihi, cum nondum fuissent iudicati hostes. Sed ιρανροπιεσρα.i.patriam ιακομ meam: est autem genitiuus.i.patriam meam, quod apud Latinos non satis ornate dicitur, sed potius meam οσρα magis πνιπι amo.i.plurifacio patriam meam quam omnes uel familiaritates, uel consanguinitates. Indixi.denunciaui, feci. Virg. Hoc aut Aeneadis indicere bella Latinis More iubebatur. Hæc, quæ feci pro repu. Fructum.utilitatem. Prouocabimur, inuitabimur.incitabimur. Mediusfidius.per Iouis filium: iurantis est. Opinione. existimatione & spe. Pergæ.quæ est Pamphyliæ ciuitas.

HVBER.

Indixi

Mediusfidius

☞EGO

Universidad de Deusto Biblioteca

instarent, quá ab Antonio. Atq; hæc omnia is feci, qui sodalis & familiarissimus Dolabellæ eram, coniunctissimus sanguine Antoniis, prouinciam quoque illorũ beneficio habebam, sed πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, omnibus meis bellum primus indixi. Hæc etsi adhuc non magno opere mihi tulisse fructum animaduerto, tamen non despero: nec defatigabor permanere nõ solum in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis. Attamẽ si etiam aliqua gloria iusta & merita prouocabimur, Senatus, & optimi cuiusque officiis, maiore cum autoritate apud cæteros erimus, & eo plus prodesse reipu. poterimus. Filium tuum, ad Brutum cum veni, videre non potui, ideo quòd iam in hiberna cum equitibus erat profectus, sed mediusfidius ea esse eum opinione, & tua & ipsius, & in primis mea causa gaudeo. Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus, teque dignus est. Vale. Data IIII. Calendas Iunii. Pergæ.

ASCEN. EGO puto me esse meritũ de rep. ita ut nõ debeam expectare solum beneficium istius prouinciæ.s. prorogandæ, sed tantum.i. tam magnum præmium, quãtum Cassius & Bruti.s. Marcus & Decius non solum societate illius facti & periculi, quo Cæ. abstulerunt, sed etiã studio & uirtute huius temporis i. quo utor erga remp. hoc tempore periculosissimo. Ego enim primus fregi leges Antonianas.i. quas Anto. tulit in ultionem interfectorum Cæsaris. Ego primus traduxi equitatum Dolabellæ qui aliter tunc erat consul ad rempu. & tradidi sup. ipsum Cassio Ego prim⁹ habui delectus.i. electionem militum pro salute omnium.s. bonorum contra coniurationem sceleratissimam. Ego solus coniunxi Cassio & reipu. Syriam & exercitus qui erant ibi.i. in Syria. Nam nisi ego dedissem Cassio tantam pecuniam & tanta præsidia, & tam celeriter, ne quidem.i. non saltem ausus esset ire in Syriam. Et non minora pericula instarẽt nunc reipu. à Dolabella, q̃ ab Antonio scilicet instãt, si scilicet Dolabellam, non expulissem è Syria. Atq; ego feci hæc omnia, is.i. ens, aut si dicatur i hoc significatu, existens is qui eram sodalis.i. socius dapis, hoc est cõuictor & familiarissimus Dolabellæ, & qui erã coniunctissimus sanguine.i. cõsanguinitate Antoniis, habebam quoque.i. etiam beneficio illorum qui tũc consules erant prouinciam scilicet Ciliciam. Sed φιλῶ.i. amo μᾶλλον.i. magis πατρίδα.i. patriam, ἐμὴν.i. meã, Græce autem primitiuum est mei aut mis. Ego primus indixi omnibus meis.s. necessariis Antonio fauentibus bellum. Etsi.i. quamquàm, ego animaduerto, hæc.i. huiusmodi studia mea in rẽpub. non attulisse mihi fructum.i. utilitatem, magnopere.i. abũde, tamen ego non despero, nec defatigabor.i. non desistam præfatigatione, permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis scilicet pro ea obeundis. Attamen.i. licet hoc sim animo, tamen si prouocabimur.s. ad talia studia, aliqua gloria iusta & merita.s. à nobis, officiis.i. debita exhibitione, senatus & optimi cuiusque nos erimus apud cæteros cum maiore autoritate, & poterimus prodesse reipu. eo plus. Argutissima forma petendi beneficii, cum illud quod petimus ad rem conferentis facturum probamus. De his autem rebus pulchre locutus, transit ad commendationem filii Ciceronis non minus arguto consilio, sciens non posse melius placere Ciceroni quàm ut illi bona de filio denuntiet, dicit igitur sic. Cum.i. quando, ueni ad Brutum.s. Marcum, non potui uidere filium tuũ .s. Marcum Ciceronem, ideo ꝙ erat profectus iam cum equitibus in Hyberna.i. loca tuta ubi hyemem transigant cum equis suis. Sed mediusfidius.i. ita me filius Iouis amet aut iudicet, ut uerum dico, uidelicet Hercules ultor perfidorum, aut ita media sit fides, ego gaudeo eum.s. filium tuum, esse ea opinione.i. in æstimatione hominum, aut in eo proposito iuuandæ reipu. &.i. simul causa tua, qui pater eius es, & ita illius gloria in te redundat, & ipsius.s. filii tui qui ex bono studio & bona æstimatione fructum aliquando consequatur, & in primis.i. præcipue, quod amanter dicit, causa mea. Enim.i. quia qui natus est ex te, & dignus te.s. patre, est mihi loco fratris: frater autẽ dicitur fere alter quasi inter se coniunctiores sint fratres, q̃ pater & filius. (Frater) Pergæ quæ est ciuitas Pampiliç.

*P.V.C. SED πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν. Non sunt hæc Græca uerba à Lentulo ipso composita, sed sumpta è Tragœdia: priscis autem temporibus illa propter sententiæ grauitatem ualde celebrabantur, nam à Plutarcho etiam in commentario, quo præcepta dat ad Rempu. administrandam utilia recitantur: ὦ γὰρ εὐγενὴς καὶ φρονήματος μεγάλου ἀναφωνῆσαι, φιλῶ τέκν' ἀλλὰ πατρίδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ, πῶς δὲ &c. Nec tamen autor eorum adducitur. Ego sane uersiculos ipsos in his, quæ conseruatæ sunt, Tragœdiis me legisse non memini. Huiusmodi sane multas grandes, generosasque sententias pronunciari facit Euripides à Praxithea Erechthei uxore, quæ libens, uolensque filiã suam pro salute Athenarum morti obtulit. Cum autem Tragœdia ipsa, in qua erant, perierit, leguntur apud Lycurgum acerbum illum accusatorem in oratione quam scripsit contra Leocratem, quamuis in uersiculis ipsis, qui plurimi sunt Praxithea ostendat, se unam tantum filiam ad supplicium tradere, Cicero autem in prima quæstione Tusculana, & in oratione quoque pro P. Sestio narrat plures Erechthei regis filias cupide mortem pro uita ciuium oppetisse.

HUBER. SCelere. eodem argumento scribit Len. hanc epistolam publice quo superiorẽ ad Ci. nisi quod cum Dolabella inuasisset Asiam eamque uastasset, & uectigalia Pop. Rom. corripuisset, & ciues Ro. spoliasset, & uẽdidisset & celerius decessisset ex Asia præsidium in eam adduci potuisset, dicit Lentu. non putasse sibi expectandum præsidium mittendum à Bruto ex Marcedonia. Itaque reuersurum esse ad officium suum perficiendumque & cognoscẽdum qui fuissent illi perfidi, qui pecuniam tradidissent Dolabellæ, quam ipse Lentulus apud eos deposuerat, itaque rogat ut isti qui tradiderunt eam pecuniam puniantur, ut facilius possit reliqua uectigalia exigere, & prouinciam ab iniuria tueri. Postremo se intellexisse ex quibusdam militibus qui fugerant à Dolabella quamplurimos milites ab eo fugisse, cum expulsus & exclusus fuisset ab Antiochia, itaque sesperare eum celerius daturum pœnas quam putauerat.

P. Lent. Pub. Fi. Proquæstor. Po. Ro. Cons. Præt. Trib. Ple. Senatui Ple. Roma. S.P.D. Ep 15.15

Narratoria.

SI valetis, liberique. V.V.B.E.E.V. Scelere Dolabellæ oppressa Asia, in proximam prouinciam Macedoniam, præsidiaque reipu. quæ M. Brutus. V.C. tenebat, me contuli: & id egi, vt per quos celerrime posset, Asia prouincia, vectigalia in vestram potestatẽ redigerentur.

ASCEN. SI ualetis & c. Scribit eodem argumento fere hanc epistolam publice quo superiorem scripserat ad Ci. nisi ꝙ cum Dola. inuasisset Asiam eamque uastasset, & ciues Ro. spoliasset. & uenditis spoliis celerius decessisset ex Asia q̃ præsidium in eam odduci potuisset, dicit non putasse sibi præsidium mittendum à Bru. omnem autem diligentiam facere & fecisse ad inquirendum scelus Dolabellæ. Ordo est. (Ordo) Si ô patres conscripti & popule Romane ualetis & liberi uestri ualent bene est ego ualeo. Asia oppressa.s. cum Asia esset oppressa scelere Dolabellæ, contuli me & præsidia reipublicæ quæ Mar. Bru. uir clarus tenebat, in prouinciam proximam, uidelicet Macedoniam, & egi.i. effeci id ut Asia prouincia, & uectigalia.s. Asiæ, redigerentur in potestatem uestram sup. per eos per quos possent redigi, celerrime.

Quod cum pertimuisset Dolabella, vastata prouincia, correptis vectigalibus, præcipue ciuibus R. omnibus crudelissime denudatis ac diuẽditis, celeriusque Asia excessisset, quám eo præsidium adduci potuisset: diutius morari aut expectare præsidium non necesse habui: & quamprimũ ad meum officium reuertendum mihi esse existimaui. ut & reliqua vectigalia exigerem, & quam deposui pecuniam, colligerem: quicquid ex ea correptum esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscerem quamprimum, & vos de omni re facerem certiores. Interim cum per insulas in Asiam nauiganti mihi nũtiatum esset classem Dolabellæ in Lycia esse, Rhodiosque naueis complureis instructas & paratas in aqua habere, cum his nauibus quas aut mecum adduxeram, aut comparauerat Patiscus Proquæstor homo mihi cum familiaritate, tum etiam sensibus in repu. coniunctissimus, Rhodum reuerti confisus autoritate vestra, S.que C. quo hostem Dolabellam iudicaratis, fœdere quoque quod cum his M. Marcello, Seruio Sulpitio COSS. renouatum erat, quo iurauerant Rhodii eosdem hosteis se habituros quos S.P.Q.R. Quæ res nos vehementer fefellit. tantum enim abfuit vt illorum præsidio nostram firmaremus classẽ, vt etiam à Rhodiis vrbe, portu, statione quæ extra vrbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites: nos vix ipsi singulis cum nauigiolis reciperemur. Quam indignitatem diminutionemque maiestatis non solum iuris nostri, sed eciam imperii populique

HVBER. CORREPTIS. sublatis. Morari. (Morari) differri reuerti ad exigenda uectigalia. Id accidisset, ut esset correpta. Interim. narrat quæ etiam in superiori epistola narrauit, conqueriturque de perfidia & improbitate Rhodiorum. Sensibus. uoluntate sententia. Cũ iis. Rhodiis. Quos. S.P.Q. Ro. s. haberet hostes. Abfuit. defuit. Statione. habitatione: est enim statio locus commorandi non perpetuo, sed ad tempus. (Statio) Cõmeatus. alimentis cibariis. (Cõmeat⁹) Nos ipsi. ego qui essem magistratus Pop. Roma. Ipsi. habet emphasim. Nauigiolis. paruis nauibus. Indignitatem. opprobrium, dedecus. Iuris nr̃i.i. officii & dignitatis quæsturæ nr̃æ. Interceptis exceptis tabellariis Dola. Nulla minor erat duum millium amphorarum.i. nulla erat quæ ad minus non contineret & caperet duo millia amphorarum: magnitudo enim nauium solet maxime à numero amphorarum designari: est autem amphora genus uasis uinarii, non autem frumentarii: (Amphora) duum uero syncopatur tantummodo in neutro genere. (Duum) Contractas. collectas. Eius. Dola. Obsideri.s. cognoueramus. Percitus. commotus. Ad illorum uoluntatem cum ipsi uoluerunt. Egi, dixi. Instaret. immineret. Latro. Dola. Ordinum omnium. magistratuum Romanorum. Propense. uehementer inclinate & cum animi affectione. (Propense) Patientiam senatus manere.i. ꝙ senatus posset adhuc pati Dola. & Ant. perfidiã, nec quisquam auderet ipsum Dola. cons. Ro. hostem iudicare. Improbi fingebant.s. ꝙ nos ex nostra uoluntate non ex senatusconsulto persequeremur ipsum Dolabel. Quam quæ uere facta erant. ꝙ senatusconsulto essent iudicati hostes Ant. & Dola.

ASCEN. QVOD cum Dolabella timuisset.s. me facturum. prouincia uastata, uectigalibus.i. pensionibus publicis correptis.i. simul raptis, omnibus ciuibus præcipue Romanis denudatis ac diuẽditis crudelissime, q; pro &, excessisset Asia celerius q̃ prçsidium potuisset adduci. eo non habui necesse morari aut expectare prçsidium diutius, & existimaui.i. iudicaui, reuertendum esse mihi ad officium meum, quamprimum .i. ualde cito, ut &.i. simul exigerem pecuniam quam deposueram, & sup. ut cognoscerem quicquid esset correptũ ex ea.s. pecunia deposita, aut quorum culpa id accidisset, & ut facerem uos certiores quamprimum.i. ualde cito, de omni re. Interim cum nuntiatum esset, mihi nauiganti in Asiam, classem Dola. esse in Lycia, & Rhodios habere naues complures instructas & paratas in aqua.i. super aquã, reuerti Rhodum cum his nauibus quas aut adduxeram mecum, aut Patiscus proquçstor homo coniunctissimus mihi cum.s. ita sit ꝙ familiaritate, Tum etiam sensib⁹ .i. consensu in repu. comparauerat.i. adquisiuerat, reuerti inquam Rhodum, cõsisus authoritate uestra, & senatucõsulto, quo iudicaratis Dolabellam hostem, confisus quoque fœdere quod renouatum erat Mar

co

co Marcello & Seruio Sulpitio,cũ iis.ſ.Rhodiis,quo
.ſ.fœdere Rhodii iurauerãt ſe habituros eoſdem ho
ſtes quos ſenatus Populusq; Romanus. Quæ res fe
fellit nos uehementer.Tantum enim abfuit ut firma
remus claſſem noſtram præſidio eorum,ut etiam mi
lites noſtri prohiberẽtur â Rhodiis urbe.i.ingreſſu
urbis,portu ſcilicet diuturno, ſtatione.i.loco ubi ad
tẽs poſſent ſtare in nauibus,commeãtu.i.uictualibus
deniq; aqua.ſ.dulci,aut omni cõmunione,& noſipſi
ſcilicet duces,uix reciperemur cum ſingulis nauigio
lis.i.paruis nauigiis.Quam indignitatẽ dimi.i.dimi
nutionem maieſtatis non ſolum iuris noſtri, ſed etiã
imperii & Pop.Roma.nos tulimus.i.tolerauimus id
circo ꝙ cognoramus pro cognoueramus, literis in
terceptis.i.per literas â Dolabella miſſas interceptas
â noſtris,Dolabellam ſi deſperaſſet de Syria & Aegy
pto.ſ.retinendis,quod erat neceſſe fieri,quia poten
tior erat in Syria Caſſius,paratũ eſſe conſcendere in
naues cum omnibus latronibus ſuis, atq; omni pe
cunia.ſ.ſurrepta,& petere Italiam.Et cognoueramus
idcirco etiam naues onerarias,quarum nulla erat mi
nor duum millium amphorarum,id eſt quæ non ca
peret bis mille amphoras contractas, id eſt in unum
locum tractas,obſideri in Lycia claſſe eius, ô patres
conſcripti ego percitus timore huius rei,ne.ſ.in Ita
lia traiceret.malui perpeti iniurias,& experiri prius
omnia,etiam cum contumelia noſtra.Itaque ego in
troductus ad uoluntatem eorum ſcilicet Rhodiorũ
in urbem ſcilicet Rhodum,& in ſenatum eorum,egi
q̃ potui diligẽtiſſime cauſam reip. & expoſui omne
periculũ quod inſtaret,ſi ille ſcilicet latro Dolabel
la conſcendiſſet naues cum ſuis. Autem.i.ſed,ego a
nim aduerti Rhodios in tanta prauitate.i.peruerſita
te,ut putarent omnes,ſcilicet alios eſſe firmiores,ſci
licet in defendenda cauſa ſua q̃ bonos id eſt reipub.
fautores,ut non crederent hanc concordiam & con
ſpirationem omnium ordinum eſſe factam propen
ſe id eſt affectanter,& ex inclinatiõe animi,ad defen
dendam libertatem,ut confiderent patientiam tole
rantiam ſenatus & optimi cuiuſque,id eſt omnis bo
ni manere etiam nunc id eſt in eum uſque diem,nec
quenquam potuiſſe audere iudicare Dolabellam ho
ſtem. Denique animaduerti Rhodios tanta praui
tate,ut exiſtimarent omnia quæ improbi fingebant
ſupple eſſe magis uera,q̃ quæ erant uere facta, & quæ
dicebantur â nobis.

HVBER. ¶QVA mente.ſubandi fuerunt Rhodi.q.d.perfidiſ
ſima etiam ante noſtrum aduentum, & hic eſt uerus
ſenſus:quidam autem hunc locum falſa quadam in
terpretatione ita peruerterant, ut ne ſi quidem ipſi
intelligerent. Binæ legationes. probatio, ꝙ peſſima
mente eſſent, quia contra leges ſuas miſerant duas
legationes ad Dolabellam poſtquam Trebonius fue
rat interfectus iuſſu Dolabellæ,ut diximus,quem ex
eo debebãt cognoſcere eſſe hoſtem Pop.Ro.Nouo.
inuſitato. Hæc.quæ ab his facta diximus. Siue ti
more. dicit cauſas quare illi ea feciſſent, ſcilicet aut
timore aut furore:ipſi autẽ dicebant ſe feciſſe timo
re,propter agros quos in continenti habebant, ne à
Incõtineti Dolabella uaſtarentur. Incontinenti.in terra firma,
cui cõtrarium & fere correlatiuum eſt inſula. Viros
clariſſimos.patrem meum & Pompeium & L.Lentu
lum, de quibus ſupra dictum eſt. Et nunc maximos
magiſtratus gerentes.i.nos & proconſules Romanos
contumelia affecerant. Ille parricida.Dolabella. Ip
ſi magiſtratus. Rhodiorum. Veniebant in ſuſpicio
nem.erant ſuſpecti. Demorati eſſe.i.tenuiſſe nos in
mora. Res.effectus. Inquibus.oneratiis nauibus.
Colligendis.congregandis. Dominis ipſarum na

mani,idcirco tulimus, quod interceptis
literis cognoramus Dolabellam,ſi deſpe
raſſet de Syria,Aegyptoque (quod neceſ
ſe erat fieri) in naueis cum omnibus ſuis
latronibus atque omni pecunia conſcen
dere eſſe paratum, Italiamque petere.Id
circo etiam naues onerarias,quarum mi
nor nulla erat duum millium amphorum
contractas in Lycia â claſſe eius obſideri.
Huius rei timore,P.C.percitus, iniurias
perpeti, & cum contumelia etiam noſtra
omnia prius experiri malui.Itaque ad il
lorum volũtatem introductus in vrbem,
& in Senatum eorum,quam diligentiſsi
me potui cauſam reipub.egi: periculum
que omne,quod inſtaret, ſi ille latro cum
ſuis omnibus naueis conſcendiſſet,expo
ſui.Rhodios autem tanta in prauitate ani
maduerti, vt omneis firmiores putarent,
quàm bonos:vt hanc concordiam & con
ſpirationem omnium ordinum ad defen
dendam libertatem,propenſe non crede
rent eſſe factam:vt patientiam Senatus,&
optimi cuiuſque manere etiam nunc con
fiderent, nec potuiſſe audere quenquam
Dolabellam hoſtem iudicare:vt denique
omnia,quæ improbi fingebant, magis ve
ra exiſtimarẽt,quàm quæ vere facta erãt,
& â nobis docebantur.QVA mente etiã
ante noſtrum aduentum, poſt Trebonii
indigniſsimam cædem, cæteraque tot,
tamque nefaria facinora, binæ profectæ
erant ad Dolabellam legationes eorum,
& quidem nouo exemplo,cõtra leges ip
ſorum, prohibentibus iis qui tum magi
ſtratus gerebant.Hæc ſiue timore(vt dicti
tant)de agris quos in continenti habent,
ſiue furore,ſiue potentia paucorum,qui &
antea pari contumelia viros clariſſimos
affecerant,& nunc maximos magiſtratus
gerentes,nullo exemplo, neque veſtra ex
parte,neque noſtro præſentiũ, neque im
minenti Italiæ,vbique noſtræ periculo,
ſi ille parricida cum ſuis latronibus,naui
bus ex Aſia Syriaque expulſus Italiam pe
tiiſſet,mederi cum facile poſſent, nolue
runt. Nonnullis etiam ipſi magiſtratus
veniebãt in ſuſpitionem,detinuiſſe nos,
& demorati eſſe, dum claſſis Dolabellæ

certior

certior fieret de aduentu noſtro. Quam
ſuſpitionem conſecutæ res aliquot auxe
runt:maxime quòd ſubito ex Lycia Sext.
Marius & C. Titius legati Dolabellæ á
claſſe diſceſſerunt,nauique longa profu
gerunt,onerariis relictis,in qbus colligẽ
dis nõ minimũ tpis laboriſque conſũpſe
runt. Itaque cum âRhodo cum quas ha
bueramus, nauibus in Lyciam veniſſe-
mus,naueis onerarias recepimus, domi
nisque reſtituimus: idemque, quod maxi
me verebamur, ne poſſet Dolabella cum
ſuis latronibus in Italiam venire, timere
deſiimus:claſſem fugientem perſecuti ſu
mus uſque Sidam, quæ extrema regio eſt
prouinciæ meæ.Ibi cognoui partem na
uium Dolabellæ diffugiſſe, reliquas Syri
am Cyprumque petiiſſe. Quibus diſſe-
ctis,cum ſcirem C.Caſſii ſingularis ciuis
& ducis claſſem maximam fore præſto,
in Syriam ad meum officium reuerti: da
boque operam vt meum ſtudium, dili
gentiam vobis P.C.reique pub.præſtem:
pecuniamque quam maximam potero,&
quam celerrime cogam, omnibuſq; ratio
nibus ad vos mittam.Si percurrero pro
uinciam,& cognouero qui nobis & reip.
fidem præſtiterunt in conſeruanda pecu
nia â me depoſita, quiq; ſcelere vltro de
ferentes pecuniam publicam, hoc mune
re ſocietatem facinorum cum Dolabella
inierunt, faciam vos certiores. De qui
bus,ſi vobis videbitur, ſi vt meriti ſunt
grauiter conſtitueritis,nosque veſtra au
toritate firmaueritis: facilius & reliqua
exigere vectigalia,& ex acta ſeruare pote
rimus. Interea quo commodius vectiga
lia tueri,prouinciáq; ab iniuria defẽdere
poſſim,præſidiũ neceſſariũ volũtariumq;

uium.i.mercatoribus,quorum erant. Deſiuimus.o
miſimus. quia uidemus non eſſe opus timere rece
ptis nauibus oneratiis, quas ille habuerat. Sydam.
quæ urbs eſt Lyciæ portum habens.ut alibi ſupra di
ximus. Diſſectis. diſſipatis,diſperſis. Præſtiterunt.
ſeruauerunt noluerunt eam dare Dolabel. Scelere.
perfidia. Deferentes.ipſi Dola. Inierunt ſocietatem.
comunicti ſunt cum ſcelerato Dola.oblatione pecu
niæ publicę.De qui.quã detulerãt pecuniã Dola.Cõ
ſtituerit is,iudicaueritis.Firmaueritis.firmioremred
ideritis approbando quæfecerim. Exacta.ne amit
tant ſicut amiſſæ ſunt reliquæ. Voluntariũ.pr̃optũ.
¶QVA mente.i.affectione & uoluntate,binæ lega- ASCEN.
tiones eorũ profectæerant ad Dolabellã etiam ante
aduentum noſtrum,poſt indigniſſimam cædem Tre
bonii & cætera tot & tam nefanda facinora,& quidẽ
.i.certe legationes erant profectæ nouo.i.inſolito ex
emplo,quia contra leges ipſorũ prohibentibus iis q̃
gerebant tum.i.tũc magiſtratus.ſ.Rhodios. Hæc ſup.
fecerunt, ſiue timore ut dicant de agris.i. propter
agros,quos habent incontinenti.i.terra partim mari
ſepta,partim ſe cum alia terra tenenti, timebant au
tem ne uaſtarentur â Dolabella,ſiue furore, quo cor
repti neſciunt quid faciant,ſiue impotentia.i.ſuper
bia & inſolentia paucorum: dicuntur autem impotẽ
tes qui irę & animo ſuo moderari nequeunt,qui af
fecerant antea pari contumelia qua.ſ.nunc nos affi
ciunt,uiros clariſsimos.ſ.patrem Lentuli, Pompeiũ
& Lucium Lentulũ,& nũc ſup.afficiunt gerentes ma
ximos magiſtratus,uidelicet nos proconſules Roma
nos nullo exemplo ſũpto.ſ.ab aliis, neque ex parte
ueſtra,qui abeſtis,neq; noſtra.ſ.ex parte præſentium
.i.qui præſentes ſumus Neq; uoluerunt cum poſſẽt
facile mederi.i.remedium facere, periculo imminẽti
Italiæ & urbi noſtræ,ſi ille parricida.ſ. Dolabella ex
pulſus ex Aſia & Syria,petiiſſet nauibus cum ſuis la
tronibus Italiam. Ipſi etiam magiſtratus.ſ. Rhodii
qui uidebantur in aliis fauere nobis,ueniebãt nõnul
lis ſuſpitionẽ detinuiſſe nos & eſſe demorati nos.i.
donec claſſis Dolabellæ fieret certior de aduentu no
ſtro. Quam ſuſpitionem res aliquot cõſecutæ.i.quæ
ſecutæ ſunt, auxerunt maxime ꝙ Sextus Martius &
Caius Titius, legati Dolabellæ,diſceſſerunt ſubito
ex Lycia â Claſſe,& profugerunt naui longa, onera
riis.ſ.nauibus relictis in quibus.ſ.nauibus onerariis
colligendis ipſi conſumpſerunt.ſ.prius, non mini
mũ imo plurimũ temporis & laboris. Itaq; cum ue
niſſemus â Rhodo in Lyciam,cũ iis nauib9 quas ha
bueramus,nos recepimus naues onerarias quia dere
lictas,& reſtituimus dominis â quibus illas abſtule
rãt. Itemq;.i.ſimiliter nõ deſiimus timere quod uere
bamur maxime.ſ.priuſquam onerarias recepiſſemus
ne Dolabella poſſet uenire in Italiam cum latronib9
ſuis,nos perſecuti ſumus claſſem.ſ.Dolabellæ,fugien
tem uſq; in Sydam quæ regio eſt Lyciæ.ſ.extra mare
& prouinciæ meæ.Ibi cognoui partẽ nauiũ Dolabel
læ diffugiſſe,reliquas petiſſe.ſ.conſilio,Syriam & Ae
gyptum. Quibus diſiectis cum ſcirem claſſem Caii Caſſii ſingularis ciuis & ducis,maximam fore præſto.i.
paratam ſup.proficiſcendi in Syriam,reuerti.i.redii ad officium meum.ſ.tutandæ prouinciæ. Et dabo ope-
ram ô.P.C.i.patres conſcripti ut præſtem ſtudium meum ſup.& diligentiam uobis & reip.& cogam.i.congre
gabo,pecuniã quam potero maximam & q̃ celerrime ſup.potero,aut & ualde celeriter.& mittam ad uos om
nibus rationibus.i.uiis & mediis.Si percurrero prouinciam,& cognouero,qui præſtiterunt fidem uobis, &
reipu.in conſeruanda pecunia depoſita â me,quiq;.i.& qui deferentes.ſ.ad Dolabellam ultro ſcelere.i.per ſce
lus pecuniam publicam.i.reip.inierunt.i.contraxerunt ſocietatem.i.participationem facinorum, cum Do-
labella hoc munere.i.dono pecuniæ publicæ. De quibus ſi uidebatur nobis.ſ.utile, ſi conſtitueritis.i.iudica
ueritis animaduertendum,grauiter.i.acerbe ut meriti ſunt,& firmaueritis.i.corroboraueritis nos authorita
te ueſtra,nos poterimus facilius,&.i.ſimul,exigere uectigalia reliqua.i.nondum recepta & poterimus ſeruare
exacta.ne.ſ.alteri dentur q̃ â repu.miſſo. Ego comparaui.i.accumulaui. præſidium neceſſarium, quia ſacra-

mento

Universidad de Deusto Biblioteca

mento aſtrictum aut ſtipendio obnoxium,& uoluntarium.i.eos qui ſponte obtulerunt,quo poſſumus commodius tueri.i.conſeruare interea uectigalia.ſ.publica,& defendere prouinciam iniuria.

HVBER. ☞HIS literis.cum iam eſſet clauſurus epiſtolam adiunxit hanc particulam,de his quæ à quibuſdam militibus Dolabel.intellexerat. Pamphyliam. regionē uicinam Syriæ. Relictis ægris.labore confectis & uulneratis. Diſceſſiſſe.i.renuntiauerunt. Illi urbi. Antiochiæ. Dicebant.i.illi milites.xxx,qui fugerant à Dolabel. in Pamphyliam. Iter quatridui.i.tantum quantum quatuor diebus poſſet ire. Celerius opinione.citius quâm putábamus de Antiochia Laodicea,Syda,Amano, & cæteris his locis diximus plene. libro tertio.

ASCEN. ☞HIS literis ſcriptis.i.poſtq̃ literæ erant ſcriptæ,ſed nondum ſignatæ,milites circiter triginta quos Dolabella ex Aſia conſcripſerat,fugiētes è Syria, uenerūt in Pamphyliam. Hi ſcilicet milites nūtiauerunt Dolabellam ueniſſe Antiochiam , quæ.ſ.urbs eſt in Syria.non receptum.ſ.in eā urbē,conatum eſſe aliquoties introire ui.i.per uim ac uiolentiam,& ſup.repulſum eſſe ſemꝑ cū magno detrimēto.i.dāno ac denūtiatiōe ſua,hoc eſt ſuarū copiarū, quia ſemꝑ multos è ſuis amiſit.Itaq; ſup.nuntiarunt eum hoc eſt Dola. amiſſis.ſ.militibus circiter centum,& ægris.ſ.aliis relictis,profugiſſe noctu Antiochia uerſus Laodiceā. Et ſup.nuntiauerūt fere oēs milites Aſiaticos diſceſſiſſe ab ea nocte.ſ.qua aufugit, & octingentos ex his .ſ.Aſiaticis rediiſſe Antiochiam & tradidiſſe ſe ſup. iis qui relicti à Caſſio , præerāt illi urbi.ſ.Antiochiæ aut tradidiſſe ſe Caſsio,qui relicti &c.ſed id minꝰ placet: non enim uero ſimile eſt tranſfugis urbē relictā eſſe. Et ſup.nuntiauerunt,cæteros.ſ.Dolabellæ milites deſcendiſſe in Ciliciam per Amanum.ſ.montem intermedium,ex quo numero.ſ.cæterorum dicebāt ſe quoq; eſſe. Autem.i.ſed,nuntiatum eſt.ſ.ab aliis. Caſſiū abfuiſſe iter.i.per ſpatium itineris,quatridui .i.quod quatuor diebus fieri ſolet,à Laodicea.ſ.urbe cum omnibus copiis ſuis, ſup.tunc cū Dolabella tēderet eo.i.ad eam urbem. Quamobrem ego confido latronem ſceleratiſſimum.ſ.Dolabellam, daturū pœnas.ſ.ſcelerum ſuorum,celerius opinione.i.quam opinari poteſt.Datum ſup. aut ſcriptum Pergæ,quarto nonas Iunii.

HVBER. ATHenas.Cum occiſo Cæſ.eius percuſſores in uarias prouincias quæ ex ſenatuſconſulto ei decretæ fuerant proficiſcerentur. Trebonius Aſiam petens cum iter per Athenas faceret,ubi M.Cic. Ci. filius ſub Cratippo philoſophorū eius ætatis principe philoſophiæ operam dabat, ſcribit ad Ciceronē, ſe uidiſſe eius filium quem ſummopere laudat,ꝙ & optimis ſtudiis deditus eſſet,ut eū omnes ualdè modeſtum prædicarent,qua de re ei gratulatur. Deinde dicit,ꝙ cum quibuſdam coniecturis intellexiſſet eū cupidum uiſendi Aſiam, inuitauit eum , & hortatus eſt ut faceret:interea dum ipſe Trebonius ei prouinciæ præeſſet,ſe enim habiturum eum loco filii curaturumque,ut & Cratippus unà iret.ne interea tempus amitteret. Deinde dicit ſe audiſſe quædam turbulenta fuiſſe in urbe,quæ falſa eſſe cupit.Poſtremo dicit ſe quibuſdam uerſiculis inſcriptis ad Cice.inuectum eſſe in Cæ.imitatione Luculli ſatyrici poetę, cum ipſe habeat multo iuſtiorem cauſam inuehendi libere in Cæſarem oppreſſorem propriæ patriæ quā ille in quoſdam ciues aliquo ſcelere pollutos,rogatque ut eum inſerat ſermonibus ſuis & ſcriptis , ſicut ei pollicitus eſt. Quod.quam rem,ſcilicet uidere filium tuum deditum optimis ſtudiis.Summa fama.ꝓ ſummæ famæ,ablatiuus ꝓ genitiuo.i.de quo omnes

comparaui. His literis ſcriptis , milites circiter X X X, quos Dolabella ex Aſia conſcripſerat, è Syria fugientes in Pamphyliam uenerunt.hi nnntiauerunt Dolabellam Antiocheam , quæ in Syria eſt, ueniſſe: non receptum, conatum eſſe aliquoties vi introire,repulſum ſemper eſſe cum magno ſuo detrimento.Itaque centum circiter amiſſis,ægris relictis, noctu Antiochea profugiſſe Laodiceam verſus.Ea nocte omneis fere Aſiaticos milites ab eo diſceſſiſſe : ex his ad octingentos Antiocheam rediiſſe, & ſe iis tradidiſſe qui à Caſſio relicti , urbi illi præerant : cæteros per Amanum in Ciliciam deſcendiſſe : quo ex numero ſe quoque eſſe dicebant: Caſſium autem cum ſuis omnibus copiis nuntiatum eſſe quatridui iter Laodicea abfuiſſe tum, cum Dolabella eo tenderet.Quamobrem opinione celerins confido ſceleratiſſimum latronem pœnas daturum. Quarto Nonas Iunias Pergæ. Vale.

C. Trebonius. M.T.C.
S. P. D.

SI vales bene eſt:ego quidem valeo.Athenas veni ad XI. Cal.Iun. atque ibi quod maxime optabam,vidi filiū tuū deditum optimis ſtudiis, ſummaq́ꝫ modeſtiæ fama. Qua ex re quantam voluptatē ceperim,ſcire potes etiam me tacente.non enim neſcis quanti te faciam,& quàm pro noſtro veterrimo, veriſſimoque amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tanto bono gaudeam. Noli putare, mi Cicero,me hoc auribus tuis dare. nihil adoleſcente tuo , atque adeo noſtro(nihil enim mihi à te poteſt eſſe ſeiunctum)aut amabilius omnibus iis,qui Athenis ſunt, eſt : aut ſtudioſius earum artium quas tu maxime amas,hoc eſt optimarum.Itaque tibi, quod vere facere poſſum, libenter

quoq;

quoque gratulor,nec minus etiam nobis: quòd eum , quem neceſſe erat diligere, qualiſcunque eſſet , talem habemus vt libenter quoqꝫ diligamus . Qui cum mihi

optime loquuntur eſſe modeſtiſſimum, duo autem dixit in eo fuiſſe, quæ maxime probantur in adoleſcente,ſtudium bonarum artium & modeſtiam. Nō modo.pro nedum. Dare auribus tuis.demulcere aures tuas:tibi aſſentiri. Atque adeo noſtro. quaſi quædam correctio. Nihil.ratio quare dixerit noſtro. Seiunctum.ſeparatum,ꝙ non ſit utriuſque,nam amicorum omnia communia.Neceſſe.quia cum te diligam neceſſe erat res tuas qualeſcunque diligere.

ASCEN. SI uales &c.Trebonius poſt cædem Cæſaris ex decreto Aſiam petens uidit Athenis Ciceronem Ciceronis filiū philoſophantem ſub Cratippo,ut in principio officiorum meminit Cicero,Eum ergo ſibi uiſum laudat,dicitque inuitaſſe ad Aſiam ſecum uiſendam,tum dicit ſe audiſſe turbulenta ad urbem,ſeq; inuectum in Cæſarem.Ordo eſt.Si uales, bene eſt,ego ueni Athenas ad undecimum Calen.Iunii,atque quod optabam maxime,uidi ibi filium tuum.ſ.Marcum Ciceronem,deditū optimis ſtudiis,& ſummam famam modeſtiæ.i.moderatæ uitæ. Qua ex re tu potes ſcire,etiam me tacente,quantam uoluptatem ceperim. Non enim neſcis,id eſt quia bene ſcis,quanti faciam,id eſt æſtimem te.& q̃,id eſt quātum,gaudeam pro noſtro ueterrimo & ueriſſimo amore.i.propter uetuſtiſſimum & ueriſſimum amorem noſtrum. Quod nunc dicitur uetus olim dicebatur ueter. quocirca in ablatiuo proprie tantum facit uetere,& in plurali uetera, unde etiā ſuperlatiuum ueterrimus,omnibus commodis tuis etiam minimis non modo.i.ne dum tanto bono quantū eſt habere filium talem.Vbi notandum nos etiam alienis gaudere bonis præſertim dum ea noſtra cenſemus, ô Cicero noli putare me dare hoc auribus tuis.i.tibi blandiri dicendo quod libenter audias. Nihil eſt , aut amabilius omnibus iis qui ſunt Athenis,aut ſtudioſius earum artium quas amas maxime , hoc eſt optimarū adoleſcente tuo atque adeo.i.omnino noſtro.i.nobis communi. Nihil enim poteſt eſſe ſeiunctum.i.diuiſum mihi à te,quia amicorum omnia ſunt communia, itaque quod poſſum facere uere , gratulor quoque.i. etiam libenter tibi,uec etiam minus gratulor nobis.ſ.ambobus,ꝙ habemus eum.ſ.filium tuum quem neceſſe erat diligere qualiſcunque eſſet,habemus dico talemut diligamus quoque.i.etiam libenter.

in ſermone inieciſſet ſe velle Aſiam viſere,non modò inuitatus, ſed etiam rogatꝰ eſt à me,vt id potiſſimum nobis obtinētibus prouinciam faceret.Cui nos & charitate & amore tuū officium præſtaturos non debes dubitare.Illud quoque erit nobis curæ,vt Cratippus vna cum eo ſit , ne putes in Aſia feriatum illum ab iis ſtudiis, in quæ tua cohortatione incitatus , futurum . Nam illum paratum vt video, & ingreſſum pleno gradu , cohortari non intermittemus,quò in dies longius diſcendo exercendoque ſe,procedat. Vos quid ageretis in repu.cum has literas dabam, non ſciebam. Audiebam quædam turbulenta, quæ ſcilicet cupio eſſe falſa:vt aliquando otioſa libertate fruamur , quòd vel minime mihi adhuc contigit.Ego tamen nactus in nauigatione noſtra puſillū laxamenti, concinnaui tibi munuſculum ex inſtituto meo: & dictum , cum magno noſtro honore à te dictum,concluſi, & tibi infra ſubſcripſi.In quibus verſiculis ſi tibi quibuſdam verbis ἀχημονέστερος videbor: turpitúdo perſonæ eius , in quam liberius inuehimur , nos vindicabit . Ignoſces etiam iracundiæ noſtræ,quæ iuſta eſt in eiuſmodi & homines & ciues.Deinde qui magis hoc Lucilio licuerit aſſumere libertatis quàm nobis?cum etiam ſi odio

HVBER. ☞INIECISSET.latenter ſignificaſſet. In ſermone. inter loquendū. Nobis ob.i.dum ego p̄eſſem illi prouinciæ. Tuū. Paternum. Feriatum.ocioſum , nam ferias antiqui feſta uocabant. Ingreſſu.qui iam incepit. Pleno gradu.i.citato greſſu,tranſlatio ſumpta à uiatoribus uel ab equis. Procedat lon.progrediatur ulterius ad maiora. Turbulenta.credo intelligēdum de M.Ant.qui cum primum oſtendiſſet ſe defenſorem libertatis,poſtea cōcitauit populum contra interfectores, ut ſæpius ſupra diximus. Ocioſa. quieta, pacifica. Quod.ut fruamur ocioſa libertate. Laxamenti.recreationis.Concinnaui.compoſui,confeci,dicitur autem concinnare non â cano quia non poſſet geminare n,ſed à con & cino,quod erat potionis genus ex multis liquoribus confecta. Tibi.ad te ἀχημονέστερος.i.turpior , petulantior , nam τὸ ἀχημο.i. turpiter & inhoneſte ago ſignificat,alius codex habebat ἰκρίτο quod ſignificat ſiniſterior. Non uin.nos excuſabit & liberabit à reprehenſione. Et ci.qui cum debeant tueri libertatem patriæ eam opprimunt.Deinde.alia probatio licētiæ ſuæ loci ab exemplo. Qui. unde qua cauſa , ut Hor.Qui fit Mœcenas. In eos quos læſit.carmine ſuo ut Lupum & Mutiū & alios, ex primoribus urbis,de quo Perſius.Secuit Lucilliꝰ urbem te Lupe te Muti , & genuinum fregit in illis. fuit autem ex aruncis, qui & Auſonii dicuntur populi Italiæ , ut exponit Seruius ſuper illud Virgilii, Arūcęque manus , & primus ſcripſit Satyram apud Latinos,ut oſtēdit Hora.in ſermonibus & Iuue. Cur tamē hoc potius libeat decurrere campo , Per quem magnus equos arunca flexit alumnus. Incurreret, inueheretur,impetū faceret oratione ſua. Ferre.habere , nominando me & immiſcendo me eius conſilio. Rei.cædis Cæſaris,cuius fuerim inconſcius.

Feriatum

Concinnare

Lucillius

Arunci

Auſonii

ASCEN. ☞QVI cum inieciſſet mihi in ſermone.i.interloquendum dixiſſet ſe uelle uiſere Aſiam , non modo inuitatus,ſed etiam rogatus eſt à me ut faceret id potiſſimum nobis obtinentibus prouinciam.ſ. Aſiam. Cui non debes dubitare nos præſtaturos & charitate & amore officium tuum.i. paternum. Illud quoque erit nobis curæ,ut Cratippꝰ.ſ.præceptor eius ſit una.i.ſimul,cum eo,ne putes illum futurum feriatū .i. ocioſum in Aſia,ſ iis ſtudiis,in.i.ad quæ, incitatur cohortatione

Universidad de Deusto Biblioteca

cohortatione tua. Nam nos non intermittemus cohortari illum parâtum ut uideo,& ingreſſum.ſ.ad dicta ſtudia pleno greſſu.i.qui tam multum proceſſit aut profecit,quo.i.ut procedat indies longius, diſcêdo & exercendo ſe.Ego non ſciebam, quid uos egeritis in rempub.cum dabam has literas. Ego audiebam quædam turbulenta,quæ ſcilicet cupio eſſe falſa,ut fruâmur aliquando.i.tandem libertâte , ocioſa .i.ſine negocio belli , quod cõtigit mihi adhuc uel.i. etiam minime.Ego tamen nactus in nauigatione noſtra.i.dum eſſem in naui,puſillum.i.modicum.laxamenti.i.recreationis & relaxationis, concinnaui.i.cõpoſui tibi.i.ad honorem tuum , munuſculum.i.paruum mun⁹ literarum.ſ.ex inſtituto.i.more & ſtudio meo,& concluſi.i.in fine poſui,dictum.i.elegans uerbum,dictum.i.pronunciatum à te, cum magno honore noſtro,& ſubſcripſi.i.aſſenſum præbui tibi infra.i.ab inferiori parte,hoc eſt ſubſequenter. In quibus uerbis ſi uideor tibi ἀχημονίστερος.i.inuerecundior aut turpior.nam ἀχήμος dicit turpis.ἀχήμον.inuerecũdus aut turpis turpitudo perſonæ in quam inuehimur liberius.i.nimis libere , uindicabit nos.ſ.à reprehenſione digna.

par fuerit in eos quos læſit , tamen certe non magis dignos habuerit in quos tanta libertate verborum incurreret. Tu ſicut mihi pollicitus es,adiunges me quãprimũ ad tuos ſermones. Nanq; illud nõ dubito, quin , ſiquid de interitu Cæſaris ſcribas , nõ patiaris me minimam partẽ & rei & amoris tui ferre. Vale, & matrem meosque tibi commendatos habe. D.VIII.Calend.Iunias.Athenis.

Tu ignoſces etiam iracundiæ noſtræ quæ iuſta eſt in eiuſmodi & homines & ciues, deinde quid.i.cur , niſi ut legendũ qui licuerit magis Lucilio.ſ.Satyrico,aſſumere hoc libertatis ut aperte uitioſos taxet,cũ etiam ſi .i.quanuis fueris,per.i.qualis mihi ſup.odio in eos quos læſi, tamen certè non habuit magis dignos in quos incurreret tanta libertate uerborum,ſup.quam tu adiũges me. quamprimum.i.ualde cito ad ſermones tuos .i.ad ſcripta tua ſicut pollicitus eſt mihi. Namque ego non dubito illud,quin ſi quid ſcribas de interitu Cæſaris,non patiaris me ferre minimam partem,& rei.i.facti,uidelicet cædis Cæſaris,& amoris tui. Vale.& habe. matrem meos.ſ.domeſticos commendatos tibi.Data.& c.

HVBER. GRata eſt.Poſt uictum Pompeium cum Cæſar rerum potiretur, Cornificius uir doctiſſim⁹ & præcipue in poeticis clarus, Lybiæ præpoſitus fuit.cui etiam præfuit poſt mortem Cæ.ut quibuſdam epiſtolis infra uidebimus cum igitur ſcripſiſſet ad Cice.dicit Cice.ſibi gratum eſſe,quod ex eius literis cognouit eũ ſui memorem eſſe & ſe ab eo amari,rogat autem eum ut pergat. Deinde cum audiuiſſet quoſdã tumultus fuiſſe in Syria dicit ſe magis timuiſſe eius cauſa quadam ſua,oſtenditque ocium eſſe Romæ non ſatis honeſtum Cæſare omnia faciente, non ſolum pro libidine ſua,uerumetiam arbitrio eorũ quos habuit adiutores ſuę uictoriæ.Poſt ea monet eum ſeſe ſcripſiſſe librum de optimo genere dicendi,cui rogat ut faueat ex animo,polliceturque ſe daturum exemplum ipſius libri domeſticis Cornificii,ut illum tranſcribant, & ad eum mittant. Poſtremo declarat quam opinionem habeat de eius ingenio,ſtudiis optimis & dignitate . Memoria noſtri.quam de nobis habes. De conſtántia.qua perſeueres. Própria propinquióra , quia Syria uicinior eſt Lybiæ quàm Romæ, eum autem præfuiſſe Lybiæ oſtendit Appianus,& infra epiſtola quæ incipit. Anitius. Salubre.utile.i.ita ut melius eſſet habere aliquod honeſtum, & utile negociũ & laborem, quàm tale ocium quòd eſt contra dignitatem noſtram.Malis.pro malit aliquando ſecunda perſona pro tertia eleganter poſita , ut ſæpius diximus. Occaſionem. quia nihil aliud habeo quod curem . De optimo genere dicendi,quod opus inſcribitur ad Brutum elegantiſſimum & utiliſſimum ut titulus ipſe declarat. A non in.i.à me non indocto uitauit arrogantiam, & tum modeſte de ſe locutus eſt , ut neque doctum neque indoctum ſe diceret. Suffragare.faueas. Cauſa gratiæ.quia non ſit tibi gratus,neque placeat. Rẽ. opus ipſum. Quicquid.qualecunque ſit. Omnium mo.quia omnes ſolent ita facere,etiam ſi non dubitẽt de amicis ſuis.De ſpe ampliſſimæ digni.quod ſis futurus multo maior quàm es.

ASCEN. GRata & c. Cæſare rerum potito Cornificius uir in poetica clarus, Lybię p̃poſitus illi etiã poſt necem Cæſa.p̃fuit, qui cũ ſcripſiſſet ad

M.T.C.Cornificio Collegæ. S.D.

GRata mihi vehementer eſt memoria noſtri tua,quam ſignificaſti literis:quam vt cõſerues(non quo de tua conſtantia dubitem , ſed quia mos eſt ita rogãdi) rogo.Ex Syria nobis tumultuoſiora quædam nũtiata ſunt: quæ quia tibi ſunt propiora,quám nobis , tua me cauſa magis mouent,quàm mea . Romæ ſummum otium eſt, ſed ita , vt malis ſalubre aliquod & honeſtum negotium: quod ſpero fore, video id curæ eſſe Cæſari. Me ſcito,dum tu abſis, quaſi occaſionem quandam & licentiam nactum, ſcribere audacius: & cætera quidem fortaſſe, quæ etiam tu concéderes . ſed proxime ſcripſi de optimo genere dicẽdi, in quo ſæpe ſuſpicatus ſum te à iudicio noſtro, ſic ſcilicet,vt doctum hominem à non indocto,paululum diſſidere . Huic tu libro maxime velim ex animo:ſi minus,gratiæ cauſa , ſuffragere. Dicam tuis,vt eum, ſi velint,deſcribant, ad teq; mittant . Puto enim, etiam ſi rem minus probabis,tamẽ * in iſta ſolitudine quicquid à me profectum ſit,iucundum tibi fore.Quòd mihi exiſtimationem tuam, dignitatemque cõmendas, facis tu quidem omnium more: ſed velim ſic exiſtimes, me, cũ amori, quẽ inter nos mutuum eſſe intelligam, plurimũ tribuam,tum de ſummo ingenio,& de ſtudiis tuis optimis, & de ſpe ampliſsimæ dignitatis ita iudicare, vt neminem tibi anteponam,comparem paucos. Vale.

Cice.reſcribit Cice. ſibi gratum eſſe quòd ſui memorem noſcat,timuiſſe illi tumultũ ortum in Syria,ociũ honeſtum eſſe Romæ,ſeq; ſcripſiſſe de optimo genere dicendi,quod ut laudet eius ingenium,miratur.Ordo eſt.Memória tua noſtri.i.quam habes de nobis, eſt mihi grata uehementer,quam.ſ.memóriã ſignificaſti literis,quam rogo ut conſerues. Non ꝙ.i.quia dubitem de conſtãtia tua,ſed quia mos eſt rogandi ita. Quædã ſunt nuntiáta nobis ex Syria tumultuoſióra.ſ.quàm uelimus,aut aliquantulùm tumultuoſa,quæ quia ſunt propióra.i.uicinióra tibi,quàm nobis, mouent.i.timore afficiunt,me magis cauſa tua q̃ meá. Summum ócium eſt Romæ,ſed ita,ut malis.i.magis uelis áliquod negócium ſalúbre.ſ.pátriæ & honeſtum , quod ſpero fore.i.futúrum breui , quia uideo.i.conſidero id eſſe Cæſari.ſ. Iulio curæ. Scito me dum.i.intereà dum tu abſis.ſ.ab urbe quaſi nactum occaſiónem quandam & licentiã ſcribere audácius q̃.ſ.ſi adeſſes, unde innuit ſe eum uereri, docuerat enim Cornificius publicè literas , & ſunt qui eius putent ad Herénnium libros rhetoricorũ,qui Ciceróni aſcribuntur,& quidẽ fortaſſe,ſup. ſcribere audacius cætera,quæ etiam tu,ſi públicus cenſor,cõcéderes,ſed ſcripſi próximè de óptimo genere dicendi,in quo.ſ. ópere,ego ſuſpicat⁹ ſum ſæpe, te diſsidêre.i.diuerſum eſſe & diſſentire paululũ máximè.i.pręcipuè ex ánimo.i. uero iudício,ſi minùs.i.ſi non ſup.poſsis id fácere,cauſã gratiæ.i.beneuolentiæ tuæ in me. Ego dícam tuis.ſ.miniſtris & ſeruis,ut deſcribant.i.de meo ſcribant ſi uelim eum.ſ. librum,& mittant.ſ.eum ad te. Puto enim etiã ſi.i.quanquã minus.i.non ſatis probábis rem.i.opus ipſum tamẽ iucundũ fore tibi quicquid profectũ.i.ortum ſit à me,in iſta ſolicitúdine. Quod tu commendas mihi æſtimatiónẽ & dignitátem tuã,tu quidem facis ſup.id more ómnium.ſ.qui abſunt à pátria. Sed uelim ſup.ut æſtimes ſic,me cum.ſ. ita ſit ꝙ tribuam plurimũ amori, quem intélligam eſſe mútuum inter nos,tum.ſ.multò magis eſt,me iudicáre de ſummo ingénio.ſ.tuo, de optimis ſtudiis tuis & de ſpe amplíſsimæ dignitátis,ſcilicèt quam conſecutúrum ſperâmus , ita ut néminem anteponam tibi,& cómparem,id eſt comparandos & ſímiles quodam modo putem páucos. Vale.

*IN iſta ſolitudine. Ita iampridem caſtigauimus,in noſtriſque libris ſcribi iuſsimus,ſecuti Medicęi codicis, & aliorum manu ſcriptorum authoritatem,nec non rationem ipſam:nihil enim certius hac lectione,nihil clarius eſſe poteſt : &, hoc eſt cur in explicationibus noſtris eam ſilentio præteriimus : neque enim confirmatione egebat,quam tamen alii ſibi poſtea uendicarunt. *P.V.C.

M.T.C. Cornificio Colle.S.P.D.

QVod extremum fuit in ea epiſtola,quam à te proximè accepi, ad id primùm reſpondêbo. Animum aduerti enim hoc vos magnos oratóres fácere nõnunquam.Epiſtolas requiris meas: Ego autem nunq̃, cum mihi denunciatum eſſet à tuis, ire áliquem,nõ dedi.Quòd mihi videor ex tuis líteris intelligere , te nihil commiſſúrum eſſe témerè , nec ante quàm ſciſſes quo iſte neſcio qui Cælicius Baſſus erúmperet,quicquam certi conſtitutúrum: id ego & ſperárã prudéntia tua fretus: & vt conſiderem, fecérunt tuæ gratiſſimæ mihi líteræ.Idq; vt facias quam ſæpiſſime,vt & quid tu agas, & quid agátur ſcire poſsim , & etiam quid actúrus ſis,valde te rogo . Etſi periníquo patiêbar ánimo te à me dígredi: tamen eo témpore me cõſõlabar , ꝙ & in ſummum etiam ótium te ire arbitrâbar , & ab impendéntibus magnis negociis diſcédere. Vtrunq; cõtra áccidit. Iſtic enim bellum eſt exortum,hic pax cõſecúta:ſed tamẽ eiúſmodi pax,ĩ qua ſi adeſſes,multa te nõ delectárẽt,ea tamẽ,quæ ne

HVBER. QVOD extremum. Reſponſiua eſt hæc epiſtola,in qua primùm ſe excuſat Cice. apud Cornificium requirentem eius literas quòd nunquam permiſerit aliquem, quem ſciret ad eum iturũ , cui literas nõ déderit, Deinde dicit quòd ex eius prudéntia ſperárit eum factúrum. Póſtea uero quôd etiam in ſuperiori epiſtola fecit,damnat óciũ, quod erat in urbe Roma, quod ſit contra dignitátem, optatque ipſum Cornificium adeſſe quo cum rídere poſsit,quæ in urbe fiunt. Facere hoc.ut mutétis órdinem , & reſpõdeatis primũ iis,quæ erant extréma in epiſtola amici. Vos.aſſentatur ei . Fuit autem Cornificius & orátor & poéta , ut Ouid.memorat. Ego autem.Ordo eſt.Ego autẽ nunquam non dedi cum eſſet denunciatũ mihi à tuis áliquem ad te ire. Quod reſpondet ad áliam partem epiſtolę Cornificii,qua díxerat ſe fore cautum,nec quicquam temerè & inconſideratè factúrum,quod Cic.ſe ſemper ſperáre dicit , fretũ eius prudéntia. Quo erũ. quo euaderet , quorſum conátus ſuos dirigeret. Iſte neſcio qui,cum contemptu dixit. Cæcilius Baſſus.hic erat in Syria,ut ſuprà uiſum eſt,coniicimus autẽ eum áliquid conátum eſſe contra Cornificium. Et ſi.nunc damnat óciũ urbis. Digredi.diſcedere eo tempore cũ diſcedébas. Impendentibus.imminẽtibus,ut arbitrabar,iis qui remanſérunt in urbe.Contra.aliter atq; arbitrátus ſum. Iſtic.declárat quare utrunq; contra accíderit. Iſtic.in p̃uincia tua , quia Seſtius, qui Lybiæ, quæ noua dícitur profectus erat,Cornificium ex ueteri Lybia expellere conabatur, ut ſcribit Appianus lib. iiii.apud quem uide plura de his bellis.Ne ipſum quidem Cæſarem authorem huius pacis. Obdurui. aſſuefactus ſum,& ut ita dicã calum feci. T.Plancum.hunc intelligimus hiſtriónem egiſſe. Laberii & Publii . hi mimographi fuerũt, ut álio loco díximus de Labério, fuit autem eques Románus. Tam deeſſe mihi tam deſideràri à me. Docte.ſine ſcurrilitáte, ingenuis ſcomatibus. Is,qui cum rídeam.

Digredi

Obdurui

ASCEN. QVOD extremum &c. Excúsat se primo quòd Cornificius líteras à se non acceperit, cum nullum qui eas ferret prætermiserit, damnat ócium urbis ut quod putat contra dignitatem suam, mállet enim in rep. floreret. Optátque ipsum Cornificium adesse, qui cum rídere posit quæ in urbe fiant. Ordo est. Ego respondebo primũ ad id quod fuit extremum. i. ultimum. in ea epístola quam accépi proxime à te. Ego enim animaduerti uos magnos oratores, fácere hoc. i. respondere primum extremo loco dictis aut obiectis. Incipiens autẽ respõdere dicit. Tu requiris nonnunquam. i. interdũ epístolas meas, hoc est accúsas q̃ non scripserim ad te. Ego autẽ nunquam non dedi. i. semper dedi, cum denunciatũ esset mihi aliquẽ à tuis. i. tuorum ire. i. proficísci. s. à me ad te. Quod uideor intellígere ex líteris tuis, te nihil cõmissũrum. i. facturum esse temere. i. incõsiderate, nec constitutũrũ quicquam certi. i. firmi propósiti antequã scísses. i. sciuísses, quo. i. in quam partem. Iste nescio qui uulgárius dicerétur nescio quis, & ita innúitur contemnendus. Cæcilius Bassus erumperet. i. diu celatum ac tecum consílium suum, tandẽ ut reuelãret ego, &. i. simul, spérarẽ id. i. te ita factúrũ, fretus. i. confísus & adiútus prudẽtia tua, & líteræ tuæ gratíssimæ mihi fecerũt, ut confiderẽ. s. te id factúrum. Et ego rogo te ualdè ut fácias quàm sæpíssimè. i. frequentíssime, id, ut posim scire, &. i. simul, quod agas, & quid agatur. s. ab aliis, & etiam quid sis acturus. Et si. i. quanquam patiébar ánimo periniquo te digredi à me, tamen ego consolãbar eo tempore me, q̃ arbitrábar te ire & in súmmum ócium, & discédere magnis negociis impendentibus. i. imminentibus. Vtrunque áccidit contrà. s. opinionem meam. Bellum enim est exortum ístic. s. ubi tu es, & pax est consécuta hìc, sed tamen pax huiúsmodi, in qua si adésses, multa non delectarent te. Tamen. i. sed ea, quæ ne quidem. i. non saltem, delectant Cæsarẽ ipsum. s. caput rei. Bellorũ &c. probat assúmptum dicens. Enim. i. quia, hi. i. huiúsmodi sunt semper éxitus bellorũ ciuílium, ut non solùm ea quę uictor uelit fiant, sed etiam ut mos gerendus sit. i. ut obsequendum sit, iis, quibus adiutoribus uictória sit parta. i. adquísita. Equidem. i. ego quidem, obdúrui. i. in uidendis rebus inuísis sic ánimum obdúrui, ut uiderem iam ánimo æquíssimo ludos Cæsáris nostri. i. quos Cæsar uictor agendos curat, & ut uiderem. s. agentem. Titum Plancum. s. histrionem, aut audírem Titum Plancum. s. poetam & poemata Laberii & Publii, qui sunt mimographi. Et scito nihil tam deesse mihi quàm sup. áliquem, qui cum. i. cùm quo, ego rídeam hæc familiáriter & docte. i. ex iudício argúto. Tu eris is, scílicet qui cum ridébo, si uéneris quamprimùm, id est ualde cito, quod ut fácias ego arbitror interesse, id est in re esse, non solum mea sed etiam tua. Vale.

HVBER. LIbentíssimè. Cum Cæsar prefecísset Cornificium Syriæ, in eaque timerétur, aut certe iam esset bellum optat Cice. eam rem illi fœliciter euenire, postéa uero contra bellum Parthicum monet quomodò agere débeat, ostenditque se cupídum esse scire, quid egerit. Volo, cupio. Quod. ut tibi bene & fœliciter eueniat. Fretus. confísus. De suspitióne belli parthici. scripserat enim se suspicári Parthos motúros esse bellum. Cum idem &c. Illa gens. Parthorum. Dum. donec. Pares, æquales parthis. Vti consílio M. Bibuli. i. fácere sicut fecit Bib. Oppido, munitíssimo. Antiochia cum præfuísset Syriæ, ut uísum est lib. ii. In prouincia. in Syria, expulit autem eos Cásius, ut uísum est. Ex re, ut uidébitis rem indigére consílio. Constítues. consílium cápies. Vsque. semper assídue. Item fácias. ut des ad me líteras omnibus, quibus dare póteris.

Constituere Vsque ASCEN. IOLIBENTISSIME legi tuas líteras &c. Cum Cæsar præfecísset Cornificium Syriæ & in ea bellum timerétur, aut iam esset, optat Cic. eam rem illi fœliciter euenire, postéa uero contra bellum Parthicũ monet quomodo ágere débeat, ostenditque se cúpere scire quid ille hactenus egerit. Ordo est. Ego legi libentíssimè líteras tuas, in quibus fuit mihi iucundíssimũ quòd cognoui meas, scílicet líteras esse redditas tibi. Non enim dubitábam quin esses lecturus eas libenter, uerebar, id est formidabã ne redderentur scílicet tibi. Ego cognoui ex líteris tuis. Bellũ quod est in Syria & Syriã prouinciam esse tributam tibi à Cæsare. Ego uolo, id est opto eandem rem, scílicet belli & prouinciæ administratiónem euenire tibi bene & fœliciter. Quod cõfido fore, id est futurum ita, fretus, id est confísus & indústria & prudẽtia tua. Sed quod scribis de suspitióne belli Parthici, scílicet quod instáre scribis, commouit me sane. i. multum, quia sup. cum. s. ita sit, q̃ ipse. i. ipsum Cæsarem quidem delectant. Bellorum enim ciuílium hi semper éxitus sunt: ut nõ solum fiant quæ uelit victor, sed etiã ut his mos gerendus, sit quibus adiutoribus sit parta victória. Equidem sic iam obdúrui, ut ludis Cæsárisnostri animo æquíssimo vidérem T. Plancum, audírem Laberii & Publii poémata. Nihil mihi tam deesse scito quàm qui cum hæc familiáriter docteq̃ rideam. Is tu eris, si quamprimùm véneris. Quòd ut fácias, non mea solum, sed etiam tua interesse arbitror. Vale.

M.T.C. Cornificio. S.P.D. LIbentíssimè legi tuas líteras: in quibus iucúdíssimum mihi fuit, quòd cognoui meas tibi redditas esse. Non enim dubitábam quin eas lubenter lecturus esses: verebar ut redderentur. Bellum quod est in Syria, Syriámque prouinciam tibi tributã esse à Cæsare ex tuis líteris cognoui. eandem rem tibi volo bene & fœliciter euenire. Quod ita fore confído, fretus & indústria & prudéntia tua. Sed de Parthici belli suspitióe quod scribis, sane me commouit. Quantum copiarum haberes, cùm ipse conjectura cõsequi poteram, tum ex tuis líteris cognoui. Itaq̃ opto ne se illa gens moueat hoc tempore dum ad te legiones hæ perducantur, quas audio duci. Quòd si pares copias ad cõfligendum nõ habebis, nõ te fugiet vti cõsílio M. Bibuli, qui se oppido munitíssimo & copiosíssimo tandiu tenuit quandiu in prouincia Parthi fuerũt. Sed hæc melius ex re & ex tempore constítues. Mihi quidem vsq̃ curæ erit quid agas, dum quid egeris sciero. Literas ad te nunquam habui cui darem quin dederim. A te, vt idem fácias, peto. in primísque vt ita ad tuos scribas, vt me tuum sciant esse. Vale.

tandiu quandiu Parthi fuerunt in prouincia. Sed tu constítues hoc, id est quid de hoc sit faciendum melius ex re. i. ex dispositione negocii, & ex tempore. i. qualitáte tẽporis. Quidem. i. certe, quid agas erit mihi curæ usq;. s. illud tempus dum sciero quicquid egeris. Nunquam habui cui darem líteras ad te, quin dederim. Peto à te ut fácias idem, id est símile. Et sup. peto in primis ut scribas ad tuos ita, ut faciant me esse tuum. Vale.

M.T.C. Cornificio Colle. S.P.D. GRatæ mihi tuæ literæ, nisi quòd Sinuessánum diuersoriolum contempsísti. Quam quidem cõtumeliam vlla pusilla iniquo ánimo feret, nisi in Cumano & Pompeiano reddideris πάντα περὶ πάντων. Sic igitur fácies, mẽque amabis, & scripto aliquo lacesses. Ego enì respondere facilius possum, quàm prouocare. Quòd si, vt es, cessabis, lacessam: nec tua ignauia etiam inertiam afferet. Plura otiosus. Hæc cum essem in senatu exaraui. Vale.

GRATAE. Cum proficísceretur Cornificius per Campaniã noluit diuértere in Sinuessanũ uillam Cic. quare Cic. iocans dicit uillam suã paruam non passuram hanc iniúriam, nisi recompensauerint omnia in Cumano & Pompeiano. Postremo rogat Cornificiũ, ut se líteris lacessat, se enim facílius posse respondere quàm prouocare propter occupationes, sed si fuerit ignauus inscribendo, se ultro eum prouocaturum, ne & ipse iners fiat. Diuersoriolum, hospitiolum. Sinuessánum, est autem Sinuessa ciuitas mediterranea Campaniæ, uino satis abundans, quod Sinuessanum dicitur. Villa pu. s. Sinuessanum. Cumano & Pomp. uillis meis de Cumano alio loco diximus plenius. πάντα περὶ πάντων, id est omnia de omnibus, est autem prouerbialiter dictum, ideſt nisi de omnibus & singulis, in quibus defecísti in Sinuessano satisfácias in Cumano & Pompeiano, quo uelim diuertas. Lacesses, prouocábis ad scribẽdum. Vt es. s. cessátor, uel piger. Inertiam. s. mihi. Plura, scribam. Exaraui, scripsi, sed scribere est etiam ex ingenio fácere, exarare uero nude figuras literárum fácere quasi ergo hęc non sit epístola, dixit exaraui, & non scripsi.

Diuersoriolum Sinuessanum Lacessere Scribere Exarare

IOGRATAE &c. Iocatur quòd in uillam suam non diuerterit & ad scribendũ inuitat dicens. Literæ tuæ fuerunt gratæ mihi nisi quod contempsísti diuersoriolum Sinuessánum, id est quod habeo Sinuessæ. Quã quidẽ contumeliam uilla, id est domus mea rústicapusílla, id est exigua ferret iniquo animo, alludit ad pauperes qui se contemni ægre ferunt, nisi reddideris, id est sis redditurus in Cumano & Pompeiano, sup. diuersoriis meis. πάντα, id est omnia περὶ, id est de πάντων, id est omnibus. Tu igitur facies sic, & amabis me, & lacesses, id est prouocabis aliquo scripto. Ego enim possum facilius respondere quàm prouocare. Quod si cessabis ut es, scílicet tardus ad scribendum, ego lacessam, id est prouocabo ne ignauia tua afferat etiam sup. mihi inertiam. Plura sup. scribam ociosus, ego exaraui, id est scripsi hęc cum essem in senatu. Vale.

M.T.C. Cornificio Colle. S.P.D. CAius Anitius familiaris meus, vir omnib⁹ rebus ornatus, negotiorum suorum causa legatus est in Africã legatiõe libera: eum velim rebus omnibus adiuues: operamq̃ des vt quàm commodíssime sua negocia conficiat. In primísque quod ei charíssimum est, dignitatem eius tibi cõmendo, idque à te peto, quod ipse in prouincia facere sum solitus non rogatus, vt omnibus Senatorib⁹ lictores darem: quod idem acceperam & cognoueram à súmmis viris factitatum. Hoc igitur mi Cornifici facies: cæteriq̃ rebus omnibus, eius dignitati, reiq̃, si me amas, consules. erit id mihi gratíssimum. Da operam vt váleas.

HVBER. CAIVS Anitius. Comendat Ci. hac epistola Cornificio præfecto Africæ. C. Anitium familiarem suum proficiscentem legatum in eam prouinciam propter negotia quędam sua. Rogat autem Cornifi. ut eum omnibus rebus adiuuet utposit negocia commodíssime conficere, deinde commendat etiam eius dignitatem rogans ut ei lictores det: quòd se sua sponte facere consuetum esse dicit: cum præfuísset Ciliciæ: quia intellexerat summos uiros id fecísse. Omnibus rebus: uirtutibus: doctrina: ingenio: nobilitate: & cęteris símilibus. Libera, larga: quia non est præscriptum tantum unum negocium agẽdum, sed quicquid necesse fuerit in prouinciam. Non rogatus, sponte mea. Acceperam, intellexeram. Factitatum hoc, ut des ei lictores, de qua dictione alio loco plene dictum est.

ASCEN. CAIVS. commendat Cornificio prefecto Africæ. C. Anitium familiarẽ suum dicens. C. Anitius familiarius meus ornatus omnib⁹ rebus, legatus est in Africam legione libera: quia causa negociorum suorum nõ publicorum. Velim adiuues eum rebus omnibus, & des operam ut conficiat, id est perficiat negocia sua, quàm cõmodíssime & in primis cõmendo tibi dignitatem eius, quod, scílicet eam esse cõmendatam est ei charíssimum. Et peto à te, id quod ipse. i. ego solitus sum facere in prouincia nõ rogatus,

Universidad de Deusto Biblioteca

ut darem,id est solitus sum dare lictores,id est ministros publicos omnibus senatoribus,id est senatorii ordinis uiris quòd.i.quia acceperam idem,scilicet beneficium.i.ab aliis & cognoueram id factitatum.i. frequenter factum,à summis uiris. Tu igitur ò mi Cornifici facies hoc,q consules.i.prouidebis & proderis,cæteris rebus eius omnibus,& dignitati & rei eius si amas me,id erit gratissimum mihi. Da operam,ut ualeas.

M.T.C. Cornificio. S.P.D.

NOS hic cum homine gladiatore omniũ nequissimo collega vestro Antonio bellum gerimus: sed non pari conditione contra arma verbis. At etiam de te concionatur, nec impune: nam sentiet quos lacessierit. Ego autem acta ad te omnia arbitror perscribi ab aliis: à me futura debes cognoscere. quorum quidem non est difficilis coniectura. Oppressa omnia sunt: nec habent ducem boni: nostrique τυραννοκτόνοι lõge gentium absunt: Pansa & sentit bene, & loquitur fortiter: Hircius noster tardius conualescit. Quid futurum sit, plane nescio. Spes tamen vna est, aliquando Populũ Ro. maiorum similem fore. Ego certe reipublicæ nõ deero: & quicquid acciderit, à quo mea culpa absit, animo forti feram. Illud profecto quoad potero, tuam famam & dignitatem tuebor. Ad XIII. Calend. Ianuarias senatus frequẽs mihi est assensus, cum de cæteris rebus magnis & necessariis, tùm de prouinciis ab iis qui obtinerent, retinendis, neque cuiquam tradẽdis, nisi qui ex senatusconsulto successisset. Hoc ego cum reip. causa cẽsui, tum mehercule in primis retinendæ dignitatis tuæ. Quamobrem te amoris nostri causa rogo, reipu. causa hortor, vt ne cui quicquam iuris in tua prouincia esse patiare: atq; vt omnia referas ad dignitatẽ, qua nihil esse potest præstãtius. Vere tecũ agam, vt necessitudo nostra postulat: in Sẽpronio si meis literis obtẽperasses, maximã ab oĩb⁹ laudẽ

adeptus

HVBER. NOS hic. Occiso Cæ. scribit Cic. se habere magnum negociũ & bellum cum C. Antonio & M.Ant. fratre, sed se agere uerbis, illum armis, dicit etiam eum oblocutum esse de Cornificio, deinde ostẽdit omnia oppressa esse deesseq; decẽuiros bonis & patriæ defensoribus. Brutos enim & Cassium & cæteros interfectores Cæ. abesse à patria, se autem defensurum rempubli. quantum in se erit. Deinde dicit quid decretum sit à senatu de prouinciis, in quas quidem uolebat nouos successores mitti, quod dicit Ci. non placuisse senatui, te ita sentiẽte, ne prouinciæ traderentur, nisi iis qui ex senatuscõsulto missi essent ad succedendum. Superiores omnes epistolę ad Cornificium uidentur scriptæ fuisse ante mortem Cæsaris, sequentes uero post eius mortem. Collega nostro. non in auguratu, ut quidam falso putãt, sed collega quondam, scilicet in consulatu meo cũ oppressi Catilinã, tunc enim C.Ant. collega fuit Cic. Verbis, scilicet gerimus bellum. Contra arma, quia ille telis mihi minatur, & sic est declaratio imparis conditionis. Concionatus est, orationem habuit. De te, tibi detrahendo, Quos, quales uiros. Quorum, futurorum.

ASCEN. NOS &c. Scribit se post cædem Cæ. habere magnum bellum cum Anto. sed se agere uerbis, illum armis. Queritúrque rempu. desolatam cum Brutus & Cassius absint. Deinde scribit de decreto senatus unde uidetur epistola scripta paulo post necem Cæsaris, superiores ante eam. Ordo est. Nos gerimus hic bellum cum Ant. collega nostro, id est consenatore, homine gladiatore, id est uiro & gladiatorio animo arma tractanti, utpote nequissimo omnium. Sunt qui putent Ci. de collega consulatus sui loqui quod minime placet. Sed gerimus bellum conditione non pari, id est impari utpote uerbis contra arma. At, scilicet Anto. concionatur, id est uerba ad populum facit, contra te, nec impune, id est non sine punitione futura, nam sentiet quos lacesserit hoc dicit ut cornificium ad ultionem stimulet. Ego autem arbitror acta perscribi ad te ab aliis. Tu debes cognoscere à me futura, quorum quidem, scilicet futurorum coniectura non est difficilis.

HVBER. Cõiectura. Tyrannoctoni. CONIECTVRA, iudicium ex quibusdam signis. Boni, defensoris patriæ & libertatis. Tyrannoctoni, interfectores tyrannicidæ, scilicet Brutus & Cassius. Longe gentium, pro longe. nam gentium additio est, sic nusquam locorum & nusquam gentium. Conualescit, quia solitus est esse timidus & perseuerat. Maiorum, qui ob animi magnitudinem seruitutem ferre non potuerunt. A quo mea culpa absit, id est in quo non sit culpa mea. Retinendis, in futurũ. Retinendæ tuæ di. ut non cogaris discedere, & ex magistratu fieri priuatus. Quicquam iu. aliquid potestatis. Vere, sincere, sine simulatione. In Sempro. cui ut traderes prouinciam ad te scripserã. Illud, quo traderetur Sẽpronio. Magna res est, quia nescimus cui sit habenda fides. Festinarent, accelerarent uenire. Cherippo, ad quem propter festinationem tuorum scribere nõ potui, is erat missus à Cice. in Africa cum Cornificio.

ASCEN. OMNIA sunt oppressa nec boni habent ducem, & Tyrannoctoni, id est tyrãnicidæ nostri, absunt longe gentium, scilicet in longinquis regionibus, Pansa & sentit bene & loquitur fortiter. Hircius noster conualescit, scilicet ex ægritudine tardius. Quid futurum sit plane nescio. Atque dixerat se futura dicturum: sed ea duntaxat quorum non difficilis esset coniectura. Est tamen una spes Pop. Ro. futurum aliquando, id est tandem similem maiorem, scilicet suorum, id est libertatis uindicem. Ego certe non deero reipub. & feram, idest patiar animo forti quicquid acciderit à quo culpa mea absit. Profecto sup. faciam, illud quoad potero, hoc est tuebor famam tuam & dignitatem. Senatus frequens est assensus mihi ad. XIII. Calend. Ianua. cum, scilicet ita sit quòd assensus de cæteris rebus magnis & necessariis, tum, id est multo euidentius est assensus de prouinciis retinendis ab iis qui obtinent. s. eas, neq; tradẽdis cuiq̃ nisi qui succesit ex senatuscõ.

adeptus esses. Sed illud & præteriit, & leuius est. Hæc magna res est. Fac vt prouinciam retineas in potestate reip. Plura scripsissem, nisi tui festinarent. itaque Cherippo nostro me velim excuses. Vale.

Ego censui, id est dicendo sententiam cui senatus assensus est iudicaui, hæc cum causa reipub. tum mehercule in primis causa dignitatis tuæ retinendæ. Quamobrem ego rogo te causa amoris nostri, & hortor te causa reipub. ut ne patiare cui, id est alicui, quicquam iuris in prouincia tua. Atque & ut referas omnia ad dignitatem, non ad utilitatem qua. s. dignitate, nihil potest esse prestantius. Ego agam tecũ uere. i. ex animo & aperte ut necessitudo nostra postulat Si obtemperasses, literis meis in Sempronio. i. in eo, quod mãdaui de Sempronio, tu adeptus esses ab omnibus maximam laudem. Sed illud & præteriit & leuius. i. modici momenti est, hæc res est magna fac ut retineas prouinciam in potestate reipub. Ego scripsissem plura nisi tui festinarẽt. Itaque uelim excules me Cherippo nostro, scilicet quòd nihil ad eum scribo. Vale.

M.T.C. P. Cornificio S.P.D.

OMnem conditionem imperii tui statúmque prouinciæ mihi demõstrauit Stratorius. O multa intollerabilia locis omnibus. Sed quo tua maior dignitas, eo quæ tibi acciderunt, minus ferẽda. Neq; enim quæ tu propter magnitudinem & animi & ingenii moderate fers, à te non vlciscenda sunt, etiam si non sunt dolenda. Sed hæc posterius. Vale.

HVBER. OMNEM. scribit Ci. se intellexisse ex Stratorio quodam omnem conditionem prouinciæ Cornificii in qua intellexerat eum perpessum esse multa indigna quæ licet nõ uideantur ualde dolenda dicit tamen ei esse ulciscenda, deinde licet sciat Cic. acta rerum urbanarum mitti ad Cornificium, perscribit tamen multa quæ fiebant, & ab An. & ab Octa. de quo dicit magnam esse spem Anto. aut magno esse odio omnibus quem dicit tentasse solicitare pecunia legiones quatuor, quę ex Macedonia ueniebant ut eas haberet ad oppressionem suæ ciuitatis; hæc autem mala dicit se ita ferre, ut ualde sit obligatus philosophiæ, quæ eum ab omni solicitudine abducit, & armat cõtra impet⁹ fortunæ. cõmendat postremo diligentiam, & prudentiã Stratorii in rebus Cornificii. O. exclemãtis est. Sed quo. dicit quòd licet multis locis multa sint tolerabilia, tamen quanto maior sit dignitas Cornificii, eo minus ei ferẽda esse quæ acciderunt. Intellligimus autem aliquas molestias sibi factas in prouincia quas Ci. Cornificio ulciscendas esse dicit. Propter ma. ani. quia quanto quisque est maioris animi, tanto moderatius fert iniurias & facili⁹ remittit, ut & Aristoteles, & Ci. scribunt, & Ouid. in lib. quem de Tristibus appellat. Quo quisque est maior, magis est placabilis irę. Et faciles motus mens generosa capit. ordo est, neque enim à te ulciscenda sunt, quæ tu propter magnitudinem animi, & ingenii moderate fers. Posterius, scilicet scribemus.

ASCEN. OMNEM &c. Dicit ex Stratorio se omnia intellexisse, quæ intollerabilia quidem sunt, sed quæ speret ab eo ulciscenda. Ordo autem est. Stratorius tuus, scilicet amicus demonstrauit mihi omnem conditionem imperii tui & statum prouinciæ, scilicet tuæ. O exclamandi particula multa intollerabilia omnibus locis &c. Cætera patent. Sed hoc posterius, sup. scribam &c.

M.T.C. Cornificio Colle. S.P.D.

REum vrbanarũ acta tibi mitti certo scio. quod ni ita putarem, ipse perscriberẽ, in primisq; Cæsaris Octauiani conatum, de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, vt in pecuniam adolescentis impetũ faceret. Prudentes autem & boni viri, & credunt factum & probãt. Quid quæris? magna spes est in eo. nihil est quod nõ existimetur laudis & gloriæ causa facturus. Antonius aũt noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, vt cum interfectores suos domi cõprehenderit, rẽ proferre non audeat. Ad VII. Idi. Octo. Brundusium erat profectus obuiam legionibus Macedonicis. IIII. quas sibi conciliare pecunia cogitabat, easq; ad vrbem adducere, & in ceruicibus nostris collocare. Habes formãm reip. si in castris

HVBER. COnatum, id est M. Ant. In pecu. ado. ut usurparet pecuniam Octauiani, quam cum Ant. uellet habere dicebat se eam dedisse Dolabellæ præfecto Syriæ & legatis Po. Ro. Credunt factum, scilicet quòd uoluerit opprimere Anto. In eo, Octauiano. Noster familiaris, puto ironice dictum quia esset ab eis alienissimus. Interfectores, qui credebantur missi ab Octa. Ad. VII. Calend. hanc rem uide plenissime apud Appia. In cer. no. quasi iugum quoddam imponere ne possemus ei resistere. Nullam par. reipub. sanæ & saluæ, id est incolumis non diminutæ. Id, scilicet sperare. Abducit, attrahit de laudibus philosophiæ & in officiis suis, & in Tusculanis questionibus & supra in multis epistolis multa dicit. Quicquam, à quo culpa absit, id est in quo non sit culpa nostra. Probassem, bonum iudicassem.

ASCEN. RERVM &c. Hanc epistolam quædam exemplaria habẽt superiori annexam. In qua scribit acta rerũ urbanarũ licet ea putet ad Cornificiũ mitti, scribit autem præcipue de Antonio & Cæsare Octauiano. Ordo est. Ego scio certo. i. ut certum, acta rerum urbanarum mitti tibi, quod ni. i. nisi putarem. Mire subiũgit putarem cum se certo scire præmiserit, ipse. i. egomet scriberem sup. ea & in primis sup. scriberem conatum Cæsaris Octauiani. i. Octauii filium, de quo uidetur multitudini, crimen fictum ab Antonio, ut faceret impetum in pecuniam adulescentis. i. derelictam ei testamento à Cæsare, unde Antonius magnam uim sustulit. Antem. i. sed uiri prudentes & boni, & credunt factum, scilicet à Cæsare ex animo, & probãt,

scilicet commendant. Quid quæris, scilicet ut multa scribam. Magna spes est in eo, scilicet Cæsare, nihil est quod non existimetur esse facturus causâ laudis & gloriæ. Anto. autem noster familiaris, ironia est, intelligit se esse tanto odio ut cum comprehenderit interfectores suos. i. ad se interficiendum á Cæsare missos domi. s. suæ non audeat proferre, id est diuulgare rem. An. sup. uenerat ad v r r. Id. Octob. Brundusiũ profectus. i. egressus obuiã, quatuor legionibus Macedonicis, quas cogitabat cõciliare sibi pecunia, & adducere eas in urbem, scilicet Ro. & locare in ceruicibus nostris, ut nobis sint grauamini. Habes, id est intelligis formam reipub. si respub. potest esse in castris. In qua scilicet re, ego dóleo sæpe uicem, id est sortem tuam, q̃ nullam, id est non ullam nõ potuisti per ætatem, quia cum respub. uigeret nimis iuuenis eras, & postquàm uit esse cœpisti, resp. oppressa fuit, gustare ullam partem reipub. sanæ & saluæ. Atque licebat quidem antehac. i. ante hoc tempus, saltem. i. ad minimũ, sperare. i. gustare aliquando partem reipub. saluæ & sanæ, nunc etiam illud. s. sperare tália, est ereptũ. Quæ enim spes est, cum Antonius ausus sit dicere in cõcione. i. sermone ad populum conuocatum Canutium quærere sibi locum apud eos. s. perditos homines, quib⁹ tè saluo. i. donec fueris saluus, locus non posset esse in ciuitate? Equidem. i. ego quidem fero & hæc, & omnia quæ possunt accidere homini, sic, ut habeã magnam gratiã philosophiæ, quæ non modò. i. non solũ abducit me á solicitudine, sed etiam armat me contrà omnes impetus fortunæ, & ego censeo idem faciendum tibi, nec numerandum quicquã in malis, id est quæ uera censenda sunt mala, á quo culpa abfit. Id autem ex Stoicorũ dicit dogmate. Sed tu melius sup. nosti aut diceres hæc. Cum, scilicet ita sit quôd probassem, id est approbassem semper Tratorium nostrum, scilicet communem amicum, tum cognoui maximè summam fidem, diligentiam & prudentiam eius in rebus tuis. Da operam ut ualeas. Nihil potes facere mihi gratius, hoc, id est quam hoc, scilicet ut ualeas, id autem amãter dictũ est, quo addito frustra immo inepte adderetur Vale. nam eius loco ponitur, habétque quandam uim accuratiorem.

HVBER. EGO O. scripta est hæc epistola quo tempore Anto. obsideret Decium Mutinæ. Primùm igitur scribit Ci. se assiduè curare & laudes & ornamenta Cornificii, sed male quæ pro eo agit, ab aliis ad eũ referri, quàm ad se scribi. Deinde hortatur eũ ut incũbat in remp. Postea uero ostendit nihil esse certi Romæ, quia nondum redierant legati qui ad An. iuerant, denunciaturi ut desisteret ab obsidione, se autem dicit diligentissimè suscepisse curam tuendæ libertatis. Postremo commendat ei. T. Pinariũ quendam procuratorem cuiusdam Dionysii, ut amborum causa & Pinarium & negocia omnia, quę procurat commendata habeat. Animi. s. magni, qui maximè probatur ex defensione reipub. Spei, amplificandæ dignitatis, quia nihil magis affert dignitatẽ quàm protectio reipub. Nuncio, mandato paruisset, An. ut desisteret ab obsidione. Occasio, opportũitas. More meo. ut semper consueui. Profectus sum. palàm óbtuli & exposui. Minimùm, pusillum. Propter studia cõmunia, quia literis & philosophiæ dat operã, sicut ego

Procurare Procurat. gerit. inde procurator proprie negociorum gestor, quem uulgus factorem appellat. Ea negocia.

Procurator Non debeo. quia debent tibi commẽdata esse sponte tua. Illum. pinarium. Studium, fauorem.

ASCEN. EGO &c. Scripta est hæc epistola quo tempore M. Anto. obsidebat Mutinæ D. Brutũ, in qua dicit se tueri dignitatem Cornificii, Hortatur ut in rempub. incumbat, dicit nihil certi esse Romæ, cum legati ad Antonium missi, ut desisteret nondum redierint, ac demum cõmendat ei T. Pinarium. Ordo est. Ego nullũ. i. non ullum, non prætermitto ullum locũ, nec enim debeo, nõ modo laudandi tui, sed ne quidẽ quod magis liceret, ornandi tui. Sed ego malo mea studia & officia erga te esse nota tibi ex literis tuorum. s. amicorũ

potest esse respub. in qua tuam vicem sæpe doleo quòd nullam partem per ætatem sanæ & saluæ reipu. gustare potuisti. Atq; antehac quidem sperare saltem licebat: nunc etiam id ereptum est. Quæ enim est spes, cum in cõcione dicere ausus sit Antonius, Cannutium apud eos locum sibi quærere, quibus se saluo locus in ciuitate esse non posset? Equidem & hæc, & omnia quæ homini accidere possunt, sic fero, vt philosophiæ magnam habeã gratiam, quæ me non modo á solicitudine abducit, sed etiã contra omneis fortunæ impetus armat: tibiq; idem censeo faciundum, nec á quo culpa abfit, quicquam in malis numerãdum. Sed hæc tu melius. Stratorium nostrum cum semper probassem, tum maxime in tuis rebus summam eus fidem, diligentiam, prudentiamq; cognoui. Da operam vt ualeas: hoc mihi gratius facere nihil potes.

M.T.C. Cornificio. S.P.D.

EGO nullum locum prætermitto (nec enim débeo) nõ modo laudandi tui, sed ne ornãdi quidẽ. Sed mea studia erga te & officia malo tibi ex tuorum literis, quàm ex meis esse nota. Te tamen hortor vt omni cura in rempubl. incumbas. Hoc est animi, hoc est ingenii tui, hoc eius spei, quam habere debes amplificandæ dignitatis tuæ. Sed hæc de re aliàs ad te pluribus. cum enim hæc scribebam, in expectatione erant omnia. nondum Legati redierant, quos senatus non ad pacem deprecandã, sed ad denunciandum bellum miserat, nisi Legatorum nuncio paruisset. Ego tamen vt primũ occasio data est, meo pristino more remp. defendi: me principẽ senatui populoq; Ro. professus sum: nec postea, q̃ suscepi causam libertatis, minimũ tempus amisi tuendæ salutis, libertatisq; cõmunis. Sed hæc quoq; te ex aliis malo. T. Pinarium familiarissimum meũ

simum meum, tanto tibi studio cõmendo, vt maiore non possim. Cui cum propter omneis virtutes, tum etiam propter studia cõmunia sum amicissimus. Is procurat rationes negociaq; Dionysii nostri, quẽ & tu multũ amas, & ego omniũ plurimũ. Ea tibi ego non debeo cõmendare: sed cõmendo tamen. Facies igitur, vt ex Pinarii gratissimi hominis literis tuũ erga illum, & erga Dionysium studium perspiciamus. Vale.

cipem senatus populi Ro. neq; amisi posteaquã suscepi causam libertatis. s. tuendę. Sed ego malo te cognoscere, quoque, id est etiam hæc, ex aliis. Ego commendo tibi T. Pinarium familiarissimum meum tanto studio, id est molimine, ut non possim, scilicet eum commendare, maiore, scilicet studio. Cui ego sum amicissimus cum, scilicet ita sit quôd propter omnes artes, tum etiam propter studia communia, scilicet in rempub. Is, scilicet Pinarius procurat, id est quod dicunt solicitat, rationes & negocia Dionysii nostri, scilicet communis amici, quem &, id est simul tu amas multum, & ego amo plurimum. i. abundantissime omnium. Ego non debeo commendare tibi ea. i. eiusmodi quæ tanto pere sunt cordi, sed tamen cõmendo. Tu igitur facies ut perspiciamus. i. euidenter cognoscamus ex literis Pinarii hominis gratissimi, studium, id est fauorem diligentem tuum, &. i. simul, erga illum. s. Pinarium tanquã solicitatorem & procuratorẽ, qui si rem amici bene procurauerit emolumentũ ab eo consequerẽtur, &. i. simul, erga Dionysium. s. cõmunem amicum, cuius rationes & negocia ille agit. Vale.

narratoria. hortatoria.

M.T.C. P. Cornificio. S.P.D.

LIBERALIBUS literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero vicesimo die, vt dicebat, reddidit. Eo die nõ fuit senatus, neq; postero. Quinquatribus frequenti senatu causam tuam egi non inuita Minerua. Etenim eo ipso die senatus decreuit, *vt Minerua nostra, custos vrbis, quã turbo deiecerat, restitueretur, Pansa tuas literas recitauit. Magna senat⁹ approbatio cõsecuta est cũ summo gaudio & offensióe Minotauri, id est, Caluisii & Tauri. Factũ de te s. c. honorificũ. Postulabatur autẽ, etiã illi notarentur: sed Pansa clementior. Ego mi Cornifici quo die primũ in spẽ libertatis ingressus sum, & cũctantib⁹ cæteris ad XIII. Cal. Ian. fundamẽta ieci reip. eo ipso die, quidi multũ, atq; habui rationẽ dignitatis tuæ. Mihi. n. est assensus senatus de obtinẽdis quinciis. Nec vero postea destiti labefactare eũ qui summa cũ tua iniuria cõtumeliaq; reip. quinciam absens obtinebat. Itaq; credas velim, quotidianas cõpellatiões meas nõ tulit, seq; i vrbẽ recepit inuit⁹: neq; solũ spe, sed certare iã & possessione deturbat⁹ est.

Liberales. Docet Ci. quã diligenter egerit HVBER. causã Cornificii, & vt multũ Cornificii literæ approbatæ sint, quas Pansa recitauerat. Deinde idem dicit esse decretum, de prouinciis retinẽdis, quod etiã dixit, supra in alia epistola, postea uero admittit excusationẽ quam ille de Sempronio fecerat, & ńdit non defuturũ reip. quęcunq; fortuna futura sit nec se defatigatũ iri. Postremo cõmendat ei quosdã amicos suos, qui habuerãt hereditatem in Africa, quę eis impediebatur à quodam Erote Turii testatoris liberto. Liberales, die festo liberi patris. s. unt qui putãt principiũ huius epistolæ esse. Literas accepi, liberalibus autem finem præcedentis quod ego non probo, sed puto liberales esse principiũ huius epistolę. Altero uigesimo. i. quadragesimo. Cornificius, filius tuus. Quinquatribus, die festo Mineruæ: de hac dictione plura diximus alio loco. Non inui. M. non repugnante natura. i. magna gratia & sapientia. Minerua nostra, nostrũ ingenium, nostra consuetudo dicendi pro repu. se alludit ad Miner. Phidiæ quæ in arce posita erat tanquã custos urbis, ita dicit suam Mineruam custodẽ esse urbis. Turbo. impetus malorum. Deiecerat, oppresserat, terruerat minis. Restitueretur, redigeretur in pristinum statum. Pansa, credo alium esse quam cõsulem: quoniam consul iam perierat ut infra hac epistola. Summo gaudio scilicet senatus. Offensione, molestia, displicẽtia. Minotauri, per contemptum appellauit Anto. Minotaurum à similitudine feritatis: nam quod sequitur. i. clauis & tauri nõ puto esse textum Ci. alius codex habet Clauisii & Tauri, quæ puto esse omnia propria, sed non probo. Clementior, scilicet fuit: quia non sentiebat eos notãdos infamia. Cunctantibus. cessantibus. Mihi est assensus senatus, ut supra in epistola quæ incipit, Nos hic cum homine. Labefactare, commouere, à proposito auertere. Eum, nõ dicit quis fuerit, sed intelligimus aliquem fuisse qui nonius, de quo infra. Compellationes, sermones reprehensiones. Deturbatus, deiectus, ut puppi deturbat ab alta. Conuitio, reprehẽsione, quod nõ diceret eum sibi appetere, quod erat tutum. Tenuisse, conseruasse. Purgas, excusas, q̃ non tradideris ei prouinciam licet ex senatusconsulto eam peteret, ut penultima epistola huius lib. uidebimus.

Inuita Mi

Labefactare

Conuitiũ

Universidad de D... Biblioteca

ASCEN. LIBERALIBVS &c. Narrat ut diligenter egerit causam Cornificii, & ut literæ eius commendatæ fuerint cum eas Pansa recitarit. Deinde dicit decretũ esse de ꝓuinciis retinendis. Admittit excusationem de Sempronio, pollicetur se reipub. non defuturum, ac demum commendat amicos suos qui hereditatem habebant in Africa. Ordo est: ego accepi literas tuas liberalibus. s. festis. i. die liberalium, quas Cornificius tuus, scilicet filius reddidit, ut dicebat, altero uigesimo die. i. quadragesimo die postquam scriptæ erant. Senatus non fuit, scilicet habitus aut collectus eo die. s. liberaliũ, neq; postero. i. proxime sequenti. Ego egi causam tuam frequenti senatu. i. cum multi adessent senatores, quinquatribus, id est festis Mineruæ, quæ quinto quoq; anno celebrabantur, non inuita Minerua, id est naturali ingenio astipulante: alludit autem ad quinquatria quasi Minerua eo die præcipue fauerit. Etenim senatus decreuit eo die, ut Minerua nostra. i. facunda sapientia custos urbis, ut patuit in detestatione coniurationis Catilinariæ quàm turbo id est tumultus belli ciuilis deiecerat, id est de sede sua expulerat, ut turbo, id est uis uentorum deiecerat prius Mineruam Phidiæ opus quæ in arce posita fuerat tanquam custos eius: ad eam ergo alludit. Pansa recitauit literas tuas. Magna approbatio senatus est consecuta cum summo gaudio, & cum offensione Minotauri, id est clauis & tauri, sic fere textus habent nonnullis dicentibus non esse uerba Cice. sed adpostitia. quod facile crederem si Minotaurum in proprio significatu accepisset, sed quia metaphoricos non ociosum fuerit rem aperire Minotauri, igitur uidelicet Antonii, id est clauis & tauri, id est qui claue potentiæ rempub. occludere uult, & cornibus tauri, id est petulantiæ suæ impingere, sicut Minotaurus labyrintho inclusos opprimebat. Senatuscõ. honorificum factum sup. est de te, autem, id est sed postulabatur, scilicet à me, aut ab iis, qui causam tuam agebant, ut etiam illi, scilicet quos criminatus es notarentur, scilicet infamia, sed Pansa, ut putatur iunior non consul qui iam ceciderat in prælio, supple fuit. Clementior. i. nimis clemens. Ego ò mi Cornifici quotidie ingressus sum primum in spem libertatis, scilicet publicæ, & cæteris cunctantibus, id est hæsitantibus, & immorantibus in dubiis, quid agerent ieci fundamenta reipub. i. incepi facere quę pertinebant ad statum reipub. ad XIII. Calend. Ianua. aut Ianuarii mensis, eo die prouidi prospexi multum, atque habui rationem dignitatis tuę. Enim id est quia, senatus est assensus mihi de prouinciis obtinendis. Nec uero destiti postea labefactare. i. debilitare & ab instituto amouere eum, scilicet quem nosti, qui absens obtinębat prouinciam cum summa iniuria tua, & contumelia reipub. Itaque ipse non tulit, id est non potuit perferre compellationes, id est molestationes uerbales aut increpationes meas crebas uel potius quotidianas, & ipse inuitus recepit se in urbem. Neque solum deturbatus, id est eiectus est spe, sed certa re quòd pro. id est possessione, scilicet prouinciæ quam iam tenebat. Ego gaudeo uehementer te tenuisse conuitio, increpatione mea, iustissimo & honestissimo, scilicet mihi inferenti: nam ei cui intuleram, dignitatem tuam, uirtute tua per uirtutem tuam, & affectum esse amplissimis honoribus prouinciæ. Quod, id est quia, tu purgas te mihi de Sempro. accipio. i. approbo excusationem. s. tuam.

Meo iustissimo honestissimoq; conuitio te tuá dignitaté summa tua virtute tenuisse, prouinciæq; honoribus amplissimis affectũ, vehementer gaudeo. Quòd te mihi de Sépronio purgas, accipio excusationé:

*P.V.C. VT Minerua nostra custos urbis. Libro. II. de legibus, de Pallade hac custode urbis egit: Ita autem illam appellauit, opinor, ut memoria suorum beneficiorum semper recens esset, qui ope huius sapientissimę Deæ patriam conseruarat. Nominabantur autem Dii à priscis illis quemádmodùm à nobis etiam in nostra religione, uel à munere aliquo, quo putarentur iuuare mortales: uel à locis, in quibus tẽpla illis erecta essent, & ubi præsentiores esse consueuerant. Cicero Mineruam suam Custodem urbis appellauit. Cisalpinæ Galliæ populi Mineruam quam & ipsi ualde colebant, Memorem appellabant, quòd uota precésque mortaliũ audire, nec obliuisci soleret. Templum autẽ illi in agro Placentino ædificauerant, putabántque eam morbos curare. Infra Cabardiacum, non longe à Trebia, lapides plures uisuntur, in quibus uota huic Deæ soluta incisa sunt. E remotis etiam locis ad opem illius confugiebant, nec tantũ uicinæ gentes præsidio ipsius fidebant, quod ex epigrammatibus illis intelligitur: unius lapidis inscriptionem ponemus.

MINERVAE.
MEMORI
COELIA IVLIANA
INDVLGENTIA
MEDICINARVM
EIVS INFIRMITATE
GRAVI LIBERATA
D. P.

Sed etiam alterius, quæ ostendit eandem illam Cabardiacensem appellatam, quam mulier quæ uoti compos facta erat, dedicauerat.

MINERVAE
CABARDIACENSI
MARIA. C. MARI
VMBONIS F.
V. S. L. M.

Vt autem hæc Minerua à sede Cabardiacensis appellabatur, Ita Diana quædã Limnatis dicebatur, de qua potissimum nunc mentionem facimus: ubi enim de ipsa agitur in III. libro historiæ Taciti, scripturæ peruersio est: uolumus autẽ eam tollere. Audite dehinc Lacedemoniorũ, & Messeniorum legationes, de iure templi Dianæ Limenitidis: legendum enim est Limnatidis, priscũ sane illud exemplar, unde exscripti sunt primi quinq; libri, quod in Medicæa bibliotheca seruatur, Liminatidis habet. Quamuis autẽ à diligente, & erudito uiro libri editi sint, mendum tamen hoc cauere ille non potuit: manu enim ipsius in margine ueteri codicis ἄρτεμις λιμενῖτις, scriptum est, quam putauit uerã esse lectionẽ. Quantopere autẽ deceptus sit ostendunt Gręci authores. Pausanias in Messeniacis 89. ἔστιν ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς μεσσηνίας ἱερὸν ἀρτέμιδος καλουμένης λιμνάτιδος. Item 109. ἔστι δὲ ἐν τῇ μεσσηνίᾳ κώμη καλάμαι καὶ λίμναι χωρίον· ἐν δὲ αὐτῷ λιμνάτιδος ἱερὸν ἀρτέμιδος. Sed etiam Strabo libro. 8. pag. 158. superiores duas, & nõnullas alias uoti solutiones è uetustis lapidibus acceptas dedit mihi Hieronymus Fondulus excellẽtis ingenii, & multarum literarum uir, qui paucis his mensibus morte obita magnum sui desiderium amicis reliquit.

Fuit quod

fuit enim illud quoddam egregium tempus seruitutis. Ego tuorum consiliorum autor dignitatisque fautor, iratus temporibus in Græciam desperata libertate rapiebar, cum me Etesiæ quasi boni ciues relinquentem rẽpu. prosequi noluerunt: Austerque aduersus maximo flatu me ad tribuleis tuos Rhegium retulit: atque inde ventis remis in patriam omni festinatione properaui, postridieque in summa reliquorũ seruitute liber vnus fui. Sic sum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, omnemque suum vinolentum furorem in me vnum effunderet: meq; cum elicere vellet ad cædis causam, tum tentaret insidiis: * quem ego ructãtem & nauseantem conieci in Cæsaris Octauiani plagas. Puer enim egregius præsidium sibi primum & nobis, deinde summæ reipu. comparauit. qui nisi fuisset, Antonii reditus à Brũdusio, pestis patriæ fuisset. Quæ deinceps acta sint, scire te arbitror. Sed redeamus illuc vnde diuertimus. Accipio excusationem tuam de Sempronio: neq; enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti. Nunc hic dies aliam vitã defert, alios mores postulat, vt ait Terentius. Quam ob rem mi Quinte, conscende nobiscum, & quidem ad puppim. Vna nauis est iam bonorum omnium: * quam quidem nos damus operam vt rectam teneamus: vtinam prospero cursu. Sed quicunque venti erunt, ars nostra certe non aberit. Quid enim præstare aliud virtus potest? Tu fac vt magno animo sis & excelso: cogitesq; omnem dignitatem tuam cum republica coniunctam esse debere. P. Luccium mihi meum commendas: quem quibuscunq; rebus potero, diligenter tuebor. Hirtium quidem & Pansam collegas nostros homines in Consulatu reipu. salutareis alieno sane tempore amisimus, repu. Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnino explicata: quã nos, si licebit, more nostro tuebimur: quanquam admodum sumus iã defatigati. Sed NVLLA LASSITVDO impedire officium & fidem

FVIT quoddam tempus Græcum seruitutis. i. fuit quoddam tempus quo cum essemus in seruitute in Græcia mallemus uiuere. Rapiebar, ferebar, celerrime ibam. Cum Etesiæ, quasi boni ciues. i. cum uenti Etesiæ tanquam haberẽt sensum, & essent ciues boni noluerunt me sequi, quia relinquebam remp. Boni enim ciues relinquentem remp. prosequi non debent sicut Ci. in Lęlio de amicitia ostendit. De Etesi diximus li. ii. epistola ad Cœlium Ruffum, quæ incipit, Non potuit accuratius agi in fine. Auster, uentus meridionalis, qui & notus dicitur. Aduersus, contrarius nauigationi meæ. Retulerunt, reportauerũt, retroduxerunt. Tribules. i. ad tuos qui sunt eiusdem tribus. In sum. ser. i. cum reliqui omnes essent serui ego solus fui liber, qui sine ullo timore in Antonium reipub. inimicum uehementissime inuectus sum. Sic. tanta contentione, & uehemẽtia orationis. Vinolentum, quia supra dixit eum euomuisse in senatu. Effundere, euomere. Elicere, trahere. Ructãtem, ructus emittentem: sunt enim ructus crepitus uentosi, qu ore remittuntur ob crapulam & nimiam repletionem. Nauseantem, nauseam habentem . i. uomitum. Dicitur autem nausea à nautea quæ est aqua de coriis, uel uerius sentina licet Pomponius uidebatur dicere nauteam à nausea dictam. Qui. Octauianus. Reditus Antonii à Brundusio fuisset pestis patriæ. i. Antonius à Brundusio reuersus, quo fuerat, ut supra uisum est: & scribit Ap. ut quatuor legiones ex Macedonia redeuntes solicitare euertisset patriam, sed Octauianus ei resistit. Statui quid. i. aliquid deliberaui. Ad pupim. in qua parte nauis stat gubernator. q. d. nõ in proram, ut rexeris, sed in pupim, ut regas. Vna na. comparat, ut sæpius notauim⁹ supra remp. naui. Alieno incommodo, cum maxime essent necessarii reipu. Amisimus, fuerant enim interfecti in prælio Mutinensi. Expli. quia sunt adhuc, qui putentur recepturi Anto. ꝙ propter Læpi. uidetur dixisse, qui ut supra diximus An. fugientem recepit. Cn. Minutio. is tunc erat in Africa, puto autem eum esse, quem postea prætorem urbis in foro concionantem, cum Anto. esset triumuir. milites An. interemerunt. Q. Turius, ultima pars epistolæ, in qua commendat hæredes Qu. Tu. amicos suos, & uiros optimos. Caput. summa. Erotem. nomen proprium liberti: Græce autem significat amorem. Auertere, auferre, eripere. Hæredibus, quos sibi instituit. Quod ut ue. s. habere eos commendatissimos.

HVBER.

Auster Notus

Effundere Ructus

Nauseá Nautea

ASCEN. ENIM. i. quia, illud tempus fuit quoddam temp⁹ græcum. i. quo uiuendum fuit nobis in Græcia seruitutis. i. eo ꝙ esset tempus seruitutis & non licebat nobis libere uiuere in patria. Ego autor. i. approbator consiliorum tuorum, & fautor dignitatis tuæ & natus temporibus. i. qualitati temporum, rapiebar in Græciam libertate desperata, cum Etesiæ. s. uenti illi à tergo euntibus in Græcia ab Italia flantes, quasi boni ciues. i. tanquam essent boni ciues noluerunt prosequi me relinquentem remp. i. noluerunt à tergo flare, & auster. s. uentus aduersus. i. cõtrarius retulit me maximo flatu Rhegium. i. ad illud oppidum i ora Sicilię. ad tribules tuos. i. eos qui tecum eiusdem sunt tribus, atque properaui inde, Rhegio, uentis & remis omni festinatione in patriam, quando aliquid plena opera & summa properatione fecerimus pulchre remis, & uelis nauare dicemur, & ego postridie . i. die sequẽti ingressum meum, ego unus. i. solus fui liber, in summa seruitute aliorum. Ego sic sum inuectus in Anto. ut ille non ferret, & effunderet, omnẽ furorem suum uinolentum. i. contractum ex ebrietate cui sæpissime indulgebat cum & uellet tũ. i. simul

elicere

elicere.i.foras attrahere me ad causam cædis.i.ut me interficeret,tum.i.simul, tentare.i.circumuenire in urbe,insidiis,quem eructantem & pro.i.nauseantem ego confeci.i.contudi & repressi,in plagas.i.in me retia tãquam feræ tensa Cæsaris Octauiani.i.de domo Octauianorum.Sæpe tamen Octauius quàm Octauianus dicitur,aut in plagas.i.uulnera, hoc est detrimenta ab Octauiano illata. Puer enim egregius, postea tamen mutauit animum, & Ciceronem proscribi permisit,comparauit præsidium.i.custodiam militarem, primum sibi & nobis, deinde summæ.i.ultimæ saluti reipu.q.s.Cæsar nisi fuisset, reditus Anto. Brundusio fuisset pestis patriæ, Ego arbitror te scire quæ acta sunt deinceps.Sed redeamus unde diuertimus.Accipio excusationem tuam de Sempronio, neque enim potuisti habere quid.i.aliquid statuti.i.firmi propositi in tanta perturbatione.Nunc,ut ait Terenti.i.Simo Terentia.in Andria,Hic dies defert aliã uitam, & postulat alios mores. Quamobrem ô mi Quinte gaudent prænomine molles auriculæ, ut dicit Hor.conscende nobiscum & quidem. Ad pupim.i.summa gubernacula. Vna nauis est iam omniũ bonorum,quam quidem.s.nauem, nos damus operam,ut teneamus rectam.utinam sup.in cursu pospero. Sed quincunque uenti erant siue prosperi, siue aduersi,certe ars nostra non aberit. Quid enim potest uirtus præstare aliud.s.q̃ obniti aduersis,& decenter uti prosperis.q.d.nihil. Tu fac, ut sis animo magno, & excelso,& cogites omnem dignitatem tuam debere esse coniunctam cum rep. Tu commendas mihi Publium Lentulum meum.s.summum amicum quem ego tuebor.i.protegam, diligẽter quibuscunq; rebus potero.Nos quidem amisimus tempore sane.i.multum,alieno.i.importuno.Hirtium & Pãsam collegas nostros.i.nobiscum senatores & reipu. defensores,homines salutares reipub.in consulatu.s. suo.Amisimus inquit, Repu.quidem.i.certe liberata latroninio Antoniano,quia Anto.in fugam uersus erat, sed nondum explicata.i.expedita omnino.s. curis & æmulationibus, quam.s.rempub.nos tuebimur more nostro si licebit, quamquàm nos sumus admodum.i.ualde defatigati.i.ad extremam potentiam usque fatigati,sed nulla lassitudo debet impedire officium & fidem.s.in rempu.Ego malo te cognoscere de me ab aliis q̃ à meipso. Nos audiebamꝰ.s.cũ

debet. Verum hæc hactenus. Ab aliis te de me,quàm à me ipso,malo cognoscere. De te audiebamus ea quæ maxime vellemus.De Cn.Minucio quem tu quibusdã literis ad cœlum laudibus extulisti, rumores duriores erant. Id quale sit, omninoque quid istic agatur, facias me velim certiorem. Q.Turius,qui in Africa negotiatus est,vir bonus & honestus,hæredes fecit similes sui Cn. Saturninũ, Sex. Aufidium, C.Anneum,Q. Confidium Gallum, L. Seruilium Posthumum, C. Rubellinum.ex eorum oratione intellexi gratiarum actione eos magis egere, quàm commendatione. Tanta enim liberalitate se tua vsos prædicabant,vt iis plꝰ à te tributum intelligerem, quâm ego te auderem rogare: audebo tamen, scio enĩ quantum ponderis mea commendatio sit habitura. Quare à te peto vt ad eam liberalitatem, qua sine meis literis vsus es,quam maximus his literis cumulus accedat.Caput autem est meæ commendationis, ne patiare Erotem Turium Q.Turii libertum,vt adhuc fecit,hæreditatem Turianam auertere, cæterisque omnibus rebus habeas eos à me commendatissimos. Magnam ex eorum splendore & obseruantia capies veluptatem. Quod vt velis, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

has scriberem,de te ea quæ uellemus maxime.i.optima.Rumores erant duriores.i.non satis boni,de Cn.Minutio,quem tu extulisti ad cælum laudibus.i.laudando eum sup.in quibusdam literis.s.tuis.Velim sup.ut facias me certiorem,quale sit id.s.quod rumores sparserunt de Minutio, & omnino quid agatur istic.s.ubi tu es.Quintius Turius uir bonus & honestus qui negociatus est.i.mercaturam agit in Africa,fecit hæredes similes sui.i.uiros bonos & honestos,Cn.Saturnium,Sextum Aufidium,Cn.Anneium,Q.Corfidium Gallum,Lucium Seruilium,Posthumanum,C.Rubellium. Ego intellexi ex oratione.i.uerbis eorum eos magis egere actione gratiarum.s.tibi agendarum quã commendatione. Prædicabant enim se usos tanta liberalitate tua, ut ego intelligerem plus tributum esse iis à te,q̃ ego auderem rogare.s.à te,tamen audebo.s.rogare. Scio enim quantum ponderis commendatio mea sit habitura. Quare peto à te.ut q̃ maximus cumulus.i.summum incrementum accedat his literis meis.i.propter has literas meas.Sunt enim septimi casus non datiui,ad eam liberalitatem quam usus es sine literis meis.Autem.i.sed,caput.i.principale propositum,commendationis meę est ne patiare Erotem Turium Libertum,Q.Turii auertere.i.a ueris hæredibus ad se trahere, hæreditatẽ Turianam.i.quã Q.Turius reliquit,ut fecit adhuc,ut habeas eos cõmendatissimos à me sup.in ceteris rebus omnibus.Tu capies magnam uoluptatem & ex splendore.i.honestate uitæ,& ex obseruantia.i.cultu eorum quo te obseruabunt & colent.Quod ut uelis, ego rogo te etiam atque etiam id est, iterum atque iterum uehementer. Vale.

*P.V.C. ❧QVEM ego ructantem,ac nauseantem conieci in Cæsaris Octauiani plagas. Quamuis,ex recepta hac lectione commodus sensus eliciatur,consilium tamen non fuit ueterem præterire,quæ diuersa est: CONFECI enim in Medicæo legitur,& in alio quoque satis probato,non CONIECI. Quòd nisi postrema dictio eo casu posita impediret,hanc ueriorem putarem. doctiores uidebunt,an tolerari posit, & num aliis etiam in locis probi autores ita locuti sint: nam uis illius uerbi CONFECI, præclare hic conuenit, nisi fallor, ut de Aruspicum responsis inquit: Haud potest grauioribꝰ à me uerbis uulnerari, quàm est statim in facto ipso à P.Seruilio confectus.Sed infinita exempla huius locutionis esse possent.Illud autẽ CONFICERE IN PLAGAS,dictum uidetur, ut insuere in culleum, & ut in epistola Asinii deprensus in ludum:ita enim arbitror

arbitror locum illum legi debere, DEPRESSVS, quemadmodum alias ostendimus, nam sic fere in Medicæo,& uerbum ipsum DEPRENDO,& quæ ab eo deriuantur, scribuntur. Quintilianus quoque libro IX.ostendit,utroque modo sine culpa dici posse cum inquit: Vtrum uolet,sumat compositio, Vitauisse,uel uitasse: Deprehendere,uel deprendere:ut Vementer quoq;,& aliæ etiam huiuscemodi dictiones,eruditiores de tota re nunc statuent. Sensus autem huius loci facit, ut recorder aliũ item deprauatum in Epitome primi libri Δειπνοσοφιστῶν Athenei:ille tamen,quemadmodum puto,satis tuto emendari potest. Priscum autem quẽdam Macedonum morem exponit:qui,ut ad fortitudinem iuuenes excitarent,non patiebantur in conuiuiis accumbere,qui extra plagas aprum non confecisset:sed in mensa,donec hoc præstassent,sedere uolebant: id enim multo minus in se dignitatis habebat. Quàm deprauata autem apud eum autorem uerba sint, quæ hanc sententiã exprimere debebant,facile animaduerti potest,ut non sine causa in impressis libris ad locum tot maculis inquinatum mendi nota apposita fuerit:ita autem totus legi debet, Ἡγήσανδρος δέ φησιν ὅτι ἔθος εἶναι ἐν Μακεδονίᾳ κατακλίνεσθαί τινα ἐν δείπνῳ εἰ μή τις ἔξω λίνων ὗν κεντήσειεν. ἕως δὲ τότε καθήμενοι ἐδείπνουν. Addit idem quemadmodum Cassander annorum triginta quinque adhuc iuxta patrem ipse sederet,quòd nunquam certamen conficere potuisset,quamuis & uir fortis,& bonus uenator esset.

❧QVAM quidem nos damus operam,ut rectam teneamus. Alludit ad sententiam illam Græci poëte, quam ad Q.Fratrem scribens tetigit:eiusque quam hic Latinis uerbis exprimit græca uerba posuit,uel potius initium ipsius ὀρθὰν τὰν ναῦν. De illa autem nos in eo loco copiosius disseruimus. *P.V.C.

M.T.C. C. Cornificio. S. P. D.

SExtus Aufidius & obseruantia qua me colit, accedit ad proximos:& splendore Eq. Rom. nemini cedit. Est autem ita temperatis moderatisque moribus, vt summa seueritas,summa cum humanitate iungatur.Cuius tibi negotia quæ sunt in Africa, ita commendo, vt maiore studio, magisve ex animo commendare non possim.Pergratum mihi feceris si dederis operam vt is intelligat meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer, mi Cornifici,rogo. Vale.

HVBER. SExtus Aufidius. Cõmendat Ci.Cornificio Sextũ Aufidium equitem Romanum pro hæreditate Turii obtinenda, pro qua etiam cõmendauit in fine præcedentis epistolæ cum suis cohæredibus.accedit ad proximos, id est inter proximos potest enumerari. Est autem.Laudat eum à moribus, & à uirtutibus animi.

ASCEN. SExtus Aufidius &c.Commendat Cornificio Sextum Aufidium equitem Romanum pro hæreditate Turii obtinenda,pro qua etiã commẽdauit eum ĩ fine præcedẽtis epistolæ cũ aliis cohæredibus.Ordo est.Sextus Aufidius.&, id est pariter accedit ad proximos,id est mihi coniunctissimos,obseruantia.i.ueneratione qua colit,& nemini cedit.i.partẽ dat unicuiq; splẽdore equitis Rom.Est autẽ moribus ita temperatis & moderatis ut sũma seueritas .i.grauitas & rigor, iungatur cum summa humanitate,id est clementia.Cuius negocia quæ sunt in Africa ego commendo tibi ita ut non possim commendare sup.ea,maiore studio ue pro uel, magis exanimo. Tu feceris mihi pergratum si dederis operã, ut is intelligat literas meas habuisse maximum pondus.i.plurimum ualuisse apud te. O mi Cornifici ego rogo te hoc uehementer.

M.T.C.C.Cornifi. S. P. D.

ADsentior tibi, eos quos scribis Lilybæo minari, istic pœnas dare debuisse:sed metuisti, vt ais, ne nimis liber in vlciscẽdo viderere. Metuisti igitur ne grauis ciuis, ne nimis fortis, ne nimis te dignus viderere.Quòd societatem reipu. conseruandæ tibi mecum à patre acceptam renouas, gratũ est:quæ societas inter nos semper, mi Cornifici, manebit.Gratum etiam illud quòd mihi tuo nomine gratias agendas non putas: nec enim id inter nos fa-

HVBER. ADsentior. Acceperat Cornificus quosdã qui Lilybęo oppido Siciliæ minabant, quos cum debuisset punire ubi acceperat,quia erant Romani, scripserat se maluisse mittere Romanis, quod factum Cicero ascribit eius humanitati & clementiæ. Deinde ostendit se recipere eum libenter socium in conseruanda rep.deĩde quia petiuerat Cornificius quasdam pecunias à Senatu,dicit Ci.nihil per se datũ agi posse.hortatur autem ut sumat mutuum alicunde: postremo laudat Ci.officium suum erga remp. Lilybęus Lilybęum,promontorium est Siciliæ,& oppidum eiusdẽ nõis de quo nũc intelligit. Dare pœnas, puniri. Nimis liber,nimis audax,nimis dissolutus. Grauis, acerbus.Nimis dignus te,nimis iustus. Quod, respõdet alię parti.à patre,tuo. Tuo nomine.tua causa. Inter nos amicos. Id, agere gratias. Aguntur enim gratiæ inter eos qui non sunt multum familiares. Appellaretur,postularetur.Vnquam,aliquando. Cogeretur.congregaretur. De sestertiis, quæ postulaueras. Imperandum tibi.i.à te imperium & magistratum gerendum. Mutuum sestertiorum, quibus opus est tibi. Præ me fero,ostendo, aperte declaro. Res, uictoria nostra,& bona constitutio reipu.

ASCEN. ADsentior &c.Cœperat Cornificius quosdam Siculos è Lilybæo quos cũ Romanos intellexisset eos à Romanis puniendos misit, quod factum eius pusillanimitati adscribit Cic. ostendens

se eum

Universidad de Deusto Biblioteca

cere debemus. * Senatus ſæpius pro dignitate tua appellaretur, ſi abſentibus C O S S. vnquam niſi ad rem nouam cogeretur. Itaque nec de H S X X. nec de H S D C C. quicquam agi nunc per Senatum poteſt. Tibi autem S.C. imperandum, mutuumque ſumendum cenſeo. In repu. quid agatur, credo te ex eorum literis cognoſcere qui ad te acta debent perſcribere. Ego ſum ſpe bona: conſilio, cura, labore non deſum: omnibus inimicis reipu. eſſe me acerrimum hoſtem præ me fero. Res neque nunc difficili loco mihi videtur eſſe: & fuiſſet facilima, ſi culpa à quibuſdam abfuiſſet. Vale.

ſe eum libenter recipere ſocium in repub. conſeruāda. De pecuniis autem quas à Senatu petierat dicit ſe nihil poſſe. cōſulit aūt alicunde mutuo accipiat. Ordo eſt. Ego aſſentior tibi.i. ſentio tecū eos quos ſcribis minari Lilybeo.ſ. oppido & promōtorio Sicilię, debuiſſe dare pœnas iſtic.ſ. ubi tu es, ſed ut ais, tu metuiſti ne uiderere nimis liber.i. aſper, ulciſcendo & ergo miſeras eos Ro. Igitur hoc metuēdo, metuiſti ne uiderere ciuis grauis, ne uiderere nimis fortis, ne uiderere nimis dignus te id eſt quæ te digna ſunt facere. Quod renouas ſocietatem reipublicę conſeruandæ mecum acceptam, id eſt derelictam tibi à patre, ſ. tuo, eſt gratū, quæ ſocietas ô mi Cornifici, manebit ſemper. Illud etiā ſupple fuit in epiſtolis tuis gratū, quod non putas gratias agēdas tuo nomine, id eſt ꝓ beneficiis abs te acceptis. Nec enim debemus facere id inter nos.i. ſic debemus eſſe officio ſi alter in alterū ut nō ſit neceſſe gratias agere. Senatus appellaret ſcilicet à me, id eſt cōueniretur ſæpius pro dignitate tua, ſcilicet tuenda, ſi cogeretur, id eſt cōgregaretur unquam, id eſt aliquo tempore, cōſulibus abſentibꝰ, id eſt tantiſper dū conſules abſunt niſi ad rem nouā Itaq; nec de HS.i. ſeſtertiis uiginti, nec ſeſtertiis decem.ſ. à te petitis, poteſt nunc quicquam agi per ſenatum. Ego autem cenſeo imperandum tibi, id eſt à te, ſupple prouincialibus tuis, ex ſenatuconſulto, & ſumendū mutuum.ſ. publico nomine. Ego credo te cognoſcere quid agatur in repub. ex literis eorū, qui debent perſcribere ad te acta.ſ. publica. Ego ſum ſpe bona.ſ. de repu. non deſum conſilio, cura, labore ſupple reipubli. ego præ me fero, id eſt palàm oſtendo me acerrimum hoſtem omnibus inimicis reipub. Res, id eſt negocium quod agitur de libertate publica, neq; uidetur mihi eſſe nunc loco difficili.i. uidetur facile poſſe tranſigi, & fuiſſet facilima ſi culpa abfuiſſet à quibuſdam, ut à Læpido & Ventidio. Vale.

* P:V.C. SENATVS ſæpius pro dignitate tua appellaretur. Diximus olim Medicæum, & alios manu ſcriptos habere APPELLARET, quam lectionem ſi tunc non contempſimus, nunc multo magis probamus: uidetur enim hic Cicero dixiſſe, Senatus appellaret: ut in epiſt. ad Tironem: nobis inter has turbas Senatus tamen frequens flagitauit triumphum. ſtatuant nunc eruditi.

purgatoria · commendatoria.

M.T.C.S.P.D. Cornificio. EP 29

NON modo tibi, cui noſtra omnia notiſſima ſūt, ſed neminem in populo Rom. arbitror eſſe, cui ſit ignota ea familiaritas, quæ mihi cum L. Lamia eſt. Etenim magno theatro ſpectata eſt tum cum, eſt ab A. Gabinio COS. relegatus, quòd libere & fortiter ſalutem meam defendiſſet. Nec ex eo amor inter nos natus eſt: ſed quòd erat vetus & magnus, propterea nullum periculū pro me adire dubitauit. Ad hæc officia vel merita potius iucundiſſima conſuetudo accedit, vt nullo prorſus plus homine delecter. Non puto te iam expectare quibus eum tibi verbis commendem: cauſa enim tanti amoris intelligis quæ verba deſyderet: iis me omnibus vſum putato. Tantum velim exiſtimes, ſi negotia Lamiæ, procuratores, libertos, familiam, quibuſcunque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quàm ſi ea tua liberalitas pertinuiſſet ad rem familiarem meam. Nec dubito quin ſine mea commendatione (quod tuū eſt iudicium de hominibus) ipſius Lamiæ cauſa ſtudioſe omnia facturꝰ ſis, quāquam erat nobis dictum, te exiſtimare alicui S C. quod contra dignitatem tuam fieret, ſcribendo Lamiam adfuiſſe: qui omnino C O S S. illis nunquam fuit ad ſcribendum. deinde omnia tum falſa S. C. deferebantur. Niſi forte etiam illo Sēproniano S.C. me cenſes adfuiſſe, qui ne Romæ quidē tum fui, deque eo ad te ſcripſi re recenti. Sed hæc hactenus. Te mi Cornifici, etiam atque etiam rogo vt omnia Lamiæ negotia, mea putes eſſe: cureſque vt intelligat hanc commendationem maximo ſibi vſui fuiſſe. Hoc mihi gratiꝰ facere nihil potes. Cura vt valeas.

HVBER. NOn modo. commendat C. Cornificio. L. Lamiam amiciſsimum ſuum, quem etiam pro alia cauſa cōmenendauit lib. X. D. B. Vbi eaſdem cauſas amicitiæ expoſuit, quas etiam hic exponit, commendat autem non ſolum eum, uerum etiā negocia, procuratores, familiam denique omnem, & diluit quandam ſuſpitionem quam habuerat Cornificius ꝙ Lamia affuiſſet cuidam ſenatuconſulto de ſcribendo contra eius dignitatem, quod Cic. omnino negat, & etiam addit omnia ſenatuconſulta quæ tunc fiebant, fuiſſe falſa. Spectata. probata cognita. Magno theatro. pleno populo. Ex eo, ꝙ defenderit ſalutem meam. Vetus amor, noſter. Conſuetudo. conuerſatio. Quæ. uerba quaſi dicat uehemētiſsima. His omnibus ſcilicet uerbis quæ deſyderātur cauſa talis amoris. i. finge & exiſtima me eſſe uſum. Petiuiſſet, præſtita eſſet. Quod tuum eſt iudicium. i. pro eo iudicio quod iudicium habes de hominibus. Quamquàm, incipit diluere ſuſpitionem. Niſi forte genus eſt quoddam negandi factum fuiſſe aliquando ab alio, cum oſtendimus ſuſpitionem aliquando nobis fuiſſe de eo, quod actum à nobis non ſit, ut hic Semproniano, ut eſt factū de Sempronio ut tibi in prouincia ſuccederet, ut ſupra uiſum eſt. Nec recenti. i. adhuc noua. Vſui. utilitati.

ASCEN. NON modo & c. Commendat Cice. Cornificio L. Lamiam amiciſſimum ſuum quem etiam lib. x. commendauit D. Br. & purgat ſuſpitionem quam habuerat Cornificius ꝙ Lamia interfuiſſet ſenatuconſulto contra dignitatem ſuam decreto. Ordo eſt. Ego arbitror non modo. i. non ſolum te, cui omnia noſtra ſcilicet acta ſunt notiſsima, uidetur dicendum non modo te non eſſe, ſed ut doctiſſime adnotauit Budæus ſæpe altera negationum contenti ſunt authores p̄ſertim accedente negatione quæ ad plura poſſet referri, ut hoc loco, ſed neminem arbitror eſſe in Pop. Ro. cui ea familiaritas quæ mihi eſt cum Lucio Lamia, ſit ignota. Etenim. i. quia certe, ipſa eſt ſpectata magno theatro. i. in conſpectu totius populi tum. i. tunc, cum. i. quando relegatus eſt. i. in exilium miſſus ab Aulo Gabinio conſule ꝙ defendiſſet libere & fortiter ſalutem meam. Nec amor eſt natus inter nos ex eo. ſ. facto eius, ſed ꝙ amor. ſ. erat uetus & magnus: ꝓpterea nullum dubitauerat adire periculū pro me. Conſuetudo iucundiſsima, accedit. i. additur ad hæc potius merita: Officia enim ſunt quæ ex debito fiunt, Merita quæ ex libertate, quę debitorem faciunt, ſup. ita, ut nullo. i. non ullo, non delecter ullo prorſus homine plus ſcilicet quàm Lamia. Non puto te expectare iam. ſ. poſtquam docui quàm charus mihi ſit, quibus uerbis commendem eum. Tu enim intelligis cauſam tanti amoris, putato me uſum omnibus, iis uerbis. Quæ uerba deſyderet. Tum. i. duntaxat uelim ſup. ut exiſtimes, ſi defenderis negocia. procuratores, liberos, familiam, quibuſcunque rebꝰ opus erit, ſup. id futurum gratius mihi quàm ſi ea liberalitas. ſ. tua pertinuiſſet ad rē familiarem meam. Nec dubito quin facturus ſis omnia ſtudioſe. i. diligenter, cauſa ipſius Lamiæ, quia. ſ. uir dignus tibi uidebitur, ſine commendatione mea quod. i. quale hoc eſt quia tale eſt iudicium tuum de hominibus, ut. ſ. facilime iudices qui digni ſint auxilio tuo. Quanquàm erat dictum, te exiſtimare Lamiam affuiſſe alicui ſenatuſconſulto, ſcribendo. i. dum ſcriberetur, quod fieret contra dignitatem tuam, qui. ſ. Lamia, nunquam fuit. i. paratus aut præſens ad ſcribendum ſcilicet aliquid, omnino illis conſulibus. i. quandiu illi eſſent conſules ſub quibus ſcriptum eſt. Deinde. i. ſecundo loco omnia ſenatuſcōſulta deferebantur. i. nunciabantur tum. i. tunc falſa aut falſo, niſi forte cenſes etiam me, ut delatum eſt, affuiſſe ſup. in illo ſenatuſconſulto Semproniano. i. quod ſub Sempronio, aut Sempronio referente factum eſt, qui ne quidem. i. non ſaltem fui. ſ. tunc Romæ, ut ſcripſi ad te tum, id eſt tunc de eo recenti, id eſt recentius facto. Sed hæc hactenus ſupple dicta ſint. O mi Cornifici ego rogo te etiam atque etiam, ut putes omnia negocia Lamiæ eſſe mea, cureſque ut intelligat hanc ſcilicet meam commendationem fuiſſe ſibi maximo uſui. i. ſummæ utilitati. Tu nihil potes facere gratius mihi, hoc, eſt id eſt quàm hoc. Cura ut ualeas.

purgatoria · narratoria.

M.T.C.S.P.D. Cornificio. EP 30

ITA ne? præter litigatores, nemo ad te meas literas? multæ iſtæ quidem. tu enim perfeciſti, vt nemo ſine literis meis tibi ſe commēdatum putaret. ſed quis vnquam tuorum mihi dixit eſſe cui darem, quin dederim? aut quid iucundiꝰ, quàm, cum coram tecum loqui non poſſim, aut ſcribere ad te, aut tuas legere literas? Illud magis mihi ſolet eſſe moleſtum tantis me impediri occupationibus, vt ad te ſcribendi meo arbitratu facultas nulla detur. Non enim te epiſtolis, ſed voluminibus laceſſerem: quibus quidem me à te prouocari oportebat. Quanuis enim occupatus ſis, otii tamen plus habes. Aut ſi ne tu quidem uacas, noli impudēs eſſe, nec mihi moleſtiā exhibere, & à me

HVBER. ITA ne. Huius epiſtolæ argumentum multiplex eſt, maxime circa finem: uariis enim rebus reſpondet Cice. quæ à Cornificio duabus epiſtolis ſcriptæ fuerant. Primum enim ſe excuſat Cice. ꝙ à Cornificio fuerat accuſatus nullas ad eum miſiſſe epiſtolas niſi commendatitias pro litigatoribus, quia ut ſupra uiſum eſt commendauerat omnes hæredes Q. Turii, & ſeorſum Sex. Aufidium cohæredem, cōmendauerat etiam quendam Pinarium procuratorem & geſtorem negociorum Dionyſii ſibi amiciſſimi: poſtremo L. Lamiam habentem etiam in eius prouincia negocia plurima. Itaque Cic. oſtendit ſe ſcripſiſſe ī alio genere multas epiſtolas, & multo plureis q̄ ab eo acceperit, cum potius deberet prouocari ab ipſo Cornificio, qui minus eſt negocioſus: negociorum ſuorum autem cauſas eſſe dicit reuocationem bellorum ciuilium culpa & ſcelere Læpidi qui Anto. apud Mutinam uictum & inermem fugientem recepit, & cum eo ſe coniunxit. Poſtea uero accuſat Cornificiū, ꝙ eodem exemplo ad ſe literas dediſſet, quo ad alios ad quos ſcripſerat cum ipſe Cice. proprias literas ab eo expectauerit. Deinde dicit nō poſſe ei ꝓ uideri à ſenatu de pecunia quam petiuerat, quia omnia ſunt turbulenta propter mortem conſulum, & cum etiam ſenatus quærat pecunias ut ſatiſfaciat militibus excuſat etiam neſcio quid de Dionyſio, cuiꝰ procuratorem ei ſupra commendauerat. Dicit etiā Luceium ſibi à Cornificio commendatum ut uiſum eſt epiſtola quæ incipit, Liberalibus oportere Romā uenire ſi uelit negocia ſua ſe recte conficere, quem à ſe nō minus amari dicit, q̄ à Cornificio. Poſtremo quid ſentiat de quibuſdam quos exautorauerat, & ex prouin-

ex prouincia amouere uolebat,& ꝙ legatis suis lictores eripuissẽt. Ita ne.s.dicis uel est. Nemo ad te .i.fert. Præter litigatores,quorum causas tibi tuendas commendo. Istæ.s.literæ litigatorum. Multæ pu.fu.ironice dictum. Voluminibus, libris magnis scriptis. Oportebat,decebat. Vacas.ocium habes Vacas. Impudens impudens, qui cum sis in culpa me accuses. tales enim.impudentes dicuntur. Distineor.occupor.Vt enim probatio per similitudinem sumptam ab ægrotantibus, quorum periculosior est morbus si postq̃ leuati esse putantur reciderint.Deintegro.denuo. In eum.morbum. Sic,adaptatio similitudinis. Laboramus,negocium habemus, & occupati sumus. Profligato,confecto. Pene sublato. Propter Anto.uictũ. Renouatum,scelere Dolabellæ, qui Anto.recepit. Deitegro

Non dubitabam.s.de amore tuo. Cherippus: is ut supra uidimus fuerat in Africa cum Cornificio, cunque Romam uenisset,exposuit Cic.qualis esset Cornificius erga eum. Aptum,modestum facetum, eius contrarium est ineptus. Vultus, hilaritatem quã uultu exhibes,cum de me audis,aut loqueris. Verba, quæ de me honorifice dicis.Eodem exemplo.i.scripseris.Quo exemplo. Proprias, speciales quæ non essent eodem exemplo quo erant aliæ. Requisiui.i. desiderauí,non autem te accusaui. Neque uehementer.i.neque cum magna instantia.s.requisiui. Orbus .i.quasi orphanus sicut filii qui patres amiserunt. Angustiæ,tenuitates,necessitates. Sine tributo,quin exigatur tributũ per capita uel per ostia. A magistris, ab arbitris eius causæ. Contenderem, efflagitarem. Aptus Ineptus Angustiæ

Probauerunt,ostenderunt. Cum promisso, qđ erat factum in eos ab ipso Luceio, & ab aduersariis.

Veniendum, oportere eum uenire. Meis literis, quibus iam multo ante eum monui ut ueniret. Non fefelliſſent,non fuissent contra opinionem tuam. Si uiueret,Pansa. De Venuleio,Latino,Horatio, hos ut coniicimus ex sequentibus amouerat. Cornificiꝰ ex magistratu uel eis eripuerat lictores,quod Cicero.se laudare dicit. Quo,ut. Illi, Venuleius & Horatius ferrẽt se esse exautoratos,& amotos magistratu. Ademisse,abstulisse. Honore.subaudi digni scilicet legati. Cum dignis ignominia. cum Venuleio & Horatio infamia dignis. Eos.ordo est:existimo eos cogendos ex senatusconsulto ut decedant.s.ex prouincia. Si non decedunt, sponte uel tuo iussu. Hæc.s. responsa sunt.

ASCEN. ITA ne &c.Respondet potissimum in fine uariis rebus,itaque facilius legenti patebit argumentũ q̃ ex huiusce modi collectione:ne tamen nihil dicam,primum se excusat ꝙ à Cornificio fuerat accusatus ꝙ nullas misisset epistolas nisi commendatitias, docens se etiam alias scripsisse. Ordo est. Ita ne sup. scribis,aut uerũ putas, ꝙ nemo præter litigatores.i. qui pro lite sua commendari uolunt sup. adferunt ad te literas meas.Istæ quidem.s.commendatitiæ litigatorum sup.sunt multæ. Tu enim te facilem præbendo effecisti, ut nemo putaret se commendatum tibi sine literis meis. Sed quis unquam tuorum dixit mihi esse sup.aliquid, cui darem.i.dare possem, quin dederim? Aut quid sup.contingere potest mihi iucundius, q̃ cum non possem loqui tecum corã .i.in præsentia,& ut dicunt ore ad os,aut scribere ad te,ut legere literas tuas.q.d.nihil. Illud solet mihi esse magis molestum me impediri tantis occupationibus,ut nulla facultas detur sup.mihi scribendi,ad te arbitratu meo. Non enim si facultas detur lacessere .i.prouocarem te ad scribendum epistolis. Sed uoluminibus.i.integris libris, quibus.s.uoluminibus quidem.i.certe oporteret.i. deceret me prouocari literas crebriores,cum tu mihi raro mittas,flagitare. Nam cum antea distinebar maximis occupationibus,propterea quòd omnibus curis rempubli.mihi tuendam putabam:tum hoc tempore multo distineor uehementius. Vt enim grauiꝰ ægrotant ii,qui cum leuati morbo uidentur,in eum de integro inciderunt:sic uehementius nos laboramus, qui profligato bello ac pene sublato renouatum bellum gerere conamur. Sed hæc hactenꝰ. Tu tibi mi Cornifici,fac ut persuadeas,non esse me tam imbecillo aio, ne dicam inhumano, vtà te vinci possim aut officiis aut amore.Non dubitabam equidem:veruntamẽ multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus.O hominem semper illum quidem mihi aptum,nunc vero etiam suauem. Vultus mehercule tuos mihi expressit omnes:non solum animum ac verba pertulit. Itaque noli vereri ne tibi succensuerim, quòd eodem exemplo ad me quo ad cæteros. Requisiui equidem proprias ad me vnum à te literas:sed neque vehementer & amanter. De sumptu quem te in rem militarem facere & fecisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari, propterea quòd & orbus Senatꝰ COSS. amissis:& incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ,quæ conqueritur vndiq;,vt optime meritis militibus promissa soluãtur. quod quidem fieri sine tributo posse non arbitror.De Attio Dionysio nihil puto esse:quoniam mihi nihil dixit Stratorꝰ. De P.Luccio nihil tibi concedo,quo studiosior eius sis quàm ego sum. est enim nobis necessarius. Sed à magistris cum contenderem de proferendo die, probarunt mihi sese, quo minus id facerent,& compromisso & iureiurando impediri. Quare veniendum arbitror Luccio.quanquam si meis literis obtemperauerit,cum tu hæc leges,illum Romæ esse oportebit.Cæteris de rebus, maximeque de pecunia, cum Pansæ mortem ignorares,scripsisti quæ per nos ab eo consequi te posse arbitrarere:quæ te non fefellissent,si viueret: nam te diligebat.post

mortem

mortem autem eius quid fieri posset non videbamus.De Venuleio,Latino,Horatio:valde laudo.Illud non nimium probo,quod scribis,quo illi animo æquiore ferrent,te tuis etiam Legatis lictores ademisse.Honore enim cum ignominia dignis non erant comparandi: eosque ex S.C.si non decedunt, cogendos vt decedãt existimo.Hæc fere ad eas literas quas eodem exemplo binas accepi.De reliquo velim tibi persuadeas,non esse mihi meã dignitatem tua chariorem. Vale.

M·T. CICERONIS EPISTOLARVM Familiarium. Lib. XIII.

M.T.C.S.P.D.C.Memmio. Ep. 1.

ET si non satis mihi constiterat,cum aliqua ne animi mei molestia, an potiùs libẽter te Athenis visurus essem,quòd iniuria, quam accepisti,dolore me afà te.Quamuis enim sis occupatus,tamen habes plus ocii.s.q̃ ego,aut sanè tu quidẽ qui magis uideris posse uacare,uacas.i.cessas noli esse impudens.s.exigendo,quod præstare nequeas, nec sup.uelis:nam nolle aut uoli non dicitur,exhibere mihi molestiam.i.exigẽdo literas,& noli flagitare literas crebriores à me, cum tu raro mittas mihi. Nam cum distinebar antea occupationibꝰ maximis,propterea quod putabã remp.tuendam mihi omnibus curis,tamen ego distineor.s.occupationibus hoc tempore uehementius multo.s.q̃ antea. Vt enim grauius ægrotant ii, qui cum uidentur leuari morbo, inciderunt in eum de integro.i.de nouo: sic nos laboramus uehementius qui bello profligato.i.oppresso ac penè sublato,conamur gerere bellum renouatum. Sed hæc hactenꝰ. Tu ô mi Cornifici fac,ut persuadeas tibi sup.me, non esse animo tam imbecillo.i,debili, ne dicam inhumano.i.duro,ut possim uinci à te,aut officiis aut amore. Equidem.i.ego certè,non dubitabam.s.de amore tuo,uerumtamen Cherippus,qui à te uenit, effecit amorem tuum multo notiorem mihi.s.q̃ prius erat. O hominem, lætitiæ causa exclamat, illum quidem .s.Cherippum semper apertum mihi,nunc uero etiam suauem. Mehercule ipse expressit.i.effinxit mihi omnes uultus tuos,non solum.i.nedũ pertulit animum ad uerba. Itaque noli uereri si succensuerim.i.subiratus fuerim tibi ꝙ sup.misisti literas ad me eodem exemplo,quo ad cæteros,id est eadem forma scriptas.Requisiui equidem literas à te proprias ad me unum.s.datas,sed neque requisiui sup.uehementer, sed amanter.i.ut earum amator,si fuissent,non uehemens exactor quia non fuerunt. Ego nihil sanè.i.omnino possum opitulari.i.opis afferre tibi,de sumptu quem dicis te facere & feciſſe in rem militarem,propterea ꝙ senatus orbus sup.est.i.quasi sine patre consulibus.s.Pansa & Hirtio amissis.i.cæsis &incredibiles sup.sunt angustię.i.pœnuriæ pecuniæ publicæ.i.ad remp.pertinentis,quæ conqueritur undiq; ut promissa soluantur militibus optime meritis. Quod quidem ego arbitror non posse fieri sine tributo.s.per tribus dato. Ego puto nihil.s.eorum quæ agebamus,esse de Accio Dionysio,quoniam Stratorius nihil dixit mihi,non taciturus tamen si aliquid fuisset. Ego nihil concedo tibi de Publio Lucẽio,quo.i.per quod autut sis studiosior eius.i.commodi illius q̃ ego sum. Est enim necessarius nobis. Sed cum contenderem.i.obnixe peterem à magistris.i.arbitris causæ eius,de die proferendo.i.prolongando,probauerunt.i.satis ostenderunt, mihi sese impediri compromisso & iureiurando quominus.i.ut non facerent id.i.non proferrent diem. Quare ego arbitror Luceio ueniendum sup.esse quamquàm si obtemperauerit literis meis oportebit illum esse Romæ,cum tu leges hæc .s.scripta mea. Tu scripsisti de cæteris rebus,& maxime de pecunia .s.tibi mittenda,cum ignorares mortem Pansæ.s.consulis & amici tui,sup.ea quæ tu arbitrabare te posse consequi ab eo per nos.i.per nostram intercessionem aut solicitationẽ quæ non fefellissent te,si uiueret:nam te ipse diligebat, autem.i.sed, uidebamus quid aut qui.i.quomodo id scilicet quod postulasti posset fieri post mortem eius.s.Pansæ. Ego ualde laudo supple quæ scripsisti de Venuleio Latino & Horatio. Ego non probo.i.laudo nimium, illud quod scribis te ademisse etiam legatis tuis lictores.i.publicos ministros cum insignibus, quo.i.ut illi.s.iam dicti, ferrent animo æquiore.i.minus molesto,se scilicet lictoribus carere. Enim,id est quia supple digni honore, ut legati à republi.stantes,non erant comparandi cum dignis ignominia scilicet Venuleio, Latino, Horatio. Vbi notandum etiam de digniore dici quòd non sit comparandum cum digniore. Ego existimo eos scilicet iam dictos, cogendos ut decedant, si non decedunt ex senatusconsulto, id est parentes illi. Hæc fere supple sunt responsa ad eas literas quas accepi binas eodem exemplo. De reliquo uelim persuadeas tibi, dignitatem meam non esse mihi chariorem tua.

Vale.

ET si.Hi duo sequẽtes libri,quàm facile tam útiles mihi esse uidentur,quod commendationum uarias & elegantes imitationes habent, quibus docemur & ornate dicere, & amicorum causas diligenter commendare, idque cum delectatione maxima quando instruimur nõ ut boues eodem mugitu(ut aiunt) semper eisdem uerbis uti.Itaque assidue pueris proponendos censeo, nec minus etiam doctoribus pertractandos, qui si minꝰ ornatu uerborum egent:humanitatis tamen, & officii sui ratione incenduntur, diligentiores fiunt amicorum commendationibus, sed iam ad argumẽtum epistolæ ueniamus.C. Mẽmius uir nobilissimus & cuius Romanus Athenis domum inceperat ædificare iuxta hortos uel ædes Patronis philosophi Epicurei amicissimi Ci.qui ad eum scripserat, ut se Mẽmio diligenter commendaret,ne quendam parietem impediret,qui erat ei contiguus,quod Cic.dicit se noluisse ab eo petere,ueritus ne fortasse impediret ædificationem ipsius Mẽmii,sed postquam intellexit Memmium HVBER.

mium non esse edificaturum,eum rogat,ut uelit morem gerere patroni Epicureo,quem laudat summopere excusans eius opinionem Epicuream, accendit que Memmium ad obsequendum Patroni & dicit eum esse charissimum Pomponio Attico, à quo dicit se rogatum esse,ut eũ commendaret diligentissime. Vtitur tamẽ summo artificio cùm dicit se nihil impetrare uelle, quod inuitus faciat, ut magis eum inuitet facere libenter quod petit, cùm autem fuisset Ci. Athenis,nec uidisset ipm Memiũ,qui quadam iniuria affectus fuerat.Primũ dicit & nõ licet satis habeat certũ utrum cũ maiore molestia animi sui uisurus esset, cuius iniuria summopere doleret an cũ maiore uoluptate propter sapientiam eius,qua magnam lætitiam se capere dicit & per eam fortiter ferat iniuriam,tamen mallet eum uidisse,quia non multominus molestiæ capit in eius absentia, uoluptas autem uidendo eũ fuisset maior.Cõstiterat.certum & manifestum erat. Quod iniuria.ratio molestiæ. Sapientiæ. ratio quare libenter uidisset eũ. Lætitia.s.afficeret:est enim ablatiuus casus. Quod molestiæ est.i.ea molestia, quæ est.

ASCEN. ET si non satis & c.Hi duo sequentes libri ut facilimi ita utilissimi sunt,eo & commendationum uarias & elegantes imitationes habent,quibus docemur & ornatè dicere,& amicorum causas diligenter commendare,idq; cum delectatione maxima. In hac autẽ prima hoc est argumenti.C. Memmius uir nobilissimus Athenis domũ cœperat ædificare ad ædes Patronis philosophi Epicurei amicissimi Ciceronis, qui ad Ciceronem scripserat ut à Memmio exoraret ne quendam parietem impediret, de quo negocio tota ferè hac agitur epistola. Ordo est.Et si.i.quanq̃ non satis constiterat.i.euidens fuerat, mihi ne.i. an uisurus essem te Athenis cum aliqua modestia animi, an potiùs libenter, quod.i.quia iniuria quam accepisti,id est passus es,afficeret me dolore,sapientia tua,qua fers iniuriam sup.afficeret me lætitia,tamen mallem uidisse te. Nam sup.id molestiæ,quod est,scilicet ob iniuriam tibi illatam.nõ est sane multo leuius cũ non uideo te id supple uoluptatis quod potuit esse, fuisset certè plus si uidissem te. Itaque non dubitabo dare operam,ut uideam te,cum potero facere id satis commodè.

ordo. I

HVBER. IN INTerea.ecce q̃ artificiosè allicit Memmium ad uoluntatem suam. Sed id.i.facias id quod intelliges ad me pertinere,ad te autem non multum.Ordo est. sed id.i.facias.quod intelliges mea interesse,& in nullam partem interesse tua. Cum patrone.exponit causas commendationis. Dissentio.quia Peripateticos & Socraticos sequor,ut in procemio primi officiorũ ostendit. De su.n.nam assecutus fuerat stipendium publicum. Phædro.primo præceptore meo in philosophia. Vt phi.propter doctrinam. Illud ne.q.d.attenuat rem ut facilius impetret.q.d.minimum quiddam. Parietinarum.subauditur rerum.i.id quod p tinet ad parietem:quidam dicunt esse diminutiuum à pariete,cuius formationem & rationem nusq̃ inuenio. Consilium.deliberationem ne propter commẽdationem meam desisteres facere & instituisses. Abiecisse.deposuisse,nolle amplius ædificare.Offensiuncula.iniuriola. Gente il.græcam.s.leuem adiniurias promptam. Des te. ad le. fias mitis & placatus. Cõtendat. efflagitet. Repugnes. neges. Concedi.s.ut repugnes. Quam il.s.potest concedi.Quanquam paenumerat multas causas,quibus probat ignoscendũ esse patroni si eã rem que parua uidebatur tanta cõtentione petit. Honorem.s.suum & totius senectæ & in omnibus sequentibus dictionibus subauditur tuendum esse dicit. Ius te.quod inuiolabile esse debet. Obtestationem.i.deprecationem maximam pro eo. Sedendo.est quasi inculcatio dictionum.Vestigia sum ho.i.imitationes maximorum hominum. Totã hoīs.sesus est licèt deridere totã hoīs uitã & opinionẽ in philosophia si uolumus reprehendere hãc eius petitionẽ,sed si nõ habemus odio eos, qui eadẽ curãt,ignoscẽdũ etiã puto huic si tãtopere petit hãc.

Phædrus

Offensiuncula

Obtestatio

ASCEN. IN INTEREA agam quod agi potest tecũ,& ut arbitror,cõfici.i.absolui & perfici, per literas. Ego rogabo nunc à te illud primum, nequid facias inuitus.i. contra placitum tuum mea causa,sed des mihi id,qđ intelliges multum interesse mea, hoc est mihi utile esse, & in nullam partem multum interesse tua, ita scilicet des mihi,si persuaseris tibi ante.i.si te ad hoc adduxeris, ante ut facias id libenter. Incipiens autẽ tero.Interea quod per literas & agi tecũ, & ut arbitror,confici potest, agam nunc. Acte illud primum rogabo,ne quid inuitus meã causã facias: sed id quod mea intelliges multùm, tua nullam in partem interesse, ita mihi des,si tibi,ut libenter facias,ante persuaseris.Cũ Patrone Epicureio mihi omnia sunt: nisi quòd in philosophia vehemẽter ab eo dissentio.Sed & initio Romæ, cùm te quoque & tuos omneis obseruabat,me coluit in primis: & nuper cũ ea quæ voluit de commodis & præmiis consecutus est, meme habuit suorum defensorum, & amicorum fere principem, & iam à Phædro, qui nobis cum pueri essemus,ante quàm Philonem cognouimus, valdè vt philosophus, postea tamen vt vir bonus & suauis & officiosus probatur, trãditus,mihique cõmendatus est.Is igitur Patro,cum ad me Romam literas misisset vti te sibi placarem,peteremque vt nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes: nihil scripsi ad te ob eam rem,quòd ædificationis tuæ consilium commendatione mea nolebam impediri. Idem vt veni Athenas, cum idem ad te scriberem rogasset: ob eam causam impetrauit,quòd te abiecisse

cisse illam ædificationem constabat inter omneis amicos tuos. Quod si ita est, & si iam tua plane nihil interest,velim,siqua offensiuncula facta est animi tui peruersitate aliquorum (noui enim gentem illam) des te ad lenitatem, vel propter summam humanitatem, vel etiam honoris mei causa. Equidem si quid ipse sentiam quæris,nec cur ille tantopere cõtendat video, nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quàm illi laborare sine causa.Quãquam Patronis & rationem & causam tibi cognitam esse certo scio:honorẽ, officium,testamentorum ius,Epicurei authoritatem, Phædri obtestationẽ, sedem, domicilium, vestigia summorum hominum sibi tuẽda esse dicit. Totam hominis vitam rationemq̃,quam sequitur in philosophia,derideamus licet, si hanc eius contentionẽ volumus reprehendere. Sed mehercules quum illi cæteri sque,quos illa delectant,nõ valde inimici sumus, nescio an ignoscendum sit huic, si tãtopere laborat,

centem reiecisse & dimisisse illam ædificationem. Quod si est ita,& si,id est quanquam iam nihil est plane,idest omnino tua,uelim siqua,id est aliqua offensiuncula,id est læsiuncula animi tui facta est peruersitate aliquorũ, noui enim gentem illam,scilicet mendacem & ad discordiam seminandam procliuem,des, id est accommodes te ad leuitatem,id est placabilitatem, uel propter summã humanitatem.s.tuam, uel etiam causa honoris mei, ne uidear frustra à te petisse. Equidem,si quæris quid ipse,id est ego sentiam, nec uideo cur ille contendat, id est instet tantopere,nec cur tu repugnes,nisi tamen concedi potest multominus tibi,scilicet qui uir prudẽs haberis,quàm illi,scilicet homini Epicureo laborare sine causa,Quanquam ego certo,scio & orationem & causam Patronis esse cognitam tibi,tamen sup. repetam tibi. ipse dicit honorem, scilicet suum, eo quod Philosophus est,turpe fuerit alteri de suo iure cedere, & officium, quia debet pro sectę totius honore contendere, & ius testamentorum,quibus sibi illæ ædes erant relictæ,authoritatem Epicurei, quem imitatur, abtestationem, id est maximam precationẽ cum fidei attestatione,Phædri,scilicet Philosophi & communis amici,sedem,id est longam & firmam habitationem domicilium, id est propriam habitationem,uestigia, id est imitationes summorum hominum,aut qui in iisdem ædibus habitarunt aut qui simile.factitarunt dicit inquam hæc omnia esse tuenda,id est protegenda sibi.Licet,id est licitum est sup. ut derideamus totam uitam hominis & rationem quam sequitur,si uolumus reprehendere hanc contentionem,id est petitionem eius. Sed mehercule quando, id est quandoquidem seu quoniam,nos non sumus ualde inimici,id est aliquantulum fauemus illi, uidelicet Patroni,& cæteris quos illa, scilicet quæ illi sibi tuenda dicit,delectant,nescio an ignoscendum sit huic,scilicet Patroni,si laborat tantopere,scilicet tueri dicta.

in quo etiã si peccat,magis ineptiis, quàm improbitate peccat. Sed ne plura (dicendum enim aliquando est) Pomponiũ Atti cum sic amo, vt alterum fratrem: nihil est illo mihi nec charius nec iucũdius. Is (nõ quod sit ex istis, est enim omni liberali doctrina politissimus: sed valde diligit Patronem, valde Phædrum amauit) sic à me hoc contẽdit homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus,vt nihil vnquam magis. nec dubitat quin ego à te nutu hoc consequi possem, etiam si ædificatu

ordiri rem quam prætendebat, dicit omnia sunt mihi communia,cum Patrone Epicureo, nisi quòd dissentio uehementer ab eo in philosophia,quia Stoicus potius aut Academicus erat Cicero,sed & initio, scilicet coniunctionis nostræ cum obseruabat quoque te & tuos omnes Romæ,coluit me in primis, id est præcipue,& nuper,id est nunc parum est temporis,cum cõsecutus est de cõmodis & præmiis suis ea quæ noluit me fere principem defensorẽ & amicorum suorum,& ipse traditus & commendatus est mihi iam, id est his diebus. Phædro,qui,scilicet Phædrus, probabatur,id est laudabatur & placebat nobis cum essemus pueri antequam cognouimus Philonem,scilicet philosophũ probabatur,inquã,ut philosophus, postea tamen probabatur ut uir bonus & suauis & officiosus, quasi dicat propter illius qui nobis communiter est obseruandus debere commendationem esse. Is igitur Patro cum misisset Romam literas ad me, uti,id est ut, placarem, id est reconciliarem & placatum facerem te sibi,& peterem,scilicet,à te,ut sup.cõcederes sibi illud Epicurei, id est quod ad Epicureum hominem pertineret, nescio quid parietinarum sup. rerum, id est ad parietem communem pertinentium, sic legitur & exponitur fere sed lectio parum placet,expositionem autem meliorem cuique inueniendã relinquimus ego sup.tunc,nihil scripsi ad te,ob eam rem, quòd nolebã consilium ædificationis tuæ impediri cõmendatione mea.idem, scilicet Patro cum rogasset ut, id est postquam ueni Athenas,ut scriberẽ ad te idem,id est eandem rem,scilicet ut se tibi placarem,& de parietis parte concedenda rogarem impetrauit, scilicet petitum suum à me ob eam causam quòd constabat, id est notum erat inter omnes tuos,te abiecisse, id est ut displi

HVBER. IN quo. in qua re petenda. Laborat, curat. Ineptiis, simplicitate. Dicendum aliquando, id est etiam addenda est alia maxima causa. Ex istis,scilicet Epicureis. Politissimus. ornatissimus. Liberali, Socratica & Platonica. Vt nihil unquam magis, scilicet contenderit à me. Nutu, id est facilime uel solum innuendo tibi. Etiamsi, ergo multo facilius cum non sis ædificaturus. Si audierit.Pomponius. Negligẽtem, quod noluerim te pro eo rogare. Tua uoluntate,te cõsentiente ὑπομνηματισμὸν sic enim Græci uocant decretum quasi monitum & commentarium.

ASCEN. IN quo. scilicet studio,etiam si peccat,scilicet per cupiditatem,tamen peccat potius ineptiis,quia est homo minus culto ingenio,quàm improbitate,id est malitia. Sed sup.dicam dicendum est enim aliquando,id est tandem finiendum est, ego amo Pomponium Atti cum sic ut alterum fratrem,nihil est illo mihi nec charius nec iucundius. Is, scilicet Pomponius non quòd

r.i. ut ex istis,

ut ex istis, scilicet Epicureis porcis. Est enim politissimus omni doctrina liberali, sed sup. quòd ualde diligit Patronem, & amauit Phædrum qui pro eo rogauit ualde, existens sup. ant cum sit, homo minime ambitiosus, & minime molestus in rogando cõtendit. i. instanter petit hoc à me sic ut nihil. s. cõtenderit unquã magis. i. instantius, nec dubitat quin ego possem consequi hoc à te nutu, scilicet solo. Etiam si esses ædificaturus. Nunc uero si audierit te deposuisse ædificationem, neq; tamen me impetrasse à te. s. quod Patro petit ipse non putauit te illiberatiorem in me, sed me negligentem in se. Quamobrẽ peto à te ut scribas ad tuos, decretum illud Areopagitarum. i. iudicum Athenien. in uico Martis qui Areopagus dicitur, quem hypomnematismon, id est decretum illi, scilicet Athenien. uocant, posse tolli, id est amoueri & abrogari tua uoluntate, id est te uolente. Decretum autem uidetur fuisse ut in fundo suo sine respectu uicini ad placitum ædificẽt. Sed redeo ad prima, id est ad illa quæ in principio huius epistolæ scripsi. Ego uelim prius, id est potius ut persuadeas tibi ut facias hoc causa mea libenter, quam ut facias, hoc est uelim quidem te facere, sed potius ut libenter, scias quam ut facias etiam si libenter, habeto tamen sic si feceris quod rogo, fore, id est futurum gratissimum mihi. Vale.

rus esses. Nunc vero si audierit te ædificationem deposuisse, neq; tamen me à te impetrasse: non te in me illiberalem, sed me in se negligẽtem dubitabit. Quamobrem peto à te vt scribas ad tuos posse tua voluntate decretũ illud Areopagitarum, quem ὑπομνηματισμὸν illi vocant, tolli. Sed redeo ad prima. Prius velim tibi persuadeas, vt hoc mea causa libenter facias, quàm vt facias. sic tamen habeto, si feceris quod rogo, fore mihi gratissimum. Vale.

HVBER. CAIO Auiano. Commendat Cic. Memmio. C. Auia. quendam statuarium, ut ei cõcedat Memmius habitationem quod dicit se non dubitare obtenturum, quia id multum, aut nihil interfit ipsius Memmii. Sacrario, id est templo, loco ubi sacra reponuntur. Tuo. per te ædificato. Accommodes. commodum facias. Instituta, incerta, uel proposita ad faciendum. Subitum est ei re. id est contingit, uel licet ei subito redire.

Socratiũ

M.T.C. Memmio S.P.D. Ep. 2.

petitoria.

CAio Auiánio Euandro, qui habitat in tuo sacrário, & ipsomultùm vtor, & patrono eius M. Aemilio familiarissime. Peto igitur à te in maiorem modũ, quòd sine tua molestia fiat, vt ei de habitatione accõmodes. Nam propter opera instituta multa multorum, subitum est ei remigrare Calend. Quintilibus. Impedior verecundia, ne te plúribus verbis rogem. Neque tamen dubito quin si tua nihil aut nõ multum interfit, eo sis ánimo quo ego essem si quid tu me rogares: mihi certè gratissimũ feceris. Vale.

HVBER. IOCAIO &c. Commendat Mémmio C. Auiánum statuarium quendam ut ei concédat Mémmius habitationem, quod cum citra iacturam Memmii fiat facilè impetraturum confidit. Ordo est. Ego utor multùm, & ipso Caio Auiano Euandro qui habitat in sacrario tuo, id est loco ubi conseruantur sacra per te ædificata, & utor familiarissimè patrono eius Mar. Aemilio. Peto igitur à te in maiorem modum, id est obnoxius, ut ei accommodes de habitatione, quod fiat sine molestia tua. Nam subitum, id est festiuum aut propinquum aut necessarium est ei remigrare, id est redire in pristinam habitationem, propter multa opera multorum, instituta, id est incepta ab eo. Ego impédior uerecundia ne rogem te plúribus uerbis Neque tamẽ dubito quin si nihil, aut non multum interfit tua, id est si parum aut nihil detrimenti ex ea re habiturus sis, sis eo ánimo quo ego omnino essem, si tu rogares me, quid, id est aliquid, certe tu feceris, scilicet hoc faciendo gratissimum mihi. Vale.

HVBER. AVLVM Fusium. Cõmendat Cice. Memmio per literas A. Fúsium, quem etiam coram commendauerat, ut eum ita tractet, sicut coram promisit, fore enim sibi gratissimum & obligatum sibi hominẽ perpetuo. Recepisti, promisisti.

ASCEN. AVLVM &c. Commẽdat Aulum Fugium per literas, quem etiam coram commendauerat, ut eum ita tractet, ut promisit, dicens. Ego uelim tractes A. Fusium unum ex intimis meis, scilicet amicis, obseruantissimum, id est maximum cultorem & studiosissimum nostri, hominem eruditũ & dignissimum summa humanitate & amicitia tua, tractes dico ita, ut recepisti, id est promisisti mihi coram, id est in præsentia tecum agenti. Id erit mihi tam gratum quàm quod sup. erit aut est gratissimum, præterea tu deuixeris. i. obligauerisipsum perpetuum, tibi summo officio & summa obseruantia, id est ad prosequẽdum te summo officio & summa obseruantia. Vale.

M.T.C. Memmio. S.P.D. Ep. 3.

commendatoria.

AVlum Fúsium vnũ ex meis intimis obseruantissimum studiosissimúmq; nostri, eruditum hominẽ, & summa humanitate: tuáque amicitia dignissimũ, velim ita tractes vt mihi coram recepisti. Tam gratum mihi id erit, quàm quod gratissimum. Ipsum præterea summo officio & summa obseruantia tibi perpetuum deuinxeris. Vale.

M.T.C.

M.T.C. Qu.Va.Qu.Orcæ.Fi. Leg.Propræ. S.P.D.

commendatoria. Ep. 4

CVM municipibꝰ Volateránis mihi summa necessitudo est: magno enim meo beneficio affecti, cumulatissime mihi gratiá retulérunt: nam nec in honóribus meis laboribus vnquam defuerunt. Cum quibus, si mihi nulla causa intercederet, tamen quòd te vehementissime diligo, quódque me à te plurimi fieri séntio, & monerem te, & hortarer vt eórum fortunis consúleres, præsertim cum propè præcipuam cáusam haberẽt ad ius obtinendum. Primum quòd Syllani tẽporis acerbitatem Deórum immortálium benignitate subterfugerunt. Deinde quòd summo studio Po. Rom. à me in consulátu meo defensi sunt, cum Tribuni pleb. legem iniquissimam de eorũ agris promulgauissent, facile. S.P.Q.R. persuasi, vt eos ciues quibus fortuna pepercisset, saluos esse vellent. Hanc áctionem meam C. Cæsar primo suo cõsulátu in lege agraria cõprobauit, agrúmque Volateranum & óppidum omni periculo in perpetuum liberauit: vt mihi dúbium non sit quin is qui nouas necessitúdines adiungat, vetera sua beneficia conseruari velit. Quamobrem est tuæ prudentiæ, aut sequi eius authoritatem, cuius sectam atque imperium summa cum tua dignitate secutus es: aut certe illi integram omnem causam reseruare. Illud vero dubitare nõ debes, quin tam graue, tã firmum, tam honestum municipium tibi tuo summo beneficio in perpetuum obligare velis. Sed hæc quæ supra scripta sunt, eo spectant, vt te horter & suadeam. Reliqua sunt quæ pertinent ad rogandum: vt non solum tua causa tibi consilium me dare putes, sed etiam quòd mihi opus sit, me à te petere & rogare. Gratissimum igitur mihi feceris, si Volaterános omnibus rebus integros incolumésque esse volueris. Eorũ ego domicília, sedes, rem, fortunas, quæ & à diis immortalibus & à præstantissimis in nostra repu. ciuibus summo. S.P.Q.R. studio cõseruatæ sunt, tuæ fidei, iustí

HVBER. CVM municipibus. Cum uolaterani uexarentur de rebus suis publicis, Ci. hac epistola eos ita diligenter commendat Qu. Valerio proprętori, ut diligentius commendare non posit, ostendit enim eos gratos & uiris bonis & maximis acceptissimos, quos omnino debeat sibi Vale. suo bñficio obligare. Volateranis, Volatera oppidũ, quod est Ethruscórum in collis planitie situm, ad quod stadiorum. xv. ascensus est. Retulérunt, reddiderunt. Consúleres, prouidéres causa honóris tui. Præcipuam, singularẽ. Subterfugerunt, euitauérunt. Temporis Syllani acerbitatem, quia ex proscriptis à Sylla plerique illic confidentes, per obsidionem prælsit, tandem per indutias discedẽtes locum illum relinquere, author Stra. De eórum agris diuidendis nostris militibus. Promulgassent, pronunciássent, protulissent, pepercissent, quia non potuerant capi. Liberauit, quia uoluit esse immunem. Is. Cæsa. Conseruari, nunc per nos, ut adiuuemus ipsos uolaterános. Eius. Cæsaris. Sequi au. id est facere quod ipse fecit, cum semper secutus sis eum in cæteris rebus. Sectam. factionem, partes, tractum à philosophis, qui sectas habent. Illi inte. ut nihil eis innouetur, donec Cæsar cognouerit eorum causam. Municipium. oppidum. Sed hæc, auget Cic. commendationem post exhortationes subiungendo preces. Certámen. contra eos qui illos oppugnárent. Quando, quóniam. De Volateranis mereare, id est ita Volateránis beneficium præstes. Eum, scilicet te. Apud quem unum, scilicet te. Secta

ASCEN. CVM municipibus &c. Cum Volaterani uexarentur de rebus suis publicis. Cice. hac epistola eos diligenter commendat. Qu. Valerio prætori ut diligentius commendare non posit. Ostendit enim eos gratos & uiris optimis acceptissimos, quos omnino debeat idem Valerius suo sibi beneficio deuincere. Ordo est. Summa necessitudo est mihi cũ municipibus Volateránis, scilicet incolis Volaterarum oppidi Ethruriæ, ipsi enim affecti magno beneficio meo, retulerunt cumulatissime mihi grátiam, nam nec defuerunt unquam in honoribus meis, scilicet augendis & in laboribus, scilicet ferendis, cum quibus si, id est tametsi nulla causa intercederet, id est media esset ad conciliationem amoris, tamẽ quòd, id est quia ego diligo te uehementissime, & quòd séntio me fieri, id est æstimári, plúrimi à te, & monerem & hortarer te, ut consúleres, id est consilio & ope prodesses fortunis eorum præsertim cũ haberent causam prope, id est quasi præcipuam, id est potissimam ad obtinendum ius. Primum quòd subterfugerunt acerbitatem temporis Syllani, id est quo Sylla tyránnidem exercuit benignitate deorum immortalium, quia cum illic proscriptos obsideret & illi factis iudiciis abirent nihil nocuit ubi, quod deorum benignitati ascribit, ut quibus dii fauerint turpe sit hominem nõ fauere. Deinde quòd defensi sunt à me in consulátu, scilicet meo, summo stúdio, id est fauore Popu. Rom. cum tribuni ple. promulgassent legem iniquissimam, de agris eorũ, scilicet aliis dispartiendis persuasi facile populoque Roma. ut uellent eos ciues esse saluos, quibus fortuna, prius tamen deos dixit eos seruasse, pepercisset C. Cæsar cõprobauit hanc actionem meam primo consulatu suo in lege agraria, id est cum ferret legem agrariam, & liberauit agrum & oppidum Volateranum omni periculo in perpetuum, ut non sit dubium mihi, quin is qui adiungat nouas necessitúdines, uelit uetera beneficia sua conseruari. Quamobrem est prudentiæ tuæ, id est ad prudentiam tuam refertur, aut sequi authoritatem eius, scilicet Cæ. cuius sectam, id est partialitatẽ, atque imperium tu secutus es cum summa dignitate

tua,aut certe reſeruare illi omnẽ, id eſt totam cauſam integram.i.ita quòd de ea nihil adhuc ſit per te actũ. Vero,id eſt ſed,tu non debes dubitare illud, quin uelis. i. debeas uelle obligare tibi in perpetuum ſummo beneficio tuo,illud municipium,id eſt oppidum munerum Romanorum capax,tam graue.i.conſtans,tam firmum & tam honeſtum. Sed hæc quæ ſcripta ſunt ſupra,id eſt in priori parte huius epiſtolæ ſpectant,id eſt tendunt eo,ut horter te,& ſuadeam.ſ.tibi. Reliqua.i. quæ deinceps dicam , ſunt quę deinceps pertinent ad rogandum,ut putes me dare cõſilium,non ſolum cauſa.i. pro utilitate tua , ſed me petere & rogare tua à te quod opus ſit mihi. Tu igitur feceris mihi gratiſsimũ ſi uolueris Volateranos eſſe integros.i. indẽnes & incolumes ſup.in omnibus rebus. Ego commendo tuę fidei iuſtitiæ & bonitati , & domicilia , & ſedes, id eſt manſiones præturas aut ſepulchra, ut Aeneid. vi. Sedibus hunc refer ante ſuis. rem,id eſt quas habent fortunas , quæ conſeruatæ ſunt à diis ſimmortalibus & à præſtantiſsimis ciuibus in noſtra.i.Romana repub. uidelicet à Cæſare & ipſo Ciceroẽ,ſummo ſtudio, id eſt fauore. S. P. Q. Ro. Si res,id eſt copia rerum daret mihi facultatem hoc tẽpore pro priſtinis ópibus meis,id eſt iuxta priſtinas opes meas,ut poſſem defendere Volateranos ita quemadmodum cõſueui tueri meos,ſcilicet clientes,ego nullum officium,dénique, id eſt ut uno uerbo dicam nullum certamen prętermitterem in quo poſſem prodeſſe illis. Sed quando, id eſt quando quidem ego confido me nihilo,id eſt in nullo minus ualere apud te hoc tempore , quàm ualuerim ſemper apud omnes,ego peto abs te,pro neceſsitúdine,id eſt neceſſaria cõiunctione in amore & amicitia, ſumma & pari,id eſt æquali inter nos & mutua beneuolẽtia,ut mereare de Volateranis,ita ut exiſtiment eum,ſcilicet te,præpoſitum eſſe,ſcilicet à me,iſti negocio,ſcilicet de eorum conſeruatione, quaſi diuino conſilio apud quem unum nos perpetui defenſores eorum poſſemus ualere plurimum. Vale.

HVBER.

Comendatoria.

M.T.C. Qu.Va.Qu.Orcæ.Fi.

Leg.Propræ. S.P.D.

NON mole.Prefecerat Cæ. Valeriũ diuidundis agris Volateranorum. Itaq; cum in ea regione haberet agrum C.Curtius, qui temporibus Syllanis proſcriptus fuerat, & poſtea reſtitutus in patriam à Cæſ.in ſenatum fuerat electus. Ci.hac epiſtola nititur perſuadere honeſtiſsimis rationibus Valerio agrum Curtii non eſſe dandũ aliis,quia licet illa diuiſio agrorum fiat iuſſu Cæ.non tamẽ deceat eũ moueri ex agro ſuo eius iuſſu cuius beneficio ſit factꝰ ſenator,id.n.nõ eſſe ueriſimile placere Cę.ſed quoniã negociũ diuidendi agros à Cę.ei mandatũ fuerat.Ci.in principio epiſtolę oſtẽdit ſe nihil eſſe petiturum cõtra honeſtatẽ,aut fidẽ ipſius Valerii,ut ex rationibꝰ in epiſtola poſitis ,pbat. Ob eã cauſam.qđ noſtra amicitia ſit nota multis . Pro tua fi. fideliter ut debes. Rem ma.diuiſionẽ agrorũ. Ambitione. uolens oſtendere me plurimũ apud te. Iniuſtiſsima cala.quia proſcriptus fuit. Incolumitatis. reſtitutionis. Volterano.ſ.in agro. Reliquias,quicquid potuit ex bello Syllano eripere & ſeruare. Tanquã.ex naufra.tranſlatio. Ordinẽ,ſenatorũ. Tueri.ſuſtentare,quia nõ poteſt uiuere ut ſenator. Grauiſsimũ,peſsimũ. Superior or.i. auctus dignitate. Inferiorẽ for.pauperiorẽ, quia aucta dignitate debent etiã augeri fortunæ,ut poſsit honeſte ſeruari ipſa dignitas.Minime cõ.nõ decet nec honeſtũ eſt. Moueri.remoueri. De æqui.rei.i.de iuſtitia, qua uult ut nõ moueaꝰ ex agro ſuo. Ne cauſa po.i.ne uidear obtinuiſſe à te hanc rem potius,quia non potueris aliter facere iuſtitia ita uolẽte q̃ quod uolueris mihi morem gerere. Cauſa.iuſtitia cauſæ. Gratia, ut mihi gratificeris. Per me,id eſt opera mea.

ASCEN.

NON mole.&c. Præfecerat Cæ.Valerium diuidundis agris Volateranorum. Itaq; cum in ea regione C.Curtius haberet agrum.nititur Ci. perſuadere honeſtiſsimis rationibus eidem Valerio Agrum illum Curtii non eſſe dandum aliis, quod in principio proteſtatur æquum & honeſtum. Ordo eſt. Ego non fero moleſte , eam neceſsitudinem quæ mihi tiæ, bonitatîque commendo. Si pro meis priſtinis ópibus facultatem mihi res hoc tẽpore daret vt ita defendere poſſem Volateranos , quemadmodum conſueui tueri meos,nullum officium,nullum denique certamen, in quo illis ꝓdeſſe poſſem,prætermitterem. Sed quum apud te nihilominus hoc tempore valere me confido,quàm valuerim ſemper apud omneis,pro noſtra ſumma neceſsitudine,parique inter nos& mutua beneuolẽtia abs te peto,vt ita de Volateranis mereare, vt exiſtiment eum quaſi diuino conſilio iſti negotio præpoſitum eſſe,apud quẽ vnum nos eorũ perpetui defenſores plurimũ valere poſſemus. Vale.

Comendatoria.

M.T.C. Qu.Va.Qu.Orcæ.Fi.

Leg.Propræ. S.P.D.

NON moleſte fero eam neceſsitudinem quæ mihi tecũ eſt, notã eſſe quam plurimis.neq; tamen ob eam cauſam , quod tu optime exiſtimare potes, te impedio quo minꝰ ſuſceptum negociũ pro tua fide & diligentia ex voluntate Cæſaris, qui tibi rem magnam difficilemque commiſit,gerere poſsis.Nam cum multi à me petant multa , quòd de tua erga me voluntate non dubitent,nõ cõmitto vt ambitione mea conturbem officium tuum. C. Curtio ab ineũte ætate familiariſſime ſum vſus. Eius & Sullani temporis iniuſtiſsima calamitate dolui : & quum iis qui ſimilem iniuriam acceperãt amiſsis omnibus fortunis reditus tamẽ in patriam volũtate oĩm concedi videretur,adiutor incolumitatis fui.Is habet in Volaterano poſſeſsionem,cum in eam tanquam è naufragio reliquias cõtuliſſet.Hoc aũt tẽpore eum Cæſar in ſenatũ legit : quẽ ordinẽ iſta poſſeſsione amiſſa tueri vix poteſt.Grauiſſimum autem eſt cum ſuperior factus ſit ordine, inferiorem

inferiorem eſſe fortuna:minimẽq; conuenit ex eo agro qui Cæſaris iuſſu diuidatur, eum moueri qui Cæſaris beneficio Senator ſit. Sed mihi minꝰ libet multa de æquitate rei ſcribere,ne cauſa potiꝰ apud te ualuiſſe videar quàm gratia. Quamobrẽ te in maiorem modum rogo vt G. Curtii rem, meam putes eſſe:quicquid mea cauſa faceres,vt id C.Curtii cauſa cum feceris, exiſtimes quid ille per me habuerit , id me habere abs te. Hoc te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

tecum eſt,notam eſſe quamplurimis,neq; tamen impedio te. Ob eam cauſam.i.propter neceſsitudinẽ noſtrã quod tu potes exiſtimare.i.iudicare optime quia optime ſcis quominus poſsis gerere negociũ ſuſceptũ, tua fide & diligẽtia,ex uoluntate Cæſaris,qui cõmiſit tibi rem magnã & difficilem. Nam cum multi petũt à me multa,ꝙ.i.quia non dubitent de uoluntate.i.beneuolentia tua erga me,nõ committo,id eſt non patior, ut cõturbem ambitione.i.oportuna petitione mea,officium tuum. Ego ſum uſus familiariſsime ab ineunte ætate C.Curtio. Ego &.i.ſimul dolui iniuſtiſsima calamitate eius.ſ.Curtii, temporibus Syllani.i.quæ erat tẽpore Syllano,& fui adiutor incolumitatis.i.ſalutis eiꝰ cum.i.quando , reditus in patriã uideretur cõcedi uoluntate omniũ iis qui acceperant ſimilẽ iniuriã, omnibus fortunis amiſsis.i.licet oẽs fortunas amiſerunt tamen reditus &c. Aliter illud tamẽ redundat. Is.ſ.Curtius,habet poſſeſsionẽ in Volaterano.ſ.agro,cum contuliſſet in eam.ſ.poſſeſsionem reliquias.ſ.rerum ſuarum,tanquam è naufragio.ſ.receptas. Autẽ.i.ſed, Cæ.elegit eum hoc tempore in ſenatũ,quem ordinẽ.i.ut dicunt ſtatũ ille uix poteſt tueri.i.ſeruare in uiſtu & ueſtitu, iſta poſſeſsione amiſſa.i.ſi eam amiſerit. Autem.i.ſed,grauiſsimum.i.moleſtiſsimum eſt.ſ. Curtio , cum factus ſit ſuperior.i.altior ordine.i.ſtatu eſſe inferiorem.i.minorem fortuna.i.rerum poſſeſsione,& minimi conuenit eum qui factus ſit ſenator beneficio Cæſaris,moueri.i.pelli ex eo agro,id eſt eius agri poſſeſsione , qui diuidatur,ſcilicet militibus,iuſſu Cæſaris. Sed libet mihi ſcribere minus multa de æquitate rei, ſcilicet quam poſtulo,ne uidear ualuiſſe potius apud te cauſa,id eſt propter æquitatem cauſæ; quam gratia. Quamobrem ego rogo te in maiorem modum,id eſt egregie,ut putes rem,id eſt negocium aut poſſeſsionem Caii Curtii eſſe meã, ut quicquid tu faceres,cauſa mea,id eſt ſi res mea eſſet, cum feceris id cauſa Caii Curtii exiſtimes meum ſupple eſſe,& putato me habere abs te,quod ille habuerit per me. Vale.

HVBER.

Comendatoria.

M.T.C. Qu.Va.Qu.Orcæ.Fi.

Leg.Propræ. S.P.D.

VALES,bene eſt:ego quidem valeo. Credo te memoria tenere,me & coram P.Cuſpio tecum locutum eſſe , cum te proſequerer paludatum:& item poſtea pluribus verbis tecum egiſſe vt quoſcunque tibi eius neceſſarios commẽdarem , haberes eos in numero meorum neceſſariorum . Id tu pro tua ſumma erga me beneuolentia , perpetuaque obſeruantia mihi liberaliſsime atque humaniſſime recepiſti. Cuſpius homo in omneis ſuos officioſiſsimus mirifice quoſdam homines ex iſta prouincia tuetur & diligit,propterea quòd fuit in Africa bis , cum maximis ſocietatis negociis præeſſet. Itaque hoc eius officiũ quod adhibet erga illos , ego mea facultate & gratia ſoleo quantum poſſum adiuuare . Quare Cuſpianorum omnium commendationis cauſam hac tibi epiſtola exponendam putaui . Reliquis epiſtolis tantum faciam vt notam apponam eam quæ mihi tecum conuenit,& ſimul ſignificem de numero eſſe Cuſpii amicorũ. Sed hanc commendationem quam his literis conſignare volui, ſcito eſſe omnium

HVBER.

CREDO. Miro quodam artificio utitur Cicero in commendatione L. Iulii pro Cuſpio amico ſuo ita ut uerbis ſuis quodammodo cogat Valerium præſtare quod petit. Poſtremo commendat etiam nomine Cuſpii P. Cornelium harum literarum latorem. Recepiſti. promiſiſti. Ex prouicia iſta. ex Africa ubi nunc es propręt or. Illos. homines iſtius prouinciæ Cuſpianorum amicorum Cuſpii.Notam, ſignum aliquod tãtummodo. Eam.i. notam. Quæ conuenit mihi tecum,quã habemus inter nos ex conuentione , ut ſolet fieri de zifris. Deprompturum,emiſſurum. Quiddam.aliquid. Poteſtate,quæ eſt tibi promiſſa à Cæſa. Expreſſeris, declaraueris.Quæ uerba, & uultus pro amicis. Suſpicor.puto uel ſpero utrunq; enim ſignificat. Hominẽ L.Iuliũ. Mihi dicit.ſillum iulium eſſe dignũ tua amicitia. Satis,habere teſtimoniũ Cuſpii. Quãta fuerit uis, quantum ualuerint.P.Cornelius ſubiũgit etiã cõmendationem pro latore harũ literarũ. Cuius cauſam.ſ.Cuſpii. Cognoſti me,ſupra in epiſtola. Quã ſæpiſsime,ꝓpter multos eius amicos à te mea cõmendatione adiutos.

ASCEN.

CREDO te&c. Miro quodã artificio utitur Cicero in cõmendatione L.Iulii pro Publio Cuſpio amico ſuo,ita ut uerbis ſuis quodãmodo cogat Valerium præſtare quod petit.Poſtremo commendat etiam nomine Cuſpii Cornelium harum tabellarium , ſed diuerſa putatur epiſtola. Ordo eſt.Credo te tenere memoria,id eſt non oblitum me, & id eſt ſimul locutum eſſe tecum corã Publio Cuſpio , cum proſequerer te paludatum,id eſt ornatum paludamento , id eſt ueſte imperiali proficiſcentem in bellum comitarer, &, id eſt ſimul,egiſſe poſtea tecum pluribus uerbis,ut quoſcunque neceſſarios eius,ſcilicet Pub.Cuſpii,commendarem tibi , ut haberes eos in numero neceſſariorum meorũ,tu recepiſti,id eſt promiſiſti mihi id pro ſumma beneuolentia tua erga me,& perpetua obſeruãtia. Cuſpius homo officioſiſsimus ita omnes ſuos tuetur & diligit mirifice quoſdã homines ex iſta, ſcilicet tua Africana prouincia,propterea ꝙ fuit bis in Africa,cũ præeſſet maximis negociis ſocietatis,ſcilicet negociatorum. Itaq; ego ſoleo adiuuare quantũ poſſum,mea

facultate & gratia hoc officium eius quod adhibetur erga. Illos, scilicet homines istius prouinciæ. Quare ego putaui causam cõmendationis omnium Cuspianorum, id est necessariorum Cuspii, esse exponẽdam, id est declarandã tibi hac epistola. Ego faciam ut apponam, id est ego apponam reliquis epistolis tantum, eam notam, id est id signum, quæ cõuenit mihi tecum, id est quam ex cõuentione duximus apponendam, & significem simul esse de numero amicorũ Cuspii. Sed scito hanc commendationem, quam uolui consignare his literis, ut opinor quædam notæ literarum erant appositæ, quas, cum uideret Valerius sciret intimam esse commendationem, & gratissimam omnium. Nam Publius Cuspius contendit à me singulari studio, ut cõmendarem tibi quàm diligentissime Lucium Iuliũ. Ergo, ego uix uideor mihi posse satisfacere studio, id est fauori eius. s. Cuspii in Iuliũ, si utor iis uerbis quibus solemus uti, agimus quid diligentissime. ipse postulat quedam noua, scilicet uerba, & putat me tenere, id est callere, quoddam artificium eius generis, scilicet nouorum uerborum. Ego pollicitus sum ei, me depromptũrum, id est hausturum, mirificum genus cõmendationis, ex intima arte nostra. Quando. i. quoniam, ego non possum assequi. i. attingere, id. s. cõmendationis genus, uelim tute. i. ut tu ipse efficias, ut illi arbitretur quiddam. i. quid certi, perfectum incredibili genere literarũ mearum. Certe negando se posse assequi id mirifice assequitur. Tu facies id, si expresseris, ideſt significaueris, omne genus liberalitatis, quod poterit proficisci ab humanitate & potestate tua, nõ modo. i. non solum re. i. effectu ipso, sed etiam uerbis & denique uultu. Quæ. s. uerba & uultus beneuoli, uelim expertus esses quantum ualeant in prouincia. q. d. pro futurum amico si experiri uoluerit. Sed tamen suspicor ipsum hominem, scilicet Iulium, quem commendo tibi, esse perdignum amicitia tua, non solum credo quia Cuspius dicit, tametsi id debeat esse satis, sed quia noui iudicium eius, scilicet Cuspii, in hominibus & amicis delegendis. i. de multis legendis. Ego iudicabo propediem. i. statim, ubi Iulius rescripserit, quanta fuerit uis. i. potentia harum literarum, & agam tibi gratias ut confido. s. te promeriturum. Ego curabo omnia studiose & diligẽter quæ arbitrabor te uelle & pertinere ad te. Cura ut ualeas. Pu. &c. Hęc pars uidetur superiori annectenda, quia hic dicit seorsum tamen scripta. Ordo est. P. Cornelius qui rẽddidit tibi has literas, cõmendatus est mihi à P. Cuspio, cuius. s. Cuspii quantopere cuperem & deberẽ causam, tu cognosti profecto ex me. s. per literas superiores. Ego rogo te uehemẽter ut cures, ut Cuspius agat mihi quãprimum. i. ualde cito, quàm sæpissime. i. ualde frequenter, quàm maximas. i. ualde magnas gratias. Vale.

HVBER. V M. Ager Athelanus uectigalis erat cunq; exi
C gendis uectigalibus ex oĩbus municipiis, quæ in Gallia Cisalpina erant, Cluuius præpositus fuisset à Cæ. & Athelani ualdè essent oppressi angustiis rei pecuniariæ cum essent magna necessitudine Ciceroni coniuncti, eos Cic. diligentissime cõmendat Cluuio, ut licet à Cæsare sibi sit præscriptũ, quod sit agendum, tamen reseruet rem Athelanorum integram, ne exigat ab eis uectigalia, donec à Cæ. ei mandatum fuerit, sperare enim se impetraturũ à Cæ. ut eis condonet ea uectigalia, qđ si impetrarit dicit se máximas gratias habiturũ ipsi Cluuio existimaturumq; se eius beneficio id impetrasse, si Athelanorũ rem integrã reseruauerit quod tum facere debere probat qđ idem Rhegienſibus fecisse dicitur. In Galliam Cisalpinã. Vecti
Athelani gali. tributario reddenti uectigalia. Athelani. Athela urbs est Cãpaniæ mediterranea, ut scribit Ptolomeus.

grauissimam. Nam Pu. Cuspius singulari studio contendit à me vt tibi quam diligẽtissime L. Iulium commẽdarem. Eius ego studio vix videor mihi satisfacere posse, si vtar verbis iis, quibus cum diligentissime quid agimus, vti solemus. Noua quædam postulat: & putat me eius generis artificiũ quoddam tenere. ei ego pollicitus sum, me ex intima nostra arte depromptũrũ mirificum genus commendationis. Id quum assequi non possum, tu re velim efficias, vt ille genere mearum literarum incredibili quiddam perfectum arbitretur. Id facies, si omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate tua & potestate proficisci poterit, non modo re, sed etiam verbis, vultu denique exprompseris. quæ quantùm in prouincia valeant, vellem expertus esses. Sed tamen suspicor ipsum hominem quem tibi commendo, perditum esse tua amicitia: nec id solum quia mihi Cuspius dicit, credo (tametsi id satis esse debebat) sed quia noui eius iudicium in hominibus & amicis diligẽdis. Harum literarum vis quanta fuerit, propediem indicãbo: tibique vt confido, gratias agam. Ego quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, omnia studiose diligenterque curabo. Cura vt valeas. Pu. Cornelius, qui tibi literas dedit, est à P. Cuspio commendatus: cuius causa quanto opere cuperem deberẽmque, profecto ex me facile cognosti. Vehementer te rogo vt cures vt ex hac commendatiõe mihi Cuspius quàm maximas, quamprimum, quam sæpissime gratias agat. Vale.

Cõmendatoria.

M. T. C. Cluuio S. P. D. EP. 7.

CVM in Galliam proficiscẽs pro nostra necessitudine (quæ tua summa in me obseruãtia) ad me domum veniſſes, locutus sum de agro vectigali municipii Athelani q̃ esset i Gallia: quantoq; opere eius municipii causa laborarem, tibi ostendi. Post tuam autẽ ꝓfectionẽ, cum & maxima res municipii honestissimi, mihiq; cõiũctissimi, & summum meum officium ageretur,

pro tuo

pro tuo animo in me singulari existimaui me oportere ad te accuratius scribere. etsi non sum nescius & quæ temporum ratio, & quæ tua potestas sit, tibiq; negocium datum esse à C. Cæsare, non iudicium, præclare intelligo. Quare à te tantũ peto quantum & te facere posse, & libenter mea causa facturum esse arbitror: Et primũ velim existimes, quod res est, municipii fortunas omneis in isto vectigali consistere: his autem temporibus hoc municipium maximis oneribus pressum, summis affectum esse difficultatibus. Hoc etsi commune videtur esse cum multis, tamen mihi crede singulareis huic municipio calamitates accidisse. quas idcirco non commemoro, ne de miseriis meorum necessariorum conquerens, homines quos volo, videar offendere. Itaque nisi magnam spem haberem C. Cæsari nos causam municipii probaturos, non erat causa cur à te hoc tempore aliquid contenderem: sed quia cõfido, mihique persuasi illum & dignitatis municipii, & æquitatis, & etiam voluntatis erga se habiturum esse rationem, ideo à te non dubitaui contẽdere vt hanc causam illi integram cõseruares. Quod etsi nihilominus à te peterem, si nihil audiuissem te tale feciſſe: tamẽ maiorem spem impetrandi nactus sum postea quàm mihi dictum est hoc idem à te Rhegienses impetrauisse: qui etsi te aliqua necessitudine attingunt, tamen tuus amor in me sperare me cogit, te quod tuis necessariis tribueris, idem esse tributurũ meis: præsertim cum ego pro his vnis petam, habeam autem qui simili causa laborent, complureis necessarios. Hoc me non sine causa facere, neque aliqua leui ambitione commotum à te contẽdere, etsi te existimare arbitror: tamen mihi affirmãti credas velim, me huic municipio debere plurimum: nullum vnquam fuisse tẽpus neq; honorum, neq; laborum meorum, in quo non huius municipii studium in me extiterit singulare. Quapropter à te etiam atq; etiã pro nostra summa cõiunctione, proq; tua in me ꝑpetua & maxima beneuolẽtia, maiorẽ in modum peto atq; contẽdo, vt cum fortunas agi eius municipii, discessum. Res utilitas. Accuratius. diligentius, quàm locutus essem coram. Negociorum, exigendi uectigalia. Non iu. discernendi utrum debeat soluere an non. Facere posse. sine offensione Cę. Difficultatibus, angustiis rei pecuniariæ. Singulares, præcipuas maiores, quàm aliis. Homines, quos nolo qui sunt, causã aliarum miseriarum, significat aũt præcipue Cæsarẽ. Comprobaturos, demonstraturos honestam & iustam. Non erat causa, quia frustra à te peterem si ille non esset persuasus eos habere iustam causam. Integram, nouam, ut de ea nihil facias. Rhegienses, municipes regii ciuitatis. Meis. Athelanis. Pro his unis, pro his solis. Cõplureis, pro quibus possem etiã petere, & tamen nõ peto, intelligas hos esse mihi multo coniunctiores. Agi fortunas, id est in eo considere fortunas municipii. Tuo beneficio, tua gratia. Sin minus, id est si non impetrauerimus. Tamen habeamus id pro eo, id est existimemus id ꝓ impetrata causa tua quia dederis operam ut impetrarem. Deuinxeris, obligaueris.

Ordo

CVM in Galliam. Ager Athelanus uectigalis erat HVBER. uectigalibus autem omnibus in Gallia cisalpina Cluuius prepositus à Cęsare erat, unde cum Athelani ualde essent oppressi penuria pecuniæ eos Cicero diligenter commẽdat dicto Cluuio. Ordo est. Cùm tu proficiscens in Galliam uenisses ad me domũ meam, pro necessitudine. i. necessaria si officio fungi uolumus, in amicitia coniunctione nostra, & summa obseruantia tua in me, locutus sum tecum de agro uectigalis municipii. i. oppidi municipalis. Athelani. i. debenti uectigal Athelanis, qui. s. ager esset in Gallia. & ostendi tibi quantopere laborem. i. solicitarer & in labore essem causa eius municipii. Autem. i. sed cum post tuam profectionẽ, &. i. si res maxima municipii. s. Athelani honestissimi, & coniunctissimi mihi summũ officium meum ageretur. i. uersaretur in ambiguo, existimaui oportere me scribere ad te accuratius. i. multũ accurate & diligenter, pro animo tuo singulari in me. Et si, quanquam, non sum nescius. i. bene scio, & quæ idea, & quæ potestas sit temporum, & intelligo præclare negocium datum tibi à C. Cæsare non iudicium. s. libere iudicandi potestatem. Quare ego peto à te tantum quantum arbitror te posse facere, & facturum esse libenter causa mei. Et primum uelim sup. ut existimes sup. id quod res est. i. sicut est, omnes fortunas. i. facultates municipii consistere in isto uectigali. Autem id est sed, existimes hoc municipiũ præssum maximis oneribus, affectũ esse maximis difficultatibus. Et si. i. quanquam, hoc. s. affectum sic esse uidetur esse cõmune. s. Athelanis, cum multis. s. aliis ciuibus, tamen crede mihi singulares calamitates accidisse huic municipio quod non cõmemoro, idcirco ne conquerens de miseriis necessariorum meorum uidear offendere homines quos nolo. s. offendere, hoc est Cæsarianos. Itaque nisi haberem magnam spem, nos probaturos, id est quòd simus probaturi. C. Cæsari causam municipii, sup. iustam esse, non erat causa cur contenderem. i. cum cõtentione peterem aliquid à te, hoc tempore. s. turbulento. Sed quia confido, & persuasi mihi. i. indixi in animum ut crederem illum. s. C. Cæs. habiturum esse rationem. i. respectum pium & considerationem. Et. i. simul dignitatis municipii quod olim floruit, & æquitatis. s. causæ, & etiam uoluntatis. i. beneuolentiæ studii erga se, ideo non dubitaui contendere. i. animose petere à te, ut conseruares hanc causam illi. s. Cæsa. integram. i. intactam iudicio tuo, q̃ facilius datur uenia ubi nihil actũ est de causa, q̃ reuocaretur, quod à iudice delegato licet durius iam iudicatũ est, quod & peterem à te nihilominus, si audiuissem te nihil tale

feciſſe.tamen nactus maiorẽ ſpem impetrandi,poſteaquam dictum eſt mihi. Rhegienſes impetrauiſſe à te hoc idem,ſcilicet reſeruationem cognitionis cauſę ad Cęſarem,qui,ſcilicet Rhegienſes,& ſi,ideſt quanquam attingunt te aliqua neceſsitudine tamen amor tuus in me,cogit quod plus eſt quàm facit, me ſperare te tributurum eſſe idem neceſſariis meis, quod tribueris neceſſariis tuis, præſertim cum ego petã pro his unis, iſt eſt ſolis. Autem, id eſt ſed cum ſup. habeam complures,ſcilicet alios,neceſſarios qui laborarent, id eſt in periculo diuerſarentur,ſimili cauſa. Ego & ſi arbitror te exiſtimare, id eſt iudicare me facere hæc non ſine cauſa,neque contendere,id eſt inſtanter petere à te commotum aliqua ambitione,id eſt cupiditate glorię leui,id eſt modica,tamen uelim ſup. ut credas mihi affirmãti me debere plurimum huic municipio, & ſuo, nullum tempus fuiſſe unquam, neq; honorum, id eſt cum adirem honores, aut cum accumularentur mihi honores,ut in conſulatu & reductione, neque laborum meorum, id eſt cum afficerem laboribus ut ex filii & periculorum in bello ciuili,in quo.ſ.tempore ſtudium huius municipii.ſ.Athelani,non extiterit.i.apparuerit ſingulare.i.egregium,quia ſingularia.i.unica fere egregia ſunt in.i.erga me. Quapropter ego peto atq; contendo.i.inſtanter exigo à te in maiorem modum,etiam atque etiam.i.iterum atq; iterum, pro ſumma coniunctione noſtra,& pro perpetua & maxima beneuolentia tua in me ut cum intelligas fortunas eius municipii qđ ſit mihi coniunctiſsimum neceſsitudine,officiis,beneuolentia,agi.i.in periculo uerſari,tu des.i.concedas mihi id quod erit huiuſmodi,ut ſi impetrauerimus à Cæſare quod ſperamus,nos iudicemus,nos conſecutos eſſe id beneficio tuo. Sin.i.ſed ſi,minus.i.non impetrauerimus à Cæſa. tamen habeamus.i.reputemus id pro eo.i.tanquam ſit tuo beneficio impetrandũ,quando.i.cum opera data ſit à te ut impetraremus.Cum.ſ.ita ſit,ꝙ feceris mihi,hoc gratiſsimũ tum.i.multomagis,deuinceris tibi & tuis in perpetuum ſummo beneficio.i.tuo, quod fir miſsimum eſt uinculũ, inter uiros optimos,homines honeſtiſsimos,& eoſdem gratiſsimos & digniſsimos tua neceſsitudine,id eſt quibuſcunque neceſsitudinem contrahas,hoc eſt ciues Athelanos. Vale.

HVBER.

M.T.C. M.Rutilio. S.P.D.

CVM & mihi cõſcius eſſem quanti te facerem, & tuam erga me beneuolentiam expertus eſſem,nõ dubitaui à te petere quod mihi petendum eſſet,P.Seſtium quanti faciam, ipſe optime ſcio: quanti autem facere debeam, & tu & omnes homines ſciunt. Is cùm ex aliis te mei ſtudioſiſsimum eſſe cognoſſet,petiuit à me vt ad te quàm accuratiſsimè ſcriberẽ de re C.Albini Senatoris, *cui⁹ ex filia natus eſt L.Seſtius optimus adoleſcẽs, filius P.Seſtii.Hoc idcircò ſcripſi, vt intelligeres non ſolùm me pro P. Seſtio laborare debere,ſed Seſtiũ etiam pro Albinio. Res autem eſt hæc. à M. Laberio C. Albinius prædia in æſtimationem accepit,quæ prædia Laberi⁹ emerat à Cæſare de bonis Plotianis:ea ſi dicam non eſſe ê rep.diuidi,docere te videar,non rogare. Sed tamen quũ Cæſar Sullanas venditiones & aſsignationes eſſe velit ratas,quo firmiores exiſtimẽtur ſuæ: ſi ea prædia diuidentur, quæ ipſe Cæſar vendidit, quæ tandem in eius venditionib⁹ eſſe poterit authoritas ? Sed hoc quale ſit, tu pro tua prudentia cõſiderabis.

Ego te plane

Ego te plane rogo, atque ita, vt maiore ſtudio, iuſtiore de cauſa magis ex animo rogarenihil poſſim,vt Albinio ꝓcas,prædia Laberiana ne attingas. Magna me afeceris non modo lætitia,ſed etiam quodammodo gloria,ſi P. Seſtius homini maximè neceſſario fatiſſecerit, per me vt ego illi vni plurimùm debeam. Quod vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Maius mihi beneficium dare nullum potes.Id mihi intelliges eſſe gratiſſimum. Vale.

mus aduleſcens fili⁹ Pub.Seſtii. Ego ſcripſi hoc idcirco ut intelligeres me non ſolum debere laborare pro Seſtio, ſed Seſtium etiam debere laborare pro Albinio.Res autem.ſ.de qua deliberandũ eſt, eſt hæc .i.huiuſmodi.Cai⁹ Albini⁹ accepit à Marco Laberio prædia in æſtimationem.i.ad perſoluendum quanti æſtimarentur, quæ prædia Laberius emerat à Cæ. de bonis Plotianis.i.quæ fuerãt Plotii priuſquam ea Cæſar fiſco addiceret,ſi ego dicam non eſſe ê repu.i.utile reip.ea diuidi.ſ.militibus Cæſaris quæ ſemel à Cæſare data ſunt,ego uidear docere te non rogare. Sed tu cum Cæ.uelis uenditiones & aſſignationes Syllanas.i.quas Sylla perpetuus dictator factus fecerat eſſe ratas firmas & approbatas,quo.i.ut ſuæ.ſ.uenditiones & aſſignationes,exiſtimentur.i.iudicẽtur firmiores,ſi ipſa prædia quæ ipſe Cæ.uendidit diuidentur, quæ tandem authoritas poterit eſſe in uenditionib⁹ eius.q.d.nulla.Sed tu cõſyderabis pro prudentia tua .i.ſecundum prudentiam tuam,quale hoc ſit.i.quantæ efficaciæ ſit hoc argumentum. Ego rogo te plane.i. omnino,atq; ita ſup.rogo,ut nihil poſſim rogare maiore ſtudio,de cauſa iuſtiore ſupple & magis ex animo, ut parcas Albinio,ne attingas.ſ.in diuidendo,prædia Laberiana,id eſt à Laberio empta. Tu affeceris me magna non modo lætitia,ſed etiam quodammodo gloria,ſi Publius Seſtius ſatiſſecerit pro me homini maxime neceſſario, ut ego debeam plurimum illi uni. Quod ut facias ego rogo te uehementer etiam atque etiam.

Tu nullum.i.non ullum,non potes dare mihi ullum beneficium maius, & ſup.tu intelliges id beneficium eſſe gratiſsimum mihi. Vale.

IVLIVS ex filia.Si aliqua in re,quæ inſcitiam literarum,ingeniique tarditatem argueret reprehenderer,æquo animo paterer,uel potius gratias agerem:nihil enim tam cupio,quàm doceri,& de ſententiis illis,quib⁹ anteà multum tribuerim,ſi falſæ ſunt depelli.Cum autem in rebus,quæ ad uitam, moresque pertinent iniuſtè accuſor,ferre non poſſum:non ſum adeo anguſto, & ieiuno animo Paule,ut mihi aliorum induſtria inuẽtas res uendicem ipſe potius. ſiquando aliquid labore,ac diligentia mea è tenebris eruo,aliis deferre conſueui : cuius rei mihi multi teſtes eſſe poſſunt:neque enim in obſcuris locis uiximus, & multorum etiam doctorum,clarorumque uirorum amicitia floremus.Non uideo cur quæ à te, ut ais excogitata ſunt, mihi quoque in mentem uenire non potuerint. Ipſe ſane arbitror,ſiquid eruditum,& acutum unquam inueni,ab aliis prius id,meliùsque excogitãtum fuiſſe. Quod me cupide dicis librum tuum reprehendere, falleris:nunquam enim iſtius laudis magnopere auidus fui,neque uero eſſe debui. Odioſum genus hoc eſt ſcribendi mi Pale,nec poteſt ita tractari,ut non uoluntas alicuius offendãtur:neque ego hoc non uidebam,ſed mos gerend⁹ fuit amicis.puto etiam me apud alios offendiſſe, poſtquam tu contra quem dicere nunquam cogitaui, tam grauiter tibi læſus uideris. Falſum etiam illud eſt, me de te male exiſtimaſſe, quem ne notum quidem habebam:quòd tua ſane culpa factum non eſt:omnia enim feciſti,ut ab omnibus cognoſcaris:neque ego tam negligens fui,ut non edito tuo libro, de doctrina,& ingenio tuo percunctatus ſim:culpa illius fuit,qui interrogatus ea mihi confirmauit,quæ ipſe falſo credebat.poſtquam te cognoui,ac de ingenio,& eruditiõe tua multa amelioribus autoribus accepi,de te mehercule ſemper bene exiſtimaui,& mirifice amare cœpi,cuius rei argumentum eſſe poteſt,quòd cum audiſſem te Ciceronis epiſtolarum libros imprimere, dixi me libẽter tibi, ſi id ſciſſem,nonnulla traditurum fuiſſe,quæ uidebar mihi nõ inſulſe poſt primam illam ẽditionem animaduertiſſe:quod ſtatim tibi per uiros honeſtiſsimos, amiciſsimosque tuos ſignificatum eſt. Et nunc quoque à te prouocatus,ac ſcriptis laceſſitus,non poſſum tibi non amicus eſſe ſemperque ero, dum te tanto ſtudio ſcripta antiquorum multis modis deprauata caſtigare, & caſtigata ad communem fructũ edere cognouero, quamuis mihi placatus non ſis. Quòd ſi animum tuum,tam infenſum mihi,aut leui,aut nulla de cauſa ſciſſe, operam deciſſem,ut tibi ſatisfacerem:neque enim mihi unquam cum literatis & ingenioſis hominibus inimicitias eſſe gerendas putaui: ſed eos & amandos,& omni officio colendos perpetuo duxi. Nam quòd quereris me nonnulla potius Germanis accepta referre,hoc me penitus omni culpa liberat, docetque, nunquam diſſimulaſſe,à quibus adiutus ſim .cur enim potius Germanis quàm Italis hominibus ? qui mecum nulla re, neque publice,neque priuatim coniuncti ſunt.Amo ſane nationem illam,ut non minus belli artibus quàm pacis ſtudiis claram:nec tamen Italos homines odio proſequi debeo. omnibus deniq; me magno beneficio obſtrictum fatebor,quicunque hãc partem literarum impigrè adiuuerint. Hic potiſſimm purgare nos uoluimus,quia hoc in loco acerbiſsime nos accuſaueras.

M.T.C.Craſſipedi.S.P.D.

QVanquam tibi præſens cõmendaui,vt potui, diligentiſsimè ſocios Bithyniæ: teque tum mea commendatione,tum etiam tua ſponte intellexi cupere ei ſocietati,quibuſcunque rebus poſſes cõmodare:tamẽ cũ ii quorũ

HVBER.

QVanq̃.Publicani exigentes uectigalia habebant inter ſe ſocietates in prouinciis. cum igitur Craſſipes, qui & Piſo dictus eſt gener Cic.quæſtor eſſet in Bithynia. commendat ei Cice.ſocietatem publicanorum Bithyniæ,quam ex magnis & honeſtis ciuib⁹ Romanis conſtare dicit,in eaque eſſe multos ſibi familiariſſimos precipuè P.Rutilium qui in ea ſocietate magiſter erat. Socios Bithyniæ, id eſt qui in Bithynia habebant ſocietatem. Commodare.cõmodum facere,ut ſæpius expoſuimus. Ii.publicani.Res, nego.utilitas. Sua intereſſe utile ſibi eſſe.

Quanq̃

ASCEN. QVanq̃ & c. Publicâni exigentes uectigália habébant interse societâtem in prouinciis. Cũ igitur Crasipes, qui Piso dictus est gener Ci, quæstor esset in Bithynia: commendat ei Cice. societatem publicanorum Bithyniæ, docens eam extare ex præclaris ciuibus Roma sibique coniunctissimis. Ordo est. Quanquam præsens. i. cum essem præsens cõmendâui tibi diligentissimè ut pótui, socios Bithyniæ. i. mercatúræ in Bithynia, & intellexi tecum. s. ita sit ꝙ commendatione mea. i. propter commendationem meam, tùm. i. multomagis etiam tua sponte. i. própria natúra, cupere commodare. i. commodum facere & prodesse, ei societâti quibuscunque rebus posses, tamen cum ii quorum res ágitur, arbitrarentur interesse. i. in re & utilitâte sua esse, magni. i. magnopere, me declarare tibi etiam per líteras, qua uoluntate essem erga ipsos, non dubitaui scribere ad te hoc. i. qua uoluntate in eos sim. Volo enim te existimare. i. iudicare & sentire, me cum tribuerim. i. concesserim & indulserim semper libentissimè uniuerso ordini. i. státui, & ut dicunt collegio publicanorum. i. publicórum uectigálium redemptórum, qui simul negociatóres erant. nam pecuniam, quam in prouinciis acceperant mercibus commutábant pro quibus alteram Romæ recipiebant, & debuerim fácere id magnis méritis ordinis. i. totius collegii erga me. quia cum exularet ab illis pecuniam mutuatus erat, tum uolo te existimare, me esse i primis. i. præcipue amicum huic societâti Bithyniæ.

HVBER. ORDINE ipso, qui est ualde útilis reip. & magn⁹.

Hominem génere, quia multi sunt claro loco nati. Magister, rector: est autem nomen officii inter ipsos publicanos, sicut nunc appellant priorem, & talibus quibusdam uocábulis. Inoper. ablatiuus est. i. qui gerit negócia ipsius societâtis. Non sum ignarus: quia quæstores, quorum est colligere uectigalia possunt multum fauere, & prodesse publicanis. Et gratos, állicit eum ad illorum fauórem spe præmii.

ASCEN. QVAE societas est ipso órdine & génere hóminũ maxima pars ciuitâtis. i. Romana, constat enim ex cæteris societatibus, & casu. i. a casu: multi sunt in ea societâte ualdè familiáres mihi. Et in primis. P. Rupilius filius Publii, qui est magister. i. est primárius in ea societâte, cuius. s. Rupilii, officium præcipuum ágitur hoc témpore. Quæ cum ita sint, peto a te in maiorẽ modũ. i. obnixè & nõ uulgáriter sup. ut tueare omnibus officiis tuis, atque omni liberalitâte. Cn. Puppium, qui est in óperis. i. industriis & labóribus, aut familiáribus eius societatis. Est enim óperis ablatiui casus ab operæ operárum & cætera. & cures ut óperæ. i. labóres & industriæ eius, quod est tibi fácile factu. i. ut fiat à te, sint gratissimæ. i. utilissimè & acceptissimæ sociis, & uelis rem & utilitâtem sociórum, cuius rei quantam potestâtem prætor hábeat scilicet in prouincia, non sum ignárus sup. esse defensam & auctam per te quàm máximè. Tùm scilicet ita sit quòd tu feceris id gratissime mihi, tùm ego expertus promitto tibi illud, & spóndeo, te cognitúrum socios Bithyniæ esse memores & gratos si commodáris. i. commodum feceris, his. i. eis.

res ágitur, magni sua interesse arbitrarentur, me etiam per líteras declarare tibi qua essem erga ipsos voluntate, non dubitaui hæc ad te scríbere. Voloenim te exístimare me, cùm vniuerso órdini publicanorum semper libentíssimè tribuerim, idque magnis erga me méritis fácere debuerim, tùm in primis amicum eẽ huic Bithynicæ societâti: quæ societas ordine, ipso hóminum génere pars est máxima ciuitâtis. constat enim ex cæteris societâtibus: & casu permulti sunt in ea societâte valdè mihi familiáres: in primisque is, cuius præcipuum officium ágitur hoc témpore, * P. Rupilius P. F. Mẽ qui est magíster in ea societâte. Quæ cũ ita sint, in maiórem modum à te peto, Cn. Púpiũ, qui est in óperis eius societâtis, ómnibus tuis officiis atque omni liberalitâte tueare: curesque ut eius óperæ, quod tibi fácilè factu est, quàm gratíssimæ sint sociis: remque & vtilitâtem sociórum (cuius rei quantam potestâtem Quæstor hábeat, non sum ignárus) per te quámmaximè defensam & auctam velis. Id tùm mihi gratíssimum féceris, tùm illud tibi expertus promitto & spóndeo te socios Bithyniæ, si his commodâris, mémores esse & gratos cognitúrum. Vale.

*P.V.C. P. Rupilius P. F. men. In uetustis libris ita scriptum offendimus. quam lectionem uariare, cum nihil certi haberemus, consilium non fuit: qua in sententia permanemus, præsertim cum alios in hac re ualde inconstantes uideamus.

HVBER. VM ad te profectus. M. Teren. Varro in Gal. C quæstor Bruti qui ei præerat, quia sciébat quanti interesset habere primos áditus fauorábiles apud prætórem curáuit habere Cice. commendationem, quam apud Bru. multùm ualére sciébat. Itaque Cice. hac epístola eum ita commẽdat Bruto, ut expósitis multis & máximis causis probet illum dignum cõmendatióne sua & beneuoléntia atque coniunctióne Bruti. More, consuetúdine, instituto. Qui, mos. Próximam. i. secundam post coniunctiónem filiórum. i. essent post filios charíssimi.

Vt igitur, exponit causas quibus ad eum commendandum impulsus sit. M. Teren. sic enim appellabátur M. Teren. Varro de eius génere, qui aduersus Hánibalem apud Cannas infeliciter dimicáuit. In eorũ, ad agendas causas. Vt, postq̃ Corroborâuit. s. amicítia. Studio, literárum & philosophiæ. Industria, honesto & solerti labóre. Publicanórum, qui mihi sunt amicíssimi. Quod no. s. ut contulísset in órdinem publicanórum. Vtrísque sub. scilicet fori & curiæ: uel subsellis fori & publicanórum. i. uersátus in utraque causa, uel in utroque officio, nam ponitur interdum locus uel sedes pro officio: sunt enì Subsellia, ut uoluit Asco. sedes tribunórum, triumuirórum, quæstorũ, & huiúsmodi minóra iudicia exercéntiũ, qui non in selliis curúlibus nec tribunálibus, sed in subselliis sedébant: de subsellis díximus in álio loco. Renunciando. quæ cum Cæ. egísset. Vídeor. ordo est. Videor mihi in ipsa causa exponenda satis dixísse de probitâte eius & móribus, cum fuíssem dícturus separatim de probitâte eius & móribus. Si priùs exposuíssem tibi causam cur eum tantópere diligerem. Vsui. utilitâti. Nam & modestum, dicit eum præditum iis uirtútibus, quæ máximè solent magístrâtus ornare. Modestum. nulli déditum turpitúdini. Remotíssimum ab omni cu. i. nullis auaritiæ stímulis obnóxium. Iuue. Pone iræ frena modumque pone & auaritiæ. Magni la. i. laboriósum. s. cognoscés hóminem. Iudicanda cum benè cognóris. i. iudicanda postquam eum expertus fúeris. Qualis. an gratiis & cum fauóre, an áliter quia raro accídit, ut qui primo fuerit ingratus, postéà fiat gratus, & contra. Quasi fores translatio à domo. principium enim amicitiæ fores appellâuit, quasi domus. Quod fores amicitiæ tuæ aperiantur M. Var. Sed tamẽ nihilo infirmius illud hoc addito. i. illud quod debúerat feciss[illegible] necessitúdo quæstúræ, nõ est diminutũ & factũ infirmi⁹ addita mea cõmendatióne. Séntio. i. mihi persuadeo.

Vm ad & c. M. Terétius Varro profectúrus C in Gálliam quæstor Bruti, quia sciébat quanti esset habére primos áditus ad prætórem commendátos, curauit habére Cic. commendationẽ, quem apud Brutum plurimùm ualére sciébat. Quo circa eum Cice. Bruto hac epístola commendat docens se id non ab re facere. Ordo est. Cum M. Varro quæstor. i. conquisítor & receptor pecuniæ in stipéndium & ónera militiæ expendendæ, tuus. i. público nómine tibi assignátus proficiscerétur ad te, non putábam eum egére commendatióne, arbitrábar enim eum satis commendátum tibi ab ipso more. i. institúto maiórum. i. priscórum Romanórũ, qui. s. mos antiquórum uóluit, ut non fugit te. i. ut benè scis, hanc coniunctiónem quæstúræ. i. ex eo ꝙ quispiam alterius quæstor fúerit, contractam esse próximam necessáriæ coniunctióni liberórum. i. prolis legítimæ. Sed cũ ipse. s. Varro persuasíssem sibi ita meas líteras scriptas accurate de se, habitúras máximum pondus. i. plurimùm ualitúras ad sui commendationem apud te, & contẽderet. i. obnixè péteret à me, ut scríberem quàm diligentíssimè, málui fácere sup. id quod necessárius meus. s. Varro arbitrarétur interesse. i. in re esse sua, tanti. i. tantópere. Igitur ut intelligas me debére fácere hoc. s. quod ille contendit. Cum M. Terẽt. s. Varro uenit primùm in forum. s. iudiciale, dictúr⁹ causas pro altero, ipse contulit se ad amicítiam meã, deinde ut. i. postquàm ipse corroborâuit. i. confirmauit se per notitiam & experiéntiam factus poténtior, duæ causæ accesserunt. i. additæ sunt, quæ auxérunt beneuolentiam meam in illum. Vna ꝙ uersábatur in hoc stúdio nostro. s. philosóphico, quo delectamur máximè etiam nunc. i. adhuc, & . i. etiam cum ingenio ut nosti, nec. i. & non sine industria. i. cum industria,

iunctionem, liberórum necessitudini proximam voluit esse. Sed cũ sibi ita persuasíssem ipse, meas de se accurate scriptas líteras, máximum apud te pondus habitúras, à meque contenderet vt quam diligẽtíssimè scríberem: málui fácere quod meus familiáris tanti sua interesse arbitrarétur. Vt igitur debére me fácere hoc intélligas: cum primùm M. Terétius in forũ venit, ad amicítiam se meam cóntulit. Deinde vt se corroborâuit, duæ causæ accessérunt, quæ meam in illum beneuoléntiã augerẽt. Vna, quòd versábatur in hoc stúdio nostro: quo etiam nunc máximè delectámur, & cum ingénio, vt nosti, nec sine indústria. Deinde quòd maturè se cóntulit in societates publicanórum, quod quidem nollem. maximis enim damnis adfectus est, sed tamen causa communis órdinis mihi commendatíssimi fecit amicítiam nostram firmiórem. Deinde versát⁹ in vtrísque subselliis óptima & fide, & fama iam ante hanc commutatiónem reip. sese petitióni dedit, honorémq̃ honestíssimum exístimauit fructum labóris sui.

His autem temporibus à me Brundúsio cum líteris & mandatis profectus ad Cæsarem est. qua in re & amorem eius in suscipiẽdo negotio perspexi, & inconficiẽdo ac renunciando fidem. Videor mihi cum separatim de probitate eius & moribus dicturus fuíssem, si prius causam cur eum tantopere diligerem, tibi exposuíssem, in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate dixísse. Sed tamẽ separatim promitto, in meque recipio fore cum tibi & voluptati & vsui. Nam & modestũ hominem cognosces & prudentem, & à cupiditate omni remotíssimum. præterea magni laboris summæque industriæ. Neque ego hæc polliceri debeo, quæ tibi ipsi, cũ bene cognoris iudicanda sunt: sed tamen in omnibus nouis coiunctionibus ítereſt qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur. Quod ego his literis efficere volui, etsi id ipsa per se necessitudo Quæsturæ effeciſſe debet: sed tamẽ nihilo in-

firmius illud hoc addito. Cura igitur ſi me tanti facis quanti & Varro exiſtimat, & ipſe ſentio, vt quamprimum intelligam hanc meam commendationem tantum illi vtilitatis attuliſſe, quantum & ipſe ſperarit, nec ego dubitarim. Vale.

hoc eſt ingenio & induſtria, comitibus deide quòd .ſ.Var.contulit ſe maturè.i.cito in ſocietate publicanorum.i.qui publica uectigalia redimunt & portatoria conducunt,quod quidem nollem.i.uellem eũ non feciſſe ubi negatio non agit in uerbum, ſed in adiectum,eſſe enim affectus maximis damnis,ſed tamẽ communis.i.cum eſſet communis ſocius ordinis ſcilicet publicanorum,coniunctiſſimi mihi mallem tamen legere communio.i.commercium ordinis cõiunctiſſimi mihi fecit amicitiam noſtram firmiôrem. Deinde uerſatus.ſ.agens in utriuſque ſubſelliis.ſ.cauſidicorum & publicanorum optima & fide & fama,id eſt habens optimam fidem & famam de fide.i.fidelitate, ipſe dedit.i.adduxit ſe petitioni.i.ſupplicationibus faciẽdis aut requeſtis ut Galli dicunt,pro aliis,iam ante hanc commutationem reipu.i.priuſquam reſp.per te liberata eſſet à tyrannide Cæſaris, & exiſtimâuit fructum laboris ſui.i.quem ex labore ſuo aſſequeretur,honeſtiſſimum ſup.eſſe. Autem.i.ſed,ipſe profectus eſt his diebus Brunduſio ad Cæſarem.ſ.Octauium,cum mandatis à me.ſ.acceptis,in qua re ego perſpexi.i.euidentèr cognôui aut animaduerti,& amorem eius.ſ.in me,in ſuſcipiendo negocio.i.eo quod ſuſcepit negotium tantum libentèr,& fidem.i.fidelitatem in conficiendo.i.tranſigendo & expediendo. Et renunciando.i.reportando reſponſo. Quia multi libenter ſuſcipere uidentur, ſed ſuſceptum negligunt,alii etiam ſuſceptũ munus conficiunt diligenter,ſed renunciando negligentes ſunt,ubi ſciemus renunciare proprie eſſe nutum reportare & re ſignificare quod nunciatum eſt, iis præmiſſis commendationem ipſam aggredietur,præmittens tamen non impertinenter cur ſuperiora prælocutus ſit. Videor mihi cum fuiſſem dicturus ſeparatim .i.diuiſim de probitate eius.ſ.Varronis,& de moribus,ſi expoſuiſſem tibi cauſam cur diligerem eum tantopere,dixiſſe etiam ſatis de probitate.ſ.eius in ipſa cauſa exponendo cauſam amoris,quę in probitate eius fundatur, ſed tamen ego promitto ſeparatim & recipio in me ſcilicet onus præſtans,hoc eſt ſpondeo pro Varrone,eum fore,i.futurum tibi, & uoluptati & uſui,id eſt utilitati.Nam tu cognoſces ſup.eum hominem & modeſtum & prudentem & remotiſſimum à cupiditate omni,præterea magni laboris,& ſummæ induſtriæ.i.grauitatis & ſolertiæ. Neque ego debeo polliceri tibi hæc quæ iudicanda ſunt tibiipſi cum.ſ.ita ſit ꝙ bene cognoueris,ſed tamen intereſt.i.refert, in omnibus coniunctionibus nouis, qualis ſit primus aditus,& qua cõmendatione aperiantur quaſi fores amicitiæ. Quod.ſ.aperire fores amicitiæ, ego uolui efficere his literis, &.i.tametſi,ipſa neceſſitudo quæſturæ debet effeciſſe id, ex more maiorum, ut præmiſit,ſed tamen illud ſup. erit nihilo.i.nullo infirmius,hoc.ſ.commendationis noſtræ addito. Igitur cura, ſi tu facis me tanti & quanti Varro exiſtimat.& ego ſentio,ut intelligam quamprimum.i.ualde cito, hanc commendationem meam attuliſſe illi.ſ. Varroni,tantum utilitatis,quantũ & ipſe ſperarit: nec ego dubitarim.ſ.illi allaturam fuiſſe.Vale.

Comendatoria.

M.T.C.Bruto. S. P. D. EP. 11.

QVIA ſemper animaduerti ſtudioſè te operam dare, vt nequid meorum tibi eſſet ignôtum, proptereà non dubitò quin ſcias, non ſolùm cuius municipii ſim, ſed etiam quàm diligentèr ſoleam meos municipes Arpinateis tuêri. Quorum quidem omnia commoda, omneſque facultâtes, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum locorumque communium tueri poſſint, conſiſtunt in his vectigalibus, quæ habent in prouincia Gallia. Ad ea viſenda, pecuniaſque, quæ à colonis debentur exigendas, totamque rem & cognoſcendã & adminiſtrandam, Legatos Eq.Ro. miſimus Q.Fuſidium Q.F. M.Faucium M.F. Q.Mamercum Q.F. Peto à te in maiorem modum pro noſtra neceſſitudine, vt tibi ea res curæ ſit, operamque des vt per te quam commodiſſime negotium municipii adminiſtreretur, quamprimumque conficiatur: ipſoſque, quorũ nomina ſcripſi, vt quam honorificentiſſime pro tua natura, quàm liberaliſſime tractes. Bonos viros ad tuam neceſſitudinem adiunxeris: municipiũque gratiſſimum beneficio tuo deuinxeris: mihi vero etiam gratius féceris, quòd cũ ſemper tuêri municipes meos conſueui, tum hic annus præcipuè ad meam curam, officiumque pertinet. Nam conſtituendi municipii cauſa hoc anno ædilem filium meum fieri vólui, & fratris filium, & M. Cæſium hominem mihi maximè neceſſarium. is enim magiſtratus in noſtro municipio, nec alius vllus creari ſolet, quos cohoneſtâris. In primiſque me, ſi reſpubli. municipii tuo ſtudio, diligentia benè adminiſtrâta erit. Quod vt facias, te vehementèr etiam atque etiam rogo. Vale.

HVBER.

Quia. Arpinum oppidum eſt Voſcorum,inde oriundus fuit Ci.eius oppidi municipes uectigalia habêbant in Gallia ciſalpina,quibus & ſacras ædes & locos cõmunes tuebãtur,cunque difficile exigerentur ea uectigalia illi populo admodũ neceſſaria:eſſetque Bru.eius prouinciæ præfectus:rogat eum Cicero,ut uelit fauere Arpinatium legatis, quos nominat, ut illas uectigales pecunias facilime eius fauore exigere poſſint:oſtenditque q̃ gratum id habiturus ſit,ſi fecerit cum multis aliis de cauſis, tũ uero quia eius filius & fratris filius facti erant eo anno ædiles illius municipii, quorum honori dicit Br. poſſe multum conſulere, ſi reſpu.illius municipii ꝑ eos bene adminiſtrata fuerit diligentia & beneficio ipſius Bru. Meorum,mearum rerum. (Arpinum) Arpinatis, ex Arpino municipio:eſt autem accuſatiuus.Sarta te .i.tecta refecta, tractum à ueſtibus,quæ ſarciuntur: ſunt tamen codices,qui habent ſacrata tecta. Vectigalibus tri.& ut nunc dicimus datis. Viſenda, cognoſcenda. Colonis, illius prouinciæ. Negotium, exigendi illa uectigalia. (Quamprimum) Quamprimum,cito, ſine dilationibus. Non conſtituendi,reddit rationem quare hic annus magis pertineat ad eius curam. Conſtituendi,ante regendi in bonam formam,ut ita dicam redigendi. In magiſtratu.ſ.ædilitatis. Nec ullus alius,ſicut fit Romæ, ubi ſunt multi ordines magiſtratuum. Quos.filium meum & filium fratris & Cæſium. Cohoneſtaris, honore affeceris.

ASCEN.

Qvia & c.Arpinâtes compatriotæ Cice. habêbãt in Gallia ciſalpina q̃tum ad Italos uectigalia,quibus publi. ſuſtinebãt negotia, quocirca Brutum rogat ut in eis recipiendis faueat, dicens. Quia ego animaduerti ſemper te dare operã ſtudioſe, ut ne quid meorum.i.eorum quæ agerem eſſet

ignotum tibi,proptereà non dubito quin ſcias non ſolùm cuius municipii ſim,quia Arpini,ſed etiam q̃, id eſt quantum diligenter ſoleam tueri,id eſt protegere Arpinates municipes:uidetur ſecundum Vallã dicendum communicipes meos, non enim Cicero princeps eorum erat. Quorum.ſ.Arpinatium quidem.i.certe, omnia commoda, & omnes facultates, quibus poſſint &.i.ſimul,conficere.i.perficere ſacra .i.res ſacras,ut ſacrificia & templa, & tueri.i.conſeruare tecta ædium ſacrarum.i.ſacrorũ & locorum cõmunium.i.ad ciuitatem communiter pertinentium, ut ſunt fora,mœnia,& ſimilia ſacra.i.cõcinnata & integra,conſiſtunt in iis uectigalibus,quæ habent in ꝓuincia Gallica. Nos miſimus Quin.Suffidium filiũ Quintii,Marcum Fantium filium Marcii, Quintum Mamertium filium Quintii equites Ro. legatos, ad uiſenda ea.ſ.uectigalia Arpinatium, & ad exigendas pecunias,quæ debent̃ à colonis,& ad cognoſcendam & adminiſtrandam totam rem.i.totum negotium. Ego peto à te in maiorem modum pro neceſſitudine noſtra.i.propter neceſſitudinẽ noſtram, ut ea res ſit tibi curæ & des operam, ut negotium municipii adminiſtretur per te.i.tuo præſidio q̃ commodiſſime,& ut conficiatur.i.abſoluatur & expediatur,q̃ primum.i.ualde cito, & ut tractes ipſos quorũ nomina ſcripſi q̃ honorificentiſſime & quàm liberaliſſime ꝓ natura tua.i.iuxta naturam tuã, tu adiunxeris.ſ.hoc faciendo uiros bonos ad neceſſitudinem tuam.i.cumulum tuorum neceſſariorum,& deuinxeris.i.obligaueris beneficio tuo municipium gratiſſimum:uero.i.ſed,tu feceris mihi etiam gratius ꝙ cum.ſ.ita ſit ꝙ conſueui ſemper tueri municipes meos,tum hic.i.præſens annus pertinet præcipue ad curam meam & officiũ.ſ.meũ. Nam ego uolui filium meum.ſ.M.Ciceronem & filium fratris ſup.mei, & M.Caſſium hominem neceſſarium mihi maxime,fieri hoc anno ædilem.i.curatorem ædium & edendorum in eo municipio, cauſa municipii cõſtituendi.i.ad meliora inſtituta redigendi. Enim.i.quia,is magiſtratus uidelicet ædilitius nec ullus alius ſolet creari in municipio noſtro,quos ſcilicet omnes tu cohoneſtaris.i.ſimul honeſtaueris,& ĩ primis.i.præcipue me,ſi reſp.municipii erit adminiſtrata bene,ſtudio tuo & diligentia tua.Quod ut facias rogo te uehementer etiam atque etiam.i.iterum atque iterum. Vale.

Comendatoria.

M.T.C. Bruto. S. P. D. EP. 12.

ALia epiſtola cõmuniter cõmendaui tibi legatos Arpinatiũ vt potui diligentiſſime: hac ſeparatim Q.Suffidiũ, quo cũ mihi oẽs neceſſitudines ſunt diligẽtius cõmẽdo: nõ vt aliquid de illa cõmendatiõe cõminuã, ſed vt ad hanc addã. Nã & priuignus eſt M. Cæſii mei maxĩe & familiaris & neceſſarii, & fuit in Cilicia mecum Trib. Mil. quo in munere ita ſe tractauit, vt accepiſſe ab eo beneficiũ viderer, non dediſſe. Eſt præterea (quòd apud te valet plurimũ) à noſtris ſtudiis nõ abhorrens. Quare velim eũ q̃ liberaliſſime cõplectare: operãq; des, vt in ea legatiõe quã ſuſcepit cõtra ſuum cõmodũ, ſecutus authoritatẽ meã, q̃ maxĩe eius excellat induſtria. Vult.n. id qđ optimo cuiq; natura tributũ eſt, q̃ maximã laudẽ cũ à nobis, qui eũ impulimus, tum à municipio cõſequi: quod ei cõtinget, ſi hac mea cõmendatiõe tuũ erga ſe ſtudium erit conſecutus. Vale.

HVBER.

Alia epiſtola.Q. Suffidius qui legatus pro Arpinatium cauſa,quæ ſuperiore epiſtola narrata eſt,in Galliam miſſus eſt tribunus militum:fuerat cum Cic.in Cilicia.Accedebant & aliæ neceſſitudinis cauſæ,quæ eum Cice. redderent gratum quas commemorat.Itaque licet Ci. ſuperiore epiſtola communiter commendauerit omnes legatos Arpinatum,tamen ſeparatim & præcipue commendat hũc Suffidium Bruto, eius opera & fauore cõſequatur.Suffidius ab omnibus maximam laudem huius legationis,quod diligenter egerit.id pro pter quod miſſus ſit quod facile eũ conſequi poſſe dicit,ſi Brutus ei ſtudium & fauorem ſuum præſtiterit in exigẽdis,& commode, & ſubito uectigalibus. (Separatim) Separatim, ſeorſum, præcipue præter cæteros. De illa commẽdatione,communi. Nam adducit cauſas ſeparatæ & diligentis commendationis. Munere,officio.Tractauit,geſſit. Vt accepiſſe.quia bene ſe geſſerat, ex hoc cognoſcitur quantum proſit bene ſe gerere ĩ aliquo magiſtratu cum Ci.qui dedit magiſtratum exiſtimet ſe obligatum ei,qui illum bene geſſerat,quia eius honori conſuluerat. Accepiſſe, cum fecit mihi honorem bene ſe gerendo in magiſtratu. Studiis,literis. Non abhorrens, non alienus. Authoritatem meam, ut iret legatus. Excellat, appareat præter cæteros. Impulimus,indiximus ut iret legatus. Cuique optimo à natura tributum,datum eſt, ut ſe laudari cupiat.Vnde illud Virg.Vincit amor patriæ laudumq; immenſa cupido.

ASCEN.

Alia epiſtola & c.Qu.Suffidius dicta Arpinatum cauſa ad Brutum legatus fuerat tribunus militum,cum Cic.in Cilicia imperaſſet, quocirca hunc ſingulariter commendat eidem Bruto,

Universidad de ... Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

to rogans ut sic eius legatione sua ope iuuet,& inde laudē consequatur Suffidius & ipse gratiam. Ordo est. Ego commendaui tibi alia epistola,legatos Arpinatum communiter.i.simul omnes diligentissime ut potui, & commendo tibi diligentius. Separatim.hac epistola Qu.Suffidium,qui cum.i.cum quo omnes necessitudines.i.necessariæ amoris & amicitiæ coniunctiones sunt mihi,non ut cōminuam.i.detraham aliquid de cōmendatione illa.s.communi,sed ut addam sup.aliquid ad hanc.Nam ipse.Suffidius est & priuignus.i.ex uxore ab alio uiro genitus Marci Cæssii mei maxime & familiaris & necessarii,& fuit mecum cum essem imperator in Cilicia tribunus militum in quo munere.i.officio aut magisttatu, ipse tractabat.i.regebat se ita ut uiderer accepisse beneficium ab eo,non dedisse sup.ei.Præterea ꝙ plurimum ualet apud te,ipse est,non abhorrens.i.non alienus à studiis nostris.s.Philosophiæ Stoicæ præsertim sectæ.Quare ego uelim sup.ut complectare eum q̄ liberalissime,& des operā ut eius industria excellat.i.præemineat q̄ maxime in ea legatione quā suscepit contra suum cōmodū,secutus autoritatem meam. Vult enim id quod tributum est optimo cuique à natura consequi q̄ maximam laudem tum à nobis,qui impulimus eum,tum à municipio,Quod continget ei si consecutus erit studium.i.fauorem tuum erga se,hac commendatione mea.

M.T.C.Bruto. S. P. D.

LVcius Castronius Pætus lō ge princeps municipii Lucensis, est honestus, grauis, plenus officii, bonus plane vir,cū virtutibus,tū etiā fortuna, si quid hoc ad rē pertinet, ornatus: meus autē est familiarissimus, sic prorsus vt nostri ordinis obseruet nemine diligentius. Quare & vt meum amicum, & tua dignū amicitia tibi cōmēdo.Cui quibuscunq; rebus cōmodaueris, tibi profectò iucundū,mihi certe erit gratū. Vale.

HVBER. LVcius Castronius. Paucis quidem uerbis,sed tn̄ satis efficacib⁹ commendat Ci.Bruto Castroniū Pætū Lucensem ciuē quē & moribus & uirtutibus ornatum,idē etiam fortuna quæ maxime solet trahere homines ad sui fauorem. Lucensis. ex Luca,Etruscorum mediterranea ciuitate: nam Lucanus à Lucania regione possessiuum est. Fortuna, diuitiis. Siquid ad rem pertinet.i.si quid pertinet ad commendationem esse diuitem:quia scit multos moueri fortuna,qui non mouentur uirtutibus.Inde illud Iusti.Quo se fortuna eo se fauor hoim inclinat. Nostri ordinis,senatorii. Vt sicut,tanquam. Vale.

ASCEN. LVcius &c. Paucis sed efficacibus uerbis cōmendat Cicero ipsi Bruto L.Castronium Pætum Lucēsem ciuem, quem & moribus & uirtute & fortuna,quæ multum allicere solet ornatum dicit sic.Lucius Castronius Pætus longe.i.facile aut eminenter princeps municipii Lucensis est uir honestus,grauis,plenus,officio,& plane bonus & ornatus,tum.i.pariter uirtutibus, tum etiam fortuna.i.diuitiis, si quid pertinet ad rem.i.ad eius commendationem,autem.i.sed ipse est familiarissimus meus,ita ut neminem ordinis nostri.s.senatorii, obseruet.i.colat & offendere metuat,diligentius sup.q̄ me.Quare ego commendo tibi eum,ut & amicum meū, & dignum amicitia tua quibuscunque rebus commendaueris.i.commodum feceris erit profecto,re uera iucundum tibi, & erit certe id est haud dubie mihi gratum, id est utile. Vale.

M.T.C.Bruto. S. P. D.

LVcio Titio Strabone Eq. Ro. in primis honesto & ornato familiarissime vtor. Oīa mihi cū eo intercedunt iura summæ necessitudinis.Huic in tua prouincia pecuniam debet P.Cornelius. Ea res à Volcatio,qui Romæ ius dicit reiecta in Galliā est. Peto à te hoc diligentius, q̄ si mea res esset,quo est honestius de amicorū pecunia laborare, q̄ de sua:vt negotiū conficiendū cures,ipse suscipias,transigas, operamq; des quo ad tibi æquū & rectū videbitur,vt quàm commodissima cōditione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est,negotiū conficiat, ad numosq; perueniat. Id & mihi gratissimū erit, & tu ipse L. Titiū cognosces amicitia tua dignissimum.Quod vt tibi curæ sit,vt omnia solent esse,quæ me velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

HVBER. LVcio &c.Cornelius quidam debebat pecuniā Ti.Stra.ī Gal.cui præerat Bru. cunq; cōuenisset Strabo debitorē suū sub Volcatio p̄tore urbano,Volcatius cām remiserat in Galliā, ut fuerat factu debitum, ad quod exhibendū cum Strabo mittere libertum suum Ci.eū diligenter cōmendat Bruto,ut illū adiuuet in exigenda illa pecunia. Intercedunt.sunt. Iura.causæ rōnes. Reiecta,remissa. In Galliā,cui tu præes.Honestius de amicorū pecunia.quia si quispiā laboret pro pecunia sua affert suspitionē auaritiæ,sin uero pro amico,significat se officiosum & gratum, Negociū conficiat,ut pecuniā suā consequatur. Transigas, proficias.Oīa solent esse.s.curæ.

ASCEN. LVcio & c.Cornel.quidam debebat pecuniam L. Ti. Strab.in Gallia,cui præerat Brutus,cunq; cōuenisset ipse Strabo debitorē suū sub Volcatio p̄tore urbano. Volca.cau.remi.in Galliam ad debitū recuperandum,quo cū Strabo mitteret libertū suum Ci.eū diligenter cōmendat. Ego utor familiarissime Lu.Ti.Strab.equite Roma.honesto & ornato in primis.i.præcipue. Omnia iura summæ necessitudinis.i. coniunctionis necessariæ amoris & amicitiæ,intercedunt.i.cōmunicantur mihi cum eo.Publi.Cornelius debet huic pecuniā in prouincia tua.s. Gallia. Ea res .i.cognitio exactiōis eius pecuniæ est Reiecta in Galliam à Volcatio,qui dicit Romæ ius.i.qui iudicis fungitur officio. Ego peto hoc à te diligentius q̄ si res mea esset quo.i.quanto,aut ꝙ.i.quia honestius est laborare id est anxium esse de pecunia amicorū q̄ de

sua

sua.i.propria,peto inquam ut cures negocium conficiendum.i.expediendum aut finiendum,& sup.ipse.i.tu, quod dicunt in propria persona,suscipias scilicet negocium transigas,id est absoluas,& des operam, quo ad, id est quatenus uidebitur tibi æquum & rectum,ut libertus Strabonis,qui missus est,scilicet ad te ī Galliam, eius rei causâ,conficiat id est perficiat aut finiat negocium, conditione commodissima.i.utilissima, & perueniat ad nummos. Id &.i.simul erit gratissimum mihi,& tu ipse cognosces Lucium Titiōnem gratissimum & dignissimum amicitia tua.Quod ut sit tibi curæ, ut omnia quæ scis me uelle solent esse, rogo te uehementer etiam atque etiam,id est iterum atque iterum. Vale.

M.T.C. C.Cæsari Imper. S. P. D.

PRæcilium tibi commendo vnice,tui necessarii,mei familiarissimi, viri optimi filium. quem cum adolescentem ipsum propter eius modestiam, humanitatem, animum & amorem erga me singularem mirifice diligo: tū patrem eius re doctus intellexi & didici mihi fuisse semper amicissimum. En hic ille est de illis maxime qui ridere atq; obiurgare me solitus est, quòd me non tecum, præsertim cum abs te honorificentissime inuitarer, coniungerem, ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν, ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα. Audiebam enim nostros proceres clamitantes, ἄλκιμος ἔσσ' ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. Sed tamen idem me consolatur: etiam * hominem perustum etiamnū gloria uolunt incendere:atque ita loquuntur, μὴ μὰν ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι, Sed minus iam mouent,vt vides. Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera præcepta Εὐριπίδου, μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. quem versum senex Præcilius laudat egregie:& ait posse eundem & ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω videre: & tamen nihilominus αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Sed vt redeam ad id vnde cœpi: vehemēter mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua,quæ est singularis,comprehenderis:& ad id quod ipsorum Præciliorum causa te velle arbitror, addideris cumulum commendationis meæ. Genere nouo sum literarum ad te vsus, vt intelligeres non vulgarem esse commendationem.

HVBER. PRæcilium.Cæsari Imperatori iam rerum potito post mortem Pompeii commendat Cicero Præcilium adolescentem quendam nobilissimū,quem & eius causa & etiam patris optimi uiri,& sibi amicissimi à se amari dicit,ut autem Cæ. eum habeat commendatiorem,dicit fuisse unum ex iis qui in ciuilibus dissensionibus hortatus est eum,ut se cū Cæsare coniungeret cū ab ipso Cæ.& literis & nunciis inuitaretur,& etiam coram blandis uerbis,ut primo libro in epistola longa diximus, se autem excæcatum nunquam adduci potuisse,ut id faceret, cum quidam ex primoribus Romanis ei dissuaderent, quæ græce exequitur. Re.experientia. En,demonstrantis est cum laude.Inuitarer,promissionib⁹ tuis, & suauissima oratione incitarer ἀλλ' ἐμὸν dicit culpā suam fuisse,cui nunq̄ potuerit persuaderi, ut cū Cæ. coniūgeret ἀλλ' ἐμὸν pro ἀλλὰ ἐμόν.i.sed meum, οὔποτε nunq̄,θυμὸν animū ἐνὶ στήθεσσιν pectoribus τὸ στῆθος pectus, ἔπειθε,persuasit:est autem aoristus δεύτερος, nam πείθω persuadeo,horum autem uerborum sensus. sed nunquam mihi animū inducere potuit.Nostros pro.Romanos principes. Clamitātes,dicentes mihi ἄλκιμος fortis ἔσσο sis uel es ἵνα ut τίς quis σε te καὶ ὀψιγόνων posteriorum sero nascentium,nam ὀψὲ sero significat, εὖ bene,εἴπῃ dicat.i.fortis sis, ut aliquis posterorum te benedicat.i.laudet,ut Intōsum pueri dicite Cynthium. ὡς, dicit se his persuasionibus esse execatum, ὡς sic νεφέλη nebula, ἐκάλυψε texit,uelauit. καλύπτω enim tego, μέλαινα nigra nebula me texit, ut non uiderem utilitatem meam sequendo te. μίμονας furis, πού forte uel quodammodo δεῖ oportet, γε adiectio est nihil significans,sicut apud nos huiusce ce syllaba, dicdū pro dic, καὶ &, ἀκλειῶς ingloriæ, ἀπολοίμην.s.perire, ἀλλὰ sed, ῥέξας faciens,ῥέζω facio, τι aliquid,καὶ &, ἐσσομένοισι futuris, πυθέσθαι persuasum iri.i. credendum à posteris. Sed me minus mouent,quæ dicuntur mihi. Magniloquentia,præstantia dicendi: supradicta enim uerba ex Homero sunt. Vera uti Εὐριπίδου Euripidis poetæ, Μισῶ ponit uerba Euripidis, quorum sensus hic est:odi sapientem qui sibiipsi nō est sapiens, scilicet est μισῶ,id est odi:dicitur etiam μισέω.σοφιστὴν sapientē, ὅστις qui,οὐχ αὑτῷ non sibi,σοφὸς sapiens scilicet est, ἅμα simul, πρόσσω ante,καὶ ὀπίσσω retro, αἰὲν semper,ἀριστεύειν, optime agere,ὑπείροχον prestantem summum, ἔμμεναι existere,ἄλλων. Comprehenderis,complexus fueris.Nouo genere,nouo more & insitato, quia multa de me inserui,quæ tamē ad Præcilii cōmēdationē pertinēt.

ASCEN. PRæcilium &c.Commendat Cæ.iam rerum potienti Præcilium,à quo se ut Cæ.sequeretur sæpe admonitum frustra fatetur,dicens. Ego cōmendo tibi unice.i.singulariter, filiū uiri optimi necessarii tui & familiarissimi mei, quē tum.i.pariter, adolescentem ipsum diligo mirifice propter modestiam eius,humanitatem,animum.i.beneuolentiam, & amorem singularem erga me, tum doct⁹.i.certior factus re.i.effectu ipso intellexi & didici patrem eius fuisse semper amicissimum mihi.En hic est ille maxime.i.præcipue de illis, qui solitus est irridere atque obiurgare me,ꝙ non coniungerem me tecum,præsertim cum inuitarer.s.ad talem coniunctionem tecum, abs.i. à te honorificentissime,ἀλλ' ἐμὸν pro ἀλλὰ.i.sed ἐμὸν.i.meum οὔποτε.i.nunq̄ θυμὸν,id est animū seu uoluntatem,ἐνὶ στήθεσσιν, pectoribus,ἔπειθεν.id est persuasit.Est autem ἀόριστος δεύτερος,aoristus secundus.nam πείθω dicitur persuadeo.Sensus autem horum uerborum inquit Hubertinus est. Sed nunquam mihi animum inducere potuit. Sunt uerba Homeri Cæ.nota quocirca maluit græce quàm latine rem exprimere, præsertim cum proposito

maxime

maxime conducunt. Audiebam enim proceres nostros,id est principes Romanos clamitantes ἄλυμον, id est fortis,ἴανο,id est sis uel esto,ἵνα,id est ut,τὶν,id est aliquis,σι,id est te,χὼ, id est &,ὀψηόνων, id est sero nascentium, hoc est posteriorum,εὖ,id est bene,εἶπεν,id est dicat:hoc est,sis fortis ut aliquis posteriorum te benedicat.ὡς,id est sic,νεφέλη,id est nebula,ἰκάλυψε texit aut uelauit,μέλαινα,id est nigra,με, id est me.hoc est,caligo menti addita fecit ut sanum consilium non uiderem,μίμονας, id est furiæ,πού, id est est quodammodo,θα, id est oportet γε, adiectio est ex modo loquendi sumpta per se nihil significans,χὼ,id est &,ἀκλυνῶς,id est inglorie, & est aduerbium,ἀπολέσθαι, id est aboleri & perire.Sed tamen idem consolatur me: etiam uoluit hominem perustum,id est desiccatum aut qui perfricuit frontem,& inanem,id est uacuũ gloria incendere.s.ad gloriam, atq; loquũtur ita,ἀλλά,id est sed,ἐξεῖς.i.facias,τι id est aliquid,χὼ id est &,ἐωμένησι, id est futuris,πυθέσθαι,id est persuasũ iri, hoc est quod credendum sit. Sed supple eiusmodi uerba minus,id est non mouent iam me,ut uides.Itaque confero me ad magniloquentiã Homeri,cuius sunt superiora uerba,ad uera præcepta,Εὐριπίδου id est Euripidis,μισῶ,id est odi:dicitur & μισέω.σοφισὴν sapientes,ὅσις, id est qui.οὐχ non,ἑαυτῷ id est sibi,σοφὸς,id est sapiens supple est,hoc est odi sapientem qui sibi non sapit. Quem uersum Præcilius senex, scilicet pater, & ait eundem posse uidere,ἅμα id est simul,πρόσω id est ante,ε id est &,ἀεί́σω id est certo,& tamẽ nihilominus ἀίε,id est semper,ἀριστεύειν.i.optime agere,χὼ id est & ὑπέροχον summum,ἔμμεναι.i.existere ἄλλων id est aliorum. Sed ut rediẽa ad id unde cœpi,scilicet scribere aut loqui. Tu feceris mihi gratum uehementer, si comprehenderis id est complexus fueris hunc adolescentem,scilicet Præcilium humanitate tua,quæ est singularis,& addideris ad id quod ego arbitrabor te uelle causa Præciliorum ipsorum,hoc est propter amorem ipsorum.cumulum,id est magnam accessionem commendationis meæ. Ego sum usus ad te nouo genere literarum, ut intelligeres supple hanc commendationem, non ulgarem suple esse,sed egregiam. Vale.

*P.V.C. PERVSTVM,etiam num. Quidam lectionem quam antea amarant sine causa damnant,eam nos quoque in Mæciceo inuenimus,ideoque tũc recepimus: Sic enim inillo est.etiam hominem perustum,etiam nũ gloria.nam aliis quoque locis animaduerti in illo exemplari hanc uocem ita scriptam esse,ut in prima epistola ad Brutum huius libri,quo etiam nunc maxime delectamur.Ipsi quàm deprauãti sint libri, quibus magnã fidem habent,nolentes ostendunt.

HVBER. PVblium Crassum. Apollonius quidam Publii Crassi Libertus cum res gestas Cæs.monumentis literarum Græcarum mandare cuperet, ut id Cæsa.gratius accideret:testimonium.Cic.per literas commendatitias ad Cæ.optãuit.Itaq; Cicero hac epistola uehementer laudat eius ingenium doctrinã & exercitationem dicendi,putatque idoneũ ad scribendas res gestas Cæsa.cui eum uehementer commẽdat.Repetit autem in principio epistolæ causas commẽdationis ab eius patrono Crasso,deinde q Cæsa. non defuerit & fide & diligentia in bello Alexandrino,ex eo dicit illum debere esse uehementer ei commendatum. Ab ineunte ætate,ab adolescentia. Bene sperauissem: quia ea ætas solã spem potest dare.Existimare,opinionem habere, iudicare. Ille, Crassus. Aptus,utilis. Alexandrino. quod apud Alexandriã ciuitatem Aegypti gestum est à Cæsare, ut ab eo in commentariis plene scribitur. Consequi,efficere. Non defuit,exhibuit se tibi promptum. Suo consilio,proprio motu. Autore,suasore. Crassi, quem tu amasti. Id consequi posse, id est habere ab aliis ad te cõmendationes. Testimonium iudicii de eo ei dedi libenter,id est uolui libenter testificari his literis apud te,quod iudicium de eo habebam. Magni æstimabat, multifaciebat. Eram expertus, quia credidisti iudicio meo de aliis. Studio, amore. Posse, id est idoneum esse.s.mandare res tuas literis Græcis. Vsum,exercitationem. In eo genere,scribendi. Quod negaueram, scilicet me commendare eum. Maiorem in modum, id est uehementissimè.

ASCEN. VBlium Crassum & c. Apollonius Pub. Crassi libertus cum res gestas Cæsaris monumẽtis literarum Græcarum mandare cuperet, ut id Cæ.gratius accideret per testimonium Ciceronis literas commẽdatitias ad Cæsarem optauit,quas nunc exhibet Cicero dicens. Ego dilexi plurimùm ex omnia nobilitate.i.inter omnes nobiles. Publium Crassum adolescentem, & cum bene sperauissem ex eo ab ineunte ætate,scilicet eius,tum id est multo magis cœpi existimare,id est iudicare per me.s.ipsum, ex iis iudiciis,quæ feceram de eo,cognitis, id est exploratis & cõpertis. Ego & faciebam, id est existimabam magni & probabam, id est laudabam & approbabam Apollonium libertum eius, id est eius libera

Ordo

M.T.C. C. Cæsari Impe.

S. P. D. Ep. 16.

commendatoria.

PVblium Crassum ex omni nobilitate adolescentẽ dilexi plurimùm,& ex eo cum ab ineũte eius ætate bene sperauissem,tũ p me existimare cœpi ex iis iudiciis quæ de eo fecerã, cognitis.Eius libertũ Apollonium iam tum equidem cum ille uiueret,& magni faciebã, & probabam. Erat enim & studiosus Crassi,& ad eius optima studia uehementer aptus.Itaque ab eo admodùm diligebatur.Post mortem autem Crassi, eo mihi etiam dignior visus est, quem in fidem atque amicitiam meã reciperem, quòd eos à se obseruandos & colendos putabat quos ille dilexisset, & quibus charus fuisset. Itaque & ad me in Ciliciam venit:multisque in rebus mihi magno usui fuit & fides eius & prudentia:&,vt opinor, tibi in Alexandrino bella, quantum studio & fidelitate consequi potuit, non defuit. Quod cum speraret te quoque ita existimare, in Hispaniam ad te maximè ille quidem suo consilio, sed etiam me autore est profectus. Cui ego commendationem non sum pollicitus: non quin eam valituram apud te arbitrarer:sed neque egere mihi commendatione videbatur, qui & in bello tecũ fuisset: &

& propter memoriam Crassi de tuis vnus esset: & si vti commendationibus vellet, etiam per alios eum videbam id consequi posse. Testimonium meum de eo iudicii, quod & ipse magni æstimabat,&ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi. Doctum igitur homninem cognoui,& studiis optimis deditum,idq; à puero. Nam domi meæ cum Diodoro Stoico homine meo iudicio eruditissimo, multùm à puero fuit. Nunc autem incensus studio rerũ tuarum,eas literis Græcis mandare cupiebat.posse arbitror.valet ingenio, habet vsum, iampridẽ in eo genere studii literarumq; versatur: satisfacere immortalitati laudum tuarũ mirabiliter cupit.Habes opinionis meæ testimonium:sed tu hoc facilius multo p tua singulari prudentia iudicabis.Et tamen, qđ negaueram, cõmendo tibi eum. Quicquid ei cõmendaueris,erit id maiorem in modum gratum. Vale.

iudicium,& ipse æstimabat magni,& ego eram expertus valere apud te.Igitur,ut, scilicet testimonium per hibeam,ego cognoui sup.eum hominem doctum,& deditum optimis studiis,& id à puero. Nam fuit multum à puero,id est puerili ætate domi meę cum Diodoro Stoico homine meo iudicio eruditissimo.Nunc autem incensus studio rerum tuarum,cupiebat mandare ea literis græcis,ego arbitror sup. eum posse, scilicet mandare græcis literis,nam sup.valet ingenio,habet iampridem,id est à plusculo tempore,usum, id est experientiam,& ut dicunt practicam,& uersatur in eo genere studii,& literarum cupit mirabiliter satisfacere, id est sufficientia alimenta præbere,immortalitati laudum tuarum.Tu habes testimonium opinionis meæ,sed tu iudicabis hoc multo facilius, pro singulari prudentia tua, id est per singularem prudentiam tuam. Et tamen quod negaueram,scilicet me facturum ego commendo tibi eum. Quicqnid cõmendaueris,id est commẽdati feceris ei erit mihi gratum maiorem in modum.

Vale.

M.T.C. Seruio Sulpitio. S.P.D. Ep. 17.

commendatoria.

MArcus Curius, qui Patris negotiatur,multis & magnis de causis à me diligitur. Nam & amicitia peruetus mihi cum eo est, vt primùm in forum veni, instituta:& Patris tùm aliquoties antea,tũ pxime hoc miserrimo bello, domus eius tota mihi patuit:qua si opus fuisset, tam essem vsus,quàm mea. Maximum autem mihi vinculum cum eo est quasi sanctioris cuiusdam necessitudinis, q est Attici nostri familiarissimus, eumq; vnum præter cæteros obseruat ac diligit. Quem si tu iam forte cognosti, puto me hoc, qđ facio, facere serius. Ea est enim humanitate & obseruã-

MArcvs Curius. Seruius Sulpi. Græciæ præerat,ut lib.iiii.diximus,cunq; Patris quę est Peloponnesi ciuitas in regione quę proprie appellatur Achaia authore Ptolo. M.Curius multa negocia haberet magna & ueteri amicitia Cice.cõiunctus & Attico utriusque familiarissimo ualde dilectus.Cic. hac epistola diligẽter eum cõmendat Seruio,ut si pro eo aliquid unquam efficere uoluit accedat ad id maximus sua cõmendatione cumulus, si uero Curius se uerecũdia sua nondum obtulit Seruio nec ei notus est.Dicit Cice.eum non minus à se cõmendari, quem affirmat Cice.fore dignum sua tam diligenti commendatione & amicitia ipsius Seruii. Et patris cum aliquo, patris non est genitiuus ut quidam putant sed ablatiuus. Patris,in patris ciuitate. Patuit,fuit mihi exposita. Sanctioris,firmioris. Attici,cuius causa me omnia debere puto. Cumulus,augmentum accedat, adiungatur. Obtulit,ad te uenit. Satis,bene. Aut quæ causa,ideſt aut si causa est, scilicet aliqua, quæ indigeat maioris commendationis,id est quæ uehementius sit commendanda. Religiosè,pie sincerè. Eos,tales. Accurata,diligenti studiosa.

HVBER.

MArcvs &c. Seruius Sulpitius Græciæ præ erat. igitur cum Patris urbe Achaiæ in Peloponneso M.Curtius multa negocia haberet, commendat eum Seruio ut amico sibi & Attico iucundissimum dicens, M.Curius qui negociatur,id est s.i. mercationi

ASCEN.

Ordo

Universidad de Deusto Biblioteca

mercationi incumbit Patris urbe Achaiæ, diligitur à me de causis multis & magnis, id est ob causas multas & magnas, nam & amicitia peruetus, id est ualde uetusta est mihi cum eo, instituta, id est incepta cum eo, ut primum ueni in forũ, scilicet iudiciale & domus eius tota patuit mihi Patris in ea urbe, cùm, scilicet ita sit ꝙ aliquotiens anteà tum, id est multo magis, hoc bello miserrimo, scilicet ciuili cuius miserrimus est exitus. Qua, scilicet domo ego fuissem tam, id est tantũ, quã, id est quantum mea, si fuisset opus. Autem, id est sed, maximum uinculũ quasi necessitudinis cuiusdam sanctioris, id est minime uiolabilis, est mihi cum, eo ꝙ.i. eo quòd ipse est familiarissimus Attici nostri.s. Pomponii, & obseruat, id est offendere timet, ac diligit eũ unum præter cæteros. Quem.s. Curtium si tu cognouisti forte iam.s. antequam hæc legeris, ego puto me facere quod facio.i. eum cõmendare serius.i. nimis tarde. Ipse enim est ea humanitate & obseruantia.i. obseruandi suos studio, ut putem ipsum iam, si eum cognouisti, commendatum tibi per se.i. sine literis meis, quod tamen si est ita.i. si eum nosti & cõmendatũ habes, ego quæso.i. requiro à te magnopere, ut quã maximus cumulus.i. maximum incrementũ accedat.i. addatur aut adueniat, ad eam uoluntatem quam contulisti ante has literas meas in illũ, si quam.i. aliquã contulisti. Autem.i. sed si ipse propter uerecundiam suã minus.i. nõ obtulit tibi se, aut si nondũ habes eum satis cognitum, aut quę.i. aliqua causa est, legerẽ una dictione, aut quam, cur indigeat maioris cõmendationis. ego cõmendo eum tibi sic, ut neque possim commendare quẽquam maiore studio.i. affectu, neque de iustioribus causis.i. ob iustiores causas. Et ego faciam

tia, vt eum tibi iam per se ipsum commendatum putem. Quod tamẽ si ita est, magnopere à te quæso vt ad eã voluntatẽ, si quam in illum ante has meas literas contulisti, quammaximus postea cõmendatione cumulus accedat. Si nautem propter verecundiam suã minus se tibi obtulit, aut nõdum eum satis habes cognitum, aut quæ causa est cur maioris cõmendationis indigeat: sic tibi eum commendo, vt neq; maiore studio quenquam, neque iustioribus de causis cõmendare possim. Faciamq; id quod debent facere hi qui religiose & sine ambitione commendant. Spõdebo enim tibi, vel potius spõdeo, in meq; recipio, eos esse M. Curii mores, eamq; cum probitatẽ, tum etiam humanitatem, vt eum & amicitia tua, & tam accurata cõmendatione, si tibi sit cognitus, dignum sis existimaturus. Mihi certè gratissimum feceris, si intellexero has literas tantũ, quantũ scribens cõfidebam, apud te pondus habuisse. Vale.

id, quod debent facere ii qui cõmendant Religiosè.i. sanctè & cum timore & sine ambitione.i. affectione nimia. Spondebo enim tibi uel potius spondeo.s. iam, & recipio in me.i. polliceor me præstatorem, eos esse mores M. Curtii, & eam tum probitatem tum etiam humanitatem ut sis existimaturus, id est iudicaturus si sit cognitus tibi eum dignum & amicitia tua, & tam accurata cõmendatione, scilicet mea. Certe tu feceris mihi gratissimum si intellexero has literas habuisse apud te tantum pondus, id est tantum ualorem, quantum scribens, id est cum eas scriberem, confidebam, scilicet eas habituras. Vale.

HVBER. NON concedam. Põponius Atticus in Epyro negocia habebat quæ pars est prouinciæ, cui præerat Seruius. Itaque cum Seruius id intelligens ultro scripsisset ad Atticum non rogatus, neque admonitus ab eo se omnino paratum esse ei fauere quibuscunque rebus posset. Cic. ostendit has tam liberales literas Seruii non minus sibi gratas fuisse quàm Attico, quem eius mira quadam lætitia affectum atque elatum dicit. Quamobrem & ei commendat Atticum, cuius tamen causa se omnia factur ũ pollicitus fuerat, & gratiam agit de tam liberali pollicitatione animi eius erga Atticum. Non cõ. non sinam ut uincet me Atticus in hoc. Prope, fere. Aeque, æqualiter. Quasi, tanquam. Rogatus, ab eo, tum nihil ad te scripsisset. Vltro Vltro, sponte tua sine eius rogatione aut admonitione. Agere, scilicet debeo. De ho. eo, Attico necesse est. nihil enim potest esse iucundum quod idem non sit gratum. Quando, quoniam. Et, id est etiam. Peccare, errare. Vtrunque eorum, declarat quæ sint ea. Nam & ad id quod Attici causa, hoc enim negauit se facturum, cum dixit supra, de quo non modo rogare te, ut eo studiosius mea quoque causa facias, Accessio non debeo. Accessionis, augmenti. Modo, paulo ante, non dixit, sed ne gratias quidem agere debeo. Epiroticis, quas in Epiro habet.

M.T.C. Seruio Sulpitio. S.P.D.

NON concedam vt Attico nostro, quem elatum lætitia vidi, iucũdiores tuæ suauissime ad eum & humanissime scriptæ literæ fuerint, quàm mihi. Nam etsi vtriq; nostrum prope æque gratæ erãt, tamen ego admirabar magis te, quasi rogatus, aut certè admonitus, liberaliter Attico respondisses (quod tamen dubium nobis, quin ita futurum fuerit, non erat) vltro ad eum scripsisse, eiq; nec opinanti voluntatẽ tuam tantam per literas detulisse. De quo non modo rogare te, vt eo studiosius mea quoque causa facias, nõ debeo (nihil enim cumulatius fieri potest, quàm polliceris) sed ne gratias quidem agere quòd tu & ipsius causa, & tua spõte feceris. Illud tamen dicam, mihi id quod fecisti, esse gratissimũ. Tale enim tuũ iudiciũ de homine eo quẽ ego unice

ASCEN. NON &c. Pomponius Atticus in Epiro negocia habebat. Cui Seruius tũc præerat, ita cum Seruius id intelligens ultro scripserat ad Atticũ se paratum esse ipsum iuuare quibuscunque rationibus posset, ostendit Cice. has seruii liberalissimas literas sibi gratissimas esse nec minus Attico, quo tamẽ ei cõmendatiorem facit, dicens non concedam ut literæ tuæ suauissimæ & scriptæ humanissime ad Atticũ fuerint iucundiores Attico nostro, scilicet Pomponio, quem uidi elatum, id est exultantẽ lætitia, quàm mihi. Nam & si, id est quanquã, literæ tuæ erant prope, id est quasi æque gratæ utrique nostrũ tamen ego admirabar magis te scripsisse ad eum ultro & detulisse per literas tuas ei nec opinanti tantam uoluntatem tuam, quasi rogatus, aut certe, id est saltẽ admonitus responisses liberaliter, Attico, id est uotis Attici. De quo nõ modo, id est non solũ non debeo rogare te, ut facias quoque, id est etiam causa mea eo, id est tantò, studiosius, id est fauorabilius & diligentius. Nihil enim potest fieri cumulatius, id est auctius quàm polliceris, scilicet te sponte facturũ, sed ne quidem, id est non saltẽ sup. debeo agere gratias quòd tu feceris, aut quod, id est de eo quod tu feceris, & id est simul causa ipsius, scilicet Pomponii Attici, & tua sponte, id est propria inclinatione aut naturali uolũtate. Ego tamẽ dico illud, id quod fecisti mihi esse gratissimũ mihi. Tale enim

ego vnice diligo non potest mihi nõ summe esse iucundum. Quod cum ita sit, esse gratum necesse est. Sed tamen quum mihi pro coniunctione nostra, vel peccare apud te in scribendo licet, vtrunq; eorum quæ negaui mihi facienda esse, faciam. Nam & ad id quod Attici causa te ostendisti esse facturum, tantum velim addas, quantum ex nostro amore accessionis fieri potest. Et qđ modo verebar, tibi gratias agere, nunc plane ago: teq; ita existimare volo, quibuscunque officiis in Epiroticis reliquisque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. Vale.

iudicium tuum de eo homine, quẽ ego diligo unice non potest esse nõ summe iucundũ mihi. Quod cum sit ita, necesse est esse gratum.i. utile. Sed tamen quãdo, id est quandoquidẽ, licet mihi pro coniunctione nostra, uel.i. etiam peccare in scribendo, ego faciã utrunq; eorũ quæ negaui.i. dixi non esse facienda mihi.i. à me. Nam ego uelim sup. ut addas ad id quod ostendisti te facturum causa Attici tantũ, quantum accessionis.i. incrementi, fieri potest ex amore meo.i. propter accessionem amoris mei. Et quod uerebar modo.i. pauloante, uidelicet agere tibi gratias, ago plane.i. ex animo aut manifestè & uolo te existimare ita, quibuscunq; officiis.i. beneficiis quasi ex debito aut honesto factis, obstrinxeris.i. deuinxeris Atticum in rebus Epiroticis, id est quas curandas habet in Epyro, & reliquis, scilicet rebus me fore obligatum tibi iisdem, scilicet rebus. Vale.

M.T.C. Seruio Sulpitio. S.P.D.

CVM Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus, quam ego necessitudinem sanctè colendam puto: sed ea causa etiam cum aliis compluribus, familiaritas tanta nullo cum hospite: & ea tum officiis eius multis, tum etiam consuetudine cotidiana sic est aucta, vt nihil sit familiaritate nostra coniunctius. Is cum Romæ annum prope ita fuisset, vt mecũ viueret, etsi eramus in magna spe, te meis literis, commendationeq; diligentissime facturum id quod fecisti, vt eius rẽ & fortunas absentis tuerere: tamen quòd in vnius potestate erant omnia, & ꝙ Lyso fuerat in nostra causa, nostrisq; præsidiis, cotidie aliquid timebamus: effectum tamen est & ipsius splendore, & nostro reliquorumq; hospitũ studio, vt omnia quæ vellemus, à Cæsare impetrarentur. quod intelliges ex his literis, quas Cæsar ad te dedit. Nunc non modò non remittimus tibi aliquid ex nostra cõmendatione, quasi adepti iam omnia: sed eò vehemẽtius à te cõtendimus, vt Lysonẽ in fidẽ necessitudinemq; tuã recipias. Cuius dubia fortuna

CVM Lysone. Lyso Patrensis ciuis ueteri hospitio & familiaritate officiis & cõsuetudine quotidiana aucta, Cice. coniunctus erat. Is in dissensione ciuili inter Cæsa. & Pomp. pompeianis partibus maxime studuerat. Itaque licet speraret Cice. Seruium eius causa omnia facturum esse, tamen quia omnia erant in potestate Cæ. aliquantulum uerebatur, sed postea impetrauit omnia à Cæsa. pro ipso Lysone, quare Ci. hac epistola ita eum cõmendat Seruio, ut licet Cæ. omnia ei cõcesserit, ipse nihil minus sibi pro eo agendum putet, sed impetrata eius incolumitate à Cæ. petit Cice. à Seruio, ut omnia eius magis commendata habeat, & præcipuè faueat eius filio, qui adoptatus fuerat à quodam C. Memmio Gemello, qui Patris in exilio fuerat. Sanctè co. idest religiosè, & immobiliter seruandam, quod fiebat apud antiquos, unde & Iuppiter hospitalis colebatur, qui præesset hospitiis. Virgili. Iuppiter hospitibus nam te dare iura loquuntur. Is, scilicet Lyso. Vnius, Cæsa. In nostra causa, in Pompeianis partibus. Timebamus, ne Cæ. male consuleret eius rebus. Splendore ipsius quo Cæsa. motus est. Studio, fauore. Quæ ue. incolumitatẽ uitæ & fortunarum suarũ. Remittimus, dimittimus, quasi adepti omnia, id est tanquam omnia obtinuerimus à Cæ. & non egeamus fauore tuo. Eo, propter id, quia à Cęsa. obtinuimus, quæ uoluimus. Dubia fortuna, cũ nõdum sciebamus mentẽ Cæ. & an ei esset cõcessurus incolumitatem. Mederi, prouidere. Explorata, certa. Domum, familiam, ut Virg. Dum domus æneæ capitoli immobile saxum Accolet. Adolescentem, scilicet cõmendo. C. Mẽmius, is ciuis Ro. Patris in exilium missus adoptauit in filium Lysonis filium. Cumulate, plene. Cumulate Me il. id est putet me usum esse negligentia in commendãdo, non autem te esse oblitum mei, quem scit à te plurimum diligi.

ASCEN. CVM Lysone &c. Lyso ciuis Patrensis Cice. ueteri hospitio & consuetudine coniunctus, is in dissentione ciuili Põpeianas partes secutus erat, quo circa licet putet Seruiũ eidem fauturũ, tum quia omnia erant in potestate Cæ. aliquãtulum uerebatur,

hunc Cic.diligenter cõmendat in præsenti epistola, dicens, Hospitium uetus, idest ius hospitalitatis est quidem mihi cum Lysone Patrensi, id est ciue Patrarũ in Achaia, quam necesitudinẽ, scilicet hospitalitatis ego puto colendam sanctè, id est inuiolabiliter, nam Ioui curæ est, unde Dido, Aene.i. Iuppiter hospitibus nam te dare iura fatentur. Sed ea causa, scilicet necesitudinis, est sup. mihi etiam cum compluribus aliis, qui etiã illius hospites sunt. familiaritas tanta sup. est mihi cum nullo hospite, scilicet quanta cum ipso, & ea, scilicet familiaritas aucta est tum officiis multis, tum etiam cõsuetudine, id est cõmunicatione uitæ quotidiana, sic ut nihil sit cõiunctius familiaritate nostra. Is, scilicet Lyso cum fuisset Romæ prope, id est quasi annum, ita ut uiueret mecũ, & si eramus in magna spe te facturũ diligentisime id quod fecisti, literis meis & cõmendatione mea, id est propter literas meas & cõmendationem meam uidelicet, ut tuerere, id est protegeres rem & fortunas eius absentis, tamen quòd, id est quia omnia erant in potestate unius, scilicet Cæsaris, & ꝙ Lyso fuerat in causa nostra, idest Pompeianas partes nobiscum secutus & in præsidiis nostris, idest nostrarũ partium nos timebamus quotidie aliquid. s. aduersi illi posse contingere. Tamen effectũ est, &.i.simul, splendore.i.eminẽti honestate uitæ ipsius, & studio nostro & reliquorũ hospitum, ut omnia impetrarentur à Cæsare, quę uellemus. Quod intelliges.s.uerisimũ esse ex literis quas Cæsar dedit ad te. Nunc.s.quandò tutò scribere possumus, non modò.i.non solũ non remittimus.i.relaxamus aut detrahimus tibi aliquid ex commẽdatione nostra, quasi adepti sup. simus iam omnia, sed contendimus.i. petimus à te eo.i.propter ea uehementius, ut recipias Lysonẽ in fidem.i.in fidelẽ tutelã & necesitudinẽ tuam.

timidius tecum agebâmus, verẽtes nequid accideret eiusmodi vt ne tu quidem mederi posses. Explorâta vero eius incolumitate, oĩa à te studia summa cura peto. Quæ ne singula enumerem, totam tibi domum commendo. In his adolescentem filium eius, quem C. Mænius Gemellus cliens meus, cum in calamitâte exilii sui Patrensis ciuis factus esset, Patrensiũ legibus adoptâuit, vt eius ipsius hæreditatis ius causamꝙ tueâre. Caput illud est, vt Lysonem, quem ego virum óptimum gratissimumꝙ cognôui recipias in necessitúdinem tuam. Quod si féceris, non dúbito quin in eo diligendo, cæterisque posteà cõmendando, idem quod sis iudicii, & voluntâtis habitúrus. Quod cum fieri vehemẽter studeo: tùm etiam illud vereor, ne si minus cumulate videberes fecisse aliquid ei⁹ causa, me ille negligenter scripsisse putet, nõ te oblitum mei. Quanti enim me fáceres, cum ex sermónibus cotidiânis meis, tum ex epistolis etiam tuis pótuit cognóscere. Vale.

Cuius fortuna sup. existente dúbia.i.tantispèr, dũ dúbia erat nos agebâmus tecũ timidius.i.magis timide, quam tunc, aut aliquantulùm timidè, quia nunc timidè non agit, uerentes.i.formidantes nequid eiusmodi accideret, ut ne tu quidem, qui maxime posse uideris, posses mederi.i.curâre & incolumitâti restituere. Vero.i.sed incolumitâte.i.salute cum fortunis eius explorata.i.comperta, ego peto à te ómnia summo studio & cura, scilicet summa. Quæ, scilicet petita ne enumerẽ singula, ego cõmendo tibi totam domũ, id est familiã & rem familiarẽ eius, & cõmendo in his. Non dicit in hac, quia ad rem respicit, sic domus Aaron sperauit in domino, adiutor eorum & protector eorũ est, id est inter hos, qui sub nómine domus cõprehenduntur, filium eius adulescentẽ, quem C. Mẽmius Gemellus cliens meus, id est qui me colit eo quòd patrocinio meo utitur, cum factus esset ciuis Patrensis sup. in calamitâte exilii sui adoptauit, id est in filium assumpsit legibus, id est secundũ leges Patrensiũ, scilicet ciuium ut tueâre, id est defendas ius & causam hæreditâtis ipsius, scilicet filii Lysonis quę obueniret illi ex Mẽmio. Illud est caput, id est pręcipua pars petitionis meæ, ut recipias in necesitudinem tuam, id est inter necessarios tuos, aut in uinculũ neceseitúdinis tuæ, Lysonem, quẽ ego cognoui uirum optimũ & gratisimum. Quod si feceris, non dúbito quin in diligendo & cõmendando, scilicet eo, cæteris, sis habiturus idem iudicii & uoluntatis.s.de eo & in eum, quod ego.s. hábeo. Quod fieri, id est ut fiat studeo.i.studio laboro, tum uehementer, tum etiam uereor illud ne si uideberis fecisse âliquid minus cumulate, id est aucte, causa, id est in causa eius, ille putet me scripsisse negligenter nõ sup. putet te oblitum mei. Enim, id est quia ipse potuit cognóscere quanti, id est quam magno féceris, id est æstimaueris me tum, id est pariter, id est pari mensura ex sermónibus meis quotidiánis, quia quotidiè de beneficiis tuis in me âliquid loquor. tum etiam ex epistolis tuis, quibus ómnia mihi defers &c. Vale.

HVBER. ASCLAPONE. Asclapónem Patrensem ciuem & médicum commendat Cice. Seruio, huius autem medici artem laudat & fidelitatem quorum utrunque dicit se expertum, cum sui ægrotarent, quoniam eos diligenter curauit & fideliter. Ars, medendi, Sciẽtia, doctrina. Valetúdine, ægrotatione. Notandum autem tria in médico, sciẽtiam fidem, beneuolẽtiam, sine quibus non bene satisfacere potest.

ASCEN. ASCLAPONE. Cõmendat Asclaponem medicum bene de suis, ut inquit, meritũ dicens. Ego utor familiariter Asclapone Patrensi.i.ex Patris oppido Achaiæ medico, & tum consuetudo.i.conuersatio & cõmunicatio eius, fuit mihi iucunda tùm etiã ars, uidetur addendum secundum Vallã elegantius grata, quam sum expertus in ualetudine.i.mala dispositione meorum. In qua, scilicet ualetudine meorum ipse satisfecit mi-

M.T.C. Seruio Sulpitio. S.P.D.

ASclapone Patrẽsi médico vtor familiariter: eiusꝙ cum cõsuetudo mihi iucũda fuit, tũ ars etiã, quã sum expertus in valetudine meorũ. In qua mihi cùm ipsa sciẽtia, tùm etiam fidelitate, beneuolentiaꝙ satisfecit. Hunc igitur tibi commendo, & à te peto vt des operam vt intelligat diligenter me scripsisse de sese, meamꝙ commẽdationẽ vsui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum. Vale.

hi, tùm, id est pariter ipsa sciẽntia, tùm etiam fidelitate & beneuolẽntia. Igitur cum fuerit talis in meos ego cõmendo tibi hunc, & peto à te, ut des óperam, ut intelligat me scripsisse diligenter de se, & commendationem meam fuisse sibi magno usui, id est magnæ utilitáti, id erit mihi uehementer gratum. Vale.

M.T.C. Seruio Sulpitio. S.P.D.

MArcus Amílius Auiánus ab ineunte adolescẽntia me obseruâuit, sempèrꝙ dilèxit: *vir cùm bonus, tũ perhumánus, & in omni génere officii diligẽdus. Quem si arbitrârer esse Sycióne, & nisi audirẽ ibi eum etiã nunc, vbi ego relìqui, Cybiræ commorâri, nihil esset necesse plura me ad te de eo scribere. Perfíceret enim ipse profectò suis moribus suaꝙ humanitâte, vt sine cuiusquam commendatiône diligerêtur abs te nõ minus quàm & à me, & à cæteris suis familiaribus. Sed cum illũ abesse putem, cómendo tibi in maiorem modum domũ eius, quæ est Sycióne, remꝙ familiarem: maximè Caium Auiánum Hammónium libertum eius, quem quidem tibi etiam suo nómine cõmendo. Nam cùm ꝓpterea mihi est probâtus, ꝙ est in patronũ suum offício & fide singulári: tùm etiam in meipsum magna officia cõtulit, mihíque molestissimis temporibus ita fideliter beneuoleꝙ præsto fuit, vt si à me manumissus esset. Itaque peto à te vt eum Hammóniũ & in patróni eius negotio sic tueare, vt ei⁹ procuratôrem, quem tibi cõmendo, vt ipsum suo nómine díligas, hábeasque in número tuórum, hóminem pudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur. Vale.

MARCVS Aemilius. Inscriptio huius epistolæ ut plurimũ est Octauio, sed puto factum errórem, ut pro Seruio scriptum sit Octauio quod ex epístola quadam inferius pósita, quæ incipit, licet eodẽ exemplo, &c. cognosci potest, in qua Cic. non Octauio, sed Seruio agit gratias, quòd hanc cõmendationem suam diligenter obseruauerit, primùm igitur Cic. cõmemorat causas beneuolẽntiæ suæ erga Auianũ, & antiquas, & iustas. Deinde quia âberat Sycióne urbe, ubi erat Seruius Sulpitius commendat eum diligenter Seruio, & præcipuè Hámonium eius libertum, quem summopere laudat, ab eoq; se magna officia accepisse dicit tempore exilii sui. Itaque Cice. à Séruio, ut hunc Hammonium libertum, & in rebus patróni adiuuet, & eius nómine charum hábeat & díligat, dignũ enim eius amòre pollicetur. Sycione, quæ ciuitas est mediterranea Sycione partis Achâiæ, ut scribit Ptolomêus, âlia est in Lacónia. Cýbira autem, ut alio loco diximus ex auctoritâte Strab. urbs est Asiæ australis. Cuius administratio inter máximas totius Asiæ censebâtur. Inde Hora. in epistolis. Ne cýbiratica, ne Bithyna negocia perdas. Perficeret, si præsens esset. Libertum quem manumisit, id est ex seruo libertum fecit. Abesse. Sycióne. Etiam suo no. id est própria causa ipsius liberti, non modo patróni causa. Nam laudat libertum ipsum. Probatus mi. id est placet mihi, est mihi gratus. Molestissimis, aduersissimis, quibus eram in exílio. Præsto, parâtus. Vt. sicut. Manumissus, scilicet liber factus. Patronus, Auiánus patrono enim oppónitur libertus, sunt enim nómina ad aliquid dicta, sicut dominus & seruus. Ipsum. libertum. Suo nomine propria causa. Prudentem, uerecundum & modestum.

Sycione

Cybira

Præsto

Patronus

Libertus

Dominus

Seruus

ASCEN. MARCVS &c. Cõmendat diligenter & accurâtis uerbis M. Aemilium Auiánum & domum eius, & præcipuè Hammonium libertum eius ob præclára utriusq; merita, dicens M. Aemilius Auiânus, obseruauit, id est coluit me cauendo offẽdere adulescentia, scilicet sua ineunte, id est incipiẽte. Et dilèxit me semper, scilicet deinceps, uir, id est qui est uir, tùm bonus, tum perhumanus & dilígendus omni génere officii. Quem si ego arbitrârer esse Sycióne, id est in ea urbe Achâiæ. & nisi audirem eum cõmorári etiam nunc, id est adhuc Cybiræ, id est in ea urbe Asiæ australis, ubi ego reliqui eum, scilicet tunc cum essem Imperator Ciliciæ nihil esset necesse me scribere plura de eo, enĩ, id est quia ipse perficeret profectò suis móribus & sua humanitâte, ut diligâtur, à te sine commendatiône cuiusquam non minus sup. quàm diligitur à me, & à cæteris familiáribus suis. Sed cum putem, scilicèt eum abesse ego cõmendo tibi in maiórem modum, id est non uulgariter domum, id est familiam eius quæ est in Sycióne & rem familiarem sup. eius, & maximè C. Auianum Hammónium libertum eius, quem quidẽ ego cõmendo tibi etiam suo, id est proprio nómine nedum patróni. Nam cùm, scilicet ita sit, quòd est probâtus, id est probus hábitus mihi, quòd, id est quia est officio & fide singulári in, id est erga patrónum suum, tùm etiam contulit magna officia in meipsum, & fuit mihi præsto, id est auxilio paratus temporibus molestissimis aut exilii, aut post cladem Pharsálicam, ita fideliter & beneuolè, ut sup. esse debèret, si esset manumissus à me. Itaquè peto à te, ut tueâre, scilicet eum Hammónium &, id est simul negocio patróni eius, scilicet Marci Aemilii sic ut diligas, eius procuratorẽ, quem cõmendo tibi, & ipsum, scilicet Hammónium, suo, id est & proprio, nómine, id est respectu, & habeas in número tuorum, quia sup. tu cognosces eum hóminem pudentem & officiosum & dignum, qui díligatur à te. Vale.

VIR cùm bonus, tùm perhumanus, & in omni officii gẽnere diligendus. Rectum non puto, receptam lectionem cum antiqua consentientẽ immutare, quæ præsertim egregiũ sensum habeat: neq; enim semper eodẽ pacto lóquitur Cícero, & frustra tam eloquẽs hábitus esset si elocutionẽ uariare non potuisset. In omni igitur officii gẽnere diligendus, qui ita se gerit in omni officii genere, ut merito amari diligiq; posit, qui cumulate omnibus officiis satisfacit: non pauci enim in hoc, aut illo officio laudari, in aliquo tamen (non enim perfecti & absoluti sumus) nõ ualde cõmendari possunt: ex iis erat Auianus, qui uno tenore in oibus officiis rñderet. *P.V.C.

Universidad de Deusto Biblioteca

M.T.C. Seruio Sulpitio. S.P.D.

TItum Manlium, qui negociatur Theſpiis, vehemẽtèr diligo. Nam & ſemper me coluit, diligẽtiſsimeq́ obſeruauit, & à ſtudiis noſtris non abhòrret. Accedit eo quòd Varro Murẽna magnopere eius cauſa vult omnia. qui tamen exiſtimauit, etſi ſuis literis, quibus tibi Manliũ cõmendâbat, valdè confideret: tamen mea cõmendatiône aliquid acceſsiônis fore. Me quidẽ cum Manlii familiaritas, tum Varrônis ſtudium cõmouit, vt ad te quã accuratiſsimè ſcriberẽ. Gratiſſimũ igitur mihi fèceris, ſi huic cõmendatiôni meæ tantum tribúeris, quantũ cui tribuiſti plúrimũ. Id eſt ſi Titũ Mánliũ quãmaximè quibuſcũque rebus honeſtè ac pro tua dignitate póteris, iuueris, atque ornaueris. Ex ipſiuſque prætereà gratiſsimis & humaniſsimis móribus confirmo tibi, te eum, quẽ ſoles fructum à bonorũ virórũ officiis expectâre, eſſe captùrum. Vale.

HVBER. TITVM Man. Laudat Ci. Manlii erga ſe beneuolentiam dicitque eum ualdè charũ eſſe Varroni Murenę à quo fuerat cõmendâtus ipſi Seruio, qui Varro licèt confideret multùm literis ſuis cõmendatitiis, tamen exiſtimauit cõmendatiônem Cice. poſſe aliquid addere. Itaque Cice. dicit & Manlii familiaritâte, & Varrônis ſtudio cõmôtum eſſe, ut eum cõmendâret diligentiſsimè, affirmat enim fore, ut officium uiro neque ingrato neque immemori ſit præſtatutus. Negociatur, mercatur, habet negocia. Theſpiis, quod eſt oppidum Heliconi proximum quod etiam ſingulari numero Theſpia, ut ſcribit Stra. libr. ix. qui de eo loco plura dicit. Non abhorret, non eſt aliênus, id eſt ſtudioſiſsimus, liptote. Eo. ad id. Confideret ſuis literis, haberet magnam fiduciã in literis ſuis. Studium, amor. Quantum cui tri. ple. id eſt ſi eum tanti feceris quanti unquam feceris aliquem. Pro tua di. id eſt quantum tua dignitas patitur. Fructum, utilitatẽ, & uoluptatem.

Negociati. Theſpiæ

ASCEN. TITVM &c. Cic. commendat Titum Manlium omniáque negocia eius, Seruio Sulpitio cõmuni amico & homini docto ac probo, dicẽs: Ego diligo uehementèr Titum Manlium qui negociatur, ideſt mercaturã agit Theſpiis, ideſt in eo oppido iuxta Heliconem, unde Muſæ Theſpiades interdum dicuntur. Nam ipſe &, id eſt ſimul cóluit, & obſeruâuit me ſemper diligentiſsimè, & non abhòrret, id eſt non eſt alienus à ſtudiis noſtris aut legâlis, aut oratóriæ, aut ſtoicæ diſciplinæ. Accedit, id eſt additur eo, id eſt ad eam cõmendatiônem, quòd Varro Murẽna uult magnopere ómnia, ſcilicèt fieri, aut fácere cauſã eius, id eſt propter eum, qui, ſcilicèt Varro tamen & ſi pro tametſi, confideret ualdè literis ſuis, quibus cõmendâbat tibi Manlium tamen exiſtimauit aliquid acceſsiônis, id eſt augmenti fore, cõmendatiône mea, id eſt per commendatiônem meam. Quidem, id eſt certè, tum familiaritas Manlii, tum ſtudiũ Varrònis, ſcilicet Murenę cõmouit me, ut ſcriberẽ ad te quã accuratiſsimè. Igitur tu féceris mihi gratiſsimũ, id eſt rem gratiſsimã ſi tribueris huic cõmendatiôni meæ tãtum quantũ ſup. illi cui tribuiſti plurimũ, id eſt ſi iuueris atque ornâris pro ornaueris Titum Mánlium, quibuſcunque rebus póteris honeſtè pro dignitâte tua, id eſt ſeruâta dignitâte tua. Ego prætereà confirmo tibi ex gratiſsimis & humaniſsimis móribus eius, te captùrum eſſe eum fructum, id eſt eam utilitâtem, quem, ſcilicèt fructum ſoles expectâre ab officiis bonorum uirórum. Vale.

M.T.C. Seruio Sulpitio. S.P.D.

LVcio Coſſinio amico & tribûli tuo valdè familiaritèr vtor: nam & inter noſmetipſos vetus vſus intercèdit, & Atticus noſter maiórẽ etiam mihi cum Coſsinio conſuetúdinẽ fecit. Itaque tota Coſsinii domus me diligit, in primiſque libertus eius Lúcius Coſſinius Anchilaus, homo & patróno & patróni neceſſariis, quo in número ego ſum, probatiſsimus. Hunc tibi ita cõmendo, vt ſi me⁹ Libertus eſſet, eodemque apud me loco eſſet, quo & eſt apud ſuum patronũ, maiòre ſtúdio cõmendâre nõ poſſem. Quare pergratũ mihi feceris, ſi eum in amicitiã tuã recéperis: atq; eum, qđ ſine moleſtia tua fiat ſi qua in re op⁹ ei fuerit, iuueris. Id & mihi vehemẽtèr gratũ erit, & tibi poſtea iucũdũ.

HVBER. COSSINIO. Commendat Cice. hac epiſtola Seruio L. Coſsinium L. Coſsinii amici, & tribulis ſui libertum non minus quàm ſi eſſet libertus ſuus, cauſas autem commendatiônis ſumit, tùm à patróno, tum ab ipſo liberto. Tribuli. ex tribu mea. Vſus. conſuetúdo. Quo in número, ſcilicèt neceſſariórum. Probatiſsimus, gratiſsimus. Quod, ſcilicèt iuuare ipſum, ubi opus fuerit.

ASCEN. LVCIO &c. Commendat Seruio Sulpitio. L. Coſſinium Lucii Coſsinii amici & tribulis ſui, id eſt eius, qui cum de eâdem tribu erat, libertum perinde ac ſi proprius eſſet, dicẽs. Ego utor ualde familiaritèr Lucio Coſsinio amico & tribûli tuo. i. uiro de tribu tua. Nam uetus uſus, id eſt mutuum obſequium intercèdit, id eſt médium eſt, inter noſmetipſos, & Atticus noſter, ſcilicèt Pompónius, fecit mihi etiam maiòrem cõſuetudinem cum Coſsinio. Itaque tota domus Coſsinii diligit me, & in primis, id eſt præcipuè libert⁹ eius. L. Coſsinius Anchilaus homo probatiſsimus, &, id eſt ſimul patróno, ſcilicèt ſuo, & neceſſariis patroni. ſ. ſui, in quo número ego ſum. Ego cõmendo tibi hunc. ſ. Libertum eius, ita ut ſi eſſet libertus meus & ſi eſſet apud me eodem loco. i. in eâdẽ charitâte, quo &. i. etiam eſt, apud patronũ ſuũ, ego non poſſum cõmendâre eũ maiòre ſtúdio. Quare tu feceris mihi pergrâtum ſi receperis eum in amicitiã, atq; iuueris eũ, quod fiat ſine moleſtia tua, ſi op⁹ fuerit ei qua. i. in aliqua re. Id erit.

Hominem

Et ſi. id eſt ſimul gratum mihi uehementèr, & erit poſteà iucundum tibi. Tu enim cognoſces ſup. eum eſſe hominem ſumma probitâte, humanitâte, & obſeuantia. Vale.

Hominem enim ſumma probitate, humanitate obſeruantiaq́ cognoſces. Vale.

M.T.C. Seruio Sulpitio. S.P.D.

CVM anteà capiêbam ex officio meo voluptatẽ, quòd meminerim quàm tibi diligẽter Lyſonem hóſpitem & familiárem meum commendaſſem: tum vero poſteaquàm ex literis eius cognòui tibi eum falſò ſuſpectum fuiſſe, vehemẽtiſsimè lætatus ſum, me tam diligẽtem in eo commendando fuiſſe. Ita enim ſcripſit ad me ſibi meam commendatiònem máximo adiumẽto fuiſſe, quòd ad te delâtum díceret, ſeſe contra dignitâtẽ tuam Romæ de te loqui ſólitum eſſe. De quo etſi pro tua facilitâte & humanitâte purgâtum ſe tibi ſcribit eſſe: tamen primũ vt débeo, tibi máximas grâtias ago, cũ tantum meæ literæ potuerũt, vt his lectis omnem offenſiónẽ ſuſpitiónis, quam habúeras de Lyſône, depóneres: deinde credas mihi affirmanti velim, me hoc nõ pro Lyſone magis, quàm pro ómnibus ſcríbere hominem eſſe néminem, qui vnquã mentiónem tui ſine tua ſumma laude fécerit. Lyſo vero cùm mecum propè cotidiè eſſet, vnáque viueret, non ſolùm quia libentèr me audîre arbitrabâtur, ſed quia libéntiùs ipſe loquebâtur, ómnia mihi tua & facta & dicta laudâbat. Quapropter etſi à te ita tractâtur, vt iam non deſiſteret cõmendatiònem meam, *vniſque ſe literis meis ómnia conſecutum putet: tamen à te peto in maiórem modum, vt eum etiam atque etiam tuis officiis, liberalitâte complectâre. Scriberem ab te qualis vir eſſet, vt ſuperióribus literis facerẽ, niſi eũ iam per ſeipſum tibi ſatis eſſe notũ arbitrârer. Vale.

HVBER. CVM antea. Seruius ſuſpectum habûerat Lyſónem Patrenſem ei à Ci. ſupra commendâtum quod ad ſe delâtum fuerat eum Romæ locûtũ contra dignitâtem ſuã, quod falſum erat, cunque ille ſe apud Séruium excuſaſſet, Séruius propter literas Ci. commendatitias omni offenſiône depoſita Lyſónem commendatum habuit. Quamobrem Cice. hac epiſtola dicit ſe ſemper accepiſſe magnam uoluptâtẽ de eo, quod ſcripſiſſet diligentèr de Lyſóne ad ipſum Seruiũ, ſed magis ſe lætatũ poſteaquã intellexit eum fuiſſe falſò ſuſpectum Seruio. nam ſi neglıgẽtèr ſcripſiſſet, uiſus fuiſſet quodammodò conſcius huius rei. Itaque primum agit grátias Séruio, qui omnem ſuſpitiónis offenſiónem depoſúerit propter literas ſuas commendatitias. Deinde excúſat ipſum Lyſónẽ, quòd non modo nunquam dixerit aliquid contra dignitâtem Seruii. Sed ſemper ómnia cum ſumma eius laude, quod idem ab ómnibus factum dicit. Poſtremò ruſus commendat ei hunc Lyſónem. Purgâtum, excuſâtum. Offenſionem. moleſtiam, diſplicentiã, ut ita dicam. Affirmanti. teſtificanti, certificanti. Néminẽ, ſcilicèt eſſe. Non ſolùm, id eſt non tãtùm, quia ſciret me libentèr audire laudes tuas, ſed etiam quia ipſe libentiùs de te cum laude loquebâtur. Ita. cum tanta humanitâte & liberalitâte. Literis meis. quibus eũ anteà tibi cõmendâui.

ASCEN. CVM anteà &c. Séruius ſuſpectũ habúerat Lyſonem quòd audierat cõtra dignitatem ſuam Romæ locûtum, quam ſuſpitiónem pro commendatiône Ciceronis depoſúerat quod factum ſibi gratiſsimum nunc dicit Cicero, Ordo eſt. Cùm, ſcilicèt ita ſit quòd capiêbam anteà uoluptâtem ex officio meo, quòd meminerim quam diligentèr commendaſſem tibi Lyſónem hóſpitem & familiarẽ meum. Tum uerò, id eſt tunc multomagis, & quaſi ex uero aut ad uerum, poſteaquàm cognòui ex literis eius eum fuiſſe ſuſpectum tibi falſò, lætâtus ſum uehementiſsimè, me fuiſſe tam diligentẽ in eo cõmendando. Itaque enim ſcripſit ad me meam commendatiònem fuiſſe ſibi máximo adiumento, quòd, id eſt eo quòd díceret delâtũ, ſup. fuiſſe ad te, ſeſe ſólitum eſſe loqui Romæ de te cõtra dignitâtem tuam. De quo etſi, id eſt quanquã ſcribit ſe purgâtum eſſe tibi pro facilitâte & humanitâte tua, tamen ego ago primùm tibi máximas grâtias ut débeo, cùm, id eſt quandóquidem literæ meæ potuêrunt tantum. i. tam multũ, ut iis lectis, id eſt poſtquam eas légeres, póneres omnẽ offenſiónem ſuſpitiónis, id eſt ortam ex ſuſpitiône, quã habúeras de Lyſóne. Deinde uelim ſup. ut credas mihi affirmanti me ſcribere hoc non magis pro Lyſóne, ſcilicèt purgando, quàm pro ómnibus, ſcilicèt Romæ agentibus, hominem neminem, id eſt nullum eſſe, qui fécerit unquam mentiónem tui ſine ſumma laude tua. Verò, id eſt ſed, Lyſo cum eſſet mecum propè, id eſt fere quotidiè, & uiueret unà, id eſt paritèr, non quia arbitrabâtur, id eſt putâbat me audire libentèr, ſed quia ipſe libentiùs loquebâtur, laudat mihi ómnia facta & dicta tua. Quapropter & ſi, id eſt quanquam, tractâtur à te ita, ut iam non deſideret commendatiònem meam, & is putet ſe conſecûtum, id eſt obtinuiſſe ómnia, ſcilicet quæ uelit literis, id eſt per literas meas, tamen peto à te in modum maiórem, id eſt formam non uulgarem, ut complectâre eum etiam atque etiam, id eſt frequentèr tuis officiis, ſup. & liberalitâte. Ego ſcriberem ad te qualis uir eſſet, ut feceram ſuperióribus, ſcilicèt literis niſi arbitrârer iam eſſe ſatis notum tibi per ſeipſum. Vale.

*P.V.C. VNISQVE ſe literis meis. Ita olim ope noſtrorum antiquorum codicum hunc locũ caſtigauimus, nonnulli tamen affirmant, ſe nunc cum in omnibus impreſsis antea iſque ſe literis, legeretur, uniſque ſe literis, emendaſſe: in noſtro autem libello de hac, ut plana, certaque animaduerſione non diſputaramus.

Universidad de Deusto Biblioteca

HVBER. HAGESARETVS. Laudat Cic. multũ Hagesareti Larissæi gratitudinem & beneuolentiã erga Sulpi. Deinde commendat eum seruio Sul. Larissæus. ex Larissa ciuitate Thessaliæ in sinu pelasgico, unde & Achiles Larissæus, ut Virg. lib. ii. Aeneid. quē non mille rates nec Larissæus Achilles.

Larissa

ASCEN. HAGESARETVS &c. Laudat Hagesareti Larissæi gratitudinem & beneuolentiam atq; ita eum Sulpitio facit cõmendatiorem, dicens Hagesaretus Larissæus, id est ex Larissa oppido Thessaliæ in sinu pelasgico unde Achilles Larissæus uocatus est, ornatus magnis beneficiis meis in consulatu meo, fuit memor & gratus, & coluit me postea diligentissime. Ego cõmendo tibi eum magnopere, ut & hospitem meum & familiarẽ meum, & sup. ut hominem gratum, & uirum bonum, & principem ciuitatis suæ, & dignissimum necessitudine, id est arcta coniunctione tua. Tu feceris mihi pergratum si dederis operam ut intelligat hanc commendationem meam habuisse apud te magnum pondus, id est momentum in commendando. Omnia sunt tam aperta ut expositione non egeant, nec in ordine quisquam primas modo literas doctus errare possit, nolui tamẽ propter facilitatem unius aut alterius epistolæ ab incepto desistere.

Ordo I

comendatoria

M.T.C. Seruio Sulpitio. S.P.D. Ep. 25.

HAgesaretus Larissæ⁹ magnis meis beneficiis ornatus in Cõsulatu meo memor & gratus fuit, meque postea diligentissime coluit. Eum tibi magnopere commendo, vt hospitem meum & familiarem & gratum hominem, & virum bonum, & principem ciuitatis suæ, & tua necessitudine dignissimum. Pergratũ mihi feceris, si dederis operam vt is intelligat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

HVBER. LVCIVS Mescinius. M. Mãdius Mescinii questoris Cice. frater Helidæ negociatus fuerat, illic periit, quare cum Mescinius hereditatem fratris peteret, quosdam habebat aduersarios in hac causa, & præcipue Oppiam, quæ uxor fuerat ipsius Mandii. Itaq; Cice. expositis causis suæ coniunctionis cum Mescinio, commendat eum Seruio, ut in obtinenda hac hæreditate eum adiuuet, sitque in omnibus eius rebus que in controuersiam uocabuntur arbiter & disceptator, deinde si aliqui ex aduersariis fuerint duriores, qui nolint causam componi sine cõtrouersia, petit à Seruio ut eos Romam remittat ad litigandum si id sine præiudicio dignitatis suæ fieri poterit, & ut id liberius facere posset, dicit se habuisse literas à M. Lepido consule, ad ipsum Seruium, non quæ cogant illum aliquid facere, quoniam existimasset contra eius dignitatem, sed quæ hortentur & cõmendent Mescinium, pro cuius causa & rebus dicit Ci. se nõ minus laborare, quàm eum ipsum. Grauem. magnam. Vt à maioribus accepi. sic enim supra ad Bru. in cõmendatione M. Var. inquit satis enim tibi cõmendatum arbitror ab ipso more maiorũ qui ut te non fugit, hanc quæsturę coniunctionem liberorum necessitudini proximã noluit esse. Achaia. prouincia tua. Helide. regione Achaiæ, ut scribit Ptolomeus, in qua est Helis ciuitas. Negociatus est. mercaturam exercuit. Explices. liberes. Potestate proconsulari, de iure dicendo in prouincia tua. Consilio. prudentia. Authoritate, qua plerunque tolluntur multæ lites. Pręscripsimus, iussimus, ordinauimus, & quasi legem dedimus. Iis, procuratoribus. Cõtrouersiam. litem. Vocarentur. traherẽtur. Arbitro. mediatore & iudice. Disceptatore, discussore, compositore. Alienum tua digni. i. remotum à dignitate tua, hoc est contrarium tuæ dignitati. Difficiliores, duriores & pertinaciores. Confici. cõponi. Reieceris, remiseris. Quando, quoniã. Res est cum senatore. i. quoniã lis & cõtrouersia est cũ Mescinio senatore, & ita poteris te honestare reiiciendo Romã eos, qui cũ senatore litigant, iuberet te. s. facere. Bene positurus, bene collocaturus tanquã apud gratũ & memorẽ. Et peterẽ mihi. s. hoc beneficiũ. i. pro me. De sua. de propria re sua.

Helis

Pręscripto

Disceptator

ASCEN. LVCIVS Mescinius &c. M. Mindius Mescinii quęstoris Ci. frater Helide perierat quo circa cum L. Mescinius fratris hæreditatem peteret Oppiam uxorem Mindii aduersariam habuit, contra quam hic Mescinium commẽdat

comendatoria.

M.T.C. Seruio Sulpitio. S.P.D. Ep. 26.

LVcius Mescinius ea mecum necessitudine cõiunctus est quòd mihi quæstor fuit. Sed hanc causam, quam ego, vt à maiorib⁹ accepi, semper grauem duxi, fecit virtute & humanitate sua iustiorem. Itaque eo sic vtor, vt nec familiarius vllo, nec libentius. Is quãquam confidere videbatur, & sua causa, quæ honeste posses, libenter esse facturum: magnum esse tamen sperauit apud te meas quoque literas. Id cùm ipse ita iudicabat, tùm pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat quâm suauis esset inter nos & quanta coniunctio. Peto igitur à te, tanto scilicet studio, quãto intelligis debere me petere pro homine tam familiari, vt eius negotia, quæ sunt in Achaia, ex eo quòd hæres est M. Mindio fratri suo qui Heli negociat⁹ est, explices, & expedias cum iure & potestate, quam habes, tùm etiam authoritate & consilio tuo. Sic enim præscripsimus iis quib⁹ ea negocia mandauimus, vt omnibus in rebus, quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitro, &, quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore vterentur. Id vt honoris mei causa suscipias, vehementer te etiam atq; etiam rogo. Illud præterea, si non alienum tua dignitate putabis esse, feceris mihi pergatum: siqui difficiliores erunt, vt rem sine controuersia confici

nolint, si eos, quum cum Senatore res est, Romam reieceris. Quod quò minore dubitatione facere possis, literas ad te à M. Lepido Consule, non quæ te aliquid iuberent (neque enim id tuæ dignitatis esse arbitramur) sed quodammodo quasi commendatitias sumpsimus. Scriberem quàm id beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi & te scire confiderem, & mihi peterem. Sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare, quàm ipsum de sua. Sed cum illum studeo quam facilime ad suum peruenire: tum illud laboro, vt non minimũ hac mea commendatione se consecutum arbitretur. Vale.

Cice. dicēs. L. Mescinius est coniunctus mecum ea necessitudine. i. uinculo amicitiæ ꝙ fuit mihi quæstor. s. in Cilicia, sed fecit uirtute & humanitate sua hanc causam, quam ego duxi. i. æstimaui semper grauem. i. magni momenti, & ponderis. Vt accepi sup. tam à maioribus. i. prædecessorib⁹ nostris, feci dico iustiorẽ. i. meliorem. Itaque ego utor eo sic, ut neque sup. utar ullo familiarius nec libentius. Is. s. Lucius, q̄q̄ uidebatur confidere te facturum esse libẽter causa sua. i. amore sui, quæ posses. s. facere honeste, tamen sperauit meas literas habituras sup. esse magnum pondus apud te. Cùm. s. ita sit ꝙ ipse iudicabat id sup. esse ita, tùm. i. multomagis, audierat sæpe ex me, pro consuetudine familiari. i. propter consuetudinem familiarem, quam mecum habet, audierat inquam, q̄. i. q̄tum, suauis. i. dulcis, & quanta. i. quæ magna coniunctio esset inter nos. i. inter te & me. Peto igitur à te. s. tanto studio, quanto intelligis me debere petere. pro homine, tam necessario mihi, & tam familiari, ut explices & expedias. i. omni impedimento liberes, negocia eius quæ sunt sup. ei in Achaia, ex eo ꝙ est hæres M. Midio fratri suo, qui negociatus est. i. mercaturam gessit. Heli. i. in eo oppido in Helide regione Achaiæ, sunt qui Helide legant, expedias, inquam tũ iure & potestate quam habes. s. illic, tùm etiam autoritate & consilio tuo. Nos enim præscripsimus. i. præcepimus iis quibus mandauimus ea negocia scilicet solicitanda & procuranda, ut uterentur in omnibus rebus, quæ uocarentur in aliquam controuersiam. i. litem aut diuersas assertiones iuris, te arbitro, & quod. i. quoad possit fieri commodo tuo, te disceptatore. i. litigatore & causæ discussore. Ego rogo uehementer etiam atque etiam, ut suscipias id scilicet oneris causa honoris mei. Præterea tu feceris mihi pergratum illud non putabis esse alienum à dignitate tua si qui erunt difficiliores scilicet in hæreditate assignanda ita sup. ut nolint. i. non patiantur rem confici. i. transigi & finiri sine controuersia. i. sine lite si reieceris eos Romam. i. ad forum Romanum, quando. i. quoniam. res. i. negociũ & lis est eis cum senatore. s. Mescinio. Quod. s. reiicere litigatores Romam, quo. i. ut, possis facere minore dubitatione scilicet an liceret tibi nos scripsimus literas ad te à M. Lepido consule, non quæ. i. non tales quæ iuberent te sup. facere aliquid q̄ aliter diceret tibi. Neque enim arbitramur id scilicet iubere aliquid tibi qui in prouincia consularem habes potestatem, esse dignitatis tuæ, sed quodammodo quasi commendatitias. s. negocii. Scriberem quàm bene positurus. i. locaturus esses id beneficium apud Mescinium, nisi & confiderem te scire, & peterem mihi. i. reputarem mihi impensum quod Mescinio impenderis. Velim enim existimes. i. iudices sic me non minus laborare de re illius, q̄ ipsum de sua. s. re. Sed tum. i. pariter studeo. i. cupio illum. s. Mescinium peruenire q̄ facilime ad suum. s. ius, aut bonum hæreditarium, tum laboro. i. contendo, illud ut arbitraretur se consecutum non minimum. i. non minimam partem hac commendatione mea. Vale.

Ordo I

M.T.C. Seruio Sulpitio. Ep. 27.
comendatoria S. P. D.

LIcet eodem exemplo sæpiùs tibi huius generis literas mittam, cùm gratias agam, quód meas commendationes tam diligenter obserues, quod feci in aliis & faciam vt video sæpiùs: sed tamen non parcam operæ, & vt vos soletis in formulis, sic ego in epistolis, de eadem re alio modo. C. Auianius igitur Hammonius incredibiles mihi gatias per literas egit, & suo & Aemilii Auiani patroni sui noĩe, nec liberalius, nec honorificentius potuisse tractari nec se præsentem, nec rẽ familiarẽ

HVBER. LIcet. Agit Cic. gratias Seruio, quod liberalissime & honorificẽtissime tractasset Caium Auianum Hammonium & suo nomine, & nomine etiã patroni sui Aemilii Auiani, quos supra commendauerat, ut uisum est in epistola, quam falsò inscriptam diximus Octauio pro Seruio, ostẽdit autem Cicero, quàm sibi id iucundum & gratum fuerit, & rursus eos, eorumque negocia commendat. Obserues. efficias. Sed tamen. pro tamen utitur interdum Cice. his aduersatiuis geminatis pro simplici. Vos. iurisconsulti. In formulis. in uestris legibus. Alio modo diuerso modo, cùm tamen eadem res sit. Absentis. q̄ supradixerat eum non esse Sicyone, sed Cibyre. Eorum. & liberti & patroni. Deuinctus. astrictus. Quid mea. s. causa faceres. Te obtinente Achaiam. dum es in Achaia proconsul. Cum tuo Seruio, filio tuo. Ingenio. quo plurimum ualet.

ASCEN. LIcet & cę. Agit Seruio gratias ꝙ C. Auianum Hammonium liberalissime tractarat & suo. i. Ciceronis nomine, atque respectu & patroni ipsius Auiani. Ostenditque quantum sibi id gratũ & iucundum fuerit: & rursus tam patronum q̄ libertum & utriusque negocia eidem Seruio Sulpitio cõmendat, dicens: Licet ego mittam tibi sæpius literas eodem exemplo, id est eadẽ forma scriptas, & fere iisdem uerbis huius generis, cuius sunt hæc cum agam gratias. Quod obserues. i. perficias tam diligenter cõ

Ordo I

mendationes meas, quod.i.quam rem.feci in aliis.s. literis meis,& faciam ut uideo sæpius,sed tamen.i.attamen non paream operæ.i.labori. Et ut sup. uos iurisconsulti uoletis in formulis, id est instrumentis uestris.s.scribere de eadem re alio modo,sic ego sup. scribam in epistolis. Igitur ut rē exequar. Caius Auianus Hammonius homo Libertinæ conditionis egit mihi per literas grātias incredibiles, & suo nomine & nomine Aemilii Auiani patroni sui cum scilicet ita sit ꝙ id est mihi iucundum causa eorum quos ego cōmendauerā tibi adductus summa necessitudine & summa coniunctione, ꝙ Marcus Aemilius unus ex meis familiarissimis atque intimis,homo maxime necessarius,& deinctus maximis beneficiis meis,& gratissimus prope.i. quasi omnium qui uidentur debere mihi aliquid, tum sup. est mihi multo iucundius te esse tali uolūtate in me,ut prosis plus amicis meis q̄ ego præsens,id est si essem præsens prodessem fortasse supple eis. Causam addidit dicens. Credo,&.i. propterea ꝙ ego magis dubitarem quid facerem causa illorum,scilicet meorū,q̄ tu quid sup.faceres, mea scilicet causa. Sed non dubito quin existimes hoc, scilicet beneficium tuum esse gratum mihi. Ego rogo te illud,ut putes, illos quoque homines gratos, quod esse ita,ego probo,id est approbo utque confirmo quare uelim sup.ut des operam,sup.ut conficiant,id est absoluant & perficiant, te obtinente, id est tantisper dū obtinebis Achaiam si quicquam negocii habent scilicet in ea. Ego uiuo iucundissimè cum Seruio tuo,scilicet filio,& capio magnam uoluptatem,tum ex ingenio eius & studio singulari,tum ex uirtute & probitate. Vale.

*P.V.C. ¶ E T ut uos solētis in formulis. Antea in omnibus impressis legebatur, et ut uos in uestris formulis. corruptus est hac parte Medicæus codex: ita tamen corruptus, ut arbitrer ex ipso elegantiorem uulgata lectionem elici posse, quam ipse sane probaui: an peccauerim nunc eruditi cognita illa animaduertent, & ut uoletis in formulis, eius igitur autoritatem secutus, tollendam censui dictionem VESTRIS, & EX VOLETIS, uos SOLETIS, feci. Sic etiam cum Trebatio, qui & ipse iurisconsultus erat, locutus est. Hoc (quemadmodum uos scribere soletis in uestris libris) idem Q. Cornelio uidebatur.

HVBER. ET si. Expositerat L. Mescinius Cicero. literas eius pro se commendatitias ad Seruium, quas ante superiorem uidimus tantum sibi profuisse ut statim iis lectis Ser. eius procuratoribus omnia pollicitus sit, & etiam multo plura & maiora effecerit q̄ promiserit. Quare Cice. hac epistola ostendit q̄ gratum sibi fuerit, & q̄ rectè collocaueritid beneficium. Deinde laudato plurimum Mescinio petit à Seru. ut augeat sua erga illum beneficia, & transmittat Romā Oppiam, quę fuerat uxor Mindii, quæ auertebat illā hæreditatem. Postremo commendat ei ciuitatem Lacedæ. rogatu cuiusdam Philippi Lacedæ. ut licet ipse eos diligat, & pro iustitia sua sit omnia facturus, tamen significet eis se etiam facere aliquid causa Cice. cui intelligit fore gratissimum. Multo libentius. q̄ peto. Vt legeris. i. postq̄ legeris. Etiā atq; etiam dicendum. i. sępius repetendum, ut intelligas me esse memorem & gratum beneficii. Studia nostra. s. sunt in Mescinio. Antea. temporibus fœlicibus erant nobis delectationi. Nunc etiam uiuimus. nunc sunt nobis salūti: quia nisi nos consolarentur, & à curis abiicerent uiuere non possemus. Hanc sententiam multis locis supradixi literas temporibus secundis esse ornamento & delectationi, aduersis uero etiam saluti. Quæ erunt digna. quæ non erunt contra honorem & dignitatē tuā. Noiatim. noie declarando quæ sint. Satisdandū. Fideiubendū & re ipsa certificandū. Eo nomine. eacausa eo debito. Fide mea. i. sub fide mea promittente tibi. Ordo est, Si quid erit satisdandum amplius non peti eo nomine, cures ut satisdetur fide mea. oportebat enim Mescinium dare fideiussorem, ꝙ non peteret amplius eo debito. i. ꝙ non peteret amplius eo debito & hæreditate, quæ ad se pueniebat. ita enim inter litigantes fieri solet, maximè ab eo qui petit. Auertit. amouit è domo mariti sustulit, ut faciunt plerunque uxores mortuis maritis.

Illa mulier. Oppia, Benigne. liberalitèr. i. præstitisse beneficium. Maiorum. fuerunt enim clarissimi & imperium Græciæ, ut Trogus scribit, multos annos tenuerunt. Iura. quæ habent speciālia, quibus regantur. Ne de. omnia à qua fueram meis aduersissimis temporibus humanissimè exceptus. Non ege. quia propria uoluntate es inclinatus ad eorum fauorem. Pro perturbatione. i. quantum patitur perturbatio eorum temporum quibus bella ciuilia fuerunt inter Cæsarem & Pompeium. Nostra monumēta. i. scripta & historias nostras. i. Romanas. Significes. demonstres, facias eos intellígere. Officium meum. qui eis debeo.

ET si & c. Exposuerat Lucius Mescinius Cicero ni literas eius pro se commendatitias, ad Seruium Sulpitium, tātum sibi profuisse, ut statim illis lectis Seruius omnia pollicitus sit, & maiora effecerit q̄ pollicitus fuerit. quamobrem Cicero grātias agit, petens tamen ut beneficium in eundem augeat. Ordo est. Et si. i. q̄q̄, soleo libenter petere à te si quid opus est cuipiam. i. alicui meorum, tamen ego ago multo libentius tibi grātias, cum fecisti aliquid cōmendatione mea, id est propter cōmendationem meam, quod facis semper. Enim. i. quia incredibile est quas grātias agant mihi commendati à me tibi etiam mediocriter, quæ omnia sunt grata mihi, sed gratissimum supple est de Lucio Mescinio .i. quod factum audio per te de illo. Ipse enim locutus est sic de te. ut id est postq̄ legeris literas meas statim pollicitum esse procuratoribus suis, omnia ꝙ se fecisse multo plura & maiora. Ridiculum uideretur nisi ex more loquendi sit, ꝙ plura quàm omnia fecisse dicat: sed intelligamus omnia, quæ polliceri debebant pollicitum, fecisse autem longe plura. Igitur ego uelim existimes: puto enim dicendum esse mihi etiam atque etiam. i. frequenter te fecisse mihi id gratissimum, quod. i. quam rem, equidem. i. ego quidem, lætor. i. lætitia prosequor, hoc. i. eo uehementius, ꝙ uideo te capturum magnam uoluptatem ex ipso Mescinio. Enim. i. quia tum. i. simul, uirtus & probitas animi est in eo, tum. i. si sup. sunt in eo illa. Studia nostra. s. philosophica, quibus delectabamur antea. i. ante occupationem reip. nunc etiam uiuimus, quia sine illis uiuere nollem. Quod. i. quantum ad id quod reliquum est. i. adhuc restat, ego uelim supple ut augeas beneficia tua in eū .s. Mescinium, omnibus rebus, quæ. s. beneficia erunt digna te. i. quæ à te fiāt. Sed rogo te duo quidem nominatim. i. per nominis expressionem. Primum ut si quid erit satisdandum. i. pollicendum præstare, nō peti amplius. s. q̄ iustum est, eo nomie. s. hæreditatis, ut sup. cures sup. ut id satisdetur. i. compromittatur, fide mea. Vid eretur omnia diffidere Mescinio si ordo sit, peto ut cures si quid amplius erit satisdandū eo nomine non peti ut satisdetur nomine modo. legamus ergo priore meo. Deinde cum hæreditas consistat fere in iis rebus quas, Oppia quæ fuit uxor Mindii. s. fratris Mescinii, auertit. i. abstulit in suum usum uertendo, adiuues. s. procuratores & ineas. i. inuenias, rationem. i. modum & uiam, quemadmodum ea mulier perducatur Romam. Quod. s. eam

Ordo

scinio te video magnam capturum uoluptatem. Est enim in eo cum uirtus, & probitas, & summum officiū, summaque obseruantia: tum studia illa nostra quibus antea delectabamur, nunc etiam uiuimus. Qd reliquū est, uelim augeas tua in eum beneficia oibus rebus, quæ te erūt dignæ. Sed duo quæ nominatim rogo. Primum, ut si quid tibi satisdandū erit amplius eo nomie nō peti, cures ut satisdetur fide mea. Deinde cum ferè consistat hæreditas i iis rebus, quas auertit Oppia, quæ uxor Mindii fuit: adiuues, ineasque rōnem, quēadmodum ea mulier Romam perducatur, quod si putarit illa fore, ut opinio nostra est negotium cōficiemus. Hoc ut assequāmur, te uehementer etiam, atque etiam rogo. Illud qd supra scripsi, id in me recipio: te ea, quæ fecisti Mescinii causa, quæ ꝙ feceris, ita benè collocaturū, ut ipse iudices homini te gratissimo, iucundissimo benigne fecisse. Volo enī ad id, quod mea causa fecisti, hoc etiā accedere. Nec Lacedæmonios dubitare arbitror, quin ipsi sua maiorumq; suorū autoritate satis cōmendati sint fidei, & iustiæ tuæ: & ego qui te optime nouissem, nō dubitaui, qn tibi notissima & iura & merita populorū essent. Itaque cū à me peteret Philippus Lacedæmonius, ut tibi ciuitatē cōmendarem, & si memineram me ei ciuitati oia debere tamē respōdi cōmendatione Lacedæmonios nō egere. Itaque sic uelī existimes, me omnes Achaiæ ciuitates arbitrari pro horū temporū perturbatione fœlices, ꝙ tu his præsis eundemq; me ita iudicare, te (quod unus optime nosses, nō nostra solum, sed etiam Græciæ monimēta omnia) tua sponte amicum Lacedæmoniis & esse & fore. Quare tantum à te peto, ut cum ea facies Lacedæmoniorum causa, quæ tua fides, amplitudo, iustitia postulat: ut his, si tibi uidebitur, significes te non molestè ferre, quod intelligas ea quæ facias, mihi quoque grata esse. Pertinet enim ad officium meum, eos existimare curæ mihi suas res esse. Hoc te uehementer etiam, atq; etia rogo. Vale.

perduci Romam, si illa putarit fore.i.futurum, nos conficiamus.i.absoluamus negocium, ut opinio nostra est, quia malit restituere ablata q̄ Romam proficisci. Ego rogo te uehementer etiam atque etiam ut assequamur.i.obtineamus hoc. Ego recipio in me.i.polliceor me præstare id quod scripsi supra te collaturum ea quæ fecisti quæque.i.quæ feceris.i.facturus fueris causa Mescinii, ita bene, ut ipse.i.tute iudices te fecisse benigne homini gratissimo. Volo enim etiã hoc accedere.i.addi aut aduenire ad id quod fecisti causa mea, hoc est ut etiam Miscinius tibi gratias agat. Nec arbitror Lacedæmonios dubitare, quin ipsi satis commendati sint fidei & iustitiæ tuæ, authoritate sua & maiorum suorum. Et ego qui nouissem te optime, non dubitaui quin & iura & merita populorum.s.Lacedæmoniorum essent notissima tibi. Itaque cum Philippus Lacedæmonius peteret à me, ut commendarem tibi ciuitatem.s.Lacedæmoniam hoc est Lacedæmonem. Et si memineram me debere ciuitati omnia tamen respondi Lacedæmonios non egere commendatione. Itaque ego uelim sup.ut existimes sic me arbitrari omnes ciuitates Achaiæ fœlices, sup.esse pro perturbatione.i.secundũ perturbationem, aut secundum q̄ posit esse in perturbatione horum temporum, in quibus scilicet Cæsar omnia tenet, q̄ tu præsis iis.s.ciuitatibus. Et me eundem iudicare, te aut me iudicare te eundem, q̄.i.quia, tu unus.i.solus, nosses optimè non solùm omnia monimenta.i.omnes antiquitates & antiqua instituta, nostra .i.Romana, sed etiam Græciæ, esse & fore.i.futurum esse amicum Lacedæmoniis, tua sponte.i.propria uoluntate & inclinatione. Quare peto à te tantum.i.duntaxat, ut cùm.i.quando, facias causa Lacedæmoniorum ea quæ fides, amplitudo, iustitia tua postulat, significes iis.s.Lacedæmoniis, si uidebitur tibi.s.honestum ac utile & ferre non molestè q̄ intelligas ea quæ facias esse grata quoque.i.etiam mihi. Enim.i.quia, pertinet ad officium meum eos existimare res suas esse mihi curæ, ego rogo te.hoc.i.uehementer etiam atq; etiã. Vale.

HVBER.

NOn dubito. Hac epistola cognoscitur q̄ difficile sit aliquid ab eo aperte postulare, quem læseris, quod & sic nonnunquam sit faciendum, & longa & insinuata oratione potius quàm breui & aperte uti, cũ ex huius epistolæ imitatione tum uero ex præceptis artis ipsius Cice. docemur. Argumentum autẽ huius epistolæ hoc est. C. Capito institutus fuerat hæres ex dimidia, & tertia parte ab Antistio propinquo suo, qui aliquando quæstor Macedoniã obtinuerat. In sextante uero instituerat fiscum publicũ, dummodo id posset sine cuiusquam querela fieri, uerum cum hanc hereditatem Capito sine magno fauore Cæsaris impetrare non posset, & plancus multùm ualeret autoritate & gratia apud Cæsarem. Ci. amicq̄ Planci qui sciret & se & Capitonem aduersus Cæsarem fuisse in bellis ciuilibus, primum placat sibi Plãcum longa repetitione & commemoratione ueteris & magnæ suæ cum eo & eius patre necessitudinis. Deinde excusat Antistium propinquum Capitonis. Primum q̄ semper desyderauit Capitonem ad Cæsarẽ reuerti, deinde q̄ Macedoniam non sponte concesserit Pompeio sed ab eo oppressus, & exponit causam Antistii & eius testamentum, commendatque ipsum Capitonem Planco, ut det operam ut Cæsaris beneficio C.C. hæreditatem fratris sui obtineat: hoc enim beneficiũ si impetrauerit, in se collocatum existimaturum dicit: postea uero Ci. excusat quod fecerit in bello ciuili contra Cæsaris uoluntatem, sed id fecisse non proprio motu, sed aliorum consilio hortatu & authoritate. Capitonis autem nullum consilium unquam fuisse contra Cæsarem significat. Postremò affirmat ipsum Capitonem fore gratissimum & memorem tanti beneficii. Vel.i.etiam, ut in Priamo miserãda manus. Speciẽ.apparentiã. Quam consuetudinẽ. Profectus. qui processit. Vt primum. cum primum Per ætatem. firmiorem: hæc enim apta est ad amicitiarum iudicium. Hora. in arte poetica, Conuersis studiis ætas animusque uirilis, Quærit opes & amicitias, inseruit honori. Commisisse cauet q̄ mox mutare laboret. Graue. magnum per se, sua causa eorum .s.ea arte significat studia humanitatis & artes liberales. Nam & si omnium studiorum similitudo beneuolentiã conciliat, præcipue tamen eorũ quæ de humanitate, de moribus, de disciplinis tractant. Repetita. supra commemorata. Quo. ad quem finem.

Principia. exordia. C. Attico. incipit exponere causas commendationis. Meorum temporum. mearum fortunarũ, quas diuersis tẽporibus sum passus.

M. T. C. L. Planco. S. P. D.



MOn dubito quin scias in his necessariis, q tibi à patre relicti sunt, me tibi esse uel coniunctissimum, nõ his modo causis, quæ speciem habeant magnæ coniunctionis, sed iis etiam quæ familiaritate & cõsuetudine tenentur: quam scis mihi iucundissimam cũ patre tuo & summam fuisse. Ab his initiis noster in te amor profectus auxit paternam necessitudinem: & eo magis, quòd intellexi, vt primum per ætatem iudicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus esset, me à te in primis cœptum esse obseruari, coli, diligi. Accedebat non mediocre vinculum cum studiorum, quod ipsum est per se graue, tũ eorum studiorum earumque artium, quæ per se ipsæ eos, qui voluntate eadem sunt, etiam familiaritate deuinciunt. Expectare te arbitror, hæc tam longe repetita principia quò spectent. Id primũ ergo habeto: nõ sine magna iustaque causa hanc à me commemorationẽ esse factam. C. Atiò Capitone vtor familiarissimè. Nõtæ tibi sunt varietates meorum tẽporum in omni genere & honorum & laborum meorum, & animus, & opera, & autoritas, & gratia, & etiam res familiaris C. Capitonis præsto fuit, & pãtuit & tẽporibus & fortunæ meæ. Huius propinquus fuit T. Antistius, q̄ cum sorte Quæstor

stor Macedoniam obtineret, neque ei successum esset, Pompeius in prouinciã cum exercitu venit: facere Antistius nihil potuit. Nam si potuisset, nihil ei fuisset antiquius, quàm ad Capitonem, quem vt parentem diligebat, reuerti: præsertim cum sciret quanti is Cæsarẽ faceret, semperq̄ fecisset. Sed oppressus tantum attigit negotii, quantum recusare non potuit. Cum signaretur argentum Apolloniæ non possum dicere eum præfuisse, ne q̄ possum negare eum affuisse. Sed non plus duobus an tribus mensibus: Deinde abfuit à castris: fugit omne negociũ. hoc mihi ut testi velim credas: meam enim ille mœstitiam in illo bello videbat, mecũ omnia cõmunicabat. Itaque abdidit se in intimam Macedoniam, quò potuit longissime à castris, non modo vt non præesset vlli negotio, sed etiam vt ne interesset quidem. Is post prælium se ad hominem necessarium A. Plautium in Bithyniam contulit. Ibi eum Cæsar cum vidisset, nihil aspere, nihil acerbe dixit. Rom. iussit venire. Ille in morbũ cõtinuo incidit, ex quo non conualuit. Aeger Corcyram venit: ibi est mortuus. Testamento quod Romæ Paulo & Marcello COSS. fecerat, hæres ex parte dimidia & tertia est Capito. in sextante sunt ii, quorum pars sine vlla cuiusquam querela, publica potest esse, ea est ad H S. X X X. Sed de hoc Cæsar viderit. Te mi Plance pro paterna necessitudine, pro nostro amore, q̄ studiis & omni cursu nostro totius vitæ simillimo rogo, & à te ita peto, vt maiore cura, maiore studio nullo possim, vt hanc rem suscipias, meam putes esse: nitare, cõtendas, efficias vt mea commendatione, tuo studio, Cæsaris beneficio hæreditatẽ propinqui sui C. Capito obtineat. Omnia quæ potui in hac summa tua gratia, ac potentia à te impetrare, si petiissem, vltro te ad me detulisse putabo si hanc rem impetrauero. Illud fore tibi adiumento spero, cuius ipse Cæsar optimus esse iudex potest, semper Cæsarem Capito coluit & dilexit. Sed ipse hui⁹ rei testis est: noui

Animus. uoluntas, dispositio. Páruit. obsecuta est, inseruiuit. Reuerti. s.ad Cæsarem. Attigit, assumpsit.

Signaretur. imprimeretur. quoniam signaretur pecunia, uel facie alicuius uel titulis, ut bigis, quadrigis, boue, annona, & uictoria, unde & nummos uictoriatos dicit Pli. appellatos. Iuue. Concisum argentum in titulos faciesque minutas. Nam non intelligunt uerbi proprietatem, qui exponunt signaretur pro assignaretur. s.à Pompeio suis militibus. Apolloniæ. unam ponit Ptolomæus in Thracia, alteram in Midonia, aliam in Pisidia Galatiæ, aliam in Macedonia, de qua hic intélligit. Præfuisse. curasse illam pecuniam signandam. Plus duobus. s.affuit. A castris. Pompeii. In in. Ma. in interiorem partem Macedoniæ. Post præ. quo Pompeius uictus est in Thessalia. Bithyniam, quæ regio est in Asia. Incidit. deuenit. Corcyram. ea quæ magna est: adiacet Epyro, insula in qua authore Ptolomæo ciuitas eiusdem nominis. In se. omnis hæreditas secundum iurisc̃on. libra dicebatur siue as: quia sicut libra in duodecim uncias diuiditur, ita & hæreditas. Assis autem partes sunt secundũ Varro. uncia quæ ab uno dicitur, deunx quasi uncia dempta ex asse, dextans unciæ decẽ, dodrans unciæ nouẽ, bessis unciæ octo, septunx unciæ septem. semis uncię sex. i. media libra, quæ & salibra, dicitur, quincunx unciæ quinque, triens unciæ quatuor, quadrãs unciæ tres, sextans unciæ duæ. i. sexta pars assis. As autem siue libra continet totum. De his uide Varronem in lingua latina, & iurisc̃osultos: dicit ergo eum instituisse hæredem Capitonem ex parte dimidia & tertia, hoc est ex decem unciis, nam dimidia pars semis. i. sex unciæ. Tertia pars libræ triens .i. quatuor, & sic restant unciæ duæ quæ sextunx dicũ tur, in quo erant hæredes ii quorũ sine cuiusq̄ querela potuerat esse publica. i. ad quos potuerat publice petuenire. Ad tri. sester. i. illæ duæ unciæ sunt trigita sestertia. Hoc ui. utrũ sine illa querela possit esse pu. Te mi. adiurat Plancũ. Enitare. con. Cæ. dissolutio. De tuliſse ad me. in me contuliſse. Nihil do. te. nihil præpono tibi, quid agas. Summitto. suggero, & quasi in memoriam redigo. In eo. in sententia. Quam partẽ .s.Pompeianam. Stéterim. fuerim in magistratu.

Corcyra
Assis partes
Vncia
Deunx
Dextans
Dodrans
Bessis
Septunx
Semis
Salibra
Quincunx
Triens
Quadrans
Sextunx
As
Libra

ASCEN.

NOn dubito & c. Hac epistola docemur q̄ difficile sit aliquid ab eo postulare quem læseris in qua postulatione sæpe longa opus est insinuatione qua utitur Ci. quum causã Capitonis in hæreditate adeunda quam sine fauore Cæs. impetrare non poterat, Planco Cæ. familiari commendat, dicens: non dubito, quin nescias me esse tibi uel. i. etiam coniunctissimum in iis necessariis. i. inter eos necessarios, qui relicti sunt tibi à patre, hoc est qui patri necessarii etiam propterea sunt tibi necessarii habendi. Non. s. coniunctissimum esse me tibi iis de causis. i. propter eas causas, quæ habẽt speciem. i. imaginem magnæ coniunctionis, sed etiam iis quæ amentur familiaritate, & consuetudine, quam. s. consuetudinem scis fuisse mihi cum patre tuo iucundissimam & summam. Amor noster in te profectus ab his. i. huiusmodi initiis auxit necessitudinem paternam. i. à patre relictam, & eo magis q̄ intellexi me cœptum esse obseruari, coli, diligi à te in primis. i. inter primos, ut primum potueris per ætatem facere iudicium. i. diiudicare quanti quisque faciendus esset tibi .i. à te: Non mediocre. i. magnum, uinculum. tum. i. pariter, studiorum. s. consiliorum quod ipsum est p se graue. i. magni ponderis ac momenti, tum eorum studiorum. s. humanitatis & earum. i. eiusmodi artium. s. liberalium, quæ ipse per se. i. ex propria natura

Ordo

Universidad de Deusto Biblioteca

hominis memoriam.Itaque nihil te doceo: tantum tibi ſumito pro Capitone apud Cæſarem,quantum ipſum meminiſſe ſenties.Ego quod in me ipſo experiri potui,ad te deferam:in eo quantum ſit pōderis,tu videbis. Quam Partem in repu. cauſamque defenderim, per quos homines ordineſque ſteterim , quibusque munitus fuerim,non ignoras.Hoc mihi velim credas,ſi quid fecerim hoc ipſo in bello minus ex Cæſaris voluntate , quòd intellexerim ſcire ipſum Cæſarem , me inuitiſſimum feciſſe:id feci aliorum conſilio,hortatu,autoritate. quòd fuerim moderatior temperatiorque,quàm in ea parte quiſquam: id me feciſſe maxime autoritate Capitonis.cui⁹ ſimileis ſi reliquos neceſſarios habuiſſem , reipubl. fortaſſe nōn nihil,mihi certe plurimum profuiſſem.Hanc rem mi Plance ſi effeceris,meam de tua erga me beneuolentia ſpē confirmaueris,ipſumq; Capitonem gratiſſimum, officioſiſſimum, optimum virum, ad tuam neceſſitudinem,tuo ſummo beneficio adiunxeris. Vale.

deuinciunt.i.ligant eos qui ſunt eadem uoluntate.i. qui habent idem propoſitum,etiam familiariter, accedebat.i.addebatur ad ueterem cōiunctionem. Ego arbitror te expectare cum hæc legis , quo.i.ad quem finem,ſpectent hæc principia.i.exordia orationis repetita tam longe. Ergo ne diutius hæſites,habeto.i. ut certum teneto primum id,uidelicet hanc commemorationem.ſ.neceſſitudinis noſtræ eſſe factam.ſ.à me, non ſine magna & iuſta cauſa, quid? Ego utor quā familiariſsime Caio Atteio Capitōe.uarietates.i. mutationes meorum temporum.ſ.nunc lætorum nunc triſtium ſunt notæ tibi. Et animus & opera, & authoritas,& gratia res familiaris etiam Caji Capitonis fuit præſto.i.parata,mihi in omni genere & honorum & laborum meorum. Et paruit.i.obſecuta eſt & temporibus & fortunæ meæ.i.inſeruiuit mihi pro conditione mea.Titus Antiſtius fuit propinquus.i.conſanguinitate coniunctus huius.ſ.talis amici mei qui.ſ.Antiſtius cum quæſtor obtineret ſorte Macedoniam,neque ſucceſſum eſſet ei , Pōpeius uenit in eam prouinciā cum exercitu.Antiſtius nihil potuit facere, quia potentior erat Pompeius. Nam ſi potuiſſet nihil fuiſſet ei antiquius.i.charius q̄ reuerti ad Capitonem,quem diligebat ut parentē.i.patrem,præſertim cum ſciret quanti is.ſ.Capito faceret & feciſſet ſemper Cæſarem. Sed oppreſſus.ſ.à Pompeio attigit tantum negocii.i.adminiſtrationis publicæ quantum non potuit recuſare.i.quantum coactus eſt ſuſcipere. Cum argentum ſignaretur.i.cum fieret moneta argentea Apolloniæ, quæ urbs eſt in Macedonia : nam ſunt eiuſdem nominis aliæ ut in Thracia, Migdonia, Piſidia &c. non poſſum dicere eum præfuiſſe ſcilicet ei rei , neque poſſum negare eum affuiſſe,ſed ſup.non affuit plus duobus aut tribus menſibus,deinde abfuit à caſtris , fugit omne negocium,uelim credas hoc mihi ut teſti.ſ.iurato,ille enim uidebat meā mœſtitiam in illo bello, & ſup.communicabat mecum omnia. Itaque ut fugeret negocium,ipſe abdidit.i.proripuit ſeſe in intimam Macedoniā, quo.i.quanto longiſſime potuit à caſtris.ſ.Pompeianis,ut non modo.i.non ſolum non preeſſet ulli negocio .ſ.bellico,ſed etiam ut nequidem.i.non etiam intereſſet.i.præſens eſſet. Is.ſ.Antiſtius contulit ſe in Bithyniā, poſt prælium.ſ.Pharſalicum,ad Aulum Plancum hominem neceſſarium.ſ.ſibi,aut ſuum. Cæſar cum uidiſſet aſpere neque acerbe,iuſſit.ſ.duntaxat uenire Romam. Ille.ſ.Antiſtius incidit continuo.i.ſtatim poſt in morbum,uenit æger Corcyram urbē in Corcyra inſula iuxta Epirum mortuus eſt ibi.Capito eſt hæres ſup.eius, teſtamento.i.per teſtamentum quod fecerat Romæ Paulo & Marcello conſulibus , ex parte dimidia & tertia ſup.aſſis hoc eſt ex decem unciis iis quorum pars poteſt eſſe ſine ulla querela publica.i.de iure cōmuni , ſunt in ſextante.i.ſexta parte aſſis,hoc eſt duabus unciis,ea.ſ.pars eſt ad triginta ſeſtertia de hoc.i.de illa parte uiderit Cæſar.ſ.quod ſtatuere uoluerit. O mi Plance ego rogo te pro neceſſitudine paterna,pro amore noſtro,pro ſtudiis & pro omni curſu noſtro totius uitæ ſimilimo,& peto à te ita ut nullo.i.nō ullo,non poſſim .ſ.petere ſup.ulla cura maiore,& ullo ſtudio maiore, ut ſuſcipias.i.defendēdam capias hanc rem, & ſup.ut putes meam ſup.eſſe,ut enitare,contendas,efficias ut Caius Capito obtineat hæreditatem propinqui ſui.ſ.Antiſtii,commendatione mea,ſtudio tuo,ſup. & beneficio Cæſaris. Ego putabo te detuliſſe ad me ultro omnia quæ potui impetrare à te in hac ſumma gratia tua,ſcilicet quam habes in oculis Cæſaris , ac potentia.ſ.tua ſi impetrauero hanc rem. Ego ſpero illud fore tibi adiumento.ſ.ad impetrandum à Cæſa.poteſt eſſe optimus iudex quia poſcit an uerum ſit,uidelicet Cæſar,qui omnes memoria tenet à quibus obſeruatus eſt. Itaque nihil doceo te,ſumito tibi pro Capitone.i.in defenſione Capitonis quantum ipſe.i.tute ſenties ſup. Cæſarē meminiſſe. Ego deferam ad te.i.tibi ſignificabo tu uidebis.i.iudicabis quantum ponderis ſit in eo.ſ.quod indicabo tibi. Tu non ignoras quam partem & cauſam ego defenderim reipub.& per quos homines & ordines ſteterim.ſ.in honore & dignitate,& quibus fuerim.

HVBER. ☞MVNITVS.defenſus. Minus ex uoluntate Cæſ. .i.quod Cæ.nollet,nam minus pro nō ponitur.Quo fuerim.i.ſi quid fecerim in quo fuerim moderatior, uelim credas me id feciſſe maxime. Authoritate.i. ſuaſione. Cuius. Capitonis. Similes. Ita moderatos,neque ualde incenſos contra Cæſarem. Non nihil.aliquantulum.

ASCEN. ☞MVnitus.i.protectus ac confiſus , ego uelim credas mihi hoc ſiquid fecerim in hoc ipſo bello minus .i.non,aut non ſatis ex uoluntate Cæſ.quod intellexerim ipſum Cæſ.ſcire me feciſſe inuitiſſimum, id feci conſilio,hortatu, authoritate aliorum ut Pompe. Lentuli.Catonis & c.Quod fuerim moderatior & tēperatior.ſ.in oppugnando Cæ.q̄ quiſquam.ſ.alius in ea parte.ſ.Pompeiana, credas inquam , me feciſſe id maxiē autoritate Capitonis.Cuius.ſ. Capitonis,utitur genitiuo,quia de morib⁹ loquitur,ſi habuiſſem reliquos neceſſarios ſimiles,ego profuiſſem fortaſſe nonnihil reipu.quia pauciores boni ciues periiſſēt, & profuiſſem,certe.i.ſine dubio, plurimum mihi. O mi Plance ſi tu effeceris hanc rem , tu confirmaueris .i.corroboraueris ſpem meam de beneuolentia tua erga me, & adiunxeris ſummo beneficio tuo ad neceſſitudinem tuam,id eſt ad neceſſarios tuos, aut ad deuinctionem amicitię quaſi neceſſariæ,ipſum Capitonem,uirū gratiſsimū,officioſiſſimū,optimū. Va.

M T. C. Acilio Procon. S. P. D.

Ep. 30. comendatoria.

LVcius Manlius eſt Soſis:is fuit Catinēſis:ſed eſt vna cum reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus , Decurióque Neapoli.erat enim adſcriptus in id municipium ante ciuitatem ſociis & Latinis datam . Eius frater Catinæ nuper mortuus eſt: nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controuerſiam eum habiturum : & eſt hodie ī bonis. ſed quum habet præterea negotia vetera in Sicilia ſua , & hanc hæreditatē fraternam , omnia eius tibi cōmendo in primiſque ipſum virum optimum mihiq; familiariſſimum , his ſtudiis literarum doctrinæq; præditum , quibus ego maxiē delector. Peto igitur ab te,vt eum ſiue aberit,ſiue non venerit in Siciliam,in meis intimis maximeque neceſſariis ſcias eſſe : itaque tractes , vt intelligat meam ſibi commendationem magno adiumento fuiſſe. Vale.

HVBER. MAnlius.Commendat Cice.Acilio proconſuli in Sicilia Manlium quendam ut ei faueat in conſequēda hæreditate fratris qui Catinæ perierat,& ut oſtendat dignum commendatione,laudat eius probitatem & doctrinam.Soſis.nomen urbis ut puto quę & Suſa dicitur in Suſania parte Aſiæ maioris. Catinenſis.ex Catina, quæ urbs eſt Siciliæ. Reliquis Nea.qui ciuitate Romana donati fuerant. Decurio,nomen eſt magiſtratus, de quo aliquo loco plenius diximus. Aſcriptus.receptus. In id municipium. Neapolitanum. Eſt in.b.in poſſeſſione bonorum. *(Soſæ. Suſa. Catina. Decurio)*

ASCEN. LVcius Manlius & c. Commendat Acilio proconſuli in Sicilia Mālium quendam ad obtinēdam hæreditatem literis Catinæ defuncti, dicens:Lucius Manlius eſt Soſis.i.in ea urbe Aſiæ,quæ & Suſa dicitur:is.ſ.Manlius fuit Catinēſis.ſ.ciuis,hoc eſt Catinæ ciuitatis Siciliæ ſed eſt factus ciuis Roma. una.i.ſimul,cum reliquis Neapolitanis , ergo & ipſe Neapolitanus, quomodo ergo Catinēſes docebit id ſtatim.& factus eſt decurio Neapoli.i.ea urbe , quæ noua urbs dicitur,cum prius Parthenope diceretur. Ipſe enim erat aſcriptus.i.ſcripto receptus in id municipium.ſ.Neapolitanum,& ita licet Catinæ natus , Neapolitanus dici potuit ante ciuitatē.ſ.Romā, datam ſociis & latinis,frater eius.ſ.Manlii , mortuus eſt nuper Catinæ,nos nullam.i.non ullam non arbitramur eum habiturum omnino ullam controuerſiam.i.litem de ea hæreditate , & eſt hodie in bonis .i.in bonorum poſſeſſione , ſed quando.i.quoniam habet præterea.i.præter hæreditatem illam uetera negocia in Sicilia ſua.ſ.patria, ego commendo tibi & hanc hæreditatem fraternam, & omnia eius.ſ.bona, & in primis.i.præcipue commendo tibi ipſum,uirū optimum & familiariſsimum mihi,præditum his ſtudiis literarum & delector maxime. Igitur peto abs te, ut ſcias eum eſſe in intimis meis & maxime neceſſarius,ſiue aderit.i.præſens erit, ſiue uenerit in Siciliam & tractes eum ita ut intelligat meam commendationem fuiſſe ſibi magno.adiumento. Sunt qui legant ſiue aderit,ſup.te, ſiue non uenerit in Siciliā, ſed ſi non uenerit quomodo Acilius eum tractabit. Vale.

M.T.C.Acilio Procon. S.P.D.

Ep. 31. comendatoria.

CAio Flauio honeſtò & ornato Equite Romano vtor valde familiariter.Fuit enim generi mei C. Piſonis perneceſſarius:meque diligentiſſime obſeruat & ipſe, & L.Flauius frater eius.Quapropter velim honoris mei cauſa quibus rebus honeſte,& pro tua dignitate poteris , quamhonorificentiſſime & quamliberaliſſime C.Flauium tractes. Id mihi ſic erit gratum , vt gratius eſſe nihil poſſit.Sed præterea tibi affirmo , neque id ambitione abductus facio, ſed cum familiaritate & neceſſitudīe,tū etiā veritate , ex C.Flauii officio & obſeruantia, & præterea & ſplēdore atq; inter ſuos gratia , magnam voluptatem eſſe capturum. Vale.

HVBER. CAio Flauio.Commendat Ci.Flauium equitem Romanum qui fuerat ualde neceſſarius Caii Piſonis olim generi ſui, oſtendit autē eū fore magnæ uoluptati ipſi Acilio.

PHI. ☞CAIO Flauio.Siciliam tunc proconſul Acilius miniſtrabat, cum Ci.has ad eum literas dedit, quibus C.Flauium equitem Romanum ualde neceſſarium Cn.Piſonis diligentiſſime commendauit. In primis hominem laudat in quem beneficium cōferendum eſt,ut eo dignus eſſe uideatur.Inde quod uult poſtulat , demum remunerationem oſtendit. C.Piſonis duos habuit ut ante diximus generos. Perneceſſarius. ualde familiaris. Obſeruat.ueneratur , amat. Cauſa,ut ſi dicas reſpectu,ab eo deducitur cauſat, quod in futuro facit,ꝙ eſt cōburo , habet enim uim quandā ardoris cauſa. Ambitione. cupiditate honoris & laudis uicioſa & differt ab ambitu. Nam ambitio in uoluntate eſt, ambitus in actu. Qui enim pro aliqua dignitate adipiſcenda largitur,peccat ambitu quem iuniores ſimoniam appellare conſueuerunt. *(Perneceſſarius. Obſeruo. Ambitio. Ambitus. Simonia)*

ASCEN. ☞CAio & c. Eidem proconſuli in Sicilia commendat Caium Flauium equitem Romanum neceſſariū Cnæi Piſonis,dicens. Ego utor ualde familiariter Caio Flauio equite Roma.honeſto & ornato.i.decorato *(Ordo ¶)*

to.ſ.moribus & uirtute.Fuit enim perneceſſarius.i.ualde neceſſarius Caii Piſonis.ſ.Craſſipedis generi mei.i. mariti filiæ meæ Tulliæ,& obſeruat,id eſt cauet offendere me diligenter. Et.ideſt ſimul ipſe, & Lucius Flauius Frater eius. Quapropter uelim, cauſa honoris mei ſup.ut tractes Caium Flauium q̄ honorificentiſſime,& q̄ liberaliſſime,quibus.i.quibuſcūque rebus poteris ſup.eum ſic tractare honeſte, & pro dignitate tua.i.ſecūdum dignitatem tuam,id erit mihi ſic gratum,ut nihil poſſit eſſe gratius. Sed pręterea.i.præter hoc erit mihi gratiſſimum.neque affirmo tibi,neque facio id adductus ambitione.i.nimia cupiditate impetrandi quæ uellem qua ducuntur ambitioſi, ſed ſup. adductus tum familiaritate & neceſſitudine tum etiam ueritate, te eſſe capturum magnam uoluptatem ex officio Caii Flauii quod ſcilicet tibi reponet & obſeruantia ſcilicet eius in te,& præterea ex ſplendore atque gratia inter ſuos.i,quàm habet inter ſuos. Vale

HVBER. IN Haleſina. Hac epiſtola commendat quoſdam hoſpites & familiares ſuos ex Haleſina urbe, petit que ut non minus putet commendatos, eo ꝙ pluris commendet, ſibi eum gratiſsimū fore quicquid Acilius in illam familiā contulerit. Haleſi poſſeſſiuū eſt ab Haleſa, quæ eſt Siciliæ ciuitas, autores Ptolo. & Strab. Exæquare, æquales facere. Ambitione,ut uidear à multis.

ASCEN. IN Haleſina. Cōmendat hoſpites ſuos Haleſinos quos hoc loco noſat,dicens. Ego habeo in ciuitate Haleſina.i.Haleſæ oppidi in Sicilia,tam lauta .i.ſplendida & culta, q̄ nobili coniunctiſſimos ſup. mihi & hoſpitio & familiaritate Marcū & Clodium Archagathum & Philonē. Sed uereor ne. quia cōmēdo tibi præcipue cōplures, uidear exæquare.i.æquales facere commendationes meas quadam ambitiōe .i.cupiditate gloriæ. glorioſum eni uidetur multos habere æqualiter commendandos,quanq̄ ſatiſfit quidem.i.certe à te & mihi & meis omnibus. Sed uelim ſup.ut exiſtimes ſic hanc familiam.i.Archagathanam & hos.ſ.ſupra nominatos,eſſe maxime cōiunctos mihi,uetuſtate,officiis ſup.& beneuolentia.Quamobrē peto à te in modum maiorem.i.non uulgarē, ut cōmodes.i.commodum facias,his.ſ.ſupradictis, in omnibus rebus q̄tū dignitas tua & fides patietur.Si tu feceris, id erit mihi gratum uehementiſsime. Vale.

HVBER. CN.Octacilio,clara eſt hæc epiſtola de cōmēdatione Octacilii Naſonis, quem Ci.ſibi & familiaritate & conſuetudine maxima coniunctū eſſe dicit. Ordinis,equeſtris.

PHI. CN.Octacilio. Alia eſt epiſtola ad eundem cōmendatitia,in qua eandem ſeruat cōmendationis formam.Fuit is Octacilius Naſo Cice. ualde familiaris. Prorſus,ualde omnino,quaſi porro uerſus appellatum. Ordinis ſenatorii, aut equeſtris. In prouincia,Siciliam dicit. Ilarius. non apponas aſpirationis notam,græcum ἱλαρὸς lætum ſignificat,factum inde nomen uiri proprium Ilarius. Antigonus,ab ἀντὶ contra,& γονὴ malitia.Demonſtratus à δεινὸς dictū,& κρατὸς quaſi in exercitu fortunatus.Pondus, exiſtimationem metaphoricos dictum ab auro ponderato.

Prorſus

ASCEN. CN. & c.Cōmendat Octacilium & negocia eius p treis libertos eius, quos nominat curanda paucis quidem ſed electis uerbis,dicens. Ego utor familiariſsme C. Octacilio Naſone, ita prorſus.i.oino & in cōmunem partem uerſus, ut nullo illius ordinis ſup.utar familiarius,nā ego delector magnopere & humanitate eiꝰ & probitate,in cōſuetudine.i.conuerſatione quotidiana. Nihil opus eſt iā expectare te,quibus uerbis cōmēdem tibi eū quo utor ſic ut ſcripſi.q.d.ſcis ꝙ exquiſitis cōmendatum uelim. Is habet in prouincia.ſ.tua Sicilienſi negocia, quæ procurāt liberti ſcilicet eius.Hilarius, Antigonus,demonſtratus, quos & negocia omnia Naſonis ego comendo tibi non ſecus.i.non aliter, ac.i.quàm ſi eſſent mea. Tu feceris mihi gratiſsimum ſi intellexero hanc commendationem habuiſſe magnum pōdus apud te. Vale.

M. T. C. Acilio. Procon. S. P. D.

Ep. 32.
commendatorie.

IN Haleſina ciuitate tam lauta tamque nobili coniunctiſſimos habeo & hoſpitio & familiarita te M.& C.Clodios Archagatū,& Philonem. ſed uereor ne quia complureis tibi præcipue cōmendo,exæquare uidear ambitione quadam cōmendationes meas, quanquam à te quidem cumulate ſatisfit & mihi & meis omnibus.Sed uelim ſic exiſtimes, hanc familiam & hos mihi maxie eſſe cōiunctos uetuſtate,officiis, beneuolentia. Quamobrem peto à te maiorem i modū, ut his oibus in rebus,quantùm tua fides dignitasque patietur,commodes. Id ſi feceris, erit mihi uehementiſſime gratum.Vale.

M.T.C.Acilio Procon. S.P.D.

commendatorie.

CNeo Octacilio Naſone ytor familiariſſime, ita prorſus, ut illius ordinis nullo familiarius. Nā & humanitate eius, & probitate in conſuetudine cotidiana magnopere delector. Nihiliā opus eſt expectare te, quibus eum uerbis tibi commendem, quo ſic ytar ut ſcripſi. Habet is in prouincia tua, negotia, quæ procurant liberti Hilarius, Antigonus, Demonſtratus:quos tibi, negotiaque omnia Naſonis non ſecus commendo, ac ſi mea eſſent.Gratiſſimum mihi feceris, ſi intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuiſſe. Vale.

Anitum

M.T.C. Acilio Procōſ. S.P.D.

Epist 34
commendatorie

AVItum mihi hoſpitium eſt cum Lyſone Lyſonis filio Lylibætano, valdéque ab eo obſeruor, cognouíque dignum & patre & auo.eſt enim nobiliſsima familia. Quapropter commendo tibi maiorem in modum rem domúmque eius, Magnóque opere à te peto, cures vt is intelligat meā cōmendationē maximo ſibi apud te adiumento& ornamento fuiſſe. Vale.

HVBER. AVITVM. dicit Ci. Lyſonem Lyſonis filium ſibi Acilio commendandum iure uetuſtiſsimi hoſpitii & magnæ erga ſe beneuolentiæ & obſeruantiæ. Auitum.uſque ab auo inceptum: eſt enim ab auo deriuatiuum nomen. Auitus

ASCEN. AVITVM &c. Non minus accuratè commendat Lyſonem Lyſonis Lylibetani filium ac domum & negocia eius dicens.Hoſpitium auitū, id eſt ab auo uſque inceptum ius hoſpitalitatis, eſt mihi cum Lyſone Lyſonis filio Lylibetani, & ego obſeruor,id eſt ueneror ab eo ualdè,& cognoui ſup.eum dignum & patre & auo. Familia enim ſup.eorum eſt nobiliſsima,ſcilicet in Sicilia.Quamobrem ego commendo tibi in maiorem modū rem & domum eius, & peto à te magnopere ſup.ut cures,ut is, ſcilicet Lyſo intelligat cōmendationem meam fuiſſe ſibi apud te maximo & adiumento & ornamento. Vale.

M.T.C. Acilio Procōſ. S.P.D.

Epist 35
commendatorie.

CAius Auianus Philoxenus antiquus eſt hoſpes meus, & præter hoſpitium,valdè etiam familiaris,quem Cæſar meo beneficio in Nouocomēſeis retulit. Nomē autem Auiani ſecutus eſt, quòd homine nullo plus eſt uſus, quàm Flacco Auiano, meo,quemadmodum te ſcire arbitror, familiariſsimo. Quæ ego omnia collegi, vt intelligeres non uulgarem eſſe cōmendationem hāc meā. Peto igitur abs te, vt omnibus rebus,quod ſine moleſtia tua facere poſsis,ei cōmodes,habeaſq̄ in nūero tuorū:perficiasq̄ vt intelligat has literas meas magno ſibi uſui fuiſſe. Erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

HVBER. CAIVS Auianus. Auianū quoque Siculū iure hoſpitii & familiaritatis commēdat, quē dicit à Cæſare in Nocouomenſibus eſſe relatum.Deinde exponit cauſam quare Auianꝰ ſit nominatus. Philoxenus. poteſt eſſe cognomē:græce autem ſignificat hoſpitalem, ſiue amatorem hoſpitii. Meo beneficio,meo fauore. Retulit,tranſtulit, propoſuit. In nouoco. id eſt numero eorum quos ciues Nouocomenſes fecit. Comum enim ciuitas in radicibus mōtium, qui Rhetos fuit olim,ut ſcribit Stra. lib.v.mediocris Colonia fuit,ſed Pompeius Strab.magni Pomp.pater Colonos in eam reſtituit,quam incūbentes Rheti uaſtauerant.Inde C. Scipio tria hominū milia inſuper adiecit,poſtquam diuus Cæ. quinq; Inquilinorum milia ad inhabitandum deduxit è quibus quingenti illuſtriſsimi fuere Græci:hos etiam ciuitate donatos inhabitatorum numero deſcripſit. non tamen ibi domicilium habuere, ſed oppido nomen relinquentes & nouum Comum appellantes Nouocomenſes oppidanos uocauere,huic loco finitimus Larius eſt lacus,quem Addua fluuius auget, inde flumen Padum ingrediens.Hæc Stra. Secutus,adeptus. Vale. Philoxenus Nouum Comum Larius

ASCEN. CAIVS &c. Cōmendat C. Auianum Siculum iure hoſpitii,quod plurimum apud priſcos ualuit, præſertim longa ſerie deductum, dicens. Caius Auianus Philoxenus eſt antiquus hoſpes meus, & ualde familiaris,etiam præter hoſpitium, quem Cæſar retulit, id eſt recenſuit & adnumerauit,in Nouocomenſes,id eſt inter ciues Nouicomi urbis in radice montium iuxta Rhetos,beneficio meo,id eſt interceſsione mea. Autem, id eſt ſed ipſe eſt ſecutus nomen Auiani,quòd nullo homine uſus eſt plus quàm Flacco Auiano meo familiariſsimo,quemadmodum arbitror te ſcire. Quæ omnia,ſcilicet uincula amicitiæ, ego collegi, id eſt ſimul citaui & adduxi, ut intelligeres hanc commendationem meam eſſe non uulgarem, id eſt egregiam. Peto igitur abs te ut cōmodes,id eſt commodum facias ei,ſcilicet Auiano omnibus rebus quod,id eſt quoad poſsis facere ſine modeſtia,& habeas ſup. eum in numero tuorū,& perficias ut intelligat has literas meas fuiſſe ſibi magno uſui,id eſt magnæ utilitati. Id erit mihi gratum in modum maiorem,id eſt ad menſuram non uulgarem. Vale.

M.T.C. Acilio Procōſ. S.P.D.

commendatorie.

CVM Demetrio Mega mihi uetuſtum hoſpitium eſt:familiaritas autē tanta quāta cūm Siculo nullo. Ei Dolabella rogatu meo ciuitatem à Cæſare impetrauit.qua re ego interfui. Itaq̄ nunc P.Cornelius vocatur. Cūq̄ propter quoſdā ſordidos hoſtes, q̄ Cæſaris bñficia

HVBER. CVM Demetrio. Hnnc Demetriū Siculum hominē Cæſ. beneficio & Dolabellæ à Ci.rogati ciuē Ro.fecerat,cunq; Cęſa.indignatus,quod nonnulli ſordidi homines ciues facti beneficio ſuo abuterētur reuulſiſſet tabulas in quibus erant ſcripta nomina eorū qui facti erant ciues,dicit C.Cæ. uoluiſſe omnino Demetrium remanere in numero ciuium. Itaque tanquā ciuē Ro. cōmendat eum Acilio. Quanta,ſcilicet eſt. Ciuitatē,ut fieret ciuis Ro.Nunc poſtquam eſt donatus ciuitate. P.Cor. quia id proprium eſt nomen maxime ciuium Ro. neque Publii alii uocantur quàm Romani iidemq; liberi. Perſius,liberta te opus eſt nō hac quā quiſq; Velina Publius emernit &c. Reuelli,refigi: affigebātur enim inforo,ut ab omnibus poſſet legi. Manere.ſe enim nolle mutate factū.

t.i. CVM

ASCEN. IOCVM &c. Commendat Demetrium Siculum, sed ciuem Ro. effectum, dicens. Hospitium, id est ius hospitalitatis, per uetustum, id est antiquum, est mihi cum Demetrio Mega, autem, id est sed, tanta familiaritas sup. est mihi cum eo, quanta cum nullo siculo, scilicet alio, nam & ipse siculus est. Dolabella qui gener Ciceronis fuit impetrauit à Cæ. ei ciuitatẽ, id est Romanam, rogatu meo, id est ꝓpter preces meas. In qua re, id est in donatione ciuitatis eius ego interfui. Itaque ipse uocatur nunc, scilicet ciuis effectus P. Cornelius. Cumque, id est & cum, hoc est quando, Cæsar sup. iussisset tabulam in qua nomina donatorum, id est eorũ qui donati fuerunt ciuitate, incisa essent reuelli, id est à loco eminenti in quo fixa erat euelli propter quosdam homines sordidos, id est turpiter auaros, qui uendebant beneficia Cesaris, id est ius ciuitatis gratis à Cæsare donatum, Cæsa. dixit eidem Dolabellæ me audiente, nihil, id est nullã causam esse quod uereret de Mega, scilicet Demetrio, beneficium, scilicet donatæ ciuitatis, manere, id est reuocaturum esse in eo. Ego uolui te scire hoc ut haberes, id est reputares eum in numero ciuium Romanorum, & commendo tibi eum in cæteris rebus ita, ut neminem commendarim, maiore studio, id est affectu & conatu. Tu feceris mihi gratissimum, si tractaris pro tractaueris eum ita, ut intelligat meam commendationem fuisse sibi magno ornamento, id est ad hoc, ut ornetur honore & æstimatione. Vale.

vendebant, tabulam, in qua nomina ciuitatẽ donatorum incisa essent, reuelli iussisset: eidem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit, nihil esse quod de Mega vereretur: beneficium suum in eo manere. Hoc te scire volui, vt eum in ciuium Romanorum numero haberes. Cæterisque in rebus tibi eum ita commendo, vt maiore studio neminem commendarim. Gratissimum mihi feceris, si eum ita tractaris, vt intelligat meam commendationem magno sibi ornamento fuisse. Vale.

HVBER. HIPPIAM. Commendat Hippiam quendam, cuius bona usurpabantur, rogatque Acilium, ut pro æquitate & pro eius amore eũ tueatur.

M.T.C. Acilio Proconſ. S.P.D.

ASCEN. HIPPIAM &c. Commendat Hippiam amicũ, cuius bona usurpabantur inique dicens. Ego commendo tibi in maiorem modum. Hippiã Calatinum filium Philonexi. scilicet Auiani, hospitem & necessarium meum. Bona eius possidentur, scilicet ab iniustis occupatoribus, publi. id est manifestè, quia nomine alieno contra leges Catilinorum quemadmodum res est delata ad me, id est ut accepi. Si id est ita, res ipsa debet impetrare ab æquitate tua, ut subuenias ei, etiam sine commendatione. Autem, id est sed, quoquo, id est quocunq; modo res habet se, peto à te causa honoris mei expedias, id est lite liberes eum, scilicet Hippiam, & commodes, id est cõmodum facias ei in hac re & in cæteris, tantum quantum fides tua & dignitas patietur. Id erit mihi gratum uehementer. Vale.

Ippiã Philoxeni filium Calatinũ, hospitẽ necessariũ meũ, tibi cõmendo in maiorẽ modũ. Eius bona, quemadmodũ ad me delata res est, publicè possidẽtur alieno noĩe contra leges Calatinorũ. Id si ita est, etiã sine mea cõmendatione ab æquitate tua res ipsa impetrare debet vt ei subuenias: quomodò autẽ se res habet, peto à te, vt honoris mei causa eũ expedias, tantumq; ei cõmodes & in hac re, & in cæteris, quantum tua fides dignitasq; patietur. Id mihi vehementer gratum erit. Vale.

HVBER. LVcius Bru. Ex lectione textus facilimè cognoscuntur argumenta in plerisque epistolis commendatitiis. Itaque omissis his quæ necessaria interpretatione non indigẽt ea duntaxat quæ obscuriora sunt declarabimus. Commendat igitur quendã Bru. adductis secundum morem suum causis commendatitiis. Iam inde, id est usque. Sicilienſis, quam gessi in Sicilia. Domum eius, quam habet in Sicilia.

M.T.C. Acilio Proconſ. S.P.D.

PHI. IOLVCIVS Bru. quæ summopere delectant, idem in multis facit epistolis nunc hos, nũc illos cõmendando, & semper uariis uocabulis, uaria dicendi copia in eadem materia uti uidemus. Commendat hic. L. Bru. equitem Roma. Iam inde, id est usque. A quæstura. In Sicilia quæstor fuit. Est enim Sicilia à Siculo sicanorum duce appellata. Pars olim fuit Italiæ, nunc insula, unde Virgil. Hæc loca ui quondam uasta conuulsa ruina, Tantũ æui longinqua ualet mutare uetustas, Disiluisse ferunt cum protinus utraq; tellus Vna foret. Vnde Sicilienſis & siculus. Domum, in Sicilia.

Iam inde Sicilia

Sicilienſis

IVLIVS Bru. ASCEN. IOLVCIVS &c. Commendat Lu. Bru. equitem diligentissime, dicens. L. Bru. eques Romanus adolescẽs ornatus omnibus rebus est in familiarissimis meis, id est inter familiarissimos meos, & obseruat, id est cauet offendere & ita ueneratur me diligentissime. Cum cuius patre fuit mihi magna ami citia, iam inde à quæstura mea Sicilienſi, id est statim ab eo tempore quo quæstor in Sicilia fui. Ipse Bru. est nunc omnino Romæ mecum, sed tamen ego commendo tibi domum eius, & rem familiarem, & procuratores sicut nõ possim cõmendare maiori studio. Tu feceris mihi gratissimum, si curaris pro eo quod est curaueris, ut Bru. intelligat id quod recepi, id est promisi ei, hanc commendationem meam fuisse magno adiumento. Vale.

M.T.C. Acilio Proconſ. S.P.D.

VM familia Titurnia necessitudo mihi interceditvetus: ex qua reliquus est M. Titurnius Rufus, qui mihi omni diligẽtia atq; officio est tuendus. Est igitur in tua potestate, vt ille in me satis sibi præsidii putet esse. Quapropter eum tibi commẽdo in maiorem modum, & abs te peto, efficias vt is commendationem hanc intelligat sibi magno adiumento fuisse. Erit mihi vehementer gratum. Vale.

HVBER. CVM familia. Argumentum commendationis per se patet. Reliquus est, relictus cæteris mortuis. Præsidii, tutelæ adiumenti.

ASCEN. CVM familia &c. Commendat M. Titurnium dicens. Vetus necessitudo. i. necessaria quodammodò amicitiæ coniunctio intercedit, id est communis est mihi cum familia Titurnia ex qua M. Titurnius Rufus est reliquus, id est solus superstes, qui est tuendus, id est protegendus mihi omni diligentia atque officio. Igitur est in potestate tua, ut ille, scilicet M. Titur. putet satis præsidii, id est tutelæ & protectionis honestè esse sibi in me. Quapropter ego commendo tibi eum in modum, id est formam aut mensuram, maiorem, id est non uulgarem aut ingentem. Et peto abs te, sed ante q &t uenustè dicitur abs. ut efficiat, ut is intelligat hanc commendationem, scilicet meam fuisse sibi magno adiumento. Id erit mihi gratum uehementer. Nihil est quod expositionis egeat. Vale.

M.T.C. Anchario Quæst. F. Proconſ. S. P. D.

VCium, & Caium Aurelios Lucii Filios, quibus & ipsis, & patre eorum viro optimo familiarissime vtor, cõmendo tibi maiorem in modum, adolescenteis omnib⁹ optimis artibus ornatos, meos perneccessarios, tua amicitia dignissimos. Si vlla mea apud te commendatio valuit, quod scio multas plurimum valuisse: hæc vt valeat rogo. Quòd si eos honorifice liberalitèr que tractaris, & tibi gratissimos optimôsque adolescenteis adiunxeris, & mihi gratissimum feceris.

HVBER. LVcium & Caium Aurelios, ex familia Aureliorum. Quod scio, quia scio.

ASCEN. IOLVCIVM & Caium Aurelios commendat dicens. Ego cõmendo tibi in maiorem modum Lucium & Caium Aurelios, filios Lucii, quibus & ipsis & patre eorum uiro optimo utor familiarissime, commendo inquam eos adolescentes ornatos omnibus optimis artibus. Vbi omnis cum superlatiuo iungitur, sed uidetur illud complexum optimè artes quasi pro uno uocabulo poni, sicut artes liberales, perneccessarios meos dignissimos tua amicitia. Si ulla commendatio mea ualuit apud te, quod scio, utpote multas, scilicet commendationes meas ualuisse plurimum, scilicet apud te, rogo ut hæc ualeat, scilicet apud te plurimum. Quod si tractaris pro tractaueris eos honorifice, & liberaliter tum &, id est simul coniunxeris tibi adulescentes gratissimos & optimos, & feceris mihi gratissimum. Vale.

M.T.C. Culeolo. S.P.D.

QVAE fecisti Lucii Luceii causa, scire plane volo, te homini gratissimo commendasse. & cum ipsi, quæ fecisti, pergrata sunt, tum Pompeius quotiescunque me vidit (videt autẽ sæpissime) gratias tibi ägit singulareis. Addo etiam illud quod tibi iucundissimum esse certo scio, me ipsum ex tua erga Luceium benignitate, maxima voluptate affici. Quod superest, quanquã mihi non est dubium quin cum antea nostra causa, nunc iam etiam tuæ constantiæ gratia, mansurus sis in eadẽ ista liberalitate: tamẽ abs te ve-

HVBER. QVAE fecisti. tractauerat Culeolus liberalissime. L. Luceium uirum doctissimum, ad quẽ Cice. scripsit lib. v. illam epistolam coram me tecum &c. Itaque ostendit Cic. hoc beneficiũ culeo. in Luceium collatũ gratum fuisse non solùm ipsi Luceio sed etiam Põpe. & sibi. Itaque hortatur ipsum, ut perseueret eadẽ liberalitate benefaciendi Luceio. Id enim & Pomp. gratum fore & beneficium collatum iri bene in uiro grato. Ipsi, Luceio. Tuæ cõ. gratia, ut uideris esse uir cõstans. Deinceps, postea. Cumulari, abunde impleri. Pueris, seruis.

ASCEN. IOQVAE fecisti &c. Gratum sibi dicit quòd C. Culeolus, Luceium ad quem lib. v. scripsit epistolam Coram me tecum &c. liberaliter tractauerat dicens. Ego uolo te scire plane cõmendasse, id est ad cõmodum impendisse, homini gratissimo sup. ea quæ fecisti causa Lucii Lucei. & tum. i. pariter ea quæ fecisti sunt pergrata ipsi, tum Põpeius. s. magnus quotiensçunq; uidet me, uidet autem sæpissime, agit tibi gratias singulares. Addo etiam illud, quod scio certo gratissimũ esse tibi, me ipsum affici maxima uoluptate, ex dignitate tua. i. propter benignitatẽ tuam erga Luceiũ. Quod superest. i.

quod reliquum est,quanquam non est dubium mihi, quin cum antea,causa nostra, nũc iam.i.deinceps etiã gratia constantiæ tuæ sis mansurus in eadem ipsa liberalitate,tamen peto abs te uehementer etiam, ut uelis augeri.i.perduci ad exitum & cumulari.i.multiplicari per te,ea quę ostendisti initio.s.te factũrũ,deinde quę fecisti. Ego confirmo & spõdeo id &.i.simul fore ualde gratum Luceio & Pompeio,& te positurum.i.locaturum apud eos præclare,quia apud gratissimos.Ego perscripserã ad te diligenter paucis diebus ante.s.quã has scriberem, de republi. & de iis negociis & cogitationibus nostris,& dederam eas literas pueris.i.seruis tuis,unde non est opus nunc scribere. Vale.

HVBER. Vcius Luceius.cum L.Luceius ab eo quẽ scribit haberet in prouincia Luce,quandam causam pecuniariam aduersus bellionesquosdam nominatos, licet belliones dixisset se satisfacturos L. arbitratu & iudicio Põp.tamen rogat Ci.hunc,ad quẽ scribit ut interponat authoritatẽ suã.id faciant quod se facturos promiserãt procuratoribus eius,quos miserat propter eam causam. In quibusdã codicibus inuenio iuscriptionẽ epistolæ huius esse Culeolo quod magis probo. Quam.g.exi. quasi dicat multo gratiorem,est cum interrogatione legendum. Arbitratu,iudicio uoluntate.

ASCEN. ❡LVCIVS &c. Luceium commendat,dicens. Lucius Luceius familiarissimus meus,& sup. homo gratissimus omniũ egit tibi apud me,id est me audiente, gratias mirificas,dicebat te pollicitum esse cumulatissime & liberalissime,ꝓcuratoribus suis omnia,scilicet quæ petebãt.Cum oratio,id est pollicitatio tua,fuerit tam grata ei quam, id est quantum gratam existimes rem ipsam fore,cum feceris omnino,ut spero, scilicet te facturum,ea quę pollicitus es,quasi dicat certum esse ꝙ gratissimum. Belliones.s.debitores sic uocati ostenderunt sese satisfacturos Luceio,arbitratu Pompeii. Sed opus sup.est nobis uehementer, & uoluntatem & authoritatem,& imperiũ tuum accedere,id est adire.Vero simile est non esse Lucium Luceium,ad quem scribat,cum etiam si alter eius nominis fuisset,non tacuisset Cicero de nominis saltẽ cõmunicatione, quocirca malui ad eum ad quẽ superior scripta est datã dicere. Quod ut facias.i. authoritatẽ & imperiũ tuum addas, rogo te etiam atque etiam.Et illud est gratissimũ mihi ꝙ ita,ex literis quas misisti ad eum, authoritatem aut gratiam nullius hominis ualere plus apud te quam meam. Ego rogo te iterũm & sæpius,ut,scilicet Luceius experiatur,id est experimento cognoscat id. Vale.

*P.V.C. ❡OMNINO ostenderunt Bulliones. Imprẽsi ante meum BELLIONES, mendose habebãt, meus BVLLIONES, ut in antiquis libris recte.Si literam V,pro Y,frequenter ponebant ueteres, ut nonnulli exemplis quoq; cõfirmant,nõ uideo cur priscã scripturã damnent,& ueram lectionẽ uelint esse BYLLIONES. Si Græci suo sermone Bylliones pronunciabant, nihil absurdũ,ac nouũ Ro.homines faciebant, cum Bulliones dicebant: erat hæc ipsorum in Græcis nominibus consuetudo,ut Y, in V, uerterent. Eadem ratione Plinius eosdem populos Bullidenses appellauit.In priscis Terentii Varronis exemplaribus. Subaris & Subaritanus ager pro Sybaris & Sybaritanus scriptum est:in pandectis quoque Florentinis Berutus pro Berytus semper.

HVBER. ET si. cõmendat Gallio procõsuli Ciliciæ L.Oppiũ mercatorẽ negociorũ L. Egnatii, rogatq; ut & ipsum præsentẽ cõmendatũ habeat,& Egnatii negocia tueat,sibi.n.gratissimũ futurũ.des,scribas.Aliqd lit.qb.ostẽdas id ẽe futurũ

ASCEN. ❡ET si &c. Commendat Gallio procõsuli Ciliciæ L.Oppium curatorem negociorum L.Egnatii, rogatque, ut & ipsum Oppium præsentem commendatum habeat,& Egnatii absentis negocium tueatur dicens. Et si spero pluribus rebus fore,id est futurum,ut perspiciam iampridem,me amari à te, tamen ea causa datur nunc tibi in qua possis declarare facile beneuolentiam tuam erga me.Lucius Oppius filius Marci negociatur.i.mercaturam agit Philomeli, in urbe illa phrygiæ maioris in planicie cuiusdam iugi sita,in cuius alhementer etiam atq; etiam peto, vt ea quæ initio ostendisti,de inceps fecisti,ad exitũ augeri & cumulari ꝑ te uelis. Id & Luceio & Pompeio ualde gratum fore, teq; apud eos præclare positurum confirmo & spondeo.De repub.deq; his negociis cogitationibusq; nostris perscripserã ad te diligenter paucis ante diebus,easq; literas dederã pueris tuis. Vale.

M.T.C. Culleolo.Procõ. S.P.D.

Vcius Luceius meus familiarissimus, homo omnium gratissimus,mirificastibi apud me gratiasegit,cum diceret omnia te accumulatissime & liberalissime procuratoribus suis pollicitum esse.Cum oratio tua tam ei grata fuerit, quàm gratã rem ipsam existimas fore,cum,vt spero, quæ pollicitus es feceris? *omninõ. Ostenderunt Bulliones sese Luceio Pompeii arbitratu satisfacturos. sed uehementer opus est nobis,& voluntatem,& authoritatẽ,& imperium tuũ accedere. Quod vt facias, te etiã atq; etiam rogo.Illud mihi gratissimũ est, ꝙ ita sciunt Luceii ꝓcuratores, & ita Luceius ipse ex literis tuis,quas ad eũ misisti, intellexit:hominis nullius apud te authoritatẽ aut gratiã valere plus, q̃ meã. Id vt re experiatur,iterũ & sæpius te rogo. Vale.

M.T.C. Qu.Gallio. S.P.D.

ET si plurimis rebus spero fore vt perspiciam, quod tamẽ iampridẽ perspicio, me à te amari: tamen ea causa tibi da tur, in qua facilè declarare possis tuam erga me beneuolentiã. L. Oppius Marci F. Philomeli negociatur, homo mihi familiaris:eum tibi vnicè cõmendo.eóq; magis, ꝙ cum ipsum diligo tum ꝙ negocia ꝓcurat Lu. Egnatii Rufi:quo ego vno equite Ro.familiarissime vtor,& qui cõsuetudine cotidiana,tum officiis plurimis maximisq; mihi cõiunctus est. Oppiũ igitur præsentẽ vt diligas,Egnatii absentis rẽ vt tueare,æque à te peto ac si mea negocia essent. Veli memoriæ tuæ causa des literarum aliquid, quæ tibi in ꝓuincia reddantur:sed ita cõscribas, vt tum, cũ eas leges, facile recordari possis huius meæ cõmendationis diligentiã. Hoc vehemẽter etiàm atque etiam rogo. Vale.

dari facile diligentiam huius commendationis meæ tum,id est tunc cum leges eas, scilicet in prouincia. Ego rogo te uehementer etiam atque etiam hoc, scilicet ut id facias. Vale.

M.T.C. Qu.Gallio.S.P.D.

HVBER. ET si ex tuis. Eodem argumento, quo in præcedenti epistola cõmendauit Gallio eundem Oppium, quem superiùs commendauit, & negocia Egnatii.

ASCEN. ❡ET si &c. Cõmendat rursus eundem eidem dicẽs. Et si cognoui ex literis tuis,& ex literis Lucii Oppii familiarissimi mei,te fuisse memorem commendationis meæ & ego sum minimè admiratus id,pro summa beneuolentia tua erga me, & pro necessitudine nostra hoc est quia id beneuolentia tua in me & necessitudo mea mutua exigebat,tamen ego commẽdo tibi etiam atque etiam Lucium Oppium præsentem, & negocia Lucii Egnatii familiarissimi mei,absentis,scilicet à ꝓuincia tua. Tanta necessitudo & familiaritas est mihi cum eo,ut nõ laborarẽ,id est contenderẽ,magis,id est ualidius aut abundantius. Quapropter tu feceris mihi gratissimum, si curaris pro curaueris,ut is,scilicet. Egnatius intelligat me amari à te tantũ.i. tam multũ aut tã impense,quantũ ipse.i.ego existimo.s.me amari à te. Tu nihil potes facere mihi gratius hoc,id est quã hoc & rogo te uehementer ut facias id. Vale.

M.T.C. Apuleio Proqueſt. S.P.D.

LVcio Egnatio vno equite Ro.vel familiarissimè vtor. Eius Anchialum seruum negociaq; quæ habet in Asia, tibi cõmendo non minore studio quàm si rem meã cõmendarẽ. Sic enim existimes velim,mihi cum eo nõ modo cotidianam cõsuetudinem summã intercedere, sed etiã officia magna & mutua nostra inter nos esse.Quamobrẽ etiam atq; etiã à te peto, vt cures,vt is intelligat me ad te satis diligenter scripsisse. Nam de tua erga me voluntate non dubitãbat. Id vt facias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

M.T.C. Apuleio Proquæſt. S.P.D.

LVcius Hostius Zoilus est cohæres meus, hæres autem patroni sui: ea re vtrunq; scripsi,vt & mihi cum illo causam tera parte est Anthiochia,ut docet Stra. lib.xii. homo familiaris mihi.Ego commendo tibi eum unice, id est singulariter, & eo magis quòd cum, scilicet ita sit ꝙ diligo ipsum, tum quòd procurat negocia Lucii Egnatii Rufi,quo equite Romano ego utor,scilicet solo familiarissime,& qui coniunctus est mihi tum consuetudine quotidiana, tum maximis & plurimis officiis. Igitur ego peto æque, id est æquãliter à te acsi essent negocia mea,ut diligas Oppium præsentem,scilicet tibi in prouincia,& tueare,id est protegas rem, id est diuitias & negotia Egnatii absentis. Ego uelim sup. ut des, scilicet mihi & Egnatio, aliquid literarum causa memoriæ tuæ,scilicet per eas conseruandæ,quæ,scilicet literæ reddantur tibi in prouincia, hæc igitur ad eum scripserat Cice. cum iam profecturus esset, sed sup. ut conscribas, scilicet literas ita ut possis recor-

HVBER. LVCIO Egnatio. Cõmendat Ci. Apuleio proquæstori in Asia libertum Egnatii & eius negocia quæ habebat in Asia, expositis causis commendationis.

ASCEN. ❡LVCIO &c. Cõmendat Egnatium equitem Romanum,dicens. Ego utor uel, id est etiam familiarissimè uno, id est solo Lucio Egnatio, equite Romano ego commendo tibi Anchialum seruum eius,& negocia,quæ habet in Asia,non minore studio quam si cõmendarem, scilicet tibi rem meam. Velim enim sup. ut existimes sic,non modo quotidianam consuetudinem intercedere,id est cõmunem esse & coniunctionẽ facere mihi cum eo.sed etiam officia magna & mutua nostra esse inter nos. Quamobrem ego peto à te etiã atque etiam,ut cures,ut is, scilicet Egnatius, intelligat me scripsisse ad te satis diligenter. Nam ipse non dubitat de uoluntate,ideſt beneuolentia tua erga me,& ita si non senserit præsidium abs te, putarit à me non satis diligenter petitum. Ego rogo te etiam atque etiã sup.ut facias id. Vale.

HVBER. LVcius Hostius institutus fuerat hæres Cice. ex parte à quodam liberto suocui partem hæreditatis reliquerat. Cice. hunc libertum cohæredem suum Apuleio commendat. Vtrunque illum esse cohæredem meum & hæredem patroni sui. Ornatus,cum factus est hæres.

ASCEN. ❡LVCIVS &c. Diligenter cõmendat cohæredem suum dicens

suum dicens Lucius Hostius Zoilus.s. cognomẽto est cohæres meus.i.mecũ hæres, hæres autẽ patroni sui.s. Lucii Hostii, nam liberalitate donati patronorũ accipiebant nomina. Ego scripsi utrunq;.s. & cohæredẽ mihi esse,& patroni sui.ea re.i.propterea, ut &.i.pariter,scires mihi causam amicitiæ cũ illo esse, quia cohæredes inter se amare debẽt,uñ nobis magna necessitas amandi Christi indita,& cuius & per quẽ cohæredes dei patris facti sumus. Et.i. pariter existimares.i. iudicares sup.eum hominem probum qui ornatus esset iudicio patroni,ut ab eo hæres sit scriptus. Igitur ego cõmendo tibi eum sic,ut,id est tanquam, unquam ex nostra domo. Erit mihi ualde gratum si curaris pro curaueris, ut intelligat hanc commendationem fuisse sibi magno adiumento apud te. Vale.

HVBER. QVID ego. Cic.dum dissimulat se cõmendare Egnatium Silio multo magis cõmendationẽ iam oppressa repu.factam ostendit. Verumetiam a.hic sicut & alio loco ostẽdit maiorem esse uim amandi quã diligendi. Illa no.scilicet ociosa,& facета,quibus uti solebamus. Ceciderunt,amissa sunt calamitate pub. Vulgari,qua etiam uulgus utitur.Quid si hoc melius, hoc dici solet ubi nulla apparet ratio facti sicut etiam illud sic uisum superis.

PHI. QVid ego tibi, commendat Egnatium quodãmodo dissimulanter non eodem ordine,quo cæteros. Addidit in calce quædam de seipso. Quod ego ti. Simile prope modum & illud Martia. Peccat qui cõmendandum se putat esse suis. Non diligi solum,uerumetiam amari,ut ad M.Brutum, Clodius Tribun. pleb. designatus ualde me diligit, uel ut ὑμφατικοτέρως, quasi dicat plus quàm dici possit ualdè me amat. Illa nostra,puta iocosa & familiaria. Etiam atque etiam rogo,quod Brutus dicit rogo, & quidem ualde rogo, eodem dicendi genere utitur in ualeo,ut etiam atque etiam uale. Ceciderunt,calamitate temporum amisimus. Quid sit hoc melius.Quando nullam afferre possumus facti rationem huiusmodi utimur oratione.Quale est etiam illud apud Virgilium. Postquam res Asiæ Priamique euertere gentem Immeritam,uisum superis.

ASCEN. QVID &c. Eundem quodammodo dissimulanter commendat,dicens. Quid, id est ad quid, ego cõmendem tibi eum quem tu diligis,quasi dicat frustra.Sed tamen ut scires eum, loquitur de Egnatio, nõ solùm diligi,uerum etiam amari,quod plus est à me,ego scribo tibi hæc ob eam rem. Gratissimum omnium officiorũ tuorum quæ sunt & multa & magna,fuerit mihi,si tractaris pro tractaueris Egnatium,ita ut sentiat & se amari à me,& me amari à te. Ego rogo te hoc uehementer etiam atque etiam. Scilicet, id est scire licet cur sic præter. Illa nostra quibus in foro nuper præstabamus,ceciderunt. Vtamur igitur consolatione uulgari,ut,scilicet uelimus id quod possumus.Quid sup.dicas si hoc meli⁹? uoluit aliquid dicere,sed reticuit subdens.Sed hæc sup. dicam coram.Tu fac quod facis ut ames me,& scias te amari à me. Vale.

M.T.C. Silio. S.P.D.

QVid ego tibi cõmẽdem eum quem tu ipse diligis? Sed tamen vt scires eum â me non diligi solum,verumetiã amari,ob eam rem tibi hæc scribo. Omniũ tuorũ officiorũ,quæ & multa & magna sunt, mihi gratissimũ fuerit, si ita tractãris Egnatiũ, vt sentiat & se à me, & me à te amari. Hoc te vehementer etiã atque etiam rogo. Illa nostra scilicet ceciderunt: vtamur igitur vulgari consolatione, Quid si hoc melius? Sed hæc coram. Tu fac quod facis,vt me ames, teque amari à me scias. Vale.

HVBER. OMNIS. Sextilio Rufo quæstori in Cypro cõmendat Cice. generaliter omnes Cypros, sed separatim Paphios,quod ei honori cessurum dicit,si instituerit quæ alii imitentur,in quo hortatur eum,ut sequatur legem. P. Lentuli proconsulis ipsius Cypri, ut dixit in prim. lib. ad P. Lentulum qui Cyprum Cyliciamque teneas &c. Paphios. cines Paphi. Est enim Paphos ciuitas Cypri, in qua maxime colitur Venus, unde & Paphia dicitur.Hora.O Venus regina gnidi paphique,est autem authore Ptolomæo, & noua,& uetus paphos.

M.T.C. Sextilio Rufo.Quæst.S.P.D.

OMneis tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu quæcunque cõmodaris,erunt mihi gratissima. Eõque facio libentiùs vt eos tibi cõmendẽ,quòd & tuæ laudi, cuius ego fautor sum,cõducere arbitror, cum prim⁹ in eam insulam Quæstor veneris: ea te instituere,quæ sequantur alii.Quæ vt spero, faciliùs cõsequere, si & Pub. Lentuli necessarii tui legem, & ea quæ à me cõstituta sunt, sequi volueris. Quam rem tibi cõfido magnæ laudi fore. Vale.

ASCEN. OMNES &c. cõmendat quæstori omneis Cyprios, dicens. Ego cõmendo tibi omnes Cyprios,sed magis sup.quàm ceteros Paphios,id id est Paphi.ciues,quibus quæcunque tu commendaris,id est impartiueris, erunt mihi gratissima, & facio eo,id est propterea libentiùs ut commendẽ tibi eos, hoc est ideo eos tibi libentius commendo,φ arbitror &,id est etiam, conducere, id est prodesse tuæ laudi, cuius ego sum fautor. Ergo fautor ẽtiam genitiuum regit.cum primũ ueneris in eam insulã,hoc est in Cyprum quæstor,id est tanquã quæstor te instituere.i.ut debent à principio ordinare ea quæ alii sequãtur.i.sequi debeant.Quæ,ut spero,tu cõsequere.i.obtinebis penul. longa facilius,

longa facilius,si uolueris sequi legem Publii Lentuli necessarii tui, ad quem agentẽ in Cilicia cui Cyprus annexa est,sunt epistolæ.i.lib.& ea quę constituta sunt à me nam & ipse in Cilicia imperator fuerat. Quam rem.i.ea sequi,ego confido fore tibi magnæ laudi,quum etiam Lentulo & Ciceroni laudi fuerit. Vale.

M.T.C. Curio Proconſ. S.P.D.

QVintus Pompeius Sexti filius multis & veteribus causis necessitudinis mihi coniunctus est. Is cùm antea meis commendationibus & rẽ, & gratiam, & authoritatem suam tueri cõsuerit, nunc profecto te prouinciam obtinente meis literis adsequi debet, vt nemini se intelligat commendatiorem vnquam fuisse. Quamobrem à te maiorem in modum peto, vt cùm omneis meos æquè ac tuos, obseruare pro necessitudine nostra debeas,hunc in primis ita in tuam fidẽ recipias,vt ipse intelligat,nullam rem sibi maiori vsui aut ornamẽto quàm meam cõmendationem,esse potuisse. Vale.

HVBER. POmpeius.Curio Græciæ præsidenti,ut lib.vii. uidimus,cõmendat Cic.Quin.Pomp.ea diligentia qua alios sibi amicissimos cõmendari solitos uidimus. Prouinciam. Græciam.

ASCEN. QVintus.&c. Cõmendat Quintum Pompeium Sexti filium,dicens.Quintus Pompeius filius Sexti, scilicet Pompeii coniunctus est mihi, multis & ueterib⁹ causis necessitudinis.i.amicitiæ necessario conseruandæ.Iam sexcẽties fere exposita sunt uocabula, sed quia forte in unum epistolium incidet qui alias non legerit, cogor rem unam sæpius exponere,is cum consuerit.i.cõsueuerit,dicitur enim utrunque & sueui & suetus sum,tueri.i.protegere, & rem.i. diuitias & gratiam & authoritatem,cõmendationibus meis,debet nũc profecto te obtinente, prouinciam.i. dum tu obtines prouinciam,assequi.i.nancisci, literis meis.i. per literas meas, ut intelligat se nemini fuisse unquam cõmendatiorem.i. magis cõmẽdatum quàm tibi uidetur hoc loco passiue capi & temporis præteriti rationem seruare, ita ut participia interdum cõparatiua putes.Quamobrem ego peto à te in modum maiorem, ut cum debeas obseruare.i.colere & ut dicunt iupportare,omnes meos, scilicet familiares & amicos,æque.i.æqualiter,ac.i.sicut tuos,pro nostra necessitudine.i.propter necessitudinem,hoc est necessariam coniunctionem & amicitiam nostram recipias hunc,scilicet Quintum Pompeium,in primis,id est inter primos,aut præcipuè in fidem,id est fidelẽ protectionem & confirmationem tuam,ita ut ipse intelligat nullam rem potuisse esse sibi maiori usui,id est utilitati,aut ornamento,id est decori quantum ad bonum honestum quam commendationem meam. Vale.

M.T.C. Aristo vel Cæ.ædili. S.P.D.

MArco Fabio viro optimo & homine doctissimo familiarissime vtor mirificéq; eum diligo: tùm propter summũ ingeniũ eius,summamq; doctrinam, tum ꝓpter singularem modestiã. Eius negocium sic velim suscipias, vt si esset res mea. Noui ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet qui nostra opera vti velit,sed in hoc homine nullam accipio accusationem, omnia relinquis si me amabis,cum tua opera Fabius vti volet à te ego res Ro.vehementer expecto & desidero. In primisque quid agas cupio. Nã iamdiù propter hyemis magnitudinẽ nihil ad nos noui afferebatur.

HVBER. SVmpsi.non indiget argumẽto hæc epistola, quę textu ipso satis patet,sic & sequens de quibus nihil aliud est declarandum.

ASCEN. SVmpsi &c.Commendat Mar.Curium Patris negociantem ꝑprime diligenter,aut Aristo. proconsuli,aut Cælio,ut quidam textus habent. Ordo est. Ego sumpsi, id est assumpsi & quasi arrogani hoc mihi pro obseruantia tua,in,id est erga me hoc est propter eam,in dictis & factis tuis ne me lædas custodiam, ex ueneratione quadam procedentẽ quam perspexi,id est percepi penitùs quandiu fuimus Brundusii, sumpsi inquam ut scriberem ad te familiariter, & quasi pro iure meo,si qua,idest si aliqua res est,de qua laborarem ualdè, id est pro qua uellem multos subire labores,aut multùm timerem. Mar.Curius qui negociatur,id est mercimonia agit Patris in ea urbe Achaię est mihi familiaris ita ut nihil possit esse coniunctius. Multa sup.sunt officia,ideſt ex debito benefacta,illius in me, & multa quoque sunt sup. officia mea in illum & quod maximum est,scilicet uinculum coniunctionis summus & mutuus amor est inter nos. Quæ cum sint ita,si habes ullam spem in amicitia mea,si uis efficere ea officia & studia quæ cõtulisti Brundusii in me etiam gratiora mihi,scilicet quàm nunc sint,quanquã sunt gratissima si uides me amari à tuis omnibus da atque largire mihi hoc,ut conserues Mar.Curium,sartum & tectum,ut aiunt, id est ut in uetere prouerbio ex uillarum locatione sumpto,qui sic locare solemus, ut conductor eas sartas, id est omnibus partibus suis conseruatas,& clausas,ac tectas à fœuitia cęli cõseruet, alioqui locatori id præstandum esset, exponit autem Ci.subdens, ut sup. conserues eum sincerum & integrum ab omni incommodo, detrimento & molestia. Et ipse,id est egomet spondeo & omnes tui recipient, id est promittent hoc tibi pro me,te esse capturum ex mea amicitia,& ex officio tuo in me maximum fructũ & summam uoluptatem. Vale.

M.T.C. Aristo.Proconſ. S.P.D.

SVmpsi hoc mihi pro tua in me obseruantia,quam penit⁹ perspexi, quandiù Brundusii fuimus, vt ad te familiariter,& quasi pro meo iure scriberem,si quæ res esset,de qua valdè laborarẽ.M.Curi⁹ qui Patris negociatur,ita mi-

hi familiaris est vt nihil possit esse cõiunctius. Multa illius in me officia, multa in illũ mea quoque: maximum est, summus inter nos amor & mutuus. Quæ cum ita sint, si vllam in amicitia mea spem habes: si ea quæ in me officia & studia Brundusii contulisti, vis mihi etiam gratiora efficere, quanquam sunt gratissima: si me à tuis omnibus amari vides, hoc mihi da atque largire, vt Marcum Curium sartum & tectum, vt aiunt, ab omnique incommodo, detrimento, molestia syncerum integrúmque conserues. Et ipse spondeo, & omnes hoc tibi tui pro me recipient, ex mea amicitia, & ex tuo in me officio maximum te fructum summámque voluptatem esse capturum. Vale.

ASCEN. Ordo 1

PVblium commendat dicens. Ego cõmendo tibi P. Messienum, equitem Ro. ornatum omnibus rebus & perfamiliarem, id est ualdè familiarem meum, ea cõmendatione quæ potest esse diligentissima. Peto à te & pro nostra & pro paterna amicitia, ut recipias eum in fidem, id est fidelem protectionẽ tuã, & ut tueare, id est protegas rem & famam eius. Tu adiunxeris tibi uirum bonum & dignum amicitia tua, & feceris mihi gratissimum. Vale.

commendatoria.

M. T. C. Cælio. S. D. EP. 52.

PVblium Messienum Equitem Romanũ reb⁹ omnibus ornatũ, meúmque familiarem tibi commendo ea commendatione quæ potest esse diligentissima. Peto à te & pro nostra, & pro paterna amicitia, vt eum in tuam fidem recipias, eiúsque rem famámque tueare. Virum bonum, tuáque amicitia dignum tibi adiunxeris, mihíque gratissimum feceris. Vale.

HVBER. Melitensis

AVlus Licinius. Licinium Melitensem, Pompeianorum partium studiosissimum Regi cõmendat. Melitensis ex melita insula Ciliciæ, quæ autore Pomponio Africã uersus est, & Strabo dicit eam imminere pachino, de qua Catelli portãtur, quos Melitæos uocant, de hac Ouid. lib. iii. fastorum. Fertilis est Melitæ sterili uicina cosuræ, Insula quam libyci uerberat unda freti. Nobiscum contra Cæsarem. In causa, bellorum ciuilium.

ASCEN. Melite

AVLVS &c. Commendat Regi Aulum Licinium Melitensem hospitem suum, qui Pompeianarum partium studiosus fuerat, sed reconciliatus Cæsari. uerum quia eo nomine eum commendat quòd Pompeianus esset, ne literæ forte deprehensæ officiant ei ad quem scribit credo non nominatum à Cicerone, sed nomine regis tantum significatum. Reges enim diuites omnes & præcipuè principes olim uocabant ueteres. Melite insula est Ciliciæ autore Pomponio Africam uersus. Et Strabo dicit eam imminere pachino, unde Catelli Melite asportabantur, de qua Ouid. fast. lib. iii. Fertilis est Melitæ sterili uicina cosuræ, Insula quam libyci uerberat unda freti. Ordo est. Aulus Licinius Aristoteles cognomento Melitensis patria, est hospes meus antiquissimus, & præterea, id est præter eam cõiunctionem cõiunctus, scilicet mihi magno usu familiaritatis. i. magna consuetudine. Cum hæc sint ita, non dubito quin sit satis commendatus tibi. Etenim ego cognosco ex multis cõmendationem meam ualere plurimum apud te. Ego liberaui hunc à Cæsare. i. à persecutione Cæsa. hoc est reconciliaui eum. Fuerat enim nobiscum. i. in partibus Pompeianis frequens. i. negocioſus & diligens atque moratus est in causa, id est ut dicunt in querela Pompeiana, diutius, scilicet quàm nos, quia etiam post mortem Pompeii, quo, id est propter quod, ego arbitror, sup. te existimaturum de eo melius. Igitur ò mi rex fac ut intelligat has literas profuisse sibi plurimum.

Vale.

Cicero Regi. S. D. EP. 53.

AVlus Licinius Aristoteles Melitensis antiquissimus est hospes meus, & præterea cõiunctus magno usu familiaritatis. Hæc cum ita sint, non dubito quin tibi satis cõmendatus sit. Etenim ex multis cognosco meã cõmendationem plurimum apud te valere. Hunc ego à Cæsare liberaui. Frequens enim fuerat nobiscum, atq; etiam diutius in causa est, quàm nos cõmorat⁹, quo melius te de eo existimaturũ arbitror. Facigitur mi Rex, vt intelligat has sibi literas plurimum profuisse. Vale.

HVBER. Dioceſis Heleſpontus Phrygia

LVCIO Gemicilio. Thermo prætori in Syria cõmendat Gemicilium quem dicit nihil esse petiturum nisi quod & se & Thermo dignum sit. Nihil abs te, sic Hora. epistolis. Vtere Pomp. Grospho & si quid petet ultro, defer, nihil Grosphus nisi uerũ orabit & æquum Διοίκησιν diocesin, id est iurisdictionem. Heleſponto, Heleſpontus in Phrygia est, ab Helle sorore phryxi dicto. Phrygia autem regio dicta est Asiæ maioris quæ Phrygia etiam Troas dicitur.

ASCEN.

LVCIO &c. Thermo prætori in Syria cõmendat Gemicilium quem dicit nihil petiturũ nisi quod se & Thermo dignum sit, quo nomine Horatius, etiã aut etiam

aut etiam suis moribus, postulabit. Præcipue autem tibi commendo negotia eius, quæ sunt in Helleſponto. primum, vt obtineat idiuris in agris, quod ei Patriana ciuitas decreuit & dedit, & quod semper obtinuit sine ulla controuersia. deinde, si quid habebit cum aliquo Helleſpontio controuersiæ, vt in illam Διοίκησιν reiicias. Sed non mihi videor, cum tibi totum hominem diligentissime commendarim, singulas ad te eius causas perscribere debere. Summa illa sit: quicquid officii, beneficii, honoris in Gemicilium conteleris, id te existimabo in meipsum atque in rem meam contulisse. Vale.

M. T. C. Qu. Thermo Propræ. S. D. EP. 55.

gratiarum actoria. & commendatoria.

VIm mihi multa grata sunt, quæ tu adductus mea commendatione fecisti: tùm in primis, quòd M. Marcilii amici atque interpretis mei filium liberalissime tractauisti. Venit enim Laodiceam, & tibi apud me mihique propter te gratias máximas egit. Quare quod reliquum est, à te peto, quùm apud gratos homines beneficium ponis, vt eo libẽtius his commodes: operamque des, quoad fides tua patietur, vt socrus adolescentis rea ne fiat. Ego cum ante studioſe commendãbam Marcilium, tùm multo nunc mendãbam Marcilium, tùm multo nunc studioſius, quòd in longa apparitione singularem, & prope incredibilem patris Marcilii fidem, abstinentiam, modestiãque cognoui. Vale.

HVBER. Reus

GVm multa. Primum ostendit Cic. sibi gratũ esse quod fecerit Thermus pro M. Marcilio. Deinde eum rogat, ut det operam, ne socrus Mar. rea fiat, & ne ipsa in iudicium deducatur. Reus enim dicitur quicunque in lite deducitur, etiam si nihil admiserit.

ASCEN. Ordo 1

Vm mihi &c. Primum ostendit sibi gratum esse quod fecerat Thermus pro M. Marcilio, deinde rogat, ut det operam ne socrus Marci. rea fiat. Ordo est. Cũ multa sint grata mihi, quæ tu feciſti adductus commendatione mea. i. per me facta, tùm in primis sup. gratum est, non sit, unde secũdum Vallam, qui uult cum & tùm indicatiuum postulare legendum esset, cum mihi multa grata sunt & c. φ tractauisti liberalissime M. Marcilium filium amici mei, atque interpretis forte lingua gilicum, aut interceſſores, quia per interpretem res agere magni uiri solent. sed eũ constet deprecatoris illic eguisse, Ci. dicam linguæ alienæ expositorem fuisse, Et per regulam seruianam eo nomine, quo filium uocatum, enim. i. quia M. Marci. uenit Laodiceam quæ urbs est in prouincia Ciliciæ, & egit mihi maximas gratias propter te. i. ob beneficiũ tuũ, quare ego peto à te, quod reliquum est. i. quod restat adhuc, quando. i. quandoquidem, aut quoniam tu ponis. i. collocas beneficiũ apud homines gratos, ut commendes. i. profis & commodum facias iis eo. i. tanto libentius, & sup. des operam, quo ad fides scilicet tua patietur. Fidem ut dixi, hic eam intelligit quæ est fundamentum iustitiæ qua ea, quæ decenter promisimus fideliter seruamus, unde ad fidem iudicum pertinet nemini iniuriam facere dum alicui commodum facit, ut socrus. i. mater uxoris aduleſcentis. s. Marcilii ne. i. non fiat rea. i. non uocetur in iudicium, nam reus dicitur quicunque cogitur causam dicere & se defendere etiam si culpâ uacet, non autem esset iudicis eam quæ sons esset facere ut insons sit, licet ignoscere possit, ego cum commendabam, ergo prius legam cum multa sunt antea M. studioſe, tum supplecommendo eum nunc multo studioſius, φ cognoui in longa apparitione. i. obsequio quasi apparitoris, singularem, & prope. i. quasi incredibilem fidem. i. fidelitatem, abstinentiam, modestiam Marcilii patris. i. senioris.

Vale.

ET si

HVBER.

M T. C. Qu. Thermo propræ. S. D.

ET si mihi videor intellexisse, cum te cum Ephesi de re M. Anneii legati mei locutus sum, te ipsius causa vehementer omnia velle: tamen & M. Anneium tanti facio, vt mihi nihil putem prætermittendum quod illius interfit: & me à te tanti fieri puto, vt non dubitem quin ad tuâ voluntatem magnus cumulus accedat commendationis meæ. Nam cum iamdiu diligerẽ M. Anneium, deque eo sic existimarem, vt res declarat, quòd vltro ei detulerim legationem, cum multis petentibus denegassem: tum verò posteaquam mecũ in bello atque in re militari fuit tantá in eo virtutem, prudentiam, fidem, tantamque erga me beneuolentiam cognoui, vt hominẽ nemine pluris faciam. Eum cum Sardianis habere controuersiá scis: causam tibi exposuimus Ephesi: quam tu tamen coram facilius meliùsque cognosces. De reliquo mihi mehercule diu dubium fuit quid ad te potissimum scriberem. Ius enī quemadmodum dicas, clarum, & magna cum tua laude, notum est. Nobis autem in hac causa nihil aliud opus est, nisi te ius instituto tuo dicere. Sed tamen cum me non fugiat quanta sit in Prætore autoritas, præsertim ista integritate, grauitate, clementia, qua te esse inter omneis constat: peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimisque officiis páribus ac mutuis, vt voluntate, autotitate, studio tuo perficias vt M. Anneius intelligat te & sibi amicum esse, quod non dubitat (sæpe enim mecum locutus est) & multo amiciorem his meis literis esse factum. In tuo toto imperio atque prouincia nihil est quod mi gratius facere possis. Iam apud ipsum gratissimum hominem atque optimum virum quàm bene positurus sis studium tuum atque officium, dubitare te non existimo.

Sardianus

ET si mihi &c. Diligentissime commendat Thermo M. Annei, legati sui negocia, de quo dicit se locutum esse cum Thermo cũ essent Ephesi. Ordo est. Et si uideor mihi intellexisse cum locutus sum tecũ Ephesi, quæ ciuitas est Asiæ, de re Mar. Annei legati mei te uelle uehemẽter omnia causa ipsius, tamen ego facio. i. æstimo tanti M. Anneum, ut nihil putem prætermittendum mihi, quod interfit. i. in re & utilitate sit illius, & puto me fieri. i. æstimari â te tanti, ut non dubitem quin magnus cumulus cõmẽdationis meæ. i. qui sit commendationis meæ, malim tamẽ legere commendatione mea. i. propter cõmendationem meam, accedat. i. addatur ad uoluptatem tuam. Nam cum diligerem diù. i. per multos dies M. Anneium, & existimarem. i. iudicarem de eo sicut res declarat, ꝙ detulerim. i. obtulerim ei ultro. i. non requisitus, legationem. i. ut esset mihi legatus in Cilicia, cum denegassem sup. eam multis iam petentibus. s. eam, tum nero. i. præcipue posteaq̃ fuit mecum in bello atque in re militari, cognoui in eo tantam uirtutem. i. fortitudinem, prudentiam. fidem & tantam beneuolentiam erga me, ut neminẽ. i. nullum hominem faciam pluris. s. quàm eum. Tu scis eum habere controuersiam cum Sardianis. i. ciuibus Sardiæ ciuitatis in prouincia Cilicia: nos exposuimus tibi causam Ephesi. i. cum illic essemus, quam tamẽ tu cognosces facilius & melius coram. i. quando ueneris in tẽ præsentem aut litigatores audieris. mehercule dubium fuit diu, quid scriberẽ de reliquo. i. de eo, quod restat potissimum ad te. Enim. i. quia ius sup. eius quemadmodum dicis est clarum. i. euidens, & notũ est. s. tibi, cum magna laude tua, quia iurisperitus euã sit. Nihil autem aliud opus est nobis in hac causa, nisi te dicere. i. ut dicas ius. i. iudices, instituto. i. more tuo. Sed tamen cum non fugiat. i. lateat me, quanta autoritas sit in prætore, præsertim ista integritate. i. qui prætor sit istiusmodi integritate, grauitate, clemẽtia, qua constat te esse inter omnes. Peto abs te pro necessitudine nostra coniunctissima. i. arctissima, & officiis plurimis, paribus ac mutuis scilicet inter nos, ut perficias uoluntate, autoritate, studio tuo, ut M. Anneius intelligat te. Et. i. simul, amicum esse sibi, quod non dubitat: locutus est enim sæpe mecum. s. hoc asserendo, & esse factum amicorum multo scilicet quàm fueras his literis meis. Nihil est quod possis facere mihi gratiùs in toto imperio tuo atque prouincia. i. tantisper dum eris in prouincia imperator. Ego non existimo te dubitare iam scilicet ubi cognoscis rem mihi tantopere cordi esse, quam bene positurus. i. locaturus sis, studium atque officium tuũ apud hominem gratissimum atque uirum optimũ. Cum uir à uirtute dicatur, frequens illi epitheton est bonus aut optimus. Vale.

Ordo.

Ephesus

HVBER.

CAius Cluuius. Negocium Cluuii Puteolani ita commẽdat Thermo, ut dicat ipsum Cluium de eo desperare, nisi id cõfecerit Thermo prouinciam obtinente: exponit Cice. quid sit in

M. T. C. Qu. Thermo Prop. S. P. D.

CAius Cluui⁹ Puteolanus valdè me obseruat, valdeq; est mihi familiaris. Is ita sibi persuadet: quod in tua prouincia negotii habeat, nisi te prouinciam obtinente meis commendationibus confecerit, id se in perditis & desperatis habiturum. Nunc quum mihi ab amico officiosissimo tantũ oneris imponitur, ego quoque tibi imponá pro tuis in me sũmis officiis: ita tamen vt tibi nolim molestus esse. Mylasęis Alabandeis pecuniam Cluuio debent. Dixerat mihi Euthydemus, cum Ephesi essem, se curaturum vt ecdici Myrasii Romam mitterentur. Id factum nõ est. Legatos audio missos esse: sed malo ecdicos, vt aliquid confici possit. Quare peto à tevt & eos & Alabandeis iubeas ecdicos Romam mittere. Præterea Phylocies Alabãdensis ὑποθήκας Cluuio dedit, eæ commissæ sunt. Velim cures vt aut de hypothecis decedat, easque procuratoribus Cluuii tradat: aut pecuniam soluat. Præterea Heracleotæ Bargilętæ, qui itẽ debent, aut pecuniam soluant, aut fructibus suis satisfaciant. Caunii præterea debent: sed aiunt se depositam pecuniá habuisse. Id velim cognoscas: & si intellexeris eos neque ex edicto, neque ex decreto depositam habuisse, des operam vt vsuræ Cluuio, instituto tuo conseruentur. His de reb⁹ eo magis laboro, quòd agitur res Cn. Põpeii etiã nostri necessarii: & quòd is magis etiam mihi laborare videtur, quàm ipse Cluuius, cui satis factum esse à nobis valdè volo. His de rebus te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

eo negocio, & quid agendum putet. Puteolanus, ex Puteolis oppido Campaniæ. Desperatis, sine spe.

Milasia, Milasia & Alabanda ciuitates sunt, authore Ptolomeo Lydiæ Mæoniæ. Eodici, findici defensores. ὑποθήκας, Hypothecas, quæ sunt obligationes bonorum immobilium, sicut contra pignora bonorum mobilium: sunt autem termini iuris.

Milasia
Alabanda
Eodici
Hypotheca

Heracleotæ, ciues Heracleę. Heraclea autem & Barcilia authore Strab. ciuitates sunt Cariæ. Caunii, qui incolunt Caunum oppidum Cariæ ualetudine habitantium in fame à Cauno fratre Biblidis cognominatum. Ex edicto. prætorio. Decreto. senatus. Vsuræ. utilitati. Is. s. Pompeius

Heraclea
Barcilia
Caunum

ASCEN.

CAius Cluuius & c. Negocium Cluuii Puteolani commẽdat Thermo, ut dicat ipsum Cluuium de eo desperare nisi id confecerit, Thermo prouinciam obtinente. Exponit autem quid sit in eo negocio & quid agendum putet, ut luce clari⁹ patebit legentibus hoc ordine C. Cluuius Puteolanus scilicet patria, à Puteolis urbe Campaniæ obseruat me ualde, & est ualde familiaris mihi. Is persuadet sibi. i. firmiter credit, se habiturum in perditis & desperatis, id negocii, quod habet ī prouincia tua ni si confecerit. i. absoluerit commendationibus meis. i. ob commendationes meas, te obtinente prouinciam. i. tantisper dum obtinebis prouinciam. Nunc qñ. i. quandoquidem tantum oneris imponitur mihi amico officiosissimo. i. plenisimo officii in me, ego quoque imponam tibi. s. tantum oneris pro summis officiis tuis in me, tamẽ ita sup. imponam, ut nolim esse molestus tibi. Milasii & Alabandenses. i. ciues in Milasia & Alabãda ciuitatibus Lydiæ Mæoniæ debẽt pecuniam Cluuio. Euthydemus dixerat mihi cum essem Ephesi, se curaturum, & Eodici. i. findici defensores, Milasii mitterentur Romam, id non est factum, ego audio legatos. i. oratores missos esse, sed malo Eodicos sup. mitti, ut aliquid possit confici. i. transigi & componi. Quare ego peto à te ut iubeas eos scilicet Milasios, & Alabandenses mittere Romam Eodicos. s. síndicos suos: præterea Philotes Alabãdensis dedit Cluuio hypothecas. i. obligationes bonorum immobilium, hæ scilicet hypothecæ sunt commissæ. i. finitæ, uelim sup. ut cures, ut Philotes aut decedat de hypothecis. i. obligationibns rerum immobilium ut dixi, & tradat eas procuratoribus Cluuii, ne scilicet amplius petantur, aut persoluat pecuniam. s. pro nouis hypothecis, aut pro termini productiõe, Præterea Heracleotæ & Bargilętę. i. ciues Heracletę & Bargiliæ ciuitatum Cariæ qui item. i. simul, debent scilicet Cluuio, aut soluant pecuniam, aut satisfaciãt suis fructibus scilicet interesse aut usuram. Præterea Caunii à Cauno oppido Cariæ debent. s. pecuniam, & ut uidetur innuere usuram, sed aiunt se habuisse pecuniam depositam ut nihil debeant de usura, des operam ut usuræ conseruentur Cluuio instituto. i. ex more aut constituto tuo. Ego laboro de his rebus eo magis ꝙ res negociũ aut utilitas etiam Cn. Pompeii necessarii agitur, & ꝙ is. s. Pompeius uidetur mihi laborare eis magis quàm ipse Cluuius, cui scilicet Pompe. ego uolo. i. cupio ualde satisfactum à nobis. Rogo te uehementer etiam atque etiam de his rebus. i. ob has res, aut ut has res cures. Vale

ASCEN.

Ordo

HVBER.

QVo magis. Primum rogat Cic. Thermum ut ad se remittat M. Anneium legatum priusquàm proficiscatur in Ciliciam, quod citò futurum dicit. Deinde ei commendat eiusdem Annei negocium, quod habebat cum Sardianis. Quod supra alia epistola commendauerat. Erat autem Cicero tẽpore proconsul Ciliciæ. Adduci. persuaderi. Va.

Quo

ASCEN. QVo magis &c. Primùm rogat Cice. Thermũ, ut ad se remittat M. Anneium legatum priusquàm Cic. proficiscatur in Ciliciam. Deinde commendat eius negocium. Ordo autem est. Quo.i. quanto magis ego cognosco quotidiè ex literis & nuntiis bellum magnum esse in Syria, eò.i. tanto uehementius contendo.i. instanter peto, à te pro necessitudine nostra, ut remittas mihi primo quoque tẽpore.i. ut primùm possis M. Anneium legatum.i. qui sit mihi legatus. Nam ego intelligo me & remp. posse adiuuari, uel.i. etiam maximè. operâ consilio, scientia rei militaris eius scilicet Annæi quod.i. propter quod, nisi tanta res eius ageretur. s.in prouincia tua, nec ipse potuisset adduci.i. persuaderi ut discederet à me, neque ego sup. potuissem adduci ut dimittertẽ eum à me. Ego cogito proficisci in Ciliciam circiter Cal. Maii. oporteret sup. ut Anneius rédeat ad me ante eam diem. Illud, quod egi tecum & coram.i. i præsentia per uerba, & sup. ablens per literas, & qđ rogo nunc etiam atque etiam sit tibi curæ, ut conficiat.i. tránsigat & absoluat negocium suum, quod habet cum populo Sardiano conficiat inquam pro ueritate.i. æquitate cáusæ, & pro dignitate sua. Ego intellexi ex oratione tua cũ locutus sum tecum Ephesi te uelle omnia, causâ ipsius M. Annæi, sed tamen uelim sup. ut existimes sic, te nihil posse facere mihi grátius, quàm si intelléxero illum confeciſſe.i. finiuisse negocium ex sententia.i. uoluntate sua, per te.i. te auxiliante, idque.i. id. Et rogo sup. te, etiam atque etiam ut efficias id quamprimùm.i. ualde citò. Vale.

HVBER. Municeps

VVucius Custidius. Commendatitia est hęc epistola, & quæ argumento non indiget. Municeps. ex municipio.i. ex oppido meo. Habeat aditus faciles ad te.i. liceat ei ad te uenire nullo impediente, cum uoluerit. Vale.

ASCEN. Ordo L

LVcius &c. Commendat L. Custidium dicens Lucius Custidius est tribulis meus.i. mecum de eádem tribu, & municeps. i. de eodem municipio. s. Arpino, & familiaris meus. Is habet causam.i. litem, quam causam.i. cuius defensionem deferret ad te. Ego commendo tibi hóminem sicut fides tua, & pudor meus póstulat.i. usque ad aras aut deos, tantũ .i. duntaxat, aut tantùm.i. intantùm ut hábeat fáciles áditus ad te, & ut impetret te iubente, sup. ea æqua.i. iusta, quæ postulábit, & séntiet amicitiam meam prodesse sibi in primis.i. præcipuè apud te, etiam cũ absim longissimè, utpotè in Cilicia. Vale.

HVBER.

MArcum Fábium. Iisdem fere uerbis cõmendat Cice. Fábium Curtio, quibus supra commendáuit Custidium Titio Rufo.

ASCEN. Ordo L

MArcum & cæ. Commendat M. Fábium. Ego diligo unicè.i. singulariter M. Fábium, & summa consuetúdo & familiaritas peruetus.i. ualdè uetus est mihi cũ eo. Ego non peto à te quid decernas.i. iudices, in controuersiis.i. litibus eius. Tu seruábis edictum & institutum.i. mandátum tuum, ut dignitas tua & fides postulat, sed ut hábeat áditus ad te, q̃ facilimos, impetret te iubente.i. iussu tuo ea, quæ erunt æqua, ut sentiat amicitiam meam prodesse sibi etiam cum absim procul scilicet Roma, quia in prouincia, præsertim.i. præcipuè apud te. Ego rogo hoc uehementer etiam atque etiam. Vale.

me discederet: neque ego, vt eum à me dimitterem. Ego in Ciliciam proficisci cogito circiter Calẽ. Maii. Ante eam diem Anneius ad me rédeat, oportet. Illud qđ tecum & coram & per líteras diligentíssimè egi, id & nunc etiam rogo curæ sit tibi, vt suum negotium, quod habet cum pópulo Sardiáno, pro cáusæ veritáte, & pro sua dignitate conficiat: Intellexi ex tua oratione cum tecum Ephesi locútus sum, te ipsius M. Annei causa omnia velle. Sed tamen sic velim existimes, te mihi nihil gratius facere posse, quàm si intelléxero per te illum, ipsum negotium ex sententia cõfeciſſe. idque quamprimùm vt efficias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

M T. C. Titio. L.F. Rufo. Pr. Vrbano. S.P.D. Ep. 59.

LVcius Custidius est tribúlis & múniceps & familiáris meus. Is cáusam habet, quã cáusam ad te déferet. Commendo tibi hóminem, sícuti tua fides & meus pudor póstulat: tantùm vt facile is ad te áditus hábeat: quæ æqua postulábit vt iubẽte te impetret: sententiatque meam sibi amicitiam, etiam cùm longíssimè absim, prodesse in primis apud te. Vale.

M.T.C.C. Curtio Peduceano Prætori. S.P.D. Ep. 60.

MArcum Fábium vnicè díligo, summaque mihi cum eo consuetúdo & familiáritas est peruétus. In eius cõtroversíis quid decernas, à te non peto (seruábis, vt tua fides & dignitas póstulat, edictum & institútum tuum) sed vt quàm facilimos ad te áditus hábeat: quæ erunt æqua, iubente te impetret: vt meam amicitiam sibi, etiam cum procul absim, prodesse séntiat, præsertim apud te. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

Lucius

M.T.C.C. Munatio. C.F.S.P.D. Ep. 61

VCius Liuinéius Trypho est omninò L. Réguli familiarissimi mei libertus. Cuius calámitas etiam officio siórem me facit in illum, nam beneuoléntior, quàm semper fui, esse non possum. Sed ego libertũ eius per seipsum díligo. summa enim ei⁹ erga me offícia extitérunt his nostris tẽpóribus, quibus facilimè bonam beneuoléntiam hóminum, & fidem perspícere pótui. Eum tibi ita commendo, vt hómines grati & mémores, beneméritos de se commendáre debent. Pergrátum mihi féceris, si ille intelléxerit se, quòd prosalúte mea multa pericula adíerit, sæpe hýeme summa nauigárit, pro tua erga me beneuolentia gratum tibi etiam feciſſe. Vale.

M.T.C.P. Silio Propræto. S.P. D. Ep. 62.

ITo Pinnio familiarissimè me vsũ esse scire te árbitror. quod quidèm ille testamento declarávit, qui me cum tutórem, tum etiam secundum hæredem instituerit. Eius filio mirè studióso & erudito, & modesto pecúniam Nicæenses grandem debent ad HS. octogies: & vt áudio, in primis ei volunt sólluere. Pergrátum igitur mihi féceris, quũ non modò réliqui tutóres, qui sciunt quãti me fácias, sed etiam puer ipse sibi persuásit, te ómnia mea cáusa factúrum esse: si déderis óperam, quoad tua fides dignitasque patiétur, vt quamplurimùm pecúniæ Pinnio soluátur Nicæénsium nómine. Vale.

I. Vcius Liuineius. M. Réguli familiarissimi sui libertum Tryphónem Cice. commendat diligentíssimè propter eius in se benéficia. Officiosiórem. propensiórem ad benefaciendum, quia calamitósis magis debémus quàm iis, qui fortuna ꝓspera utuntur. Per se. cáusa sua præter respectum patróni. Bonam.i. magnam, ut Hora. At bona pars pópuli decepta cupídine falso, Nil satis est inquit. & Persius. At bona pars prócerũ tácita libâbit acerra. Hic enim áliter intélligi non potest si quidem nulla beneuoléntia potest esse nisi bona. Perspícere. cognóscere; nam ut supra álio loco dixi, sicut aurum igni ita fides & beneuoléntia hóminum rebus aduersis perspícitur. Summa hýeme. in maxima maris perturbatióne. Gratum tibi. nam si me amas, quod in me collatum sit, debet tibi quoque gratum esse.

ASCEN.

Vci⁹ Liuinéi⁹ Trypho est libertus L. Réguli familiarissimi mei. Cui⁹. s. Réguli calámitas .i. aduérsitas miseranda facit me etiã officio siórem in illum. Nam nõ possum esse beneuolénti-or. s. in illum quàm fui semper, sed ego díligo libertum eius per seipsum. i. sine respectu patróni. Summa enim offícia eius extitérunt erga me his temporibus nostris. s. tam periculósis & malis, quibus pótui perspícere facílimè, beneuolentiam & fidem hóminum, quæ in aduersis perspici solent. Ego commendo tibi eum ita ut hómines grati & mémores. s. beneficii accepti, debent commendáre beneméritos de se. Si forte álibi non dixi, norit puer non recommendo, sed commendo in usu esse. Tu féceris mihi pergratum si ille intelléxerit se ꝙ adíerit multa pericula ꝓ salúte mea, & sup. ꝙ nauigáuit sæpe summa. i. aspérrima hyeme. i. tempestate pluniósa & frígida, feciſſe gratum etiam tibi pro summa beneuolentia tua erga me. Vale.

Recommendo nõ dicitur

HVBER.

TIto Pinnio. Pinnius quidam ciuis Romanus, cui Nicenses grandem pecúniam debébant, moriens Cice. filio tutórem relíquit & secundum hæredem. Itaque rogat Cice. Sílium prætórem, ut eius cáusa det óperam ut illa pecúnia soluátur Pinnio filio Titi Pinnii, sibi enim pergratum futúrum.

Tutórem. defensórẽ & conseruatórẽ bonórũ eius Tutor pro filio: nam tutor dícitur is qui datur ad eũ tuendum, qui se per ætátem nondum tueri potest: hæc autem ætas est secundum iurisconsúltos usque ad pubertátem, quæ est ad, xiiii. annũ: nam inde usque ad. xxv datur curátor, ꝙ etiam furiósis & mente captis. Curator

Nicenses. ciues Niceæ: est autem Nicea ciuitas Prouinciæ, quę ut scribit Strabo, licèt in Itálicis pártibus sit, tamen in Massilienfium iure permanet. Ad. o. s. ꝑ. sestertiorum. & subauditur milia. i. ad octoginta milia sestertium: eleganter autem in his sermónibus ponunt oratóres & poetæ áduerbia pro nominibus, ut debes decies sestertium, quadragies sestertium, & sic in cæteris: & utuntur genitiuo syncopato in nomini bus nummórum. dícimus etiam & hic sestértius. Volunt, habent uoluntátem, ex quo erit tibi fácilius dare óperam, ut fáciant quod uolunt iam fácere. Ipse puer. Pinnius filius Titi. Nómine. débito.

Sestertius

ASCEN.

TIto &c. Commendat Titum Pinnium ciuem Románum, cui Nicenses grándem debébant pecúniam, rogans prætórẽ ut eam curet persoluendam. Ordo est. Ego árbitror te scire me usum esse familiarissimè Tito Pinnio, quod. i. quã familiaritátem, ille quidem declarâuit testamento qui instituerit me tùm tutórem. s. filio suo, tùm etiam secundum .i. secundárium hæredem, ut. s. si filius eius moriátur Cicero hæres sit. Nicenses. i. ciues Niceæ ciuitatis in Prouincia Massilienfi, debent filio eius. s. Titi Pinnii erudito mirè & studióso & modesto, pecúniam grandem ad sestértium octógies. i. ad ducentas libras. Mónui prius neutra non admittere syncopam genitiui si coincidant cum nominatiuo singulári, & tamen cũ nómine numerali nenuste sincopam in genitiuo fieri, unde maluit

Ordo L

Universidad de D… Biblioteca

maluit Cice.dicere ad octoginta ſeſtértia,aut ſeſtertiórum,aut ſeſtértium. Et ut áudio ipſi uolunt in primis .i.maxime ſóluere ei.ſ.filio Titi.Tu igitur féceris mihi pergrâtum,quando.i.quoniam non ſolum réliqui tutores qui ſciunt,quanti fácias me,ſup.perſuaſerũt ſibi,ſed etiam puer ipſe perſuâſit ſibi factũrum eſſe omnia cáuſa mea,ſi déderis óperam quoad.i.quatenus fides & dígnitas tua patiétur ut pecúnia ſoluatur Pinnio.ſ.minori,quamprimum.i.ualde cito,nómine.i.ex débito Nicénſium,pro quo áliqui Nicæénſium legunt.

M. T. C. P. Silio Propræto. S. P. D.

ET in Attilii negotio te amaui: cum enim ſero veniſſem, tamen honeſtum equitem Roma. beneficio tuo conſeruaui:& mehercule ſemper ſic in animo habui,te in meo ære eſſe propter Lamiæ noſtri coniunctionem,& ſingularem neceſſitudinem. Itaque primum tibi ago gratias, quòd me omni moleſtia liberas. deinde impudétia proſequor. Sed idem ſarciam.te enĩ ſemper ſic colam & tuebor vt quem diligentiſſime. Q.fratrem meum,ſi me diligis, eo numero cura vt habeas,quo me. Ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris. Vale.

HVBER. ET ſi in Attilii. Oſtendit Cice. non dubitare in numero amicorum Silium, cui agit grátias de beneficio collato in Attilium,quem ſeruauerat à magno periculo cauſa & reſpectu ſui. Deinde pollicetur ſe amaturum eum uehemẽtiſsime, poſtremo commendat ei Ci.Quintum fratrem ſuum ut eo numero amicorum habeat, quo & ſe. Habui in animo.mihi perſuaſi. In meo ære.i.te eſſe meum,te eſſe in cenſu & capitali meo: & eſt tractum à pecunia, quæ dicitur eſſe in noſtro ære, cum noſtra eſt. Lamiæ.quem maxime amo,& ipſe te. Proſequor impudentia.i.ꝙ ſum impudens erga te. Sarciam.emẽdabo,tractum à ſutoribus. Idem.ſ.ꝙ proſequor te impudentia. Vt.ſicut. Quàm diligentiſsime ſcilicet colo,tueor.

ASCEN. ET ſi & c.Primum grátias agit.deinde amorẽ ſuum pollicetur dicens. Et ſi.i.quamquàm. ego amaui te in negócio.i.tranſactione negocii Attilii. Cum enim ueniſſem ſero.i.tarde, tamen cõſeruaui beneficio tuo.i.per beneficium tuũ, equitem Romanum honeſtum. Et me hercule.ſ.ita iudicante ut uerum dico, ego ſemper habui in animo.i.iudicaui te eſſe i ære meo.i.meũ,ut quæ ære noſtro eminus aut deuinximus, propter coniunctionẽ & ſingularem neceſſitudinem Lucii Lamiæ noſtri. Itaque ago primum gratias tibi ꝙ liberas me moleſtia, deinde proſequor impudentia.i. impudenti petitione,ſed ſarciam, id eſt reficiam & compenſabo idem.ego enim colam & tuebor te ſemper ſic,ut ſup.eum quem ſcilicet colam diligentiſsime. Cura ſi diligis me,ut habeas Quintum fratrem meum eo numero, id eſt ea æſtimatione, quo, id eſt qua me. Tu auxeris ita beneficium tuum magnum cumulo magno. Vale.

M T. C. P. Silio Propræto. S. P. D.

NON putaui fieri poſſe, vt mihi verba deeſſent: ſed tamen in C.Lænio commendando deſunt. Itaq; rem tibi exponam paucis verbis ſed tamen vt plane perſpicere poſſis voluntatem meam. Incredibile eſt quanti faciamus & ego & frater meus,qui mihi clariſsimus eſt, C. Læniũ.id fit cum plurimis eius officiis, tum ſumma probitate & ſingulari modeſtia. Eum ego à me inuitiſsimus dimiſi, cum propter familiaritatem & conſuetudinis ſuauitatem,tum quòd conſilio eius fideli ac bono libenter vtebar. Sed vereor ne iam ſupereſſe mihi verba putes,quæ dixeram defutura. Commẽdo tibi hominem, ſicut intelligis me, de quo ea ſuprà ſcripſerim,debere commendare. A teque uehementer-

HVBER. NOn putaui.Lęniũ quendam Cicero diligentiſsime commendat Silio, quem Lænium & à ſe & à Qu. fratre ſuo uehementer amari dicit:petit autem ab ipſo Silio, ut illius negocium expediat, quod habet in eius prouincia, & ei dicat & conſulat, quod uidebitur illi utile fore. Fieri poſſe.ac dicere,eſſe poſsibile. Mihi tam in dicendo copioſe. Deſunt.quia non inuenio quibus uerbis eum tam diligenter tibi commendem, q̃ & uolo & debeo. Incredibile.exponit cauſas commendationis. Id fit.id accidit quod eum tanti faciamus. Supereſſe.ſuperabundare:quia plura de eo dicam. Solutum.expeditum.

ASCEN. NOn putaui & c.Lænium ſic affectanter commendat ut in eius commendatione dicat ſibi uerba deeſſe.Ordo eſt. Non putaui poſſe fieri ut uerba deeſſent mihi.i.deficerent in commẽdando aliquo, ſed tamen deſunt in commendando Caio Lęnio. Itaque exponam tibi rem paucis uerbis,ſed tamen ſup.ſic ut poſsis perſpicere plane uoluntatem meam. Incredibile eſt.i.difficile creditu, quanti & ego & frater meus qui eſt chariſſimus mihi,faciamus Mar.Lænium.Id.ſ.quod eũ ſic amamus, fit tum plurimis officiis eius, tum ſumma probitate & ſingulari modeſtia eius. Ego inuitiſſimꝰ dimiſi eũ à me tamen propter familiaritatem & ſuauitatem cõſuetudinis,tum ꝙ utebar libenter conſilio eius fideli ac etiam bono. Sed uereor ne putes uerba ſupereſſe.i.redundare,& nimia eſſe mihi quæ dixeram defutura.Et commendo tibi hominẽ, ſicut intelligis me debere commendare eum de quo ſcripſerim ea ſupra,i.quæ præmiſi. Ego peto à te uehementer etiam

vehementer etiam atque etiam peto, vt quod habet in tua prouincia negotii, expedias: quod tibi videbitur rectum eſſe, ipſi dicas. Hominem facilimum liberaliſſimumque cognoſces. Itaque te rogo vt eum ſolutum, liberum, confectis eius negotiis per te quamprimum ad me remittas. Id mihi fratrique meo gratiſſimum feceris. Vale.

atque etiam,ut expedias ſup.id negocii,quod habet in prouincia tua,& ſup.ut dicas ipſi id quod uidebitur tibi rectum eſſe. Tu cognoſces hominem facilimum & liberaliſſimum. Itaque rogo ut remittas eũ ad me quamprimum.i.ualde cito, ſolutum & liberũ, negociis confectis per te. Tu feceris mihi & fratri .ſ.meo id gratiſsimum. Vale.

M.T.C.P.Silio Propræt. S.P.D.

NERO meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorſus incredibiles, vt nullum honorem ſibi haberi potuiſſe diceret,qui à te prætermiſſꝰ eſſet. magnum fructum ex ipſo capies: nihil enim eſt illo adoleſcente gratius. Sed mehercule mihi quoque gratiſſimum feciſti. Pluris enim ex omni nobilitate neminem facio. Itaque ſi ea feceris, quæ ille per me tecum agi voluit, gratiſſimũ mihi feceris. Primũ, de Pauſania Alabandẽſi ſuſtentes rem, dum Nero veniat. vehementer eius cauſa cupere eum intellexi. itaq; hoc valde te rogo. Deinde Nyſæos, quos Nero in primis habet neceſſarios, diligentiſsimeque tuetur ac defendit, habeas tibi comendatiſsimos: vt intelligat illa ciuitas ſibi in Neronis patrocinio ſũmum eſſe præſidium. Strabonem Seruilium tibi ſæpe commendaui: nunc eo facio id impenſius, quòd eius cauſam Nero ſuſcepit. Tantum à te petimus vt agas eam rem, ne reliquas hominem innocentem ad alicuius tui diſſimilis quæſtum. Id cũ gratum mihi erit, tum etiam exiſtimabo te humanitate tua eſſe vſũ. Sũma huius epiſtolæ hæc eſt, vt ornes oibꝰ rebꝰ Neronẽ, ſicut īſtituiſti atq; feciſti. Magnũ theatrum habet iſta ꝓuincia, nõ vt hæc noſtra, adoleſcentis nobilis, īgenioſi, abſtinẽtis cõmendationem atq; gloriam. Quare ſi te fautore vſus erit, ſicuti ꝑfecto & vtetur, & vſus eſt, ampliſsimas clientelas acceptas à maioribꝰ cõfirmare poterit, et beneficiis ſuis obligare. Hoc ĩ genere, ſi eũ adiuueris eo ſtudio, quo oſtendiſti, apud ipſum præclariſſime poſueris: ſed mihi etiam gratiſſimum feceris. Vale.

HVBER. NEro.Commendat & laudat plurimum Cice. gratitudinem Neronis,qui apud Cice.dixerat ſe omni honore à Silio affectum fuiſſe: deinde rogat Cic.ut ea quæ cum eo egit de Nerone faciat,quæ autem ea ſint exponit. Deinde commendat ei Niſæos neceſſarios Neronis.Poſtea uero Strab. Seruilium.Poſtremo eundem Neronem uehementiꝰ commendat. Haberi ab ali.qui eſſet prætermiſſus .i.quem in eum non contuliſſes. Agi tecum.i.me te cum loqui,uel te à me rogari. Suſtentes.ſuſpendas, ſuſtineas. Dum.donec. Eius. Panſæ, quæ autem res eſſet,non facile intelligitur. Niſæos.ciues Niſæ,quę ciuitas eſt Lydiæ Mæoniæ:aliam ponit Ptolomæus in Lycia apud montem Maſſicitem,& licet dicantur & aliæ,nunc de ea quæ eſt in Lydia intelligit. Patrocinio.defenſione.Impenſius.uehemẽtius. Relinquas. quod fiet, niſi te obtinente prouinciam ſit liber & expeditus.Diſſimilis tui.i.auari, cum tu ſis liberalis. Quæſtum.lucrum, quia fortaſſe alius ſuccedet tibi tui diſſimilis, qui magis delectabitur lucro quàm iuſtitia. Magnum theatrum.i.fortunam qualis in theatro eſſe ſolet:eſt enim tranſlatio. Non ut hæc enim .ſ.Cilicia: ſenſus autẽ eſt, iſta prouincia cui tu præes habet magnam fortunam,non autem commendationem & gloriam adoleſcentis.ſ.Neronis, ſicut noſtra Cilicia,itaque quanto maior eſt iſtic fortuna tanto magis indiget fauore tuo. Confirmare.dum ei proderis ſicut & maiores tui. Clientelas. id eſt clientũ multitudines.Hoc in genere.in huiuſmodi rebus.

Suſtentes

Niſa

ASCEN. NEro meus & c.Commendat & laudat plurimum gratitudinem Neronis cuiuſdam: non quidem illius tyranni qui longe poſt Cice. fuit, ſed alterius faciens per hoc eundem commendatiorem.Ordo eſt.Nero meus.ſ.amicus egit mirificas gratias apud me.i.me alloquens,ſup.& prorſus.i. omnino incredibiles, ut diceret nullum honorem potuiſſe haberi.i.impendi ſibi,qui prætermiſſus eſſet à te,tu capies magnum fructum ex eo.i.eius gratitudine. Nihil enim eſt gratius illo aduleſcente, ſed mehercule tu feciſti gratiſsimum, quoque.i.etiã mihi. Ego enim neminem facio pluris ex omni nobilitate.i.ex omnibus nobilibus.Itaque ſi feceris ea quæ ille.ſ. Nero uoluit agi.i.tractari & tranſigi tecũ per me, tu feceris mihi gratiſsimum. Primum ſup. ut ſuſtentes.i.ſuſpendas & protrahas, rem.i.litem & controuerſiam, de Pauſania Alabandenſi dum.i.donec Nero ueniat. Ego intellexi eum.ſ.Neronem cupere uehementer ſup.id,cauſa eius.i.Pauſaniæ.Videbitur forte ordo melior. Primum intellexit ut ſuſtentet rem de Pauſania Alabãdenſi dũ Nero ueniat eum cupere uehementer cãm eius.ſ.Pauſaniæ.Itaque rogo te ualde hoc, deinde ſup.ut habeas commendatiſsimos tibi, Niſæos.i.ciues Niſæ ciuitatis Lydiæ Mæoniæ,quos Nero habet neceſſarios in primis.i.inter primos,& tuetur ac defendit diligentiſsime,ut illa ciuitas intelligat,ſummum præſidiũ eſſe in patrocinio Neronis. Ego commendaui tibi ſæpe Strabonem Seruilium, ego facio nunc id impenſius.i.maiore cura & impenſa, eo.i.propterea, ꝙ Nero ſuſcepit .ſ.tuendam cauſam eius. Nos petimus tantum.i.duntaxat à te,ut agas eam rem, ne relinquam hominem inno-

innocentem ſcilicet, Seruilium ad queſtum.i.lucrum aut rapinam alicuius diſſimilis tui.i.iniqui & inhumani. Id erit tum.i.ſimul, gratum mihi, tum.i.ſimu l, exiſtimabo.i.iudicabo te uſum eſſe humanitate tua.

Hæc eſt ſumma.i.principalis petitio huius epiſtolæ,ut ornes Neronem omnibus, ſicut inſtituiſti.i.incepiſti,atque feciſti. Iſta prouincia.ſ.in qua es,habet magnum theatrum.i.multos ſpectatores, ut theatrum habere ſolet,non ut hæc noſtra.ſ.prouincia,quia ea non habet tantum theatrum: habet autem theatrum appoſitorie,cõmendationes atque gloriam adoleſcentis nobilis,ingenioſi,abſtinentis. Quare ſi Nero erit uſus te fautore,ſicuti utetur profecto & uſus eſt.Ipſe poterit confirmare.ſ.ſibi,ampliſsimas clientelas acceptas à maioribus,& obligare ſup.eas ſibi beneficiis ſuis. Si adiuueris eum in hoc genere eo ſtudio,quo oſtendiſti,tu poſueris.i.locaueris.ſ.illud beneficium,præclariſsime apud illum,ſed feceris etiam mihi gratiſsimum.Vale.

HVBER. Cvm Publio.Scriptura nomẽ erat officii eorũ qui ſcribebãt ꝓuinciales res & uectigalia, & pactiões cũ ciuitatibus huius ſcripturæ ſocietas erat,in qua erat magiſter & prior.Terent. Hyſpo. quem nunc Cic.commendat Silio ut eius opera conficiat Hyſpo.pactiones cum reliquis ciuitatibus prouinciẹ Silii,quem dicit ſe intelligere facilime conſequi quicquid uelit à Græcis.quicquid.n.collocatum fuerit in ipſum Hyſponem,bene collatum iri & gratum fore. Dat operas.i.laborat & exercetur. Pro magiſtro.tanq̃ prior ut ſupra diximus. Exiſtimatio.honor.Pactiones,cõuentiones,pacta. Eã rẽ.ut conficeret pactiones.Expertos eſſe.tentaſſe. Qñ. quoniã. Libentiſſim is.i.promptiſſimis aĩo & uoluntate. Nutu facilime.q.d.ſolum innuendo. Affici hac laude, habere hãc laudem,ut pactiones cõferat. Sociis.erat.n. ut diximus ſocietas huius officii.In mea fide.in mea tutela.Per me.cã mea.Imperio.præerat enim prouinciæ tanq̃ imperator cum exercitu,ſicut & Ci.Ciliciæ.

ASCEN. Cvm Publio &c.Commendat Terentium Hyſponem,qui in ſcriptura, id eſt officio ſcribẽdi prouinciales & uectigalia uicem magiſtri tenebat,dicens.Summa familiaritas & cõſuetudo eſt mihi cum Publio Terentio Hyſpone,qui dat operas in ſcriptura.i.qui ſcribit pro magiſtro,id eſt loco magiſtri,ſcilicet rationem,& multa & magna officia intercedunt,id eſt communia ſunt & coniunctionem faciunt inter nos,paria,id eſt æqualia & mutua.Summa exiſtimatio.i.reputatio eius agitur.i.uerſatur in eo,ut conficiat pactiones.i.in conficiendis pactionibus & conuentionibus cum reliquis ciuitatibus.Nõ præterit me.i.memor ſum, nos expertos eſſe.i.tentaſſe periclitando,eam rem,ut.ſ.pactionẽ cõficiat Epheſi,nec potuiſſe.ſ.nos impetrare.ſ.illud ullo modo ab Epheſis. Sed quando.i.quoniam, quemadmodũ omnes exiſtimant,& ego intelligo:ſunt qui fruſtra interſerant feciſti,tu conſecutus es tum tua ſumma integritate & manſuetudine, ut cõſequare.i.obtineas, Græcis libentiſsimis.i.uolentiſsimis, nutu.i.ſolo indicio capitis quod uelis, peto à te in maiorem modum,ut uelis cauſa honoris mei, Hyſponem affici hac laude.ſ.ut confecerit reliquas pactiones.Pręterea ſumma neceſſitudo eſt mihi cum ſociis ſcripturæ.i. qui ſimul rationes cum Hyſpone ſcribunt. non ſolũ ob eam cauſam ꝙ ſocietas uniuerſa.i.ſimul tota eſt fide.i.fideli protectione mea,ſed etiam ꝙ utor familiariſsime pleriſque ſociis,ita.i.& ſic ornaris pro ornaueris.i.honore affeceris Hyſponem meum,& feceris ſocietatem.ſ.ſcribentium,coniunctiorem mihi.

Et tu ipſe capies maximum fructum ex obſeruantia,.ſ.actiua in te,eius.ſ.Hyſponis, hominis gratiſsimi.& ex gratia ſociorum appoſitoriẽ, hominum ampliſſimorum & affeceris.Coniungit diuerſos modos capies,& affeceris.i.afficies me ſummo beneficio. Velim enim ſup.ut exiſtimes ſic, nihil eſſe quod poſsis facere gratius mihi ex tota prouincia tua, & ex omni iſto.i.tuo imperio. Vale.

HVBER. A Vlum Cęcinnam. Cæcinna olim negociatus fuerat in Aſia,cui præerat Seruilius: reliquerat autem in ea negociatione multa quæ cõ-

M.T.C.P. Silio Proprӕto. S. P. D.

Cvm Publio Terentio Hiſpone, qui operas in ſcriptura pro magiſtro dat,mihi ſumma familiaritas cõſuetudoque eſt: multaque & magna inter nos officia paria, & mutua intercedunt.Eius ſumma exiſtimatio agitur ĩ eo vt pactiones cũ ciuitatibus reliquis cõficiat.Nõ me præterit nos eã rem Epheſi expertos eſſe: neque ab Epheſiis vllo mõ impetrare potuiſſe. Sed quum (quemadmodum omnes exiſtimant,& ego intelligo)tua cum ſumma integritate, tum ſingulari humanitate & manſuetudine conſecutus es,vt libentiſsimis Græcis nutu quod velis conſequare: peto à te in maiorem modum vt honoris mei cauſa hac laude Hiſponem affici velis. Præterea cum ſociis ſcripturæ mihi ſumma neceſſitudo eſt, non ſolum ob eam cauſam quòd ea ſocietas vniuerſa in mea fide eſt, ſed etiam quòd pleriſque ſociis vtor familiariſſimè.Ita & Hiſponem meum per me ornaris: & ſocietatem mihi coniunctiorem feceris.tuque ipſe & ex huius obſeruantia gratiſsimi hõis, & ex ſociorũ, gratia hominum ampliſſimorum, maximum fructum capies, & me ſummo beneficio affeceris. ſic enim velim exiſtimes, ex tota tua prouincia,omnique iſto imperio nihil eſſe quod mihi gratius facere poſſis. Vale.

M.T.C.P.Seruilio. S.P.D.

A Vlum. Cæcinnam maxime proprium clientem familiæ veſtræ nõ commendarem tibi, cum ſcirem qua fide in tuos, qua clementia in calamitoſos

mitoſos ſoleres eſſe: niſi me & patris eius quo ſum familiariſsime vſus,memoria,& huius fortuna ita moueret vt hominis omnibus mecum ſtudiis officiiſq; coniunctiſſimi mouere debebat. A te hoc omni contentione peto, ſic vt maiore cura, maiore animi labore petere non poſſim: vt ad ea, quæ tua ſponte ſine cuiuſquam commendatione faceres, in hominem tantũ, & talem,calamitoſum,aliquem afferant cumulum meæ literæ, quò ſtudioſius eum, quibuſcunque rebus poſſis, iuues. Quòd ſi Romæ fuiſſes, etiam ſalutem Auli Cæcinnæ eſſemus (vt opinio mea fert) per te cõſecuti. De qua tamen magnam ſpem habemus freti clementia Collegæ tui. Nunc quum tuam iuſtitiam ſecutus, tutiſsimum ſibi portum prouinciam iſtam duxit eſſe, etiam atque etiam te rogo atq; oro, vt eum & in reliquiis veteris negociationis colligendis iuues, & cæteris rebus tegas atque tueare. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

non potuerat,& poſtea quia cum Pompeio aduerſus Cæſ.fuerat,& deſcripſerat contra Cæ.ut lib.6.uidimus, exilio mulctatus eſt.Itaque cum in Aſiam proficiſceretur, ut ibi eſſet tutus, & reliquias Aſiaticæ negociationis conficeret,Ci.eum commendat Seruilio Aſiæ prętori,ut in iis reliquiis colligendis, & in cæteris rebus eum tueatur,ſibi enim fore gratiſsimum. Calamitoſos,qualis eſt ipſe Cæcinna,ut lib.6.uidere licet. Fortuna,calamitas. Contentione.efflagitatione,& inſtantia. Per te,tuo fauore. Conſequi à Cæ.qui eum exilio mulctauit, Reliquiis.in his quę ſuperſunt ei colligenda. Tegas,protegas,defendas.Virg. Nec Apollinis infula texit.

ASCEN. AVLVM Cæcinnam &c. Commendat A.Cæcinnam, qui prius in Aſia negociatus fuerat, cui præerat Seruilius: reliquerat autem in ea negociatione multa quæ conſequi nõ potuerat, & poſtea quia contra Cęſarem ſcripſerat,ut lib.6.uiſum eſt exilio damnatus fuerat. Ordo eſt. Ego non commendarem tibi A Cæcinnam clientem maxime proprium noſtræ familiæ cum ſcirẽ,qua fide,id eſt fideli protectione ſoleres, eſſe,in id eſt erga tuos,& qua clementia in calamitoſos, niſi & memoria patris eius,quo ſum uſus familiariſsime,& fortuna huius,ſcilicet Auli filii eius,moueret, id eſt afficeret me ita,ut ſup. fortuna hominis coniunctiſsimi mecum omnibus ſtudiis & officiis, debebat mouere ſup.me. Ego peto à te omni cõtentione, id eſt inſtantia,hoc,ſcilicet quod ſtatim dicet, ita ut nõ poſsim petere maiore cura & maiore labore animi ut meæ literæ afferant aliquem cumulum, id eſt aliquod magnũ augmentum,in,ideſt erga hominem tantum & talem, calamitoſum,quo,ſcilicet cumulo, aut quo pro ut iuues eum ſtudioſius,id eſt maiore ſtudio, id eſt fauore & conatu, quàm faceres ſi non eſſet commendatus à me quibuſcunq; rebus poſsis,quòd ſi fuiſſes Romæ,ſcilicet quando in exilium actus eſt,nos conſecuti eſſemus per te,ut opinor mea fert,id eſt ut opinor eam ſalutẽ, id eſt conſeruationem in patria,Auli Cæcinnæ. De qua,ſcilicet ſalute eius recuperanda, non tamen, id eſt nihilominus quamuis nunc amiſſa uideatur nos habemus magnam ſpem freti, id eſt cõfiſi & adiuti clementia,id eſt dignitate collegæ tui,ſcilicet Romæ agentis. Nunc quando,id eſt quandoquidem ipſe Cæcinna, ſecutus iuſtitiam tuam, id eſt famã aut opinionem de iuſtitia tua, duxit, id eſt exiſtimauit, & arbitratus eſt prouinciam iſtam,id eſt quam tu geris in Aſia, eſſe ſibi portum, id eſt receptaculum ſalutis tutiſsimum,rogo te etiam atq; etiam,id eſt iterum atque iterum,hoc eſt frequenter,& ita ex animo ut iuues eum. Et,id eſt ſimul,in reliquiis, id eſt ueteribus debitis ueteris,id eſt priſtinæ negociationis,quia ante bellum ciuile illic negociari ſolitus erat, colligendis,id eſt coaceruandis à debitoribus,& tegas,id eſt protegas,ac tuere,id eſt defendas ſup.in cæteris rebus. Tu nihil,id eſt non aliquid non potes facere mihi aliquid gratius,hoc,id eſt quàm hoc. Vale.

M.T.C. P. Seruilio Propr. S.D.

Ex prouincia mea Cilicienſi, cui ſcis τρεῖς διοικήσεις Aſiaticas attributas fuiſſe, nullo ſum familiarius vſus, quàm Androne Arthemonis filio Laodicenſi: eumq; habui in ea ciuitate cum hoſpitem,tum vehementer ad meæ vitæ rationem, & conſuetudinem accommodatum. Quem quidem multo etiam pluris poſtea quàm deceſsi, facere cœpi, quòd multis rebus expertus ſum gratum hominem, meiq; memorem. Itaq; eum Romæ libentiſsime vidi. Nõ te enim fugit, qui plurimis in iſta ꝓuincia benigne feciſti, q̃ multi grati reperiatur. Hæc ꝓpterea ſcripſi, vt & me nõ ſine

HVBER. Ex prouincia. Andronem Laodicenſem familiarem ſuum in Aſia proficiſcentẽ Ci. diligentiſsime commendat Seruilio, ut eum recipiat in fidem ſuã & quibuſcunque reb⁹ poterit, adiuuet, τρεῖς tris διοικήσεις diocæſes, iuriſdictiones, Laodicenſium ex Laodicea urbe. Multo pluris,quàm tunc,cum eram in prouincia. Non fugit te. non ignoras. Dignũ hoſpitio tuo, dignum quem in domum tuam excipias.

ASCEN. Ex prouincia &c. Andronem Laodicenſem, familiarem ſuum in Aſiam proficiſcentem diligenter commendat Cice. Seruilio,dicens. Ego nullo ſum uſus ex prouincia mea Cilicienſi cui ſcis treis diocæſes,id eſt iuriſdictiones Aſiaticas attributas fuiſſe familiarius quàm Androni Laodicenſi filio Arthemonis,& habui eum, id eſt in ea ciuitate.ſ. Laodicea,tum,ideſt pariter hoſpitem,tum,id eſt pariter,accommodum,id eſt applicatum & idoneum uehementer,ad rationem & conſuetudinem uitæ meæ. Quem quidem ego cœpi facere etiã multo pluris poſteaquã deceſsi,ꝙ.i.eo ꝙ expertus ſum multis rebus,ſup. eum hominem gratũ & memorem mei. Itaq; ego uidi eum libentiſsime. Nõ enim fugit te,qui feciſti benigne plurimis in iſta ꝓuincia.ſ.tua,q̃ multi.ſ.quos ſcio ꝙ pauciſ

simi inueniantur grati. Ego scripsi hoc propterea, & ut intelligeres me laborare, id est solicitum esse nō sine causa, & ut tuipse iudicares eum dignum hospitio tuo. Tu igitur feceris mihi gratissimum, si declararis pro declarandeueris ei, quāti, id est quàm magni, aut multifacias, id est æstimes me, id est si receperis eum in fidē tuam, & adiuueris eum quibuscunq; rebus poteris honeste & sine molestia tua. Hoc erit mihi gratum uehementer, & rogo te etiam atq; etiam ut facias id. Vale.

HVBER. GRatæ. Cum proficisceretur Seruilius in Asiam Prætor scripserat ad Ciceronem omnem nauigationem suam. Itaque Cic. dicit eas literas sibi gratas fuisse, quoniam ostenderunt Seruilium sui memorem esse. Petit deinde ab eo, ut aliquid de rebus prouinciæ, & de institutis suis scribat, se autem scripturum dicit rarius quid sentiat de statu reipublicæ, quid autem agatur sæpius scripturum. Laudat autem consilium Seruilii, qui putet utilius esse tueri Asiā, quàm esse Romæ: polliceturque se diligenter curaturum quicquid ad eius dignitatem pertinebit. Cursus, itinera, progressus. Qua. memoria. Institutis, decretis à te factis in prouincia. Pro tua claritate, quia clarorum uirorum nulla facta possunt esse in obscuro, ut alibi dicit. Quid sentiam. quod opiner. Periculum, ne literæ ad manus Cæsaris peruenirēt. Collegæ, quia fuerat proconsul in Gallia, sicut & Cicero in Cilicia, & Seruilius in Asia. Magni referebat, uel utile erat. Male affectam, male tractatam, uel malè dispositam. Optatius, gratius. Obseruantia, reuerentia. Quod &, adducit multas causas suę obseruantiæ erga patrem Cæcinnæ.

ASCEN. GRatæ &c. Cum proficisceretur Seruilius in Asiam prætor scripserat ad Ciceronem nauigationem suam, quod hoc ordine sibi placuisse dicit Cicero. Literæ tuę fuerunt mihi gratæ uehementer, ex quibus cognoui cursum, id est processum nauigationum tuarum. Significabas enim, scilicet hoc faciendo, memoriam tuam, id est te memorem, necessitudinis nostræ, qua nihil poterat esse iucundius mihi. Quod reliquum est, id est adhuc restat, erit mihi etiam gratius multo, quia utilius si scribes ad me familiariter de repub. & de statu prouinciæ, & sup. de institutis id est ordinationibus tuis. Quæ quanquam audiam ex multis pro tua claritate, id est propter claritatem tuam quæ nihil sinet te in occulto agere, tamē cognoscam libentissime ex literis tuis. Ego non scribam sæpe ad te. Quid sentiam de summa, id est maxima salute reip. propter periculum eiusmodi literarum. Autem, id est sed, ego scribam sæpius quid agatur. Ego tamen uideor sperare fore, id est futurum esse, & esse, scilicet modum Cæsari Collegæ nostro, ideſt qui proconsul fuit in Gallia, cum ego essem in Cicilia, curę, ut habeamus aliquam rempub. Si dicas etiam tunc cum Cæsar in Gallia esset aliqua erat respub. uerum de tempore quo Cæsar quodammodo coactus ut se, & suos tueretur, rempub. inuaserat loquitur, quam illi fuerat in animo aliquando restituere, collegam autem uocat quia quondam simili magistratu functi erāt, aut quia iam tunc in aliquo collegio seu augurali, seu consulari simul erant. Cuius, scilicet Cæsaris, consiliis referebat, id est in re & utilitate erat, magni, id est magnopere, te interesse, id est præsentē esse, sed si est tibi utilius, id est gloriosius præesse Asiæ & tueri, id est protegere istam partem reipublicæ male affectam, ideſt animatam aut tractatam, idem quod profuturum, id est utile futurum est tibi & laudi tuæ, debet esse quoque, id est etiam optabilius mihi. Ego curabo summo studio & diligentia, scilicet summa, ea quæ arbitrabor pertinere ad dignitatem tuam. Et in primis tuebor omni obseruantia, ideſt ueneratione & custodia patrem tuum uirum clarissimum, quod debeo facere, &, id est simul pro uetustate necessitudinis, id est necessariæ amicitiæ quæ est mihi cum eo, &, id est simul, pro beneficiis uestris, id est tuis & patris & pro dignitate ipsius, scilicet patris tui. Vale.

M.T.C.

causa laborare intelligeres, & tu ipse eum dignū hospitio tuo iudicares. Feceris igitur mihi gratissimū, si ei declararis quanti me facias, id est si receperis eū in fidem tuam, & quibuscunq; rebus honeste, ac sine molestia tua poteris, adiuueris. Hoc mihi erit uehementer gratum. Idq; vt facias te etiam atq; etiam rogo. Vale.

M.T.C. Seruilio Hisaurico Proconſ. Collegæ. S.P.D.

GRatæ mihi uehemēter tuæ literæ fuerunt, ex quib⁹ cognoui cursus nauigationū tuarū. significabas enim memoriā tuam nostræ necessitudinis, qua mihi nihil poterat esse iucundius. Qd reliquum est, multo etiam erit gratius, si ad me de republica, id est de statu prouinciæ, de institutis tuis familiariter scribes. Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissimè ex tuis literis cognoscam. Ego ad te de reipublicæ summa quid sentiam, non sæpe scribam propter periculum eiusmodi literarum. Quid agatur autem, scribam sæpius. Sperare tamen videor Cæsari Collegæ nostro fore curæ, & esse, vt habeamus aliquam rempublicam cuius consiliis magni referebat te interesse. Sed si tibi vtilius est, id est gloriosius, Asiæ præesse, & istam partem reipublicæ male affectam tueri: mihi quoque idem, quod tibi & laudi tuæ profuturum est, optatius debet esse. Ego, quæ ad tuam dignitatem pertinere arbitrabor, summo studio diligentiáque curabo. In primisque tuebor omni obseruantia clarissimum virum patrem tuum: quod & pro vetustate necessitudinis, & pro beneficiis vestris, & pro dignitate ipsius facere debeo. Vale.

M.T.C. P. Seruilio Colle. S.D.

GAius Curtius Mithres est ille quidem, vt scis, libertus Posthumi familiarissimi mei: sed me colit & obseruat æque atq; illū ipsum patronū suum. Apud eum ego sic Ephesi fui, quotiescunq; fui, tanquā domi meæ. Multaq; acciderunt in quibus & beneuolentiā eius erga me experirer, & fidē. Itaq; siquid aut mihi, aut meorum cuipiam opus est in Asia, ad hunc scribere cōsueui: huius cum opera & fide, tum domo & re vti, tāquam mea hæc ad te eo pluribus scripsi, vt intelligeres, me non vulgariter nec ambitiosè, sed vt pro homine intimo, ac mihi pernecessario scribere. Peto igitur à te, vt in ea controuersia quam habet de fundo cū quodā Colophonio, & in cæteris rebus, quantum fides tua patietur, quantumq; tuo commodo poteris, tantum & honoris mei causa cōmodes. etsi vt eius modestiam cognoui, grauis tibi nulla in re erit. Si & mea cōmendatione & sua probitate assecutus erit vti de se bene existimes, omnia se adeptū arbitrabitur. Vt igitur eum recipias in fidem, habeasq; in numero tuorum, te vehementer etiam atq; etiam rogo. Ego quæ te velle, quæq; ad te pertinere arbitrabor, omnia studiosè diligenterq; curabo. Vale.

GAius Curtius. Curtium Mithrem libertum Posthumi, familiarissimi sui Ci. cōmendat Seruilio, ut in quadam controuersia, quam habebat cum quodam Colophonio de fundo quodā ei faueat, & habeat in numero suorum. Ille. habet emphasim ad laudem. Aeque, tam. Atque. quàm. Sic, tam familiariter. Scribere, ut pro me & meis agat. Vti. s. consueui. Vulgare. pro uulgariter. i. negligenter. Sed ut. i. tanquā. Intimo, familiarissimo. De fundo. i. propter fundum. i. possessionē. Colophonio, ciui Colophonis, quod est ciuitas in Ionia ab Andremone Pyllio condita, authore Stra. de qua plura dicemus in cōmentariis epistolarum Hora. quos propediem me editurum spero. Cōmodes, faueas, commoditatem facias. Bene exi. bene sentias & iudices. Aeque Atque Colophō

IOCAIVS &c. Curtiū Mithrem libertum Posthumi familiarissimi sui Ci. cōmendat Seruilio, ut in quadā controuersia quam habebat cum Colophonio de fundo quodam eum adiuuet, dicens. Caius Curtius Mithres est ille quidem, uidetur uacare ille, sed quia apte cohæret particulæ quidē, illi coniunxit, libertus Posthumi familiarissimi mei, sed colit atque obseruat me, æque, atque, id est æqualiter, ut illum ipsum. i. Posthumum patronum suum. Ego fui Ephesi in ea ciuitate Asiæ, quotiescunque fui, scilicet Ephesi, apud eum, scilicet C. Curtiū sic tāquam, scilicet fuissem domi meæ. Et multa acciderunt in quibus experirer. i. simul beneuolentiam erga me & fidem. Itaque si quid opus est, aut mihi, aut cuipiam meorum in Asia consueui scribere ad hunc, & sup. consueui uti tum opera & fide huius, scilicet C. Curtii, tùm domo & re, tanquam mea. Ego scripsi hæc ad te eo, id est propterea plurib⁹ sup. uerbis ut intelligeres me non scribere uulgariter, ideſt more uulgi, aut ut de uulgo, nec ambitiosè, id est more ambientis, qui digna & indigna ut impetret, quod petit obire solet, sed ut pro homine intimo ac pernecessario mihi. Igitur quia honestè possum & ex officio debeo, ego peto à te, ut commodes, id est prosis, & te applices ei, causa honoris mei, quia honorificū est magni fieri à magnis uiris, in ea controuersia, id est lite, quam habet de fundo, id est de possessione fundi, cum quodam Colophonio. i. ciue Colophonis oppidi in Ionia, & in cæteris rebus, quantum fides. i. æquitas tua patietur, & quantum poteris tuo commodo, scilicet saluo. Etsi, ut cognoui modestiam eius, in nulla. i. non ulla, non erit grauis. i. molestus & onerosus tibi in ulla re, & si assecutus erit. Et, id est simul, commendatione mea. &, id est simul probitate sua, uti, id est ut,

tronorum suorum nomina accipiebãt. Menandrum hominem frugi, id est utilem & modestũ, & probatũ, id est probum reputatũ uehementer & patrono & nobis. Tu feceris mihi gratũ uehementer si cõmodaris, id est cõmodum feceris ei, quibuscunque rebus poteris sine molestia tua. Quod ut facias rogo te uehementer etiam atque etiam. Vale.

HVBER. MVltos. T. Augustium cõmendat Cice. Comitẽ suum tempore exilii sui, petitq; à Seruio, ut eum ita tractet, ut intelligat hãc cõmendationem sibi plurimum profuisse. Velle. s. te efficere. Non ea. non similis & par, quia cum alio interdũ est maior & iustior quàm cũ alio. Comes. quia semper fuit mecum. Illo tempore. exilii mei. Socius. proprie in periculis dixit socium, ut O socii, neque enim ignari sumus ante malorum, comitem uero itinerum dixit. Permisissem. concessissem, ut discederet.

Comes Socius

O socij

ASCEN. MVltos &c. Rursus se purgãs cõmendat Titum Augustium, dicens. Necesse est sup. ut cõmendem tibi multos, quando. i. quandoquidem necessitudo nostra. i. necessaria coniunctio in amicitia, & beneuolentia tua erga me est nota omnibus. Sed tamẽsi ego debeo uelle. s. quod peto, causa omnium, quos cõmendo, tamen non eadem causa. s. petendi est mihi cum omnibus, quia aliis plus, aliis minus debeo plurimum autem se debere quem nunc cõmendat innuit subdens. Titus Augustius fuit. Et. i. simul, comes meus. i. me comitans tanquã minor, illo tempore miserrimo. s. exilii mei, aut fugæ cum aliis Pompeianis, & socius meus. i. æqualiter particeps omniũ itinerũ nauigationum laborum, periculorũ meorum. Neq; discessisset à me hoc tẽpore, nisi ego permisissem ei. Quare ego cõmendo tibi eum sic, ut unũ de domesticis meis & necessariis maxime. Tu feceris mihi pergratũ si tractaris pro tractaueris eum ita, ut intelligat hãc cõmendationẽ fuisse sibi magno usui atq; adiumento. Vale.

HVBER. CAereliæ. Antequã proficisceretur Seruilius in Asiam Ci. ei cõmendauerat coram Cæreliam necessariam suam, quæ multa habẽbat in Asia, quam etiam nunc per literas cõmendat, rogatq; eum illam adiuuet cum habeat facultatẽ id faciendi propter senatusconsultũ quod contra hæredes C. Vennonii factum erat in fauorẽ Cæreliæ. Cõmonefaciendum. admonendum, in memoriam tibi id factum reducendũ. Propter magnitudinẽ prouinciæ, quia habes magnam administrationẽ prouinciæ, per quam posses fortasse esse immemor eius, quod mihi pmisisti. Recepisse, promisisse. Facultatem. cõmoditatem, occasionem. s. faciendi, quæ recepisti. Ex eo senatusco. propter id senatusco. In hæ. contra hæredes, qui Cæreliæ aduersarii erant. Cõmodandi, cõmodum faciẽdi. i. quod est factum in fauorẽ Cæreliæ. Interpretabere. uidebis quid uelit. Eius or. senatorii. Magni fu. magni existimatam esse. Itaque eam debetis cõseruare faciẽdo quicquid decreuit ipse senatus. Quod reliquũ est, pro in eo quod reliquũ est propter interpretationem illius senatusconsulti. Benigne, liberaliter bene.

ASCEN. CAERELIAE &c. Cõmendat & Cereliam mulierẽ sibi necessariam quæ multa habẽbat in Asia ubi Seruilius iam tum erat negocia. Ordo est. Ego cõmendaui tibi præsens. i. coram, in hortis tuis, quam. i. quantũ potui diligentissime, rem. i. litem, nomina. i. debita per nomina debitorum notata, & possessiones Asiaticas. i. quas habet in Asia. Et tu recepisti. i. promisisti liberalissime mihi pro consuetudine tua, & pro perpetuis & maximis officiis tuis in me, hoc est conformiter adeo te facturum omnia. Ego spero te meminisse. i. memoria tenere id, scilicet te recepisse, scio enim sup. te solere, scilicet meminisse. Sed tũ procuratores Cæreliæ scripserunt te esse cõmonefaciendũ etiam âtque etiã. i. frequenter & diligenter, propter magnitudinẽ, scilicet tuorum in ea. Peto igitur ut memineris te recepisse, id est promisisse mihi cumulate, id est abunde, omnia quæ fides tua pateretur. Equidem, id est ego certe existimo te habere magnam facultatem. Sed hoc est consilii tui, id est pertinet ad consiliũ tuũ, & iudicii, scilicet ad iudiciũ tuum cõmodandi, id est cõmodi faciendi Cereliæ. Ex eo senatusconsulto, id est uirtute illius senatusconsulti, quod factũ est in, id est contra hæredes Caii Venonii, quia quod in unum latũ est potest inconsimiles applicari, unde addit. Tu interpretabere id senatusconsultũ pro sapientia tua. Scio enim authoritatẽ eius ordinis, scilicet senatorii fuisse semper apud te magni, id est magnæ æstimationis. Quod reliquũ est, id est quantum ad id quod restat scribendum, ego uelim sup. ut existimes sic quibuscunque rebus feceris benigne, id est fauorabiliter Cereliæ, facturum esse gratissimum, id est rem gratissimam mihi. Vale.

M.T.C. Seruilio. S.P.D.

MVltos tibi cõmẽdem necesse est, quũ omnibus nota nostra necessitudo est. tuaq; erga me beneuolẽtia. Sed tametsi omnium causa quos commẽdo, velle debeo, tamẽ cum omnibus non eadẽ mihi causa est. T. Augustius & comes meus fuit illo miserrimo tẽpore, & oĩm itinerũ, nauigationũ, laborũ, periculorũ meorũ socius. Neq; hoc tempore discessisset à me, nisi ego ei permisissem. Quare sic tibi eum commẽdo, vt vnum de meis domesticis, & maxime necessariis. Pergratum mihi feceris, si eũ ita tractaris vt intelligat hanc cõmendationem sibi magno vsui atque adiumento fuisse. Vale.

M.T.C. Seruilio Colle. S.P.D.

CAereliæ necessariæ meæ rẽ, nomina, possessiones Asiaticas cõmendaui tibi præsens in hortis tuis, quàm potui diligẽtissime: tuq; mihi pro tua consuetudine, proq; tuis in me perpetuis maximisq; officiis omnia te facturum liberalissime recepisti. Meminisse te id spero, scio enim solere. Sed tamẽ Cæreliæ procuratores scripserunt te propter magnitudinem prouinciæ, magnitudinemq; negotiorum etiã atq; etiã esse cõmonefaciendũ. Peto igitur vt memineris te oĩa, quæ tua fides pãteretur, mihi cumulatè recepisse. Equidẽ existimo habere te magnã facultatẽ (sed hoc tui est cõsilii & iudicii) ex eo s. c. quod in hæredes C. Vennonii factum est Cærellæ cõmodandi. Id s. c. tu interpretabere pro tua sapiẽtia. Scio. n. eius ordinis authoritatẽ semper apud te magni fuisse. Quod reliquũ est, sic velim existimes, quibuscunq; rebus Cæreliæ benigne feceris, mihi te gratissimũ esse facturũ. Vale.

M.T.C. Qu. Philip. Procõs. S.P.D.

GRatulor tibi q ex prouincia saluum te ad tuos recepisti icolumi fama & rep. Quód si Romæ te vidissem, coram grãtias egissem, q tibi L. Egnatiꝰ familiarissimus meus absens, L. Oppiꝰ præsens curæ fuisset. Cũ Antipatro Derbete mihi, nõ solũ hospitiũ, verũ etiã summa familiaritas intercedit. Ei te vehementer succensuisse audiui, & moleste tuli. De re nihil possum iudicare, nisi illud mihi persuadeo, te talẽ virum nihil temere feciſſe. te autẽ pro vetere nostra necessitudine etiam atq; etiam peto, vt eius filiosqui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones: nisi quid existimas in ea re violari existimationẽ tuam. Quod ego si arbitrarer, nunquã te rogarẽ: mihiq; tua fama multo antiq;or esset, q̃ illa necessitudo est. Sed mihi ita psuadeo (potest fieri vt fallar) eam rẽ laudi tibi potius, quàm vituperationi fore. Quid fieri posset, & quid mea causa facere possis (Nam quid velis, non dubito) velim, si tibi graue non erit, certiorem me facias. Vale.

HVBER. GRatulor. Gratulatur & Ci. Qu. Phi. q bene administrata prouincia incolumi fama & repub. in patriã ad suos se recepisset, cui gratias à se agendas dicit quód L. Oppium præsentẽ & Egnatium absentem familiarissimos suos cõmendatione sua curæ habuisset, deinde quia Philippus iratus fuerat cuidam Antipatro Derbeti hospiti Ci. & familiari, & eius filios detinuerat & in potestate sua habebat, petit ab eo Ci. ut sine præiudicio eius existimationis & dignitatis fieri potest, & sibi cõdonet illos filios, de quo quid actũrus sit petit se certiorem fieri. Incolumi, integra, quia omnes bene de te loquuntur. Et respub. scilicet incolumi, hoc est bene administrata. Succẽsuisse, iratum esse. De re. de causa propter quam ei succensuisti, utrum iusta an iniusta. Temere, sine causa. In tua po. à te detenti. Condones. ex dono dimittas. In ea re. condonando eos mihi. Violari. lædi. Existimationem, authoritatem. Antiquior, prior, charior. Potest fie. possibile est, sed oratores rarissime dicunt possibile est, sed semper fieri potest. Quod ue. scilicet facere. Non du. quia scio te omnia uelle mea causa, si modo salua fama tua facere possis.

Temere

Possibile

ASCEN. Ratulor &c. Gratulatur Qu. Philippo quòd bene administrata prouincia incolumi fama & rep. ad suos se recepisset. Deinde eidem gratias agendas à se dicit quòd Lu. Oppium præsentem, & Egnatium absentẽ cõmendatos habuit. Tum antipatri reconciliationem, & filiorũ eius liberationẽ ambit honestissimis uerbis hoc ordine. Ego gratulor tibi, q recepisti, te saluum ex prouincia ad tuos, & hoc fama, scilicet tua incolumi. i. integra, & repu. incolumi. i. salua quod si uidissem te Romæ egissem gratias, q Luciꝰ Egnatius familiarissimꝰ meus fuisset tibi curæ absens, id est cum esset absens, & L. Oppius præsens. i. cum esset præsens. Non solum hospitiũ, uerũetiam summa familiaritas intercedit. i. uinculũ necessitudinis mihi, cum Antipatro Derbete. ego audiui te succẽsuisse. i. iratũ fuisse uehementer, & tuli su. id moleste. i. dolẽter. Ego nihil possum iudicare de re. i. de causis irarũ, nisi sup. q persuadeo mihi illud, te talẽ uirũ. i. cum sis talis. i. tũ iustus & prudẽs uir nihil feciſſe temere. i. sine legitima causa. Autẽ. i. sed. ego peto à te etiã atq; atiã pro necessitudine nostra uetere, ut cõdones. i. dono emittas & libere abire sinas, potisimũ mihi. i. pcibus aut amori meo, filios eius qui sunt in potestate tua. i, detinenẽ à te captiui, nisi existimas. i. iudicas, existimationẽ. i. reputationẽ seu nomẽ & famã tuã uiolari quid. i. in aliquo, in ea re. i. pro eorum cõdonatione & in remissione. Qđ si ego arbitrarer. s. facturũ, ego nunquã rogarẽ. s. te id, & tua fama esset mihi multo natiquior, i. chãrior, eoq; antiquisimos amicos charissimos habemus, quã est illa necessitudo. s. cũ Antipatro hospite. Sed persuadeo mihi ita, potest fieri ut fallar, eam rem fore tibi potius laudi. i. ad laudem, q̃ uituperationi, id est ad uituperationem. Velim si non erit tibi graue sup. ut facias me certiorem, quid possit fieri, & quid uelis facere causa mea, nam non dubito quin uelis, scilicet multa facere. Vale.

M.T.C. Qu. Philip. Procõs. S.P.D.

ET si nõ dubito pro tua ĩ me absentia, pq; nostra necessitudine, qn cõmẽdationẽ meã memoria teneas: tamẽ etiã atq; etiã eũdẽ tibi L. Oppiũ familiarẽ meũ præsentẽ, & L. Egnatii familiarissimi mei absentis negocia cõmendo. Tãta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasq;, vt si mea res esset non magis laborarem. Quapropter gratissimum mihi feceris, si curaHVBER. ET si nõ. Eidẽ Philippo cõmendat Cic. eosdẽ Opium & Egnatiũ, quos antea cõmendauerat, de quibꝰ in pcedenti epistola uidimus. Is. Egnatiꝰ.

ASCEN. ET si &c. Cõmendat rursus Oppiũ & Egnatiũ Philippo, dicẽs. Et si nõ dubito p obseruãtia tua in me, & pro necessitudine nra quin teneas memoria cõmendationẽ meã. s. q nup feci, tũ ego cõmendo tibi etiã atq; etiã eundẽ L. Oppiũ familiarẽ meũ psentẽ. i. qui apud te est, & negocia L. Egnatii familiarissimi mei absentis, quia Romæ agẽtis. Tãta necessitudo & familiaritas est mihi cũ eo, ut nõ laborarẽ magis si esset res mea. Quapropter feceris mihi gratissimũ si curaris p curaueris, ut is. s. Egnatius intelligat me amari à te tantũ, quantũ ipse existimo. Nihil potes facere mihi gratius hoc. i. q̃ sit hoc, & rogo te uehementer ut facias id. Vale.

ris vt is intelligat me â te tantum amari, quantum existimo. Hoc mihi grâtius facere nihil potes. Idque vt facias, te vehementer rogo. Vale.

M.T.C. T. Titio Titi. Fi.
Leg. Com. S.P.D.

HVBER. ET si non dubito, quin apud te mea cõmendatio prima satis valeat, tamen obsequor homini familiarissimo C. Auianio Flacco, cuius causa omnia cum cupio, tum meherculè etiã debeo. De quo & præsens tecum egi diligenter, cum tu mihi humanissime respondisti, & scripsi ad te accurate antea: sed putat interesse sua, me ad te quã sæpissime scribere. Quare velim mihi ignoscas, si illius voluntati obtemperans, minus videbor meminisse constantiæ tuæ. A te idem illud peto, vt de loco, quo deportet frumentum, & de tempore, Auianio cõmodes. quorum vtrunq; per eundem me obtinuit triennium, dum Põpeius isti negotio præfuit. Summa est in quo mihi gratissimum facere possis, si curaris vt Auianius, quũ se à me amari putat, me à te amari sciat. erit id mihi pergratum. Vale.

ET si non du. Epistola imitatione utilis ad excusationem importunitatis de repetitione eiusdem cõmendationis quã Cice. se facere Titio dicit, non diffidentia eius constantiæ qui semel promiserat sed ut satisfaciat, & obsequatur Auianio Flacco ita se postulanti, ut rursus per literas eum commendaret ipsi Titio, quod Ci. facit, & quoniã erat Titius legatus annonæ præfectus petit ab eo, ut concedat Auianio, & locum & tempus deportandi frumẽtum, quod aliàs per seipsum dicit obtentum, & impetratũ cum Pompeius huic negocio præpositus fuit. Obsequor. morem gero. Interesse sua. sibi utile esse. Minus uidebor, id est si non uidebor recordari, & tenere memoria quod id quod semel promiseris constanter efficias, qui enim sæpe petit uidetur aut immemor esse aut diffidere. Vtrunque. & locũ & tempus. Isti, negocio, id est cum esset annonæ & rei frumentariæ præfectus.

ASCEN. ET si non du. &c. Epistola hæc imitatione digna est ad excusandam importunitatem eiusdem commendationis quàm se facere Cic. fatetur, dicens. Etsi non dubito quin prima cõmendatio mea ualeat satis apud te, tamen obsequor, id est inseruio & morẽ gero Caio Auianio Flacco homini familiarissimo, cui⁹ causa ego tum, id est pariter, cupio omnia tum. i. pariter etiã, mehercule, debeo omnia, scilicet quæ possem illi cõmendare. De quo &, id est simul, egi tecũ diligenter præsens, id est cum præsens tibi essem, cum tu respondisti mihi humanissime, & scripsi antea ad te accuratè. i. cũ cura & diligentia. Sed sup. Auianius putat interesse. i. in re esse ac referre sua, me scribere, quàm sæpissime ad te. Quare uelim sup. ut ignoscas mihi, si ego obtemperans. i. morem gerens uoluntati illius minus. i. non, aut non satis uidebor meminisse. i. memor esse, constantiæ tuæ, qui quod semel promisisti, non prætermittis. Ego item, id est similiter peto à te illud, ut cõmodes, id est cõmodum facias & inseruias Auianio, de loco & de tempore quo deportet, id est transportet frumentum, scilicet quod uendere uult. Quorum utrunque, id est & locum & tempus deportandi frumẽti ipse obtinuit triennium. i. per spatiũ trium annorum, per eundẽ me. i. per cõmendationem meã dum Pompeius præfuit isti negocio. i. rei frumentariæ. summa. s. uotorũ, aut principalis petitio mea est sup. eius in quo possis facere mihi gratissimum si curaris pro curãueris, ut Auianius quãdo, id est quandoquidem, putat se amari à me, sciat me amari à te. Id erit mihi pergratum. Vale.

M.T.C. IIII. Viris & Decur. S.P.D.

HVBER. TAntæ. Quatuor uiri & decuriones magistratus erant ita à numero dicti, iis cõmendat Cic. Valgium Hippianũ, ut possessionem quã ab eis in agro Fregellano emerat, liberam & immunem eum habere permittant, præerant enim in vendendis agris publicis. Molestus essem, afferrẽ tedium. Fregellano. Fregella urbs est Campaniæ.

Fregella

ASCEN. TAntæ &c. Quatuor uiris & decurionibus qui magistratus à numero dicti sunt commendat Valgium Hippianum, dicens. Tantæ causæ necessitudinis sunt mihi cum Quinto Hippio, qui ut cõiectura cõsequi possem, aut pater, aut frater, aut summe alioqui necessarius fuit eius, quem cõmendat, aliter enim frustra illius necessitudinis meminerit, ut nihil possit esse coniũctius quàm nos sumus inter nos. Credo tamen legendũ non quàm nos inter nos sumus sed q̃ sumus inter nos idque Valla astipulante, quod nisi esset ita, uterer consuetudine mea, ut nulla. i. non ulla nõ essem molestus uobis in ulla re. Etenim. i. nam certè uos estis mihi optimi testes quanquã persuasum esset mihi, nihil esse qđ nõ possem imptrare à uobis, tamen me unq̃ uoluisse esse grauẽ. i. molestũ uobis. Igitur quia cogor ego rogo uehemẽter uos etiã atq; etiã ut causa honoris mei quia turpe est precantẽ nõ exorare, tractetis liberalissime Caiũ Valgiũ, sunt qui Valligeniũ scribant, Hippianũ, ergo de domo Hippiorũ, & cõficiatis. i. finiatis cũ eo rem. i. cõtrouersiã, ut possit habere eam possessionẽ liberã & immunẽ. i. nulli oneri obnoxiã, q̃ habet in agro Fregellano. i. iuxta Fregellas urbem Campaniæ emptam à uobis. Si ego impetraro pro impetrauero à uobis, id ego arbitrabor me affectum, scilicet à uobis summo beneficio. Vale.

HVBER. CVM his. scripsit Cice. se præter cõsuetudinẽ suam iuisse in senatum frequentius, ne deesset honori Sulpi. qui quantũ ex sequẽtibus coniicimus præerat Dalmatiæ. Itaq; cum rem benè egisset, dicit Ci. se libentèr affuisse in senatu, & ei supplicationẽ decreuisse, Deinde cõmendat ei M. Bollanum ueterẽ amicum suũ, qui multũ in eius prouincia uersabatur, aut certè aliquẽ locũ apud eum habebat. Postremò rogat eum ut det operam. Dionysiũ seruum, qui aufugerat ad se remitti. Ventitarẽ, frequenter uenirẽ. Supplicationem, propter res à te in prouincia benè gestas. Iure suo. i. licẽter & sine ullo respectu. In hac re, quam modo dicam. Dionysius. exponit in quo uelit eũ elaborare. Bibliothecam. i. libros, licet propriè significet locũ ubi reponuntur libri, Multorũ nũ. i. q̃ muniuerã magna impensa. Tractauit, curæ habuit, & in potestate sua, uũ supra lib. v. ad Vati. appellauit eũ Anagnostẽ. i. lectorẽ. Surripuisset, furatus esset. Latũ impunè. i. nõ fore sine punitione. Narõnæ, quæ est ciuitas Dalmatiæ, ut in epistola Vatinii in fine cognoscitur lib. v. Manumissum, liberatũ. Res ip. par. id est non magni precii est ipse seruus & quod asportauit. Sed do. ma. quod ita fuerim abeo delusus & deceptus. Per te opera & cura tua.

Narona

ASCEN. CVM his &c. Scribit ne deesset honori ipsius Sulpitii, libenter affuisse in senatu & ei supplicationẽ decreuisse. Deinde cõmendat ei M. Bollanũ ueterem amicum suum, dicens. Cum non sanè. i. multũ uentitarẽ. i. frequẽter irem aut uenirem, in senatũ, tamen, ut, id est postquàm legi literas tuas. s. petentes supplicationem pro re bene gesta non existimaui me posse deesse, honori tuo. i. rei, in qua agatur de honore tuo saluo iure ueteris amicitiæ nostræ, & multorum officiorum inter nos. i. mutuò exhibitorũ. Itaq; ego affui. i. præsens fui & decreui. s. cum aliis. Libenter tibi supplicationem. i. ut dicunt rogationem generalem. Nec deero ullo tempore reliquo. i. deinceps, aut rei, aut existimationi. i. famæ, & reputationi, aut dignitati tuæ, atque ut necessarii tui sciant me esse hoc. i. huiusmodi animo erga te, uelim sup. ut facias eos certiores per literas, ut si quid sit opus ne dubitent. i. uereantur, denunciare. i. indicare mihi suo iure. i. audacter quasi suo iure quid denuncient. Ego cõmendo tibi magnopere M. Bollanum uirum bonũ & fortem, & ornatum omnibus rebus. i. ornamentis debitis & ueterem amicum meum. Tu feceris mihi pergratum. i. rem ualdè gratam, si curaris. i. curaueris, ut is intelligat, hanc cõmendationem fuisse sibi magno adiumẽto. Et cognosces ipsum sup. esse uirum optimum & gratissimũ. Ego promitto tibi te esse capturum magnã uoluptatem ex amicitia eius, scilicet Bollani. Præterea ego peto à te in modum maiorem. i. non uulgarẽ, pro amicitia nostra & pro perpetuo studio. i. fauore tuo in me, ut etiam elabores. i. enitaris efficere quod peto in hac re. Diony. seruus meus, qui tractauit bibliothecam, id est ut dicunt librariam meã

emptam, eam liberam & immunẽ habere possit. Id si à uobis impetraro, summo me bñficio uestro adfectũ arbitrabor. Valete.

M.T.C. Sulpitio Impe. S.P.D.

HVBER. CVM his temporibus non sane in Senatum vẽtitarem, tamen vt tuas literas legi, non existimaui me saluo iure nostræ veteris amicitiæ multorumq; inter nos officiorum facere posse vt honori tuo deessem. Itaque affui, supplicationemq; tibi libenter decreui: nec reliquo tempore vllo, aut rei, aut existimationi, aut dignitati tuæ deero. Atque hoc vt tui necessarii sciant, hoc me animo erga te esse, velim facias eos per literas certiores, vt si quid tibi opus sit, ne dubitẽt mihi iure suo denũciare. M. Bollanum virum bonum & fortem, & omnibus rebus ornatũ, meumque veterem amicum tibi magnopere cõmendo. Pergratum mihi feceris si curaris vt is intelligat hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse. Ipsumque virum optimum gratissimumque cognosces. Promitto tibi, te ex eius amicitia magnam voluptatem esse capturum: præterea à te peto in maiorem modum pro nostra amicitia, & pro tuo perpetuo in me studio, vt in hac re etiã elaborares. Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecã multorũ nummorum tractauit, cùm multos libros surripuit, nec se impunè laturum putaret, aufugit. Is est in prouincia tua. Eum & M. Bollanus familiaris, & multi alii Narone viderunt. Sed cũ se à me manumissum esse diceret, crediderũt. Hũc tu si mihi restituẽdum curaris, nõ possum dicere q̃ mihi gratum futurum sit. Res ipsa parua, sed animi mei dolor magnus est. Vbi sit, & quid fieri possit, Bollan⁹ te docebit. Ego si hominẽ per te recuperaro, summo me à te beneficio adfectum arbitrabor. Vale.

multorum nummorum, id est multis nummis emptam aut constantem, erat enim ut. v. lib. ad Vatinium dictũ est anagnostes, id est lector, cum subripuisset. id est clàm abstulisset multos libros, nec putaret se laturum impune, aufugit. Is est in prouincia tua M. Bollanus familiaris, scilicet meus, & multi alii uiderunt eum Naronæ, id est in ea urbe Dalmatiæ. Sed cum diceret se manumissum à me, crediderunt sup. ei. Si curaris hunc restituendum mihi, non possum dicere quàm gratum sit futurum mihi. Res ipsa est parua, sed dolor animi mei est magnus. Bollanus docebit te ubi sit & quid possit fieri, scilicet pro eo comprehendendo. Ego si recuperauero hominem per te, arbitrabor me affectum beneficio. Vale.

HVBER. DEMOCRITVS. Allienum proconsulem Græciæ rogat, ut recipiat in amicitiã suã Democritum Sicyoniũ. Deinde si uidebitur dignus amicitia sua, eum cõseruet & diligat. Laudat autem Ci. eius liberalitatẽ & obseruantiã in hospites omnes, sed præcipue in se, quẽ dicit esse primarium totius Achaiæ, & fore dignũ quem Allienus & hospitio & amicitia dignum iudicet. Principem, primarium ex primis. Patefacio, aperio, paro. Innuo, significo, & quasi quodã nutu demonstro. Complectare, suscipias.

ASCEN. DEMOCRITVS &c. Allienum proconsulẽ Græciæ rogat ut recipiat in amicitiã suam Democritum Sicyoniũ deinde ut si dignus uidetur rogat eum cõseruet & diligat dicens. Democritus Sicyonius est nõ solum hospes meus, sed etiam ualde familiaris sup. mihi, quod, scilicet esse mihi familiarem, contingit non multis præsertim græcis. Enim. i. quia summa probitas, summa uirtus, summa liberalitas in hospites & obseruantia sup. summa est in eo, & colit & obsernat & diligit me. Auxesis est, præ cæteris. i. ante alios, hoc est plus quàm cæteros hospites suos. Tu cognosces eum principẽ, id est primariũ, non solum ciuium suorum, scilicet Sicyoniorũ, uerumetiã pene. i. quasi totius Achaiæ, ergo Sicyon in Achaia est. Ego patefacio huic tantũmodo aditum ad cognitionem tuã, & innuo. i. significo, cognitum per teipsum. i. ubi cognosces eum, quæ. i. secundũ ꝙ natura tua est tu iudicabis dignũ tua amicitia atque hospitio. Peto igitur à te ut his literis lectis, recipias eum in fidem tuam, sup. & ut polliceare te facturum omnia, scilicet licita & honesta, causa mea. De reliquo peto si cognoueris, id quod confido fore, id est futurum, eum dignum tua amicitia & hospitio, ut complectare eum, & sup. diligas ut habeas in tuis, id est in numero tuorum. Id erit mihi gratum in maiorem modum. Vale.

HVBER. ET te. C. Alliẽnus Flaccum quem supra Titio cõmendauit Ci. cõmendat etiam nũc Alieno proconsuli Græciæ, commendat etiam eius filios & M. Auianium eius fratrem, qui cum Ci. erat. M. s. Auiánius eius frater. Illius præsentis. s. Auiáni. Vtriusq; C. & Marci.

ASCEN. ET te &c. Auiánium Flaccum quem supra Titio cõmendauit Ci. cõmendat nunc Allieno procõsuli Græciæ, cõmendans etiam eiusdem liberos & fratrem M. Auiániũ, unde hic liber fere cõmendatitius est, sed tanta uarietate ut torrẽtem Ciceronianis facundiæ nemo satis miretur. Ordo est. Et. i. simul aut pariter seu pariformiter, ego arbitror te scire quanti fecerim, id est existimarim semper C. Auiániũ Flaccũ, & ego. i. pariter audieram ex ipso, scilicet Auiánio, hómine optimo & gratissimo, quàm. i. quantùm liberaliter esset tractatus à te. Ego cõmendo tibi filios eius, dignissimos tali. i. tã optimo patre, & necessarios meos, quos díligo unicè. i. singulariter, hoc est maximè, quia quos únicos habemus maximopere diligimus, commendo inquã sic, ut nullos, id est nonnullos, non possim cõmendare ullos maiore stúdio. i. affectu, fauore, & conatu. Ca. Auiánius est in Cilícia, Mar. scilicet Auianus frater eius est nobiscum, rogo te ut ornes dignitatem illius, scilicet Caii præsentis. s. tibi unde duxi legendũ in Cilicia nõ Sicilia, & defendas rem utriusque tu nihil potes facere mihi grátius hoc. i. quàm hoc, in ista. s. tua prouincia, & rogo te uehementer etiam atque etiam, id est iterùm atque iterùm ut facias id. Vale.

*P.V.C. IN hoc libro sequẽti hoc in primis adnotandũ existimo, nullo certo órdine epistolas quas cõtinet, collocatas esse, quod ignorãtũ magnopere improuidũ lectorẽ perturbare posset: & quantũ ego perspexi, tria sunt témpora quibus ad Terentiam epistolas scripsit Cicero: de his loquor, quæ nunc inueniuntur: cum in exílium pulsus est: cum in Prouinciam Cilíciam Procos. missus, cum bellũ ciuile inter Cæsarem Pompeiumque exortũ, ac gestum est: nam post aduersum in Pharsália prælium, cum in Itáliam rediisset, non multo post uxori nunciũ remisit: primas quatuor sine dubitatione scripsit, cum à Clódio è pátria eiectus est.

M.T.CICE-

M.T.C. Allieno. Procõs. S.P.D.

DEmocritus Sicyonius, nõ solum hospes meꝰ est, sed etiã, quod non multis contingit, Græcis præsertim, valde familiaris. Est enim in eo summa probitas, summa virtus, summa in hospites liberalitas & obseruãtia: meque præter cæteros & colit & obseruat, & díligit. Eum tu nõ modo suorum ciuium, verum pene Achaiæ principem cognosces. Huic ego tantummodo ad tuam cognitionẽ patefacio & munio: cognitum per te ipsum, quæ tua natura est, dignum tua amicitia atque hospitio iudicabis. Peto igitur à te vt his literis lectis recipias eum in tuam fidẽ: polliceare omnia te facturum mea causa. De réliquo, si id quod cõfido, fore dignum eum tua amicitia hospitióque cognoueris, peto vt eum complectare, díligas, in tuis habeas. Erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

M.T.C. Allieno Procõs. S.P.D.

ET te scire arbitror quãti fecerim C. Auiánium Flaccũ: & ego ex ipso audíuerã óptimo, & gratíssimo hómine, q̃ à te liberalitèr esset tractátus. Eius filios digníssimos illo patre, meosq̃ necessários, quos ego vnicè díligo cõmendo tibi sic, vt maióre stúdio nullos cõmendare possim. C. Auiániꝰ in Sicília est. Marcus est nobíscum. Vt illíus dignitátẽ præsentis ornes, rem vtriusque defendas, te rogo. Hoc mihi grátius in ista prouíncia fácere nihil potes: idque vt fácias, te vehementèr etiám atque etiám rogo. Vale.

M.T. CICERONIS EPISTOLARVM Familiarium. Lib. XIIII.

M.T.C. Terentiæ & Tulliæ & Ciceroni suis S. P. D.

ET literis multorum & sermone omnium perfertur ad me incredibilem tuam virtutem & fortitudinẽ esse: teque nec animi, neque corporis laboribus defatigari. Me miserũ, te ista virtute, fide, probitate, humanitate in tãtas erũnas propter me incidisse: Tulliolãque nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus? Nam quid ego de Cicerone dicam? qui cum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores miseriasque percepit. Quæ si tu, vt scribis, fato facta putarem, ferrem paulò facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab iis me amari putabam, qui inuidebant: eos non sequebar qui petebant. Quòd si nostris consiliis vsi essemus, neque apud nos tantum valuisset sermo aut stultorum amicorum, aut improborum, beatissimi viueremus: nũc quum

HVBER. ET literis. a plixitas qua usus sum in primis libris interpretãdis me rito me breuiorem in sequentibus facere debuit. Nam quæ pluribus epistolis à me exposita sũt ea ubique repetere non modo inutilis uerum etiam ingrati laboris & magnæ molestiæ lectori fore existimaui. Itaque siquispiam quibusdam epistolis aliquid desiderandum putabit eum oratum uelim ne prius laborem meum accúset quàm totum opus legerit. Inueniet enim uel nulla uel certe admodum pauca interpretatione digna à me prætermissa esse, & alium desumet ꝙ alium locum transierat, sed iam ad instituta pergam. ut aliquando consũmato operi deo iuuante finem imponam, huius igitur. xiiii. uoluminis epistolæ uno fere sunt argumento ad Teren. à Cice. scripte quo tempore erat in exilio, sed in hac prima dolet Cice. & ingemiscit, ꝙ culpa sua Teren. in tantas miserias coniecta sit, & simul liberi sui, Ostendit deinde inquibus spem reditus sui habere possit, postea ubi sit & quid agat postremo prætermissis aliis particulis quæ ex epistola cognoscunt. quia Terent. scripserat se uendituram uillam, ut haberet pecuniã, ut per eam posset sibi aliquorum fauorem conciliare, Cic. eam obsecrat, ne id faciat, ne Cice. filius postea pauper relinquatur. Virtutem, constantiam. Fortitudinem, magnitudinẽ animi in aduersis tolerãdis. Laboribus animi ut dolore solicitudine & cogitatione, p uidendi rebus nostris. Me mi. ingemiscit Cic. se esse causam miseriatum uxoris suæ. sic Ouid. ad uxorem. Tristis es idignor quod sim tibi causa doloris. Isti tali. Sapere, intelligere uti ratione, & uulgarius dicam discretionem habere. Fato deorum uoluntate, & lege immutabili. Quippe, qui optabant me secum esse.

ASCEN. EX literis & c. Huius decimiquarti libri epistolæ uno fere sunt argumento ad Terentiam uxorem Ciceronis missæ, quo tempore erat in exilio. Sed in hac prima dolet & ingemiscit ꝙ sua culpa Terentia in tantas miserias literis suis coniecta sit. Ostendit deinde in quibus spem reditus habeat, ac demum obsecrat ne uillam uendat. Ordo est. Perfertur ad me ex literis multorum scilicet qui ad me scribunt, & ex sermone omnium scilicet qui de te loquuntur, uirtutem, & pro. i. fortitudinem tuam esse incredibilem. i. tam magnã ut nemo credere possit, id autem scribit Cic. ut talis esse uelit interdum enim dum immerito laudamur, erubescimus nos tales non esse quales prædicamur. Erat autem reuera mulier parum pudica & rei familiaris dissipatrix, quã repudiatam Salustius factus Cice. inimicus duxit, ut secreta eius rimaretur ex ea. Et fertur ad me. te nec laboribus animi ut curis & solicitudinibus, nec laboribus defatigari. i. ad extremum ultra quod nil possis fatigari. Me miserum minor est excandescentia & minus pathos inducitur quam si dixerit O me miserum, te scilicet præditam uirtutte, fide, probitate. humanitate incidisse in tantas erumnas. i. calamitates & miserias propter me, & Tulliolam blandiendi gratia utitur diminutiuo, nostram scilicet communem filiã percipere tantos luctus ex eo patre, ex quo patre capiebat tãtas uoluptates. Quia Ci. eam usque ad ortem ad amasse dicitur, casto tamen ut boni interpretantur amore. Nam quid dicam ego, de Cice. scilicet communi filio qui cum cœpit primum sapere. i. aliquid intelligere percœpit scilicet in patre. acerbissimos dolores & miserias. Quia ergo minor natus erat quàm Tullia, eum postremum in salutatione ponit & nunc commemorat. Quæ scilicet mala aut aduersa, si ego putarem, ita ut tu scribis facta esse fato. i. ex constituto uoluntatis & fati. i. dicti deorum, ego ferrem paulo. i. modico facilius immo si quę fato fieri sciremus modestissime ferenda essent, sed nouit Ci. se hominem, nec posse tantam suorum calamitatem æquo animo ferre, sed omnia sunt commissa mea culpa. i. errore non tamen peccato qui Nota relationem fieri ad primitiuum cum tamen poni non possit scilicet ego cum dictum sit mea, putabam me amari ab iis qui inuidebant, & non sequebar eos qui petebant. i. expetebant amicitiam & amorem meum, quod si usi fuissemus consiliis nostris. i. si fecissemus, quod iudicabamus faciendum, neque sermo. i. oratio, aut amicorum stultorum si nesciuerũt se perperam consulere aut improborum si sciuerunt ualuisse tantum. s. quantum ualuit apud nos, nos uiueremus beatissimi.

HVBER. SPERare,reditum in patriam. Res.reditus meus. Lentulum.P.de quo in prima epistola qui consul,ut. pri. lib. diximus,tulit legẽ,de reuocando Ci. De fa.s. seruorum liberanda,ut infra epistola quar.uidebimus. Familia autem appellatio est & Vlpiano iurisconsulto,& Festo Pomp.teste qua nõ solum liberi homines,sed etiam serui continentur. De loco.ubi fui. Nõ attigit, non læsit non nocuit. Quem di.s.aduentus mei in Italiam. Vestræ,tuæ & filiorum in me. Pisonis,generi nostri. Ea res, cura & diligentia, qua pro interpretando reditu meo utitur. De. Qu.i.quantũ coniicimus, Terent.scripserat se non multũ uti consilio Qu.fratris Cice. quare cum Ci.ad eam scripsisset eam malefacere, hortatusque esset ut eius consilio uteretur questa est,ꝙ Cic.eã accusasset,Cicero uero rescribens dicit se non eam accusasse,sed noluisse, ut cum fratre suo dissideret,præsertim cũ ualde paucos haberet,qui pro salute sua agerent. Vicum,uillã. Obsecro te,rogantis est. Eadem for.& semper aduersa quali nunc præmor. Vir. Nunc eadem fortuna uiros tot casibus actos insequitur. Puero.filio nostro Cice. Tanta uis.tanta copia. Si erunt.in offi.i.si uoluerint esse quales debent. Si non erunt.s.officio.

Familia

Non po.s.aliquid efficere. Per fortunas.adiurat Ci. Terent.ne hoc damnum filio suo inferat alienando uicum illum. Per for.s.obtestor. Perditum,perdam⁹, ne ex infœlicissimo infœliciorem faciamus,plus autem significat perditũ perdamus quàm si dixisset perdamus,est enim quasi exaggeratio quædam ut Ouid. in heroidibus. Perdita ne perdam timeo, tale etiam illud Virgilianum. Non capti potuere capi. Si ali.s. bonorum aut diuitiarum. Mediocri uir.cum nihil habentibus,etiam maxima uirtus uix possit esse adiumẽto. Iuue. Haud facile emergũt quorũ uirtutib⁹ obstat Res angusta domi. Cætera, dignitates & honores in urbe. Et ita significat Cice. plus ualere mediocrem uirtutem cum diuitiis,quàm maximam uirtutem cum paupertate. Quid agatur. in urbe per amicos meos. Et uos,ut filii. Dirrhachii, ꝙ est oppidum Macedoniæ,ut scribit Ptolo. quod etiam Epidanum.

Dirrhachium Epidanũ

ASCEN. SPERARE nos amici iubent, dabo operam ne meavaletudo tuo labori desit. Res quãta sit intelligo: quantoque fuerit facilius manere domi,quàm redire. Sed tamen si omnes Tribb. pl. habemus, si Lentulum tam studiosum, quàm videtur: si verò etiã Pompeium & Cæsarem, non est desperãdum. De familia quomodo placuisse scribis amicis, faciemus. De loco, nunc quidẽ iam abiit pestilentia: sed quandiu fuit, me non attigit. Plancius homo officiosissimus me cupit esse secũ: & adhuc retinet. Ego volebam loco magis deserto esse in Epiro, quò neque Hispo veniret, nec milites: sed adhuc Plancius me retinet: sperat posse fieri mecum in Italiam decedat. Quem ego diem si videro, & si in vestrũ complexum venero, ac si & vos & meipsum recuperaro: satis magnum mihi fructum videbor percepisse & vestræ pietatis & meæ. Pisonis humanitas, virtus, amor, in omnes nos tantus est, vt nihil supra possit. Vtinam ea res ei voluptati sit: gloriæ quidem video fore. De Q. fratre, nihil ego te accusaui: sed vos, cum præsertim tam pauci sitis volui esse quàm coniũctissimos. Quibus me voluisti agere gratias, egi: & me à te certiorem esse factum scripsi. Quòd ad me mea Terentia scribis, te vicum vendituram: quid obsecro, te (me miserum) quid facturum est? Et si nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet? Non queo reliqua scribere, tanta vis lachrymarum est: neque te in eũdem fletũ adducam. Tantũ scribo: si erũt in officio amici pecunia nõ deerit. si non erũt, tu efficere tua pecunia nõ poteris. Per fortũas miseras nostras vide ne puerũ perditũ perdam. Cui si aliquid erit, ne egeat mediocri virtute opus est & mediocri fortuna, vt cætera cõsequatur. Fac vale as, & ad metabellarios mittas, vt sciã quid agatur, & vos qd agatis. Mihi oĩno iã breuis expectatio est. Tulliolæ & Ciceroni salutẽ dic. Valet. D. VI. Cal. Dec. Dyrrhachii. Dyrrhachiũ veni, quòd & libera ciuitas est, & in me officiosa, & ꝓxima Italiæ. Sed si me offẽdet loci celebritas, aliò me conferam, ad te scribam. Vale.

luptati, uideo quidem fore gloriæ. i. facturum ad gloriam eius. Ego nihil accusaui te. s. in aliis literis, de Q. fratre. i. ꝙ non adhibuistis eum consiliis uestris, sed uolui uos præsertim cum essetis tam pauci, esse quàm coniũctissimos. i. uiuere maxime unanimes. Ego egi gratias sup. iis quibus uoluisti me agere. s. gratias, & scripsi me esse factum certiorem à te. s. de eorum in nos fauore aut meritis. Quod ô mea Terentia, scribis ad me te uendituram uicum. i. uillam totam quam habemus in agro. Quid obsecro te quid futurum est me. i. ô me miserũ. Et si eadem fortuna præmet nos quid fiet puero misero. s. Cice. Non queo. Nimis amanter omnia scribit, sed ut etiam mollioris animi notatus sit, reliqua scribere, tanta uis. i. tam uehemens copia lachrymarum est ne ad ducam te in eundem fletum. Tantum. i. duntaxat scribo sup. id, si amici erunt officio. i. facient quod debebũt, pecunia non deerit. s. nobis ad reditum comparandum pro quo simulabat Terentia se uelle uidere uillam, si sup. amici non erunt sup. in officio, tu non poteris efficere. s. ut sint in officio, aut quæ prætendis, pecunia. i. p pecuniam tuam. Vide. i. prospice, sup. rogata aut obsecrata per fortunas miseras ne perdamus puerum perditum. i. destitutum auxilio paterno. Cui scilicet puero, si aliquid scilicet rei erit, ne egeat, opus est mediocri uirtute & mediocri fortuna, ut consequatur cætera, quæ scilicet ad gloriã & dignitatem pertinent. Fac sup. ut ualeas & mittas tabellarios. i. nuncios scripta in tabellis perferentes, ut sciam, Quid agatur. s. Romæ de me, & quid uos agatis. Omnino breuis expectatio scilicet literarum tuarum est mihi iam. Dic Tulliolæ. s. filiæ lepidissimæ, & Ci. filio salutem. Datum Dirrhachii. i. in eo oppido Macedoniæ, quod etiam Epidanum dictum uolunt, ad VI. Calend. Decembr. Ego ueni. i. applicui me Dirrhachium, ꝙ & i. simul est ciuitas libera, & ita non obnoxia Ro. imperio & officiola in me, & proxima Italiæ, sed si celebritas. i. celebris frequentia loci offendet me. i. non placebit mihi. Ex hoc uidetur Cicero aut fugisse aut proscriptus esse, & non habere locum exilii in quo tutus sit, ego conferam me alio. i. ad alium locum, & scribam ad te. Vale.

M.T.C. Terentiæ, & Tulliæ & C. Suis. S. P. D.

MOli putare me ad quenquam lõgiores epistolas scribere nisi siquis ad me plura scripsit, cui puto re scribi oportere. Nec enĩ habeo quid scribam: nec hoc tempore quicquam difficilius facio. Ad te verò, & ad nostram Tullioiam nõ queo sine plurimis lachrymis scribere. Vos enim video esse miserrimas, quas ego beatissimas semper esse volui, idque præstare debui: & nisi tam timidi fuissemus, præstitissem. Pisonem nostrum merito eius amo plurimum. Eum vt potui, per literas cohortatus sum: gratiasque egi vt debui.* In nouis Tribb. pl. intelligõ spem te habere: id erit firmum, si Pompeii voluntas erit: sed Crassum tamẽ metuó. A te quidem omnia fieri fortissime & amantissime video, nec miror: sed mœreo causam eiusmodi, vt tantis tuis miseriis meæ miseriæ subleuentur. Nam ad me P. Valerius homo officiosus scripsit, id qd̃ ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Vesta ad Tabulã Valeriam ducta esses. Hem mea lux, meum desiderium, vnde omnes opem petere solebant, te nunc mea Terentia sic vexari, sic iacere in lachrymis & sordibus: idque fieri mea culpa, qui cæteros seruaui, vt nos pe

NOli. Excusat se Cic. de breuitate literarum, cũ ad omnes alios, tum uero ad uxorem suam, ad quã dicit se non posse scribere sine multis lachrymis. Deinde dicit se dolere ꝙ intellexerit eam à quibusdam nexatam esse, cum id fiat culpa ipsius Ci. postremo dissuadet ei sumptum in ædificando, hortaturque eam, ut cæteris omnibus omissis ualetudinẽ diligenter curet. Cui scilicet scribendi plura. Rescribe. s. plura uel longiores epistolas. Præstare, efficere. Id, ut essetis beatissimæ. Cohortatus, ut non desistat ab inceptis. Eiusmodi, talem. HVBER.

Vt me. m. i. ut uelis esse misera ut subleues miserias meas. Officiosus qui in me beneuolentia officium præstat. Ad Vestæ, subauditur templum, sic enim ponebant antiqui. Ad Vestæ, ad Veneris & subaudiebant templum. Terent. in Adelphis, ubi ad Dianæ ueneris. Hora in sermo. Ventum erat ad uestæ media iã parte diei. Ad ta. ua. non erat prouerbium, ut quidam exponunt, sicut nunc dicimus à pyro ad ficum. Sed tabula pro lege ponitur, unde & tabularia dicebantur, autore Seruio, loca ubi tabulæ figebantur, & interdum actus publici. Maro in Georg. Insanumq; forum & populi tabularia uidit. Erat igitur tabula Valeria lex à Valerio lata de bonis proscriptorum uendendis, ut ostendit Ci. in oratione pro Sexto Roscio. Ad hanc igitur tabulam deducta erat Terẽtia, quia ea lege bona Ci. tanq̃ proscripti cogebantur uendi. Hem, dolentis & ingemiscentis. Vexari, distrahi, male tractari: nã uexor uerbum est, teste Asconio ingentis calamitatis, de quo alibi diximus, quid Seruius & Gellius sentiant. Proiicies, abiicies, alienabis. Reliquias tuas. i. quod tibi reliquum est. Legendum est autem etiam ne reliquias tuas misera ꝓiicies. Verfaris, es, appares. Thessalonicæ, quæ ciuitas est Macedoniæ. Tabula Tabularia Vexor Thessalonica

ASCEN. NOli &c. Excusat se de breuitate literarum cũ ad omnes alios, tum uero ad uxorem suam, ad quam dicit se nõ posse scribere sine multis lachrymis: deinde dicit se dolere ꝙ intellexit eam à quibusdam uexatam esse, cum id fiat culpa sua. Postremo suadet ne sumptum ædificando faciat, monetque ut ualetudinem curet. Ordo est. Noli putare me scribere ad quenquam epistolas longiores, scilicet q̃ ad te, aut longiores, id est aliquantulum longas. nisi si quis scripsit ad me plura, id est ualde multa, cur puto oportere rescribi, scilicet à me. Nec enim habeo quod scribam nec facio hoc tempore quicquam difficilius. i. inuitus. s. q̃ scribere. Vero. s. sed, non queo scribere ad te & ad Tullioiam nostram. s. filiam lepi

dulam, sine plurimis lachrymis. Ego enim uideo uos esse miserrimas, quas ego uolui semper esse beatissimas, & debui præstare, id est efficere id scilicet ut beatissime sitis, & præstitissem nisi fuissemus tam timidi. Ego amo plurimum Pisonem nostrum scilicet generum, merito eius. Ego cohortatus sum eum per literas, ut potui, & egi gratias ut debui. Ego intelligo te habere spem. s. reductionis meæ, in nouis tri. pleb. id est proxime creãdis, id scilicet spei erit firmum, si uoluntas Pompeii, scilicet aderit, sed tamen timeo Crassum, etenim illi tres, Pompeius Crassus & Cæ. tunc principes erant in senatu. Ego uideo omnia fieri quidem id est certe â te, ut de aliis taceã aut dubitẽ, fortissime & amantissime, nec miror, sed mœreo id est doleo casum eiusmodi ut meæ miseriæ subleuentur id est minuantur, tantis miseriis tuis. Nam P. Valerius homo officiosissimus scripsit ad me, id quod legi cum maximo fletu, quemadmodum ducta esses à Vestæ. s. templo aut æde, ad tãbulam Valeriam, id est eam in qua scripta erat lex Valeria de uendendis bonis proscriptorum ac profugorum, ut ea lectã ad uenditionem bonorum compellaris. Hem. flentis uox. O Terentia mea, lux mea, desiderium meum, unde id est à qua omnes solebant petere opem ideſt auxilium, quia per coniuges sæpe ad uiros aditus patefecit te uexari sic, id est dignum ne est aut ferẽdum, aut diis placitum. Est enim figuratum & elegans Pathos, ut in illo Pacuuiano, quod in Cæs. commiserationem recitatum est. Me seruasse ut essent qui me perderent, & sup. te iacere sic in lachrymis & sordibus, & id fieri mea culpa, non quidem peccati, sed negligentiæ aut meticulositatis, qui seruaui cæteros, s. à coniuratione Catili. ut nos periremus manifeste. Alludit ad illud quod modò citaui Pacuuianum. Quod scribis de domo, id est de area, quia uidetur domus fuisse direpta sup. soluẽda ab hypotheca, aut potius fisco, ego uero id est certe uidebor mihi denique tum id est tunc restitutus. i. totus in pristinum statum reductus si illla erit restituta nobis. Verum hæc non sunt in manu id est potestate nostra, quia ut dixi, in manu fisci erant. Ego dolco illud sup. te miseram & spoliatam. s. bonis omnibus, uenire supple in impensam quæ impensa facienda est in parte eius. i. ea reparatione alterius, quam ut opinor Terentia nomine dotis sibi uendiderat, quod si negocium conficitur. i. si restituimur, nos consequemur omnia. s. ablata. Sin id est sed si, eadem fortuna premet, obsecro te. i. quæro à te ô uita mea, quod blande dicitur, sed blandius dicitur græce, iuxta illud luue. Quoties lasciuum interuenis illud ζωή κὰι ψυχή, id est uita & anima. s. mea, ne id est an, tu misera, id est miseranda. Proiicies. i. ultro perdes etiam reliquias tuas. i. quod tibi fortunarum relictum est. Si esset proiicias, tunc exponerem, obsecro. i. per sacra rogo ne proiicias &c. Quod. i. quantum attinet ad sumptum. s. faciendum, &. i. simul, sine. i. permitte alios, ut Pisonẽ & fratrem sustinere. s. onus, si modo. i. dummodo possunt, & noli uexare. i. minimum torquere, ualetudinem tuam infirmam si amas me. Nam uersaris. i. præsentaris mihi ante oculos, dies & noctes. Ego uideo te excipere. i. ex aliis adsumere omnes labores, timeo ut. i. ne non restituas. i. possis sustinere. Sed uideo omnia. s. auxilia aut bona nostra esse in te. Quare ut consequamur id quod speras, & id quod agis. i. moliris adsequi, serui. inserui ualetudini. Ego nescio ad quos scribam. i. scribere debeam, nisi aut ad eos qui scribunt ad me, aut ad eos de quibus non scribitis aliquid de me, Ego non discedam longius, quoniam ita placet uobis, sed uelim sup. ut mittatis literas q̃ sæpissime, præsertim si quid est firmius quod speremus. Valete ô desyderia mea, ualete. Datum ad. III. Nonas Octob. Thessalonicæ, quæ est ciuitas Macedoniæ.

* P.V.C. IN nouis Tribb. pleb. intelligo spem te habere. Auxilio huius maxime loci & alterius, qui in sequente epistola, huic par est, emendatur locus inquinatissimus in epistola ad Q. Fratrem, qui incunctis, & impressis, & manu scriptis codicibus eodem pacto deprauatus est. Denotius autem Trib. pl. est ille quidem in me officiosissimus Sestius, & spero, & c. Sic enim legendum est, De nouis autem. Tribb. pl. est ille quidem in me officiosissimus Sestius. Quamuis coniectura tantum ac iudicio ductus ita legendum esse uiderim: non arbitror propter claritatem quam res habet me temerarium iudicatum iri, qui omnino affirmem ita legi debere.

HVBER. ACcepi. Dolet Cic. sicut & superius, ꝙ sit culpa mœroris & doloris suorum ꝙ ignaue discesserit, cum potuerit remanere in patria si noluisset se inimicis opponere. Deinde quia scripserat Terentia se laborare, ut Cic. esset in tuto dicit sibi esse facilimum, quia etiam inimici sui cupiunt ut ueniat in iis miseriis. Deinde dicit se cupere fieri certiorem literis Terent. quid per eam & eius amicos actũ

M.T.C. Tere. & Tul. & C. Suis. S.D.

ACcepi ab Aristocrito tres epistolas, quas ego lachrymis ꝑpè deleui. Cõficior enim mœrore mea Terentia: nec me meæ miseriæ magis excruciãt, quàm tuæ uestræq;

Ego

Ego autem hoc miserior sum, quàm tu quæ es miserrima, quòd ipsa calamitas cõmunis est utriusque nostrũ: sed culpa mea propria est. Meum fuit officium uel legatione uitare periculum, uel diligentia & copiis resistere, uel cadere fortiter: hoc miserius, turpius, indignius nobis nihil fuit. Quare cum dolore conficiar, tùm etiam pudore. Pudet enim me uxori meæ optimæ, suauissimis liberis, uirtutem & diligentiam non præstitisse. Nam mi ante oculos dies noctesque uersatur squalor uester, & mœror, & infirmitas ualetudinis tuæ: spes autem salutis pertenuis ostẽditur. Inimici sunt multi: inuidi pene omnes. Eiicere nos magnum fuit: excludere facile est. Sed tamen quandiu uos eritis in spe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidisse uideantur. Vt tutò sim, quod laboras, id mihi nunc facilimum est, quẽ etiam inimici uolunt uiuere in his tantis miseriis. Ego tamẽ faciam quæ præcipis. Amicis, quibus uoluisti, egi gratias: & eas literas Desippo dedi: meque de eorum officio scripsi à te certiorem esse factum. Pisonem nostrum mirifico esse studio in nos & officio, & ego perspicio, & omnes prædicant. Dii faxint ut tali genero mihi præsenti tecum simul, & cum liberis nostris frui liceat. Nunc spes reliqua est in nouis Tribb. pleb. & in primis quidem diebus. Nam si inueterarit, actum est. Ea re ad te statim Aristocritum misi, ut ad me continuo initia rerum, & rationem totius negotii posses scribere: etsi Desippo quoq; ita imperaui, statim ut recurreret: & ad fratrem misi, ut crebro tabellarios mitteret. nam ego eo nomine sum Dirrhachii hoc tempore, ut quamcelerrime quid agatur audiam, & sum tuto. Ciuitas enim hæc semper à me defensa est. Cum inimici nostri uenire dicentur, tum in Epirum ibo. Quòd scribis te, si uelim, ad me venturã: ego uerò cum sciam magnam partem istius oneris abste sustineri, te istic esse uolo. Si perficitis quod agitis, me ad uos uenire oportet: sin autem, sed nihil opus est reliqua scribere. Ex primis, aut summum se

sit de ipsius restitutione. Ab Ar. liberto nostro non quas scripsi, sed quas attulit â te. Deleui, confeci, Deleui

Conficior, consumor. Culpa est mea, quæ sola fa- Conficior
cit hominem miserum. Legatione, suscipiendo legationem aliquam, cuius prætextu uitabatur infamia & periculũ, ut diximus supra de interfectoribus Cæ. quoniam ut ostendit Liuius, ius legatorum apud omnes gentes semper inuiolatum fuit. Copiis, facta multitudine armorum qui me tuerentur. Vel cadere uel mori. Fortiter, animose cum laude resistendo & non fugiendo. Hoc, quod feci. Squalor, sordes quæ ex luctu & mœrore fit. Inimici. enumerat squalor
aliquot causas quare spes salutis sit tenuis. Excludere, tenere extra urbem. Quod, quia. Viuere, ut maior sit pœna in miserrima uita quàm in morte.

Desippo, is erat unus ex domesticis Cic. Prædicãt, aperte dicunt. Faxint, faciant, quod notandum est Faxo
apud oratorem, quoniam quidem falsò dicunt tantum esse poeticum. In pri. di. in initio magistratus eorum. In inue. i. in longius deducta sit & facta uetus. Actum est. i. nihil fiet, quia res frigescet, & deferuetur. Eo no. ea causa. Isti o. curandi reditus mei. Istic, Romæ. Quod agi. quod tractatis & queritis. s. ut redire possim. Sinautem. s. non perficitis, aposiopesis est. Subauditur enim actũ est de me uel aliquid tale. Ad summum. i. ad extremum, quod uulgo dicitur ad plus. Constituere, indicare uel certe deliberare. Rem, impetrationem reditus mei, uideor uidere ex affectu amoris, q te oculis meis uidetur subiicere. Virg. Illum absens absentem, auditq; uidet. & Oui. in Ponto ad uxorem. Te loquor absentem, te uox mea nominat unam.

ASCEN. ACcepi & cæ. Iterum sibi dolori esse scribit ꝙ culpa sua sit causa doloris uxori & liberis, & ꝙ ignaue discesserit cum potuerit remanere in patria si uoluisset se inimicis opponere. Dicit se facile uitam tutari cum etiam hostes ipsum sic uiuere uelint, certior autẽ fieri uult quid pro se egerint. Ordo est. Ego accepi ab Aristocrito, id est quas Aristocritus libertus noster attulit tres epistolas, quas ego prope. i. fere deleui lachrymis. Eni. i. quia ô mea Terentia, ego conficior, id est pereo mœrore, id est tristitia, nec meæ miseriæ excruciant me magis quàm tuæ & uestræ. s. omnium, hoc est & tuæ & liberorũ nostrorum. Ego autem sum hoc, id est tanto, aut in hoc miserior, quàm tu quæ es miserrima, ꝙ ipsa calamitas est communis utriusq; nostrum, sed culpa est mea propria. i. mea solius. Officium meum fuit euitare periculum. s. exilii aut proscriptionis, legatione. s. causa honoris in aliquam prouinciam impetrata, & pluribus contingebat, uel resistere. s. periculo, diligẽtia & copiis. i. manu armata, uel cadere fortiter si resistere ne quissem. Nihil fuit nobis miserius, turpius, indignius, hoc. i. quàm hoc quod pãtimur. s. modo. Quare cum. s. ita sit ꝙ afficior dolore, tum etiam sup. afficior & multo magis pudore. Pudet enim me, non præstitisse. i. exhibuisse uxori optimæ, & liberis suauissimis uirtutem. i. fortitudinem animi, & diligentiam. s. in resistẽdo aduersariis. Nam squalor. i. sordiditas, & situs uester, & mœror. i. mœstitia, & infirmitas ualetudinis tuæ uersatur mihi ante oculos, dies & noctes

Autem, id est sed spes salutis ostẽditur pertenuis. i. ualde tenuis. Multi sunt inimici. s. aperti, & pene omnes sunt inuidi, id est inuidentes gloriæ meæ. Magnum fuit eiicere nos, quia potuissem resistere: facile est excludere. s. ereptum. Sed tamen quãdiu uos eritis in spe. s. restitutionis meæ, ego non deficiã. s. in procuranda salute ne omnia. s. & exilium & mansio in exilio uideantur cecidisse culpa mea. i. per culpam

pam meam. Id quod laboras modo. ſ. ut ſim tuto i. in loco tuto: eſt mihi nunc facilimum, utpote, quem etiam inimici uolunt uiuere in tantis miſeriis, quæ morte finirentur: quia ut dicit Flaccus in epiſtolis, mors ultima linea rerum omnium. Ego tamen faciam ſup. ea quæ præcipis. Ego egi gratias ſup. illis amicis quibus uoluiſti. Et dedi Deſippo. ſ. domeſtico noſtro, eas literas ſup. quas uoluiſti, & ſcripſi me eſſe factum certiorem â te de officio eorum. ſ. quos mihi ſignificaſti. Et. i. ſimul ego perſpicio & omnes, Prædicant Piſonem noſtrum. ſ. generũ, eſſe mirifico ſtudio & officio in. i. erga nos, Dii faxint, faciant ut liceat mihi frui tali genero præſertim ſimul tecum & liberis noſtris. i. prole legitima. Nunc ſpes reliqua eſt in nouis trib. pleb. & quidẽ in primis diebus. i. magiſtratus eorum. Nam ſi inueterârit. i. in obliuionem res abierit, actum eſt. i. nulla ſpes eſt reliqua. Et re. i. propterea ego miſi ſtatim ad te Ariſtocritum ut poſſes ſcribere continuo ad me initia rerum & rationes totius negocii. Et imperaui quoq; Deſippo ita ut recurrat ſtatim, & miſi ad fratrem. ſ. Quintum, ut mitteret crebro. i. frequenter tabellarios. i. nũcios literarum. Nam ego ſum Dirrhachii. i. in eo oppido Macedoniæ hoc tempore, eo nomine. i. ea ratione ut audiam quàm celerrime quid agatur ſcilicet de me Romæ, & ſim tuto, id eſt extra periculum & in loco tuto. Ciuitas enim hæc eſt defenſa ſemper â me, cum. i. quando inimici noſtri dicentur uenire, tum. i. tuncibo in Epirum Quod ſcribis te uenturam ad me ſi uelim, ego uero. i. reuera cum ſciam magnam partem iſtius oneris ſuſtineri abs te uolo te eſſe iſtic. i. ubi nunc es, hoc eſt Romæ. Si perficitis ſcilicet tu & tui adiutores quod agitis. i. prætenditis, hoc eſt reditum meum oportet me uenire ad uos. Sinautem. i. ſed ſi, ſup. non perficitis, uoluit dicere miſerrimum eſſe eam in exilio uiuere aut exulem ſequi, aut quid ſimile, quod per aposiopeſim decenter reticet. ſubdens: Sed nihil eſt opus ſcribere reliqua. Nos poterimus conſtituere. i. decernere ex primis aut ad ſummum. i. maximum numerum ex ſecundis literis tuis, quid ſit faciendum nobis. Velim modo. i. ſolummodo ſup. ut tu perſcribas ad me omnia diligentiſsime, & ſi. i. tametſi, ego debeo iam magis expectare rem ſcilicet optatam, quàm literas. ſ. eã ſignificantes. Cura ut ualeas & perſuadeas tibi ita, nihil eſſe mihi charius te neque fuiſſe unquam. O mea Terentia, Vale. quam ego uideor. ſ. per fantaſiam ex deſiderio coram uidere. Itaq; .i. & ita, debilitor. i. fio debilis. lachrymis. i. ob lachrymas. Pridie Calend. Decembr.

secundis literis tuis conſtituere poterimus, quid nobis faciendum ſit. Tu modo ad me uelim oĩa diligentiſſime perſcribas: etſi magis iam rem, quàm literas debeo expectare. Cura vt valeas, & ita tibi perſuadeas, mihi te chari⁹ nihil eſſe, nec ynquam fuiſſe. Vale mea Terentia, quam ego videre videor: itaque debilitor lachrymis. Vale. Prid. Calend. Decembr.

HVBER. EGO minus, Scribit Cice. ad Terent. licet inferat mentionem filiorum: oſtendit autem quanto dolore conficiatur cum ad ſuos ſcribere cogitur. Deinde exponit ubi ſit & quo iturus, & quia ſcripſerat Terent. ſe ad eum ituram ſi ei uideretur reſcribit Cice. quid ſentiat. Poſtremo quid egerit de familia ſeruorum de qua in prima epiſtola ad Teren. mentionem fecit, & eam hortatur ut ualetudinem ſuam ſuſtentet, reliqua ex textu colliguntur. Certe, ſaltem. Aut non mu. quia cito periſſem. Minus eſt er. â no. non peccauimus, ſi uitæ cupidi fuimus, dummodo aliqua ſpes ſit.

Fixa. Fixa. firma, immutabilia ut aliquando non poſſint in melius cõuerti. In tuo complexu. in tuis ulnis. Naſo ad uxõrem. Atque utinam lugenda tibi non uita, ſed eſſet Mors mea morte fores ſola relicta mea, Spiritus hic perte patrias exiſſet in oras, Sparſiſſent lachrymæ corpora noſtra piæ. Retulerunt, reddiderunt nobis quod metuimus. Neglexit peri. quia lata fuerat acerrima lex, ut diximus lib. I. in eos qui Cice. excepiſſent, quia erat ei interdictum aqua & igni. Legis, ne quiſpiam me reciperet. Habebimus. ſ. animo. i. ſemper erimus memores, & exiſtimabimus nos ei obligatos.

Cyzicus. Profecti ſumus, diſceſſimus. Cizicum. Cizicus ciuitas Aſiæ in Propontide ab Hemoniis condita, ut oſtendit Ouid. in pri. triſt. ſiue põ. nam utrunq; opus in Ponto factum eſt. Hic Propontiacis hærentem cyzicon oris Cyzicon Hemoniæ nobile gentis opus. Rogem, cum interrogatione legendum eſt. Cõfectam, debilitatam, afflictam. Corpore, propter ualetudinem. Animo. propter fortunam noſtram & dolores, quos capis. Sim, pro ero. Sic agam, ut ſim ſine te. Trans actum, actum & ſine ulla ſpe. Sed quaſi dicat Tul. latentem ſubdit cauſam ne uadat. Miſellę ſcilicet Tul, matrimonio, ne diſcedat â marito.

M. T. C. Terentiæ, & Tulliæ & Cice. S. P. D.

Varia.

EGO minus ſæpe do ad vos literas quàm poſſum, propterea quòd cùm omnia mihi tempora ſunt miſera, tum verò cùm aut ſcribo ad vos, aut veſtras lego, cõficior lachrymis, ſicvt ferre non poſsim. Quod vtinam minus vitæ cupidi fuiſſemus, certè nihil aut non multum in vita mali vidiſſemus. Quòd ſi nos ad aliquam alicui⁹ commodi aliquando recuperandi ſpem fortuna reſeruauit, minus eſt erratum â nobis: ſi hæc mala fixa ſunt, ego verò te quàm primùm mea vita cupio videre, & in tuo complexu emori: quùm neque dii, quos tu caſtiſſimè coluiſti: neque hoies, quib⁹ ego ſemper ſeruiui, nobis gratiam retulerunt. Nos Brunduſii apud M. Lenium Flaccum dies XIII fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum, & capitis

cãpitis ſui præ mea ſalute neglexit: neque legis improbiſsimæ pœna deductus eſt quo minus hoſpitu & amicitiæ ius, officiumque præſtaret. Huic vtinam aliquãdo gratiam referre poſſimus, habebimus quidem ſemper. Brundiſio profecti ſumus ad v. Calend. Mai. per Macedoniam Cyzicum petebamus. O me perditum. O afflictum. quid nunc rogem te vt venias, mulierem ægram, & corpore & animo confectam? nõ rogem? ſine te igitur ſim? Opinor ſic agam: ſi eſt ſpes noſtri reditus, eam confirmes, & rem adiuues: ſin, vt ego metuo, tranſactum eſt, quoquo modò potes ad me facvenias. V num hoc ſcito, ſi te habebo, nõ mihi videbor plane piiſſe. Sed quid de Tulliola mea fiet? iam id vos videte: mihi deeſt cõſilium. Sed certe quo quo modo ſe res habebit, illius miſellæ & matrimonio & famæ ſeruiendum eſt. Quid Cicero meus, quid aget? Iſte verò ſit ĩ ſinu ſemper & complexu meo. Non queo plura iam ſcribere, impedit mœror. Tu quid egeris neſcio: vtrum aliquid teneas, an, quod metuo, plane ſis ſpoliata. Piſonem ſcribis, ſperò fore ſemper noſtrum. De familia liberata nihil eſt qđ te moueat. Primum, tuis ita promiſſum eſt te facturam eſſe, vt quiſque eſſet meritus. Eſt autem ĩ officio adhuc Orpheus: præterea magnopere nemo cæterorum ſeruorum. Ea cauſa eſt, vt ſi res â nobis abeſſet, liberti noſtri eſſent, ſi obtinere potuiſſent: ſin ad nos pertinerent, ſeruirent, præterquam oppidò pauci. Sed hæc minora ſunt. Tu quòd me hortaris, vt animo

.i. certè, aut ſaltem habebimus. ſ. in animo ſemper. ſ. donec uiuemus. Nos ſumus profecti. i. diſceſſimus Brunduſio ad quintum Calend. Maii per Macedoniam, & petebamus Cizicum urbem Aſiæ in Propontide ab Aeoliis coditam. ô me pérditum, ô me afflictũ quid, deliberantis eſt, & neſciẽtis quid facere debeat ſup. faciã, rogem ſcilicet præcerne te nunc mulierem ægram & confectam. i. conſumptam, & corpore & animo, ut uenias ſcilicet ad me. q. d. id non decere. Non rogem. i. nunquid debeam non rogare. Igitur ſcilicet ſi non rogem ut uenias, ſim. i. oportet me eſſe ſine te quaſi dicat id triſtiſſimum fore. Opinor, quaſi inuento conſilio ego agam ſic. Si ſpes reditus noſtri eſt, ſi tu confirmes cauſam & adiuues rẽ. i. medium quo fiet aut rem familiarem. Sin, ut ego metuo, eſt tranſactum. i. penitus actum & deſperandum de reditu meo, fac uenias ad me quoquo. i. quocunque modo potes. Scito hoc unum, ſi habebo te, ego non uidebor, nihil periiſſe plane .i. omnino. Sed ſup. ſi ueneris quid fiet de Tulliola mea. ſ. filia uidete iam uos qui domi eſtis, id quia conſilium. i. uirtus deliberatiua non eſt mihi. Sed certè quoquo. i. quocunque modo res habebit ſe, ſeruiendũ. i. conſulendum eſt & matrimonio & famæ illius miſellæ. i. ne amiſſa per inopiam, aut deſolationem fama repudietur. Quid Cicero meus. ſ. faciet, ſupple. Tu uero ſcis. ſ. ſi hic eſſes ſemper in ſinu & complexu meo, uoluit addere & ille miſer mendicabit, aut quid triſtius, quia etiam pudicitiæ illius imminebat periculum.

Ego non queo iam ſcribere plura, mœror impedit, neſcio quid tu egeris.

HVBER. TENEAS aliquid. de bonis noſtris, propter quæ ad tabulam Valeriam eã deductam ſe audiſſe ſupra dixit. De familia ſeruorum, diximus in prima epiſtola ad Terent. Liberata. manu miſſa: ita enim ſcripſerat Cice. ſe feciſſe. Tuis. ſeruis. Vt quiſque eſſet meritus. i. te & retenturam in ſeruitute qui mererentur & manu miſſuram etiam qui bene eſſent meriti. Eſt in officio, id eſt fideliter ſeruit. Præterea. præter eum. Virg. in. xi. Si duo præterea talis idæa tulliſſet, Terra uiros. Liberti noſtri, id eſt manumiſſi. Si res â nobis abeſſet. i. ſi nihil ad nos pertineret.

Oppido ualde, Ea cauſa, id eſt talis. Minora, id eſt parua: comparatiuum pro poſitiuo. Recte cũ aliquo effectu. Quando interrogatiue legendum eſt. quaſi dicat nunquam. Si eſſet licitum, ſi mihi permiſſum eſſet â nautis. Floruimus. tranſlatio eſt. Ouidius. Nos quoque floruimus, ſed flos fuit ille caducus. Quod non amiſimus animam cum ornamentis

mentis, id est nisi in hoc quod non mortui sumus cum dignitatem amitteremus, id est cum eiiceremur ex urbe, quod facere debuimus. Me non possum. cõ firmatur. Remisit. Romam. Valetudine. morbo. Fidissima. ei blanditur, licet esset impudica, ut tali iudicio & laude eam alliceret ad honestatem. sic Ouid. ad uxorem cum esset legatus. Adde quod & rerum sola est tutela mearum. & paulo post, Nam tua dum stetimus turpi sine crimine mansit, Et tandem probitas irreprehensa fuit. Terentiam autem turpiter se gessisse scribit Plutarchus.

ASCEN. ꝟ VTRVM teneas aliquid. s. rerum, an quod metuo sis spoliata plane. i. omnino. Ego spero, ut scribis, Pisonem. s. generum nostrũ, fore. i. futurum semper nostrum. i. nobis fauentẽ. Nihil est quod moueat, mouere & turbare debeat te de familia liberata. i. de manumissione seruorum. profugiens enim Cicero ne serui in alienam potestatem uenirent, aut spe libertatis obtinendæ in dominum insurgerent manumisit eos, sed tamen non omnes, quia qui uxoris nomine dotis erant, in eius arbitrio reliquit: unde addit: Primum. q. d. prima est ratio ut moueatis. promissum est te facturam esse tuis. s. seruis, ita ut quisque est meritus. Autem. i. sed, Orpheus est adhuc in officio. i. debito seruitio, præterea. i. præter eum nemo cæterorum seruorum magnopere, sup. in officio est. Causa est ea. i. talis. i. hoc consilio id feci, ut sires. i. possessio iusta, abesset à nobis. i. essemus ptiuati omni re nostra, ipsi manumissi essent liberti nostri, si potuissent, obtinere. i. confirmationem manumissionis. Sin. i. sed si, ipsi pertinerent ad nos. s. iure, licet omnia nostra essent subrepta, ipsi seruirent. i. maneret in seruitute, præter quàm oppido. i. ualde pauci, qui forte manu mitterentur ut dominum persequerentur. Sed hæc sunt minora. s. damna. Tu ꝙ hortaris me, ut sim animo magno, & habeam spem salutis recuperandæ, ego uelim sup. ut id sit eiusmodi, ut possimus sperare recte. i. non frustra. Nunc miser, quia procul abest, quando accipiam literas tuas, quis perferret ad me. Quas. s. literas, ego expectassem Brundusii: Si licitum esset. i. licuisset. i. permissum fuisset per nautas, qui noluerunt prætermittere tempestatem. i. temporis & auræ opportunitatem, ergo tempestas etiam bona est. Quod reliquum est mea Terentia sustenta te, ut potes, nos uiximus honestissime, floruimus. s. in foro & senatu, non uitium nostrum. sed uirtus nostra, quia uiriliter cõiuratos affliximus, afflixit nos, Nullum peccatum est. s. nobis, nisi ꝙ non amisimus una. i. simul cum ornamentis. s. nostris, animam. i. uitam sup. nostram. Sed si hoc. s. nos uiuere fuit gratius. i. utilius liberis nostris, feramus cætera q̃q̃ non sunt ferenda. Atque ego qui confirmo. i. quod dicunt conforto te, non possum. s. confirmare me. Ego remisi tibi Clodium Philaterum unum è familia, ꝙ. i. quià, impediebatur ualetudine. i. mala dispositione oculorum appositorie hominem fidelem. Salu. s. seruus aut libertus noster. Non. n. de Crispo illo historico loquitur, uincet omnes spes. s. quas de eo habuimus, officio. s. impertiendo. Gennius alter libertus est, perbèneuolus, quem spero fore semper obseruantem. i. cultorem tui. Sicca alter familiaris dixerat se fore semper mecum, sed discesserat Brundusio, ita à me qui eram Brundusii, nisi forte Brundisio legendum sit ut discesserat Brũdusii sup. à me. Cura, quoad potes ut ualeas & existimes sic, me cõmoueri uehemẽtius miseria tua q̃ mea. O mea Terẽtia fidissima atq; optia uxor, & filiola mea charissima. s. Tullia, & Cicero spes nostra reliqua. i. sola relicta. Valete Pridie Calendas Maias. i. ultimo Aprilis. Brundisio. i. ex eo oppido maritimo in Italia

HVBER. SI tu &. Primo Cicero scribit se nauigasse Athenas aduersis uentis cum haberet secum Cice. filium. Deinde significat se accepisse literas Terentiæ & aliorum multorũ ab Achasto allatas, ex quibus ostẽdit se intellexisse bella ciuilia fore. Postremo orare eam, ut sibi aduenienti q̃ longissime poterit obuiam procedat & instruit eã quod agere debeat de hæreditate cuiusdam Prætiana. Suauissimus, iucundissimus, Cicero filius.

ASCEN. SI tu & cæ. Scribit se nauigasse Athenas aduersis uentis cum haberet secum Cice. filium: deinde significat se accepisse literas ab uxore: & postremo orat ut sibi obuiã ueniat quàm lõgissime ualeat docẽs q̃d agere debeat de hæreditate quadã. Ordo est.

M.T.C. Terent. & Tul. Suis. S.P.D.

*SI tu & Tullia lux nostra ualetis, ego & suauissimus Cicero ualem⁹. Pridie Idus Octobris Athenas uenimus, cum sanè aduersis vẽtis vsi essem⁹, tardèq; & incõmodè nauigassem⁹. De naui exeuntibus nobis, Acastus cũ literis præsto fuit. Si tu & Tullia Lux nostra ualetis. Conceptio est personarum. Ego & Cice. suauissimus, scilicet filius noster, ualemus: eadem est figura. Nos uenimus, applicuimus nos Athenas, pridie idus Octob. cum usi essemus uentis sane, id est multum aduersis, & cum nauigassemus tarde, & incommode, nemo tamen sit tam stolidus, ut à Calend. Ma. quibus Brundusio soluit, super aquas fuisse putet, quia tunc Cic. secũ non habuit, & postea Dirrachi moratus est, unde hæc epistola longe post scripta est, neque tum seruata est ratio temporum in colligendis epistolis: Achastus, scilicet libertus noster fuit præsto, id est præsens & paratus cum literis, scilicet dandis, nobis exeuntibus naui.

ꝟ SI TV, & Tullia lux nostra. Quo tempore scripta sit, patet.

vno & vigesimo die, sane strennue, accepi tuas literas, quibus intellexi te uereri ne superiores mihi redditæ non essent. Omnes sunt redditæ, diligentissimèque à te perscripta sunt omnia: idque mihi gratissimum fuit. Neque sum admiratus hanc epistolam, quam Achastus attulit, breuem fuisse. Iam enim meipsum expectas, siue nosipsos, qui quidem quamprimũ ad uos venire cupimus: & si in quam rempublicã venimus, intelligo. Cognoui enim ex multorum amicorum literis, quas attulit Achastus, ad arma rem spectare: ut mihi cum uenero, dissimulare non liceat quid sentiam. Sed quando subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam ut ueniamus, quò facilius de tota re deliberemus. Tu uelim quod cõmodo ualetudinis tuæ fiat, quàm longissimè poteris, obuiam nobis prodeas. De hæreditate Prætiana, quæ quidem mihi magno dolori est (ualde enim illum amaui) sed hoc uelim cures, si auctio ante meum aduentum fiet, ut Pomponius, aut si is minus poterit, Camillus nostrum negotium curet. Nos cum salui uenerimus, reliqua per nos agemus. Sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis ut hoc ita fiat. Nos si dii adiuuabunt, circiter Idus Nouẽb. in Italia speramus fore. Vos mea suauissima & optatissima Terentia, si nos amatis, curate ut ualeatis. Vale.

Athenis ad x v. Calend. Nouemb.

*P.V.C. HVBER.

ꝟ VNO & uigesimo, id est uigesimo primo post discessum suum Roma. Sane. ualdè. Strenue. celeriter: nam strenuus & fortem significat, & celerem. Salustius, Nam aut quisq; strenuus ceciderat in bello. Ouidius de Galantide in mustellam mutata, Priscaq; strenuitas mansit, id est celeritas uel agilitas. Ne non essent, id est ut non essent. Siue nosipsos. correctio, quia habebat filium secum. In quam, id est qualem, quasi dicat turbulentam. Spectare, pertinere, tendere. Ad arma, ad bella, quia Cæsa. magnis rebus gestis in Celtis & Galliam Italiæ proximam circa Erydanum exercitũ duxerat, ad quem multi confluxerant: ex iis igitur suspicabatur Cice. bella futura, aut quia iam mortua Iulia magnus timor apud omnes erat dissentionis inter Cæsarem & Pompeium. Dissimulare, occultare. Illum Prætianum: hic enim moriens scripserat heredem Ciceronem: fuerat autem iurisconsultus, ut supra ad Trebatium libro septimo. quod scribis de illo Prætiano iurisconsulto, ego te ei non desino commendare. Aúctio, uenditio per auctionem, ut alio loco diximus. Iuuenalis, Si coniugis auctio fiat. Eris profecta. discesseris.

Strenuus Strenue

ꝟ VNO aut primo & uigesimo die, scilicet post discessum suum Roma. Ego accepi literas tuas sane, id est multum strenue, quibus intellexi te uereri ne superiores, scilicet literæ tuæ non essent redditæ mihi. Omnes supple literæ sunt redditæ, & omnia sunt perscripta à te diligentissime, & id fuit mihi gratissimum. Neque sum admiratus hanc epistolam quam Achastus tulit fuisse breuem. Tu enim expectas iam meipsum, siue nosipsos, hoc est me & filium, qui quidem cupimus uenire quamprimum, id est ualde cito ad uos. Et si, id est quanquam intelligo in quam, id est qualem rempublicam nõ uenimus, media longa: est enim præsentis temporis, quasi dicat, in turbulentissimam. Ego enim cognoui ex literis amicorum, quas Achastus attulit, rem spectare, id est tendere & inclinari ad arma, id est bella ciuilia. Quia iam mortuam intellexit Iuliam Iulii Cæsaris filiam uxorem Pompeii, & Pompeium Cæsaris potentiæ, quæ in Gallia maxima erat resistere uelle, sic sentit Hubertinus. Verũtamen, quia id multo post contigit. Nam Cicero post reditum Ciliciam obtinuerat prouinciam, è qua reuersus hanc commotionem repperit: dicamus ad arma, id est ad resistendum inimicis ui, ut liceat mihi cum uenero. Dissimulare, quid sentiam. Sed quando, id est quoniam, fortuna, id est dubius euentus rei, est subeunda, nos dabimus eo citius operam, ut ueniamus quò, id est ut deliberemus facilius de tota re. Velim supple, ut tu properes obuiam nobis, quã, id est quantum poteris longissime, quod fiat cum commodo ualetudinis, id est sospitatis tuæ. Ego uelim cures de hæreditate Prætiana, id est quæ nobis obuenit per testamentum prętii iurisconsulti nuper defuncti, quæ quidem est mihi dolori. Ego enim amaui illum, scilicet Prętium ualde, hoc, si auctio, id est uenditio rerum per auctionem, qua res dantur plurimum offerẽtibus fiet ante aduentum meum, ut Pomponius, scilicet Atticus, aut si is minus, id est non poterit, ut Camillus curet negocium nostrum, ut pars hæreditatis sit nobis integra. Nos cum uenerimus, scilicet in urbem salui, agemus reliqua per nos. Sin, id est sed si, tu eris iam profecta Roma, tamen curabis, scilicet per nuncios, aut literas ut hoc fiat ita, id est ut res curetur per Pomponium aut Camillum, si dii adiuuabunt nos, speramus fore in Italiam circiter Idus Nouembris. Vos ò mea suauissima & optatissima, Terentia & Tulliola, scilicet filia si amatis nos, curate ut ualeatis. Vale. Athenis ad x v. Calendas Nouembris.

ASCEN.

HVBER. NEC sæpe. Exponit Cic. quid ex literis Terẽt. intellexit. Postremo petit ab ea ut celeriter emittat ad se Pollucem seruum. Prædium, * possessionẽ. Venire, uendi. Satisfiat, soluatur. Nostra, scilicet filia: hæc enim ꝓnomina sine substantiuo posita maritos uxores filios filiasue comprehendunt, sicut & genitiui propriorum post nomina propria positi. Ouidius, Hanc tua Penelope, subaudi tua uxor. & Virgilius, Hectoris Andromachæ, scilicet uxor. Deifobe Glauci filia. Pollucem. seruum. Extrudas, eiicias, emittas.

ASCEN. ☞NEC sæpe &c. Vt docuit quid é Terentia intellexit monet ad se seruum mittat, dicens: Nec est supple aliquis, sæpe cui demus, id est dare possimus literas, nec habemus ullam rem quam uelimus scribere. Ego cognoui ex literis tuis quas accepi proxime nullum prædium, scilicet nostrum potuisse uenire, id est uendi. Quare uelim supple, ut omnes uideatis quomodo satisfiat, id est satisfieri possit ei, cui scitis me uelle satisfieri. Quod nostra, scilicet filia, agit tibi gratias. Nõ ergo ad filiam scribit, ego non miror te mereri id, ut ea possit agere tibi gratias mérito tuo, id est propter méritum tuum. Fac extrudas, id est ui exire cogas quam primum Pollucem, scilicet seruum nostrum, si non est adhuc profectus, id est si non exiuit ad nos uenturus. Cura ut ualeas. Scriptum supple Idibus Quintilis sup. mensis, id est eius qui nunc Iulius dicitur. Ridiculum est huic & superiori addere Vale & Valete, cum præmissum sit, cura ut ualeas, & curate ut ualeatis.

*P.V.C. ☞NEC sæpe est. Noluisse intélligi à quo scripta epistola esset, si forte in alienas manus uenisset, multis modis cognosci potest: de hoc olim accurate disseruimus, titulumque ipsius inuentum in opimis libris totum esse uoluimus. Quod nunc etiam obseruatur ab iis, qui ad eos scribunt, quibus periculum creárẽt, si literas ad eos mitti, & eos rescribere intelligeretur. Tempus quo scripta sit, non affirmarim: arbitror cum in castris Pompeianis esset, uel paulo ante quàm ex Italia discederet, ad Pompeium nauigans. Quod agit de pecunia, & prædiorum uenditione, tradit Plutharchus iratum fuisse Terentiæ Ciceronem, quòd belli tempore commoda illius neglexisset, neque ei suppeditasset, quæ ad consilium, iterque illud necessaria erant, ut ex Italia discesserit in magnis angustiis existens, ac pene sine uiatico.

M.T.C. Terent. Suæ. S.P.D.

MEC sæpe est cui literas demus: nec rem habemus ullam quã scribere uelimus. Ex tuis literis quas proxime accepi, cognoui prædium nullũ uenire potuisse. Quare uideatis uelim quomodo satisfiat ei cui scitis me satisfieri uelle. Quòd nostra tibi gratias agit, id ego non miror te mereri ut ea tibi mérito tuo gratias agere possit. Póllicem, si adhuc non est profectus, quamprimum fac extrudas. Cura ut ualeas. Idus Quint. Vale.

HVBER. ☞OMNES. Primũ scribit Cicero se eiecisse magnas molestias, quibus & ipsam Terentiam cruciabat, & filiam Tulliam: id autẽ ita factum esse dicit, quia choleram puram eiecit, quam contraxerat ex mœrore, ut fit. Deinde dicit se scripturum ad amicos suos, quibus commendábat & Terentiam, & Tulliam, & ostendit se habere bonam spem sui reditus in patriam. Postremo monet Terentiam, in quibus uillis commodè esse possit. Quibus. propter quas. Hábui te miserrimam. afflixi te. Id quod, scilicet te habuisse miserrimam. Dulcior, charior: ita enim parentes & dicere & existimare solent. Virgi. Nate mihi uita quondam dum uita manebat Chare magis. Quid causæ, scilicet quod eiecerim illas molestias. Postridie. postremo die, χολὴν, id est bilem choleram, ἄκρατον purã. Eieci, expui, euomui. Leuatus. alleuiatus, ut ita dicã. Satisfacias, soluas uota. Simulatque, postquam. Quẽquam, quemlibet. Virum, cuius proprie est fortitudo: nam uir à uirtute dicitur. Eiusmodi, tália. Aliquando, tandem. Cum si. nostri cum uiris bonis. Vt pri. duæ dictiones sunt. Ordo autem est. Velim primum ut cures ualetudinem: deinde &c. Vtere, pro habitatione tua habe. Fundo, agro. Cum fa. urb. cum omnibus quos in urbe soles habere domi: nã minoris constat res Arpini quàm Romæ. Annona. frumentum. Bellissimus, diminutiuo blandimenti gratia usus est.

Postridie
Eieci
Vir
Annona
Bellissimꝰ

ASCEN. ☞OMNES &c. Dicit se hilariorem effectum pollicens scribere ad amicos pro suorum cõmendatione, docensque Terẽtiam in quibus uillis degat. Ordo est. Ego deposui & eieci omnes molestias & solicitudines, quibus, id est in quibus ego hábui. Et, id est simul, te, scilicet coniugem meam miserrimã, id quod est molestissimum mihi, id est quę res est mihi grauissima. Et, id est simul sup. habui Tulliolam, scilicet filiam nostram miserrimã quæ est nobis dúlcior,

M.T.C. Terẽt. Suæ. S.P.D.

OMneis molestias & solicitudines quibus & te miserrimã hábui, & id quod mihi molestissimum est, Tulliolã, quæ nobis nostra vita dulcior est, deposui & eieci. Quid causæ autem fuerit, postridie intellexi quàm à vobis discessi. χολὴν ἄκρατον noctu eieci statim. Ita sum leuatus, vt mihi deus aliquis medicinam feciſſe videatur. Cui quidem tu deo, quemadmodum soles, pie & caste satisfacias, id est Apóllini & Aesculapio. Nauem spero nos valde bonam habere: in eam simulátque conscendi, hæc scripsi. Deinde conscribam ad nostros familiares multas epistolas, quibus te & Tulliolã nostram diligentissime cõmendabo. Cohortarer vos quòd animo fortiore essetis, nisi vos fortiores cognossem, quàm quenquam virum. Et tamen eiusmodi spero negotia esse, vt & vos istic commodissime sperem esse, & me aliquando cum similibus nostri rempublicam defensuros. Tu primum valetudinem tuam velim cures: deinde, si tibi videbitur, villis iis vtere quæ longissime aberũt à militibus. Fundo Arpinati bene poteris vti cum familia vrbana, si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutẽ plurimã dicit etiam atq; etiam. Vale. Datum. III. Idus Iunii.

curasse, quia deorum curatio est subitanea. Cui quidẽ deo, tu satisfacias, id est persoluas uota debita, pie & caste, quemadmodum soles, hoc dicit ut si non fuerit solicita incipiat assuescere. Sane erubescendum est nobis si Ethnici non putauerunt deos suos qui dęmonia sunt non posse placari nisi pie & caste satisfiat, si putauerimus deum uerum ab impiis aut immundis placari posse. Sed dicet forte aliquis si dii gentium dęmonia sunt, quõ & pietatis & castitatis amatores erant? Ad quod respondere licet, non propter bonum hóminũ ab illis uirtutes laudatas, sed ideo, ut ueros dei honores qui sine pietate & castitate nulli sunt sibi usurparent, quibus nihil dúlcius illis contingere potest, nam in illa peruersa cupiditate æquandi se deo in qua acciderũt obstinati sunt, ideoque idolatriam introduxerant, non solum ut homines in errore tenerẽt, & à cœléstibus sedibus arcerent, sed etiam ut deolatriam prærípierẽt, aut ideo ut homines in illo errore perstringerẽt. Sciebant enim quia amor uirtutum inscriptus est pectoribus nostris, propter synęresin nihil probari posse quod non sit uirtuti consonum, atque ita minime diis accõmodandum uideri. Vt ergo in idolatria genus humanũ semper tenerent & ut uarias superstitiones & Ludorũ & cerimonialium gentilium astruerent, uirtutũ quæ negari nõ poterant se finxerũt amatores. Sed ordinem persequamur, ne forte ignoraret Terentia cui deo satisfaciendũ sit, addit, Apolini & Aesculápio, scilicet Apóllinis filio qui summi medici putati sunt. Ego spero nos habere nauẽ ualde bonam. Dixi prius epistolas non esse repositas quo ordine scriptæ sunt. Nam hæc scripta erat cum Athenas profugeret cum filio. Et in illa. Si tu & Tullia &c. significauit se redire, ego scripsi hæc simul atque, id est immediate postquam conscendi in eam. Deinde, id est posthac conscribam, id est simul scribam, ad familiares nostros multas epistolas quibus, scilicet epistolis, aut quibus, scilicet familiaribus ego commendo diligentissime te & Tulliolam nostram. Cohortarer uos quo. i. ut essetis fortiores animo, nisi cognoscerem uos fortiores quàm quenquam uirum. Et tamen spero negocia, scilicet nostra, esse eiusmodi, ut sperem. Et, id est simul, uos esse commodissime, istic, scilicet Romæ, & me defensurum aliquando rempub. cum similibus nostri, utpote communis boni & iustitiæ amatoribus. Velim sup. ut tu cures primum ualetudinem tuam. Deinde si uidetur tibi, utere iis uillis quæ aberunt longissime à militibus. Tu poteris bene uti fundo Arpinati, id est iuxta Arpinum cum familia urbana, id est ea quam Romæ habere solemus, si annona fuerit carior, id est nimis cara, sup. Romæ Cicero bellissimus, id est maxime bonus & lepidus filius noster dicit tibi etiam atque etiam plurimam salutem. Vale. Datum tertio Idus Iunii

*P.V.C. ☞OMNES molestias. Manifesto scripta epistola cum iam nauem conscendisset, in Pompeiana castra nauigans.

Tres pusillæ quæ sequuntur epistolæ nulla certa indicia habent, quibus temporibus scriptæ sint: arbitramur tamen cum Brunduſii esset Ciceronem eas scripsisse. In prima agit de Cæsaris literis de quibus etiam ad Atticum scribens illis uerbis (nisi fallimur) egit. Non meo uitio fit hoc quidẽ tẽpore (ante enim est peccatũ) ut me ista epistola nihil cõsoletur. & in Oratione pro Qu. Ligario: Qui ad me ex Aegypto literas misit, ut essem idem qui fuissem. Quamuis penultima huius libri epistola agat de Cæsaris literis sibi redditis, & non antea Romam allatis: quas sane esse credimus illas, quas in oratione pro Ligario intellexit, ut eæ fortasse de quibus Terentia, & Atticus scripserant, diuersæ ab illis fuerint, nam multis modis priores has Cicero suspectas habebat, & à Cæsare non esse iudicabat: de illis autem, quas accepit ipse uereri non uidetur, ne fictæ sint. In secunda de ualetudine Tulliæ, de qua etiam ad Att. Tulliæ meæ morbus, & imbecillitas corporis me exanimat. In tertia iubet Terentiam cum Attico loqui, ab eo enim intellecturam esse quid fieri uelit. Scribebat autem de omnibus rebus ad Pomponium, ut cognosci potest ex epistolis, quæ sunt in XI. lib. ad Atticum ipsum missis.

M.T.C. Terẽt. Suæ S.P.D.

SI uales bene est: ego quidem valeo. Valetudinem tuam velim mihi cures diligentissime. Nam mihi & scriptum, & nuntiatum est, te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me feciſti de Cæsaris literis certiorem, feciſti mihi gratum. Item posthac siquid opus erit, siquid acciderit noui, facies vt sciam. Cura vt valeas. Vale. Datum. IIII. Nonas Iunias.

HVBER. SI uales. Hortatur Cic. Teren. ut curet ualetudinẽ suam quam intellexerat ex febri laborare. Deinde dicit gratum sibi fuisse, quòd ab ea de literis Cæsa. certior factus esset.

ASCEN. ☞SI uales. Monet ut salutem curet, & diligenter quæ scire oporteat perscribat dicẽs. Si uales bene est, ego quidem ualeo, uelim sup. ut cures diligentissime ualetudinem tuam, nam & scriptum & nunciatum, scilicet ore est mihi te incidisse subito in febrim. Quod feciſti me certiorẽm celeriter de literis Cęsaris, id est quas Cæsar misit, feciſti mihi gratum. Tu facies item, id est similiter post hac, ut sciam si quid erit opus si quid acciderit noui. Cura ut ualeas &c.

Universidad de Deusto Biblioteca

HVBER. AD cætera. Hæc epistola uidetur fuisse scripta eo tempore quo iam Tullia nupserat Dolabellæ. Miserias, molestias. Accessit, additus est. Valetudinem, propter egritudinem.

ASCEN. AD cæteras &c. Hæc epistola uidetur longe alio tempore scripta, nam durante exilio Tullia erat nupta Pisoni Crassipedi, Dolabellæ autem nupsit dum esset imperator in Cilicia pauloante bellum ciuile, dicit autem se dolere de ualetudine Dolabellæ hoc ordine. Dolor ex ualetud. id est mala dispositione Dolabellæ, scilicet generi nostri & Tulliæ, scilicet filiæ nostræ, accessit, id est additus est ad cæteras miserias meas. Omnino nec scio penitus de omnibus rebus quid consilii capiam nec quid faciam. Velim sup. ut tu cures ualetudinem tuam & Tulliæ. Vale.

M.T.C. Terent. Suæ. S.P.D.

AD cæteras meas miserias accessit dolorè Dolabellæ valetudine & Tulliæ: omnino de omnibus rebus nec quid consilii capiam, nec quid faciam scio. Tu velim tuã & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

HVBER. QVID fieri. Excusat Cic. se, quod apertius ad Terent. non scripserat quid fieri uellet, quia scripsit id Pompo. ex quo illa poterit omnia intelligere. Serius, tardius. Scripsi, scilicet ad te. Quando, quoniam.

ASCEN. QVID &c. Dicit se scripsisse, monet ut uxor scribat & ualetudinem curet dicens, scripsi ad Põponium, scilicet Atticum, serius, id est tardius quàm oportuit, quid placeret sup. mihi fieri, scilicet à uobis. Si eris locuta cum eo intelliges quid uelim fieri. Non fuit necesse scribere apertius, quando, id est quoniam, scripseram ad illum, scilicet optimum amicorum. Ego uelim sup. ut mittas nobis literas quamprimum, de ea re & de cęteris rebus. Cura diligenter ualetudinem. VIII. Idus Quintiles, id est Iulias, aut Iulii mensis postea dicti.

M.T.C. Terent. Suæ. S.P.D.

QVid fieri placeret, scripsi ad Pomponium, serius quàm oportuit. Cũ eo si locuta eris, intelliges quid fieri velim. Apertius scribi, quum ad illum scripseram, non necesse fuit. De ea re, & de cæteris rebꝰ quamprimum velim nobis literas mittas. Valetudinem tuam cura diligentèr. Vale. VII. Id. Quint.

HVBER. TVllia. Significat Cic. se maiore dolore affectum esse Tulliæ filiæ suæ ad se aduentu, quia cognoscit culpa sua esse factũ, ut illa esset in deteriore fortuna quàm mereretur, deinde se missurum filiũ ad Cæsarem. Longe, ualde. Alia, tristiore & deteriore. Atque, quam. Pietas, erga me.

ASCEN. SI uales &c. Dicit Tulliã suam ad se uenisse eiusque pietatem commendat dicens. Si uales bene est, ego quidem ualeo. Tullia nostra, scilicet filia uenit ad me, scilicet in uillam nostram pridie Idus Iunii, cuius summa uirtute & singulari humanitate, id est propter cuius uirtutem & singularem humanitatẽ, ego sum affectus etiam grauiore dolore non quòd bona esset, sed factum esse negligentia nostra, uidetur de sua solitus loqui, ut ipsa esset in fortuna longe alia, id est diuersa & miseriore multò, atque, id est q̃ pietas ac dignitas eius postulat. In animo erat nobis, id est nos uolebamus mittere Ciceronem, scilicet filium, ad Cęsarem, scilicet Iulium. Et Cnæum Sallustium cum eo, scilicet Cicerone, id est si, scilicet Cicero erit profectus. i. quandò discesserit, faciam te certiorem. Cura diligenter ualetudinem tuam. Decimoquarto Calend. Quintiles, id est Quintilis mensis, qui nunc Iulius dicitur.

*P.V.C. TVLLIA nostra uenit. Post uictoriã Cæsaris in Pharsalica scripta, cum discessisset à Pompeianis, & Brundusii esset: quod multis coniecturis intelligi potest: & quãtum ego suspicor, post illam quæ sequitur data: ea enim scripta esse uidetur. cum paucos dies in Italia fuisset: gratulata enim erat illi Terentia de reditu in Italiam, & salute ipsius è tot, tantisque periculis. Cui illa epistola Cicero respondit. Tulliam ad eum, cum Brundusii esset, uenisse, multi authores tradunt, & ipse quoque ostendit: quod causa inimicitiarum, ac diuortii illi cum uxore fuit: neque enim uiaticum ei dedit, neque comites præbuit, quos ætas illius, ac dignitas patris poscere uidebatur. Omne autem illud tempus Cicero ibi mansit, quod in Alexandria, & Asia Cæsar consumpsit, quod longum fuisse ex historia illarum rerum intelligitur, & à Plutarcho etiam aperte narratur.

M.T.C. Terent. Suæ. S.P.D.

SIvales bene est: váleo. *Tullia nostra venit ad me pridie Id. Iunii cuius summa virtute, & singulári humanitate grauiore etiàm sum dolòre affectus, nostrâ factum esse negligentiâ, vt longè alia in fortuna esset atque eius pietas ac dignitas postulàbat. Nobis erat in ánimo Ciceronem ad Cæsarem mittere, & cum eo Cnæ. Sallústium. Si profectus erit, fáciam te certiorem. Valetúdinem tuam curã diligenter. Vale.

XVII. Calend. Quint.

HVBER. QVOD nos. Improbat Ci. quodammodò consilium suum, quia in Italiam uenerat Brundusium. Itaque Teren. rogat ut sibi adiumento sit, deinde hortâtur ne sibi obuiã ueniat propter longum & periculósum iter. Explicâre. expedire ad exitũ perducere. Des te in uiam, id est ponas te in uia, mihi obuiàm uénias.

M.T.C. Terent. Suæ. S.P.D.

QVòd nos in Itáliã saluos venisse gáudes, perpetuò gáudeas velim. Sed perturbâti dolóre ánimi, magnisque iniuriis, métuo

ne id consilii ceperîmus, quod non fácilè explicâre possîmus. Quarè quantùm potes, ádiuua. Quid autẽ possis, mihi in mentem non venit. In viam quòd te des hoc témpore, nihil est, & longum est iter, & nõ tutum, & non vídeo quid prodesse possis, si véneris. Vale. Datum Prídiè No. Nouemb. Brundúsio.

ASCEN. QVOD &c. Dicit se uereri ne profúerit in Italiam nondùm uenisse, cui malo monet uxórẽ, ut medeâtur, si possit, dehortâtur autem ne obuiàm sibi prodeat dicens. Quòd gáudes nos, id est me & filium uenisse saluos in Itáliã uelim sup. ut gáudeas perpetuò, id est ut gáudium istud possit esse perpetuum, ita ut ex aduentu nostro nihil mali subsequâtur. Sed metuo ne nos perturbâti dolóre, & magnis iniuriis cœperîmus, id est iniuerîmus id consilii, scilicèt redeundi in Italiam, quod non possîmus facilè explicâre, id est difficultátibus exímere. Quare ádiuua, scilicèt nos illud explicâre quantùm potes. Autem, id est sed, non possum considerâre, quid. i. in quo possis, scilicèt nos adiuuâre. Nihil, id est nulla cáusa est, quòd des te in uiam, id est ut uénias ad nos hoc tẽpore. Et, id est simul, iter est longum & non tutum propter inimícos, & non uideo quid possis prodesse si ueneris. Vale. Datum &c.

M.T.C. Terent. Suæ. S.P.D.

QVod scripsi ad te proximis literis de núntio remittendo, quæ sit istius vis hoc témpore, & quæ concitatio multitudinis, ignoro. Si metuendus iratus est, quies tamen ab illo fortassè nascêtur. Totum iudicabis quale sit, & quod in miserrimis rebus miserum putabis, id facies. Vale. VI. Idus Quint.

HVBER. QVOD scripsi. Ingressuro Cæ. Romam tempore, quo bellorũ ciuilium tumultus orti sunt, cum ex Gállia reuerterêtur cum Cic. abesset, scribit ad Teréntiam quid agendum sit in tali perturbatiône, eam (quæ sit præsens) iudicâre posse. Concitátio, commótio. Irâtus. Cæsa. Quies. pax. Minimè miserum, id est utilius & mélius.

ASCEN. QVOD scripsi &c. Scripserat Cic. ad uxôrem de núntio remittendo, ut sciret quo ánimo Cæsa. siue ex Gallia, siue ex uictória Pharsálica redierit in urbem, de qua re iterùm eam monet dicens. Quod scripsi ad te próximis literis, idest in próximis literis de núntio, scilicèt quem ad te misi, remittendo, scilicèt ad me, ignôro quæ sit uis istius, scilicèt Cæ. & quæ, id est qualis cõcitátio, id est commótio multitúdinis, scilicèt pópuli in aduentum eius. Si, id est sed etsi sup. Cæsar irâtus, scilicèt ob negâtum impérium, est metuendus, tamen quies, id est tranquillus status urbis, nascêtur fortassè ab illo. Tu indicâbis sup. mihi totum, scilicèt negócium, quale sit. Et tu fácies id, quod putâbis míserum minimè, id est secundum interpretatiônem Lau. Vallæ, nequaquàm aut in ulla parte, sed quia non est uerosímile in miserrimis rebus áliquid esse nequaquàm minimũ aut in illa parte míserum, putem hoc loco mínimè pro minimum pósitum, eo quòd meliùs sonat minimè míserum quàm mínimum míserum. Mínimè autem secundum Vallam negat, mínimum cómparat, id est pro mínima parte. Dicâmus ergo quod putâbis minimè aut mínimũ, id est in mínima parte míserum in rebus misérrimis. Vale. &c.

*P.V.C. QVOD scripsi ad te. Incertum tempus quo scripta sit, & sanè nonnullis locis obscúrior epistola: quamuis súspicer cum Brundusii esset: nam in epístola quadam ad Atti. de quo hîc etiam agit, inquit: Placet mihi igitur & idem etiam tibi núntiũ remitti: non tamen affirmârim idem negótium in hac, & in illa tractâri.

Tullius Terẽtiæ, & pater Tulliæ duabus, animis suis: & Cicero matri optimæ, sua uissimæ sorori. S. P. D.

SI vos valêtis, nos valêmus. *Vestrum iam consilium est, nõ solùm meum, quid sit vobis faciendum. Si ille Romam modestè ventúrus, rectè in præséntia domi esse potestis: sin homo amens diripiendam vrbem datúrus est, véreor vt Dolabella ipse satis nobis prodesse possit. Etiam illud métuo, ne iam intercludâmur, vt cũ velîtis exîre, nõ líceat. Réliquum est, quod ipsæ optimè consyderâtis, vestri símiles fœminæ sintne Romæ. Si enim non sunt, Videndum est vt honestè vos esse possîtis. Quomodò quidem nunc se res habet, mo-

HVBER. VESTRVM iam. Ventûro Cæsa. Romã ut suprà díximus scribit Cice. ad Terent. sicut in superiôre epistola cã faciliùs posse consultâre, quid sit agendum, declârat tamen consilium suum & senténtiam de iis rebus, pręcipuè ut Terent. fáciat, quod fácient áliæ mulíeres eius símiles. Vestrum est cõ. id est ad uos pértinet consultâre & delíberâre. Modéstiùs. sine iniúria cuiusquam. tanquàm bonus ciuis. Rectè, honestè & Rectę cõmodè. Diripiendam. prædandam, depopulandam. Vt, id est ne. Dolabella, gener noster qui multũ apud Cæsa. potest. Intercludâmur, scilicèt in urbe multitúdine mílitum, légitur & intercludámini. Símiles ue. honestę & alicuius dignitâtis. Videndum, considerandum. Vt si, quemadmodùm. Mecum. ubi ego fúero. In nostris prædiis, uel in Cumâno, uel in Tusculâno, uel in Arpináti, uel enim Põpeiáno, hæc in prædia habêbat Ci. quæ præcipuè ab eo memorãtur, credo tamẽ habuisse ália. Fames, propter penúriã rerum, si Cęsar eam occupârit. Labiénus. is ad Pomp. se cõtúlerat, cuius consiliũ Ci. láudat. Adiuuat. cáusam nostrã. Piso. socer Cę. Discêdit ab urbe. in aduentu Cæ. sicut réliqui senatóres. Luca. Danda tamẽ uénia est tantorũ d[illegible] da malórũ, Põpe. fugiente timent. Scéleris. a[illegible] lerátũ Cæ. quòd contra pátriã arma sũ[illegible] tus. s. frater meus. Pater. quia sub[illegible] eius. i. filius Quin. fratris. notar[illegible]

ptióne epistolæ duábus ánimis dictum esse quod légitur in ómnibus codícibus nō autē animábus, quod nō usus doctórum sed licéntiam quorundam usurpâuit in sacris scriptúris, quas legi grammáticæ subiacêre indignum est.

ASCEN. SI uos &c. Ventûro Cęsare Romam, dicit uxórem posse ex amicis díscere, quid fácere débeat, ostendit tamen quid séntiat útpotè id, quod áliæ mulieres eius símiles, id est quorum maríti in símili sint conditióne. Omnes autē amatóriæ sunt epístolæ. Ordo est. Si uos, scilicèt tu uxor & filia ualêtis, nos, scilicèt ego & filius ualêmus. Consilium est iam uestrum nō solùm meū, hoc est uos debêtis iudicâre pótius quàm ego, quid faciendum sit nobis. Si ille, scilicèt Cęsar, quem timêmus uentûrus sup. est Romam, modestè.i. pacíficè, aut uictória modestè & non insolētèr usûrus, uos potestis esse domi rectè.i. cōuenientèr in pręséntia.s. aduentus eius. Sin homo amens.i. sine bona mente, datûrus est, scilicèt milítibus suis urbem diripiendam, uéreor ut Dolabella ipse, id est qui multùm potest apud Cęsarē, qui eius partes semper secûtus est. Nusquàm exprimitur de quo réditu loquâtur. Nam pauloantè aduentum Cæ. è Gállia, Túllia Dolabellæ núpserat, sed quia adhùc parū pro Cǽsare fécerat, uidêtur uerêri nō satis posse, & ita credā de réditu è Gállia loqui, posit prodesse nobis satis. Etiam métuo illud ne interclūdámini, id est arceámini ab éxitu, ut cum uelîtis exîre non líceat, id est nō sit facultas nō permittâtur, nam líberis homínibus uidêtur sempèr licêre exîre nō tamē sempèr permitti. Réliquum est, scilicèt consilii, quod ipsi, id est uosmet sine me, considerábitis optimè, ne, id est utrùm fœminę símiles uestri, id est eiusdem status & conditiônis, uobiscum, genitiuus est à nominatiuo uos, sint Romæ. Si non sunt, uidendum est ut.i. quomodò uos possîtis esse honestè, scilicèt Romæ, quasi dicat timendum non fore honestè. Quandóquidē res habet se nunc.i. ita est nunc status rerū, modò ut.i. dúmmodò líceat uobis tenêre hęc loca, scilicèt nostra, quæ ego téneo, uos potéritis esse bellíssimè.i. témpore cōmodíssimè, uel mecū uel in prædiis nostris. Etiam illud est uerēdum ne fames, scilicèt ob penúriā cibi, sit breui témpore.i. intra breue tempus in urbe. Ego uelim sup. ut considerêtis.i. consulâtis de his rebus cum Pompónio, scilicèt Áttico, cum Camillo, aut sup. cum illis, cum quibus uidébitur uobis.s. conducíbile. Ad summā.i. ut præcípua uota mandem, sitis ánimo forti. Labiēnus uir senatórius, fecit rem.i. ut dicunt querélam & cáusam Pompeii, meliórem. Piso etiam socer Cæs. ádiuuat sup. rem, quòd discêdit ab urbe, & condemnat génerum suum, uidélicèt Cǽsarem, scéleris.s. iniqui belli. Vos ánimæ meæ charíssimæ, de quibus in præscriptióne dixit duábus ánimis non animábus suis ut adnotâuit Valla, scríbite ad me quàm sæpissimè.i. ualde sæpè. Et.i. simul, quid uos agâtis, & quid agâtur.s. ab aliis, istic.i. Romæ ubi estis. Quintus pater & filius, quasi dicat uterque & frater meus & filius eius & Rufus dicunt uobis salûtem. Valête. Menturnis, quæ sunt inter Fórmios, & Sinuéssam &c.

dò vt hæc nobis loca tenêre líceat, bellíssimè vel mecum vel in nostris prædiis esse potéritis. Etiam illud verēdum est, ne breui témpore fames in vrbe sit. His de rebus velim cum Pompónio, cum Camillo, cum quibus vobis vidébitur, considerêtis: Ad summam ánimo forti sitis. Labiênus rem meliorem fecit. Adiuuat etiam Piso, quòd ab vrbe discêdit, & scéleris cōdēnat génerum suū. Vos meæ charíssimæ ánimæ quàm sæpíssimè ad me scríbite, & vos quid agâtis, & quid istic agâtur. Quintus pater, & filius & Rufus vobis salûtē dicūt. Valête. VIII. Calend. Quin. Menturnis.

*P.V.C. VESTRVM iam consilium est. Importunè in hunc locum inculcâta hæc epistola est. Quis enim non uidet illam scriptam initio belli ciuilis inter Pompeium, & Cǽsarem?

HVBER. COnstituerâmus. Quia suprà scripserat C. se missûrum filium ad Cę. hac epístola dicit se mutasse consilium de cęteris rebus nihil se noui habêre, quæ autem fíeri uelit Terent. posse intellígere ex Sicca, quem ad eam misit, Quæ uelit, scilicèt fieri à te.

ASCEN. Ordo. SI uales &c. Dicit de mittendo filio se consilium mutasse & noui nihil habêre, sed quæ fíeri uelit è Sicca accípi posse, Ordo est. Si uales benè est, ego quidèm uáleo. Constituerâmus, ut scrípseram antè ad te, míttere óbuiàm Cǽsari, scilicèt uenienti, ut plúrimi uolunt è Gállia, sed tamen ætáti puerili magis cōgruat si è Pharsálica uictória intelligâtur mittēdus, Cicerónem, scilicèt filium nostrum. Sed mutáuimus consilium, quia nihil audiebâmus de aduentu illíus, scilicèt Cǽsaris, qualis, scilicèt fuisset. Tu póteris cognóscere de cæteris rebus etsi nihil erat noui, tamen quid uelîmus & quid putêmus opus, id est óperæ précium esse ut fiat hoc témpore, ex Sicca.s. amîco nostro aut familiâri. Ego téneo Túlliam adhùc mecum. Cura diligētèr ualetúdinē tuam.i. cura ut bona sit, ut uáleas.

*P.V.C. Constituerâmus. Hæc post pugnam Pharsálicam scripta est, cum Brundusii esset, quòd significâtur primis uerbis: díxerat enim anteà, Nobis erat in ánimo Cicerônē ad Cǽsarem míttere. Prǽtereà quod inquit. Túlliam adhùc mecum téneo.

narratio.

M.T.C. Terēt. Suæ. S.P.D. Ep. 15.

SI vales, bene est. * Cōstituerām9 vt ad te anteà scripseram, óbuiā Cicerónem Cæsari míttere: sed mutáuimus consilium, quia de illius aduentu nihil audiebámus. De cæteris rebus, etsi nihil erat noui, tamen quid velîmus, & quid hoc témpore putêmus opus esse, ex Sicca póteris cognóscere Túlliam adhùc mecum téneo. Valetúdinē tuam cura diligentèr. Vale. XII. Calend. Quin.

HVBER. ET si. Primùm ostendit Cic. se uehementèr expectâre líteras à Teréntia, deinde quia scrípserat ...eréntia quid egisset Volúmnia múlier quædā ...stè de illa conquéritur, & tamen osten...randū esse de eo, qđ fecerit. Quòd, ...uomodò.q.d. latenti & natu-

querimonia.

M.T.C. Terēt. Suæ S.P.D. Ep. 16.

ET si eiúsmodi tēpora nostra sunt vt nihil hábeam quod aut à te literarum expectem, aut ipse ad te scri

rali affectu

bam: tamen néscio quo modò & ipse vestras líteras expecto, & scribo ad vos cum hábeo qui ferat. Volúmnia débuit in te officiósior esse quàm fuit: & id ipsum quod fecit, pótuit diligentiùs fácere & cautiùs. quanquam ália sunt, quæ magis curēmus, magisq; doleâmus: quæ me ita confíciunt, vt ii voluêrunt qui me de mea sentētia detrusêrunt. Cura vt váleas. Pr. Non. Ian.

ráli affectu ánimi hoc faciente. Qui ferat, scilicèt líteras meas. Volúmnia. nomen propriū mulíeris. Officiósior, liberálior, obsequiósior. Quod fecit, nō mémini légere quid sit, quid nunc dicat Cícero eam fecisse. Detrusêrunt, deiecêrunt, uiolentèr amouêrunt, cum uellem áliud fácere quàm consuluêrunt ipsi.

ASCEN. Ordo. ET si. Dicit se libentèr scríbere & accípere líteras, accûsatque Volúmniam neglecti offícii. Ordo est. Et si témpora sunt eiúsmodi ut nihil literárum hábeam, quod autem expectem à te, aut ipse scribam ad te, tamen néscio quomodò. Et, id est simul, ipse, id est ego expecto líteras uestras, id est ex urbe mittendas, & scribo ad uos cum hábeo sup. áliquem, qui ferat. Volúmnia, scilicèt matróna illa Romána débuit esse officiósior in te quàm fuit, & pótuit fácere diligéntiùs & caútiùs idipsum quod fecit, quanquàm sunt ália, quæ curēmus magis, & doleâmus magis, scilicèt quàm factum priuâtum Volúmniæ. Quæ, scilicèt alia negócia, confíciunt me, id est consúmunt, ita ut ii uoluêrunt, qui detrusêrunt, id est uiolentèr discédere fecêrunt me de senténtia mea, id est firmo propósito. Cura ut uáleas. Lóquitur de rebus inter se duntaxàt notis.

*P.V.C. ET si eiúsmodi témpora. Non possum fácilè constitúere quo témpore hæc epístola scripta sit, utrúmne post uictóriā Cǽsaris cum Brundusii sedêret, an multo témpore anteà cum exúlerat. Verba illa, ut ii uoluêrūt, qui me de mea senténtia detrusêrunt, aperîre uidentur tempus, quo scripta sit: nam aliis in locis reprehendit consilium suum, qui iis parúerit qui in uita eum retinêre uoluêrunt, cum ipse sibi manus afferre cogitâret, postquàm pátriā pulsus est. Quamuis accommodâri etiam possint témpori, quod Brundusii mansit, ut, scilicèt quærâtur de illis qui inuîtum eum coegêrunt partes Pompeiânas relínquere: docet enim se supra magnis iniuriis compulsum id consilium cepisse, quod non facilè explicâri posset. In episto. ad Atti. inquit, Quæ me cáusæ mouerint, quàm acerbæ, quàm graues, quàm nouæ & quæ sequuntur. ut hoc uérius esse putem.

M.T.C. Tul. Terēt. Suæ. S.P.D. Ep. 17.

SI quid habêrem quod ad te scríberem, fácerem id & plúribus verbis & sæpiùs. Nūc quæ sunt negócia vides. Ego autem quomodò sim affect9, ex Lepta & Trebátio póteris cognóscere. Tu fac vt tuam & Túlliæ valetúdinem cures. Vale.

HVBER. SI quid habêrem. Dicit Cícero se nihil habêre, quod scribat ad Teréntiam, eam autem posse intellígere ex Lepta & Trebátio, quomodò ipse sit affectus, id est quomodò habeat & sit animo & corpore dispósitus.

ASCEN. Ordo. SI quid &c. Dicit se nihil habêre quod scribat ad uxórem, eamque posse intellígere ex Lepta & Trebátio quomodò ipse sit afflictus. Ordo est. Si habêrem quid, id est áliquid quod scríberem ad te, fácerem id.i. scríberem ad te, &.i. simul, plúribus uerbis, &.i. simul, sæpiùs, nunc uides quæ sunt negócia. Autem.i. sed, tu póteris cognoscere ex Lepta & Trebâtio.s. amîcis nostris, quomodò ego sim afflictus. Tu fac ut cures ualetúdinem tuam & Túlliæ, scilicèt filiæ nostrę. Post quod dictum ut sæpè admónui frustrà adderêtur. Vale.

*P.V.C. SI quid habêrem. Constat scriptam fuisse, cum Brundusii esset: nam ad Atticum etiā tunc scribens, inquit: 463. Quantis curis affíciar, & si profectò uides, tamen cognosces ex Lepta, & Trebátio.

admonitio

M.T.C. Tul. Terēt. Suæ. S.P.D. Ep. [illegible]

COnsiderandum vobis etiam atque animæ meæ diligentèr puto quid faciatis, Romæne sitis aut mecum in aliquo tuto loco. Id non solùm meum consílium est, sed etiàm vestrum. Mihi véniunt in mentem hæc, Romæ vos esse tuto posse per Dolabellam: eamq; rem posse nobis adiumento esse, siquæ vis, aut siquæ rapinæ fieri cœperint. Sed rursus illud me mouet, quòd video oēs bonos abesse Roma, & eos mulieres suas secū habêre. Hæc autē regio, in qua ego sum, nostrorum est cùm oppidorū, tùm etiam prædiorū: vt & multum esse mecū, & cùm abiéritis, cómode & in nostris prædiis esse possítis. Mihi plane non satis cōstat adhùc vtrum sit melius. Vos vidête quid aliæ faciant isto lo-

HVBER. COnsiderandum. Eodem est fere argumento hæc epístola quo illa superior quæ incipit. Vestrum iam consiliū, nisi quod in fine monet Ci. Terentiam ut faciat quod domus habeat propugnácula, si áliqua uis mílitum immineret. Per Dolabellā, id est auxílio & fauóre Dolabellæ. Régio. Campániæ. Etiàm atque etiàm, id est sæpiùs & diligentèr. Propugnácula, ædifícia sunt, siue munimenta aduersus bellum facta, à propugnando dicta. Virgi. Et gropugnácula bello tuta parant. Et prǽdium, scilicet hábeat ꝓpugnácula, in quo ipse erat futurus. Certos, scilicet ad hoc electos.

Etiā atque etiam

Propugnacula

ASCEN. Ordo. Considerandum &c. Eodē est fere argumento quo illa superior, quę incipit. Vestrum iam consilium, nisi quòd in fine monet Terentiam ut curet domus facienda propugnacula si quam uim mílitum imminere intellexerit. Ordo est. Ego ò animæ meę Terentia & Tullia puto considerandum sup. esse nobis etiàm atque etiàm, id est frequentèr & diligentèr quid faciatis, ne, id est an sitis Romæ ante mecum in áliquo loco tuto. Id consílium est non solùm meum, id non incūbit mihi soli, sed etiam uestrum, id est sed incumbit etiàm uobis. Hæc ueninnt mihi in mentem, uos posse esse Romæ tuto, id est sub protectione, raro legitur tute propter pronomen, per Dolabellam, scilicet generum nostrum, & eam rem, scilicet affinitatem Dolabellæ, posse esse nobis adiumēto si qua uis, scilicet militū,

Universidad de Sevilla
Biblioteca

aut si quæ rapinæ cœperint fieri. Sed rursus.i.econtrário illud mouet.i.turbat me, quòd uideo omnes bonos.i.reipu. amatores abesse Roma, & eos habere mulieres, id est uxores suas secum. Hæc autem regio, id est iuxta Formios in qua ego sum, est nostrórum tùm oppidorum, id est quorum patrónus sum, tùm etiam prediorum, ut positis, &, id est simul, esse mecũ multùm, & cum abieritis esse commodè in prediis nostris. Non constat, id est nõ est manifestum adhùc plane mihi, utrum.s.an Romæ manere, an ad me uenire sit melius. Videte uos, quid aliæ fœminę isto loco, idest isti⁹ conditionis cuius uos estis, faciant, ut ne nõ liceat exire cum uelitis. Ego uelim sup. ut consideretis diligenter etiàm atque etiàm, id est frequenter, uobiscum, id est inter uos & cum amicis, id, scilicèt quod dictum est. Vos dicetis, id est mãdabitis Philótimo, scilicet liberto nostro, ut domus, scilicèt nostra habeat propugnacula, id est defensoria & ut dicunt fortalicia, & præsidium, id est custodiam armatorum. Et uelim instituatis.i.ut ordinetis. tabellarios.i.literarum baiulos, certos.i.non dubiæ fidei, ut accipiam quotidiè à uobis aliquas literas. Date autem máximè.i.præcipuè operam, ut ualeatis.i. sospites sitis, si uultis nos ualere. Octauo &c.

*P.V.C. ❧ Considerandum uobis. Scripta initio belli ciuilis, quare & ipsa hùc importune inculcata. Vnum admonere uolo, inscriptiones harum epistolarum, quæ & elegantissimæ sunt, & amoris, ac suauitatis plenissimæ, quales in meo libro sunt, tales in medicæo inueniri: id enim summa diligentia custodiuimus. Item etiam in epistolis quæ ad Tirónẽ scriptæ sunt obseruauimus, nam illarũ quoq; inscriptiones, & suauissimæ, & ardentissimę sunt.

HVBER. IN máximis. Dicit Cicero se grauiter angi ualetúdine Túlliæ. Deinde se uentúrum própius urbem sicut & Terentia, & alii, sui hortabantur. Aeque, id est tam, scilicèt quàm mihi quia tu es mater.

M.T.C. Tul.Terẽ.Suæ. S.D.EP.19.

ASCEN. Ordo L ❧IN máximis. Dicit sibi ualetúdinem Túlliæ dolóri esse, & se própius accessũrum. Ordo est. Valetúdo, id est mala dispositio Túlliæ nostræ, scilicèt filiæ, excrúciat me in máximis dolóribus, scilicèt aliis. De qua, scilicèt Túllia nihil est, quòd, id est cur, scribam ad te plura. Enim, id est quia, ego scio certò sup. eam esse tibi curæ æque magnæ, ut.s.mihi. Quòd uultis me accédere própius, ego uideo, id est considero faciendum esse ita, & fecissem iam antè, scilicèt quàm monuissẽtis, sed multa impediuerunt me, quæ ne quidem, id est non etiam nunc sunt expedita, id est ut dicunt euacuata. Sed ego expecto líteras à Pompónio, scilicèt Attico. Quas uelim sup. ut cures perferendas ad me quamprimùm, id est ualde citò. Da óperam ut uáleas.

*P.V.C. ❧IN máximis meis dolóribus. Scripta ut árbitror cũ Brundusii esset, post deuictum Pompeium id mihi significãt uerba illa, Quòd me própius uultis accédere. nam ad Att. etiam scribens, eodem tempore, inquit, Quòd scribis placére, ut própius accédam. in hac etiã epistola narrat se expectáre à Pompónio líteras, quid enim de hac re ille sentíret, scire uolébat.

IN máximis meis dolóribus excrúciat me valetúdo Túlliæ nostræ. De qua nihil est quòd ad te plura scribam: tibi enim æque magnæ curæ eẽ certo scio. Quòd me própius vultis áccédere: video ita esse faciendum: etiam ante fecissem, sed me multa impediuerunt, quæ ne nũc quidem expedíta sunt. Sed à Pompónio expecto líteras, quas ad me quamprimùm perferendas cures velim. Da óperam vt váleas.

M.T.C. Tul. Terẽ. Suæ. S.P.D.EP.20.

HVBER. IN Tusculánum. Monet Cícero Terẽtiam ut ómnia habeat parâta in Tusculáno, cũ sit uentúrus eò cum aliis multis & præcipuè ut paret bálneũ. Plures.i.multi. Diútiùs, plures dies. Labrum. genus est uasis ad lauandum apti, quasi lauábrũ. Virg. Sicut aquę trémulum labris ubi lumẽ Athénis Sole repercussum, aut radiantis imágine lumen Ómnia peruólitat latè loca. Réliquæ quatuor epístolæ sequẽtes nulla omninò interpretatióne egent. Neq; enim possunt ferè facilióribus, aut planióribus uerbis declarâri, qua sunt scriptæ à Cice. & argumentũ ex lectióne textus fácilè patet.

ASCEN. ❧IN Tusculánum &c. Significat quãdo in uillam suã Tusculánam uentúrus sit ut ómnia parentur, etiam in bálneo, sibiq; & comítibus suis dicens. Nos putámus nos uentúros sup. esse in Tusculánum, id est uillam nostrã Tusculánam, aut nonis, scilicèt istius mensis, aut postridiè, id est die próximè secutúro. Fac supple, ut ómnia sint parâta tibi. Enim, id est quia plures erunt fortassẽ nobiscum, & ut árbitror nos cõmorábimur ibi diútiùs. Si labrum, id est uas lauandis aptum, non est in bálneo, fac ut sit. Item fac ut cætera, quæ necessária ad actum & ualetúdinem supple sint. Vale Quarto Calend. Octobris. De Venusino óppido inter Lucániam & Apúliam.

❧IN Tuscula-

❧IN Tusculánum nos uentúros. Hæc quoque nõ seruáto órdine hìc collocáta est, tempus etiam incertum, * quo scripta sit: fortasse cum è prouíncia rediit: pótuit etiam cum ad urbem appropinquáret, post réditum Cæsaris in Itáliam: nam non ante Brundísio discessit, quàm illum bello Alexandrino confecto, & Pharnáce superáto, uictorem Tarentum náuibus appulísse audiuit. De duábus, quæ sequuntur, nihil certi tradi potest, súspicor tamen scriptas esse à Ciceróne cum Brundísii manéret. *P.V.C.

M.T.C. Terentiæ. S.P.D.EP.21.

ASCEN. Ordo L Itales & cætera. Monet ut salúti cónsulat, ut ómnibus prospícere possit, & ad se crebras dare líteras dicens. Si & cæt. dare óperam ut conualéscas, supple si min⁹ uales, & supple, ut prouideas & administres quod opus, id est necessárium erit, ut res & tempus postulat, & mittas ad me quam sæpíssimè líteras de ómnibus rebus. Vale.

I vales, benè est: ego váleo. Da óperam vt conualéscas, quod opus erit, vt res tempusque póstulat, prouideas atque administres: & ad me de ómnibus rebus quamsæpíssimè líteras mittas. Vale.

M.T.C. Terentiæ. S. P. D.EP.22.

ASCEN. Ordo L Itales & cætera. Dicit se expectáre tabellários Terentiæ à quibus quid agendum hábeat noscat & statim rescribat. Ordo est. Si & cæte. Nos expectámus quotidiè tabellários uestros, quisi uénerint nos érimus certióres fortassè, quia potuíssent nihil scripsísse, quid faciendum sit nobis, & faciémus te statim certiórem, scilicèt quid faciendum sit. Valète & cætera.

I vales, benè est: váleo. Nos quotidiè tabellários nostros expectámus: qui si vénerint, fortassè érimus certióres quid nobis faciendũ sit, faciémusque te statim certiórem. Valetúdinẽ tuam cura diligenter. Vale. Cal. Sept.

M.T.C. Terentiæ. S. D.EP.23.

ASCEN. Ordo L Itales & cæ. A Cæsare se líteras accepísse dicit & eum celérrimè aduentáre, unde dúbitat an obuiàm eat dicens. Literæ satis liberáles redditæ sunt mihi tandem à Cæsare, & ipse dícitur esse uentúrus, scilicèt ad urbem celérius opinióne, id est quàm hómines opinentur. Cui cum constitúero, id est decréuero, utrùm procédam obuiàm an expectem eum hìc, fáciam te certiórem. Ego uelim remittas mihi tabellários, scilicèt quos ad te mitto, quamprimùm, id est ualde citò. Cura & cætera.

I vales, benè est: váleo. * Redditæ mihi iam tandem sunt à Cæsare líteræ satis liberáles: & ipse opinióne celériùs ventúrus esse dícitur. Cui vtrum óbuiàm procêdam, an hic eum expectem, cùm constitúero, fáciam te certiórem. Tabellários mihi velim quamprimùm remittas. Valetúdinẽ tuã cura diligẽter. Vale. D. Pr. I d. Sext.

*P.V.C. ❧RED DIT AE mihi iam tandem. Dubitâri non potest, quin hæ líteræ & inferióres post réditum ipsius in Itáliam scriptæ sint, relictis pártibus Pompeiánis, cum iam multum tempus Brudísii mansísset. Quod autem se adhuc non statuísse inquit, utrùm illi obuiam procédat, an illic eum expectet: quid postea fecit, narrat Plutarchus in uita ipsius: κατα χὼν δ' ἐν Βρεντεσίῳ ἐνταῦθα λιτρίβε. καὶ σχεδὸν περιμένων ἐραδίως ἐγίγνοντο τὰς ἐμ Δυρραχίῳ καὶ περὶ αὐτὴν ἀχολίας ἐπιὼν δ' εἰς τὰ γαντικὰ καθωρμισμένας ἀπηγγέλθη καὶ πεζῇ περιὼν ἐκεῖθεν εἰς Βρεντέσιον, ὥρμησεν προσάντους.

M.T.C.Terentiæ. S. P. D.EP.24.

ASCEN. Ordo L Itales & cætera. Dicit se nihil certi habére de Cæsaris aduentu, neque de líteris, quas Philótimus à Cæsare ad se habére dicebátur, unde uidétur hæc epístola scripta ante próximè præcedentem. Ordo est. Si & cætera. Nos neque habémus adhuc quicquam certi de aduentu Cæsaris, neque de líteris, quas Philótimus, scilicèt libertus noster dícitur habére, scilicèt à Cæsare. Siquid certi erit supple mihi fáciam te certiórem & cætera. Vale.

I vales, benè est: váleo. Nos neque de Cæsaris aduẽtu, neque de líteris, quas Philótimus habére dícitur, quicquam adhuc certi habémus, Siquid erit certi, faciam te statim certiórem. Valetúdinem tuam fac vt cures. Vale. III. Idus Sexti.

Et si non

Universidad de ... Biblioteca

HVBER. ET si non. Libro secundo & tertio aperiuntur argumenta multárum insequētium epistolarū, quod illic plenius de proconsulatu Cice. in Cilicia diximus. In hac autem epistola dicit quibus rebus adductus sit scribere Ro. de transitu Parthorum, & quàm uarii fuerint de eis rumóres. Deinde quid égerit intellecto, haud dubie transitu Parthorum contra quos dicit opus esse maiore & firmiore exercitu quàm sibi datus sit. Itaque rogat ut ad se mittatur tantus exercitus, quantus ad maximum bellum mitti solet. Nullā enim esse spem in militibus prouincialibus neque in sociis, neque in regibus finitimis nisi in Deiotaro rege Armeniæ. se autem neque ánimo, neq; consilio defuturum pollicetur. Proconsule. Syriæ. Publice. ad uos omnes.

Tanta. tam magna tanti momenti. Nondum ue. ut ipse ad quem pertinébat posset uos réddere certióres. Pene commúnis. quia habémus prouincias finitimas. ita ut non posit agi periculum de una, quin agátur de ália. Hora. Nam tua res ágitur páries cum proximus. & ipse Ci. lib. secun. ad Ca. Salustium de Bibulo sic inquit. Ille autem cum ad Thermum de Parthico bello scriberet ad me illam nunquam misit, ad quem intelligébat eius belli periculum pertinére.

Commagena

Commageni. commagéna pars est Syriæ. Minorem fidem habendam. nō credendum. Lycaóniæ & Cappa. quæ sunt regiones in Asia finitimæ Ciliciæ, p Cappadóciam autem Cice. proficiscebatur in Ciliciam, ut supra ad Appium. Iter in Ciliciam fácio per Cappadóciam. Tharcondimóto. nomen proprium uiri socii & amici Po. Ro. trans táurum montem. Tybæ. nomen loci in Sýria. Philárco. præfecto. tribúno. Bene sentire. bono esse ánimo erga Po. Ro. Infirme. tenúiter, debiliter.

ASCEN. ET si non dúbie mihi & cæte. Argumentum dependet cum epistolis in secundo & tertio libris hábitis ubi de procōsulátu suo in Cilicia plenius scripsit. In hac autem dicit quibus rebus adductus sit scribere Romam de tránsitu Parthórum, & quàm uarii fuerint de eis rumóres, deinde quid égerit perspecto tránsitu Parthórum, cōtra quos, cum opus sit maióre exércitu rogat, ut ad se mittátur tantus quanto opus sit ad máximum bellum conficiendum, cum nulla sit spes in prouincialibus, nec in sociis excepto Deiotaro, præscriptio legétur sic M. T. Cicero Marci Filius proconsul, Salútem plúrimam dicit Consúlibus, prætóri, tribunis plebis, senatui populoque Ro. quod ádditur. Si uos & c. addendum non est. Ordo est. Et si nuntiabatur mihi nō dúbie. i. certe, Parthos transisse Euphrátem. s. flúuium fere cū ómnibus copiis suis, álibi tamen dicit, Arabes fuisse in uestitu Párthico, tamen ꝙ. i. quia, ego arbitrábar certióra posse scribi ad uos de his rebus à M. Bíbulo procónsule. s. Syriæ, & ita uiciniore statuébam non esse necesse mihi scribere públice. i. ad senátum ea quæ nuntiarentur de prouincia altérius. póstea uero quàm sum factus cértior certíssimis authóribus, legátis, nūtiis, líteris putáui ea que deláta essent ad me scribenda esse ad uos, uel ꝙ res erat tanta, ut cum periculo ignoraretur, uel ꝙ nondum audieramus Bibulū uenisse in Syriam, uel quia administrátio hui9 belli est mihi pene communis cum Bíbulo quia proximam habébat prouinciam. Legáti commagéni à loco dicti regis Antiochi nuntiauérunt mihi primi magnas cópias Parthorum cœpisse transire Euphrátem. Quo

Ordo L

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM Familiarium. Lib. XV.

M.T.C.M.F.Procon. S.P.D. Cons.Præt. Tri.Plæ. Senatui, P Q. R. Ep. I

l. ~~anecdota~~ narratoria exhortatoria.

ET si nōn dúbie mihi nuntiabátur Parthos transisse Euphrátem cum ómnib9 fere suis copiis: tamen quòd arbitrábar à M. Bíbulo Procos. certióra de his rebus ad vos scribi posse, statuébam mihi non necesse esse públice scríbere ea, quæ de altérius prouincia nuntiarétur. Posteaverò quàm certíssimis autóribus, Legátis, nuntiis, líteris sum cértior factus: vel quòd tāta res erat, vel quod nondum audierámus Bíbulum in Syriam venisse, vel quia administrátio huius belli mihi cum Bíbulo penè est commúnis: quæ ad me deláta essét, scribenda ad vos putáui. Regis Antiochi Commagéni Legáti primi mihi nuntiárunt Parthórum magnas cópias Euphrátem transíre cœpisse. Quo núntio allâto, cum essét nonnulli, qui ei Regi minórem fidem habendam putârent, státui expectandum esse, siquid cértius afferrêtur. Ad XIII. Calend. Octobris, cum exércitum in Cilíciam dúcerem, in fínibus Lycaóniæ & Cappadóciæ mihi líteræ rédditæ sunt * à Tarcondimôto, qui fidelíssimus sócius trans Taurum, amicíssimusque Pop. Ro. existimâtur, Pacórem Orodi regis Parthórum filium cum permagno equitátu Párthico transisse Euphrátem, & castra posuisse Tybæ, magnumque tumultum esse in prouíncia Sýria excitâtum. Eodē die ab Iamblico Phylarcho Árabum, quē hómines opinantur bene sentíre, amicúmq; esse Reip. nostræ líteræ de iisdē reb9 mihi rédditæ sunt. His reb9 allâtis, etsi itelligebā sócios infirme

nuntio

núntio allâto cum essent nonnulli, qui putárent minórem. i. non íntegram fidem habendam. i. non satis credendum esse ei regi státui expectandum esse. s. prius quàm scriberem, si quid cértius afferrêtur. Literæ sunt réddite mihi è Cappadócia à Tarchondimôto, qui existimâtur fidelíssimus sócius. trans Taurum. i. eórum qui hábitant trans Taurum. s. montem, & amicíssimus Pópuli Ro. rédditæ, dico sunt in finibus Lycaóniæ ad décimumtértium Cal. Octo. cum dúcerem exércitum in Cilíciam, Parcódem. i. nuntiantes Parcódem, seu Pacórem filium Oródo pro Oródis, Alii tamen Oródis scribunt, regis Parthórum transisse Euphrátem cum permagno. i. ualdè magno equitátu Parthico, & posuisse castra Tybæ. i. in eo loco Syriæ, & magnum tumultum esse excitâtum in prouíncia Syria. Literæ de iisdem rebus. i. de tránsitu Parthórum sunt rédditæ mihi eodem die à Iamblico Phylarcho, id est tribúno seu præfecto Árabum, quem hómines opinantur bene sentíre, scilicet de nobis. et amícum esse reip. nostræ. His rebus allâtis. i. postquàm hæ res erant allâtæ, & si intelligebam sócios. s. Ro. imperii esse animátos. Infirme, id est debiliter.

Infirme

☞ A TARCONDIMOTO. Nec à uetustis codícibus discedo (nam in Medicæo, cui multum tribuo, nulla uarietas) nec receptam lectiónem muto, res ipsa liberque meus testantur, necullo modo reprehēdi debeo, si in manu scripto Dióne ostendi TARCONDOMOTVM legi: cui enim hæc pusilla in re diligētia mea obesse potest? Idem tamen in melióribus postea codícibus Dionis TARCONDIMOTVM scriptum esse obseruáui. * P.V.C.

animâtos esse, & nouárum rerum expectatióne suspensos: sperábam tamen eos, ad quos iam accésseram, * quiq; nostram cōsuetúdinem integritatemque perspéxerant, amicióres Pop. Rom. esse factos. Cilíciam autem firmiórem fore, si æquitátis nostræ párticeps facta esset. Et ob eā cáusam, & vt opprimerétur ii, qui ex Cilicū gente in armis essét, & vt hostis is qui esset in Sýria, sciret exércitum Pópuli Románi non modo non cédere his nuntiis allâtis, sed etiam própius accédere: exercitum ad Taurū instítui dúcere. Sed si quid apud vos autóritas mea pónderis habet, in his præsertim rebus, quas vos audistis, ego penè cerno: magno opere vos & hortor & móneo, vt his prouinciis seri9 vos quidem quàm décuit, sed aliquando tamē consulâtis. Nos quemadmodum instrûctos, & quibus præsidiis munitos ad tanti belli opinionē miseritis, nō estis ignári, quod ego negótium non stultítia obcæcâtus, sed verecúndia detérritus non recusâui. Neque enim vnquam vllum periculum tantum putâui, quod subterfúgere mallem, quàm vestræ autoritáti obtemperâre. Hoc autem témpore res se sic habet, vt nisi exércitum tantum, quantum ad máximum bellum míttere solêtis, maturê in has prouincias miserítis, summum periculū sit ne amittendæ sint omnes hæ prouínciæ, quibus vectigália Po. Rom. continentur. Quamobrē autem in hoc prouinciali delectu spem habeâtis áliquam, cáusa nulla est: neq; multi sunt, & diffúgiunt qui sunt, metu oblâto. Et quod genus hoc

☞ SVspensos. solícitos incertos quid ágerent. Integritatem. innocéntiam, iustítiam. Si esset fa. perti. no. æqui. i. si experta esset æquitátem meam & íntegram administratiónem. fiunt enim & fidióres & firmiores pópuli ex æquo império & miti administratióne & gubernatióne. Ex cilícum gente. ex cilícibus enim quidam súmpserant arma cōtra Romános. Is hostis pro ii hostes scilicet Parthi. Non ced. nū. i. non terréri & fúgere allâtis nunciis belli. Sed pro ac. se pótius adire ipsum hostem. Táurum. montem. Si quid Pomp. ha. ualet. Aliquandò. tandèm. Instructos. parátos, & munitos rebus béllicis. Opinionē. famam. Quod ego. occúrrit obiectióni quare suscéperit id negócium non satis instructus, & ex facto suo magnam sibi beneuoléntiā & cónsulum & senátus concíliat. Negócium. expeditiónem aduersus Parthos. Obcęcâtus. translatio à córpore ad ánimum. Vestræ au. uestræ dignitáti uel senténtiæ. In has pro. in Cilíciā, Sýriam, Cappadóciam, & réliquas finitimas regiónes. Hæ omnes pro. Asiáticæ, quas Parthi inuadere tentant. Vectigália Po. Ro. continentur, nam & ipse in oratióne pro. Pō. imperatóre eligendo quæ inscríbitur pro lege Manília, postquàm Asiam tuendam dixit sic subdit, præsertim cum de uestris máximis uectigálibus agatur, nam cæterárum prouinciárum uectigália quirítes tanta sunt, ut iis ad ipsas prouíncias tutandas uix contenti esse póssumus. Asia uero tam óptima est & fértilis, ut & ubertáte agrórum & uarietáte fructuum, & magnitúdine pastiónis, & multitúdine earum rerum quæ exportâtur, facilè ómnibus terris antecellat & cæ. Ex hoc de. pro eā. his milítibus qui in prouíncia delīgūtur. Oblâto. facto.

Noluerit. quia sciebat Asiáticos inútiles esse bello. Imperii nostri. i. nostrórum imperatórum, qui malè sócios tractauérunt, ut ipse in prædicta oratióne pro Pompeio. Itaque propter hanc auarítiam imperatórum quantas calamitátes quocunque uentum sit uestri exercitus ferant quis ignórat paulo post utrùm plures arbitrámini per hosce annos militum uestrórum armis hóstium urbes, an hibernis sociórum ciuitátes esse delâtas, neque enim potest exércitum is continêre imperátor, qui seipsum non cóntinet. Inanis. uácua. Tyran. licet apud antiquos hoc nómine reges appellarentur, ut apud Vir. At mihi satis erit dextram tetigisse Tyránni, tamen postea uiolenti regnórum occupatóres tyránni nomināri cœpérunt. Neque uo. quia non sunt bene affecti Po. Ro. Consilium. prudentiā gubernandi. Casūrum. i. euentūrum. Saluti enim, ut possim incólumis euádere. Dignitáti. quia ómnia fáciam quæ me decebunt.

Inanis Tyrannus

ASCEN. ☞ ET suspensos. i. dúbios in fidei expectatiōe. i. propter expectationem rerum nouárum, sperábam tamen

men eos ad quos ego accésseram iam, quiq;.i.& qui perſpexerant conſuetúdinem noſtram.i.commertiũ noſtrum & integritatem noſtram.i.fidei noſtræ.factos eſſe amiciores pópulo Rom.Autem.i.ſed ſperábam ſup.Ciliciam.ſ.prouinciam fore firmiórem,ſi eſſet facta párticeps equitátus noſtri.Eſt inſtitui.i.propoſui ob eam cauſam.ſ.ut amicióres fierent, & ut ii, qui ex gente Cilicum eſſent in armis, opprimerentur,& ut is hoſtis.ſ. Parthus,qui eſſet in Syria,ſciret exércitum pópuli Ro.non modò non cedere his nũtiis allátis.i.licét huiúſmodi nuntii eſſent allâti, ſed etiam accédere própius.inſtitui inquam dúcere exércitum.ſ.Románum ad Táurum.ſ.montem,qui prouíncias illas dírimit. Sed authóritas mea habet quid .i.áliquid pónderis apud uos præſértim in his rebus quas uos audiſtis, ego penè cerno, & hortor & móneo uos magnopere, ut uos cõſulâtis.i.proſpiciâtis conſilio, his prouinciis Sýriæ & Cilíciæ, ſérius quidem quàm décuit,ſed aliquandò.i.tandem.Vos non eſtis ignári.i.bene ſcitis quemádmodũ miſeritis ſup. nos inſtructos & quibus præſidiis munítos.q.d.inhir miſisimis,ad opinionem.i.ubi eſſet opínio tanti belli. Quod negócium.ſ.tam árduum ego non recuſáui,non obcæcátus.ſ.non propterea φ eſſem obcæcatus ſeu occæcátus, ſed detérritus uerecúndia. Neque enim putáui unquam ullum periculum tantum φ mallem ſubterfúgere, quàm obtemperáre authoritati uéſtræ. Autem.i.ſed,res habet ſeſe témpore ſic, ut niſi miſeritis mature.i.cito,in has prouincias tantum exercitum quàtum ſolétis mittere ad máximum bellũ, ſummum periculum ſit ne omnes hæ prouínciæ quibus uectigália.i.pecuniæ,quas ex rebus uehendis & portandis recípere ſolébant,pópuli Romani continentur,ſint amittendæ.i.débeant amitti.Vidéri ſolet Cice.quibuſdam meticulóſior,quod uítium prudentióribus frequens eſt. Quamobrèm cauſa nulla eſt, ut habeátis ſpem in hoc delectu prouinciáli.i.in militibus quos poſſimus per delectum in prouinciis conſcribere,quia ſup.milites neque multi ſunt & qui ſunt diffugiunt metu oblato.i.quia metus eſt eis à Parthis obiectus & Marcus Bibulus uir fortiſsimus indicauit aut iudicauit in Aſia,quod.i.quale ſit hoc genus militum,qui cum uos permiſiſſétis ei habére delectu m.i.conſcribere milites nouos,nóluit ſup.habére. Nam auxilia ſociorum ſunt propter acerbitatem atque iniurias imperii noſtri, aut ita imbecilla ut nõ poſſent iuuáre nos multum, aut alienáta à nobis ut neque quicquam uideátur eſſe expectandum ab iis, neque committendum iis. Ego duco.i.iudico uoluntatem & copias Deiotari regis pro quo extat Ciceronis oratio,quantæcunque ſunt,eſſe noſtras.i.nobis fauentes. Cappadócia eſt inánis.i.exhauſta militibus & pecúnia. Réliqui reges.ſ.iuſti & tyranni.i.incubatóres regiárum, neque ſunt ſatis firmi ópibus neque uoluntáte. Animus certè non déerit mihi in hac paucitáte militum.ſpero nequidem.i.φ non etiam conſílium.Incertum eſt quid ſit caſúrum.i.caſu euẽturum. Vtinam poſſimus conſúlere.i.conſilio proſpícere ſaluti noſtræ nos certè conſulémus.i.proſpiciémus & ſatisfaciémus dignitáti,id eſt honóri noſtro, hoc eſt nihil faciémus contra dignitátem noſtrã. Valéte.

militum ſit,iudicauit vir fortiſſimus M. Bibulus in Aſia: qui cum vos ei permiſiſtis, delectũ habere noluerit. Nam ſociorum auxilia propter acerbitatem, atq; iniurias imperii noſtri, aut ità imbecilla ſunt:non multũ nos iuuare poſſint, vt aut ita alienata à nobis,vt neq; expectandum ab iis,neq; committendum iis quicquam eſſe videatur. Regis Deiotari & voluntatem, & copias, quantæcũq; ſunt, noſtras eſſe duco.Cappadocia eſt inanis.Reliqui Reges,tyranniq́ue, neq; opibus ſatis firmi, nec voluntate ſunt. Mihi in hac paucitate militum animus certe non deerit: ſpero ne conſilium quidem. Quid caſurum ſit,incertum eſt vtinam ſaluti noſtræ conſulere poſſimus:dignitati certe conſulemus. Valete.

*P.V.C. QVIQVE noſtram conſuetúdinem.Probo lectiónem Corrigienſis, ingéniumque ac diligéntiam ipſi? láudo,qui MANSVETVDINEM potiùs, quàm CONSVETVDINEM legendum putet.

HVBER. VM pridiè. Facit Ci.certiórem ſenátum pópulumque Ro.quid égerit cum primùm in Aſiam uenit imperátor in Ciliciam proficiſcens, deindè quemadmodùm præſidiis ſui exércitus liberáuit Ariobárzanem regem Cappadóciæ ab inſidiis quæ illi parabantur. cum fuiſſet illius regis ſalus Ci.commẽdata,poſtremò Cice.eius regis ingénium fidem & beneuolentiam erga.Pop.Rom.ſe perſpexiſſe affirmat, quibus dicit illum meruiſſe ita eſſe Pop.Roma.charum. In prouínciam, Aſiam. Conducere, útile eſſe. Cópia,quia erant pauca,ut in præcedenti epiſtola,mihi in hac paucitáte militum certe ánimus nõ déerit. Illáto.moto. Lycaóniam & c.regiónes ſunt in Aſia,ut ſcribunt Ptolomæus & Strabo. Patéret.eſſet patens,& ut ſupra dixit inánis. Cóntinens.coniũcta. Cybiſtra.quod óppidum eſt Arméniæ minoris præfecturæ Cataóniæ. Deiótarum,fidelíſſimum. ſic Luca.Fidumque per arma Deiótarum.Firmióres. fortióres,audacióres. Eius tridui.eorum trium diérum. Officio.débito,& honeſto negócio. Interceſſiſſet.interpóſita fuiſſet:nam ſenatuſconſul.fue-

Cõducere

Cybiſtra

M.T.C.M.F.Procon. S.P.D. Conſ.Præt. Tri.Plæ,Senatui. P Q. R. Ep. 2.

VM prídiè Calend.Sextilis in prouínciam yeniſſẽ, neque propter itinerum, & nauigatiónum difficultátem venire potuiſſem: máxime conuenire officio meo, reique pub.condúcere putáui, parare ea, quæ ad exércitũ, quæque ad rem militárem pertinérent. Quæ cum eſſent à me cura magis, & diligéntia,quàm facultáte,& cópia cóſtitúta:nuntiiſque & líteræ de bello à Parthis in prouínciam Syriam illáto quotidiè ferè afferrentur:iter mihi faciendũ per Lycaóniã & per Iſáuros,& per Cappadóciam arbitrátus ſum:erat enim magna ſuſpítio,Parthos ſi ex Sýria égredi atque irrúmpere in meam prouíciam conarentur,iter eos p Cappadóciam,quòd ea máximè patéret,eſſe factúros. Itaq; cum exércitu per Cappadóciæ partem eam,quæ cũ Cilícia cóntinens eſt, iter feci: caſtraque ad Cybiſtra,quod óppidum eſt ad montẽ Táurum, locáui:vt Artuaſdes Rex Armeneius,quocunque aío eſſet,ſciret non procul à ſuis fínibus exércitum Pópuli Roma. eſſe:& Deiótarum fidelíſſimum Regem, atque amiciſſimum reipub. noſtræ, maxiè coniunctum habérem,cuius & conſilio & ópibus adiuuâri poſſet reſp. Quo cum ĩ loco caſtra habérem,equitátumq; in Cilíciam miſiſſem, vt & meus aduentus his ciuitátibus, quæ in ea parte eſſent, nũ ciâtus, firmióres ánimos ómnium fáceret,& ego maturè,quid ĩ Sýria ageretur, ſcire poſſem:tempus eius tríduí, quod in his caſtris morábar,in magno officio,& neceſſário mihi ponendum putáui. Cum enĩ veſtra autóritas interceſſiſſet, vt ego Regem Ariobarzanem, ευσεβη, φιλοϱϱωμαῖον tuérer, eiusq; Regis ſalútẽ, incolumitátem, regnumque defénderem,Regi regnoque præſídio eſſem: adiunxiſſẽtisque ſalútem eius Regis Popu. Senátuique magnæ curæ eſſe, quod nullo vnquàm de Rege decrétum eſſet à noſtro órdine: exiſtimáui me iudícium veſtrum ad Regem deferre debére, eiq; præſídium meum & fidem, & diligéntiam pollicéri:& quum ſalus ipſius,incolúmitas regni mihi commendáta eſſet à vobis, díceret ſiquid veller. Quæ cum eſſem in conſilio meo cum Rege locútus, initio ille oratiónis ſuæ vobis máximas, vt débuit, deinde etiam mihi grátias egit:quòd ei permagnum & perhonorificum videbátur, Senat. Popu.Qu. R.tantæ curæ eſſe ſalútem ſuam meque tantam diligéntiam adhibére, vt & mea fides, & commendatiónis veſtræ authóritas perſpici poſſet.

rat Ariobárzanes comendátus Cic.ευσεβη pium φιλοϱϱωμαῖον amico Romanórum: nam ϱωμαῖος Románus dícitur. Præſidio.tutélæ. De nullo rege.ut eius ſalus público decréto.& ſenatuſcon.cuiquam commẽdaretur,& eſſet uobis curæ.factum eſt de Ariobárzane. Deferre.denũciáre ut intelligeret quid de eo iu- Deferre dicaſſetis. Tantam diligéntiam.in offerendo præſídium. Perſpici poſſet, ut poſſet cognoſci quid & ego fidéliter ágerem, & uos ita uelítis. Authoritas. uoluntas.

ASCEN.

CVm pridiè & c. Quidam præpósitam habent ſalutatiónem uulgárem. Si uos ualétis bene eſt: ego quidem uáleo. Facit autem certiórem Senátum pópulumq; Romanum,quid égerit, cum primùm in Aſiam uenit imperátor in Ciliciam proficiſcens. Deindè quemádmodùm præſidiis ſui exércitus liberáuerit Ariobárzanem regem Cappadóciæ ab inſidiis,quæ illi parabátur, cum ſalus illíus regis fúerit ſibi commendáta. Poſtremò eiuſdem regis ingénium, fidem & beneuolétiam erga.S.P.Q.R. ſe perſpexiſſe affirmat, quibus dicit illum meruiſſe, ut po.Romano ſit charus. Ordo eſt. Cum uenissem pridiè.i.die qui præceſſit Cal.Sextilis.i.primum diẽ Auguſti,in prouínciam.ſ.Cilíciam, neque potuiſſẽ uenire matúriùs.i.citiùs,propter difficultátem itinerum per terras, & nauigatiónum per mária,putáui conuenire máximè officio meo,& condúcere.i.útile eſſe reipu. paráre ea,quæ pertinérent ad exércitum, & ad rem militárem. Quæ cùm eſſent & conſtitúta .i.ordináta & inſtructa à me magis cura & diligéntia quàm facultáte & cópia, & nuntii & líteræ de bello illáto à Parthis in prouínciam Sýriam afferrẽtur ferè quotídiè,arbitrátus ſum iter faciendum ſup, eſſe, mihi per Lycaóniam & per Iſáuros, & Per Cappadóciam regiónes illas Aſiæ. Suſpitio enim magna erat Parthos ſi conarentur égredi ex Sýria, atque irrúmpere in prouinciam meam,uidélicet Ciliciam eos facturos eſſe iter per Cappadóciam φ ea patéret máximè. Erat enim ut ſuprà dixit inermis. Itaque feci iter per eam partem Cappadóciæ,quæ eſt cóntinens .i.ſe tenens & affínis cum Cilícia, & locáui caſtra ad Cybiſtra, quod óppidum eſt ad montem Táurum. Cic.ferè in appoſitione magis commúne præpónit, ut Regis Deiótari,montem Táurum,prouinciam Sýriam & cæ.non tamen ſemper,nam ſequitur, ut Artuaſdes rex Arménius quocunq; ánimo eſſet.i.quẽ cunque ánimum in nos habéret,ſciret exércitum pópuli Románi eſſe non longe à fínibus ſuis,& ut ſcilícet habérem Deiótarum regem fidelíſſimum atque HVBER. amiciſſimum reipu.noſtræ, coniunctum máximè,appoſitorie hóminem.i.qui eſt homo cuius & conſílio & ópibus,reſp.ſ.Romána, poſſit iuuâri máxime. In quo loco cum habérem caſtra & miſiſſem equitátum in Cilíciam, ut & aduentus meus nuntiátus his ciuitátibus,quæ eſſent in ea parte,fáceret ánimos hóminum firmiores, & ego poſſem ſcire mature.i.citò quid ageretur in Syria, putáui tẽpus eius tridui qđ morábar in his caſtris ponendum.i.expendendum in officio magno & neceſſário mihi. Cũ enim authóritas ueſtra interceſſiſſet.i.confirmaſſet,ut ego tuérer.i.protégerem Ariobárzanẽ Euſeben.i.pium cultorem & Philorimæum.i.amicum Romanorum, græca ſunt uocábula & græce ſcribenda. Nam ευσεβης dícitur pius & religióſus φιλος amicus & amátor ϱωμαιος rhomæus Romanus. Græce enim aſpirátur ut Rhomæ.i.ualéntia,& defénderem ſalútem incolumitátẽ, & regnum eius regis & præſídio.i.cuſtódiæ & protectióni regi,& regno, & ſup.cum adiunxiſſetis ſalútem eius regis eſſe pópulo ſenátuique Rom. magnæ curæ, quod

quod ullo.i.non ullo esset decretum unquam de ullo rege, ab ordine nostro.i.senatorio, existimaui.i.iudicare me debere deferre ad regem.i.indicare regi, iudicium uestrum & polliceri ei præsidium meum & fidem & diligentiam, ut quando.i.quoniam salus ipsius & incolumitas regni esset commendata mihi à uobis, si diceret se id uelle. Quæ cum essem locutus in concilio meo.i.incœtu meorum, cum rege illo.s.rex regit initio orationis scilicet responsionis suæ uobis ut debuit maximas gratias. Deinde egit mihi gratias ꝙ uidebatur ei permagnum & honorificum.i.ualdè magnum & ualdè honorificum esse, salutem suam esse senatui populoque Rom. tantæ.i.tam magnæ curæ, & me adhibere tantam diligentiam ut & fides.i.fidelitas mea & authoritas uestræ commendationis posit perspici.

Atque illo primo quod mihi maximæ lætitiæ fuit, ita mecum locutus est, vt nullas insidias neque vitæ suæ, neq; regno diceret se aut intelligere fieri, aut etiam suspicari. Cum ego ei gratulat⁹ essem, idq; me gaudere dixissem, cohortatus vt recordaretur casum illum interitus paterni, & vigilanter se tueretur, atq; admonitu senatus consuleret saluti suæ: tum à me discessit in oppidum Cybistra. Postero autem die, cum Ariarate fratre suo, & cũ paternis amicis maioribus natu ad me in castra venit: perturbatusq; & flens, cum idem & frater faceret, & amici, meam fidem, vestram commendationem implorare cœpit. Cum admirarer quid accidisset noui: dixit ad se indicia manifestarum insidiarum esse delata, quæ essent ante aduentũ meum occulta, quòd ii qui ea patefacere possent, propter metum reticuissent. Eo autem tempore spe mei præsidii complures ea quæ scirent, audacter ad se detulisse: in iis amantissimum sui summa pietate præditum fratrem dicere ea quæ me is quoque audiente dicebat, se solicitatum esse vt regnare vellet: id viuo fratre suo accidere non potuisse: se tamẽ ante illud tempus eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse. Quæ cum esset locutus, monui Regẽ vt omnẽ diligẽtiam ad se conseruandum adhiberet: amicosque in patris eius fide atque iudicio probatos hortatus sum, Regis sui vitam, docti casu acerbissimo patris eius, omni cura custodiaq; defenderent. Cum rex à me equitatum cohortesq; de exercitu meo postularet, etsi intelligebam vestrô S. C. non modo posse me id facere, sed etiã debere, tamẽ cum resp. postularet propter quotidianos ex Syria nuncios, vt quamprimum exercitum ad Ciliciæ fines adducerẽ, cumq; mihi rex

HVBER. ATQVE ita, exponit pluribus uerbis qualiter Ariobarzanes eius oblationem admiserit. Primo, ꝗa utpostea aliter cognouit. Interitus paterni, cædis paternæ, quia eius pater fuerat per insidias interfectus. Vigilanter, diligenter omnibus periculis circunscriptus, nam Vigilare translatiue pro diligentẽ esse ponitur, sicut dormire negligentem esse. Teren. Dormiũt, ego pol eos commouebo. Iuu. Sed uigilat consul, uexillaque nostra cohercet. Implorare, cum lachrymis petere, de cuius uerbi proprietate plura alio loco diximus, propter me. à proditoribus & insidiatoribus si indicassent. Spe mei præ. à quo uiderent se posse defendi, si quispiam eis quicquam minatus esset. In iis qui dixerunt, quæ scirent.

Fratrem su.s. dixit detulisse. Sollicitatum, tentatum, incitatum. Id non posse accidere.s.ut regnaret.

Fratre.s. Ariobarzane, ad quẽ regnum merito perueniebat. Propter metum periculi. ne si indicasset, interfectus fuisset ab iis, qui eum sollicitauerãt. Probatos, cognitos. Docti casu.i.qui ex casu patris didicerant, quomodo seruanda esset uita regis sui. Cohortes. pedites. Facere id, dare ei equitatum & cohortes, & quæcunque essent necessaria ad custodiam salutis eius. Suis opibus. suis uiribus & facultatibus. Regnare, exercere regnum. Iure, potestate & licẽtia qua reges in insidiatores & proditores suos uti possunt. Reliquos, qui non essent in culpa cũ tamen tacuissent propter metum. Liberaret me. faceret ut intelligerent nihil sibi mali imminere, & essent sine metu. Potius ad ti. potius ad eos terrendum. Quam ad contentionem, quam ad dimicationem & pugnam. Vteretur.i. hortatus sum. Nullo postulante, sponte uestra. Non sine causa, propter supradicta signa, quæ in eo prospexi, quæ uidentur etiam à uobis intelligi cum eum tantæ curæ habetis.

ASCEN. ATQVE ille locutus est primo mecũ, quod fuit mihi maximæ lætitiæ, ita ut diceret se nullas.i.non ullas, aut non intelligere, aut etiam suspicari ullas insidias fieri uitę suæ, neque regno sup. suo. Cum essem gratulatus ei, & dixissem me gaudere id.i.propter id, cohortatus ut recordaretur illum casum, id est fortuitum euentum interitus paterni qui per insidias cæsus erat, & tueretur.i.protegeret se uigilanter, atque consuleret.i.prospiceret saluti suæ, admonitu.i. ex admonitione senatus.s. Romani, tum.i.deinde discessit à me in oppidum Cybistra.s.nomẽ: est autem neutri generis & pluralis numeri. Autem.i.sed ipse uenit ad me in castra postridie.i.die proxie secuto, cũ Ariarate fratre suo, & cũ amicis paternis maioribus natu.i.senioribus. Et perturbatus ac flens, cũ & frater faceret idẽ.i.etiã fleret, & amici sup. facerẽt idẽ cœpit implorare.i.plorando poscere fidem meam & commendationem uestram. Cum admirarer quid noui accidisset, dixit indicia.i.manifestamenta insidiarũ manifestarũ.s.tunc nõ prius esse delata.i.denũciata sibi quæ essent occulta ante aduentum meum, ꝙ ii qui possent patefacere ea retinuissent propter metum. Autem.i.sed complures detulisse ad se.i. sibi indicasse audacter eo tempore, spe præsidii mei .i.custodii & protectionis meæ, ea quę scirent, & sup.

duxit

patefactis iam insidiis non egere exercitu Po. Ro. sed posse se opibus suis defendere videretur: illum cohortatus sum vt in sua vita conseruanda primum regnare disceret à quibus perspexisset sibi insidias paratas, in eos vteretur iure regio: * pœna afficeret eos quos necesse esset, reliquos metu liberaret. Præsidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa essent, timorem potius, quàm ad contentionem vteretur. Fore autem vt omnes quum senatusconsulto nossent, intelligerent me Regi, si opus esset, ex autoritate vestra præsidio futurum. Ita confirmato illo, ex eo loco castra moui, iter in Ciliciam facere institui: cum hac opinione è Cappadocia discederem, vt consilio vestro, casu incredibili ac pene diuino Regem, quem vos honorificentissime appellassetis nullo postulante, quemque meæ fidei commendassetis, & cuius salutem magnæ vobis curæ esse decreuissetis: me⁹ aduentus præsentibus insidiis liberaret. Quod ad vos à me scribi nõ alienum putaui, * vt intelligeretis ex iis quæ pene acciderunt, vos multo ante, ne ea acciderent, prouidisse: eoq; vos studiosius feci certiores, quòd in Rege Ariobarzane ea mihi signa videor virtutis, ingenii, fidei, beneuolentiæq; erga vos perspexisse, vt non sine causa tantam curam in eius vos salutem diligentiamque videamini contulisse. Valete.

duxit fratrem amantissimum sui.s.regis præditum summa pietate dicere in iis.i.inter eos qui quæ scirẽt detulerant, ea quæ is dicebat quoque.i.etiam me audiente, se esse sollicitatum ut uellet regnare.i.regnũ inuadere, & sup. id non potuisse accedere fratre suo uiuo, se tamen nunquam protulisse eam rem in medium.i.indicasse fratri ante illud tẽpus, propter metum periculi quod imminebat ab iis qui uolebant illũ regnare. Quæ cum esset locutus, monui regẽ ut adhiberet omnem diligentiam ad conseruandum se & hortatus sum amicos probatos.i.fideles inuentos, in fide atque iudicio patris eius, sup. ut docti, casu acerbissimo.i.per casum acerbissimum patris ei⁹ defenderent omni cura & custodia uitam regis sui.

Cum rex postularet à me equitatum & cohortes de exercitu meo, & si intelligebam me nõ modo posse, sed etiam debere facere id, senatuscõsulto uestro, id est propter senatusconsultum uestrum, tamen cũ resp. postularet propter quotidianos nuntios ex Syria.s. de aduentu Parthorum, ut adducerem quamprimum exercitum ad fines Ciliciæ, & cum rex uideretur mihi iam insidiis patefactis non egere exercitu Populi Romani, sed uideretur posse defẽdere de suis id est propriis opibus, id est facultatibus, cohortat⁹ sum illum, ut discederet regnare primum in conseruanda uita sua, & uteretur iure regio in eos à quibus perspexisset insidias paratas sibi, & afficeret pœna eos quos esset necesse.s.afficere, & liberaret reliquos metu. Præsidio & cæ. & sup. cohortatus sum regem, ut uteretur præsidio exercitus mei potius ad timorem eorum qui essent in culpa, Quam ad contentionem.i.longam concertationem. Autem.i.sed, dixi sup. fore.i.futurum, ut omnes quando.i.quando quidem nossent senatusconsultum.i.de præsidio regi ferendo, intelligeret me futurum esse regi præsidio.i.ad præsidium si opus esset, ex authoritate uestra. Illo.s.rege confirmato, ita moui castra ex illo loco, & institui facere iter in Ciliciam, cum discederẽ è Cappadocia hac opinione.s.derelicta, ut aduentus meus liberaret insidiis præsentibus.i.tunc imminentibus, consilio uestro.i.propter consilium uestrum casu incredibili, ac pene.i.quasi diuino: nõ enim sciebat regem insidiis peti, regem scilicet Ariobarzanẽ quem uos appellassetis honorificentissime, uidelicet nomine amici sociique imperii Romani, quemque & commendassetis fidei meæ & sup. cuius salutem uos decreuissetis esse uobis magnæ curæ. Quod .i.quam rem ego putaui non alienum sup. esse.i.impertinens scribi.i.si scriberetur à me ad uos, ut intelligeretis ex iis quæ acciderunt.i.euenerunt pene.i.quasi non tamen euenerunt: loquitur autem de cæde regis Cappadocum nos prouidisse multo ante ne ea acciderent, & ego feci eo.i.propterea uos certiores studiosius.i. diligentius, ꝙ ego uideo mihi perspexisse in rege Ariobarzane ea signa uirtutis, ingenii, fidei & beneuolentiæ erga uos, ut uos uideamini contulisse in salutem eius tantam curam & diligentiam nõ sine causa. Valete.

POENA afficeret eos, quos necesse esset, cæteros metu liberaret. Quomodo regnare oporteret, præclare intelligebat Cicero: sciebatque inutile esse, quemadmodum non grauiter animaduertere in eos, qui in uitam principis conspirassent, ita etiam eos, qui non ualde illi culpæ affines essent, in diuturniore metu continere: homines enim propter metum sæpe fortia, & calida consilia in animo uersant: ac desperatione suadẽte, ea tentant, quæ nisi omnem spem suæ salutis abiecissent, nunquam attingerent. Est igitur consilium Ciceronis, Ariobarzani ipsi, & iis, qui in eum leuiter peccassent, salutare: nam eos tantum necandos censet, quos necesse esset, reliquis autem ignoscendum: ac non solum ignoscendum, sed etiam omnem timorem illis eripiendum. Plato in epistola sua ostendit, Dionysium Syracusarum tyrannum à nullo doctum, ut ualde regnandi peritum hoc pulchre tenuisse: cum enim & se, & alios læsisset, animaduertissetque ipsos propter has iniurias male affectos esse, ueritus, ne metu inducti, audax aliquod facinus aggrederentur, conabatur blandis uerbis, & omni genere comitatis omnem metum ex animis ipsorum pellere, ipsumque in primis Platonem bene sperare iubebat. Verba Platonis hæc sunt, quæ quia elegantissima sunt, & huic loco ualde accommodata, libẽter adposuimus, ὁ δ' αἰσθανόμενος πάντας ἡμᾶς οὕτω διατεθέντας φοβούμενος μή μεῖζον ἐκ τῶν φόβων γένοιτό τι φιλοφρόνως πάντας ἀνελάμβανε καὶ δὴ καὶ αὐτὸν ἐμὲ παρεμυθεῖτο καὶ θαρρεῖν διεκελεύετο. *P.V.C.

VT intelligeretis ex iis, quæ pene acciderunt. Medicæus codex VT non habet, quod culpa librarii factũ procul dubio arbitrarer, nisi in simili sententia, & elocutionẽ hoc idem non multo post commisisset: nam in altera epistola ad Catonem sic locus ille in eo libro scriptus est: Cuius etiam interitum facile intelligerem, mi *P.V.C.

hi

mihi quantum tribueres Milonis causa sena tu defendenda approbaris, Ac ne nunc quidem affirmarim mendo hos locos uacare: est enim durus sermo, & auribus meis nouus, hoc tamen propter libri ipsius authoritatẽ adnotare uolui, si forte elocutio uera, & recta (quod non puto) esset diligentia mea, si non doctrina, æquis probisque uiris ingrata non erit.

HVBER. CVm ad me. Ad M. Catonem scribit Cice. quod ex legatis Antiochi Cõmagenæ itellexerit de bello Parthorum qui iam cœpisse Euphratem transire uidebantur. Deinde ꝙ rex Armeniorum Cappadociam inuasur⁹ esset: postea excusat se addictis rationibus quare de his rebus nihil pulchre scripserit, præcipue quia existimabat M. Bibulum Syriæ prætorem omnia præscripturum. Postremo dicit se tuiturum prouinciam magis mansuetudine & continẽtia quàm uirtutibus armorum, rogatque Ca. ut se diligat & defendat, sicut consueuit. Antiocho Commageno. i. rege Commagenæ, quæ ut supra diximus est pars Syriæ. Iconium, oppidum Lycaoniæ, ubi ego habebam castra. Quo cum. i. cui: dicitur enim mulier nupsit mihi & mecum. Multarum gentium, uariarum regionum. Dici que, subaudi cum denunciassent dici. Quod & ipsum, prima causa. Operibus, uiribus. Mansuetudine, mansuete tractando & prouinciales & socios nostros. Continentia, modestia, ne in cuiusquam iniuriam prolabar. Defendat, in senatu & in ciuitate si aliqui honori nostro detrahent.

Iconium

ASCEN. CVm ad me & c. Scribit ad M. Catonẽ quid ex legatis Antiochi intellexerit de Parthis qui Euphratẽ transire ferebantur. Atque alia multa super eodem negotio, ut cum ordine patebit, qui talis est. Cum legati missi ab Antiocho Commageno. i. rege Commagenæ quæ est pars Syriæ, uenissent ad me in castra, in Iconium oppidum Lycaoniæ. III. Nonas Septemb. & ii nunciassent mihi filium regis Parthorum, cum quo soror regis Armeniorum esset nupta, uenisse ad Euphratem. s. fluuium, cum maximis copiis Parthorum, & præterea. i. præter Parthos, cum magna manu multarum gentium, & cœpisse iã trãsire Euphratem, & nunciassent dici. i. ꝙ diceretur regem Armenium facturum esse impetum in Cappadociam, putaui ꝓ necessitudine nostra oportere me scribere hoc ad te. Ego nihil scripsi publice. i. ad senatum quæ publice legerentur, uidetur tamen publice misisse primas huius libri, sed ut opinor, post has, quia non eo ordine quo datæ sunt in hoc opere literæ, propter duas causas, quod legati dicebant, & .i. simul ipsum Commagenum. s. Anthiochum regẽ misisse statim nuncios & literas ad senatum. s. Romanum, & sup. ꝙ existimabam M. Bibulum proconsulem. i. habentem potestatem consularem in Syria ꝙ profectus erat circiter Idus Sextilis. i. Augusti mensis, ut nunc dicitur, ab Epheso oppido Asiæ in Syriam nauibus. i. per naues, ꝙ. i. quia habuisset uentos secundos, peruenisse iam in prouinciam suam, cuius literis ego putabam omnia perlatum iri. i. perferenda esse, certiora. i. euidẽtia, ad senatum. Maximæ curæ est mihi, ut scilicet debet esse in re huiusmodi, & in tanto bello, ut teneamus ea quæ uix possumus tenere copiis id est multitudine armatorum & opibus. i. potentiis, mansuetudine, & cõtinentia, id est abstinentia ab alienis nostra, & fidelitate sociorum. Ego uelim supple, ut tu diligas & defendas nos absentes, ut consuesti, pro consueuisti.

Vale.

M.T.C. Impera. M.Catoni. S. P. D.

CVm ad me Legati missi ab Antiocho Commageno uenissent in castra ad Iconium ad. III. Nonas Septẽbr. iiꝙ nuntiassẽt Regis Parthorum filium, quo cum esset nupta Regis Armeniorũ soror ad Euphratẽ cum maximis Parthorum copiis, multarumꝙ præterea gẽtium magna manu uenisse, Euphratemꝙ iam transire cœpisse, diciꝙ Armenium Regẽ in Cappadociã impetum esse facturũ: Putaui pro nostra necessitudine me hoc ad te scribere oportere. Publice propter duas causas nihil scripsi: quòd & ipsum Commagenum Legati dicebant ad senatum statim nuncios literasꝙ misisse, & existimabant M. Bibulum PROCOS. qui circiter Id. Sext. ab Epheso in Syriam nauibus profectus erat, quòd secundos ventos habuisset, iam in prouinciam suam peruenisse, cuius literis omnia certiora perlatum iri ad senatum putabam. Mihi ut in eiusmodi re tanto que bello, maxime curæ est, ut quæ copiis & opibus tenere uix possumus, ea mã suetudine & continẽtia nostra, sociorum fidelitate teneamus. Tu uelim, ut consuesti, nos absentes diligas & defendas.

Vale.

HVBER. SVmma tua. quæ in præcedẽtibus epistolis ad consules senatumque perscripsit Ci. ea nunc in hac epistola Catoni exponit: & simul quibus consiliis, quibus artibus, quibus opibus maxias res gesserit aduersus Parthos quæ oppida cœperit, qua cõtinentia & integritate prouinciã & socios retinuerit. Deide petit ab eo ut iis reb⁹ senatui relatis eas ornet Cato sẽtẽtia sua & eius honorẽ cõmẽdat, qđ ut facilius ab eo impetret, cõmemorat eius in se aim sẽper liberalissimũ, & multa in se bñficia ab eo collata: postremo etiã similitudinẽ studiorũ cũ uterq; philo

M.T.C. Impera. M.Catoni. S. P. D.

SVmma tua authoritas fecit, meúꝙ ppetuũ de tua singulari uirtute iudiciũ ut magni me interesse putarẽ, & res eas quas gessissem, tibi notas esse, & nõ ignorari à te, qua æquitate & continentia tuerer socios, prouinciámꝙ administrarẽ. His enim à te cognitis, arbitrabar facilius me tibi, quæ uellẽ, probaturũ. Cum in prouinciam Prid. Calẽ. Sext. uenissem, & propter anni tẽpus ad exercitum mihi confestim esse eundũ, uidere, biduum Laodiceæ fui, deide Apameæ quatriduũ, triduũ Synnadis, totidem dies Philomẽli. Quibus in oppidis cũ magni conuẽtus fuissent, multas ciuitates acerbissimis tributis & grauissimis usuris, falso ære alieno liberaui. Cumꝙ ante aduentũ meum seditione quadam exercitus esset dissipatus, quinque cohortes sine Legato, sine Trib. militũ denique etiam sine Cẽturione ullo apud Philomelũ consedissent, reliquus exercitus esset in Lycaonia, M. Anneio Legato imperaui ut eas quinque cohortes ad reliquum exercitũ duceret: coactoꝙ in unum locum exercitu, castra in Lycaonia apud Iconiũ faceret. Quod cum ab illo diligenter esset actum, ego in castra ad VII. Cal. Sept. ueni, cum interea superioribus diebus ex senatusconsulto & euocatorum firmam manum, & equitatum sane idoneũ, & populorum liberorum, Regumꝙ sociorum auxilia uoluntaria comparauissem. Interim cum exercitu lustrato iter in Ciliciam facere cœpissem Calẽ. Septemb. Legati à Rege Cõmageno ad me missi, ptumultuose, neqꝙ tamen non uere Parthos in Syriam trãsisse nuntiauerunt. Quo audito uehemẽter sum commotus, cum de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua deniqꝙ Asia. Itaqꝙ exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem eam, quæ Ciliciã attingeret putaui. Nam si me in Ciliciam demisissem, Ciliciam quidem ipsam propter montis Amani naturã facile tenuissem (Duo sunt enim aditus in Ciliciã ex Syria: quorũ uterq; paruis præsidiis propter angustias intercludi potest: nec est quicquam Cilicia cõtra Syriã munitius) Sed me Cappadocia mouebat, quæ patet â Syria, Regẽsqꝙ habet finitimos, qui etiãsi sunt etiã amici nobis, tñ apte Parthis inimici esse nõ audẽt. Itaqꝙ in Cappadocia extrema nõ longe à Tauro apud oppidum

ignorari à te, qua æquitate & continentia tuerer socios, prouinciámꝙ administrarẽ. His enim à te cognitis, arbitrabar facilius me tibi, quæ uellẽ, probaturũ. Cum in prouinciam Prid. Calẽ. Sext. uenissem, & propter anni tẽpus ad exercitum mihi confestim esse eundũ, uidere, biduum Laodiceæ fui, deide Apameæ quatriduũ, triduũ Synnadis, totidem dies Philomẽli. Quibus in oppidis cũ magni conuẽtus fuissent, multas ciuitates acerbissimis tributis & grauissimis usuris, falso ære alieno liberaui. Cumꝙ ante aduentũ meum seditione quadam exercitus esset dissipatus, quinque cohortes sine Legato, sine Trib. militũ denique etiam sine Cẽturione ullo apud Philomelũ consedissent, reliquus exercitus esset in Lycaonia, M. Anneio Legato imperaui ut eas quinque cohortes ad reliquum exercitũ duceret: coactoꝙ in unum locum exercitu, castra in Lycaonia apud Iconiũ faceret. Quod cum ab illo diligenter esset actum, ego in castra ad VII. Cal. Sept. ueni, cum interea superioribus diebus ex senatusconsulto & euocatorum firmam manum, & equitatum sane idoneũ, & populorum liberorum, Regumꝙ sociorum auxilia uoluntaria comparauissem. Interim cum exercitu lustrato iter in Ciliciam facere cœpissem Calẽ. Septemb. Legati à Rege Cõmageno ad me missi, ptumultuose, neqꝙ tamen non uere Parthos in Syriam trãsisse nuntiauerunt. Quo audito uehemẽter sum commotus, cum de Syria, tum de mea prouincia, de reliqua deniqꝙ Asia. Itaqꝙ exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem eam, quæ Ciliciã attingeret putaui. Nam si me in Ciliciam demisissem, Ciliciam quidem ipsam propter montis Amani naturã facile tenuissem (Duo sunt enim aditus in Ciliciã ex Syria: quorũ uterq; paruis præsidiis propter angustias intercludi potest: nec est quicquam Cilicia cõtra Syriã munitius) Sed me Cappadocia mouebat, quæ patet â Syria, Regẽsqꝙ habet finitimos, qui etiãsi sunt etiã amici nobis, tñ apte Parthis inimici esse nõ audẽt. Itaqꝙ in Cappadocia extrema nõ longe à Tauro apud oppidum Ordo

phię sit deditus, ex quo se magis Catoni cõmendatum esse debere ostendit. Narrationem autem multarũ rerum in Cilicia gestarum uidere licet lib. 2. epistola quę incipit, Tu uide ad Cælium Rufum: hæc uero epistola licet prolixior sit, non magnæ tamen est difficultatis. Qua æquitate & continentia sicut in fine præcedentis epistolæ dixit. Socios, nobis fœdere cõiunctos. Probaturum, persuasurum Laodicęę, de nominibus harũ urbium, quib⁹ in locis singulæ sint, diximus lib. 2. & 3. Itaque ne eadem repetentes molesti simus qui uolet, inde sumat quæ ad hunc locum pertinebunt. Acerbissimis tributis, sic lib. 3. ad Appium. Primum cum ad me aditum esset ab his, quid dicerent à se intolerabilia tributa exigi, quid habuit iniquitatis me scribere ne facerent. Fallo, iniusto, ut in supradicta epistola Apameæ est, essem militatũ, ciuitatũ principes ad me detulerunt sumptus decerni legatis nimis magnos cum soluendo ciuitates non essent. Aere alieno debito. Cõcedissent, constituissent. Castra faceret, teneret exercitum. In Lycaonia, in qua regione est Iconium. Coacto, cõgregato. Euocatorum, militum, de quibus alio loco plura diximus ex authoritate seruii. Lustrato nu. & diligenter circũspecto. Prouincia mea, Cilicia. Demisissem, descendissem. Paruis præsidiis, paucis militibus. Propter an. quia loca angusta & stricta parua multitudine seruantur. Intercludi, impediri. Patet, ut supra iter eos per Cappadociam, quòd ea maxime patet, facturos. A Syria. à parte Syriæ. Aperte agentes aliquid contra eos, quia timent eorum impedimentum propter uicinitatẽ. Extrema Capp. i. in extrema parte Cappadociæ. Consilia, si quid tentarent contra nos. Expectatione: notandum etiam de malo expectationẽ dici. Cui. plu. tributum, id est qui plurimum æstimatus est. Magnitudine animi, magna fortitudine. Magnitudine cõ. sapiẽtia. Id. scilicet uenire in castra mea. Expectatio

SVMMA tua &c. Scripta superioribus epistolis ad consules senatumque, nunc Catoni exponit: & simul quo cõsilio & qua arte res maximas aduers⁹ Parthos gesserit, & quæ oppida cœperit, quæ Catonis oratione ornata uelit. ad argumentum aũt facit epistola secundo libro incepta, Tu uide &c. Ordo est, Summa authoritas tua & perpetuum iudicium meum de tua singulari uirtute fecit, ut putarem interesse, id est in re & utilitate esse mea, magni, id est multùm, & id est simul eas res, quas gessissem esse notas tibi, & nõ ignorari à te qua æquitate & continentia, scilicet appetitus praui, tuerer, id est defenderem socios & administrarem prouinciam. Enim, id est quia ego arbitrabar, his cognitis, id est ubi hæc cognoueris me probaturũ facilius tibi sup. ea quæ uellem. Cum uenissem in prouinciã pridie Calendas sextilis, id est ultima die mensis qui nunc Iulius dicitur, & uideretur mihi propter temp⁹ anni, quia post medium erat æstatis, esse eundũ mihi, id est me debere ire, confestim, id est cum festinatione & statim ad exercitum fui Laodiceæ, id est in ea urbe, biduum, id est per duos dies: deinde fui Apameæ in altera ciuitate seu urbe quatriduũ, & fui Synadis. Declinatur ergo Synada Synadorum pluraliter, ut in secundum & tertium dicta explanat triduum: & fui Philomeli totidem dies, id est tres, cum tamẽ prius non tres dies, sed triduum dixerit. Sane, ut sæpe admonui, Ci. de tempore quamdiu præsertim continuo libentius semper in accusatiuo loquitur, nec potius greco quàm latino more. Quibus in oppidis. ergo superiora omnia sunt oppida, cum fuissent magni conuentus, id est magni cœtus hominum ego liberaui multas ciuitates acerbissimis tributis & grauissimis usuris, & ære alieno falso, id est non uere debito. Cumq; id est &

ASCEN.

Universidad de ... Biblioteca

idest & cum exercitus esset dissipatus ante aduentum meum quadam seditione, sup. & quinque cohortes consedissent, id est sedem cepissent apud Philomelum sine tribuno militum denique etiam sine ullo Centurione, id est quouis, ut nunc dicunt, capitaneo, & reliquus exercitus esset in Lycaonia, ego imperaui Marc. Mãneio legato, scilicet meo, ut duceret eas quinque cohortes ad reliquum exercitum & faceret castra in Lycaonia apud Iconium exercitu coacto, id est postquam coegerit & congregauerit exercitum in unum locum. Quod cum factum esset diligenter ab eo, ego ueni in castra ad. VII. Cal. Septem. cum ego cõparauissem, id est adquisiuissem interea diebus superioribus, id est ante illũ diem elapsis ex senatusconsulto. i. iuxta decretum senatus, &. i. simul manum firmam. i. copias satis magnas euocatorum. s. militũ qui ad tempus uocantur ad bellum. & equitatum, id est equitum cumulum, satis idoneum, scilicet ad iustum exercitum, & ad auxilia uoluntaria, id est non coacta à me, populorum

Cybstra castra feci, vt & Ciliciam tuerer, & Cappadociam tenens noua finitimorũ consilia impedirem. Interea in hoc tanto motu, tantáque expectatione maximi belli Rex Deiotarus, cui non sine causa plurimum semper & meo & tuo & senatus iudicio tributum est, vir cum beuolentia & fide erga Po. Roma. singulari, * tum præsenti magnitudine & animi & consilii, Legatos ad me misit, se cum omnibus suis copiis in mea castra esse vẽturum. Cuius ego studio officioq; commotus, egi ei per literas gratias, idq; vt maturaret, hortat⁹ sum.

liberorum & regum sociorum, scilicet Ro. imperii, & supple cœpissem interim facere iter in Ciliciam exercitu lustrato, id est inspecto, & ut dicunt ad monstram educto, legati missi ad me à rege Cõmageno, scilicet Antiocho nomine, Calendis Septembris, nuntiauerũt pertumultuose, id est properantissime, ut in summo tumultu fieri solet, neque tamen non, id est & tamen uere, Parthos transisse in Syriam. Quo audito, commotus sum uehementer, tum, id est pariter de Syria, tum, id est pariter de prouincia mea, scilicet Cilicia, deniq; de reliqua Asia. Itaque putaui exercitum ducendum sup. esse mihi per eam regionem Cappadociæ, quæ attingeret Ciliciã. Nam si demisissem me in Ciliciam, ego quidẽ tenuissem, pro tenerem facile ipsam Ciliciam, propter naturam montis Amani, qui difficulter à Parthis pertransiretur, si præsidium obsideret. Duo enim aditus sunt ex Syria in Ciliciam, quorum uterque potest intercludi Paruis præsidiis, propter angustias. Nec quicquam est munitius, id est magis munitum & defensum contra Syriam, Cilicia, id est quàm Cilicia. Est enim ablatiui casus. Sed Cappadocia mouebat me quæ patet, id est aperta est à Syria, id est ab ea parte qua spectat ad Syriam, & habet reges finitimos qui etiam si sunt amici nobis, tamen non audent esse apertè inimici Parthis. Itaque feci castra in Cappadocia extra, id est extrema parte eius, non longe à Tauro, scilicet monte, apud Cybistra oppidum, ut ego tuerer, id est protegerem Ciliciam, & tenens Cappadociam impedirem noua consilia finitimorum, scilicet regum de Parthis recipiendis. Interea in hoc tanto motu & tanta expectatione maximi belli Deiotarus rex cui tributum est semper plurimum non sine causa, iudicio meo & tuo & senatus, appositorie uir tum beneuolentia & fide erga populum Romanum singulari, tum præstanti, id est excellenti magnitudine & animi & consilii, misit ad me legatos, scilicet quibus nuntiaret se uenturum esse in castra mea cum omnibus copiis suis. Cuius ego commotus officio & studio egi gratias per literas, & hortatus sum ut maturaret, id est celerius faceret hoc.

*P.V.C. ❧TVM præsenti magnitudine. Ego ex illis sum, qui cum PRAESENTIA in Medicæo scriptum inuenissem, uitiosum locum putaui, minus tamen quàm in impressis inquinatum. Quòd PRAESTANTI, aut PRAESENTI MAGNITVDINE animi, recte dici posse nonulli negant, seipsos quoque reprehendũt, qui in priore sua editione PRAESENTI MAGNITVDINE scrisperunt: nam quòd multos accusant, qui ex PRAESENTE PRAESTANTEM faciunt: me laudent necesse est, qui cõtra ex PRAESTANTI PRAESENTI feci. *Si uetus autem scriptura*, elocutioque recta, & integra esse ab eruditis uiris, & non dura, & aspera iudicabitur, ego illam ualde amabo, quippe quam in libris iis, quibus multũ tribuo inuenerim.

HVBER. ❧PROPTER rationem. propter causam. Præsentibus insidiis, ut supra uisum est. Neque opinantem, id est de improuiso præter opinionem. Cum authoritate. cum dignitate. Metram & Athenæum, nomina propria uirorum, quos Cato Ci. cõmendauerat, quia exules erãt, quos Ci. in authoritatem & gratiam apud regem se restituisse scribit. Mulctatos, punitos. Importunitate, accusatione, uel instigatione. Athenaidis, urbis,

Athenais sunt qui mulierem dicant. Sacerdos, non est proprium nomen, sed dignitatis: erat autem sacerdos adolescens quidam instructissimus ab exercitu. Toto, absolute ponitur, id est omni re. Is dictus est, id est instructus omnibus rebus pro iis qui res nouas desiderarent. Communita, corroborata. Aulæ, regni, curiæ suæ. Epiphanæ, quæ ciuitas est Ciliciæ. Occidione occisum. i. occisum, sed maiorẽ habet emphasim addẽdo occidione: utunt frequentius oratores & historiographi

Obsido occidione & obsidione, q̃ occasione obsessione. Auersas, amotas, hostem ab Antiochia recessisse, sic supra lib. 2. Cũ uenissem ad Amanũ, qui mons mihi cum Bibulo communis est diuisus aquarum diuortiis. Cassio no. ꝙ mihi magnę uoluptati fuit: fœliciter ab Antiochia hostem reiecerat, Bibulus prouinciã acceperat.

Cum autem ad Cybistra propter rationẽ belli quinque dies essem moratus, Regem Ariobarzanem, cuius salutẽ à senatu te authore cõmendatam habebam, præsentibus insidiis, nec opinantẽ liberaui: neque solũ ei saluti fui, sed etiam curaui vt cum authoritate regnaret. Metram & eum quem tu mihi diligenter commendaras, Athenæũ importunitate Athenaidis exilio multatos, maxima apud regem authoritate gratiáque constitui. Cumque magnum bellum in Cappadocia concitaretur, si sacerdos armis se, quod facturus putabatur defenderet, adolescens & equitatu & peditatu & pecunia paratus, *& omnino iis, qui nouari aliquid volebant, perfeci vt è regno ille

discederet: Rexque sine tumultu ac sine armis, omni authoritate aulæ cõmunita, regnum cum dignitate obtineret. Interea cognoui multorũ literis atque nũciis magnas Parthorum copias & Arabum ad oppidũ Antiochiam accessisse, magnũmque eorum equitatũ, qui in Ciliciam transisset, ab equitũ meorũ turmis, & à cohorte Prætoria, quæ erat Epiphaneæ præsidii causa, occidiõe occisum. Quare cũ viderem à Cappadocia Parthorum copias auersas, nõ lõge à finibus esse Ciliciæ, quàm potui maximis itinerib⁹, ad Amanũ exercitum duxi. Quo vt veni, hostem ab Antiochia recessisse, Bibulũ Antiochiæ esse cognoui. Deiotarum cõfestim iam ad me veniẽtem cum magno & firmo equitatu, & peditatu, & cũ omnibus suis copiis, certiorem feci, nõ videri esse causã cur abesset à regno, meq; ad eũ, siquid noui forte accidisset, statim literas, nunciosque missurũ esse. Cumque eo animo venissem, vt vtriq; prouinciæ, si ita tempus ferret, subuenirẽ: tum id quod iam ante statueram vehemẽter interesse vtriusque prouinciæ, pacare Amanum, & perpetuũ hostẽ ex eo monte tollere, agere perrexi. Cúmq; me discedere ab eo monte simulassem, & alias parteis Ciliciæ petere, abessemq; ab Amano iter vnius diei, & castra apud Epiphaneam fecissem: ad IIII. Idus Octob. cum aduesperasceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, vt ad III. Idus Octobr. cũm lucesceret, in Amanum ascẽderem, distributisque cohortibus & auxiliis, cum aliis Qu. frater Legatus mecum simul, aliis C. Pontius Legatus reliq; Marcus Anneius, & Lu. Tulleius legati præessent, plerósq; nec opinanteis oppressimus, qui occisi, captiq; sunt interclusi fuga. Eranam autem, quæ fuit non vici instar, sed vrbis, ꝗ erat Amani caput: itemq; Sepyrã, & Cõmorim, acriter & diu repugnantibus, Pontino illã partẽ Amani tenẽte, ex antelucano tempore vsq; ad horã diei decimã, magna multitudine hostiũ occisa, cepim⁹,

A re. scilicet. i. non esse causam cur discederet à me, cũ hostes essent relicti. Vtrique prouinciæ, Syriæ & Ciliciæ. Pacare, pacificare, reddere quietũ. Tollere, amouere. Agere perrexi, id est ita agere perseueraui, scilicet amouere hostem ex monte Amano, sic in prædicto lib. 2. Interea cum meis copiis omnibus uexaui Amanenses hostes sempiternos, multi occisi, capti, reliqui dissipati. Cum aduesperasceret, cum fieret nox. Occisi, ut supra diximus. Nec opinantes, improuisos.

❧CVM autem essem cõmoratus quinque dies ad Cybistra propter rationem belli liberaui regem Ariobarzanem, cuius salutem habebam commendatã à senatu te authore insidiis præsentibus, id est instantib⁹: neque opinaram, neque solum fui ei saluti, id est causa salutis, sed etiam curaui ut regnaret cum authoritate, id est maiestate regia, aut autoritate senatus, & constitui maxima authoritate & gratia apud regẽ Metram, & eum Athenæũ, quem tu cõmendaras mihi diligẽter, mulctatos. i. punitos & damnatos importunitate Athenaidis, scilicet urbis aut mulieris, sed quia eum Athenæum dicit, putem Athenæũ non esse propriũ, sed patrium nomen quẽ nominare non uoluerit, ciuẽ uidelicet Athenaidis urbis. Et cum magnũ bellum concitaretur in Cappadocia si sacerdos. s. regionis maximus forte insidiator compertus, defenderet se armis quod putabatur facturus appositorie adulescens paratus & equitatu, & peditatu, & pecunia & toto. i. omni re, iis, qui uolebant aliquid nouari. i. nouũ regẽ fieri. perfeci ut ille discederet regno, & rex obtineret regnum dignitate sine tumultu, ac sine armis omni authoritate aulæ. i. regiæ seu curtæ suæ cõmunita. i. firmis præsidiis stabilita. Interea cognoui literis & nuntiis multorum magnas copias Parthorũ Arabum, id est eorũ qui Arabiam habitant, aut potius & Arabum, accessisse ad oppidum Antiocheũ, & magnum equitatum eorum qui transisset in Ciliciam occisum sup. esse, occidione. i. suprema cæde ab equitatu in turmis. i. qui erat in turmis eorum, scilicet Ciliciũ, & à Cohorte prætoria quę erat Epiphanæ, idest in ea urbe Ciliciæ, causa præsidii, idest custodiæ eius. Quare cum uiderem copias Parthorũ auersas à Cappadocia, esse nõ longe à finibus Ciliciæ, duxi exercitum ad Amanũ, scilicet montem in confinio Ciliciæ itineribus maximis quàm. i. quantũ potui. Quo, id est ad quem, ut, id est postquã ueni, cognoui hostem recessisse ab Antiochia, & Bibulũ, scilicet proconsulem Syriæ esse Antiochiæ. Ego feci Deiotarum uenientem iam ad me cum equitatu & peditatu magno & firmo, & cum omnibus copiis suis, certiorẽ, id est docui eum non uideri causam esse cur abesset à regno, scilicet suo, & me missurum esse statim literas & nuncios, ad eum si forte quid, id est aliquid noui accidisset. Et cum uenissem eo animo. i. proposito, ut subuenirem utriq; prouincię, si tempus. i. oportunitas ferret. i. daret aut pateretur ita. s. fieri, tamẽ perrexi agere, quod constituerã. i. indicaueram iam ante. s. interesse. i. ad utilitatẽ esse utriusq; ꝓuinciæ. Pacare. i. pacatũ & tranquillũ reddere, Amanum. s. montẽ inter utranque prouinciam, & tollere ex eo monte hostem perpetuum. Et cum simulassem discedere ex eo monte, & petere alias partes Ciliciæ, & abessem ab Amano iter unius diei & fecissem castra apud Epiphaneam. s. urbẽ ad IIII. Idus Octob. cum aduesperasceret, feci iter noctu exercitu ita expedito ut ascenderem Amanum ad. III. Idus Octob. cum lucesceret, & cohortibus, scilicet Ro. & auxiliis distributis, id est assignatis suis ducibus

ASCEN.

cum Qu. frater sup. meus legatus præesset simul cum aliis, Caius potitus pręesset aliis. & M. Anneius & Lucius Tulleius legati præessent reliquis, scilicet cohortibus & auxiliis, quos nos oppressimus plerosque, id est complures, nec opinantes qui sunt occisi & capti reliquii nterclusi, id est exitu prohibiti. Autem, id est sed nos cœpimus Eranam, quæ nõ fuit instar. i. ad magnitudinẽ uici, sed urbis, quod caput. i. precipuũ propugnaculum Amani erat,

ne quæ me docet ſtultum eſſe nulgi laudibus niti. Et doctrina, id eſt philoſophia, quæ docet uirtutem ipſam per ſe expetendam eſſe ſine laudibus, quod ſi etiã expetendæ ſint laudes potiùs quærendas à uiris laudatis, quàm à uulgo. Per ſe. ſua cauſa ſed propter uirtutem. Pronunciam, quæ erat mihi decreta. Neglexi, ſicut ſupra dixit lib. 5. epiſtola ſecunda ad Qu. Metellum Celerem. Ego ſi hoc dicam, me tua cauſa prætermiſiſſe prouinciam tibiipſe leuior uidear eſſe. Non dubiã, certam. Sacerdotiũ, auguratum. Iniuriam acce. poſtquam ex urbe in exilium eiectus ſum. Studui, uolui. Intercedere, eſſe, fieri. Quod, ſcilicet me fieri augurẽ. Olim, in conſulatu meo. Nunc rebus benè geſtis in prouincia. Huic meæ, honeſtat Ci. hanc ſuam uoluntatem quod dicit hoc facere, ut præſentibus honoribus mitigetur aliquantulum uulnus iniuriæ olim acceptæ, cui uoluntati rogat Cato. ut faueat. Vulnus dolorem, tranſlatio. Virg. cum Iuno æternum ſeruans ſub pectore uulnus. Pauloante negaram rogaturum, nam paulo ſupra dixit, idq; & ſi talib⁹ de rebus graniſſimos homines & rogare ſolere, & rogari ſcio, tamen admonendum potius te à me, quàm rogandum puto. Sed ita, extollit Cice. factum ſuum. Dicit enim hac cõditione te tantùm rogo, ut mihi faueas, ſi id quod egi non uidebitur tibi paruum, & contemnendum. Non ieiu. non inane, tranſlatio à corpore quod ieiunum inane eſt. Tale, tam glorioſum. Tantum, tam difficile & magnum.

Vulnus

ASCEN. SI licuiſſet per me, id eſt ſi permiſiſſem denique quòd putaris pro putaueris inimicum meum uidelicet Clodium inimicum tuum, cuius etiam interitum, id eſt cædem & necem tu approbaris pro approbaueris, defendenda cauſa, id eſt dum defenderetur cauſa Milonis in ſenatu, ut intelligerem facilè quantum tribueris mihi. Autem, id eſt ſed, hæc, ſcilicet quæ deinceps dicam, ſunt profecta, id eſt collata, à me in te, ſcilicet quæ ego non pono, id eſt reputo in loco beneficii, ſed ſup. in loco ueri teſtimonii atque iudicii, ſcilicet de te, non ſup. ita profecta ſunt, ut admirarer, id eſt laudem cum admiratione, tantas præſtantiſsimas uirtutes tuas. Quis enim non facit idem, quaſi dicat nemo, & ita omnis facit, ſed ut anteferrem te in omnibus orationibus, ſententiis dicendis, cauſis agendis, omnibus ſcriptis Græcis & latinis, deniq; in omni uarietate, id eſt diuerſitate ſtili, literarum mearum, nõ modo iis quos uidiſſemus, ſed ſup. etiam iis de quibus audiſſemus. Tu fortaſſe, quæres quid ſit quòd, id eſt propter quod ego æſtimem tanti, neſcio quod gratulationis & honoris, id eſt ſi in me cõferatur à ſenatu. Ego agam iam tecum familiariter, ſcilicet ut intelligas mentem meam plane, ut dignum eſt & ſtudiis & officiis noſtris teferrem. Quæres fortaſſe quid ſit quòd ego hoc neſcio quid gratulationis, & honoris à Senatu tanti æſtimem. Agam iam tecum familiariter, vt eſt & ſtudiis, & officiis noſtris mutuis, & ſumma amicitia dignum neceſſitudine etiam paterna, ſi quiſquam fuit vnquam remotus & natura, & magis etiam, vt ſentire mihi quidem videor, ratione atque doctrina abinani laude, & ſermonibus uulgi: ego profecto is ſum. Teſtis eſt Conſulatus meus, in quo, ſicut in reliqua uita, fateor ea me ſtudioſe ſecutum, ex quibus uera gloria naſci poſſet: ipſam quidem gloriam per ſe nunquã putaui expetendam: itaque & prouinciam ornatam, & ſpem non dubiam triumphi neglexi: Sacerdotium denique, cum (quemadmodum te exiſtimare arbitror) non difficilimè conſequi poſſem, nõ appetiui. Idẽ poſt iniuriam acceptam, quam tu reipu. calamitatem ſemper appellas, meã non modo non calamitatem, ſed etiam gloriã, ſtudui quàm ornatiſſima Senatus populiq; R. de me iudicia intercedere. itaq; & Augur poſtea fieri volui, quod antea neglexeram: & eum honorem qui à Senatu tribui rebus bellicis ſolet, neglectum à me olim, nunc mihi expetendum puto. Huic meæ voluntati, in qua ineſt aliqua vis deſiderii, ad ſanandum vulnus iniuriæ, vt faueas adiutor que ſis, quod paulo antè me negaram rogaturũ, vehementer te rogo: ſed ita, ſi non ieiunum hoc neſcio quid, quod ego geſſi, & contemnendum videbitur, ſed tale atq; tantum, vt multi nequaquam paribus rebus honores ſummos à Senatu conſecuti ſint.

mutuis & ſumma amicitia, & neceſſitudine paterna, id eſt à patre incepta. Si quiſquam fuit unquam remotus natura & magis ratione, ut quidem uideor ſentire mihi & doctrina, ab inani laude & ſermonibus uulgi, ego ſum is profecto. Teſtis eſt conſulatus meus in quo fateor me ſecutum ſtudioſe ſicut in reliqua uita, ex quibus uera gloria poſſet naſci, quidem, id eſt ſed certe, nunquam putaui ipſam gloriam expetendam per ſe, id eſt ſine reſpectu bonorum. Itaque ego neglexi prouinciam ornatam, quæ erat mihi decreta ut patuit lib. 5. epiſtola ſecunda ad Metellum Celerem, & ſpem non dubiam triumphi, ſcilicet ex illa prouincia reportandi. Deniq; non appetiui ſacerdotium, ſcilicet augurale non poſſem conſequi non difficilime, quemadmodum arbitror te exiſtimare. Idem, ſcilicet ego ſtudui, ideſt uolui aut elaboraui poſt iniuriam, ſcilicet exilii acceptam, ſcilicet à me, quam, ſcilicet iniuriam meam, tu appellas ſemper calamitatem reipub. non modo, id eſt non ſolum calamitatem meam non intercedere, id eſt in medium adduci, ſed etiam uolui gloriam meam utpote quam ornatiſſima iudicia ſenatus populique Romani de me intercedere. Itaque uolui poſtea & augur fieri, & puto eum honorem, id eſt triumphum qui ſolet tribui à ſenatu rebus bellicis, neglectum olim à me, expetendum mihi nunc, ſcilicet parta uictoria. Rogo te uehementer quod negaram pauloante me rogaturum ſup. eſſe, ut faueas & adiutor ſis, huic uoluntati meæ, in qua eſt aliqua uis deſiderii, id eſt cupiditatis ad ſanandum uulnus, id eſt offenſionem iniuriæ. Sed ita ſup. peto ſi id quod geſſi uidebitur non neſcio quid ieiunum, id eſt aridum & modicum facinus, & pro. id eſt contemnendum, ſed tale atque tantum ut multi aſſecuti ſint à ſenatu, ſummos honores, rebus nequaquam paribus, id eſt propter res nequaquam pares.

Equidem

Equidem etiam illud mihi animum aduertiſſe videor (ſcis enim quàm attente te audire ſoleam) te non tam res geſtas, quàm mores, inſtituta, atq; uitam Imperatorum ſpectare ſolere in habendis aut non habẽdis honoribus. Quod ſi in mea cauſa conſiderabis, reperies me exercitu imbecillo contra metum maximi belli, firmiſſimum præſidium habuiſſe æquitatẽ & continentiam. His ego ſubſidiis ea ſum conſecutus quæ nullis legionibus cõſequi potuiſſem, vt ex alieniſsimis ſociis amiciſsimos, ex infideliſsimis firmiſsimos redderem, animóſque nouárum rerum expectatione ſuſpenſos ad veteris imperii beneuolentiam traducerem. Sed nimis hæc multa de me, præſertim ad te, à quo vno omnium ſocio rum querelæ audiuntur: cognoſces ex iis, qui meis inſtitutis ſe recreatos putant. cũque omnes vno prope conſenſu, de me apud te ea quæ mihi optatiſsima ſunt, prædicabunt: tum duæ maximæ clientellæ tuæ, Cyprus inſula & Cappadociæ regnum, tecum de me loquentur: puto etiam Regem Deiotarum, qui vni tibi eſt máxime neceſſarius. Quæ ſi etiam maiora ſunt, & in omnibus ſeculis paucióres viri reperti ſunt qui ſuas cupiditates, quàm qui hoſtium copias vincerent, eſt profecto tuum, cum ad res bellicas hæc, quæ rariora & difficiliora ſunt, genera virtútis adiunxeris, ipſas etiam illas res geſtas iuſtiores eſſe, & maiores putare. Extremum illud eſt, vt quaſi diffidẽs rogatióni meæ, philoſophiam ad te allegem, qua nec mihi charior vlla vnquam res in vita fuit, nec hominum generi maius à deis munus vllum eſt datum. Hæc igitur quæ mihi tecum cõmunis eſt, ſocietas ſtudiórum atque artium noſtrarũ, quibus à pueritia dediti ac deuincti, ſoli propemodum nos philoſophiam veram illam, & antiquam, quæ quibuſdam otii eſſe ac deſidiæ videtur, in forum atq; in rempublicã atque in ipſam aciem pene deduximus, tecum agit de mea laude, cui negari à Catone fas eſſe nõ puto. Quamobrem tibi ſic perſuádeas velim: ſi mihi tua ſententia tributus honos ex meis literis fuerit,

IDEQVIDEM etiam, ſuperius dixit Cice. quibus rationibus licet alienus à laudibus uulgi, debuerit tamen hunchonorem quærere, nunc uero laudat mores uirtuteſque ſuas, quas magis à Ca. ſpectari ſolere aſſerit quam geſta. Vitam continentẽ, integram ſine cuiuſquam iniuria. Imbecillo, paruo & infirmo, eſt enim maxima laus paruo exercitu maximum bellum ſuſtinuiſſe & confeciſſe, quod præſidium ſuum dicit fuiſſe æquitatem & continentiam. His præ. æquitate, & continentia. Sum conſecutus, effeci. Expectatione no. rerum, qui enim expectat mutationem rerum nõ poteſt non eſſe ánimo ſuſpenſo. Veteris, aſſueti. Querelæ audi. in ſenatu enim Cato ſociorum omniũ patronus erat, & quæcunque patiebantur inique, ad eum deferebant. Recreatos, refectos in optimum ſtatum reſtitutos. Meis inſti. quæ in prouincia feci contra ea quæ fecerat Appius, ut lib. 3. ad Appium uiſum eſt. Clientelæ, ſcilicet tuę nã Cappadocia & Cyprus maximè erant in tutela Ca. Cappadocia propter Ariobarzanem, Cyprus uero, quia Ca. P. Claudio pulchro authore, propter auaritiam Ptolomæi patrui Cleopatræ, qui in ea inſula regnábat, quod pro eo à piratis redimẽdo tam exiguam pecuniam miſiſſet, ut piratæ accipere erubeſcerent, miſſus eſt decreto ſenatus, ut eam inſulam regi auferret qđ cum intellexiſſet Ptolomæus, priuſquã ille aduẽtaſſet, ſeipſe interemit. Cato inſulã accepit, & regis opes uẽdidit omni pecunia in publicũ ærarium relata, ex illo Cyprus prętoria ,puincia fuit, & Catoni commendata, ſcribunt Plu. & Stra. Val. etiam dicit Cato. ex Cypro redeunti. S. P. Q. R. & magiſtratus obuiam fuiſſe. De me loquantur, quia in eis maxime oſtendi uirtutes meas. Regem Deio. ſi locuturũ de me. Neceſſarius, amicus. Maiora, id eſt ualde magna. Pauciores qui ui. ſu. cu. in quo conſiſtit uera uictoria, ut ipſe in oratione pro M. Macel. imitatiõe Demoſthenis, animum uincere, iracundiã cohibere, uictoriam temperare, aduerſariũ nobilitate ingenio uirtute præſtantem non modo extollere iacentem, ſed etiam amplificare etiam priſtinam dignitatẽ, hæc qui faciat non ego cum ſummis uiris comparo, ſed ſimilimum deo iudico. Hæc ge. uir. quæ in oratione pro Pompe. commemorat innocentiam, temperantiam, fidem, facilitatem ingenium, humanitatem, quæ omnia uult Cice. intelligi eſſe in ſe. Rariora, in paucioribus reperiuntur. Allegem, adducam. Quaſi dif. meæ ro. quaſi non confidam rogationem meam apud te ualituram cum tamen confidam. Qua, philoſophia. Nec. uul. m. mu. ſi quidem in Tuſculanis quæſtionibus inquit, philoſophia eſt uirtutum indagatrix, uitiorum expultrix, cui qui pareat omne tempus uitę ſuæ ſine moleſtia degat. Societas, coniunctio. Artium, liberalium. Deuincti, aſtricti. In forum, in cauſas forenſes, ut in Paradoxis oſtendit tentare uolui poſſent ne proferri in lucem. Deſidiæ, inertiæ. In ipſam aciem, in certamen ciuile. Agit tecum. rogat te. ordo eſt, hæc igitur ſocietas ſtudiorum atque artium & cætera agit tecum. De mea laude, propter meam laudem. Cui, ſcilicet ſocietatis ſtudiorum & philoſophiæ. A Catone, quaſi dicat uiro iuſtiſſimo, & eius ſocietatis liberalium artium profeſſore. Ex meis, id eſt ſecundum ea quæ literis meis ſcripſi. Contigiſſe, obueniſſe, datum eſſe.

HVBER.

Recreatus

ASCEN. IDEQVIDEM. id eſt ego certe, uideor animaduertiſſe etiam illud, ſcis enim quàm attente ſoleam audire te, te ſolere ſpectare in honoribus habendis aut nõ habendis, non tam res geſtas quàm uitas atque mores imperatorum, quod ſi conſiderabis in cauſa mea, uidebis me habuiſſe æquitatem & cõtinentiam firmiſſimũ

y.iiii. præſidium,

Amani erat,& item,id est simul Sepyram & Ceminorim oppida sup. hostibus pugnātibus acriter & diu & Pontino tenente illam partem Amani, scilicet montis cœpimus dico multitudine hostium occisa ex tempore antelucano, id est quod ante lucem,usque ad decimam horam diei,id est post ortum solis.

*P.V.C. ¶ ET omnino iis, qui nouari aliquid uolebant. ET TOTO IIS, antea legebatur, non in impressis tantum,sed etiam manu scriptis codicibus, unum excipio, qui ET SOCIIS, habebat. Locum uitium habere suspicati sumus, & OMNINO non incommode legi posse iudicauimus: arbitrati locum quondam ita scriptum fuisse, ET OMNINO, ex qua scriptura postea ab imperitis librariis ET TOTO factum sit. Deceptine tunc simus,eruditi iudicabunt:nos quidem, nisi aliud contra nos excogitatur, in sententia permanemus.Nam quòd quidam uulgatam lectionem,à se quoque olim damnatam,tuentur, utunturque eam probandam loco Ciceronis ad Atticum:uerum id esse crederem,si hic ut alibi fecit,& quod totū est dixisset.Semper enim inueni ita Ciceronem locutum esse,cum hoc significare uult,ut præter exemplum ab illis adductum, hoc ad Qu. Fratrem aperte ostendit. 290. Totum in eo est (quod mihi erit curæ) tectorium ut concinnum sit. nam ET TOTO, hac sententia nimis durum est,& nisi ualde fallor,probari nullo pacto potest.

HVBER. ¶ CASTELLA sex capta.In secundo lib.eadem epistola,Castella munita,improuiso aduentu capta & incensa. Eugeranam,oppidum in Amano. Non in uil. non ad similitudinem uillæ. Ante solem,id est ante lucem & ortum solis. Repugnantibus, resistentibus,scilicet ipsis oppidis. Fugerāt è patria & cōmor. Apud aras Alexandri, locus est ubi Alexander uicto Dario Ioui patri &c. Diis sacrificauit.Vide suprà secūdo lib. ita uictoria iusta Imperator appellātus sum apud illum,quo loco sæpè ut ex te audiui,Clitarchus tibi narrauit Darium ab Alexandro esse superatum. Eleutheron librum:ita enim significat græcè. Est tamen Eleutheros fluuius Syriæ, cuiusque ostium est in Pamphilia,ut ostendit Ptolomæus. Acerrime.constantissimè, sine terrore. Existimationē,authoritatē, & honorem. Frangerentur,cáderent, non perseuerārēt in audácia. Vallo & fossa. Vide libro secūdo oppugnationem huius oppidi,in epistola quæ incipit, Tu uide:nā hìc expugnātum. Vsque,assiduè. Sagittariis,arciferis. Distributis,deiectis. Tebarani,populi. Ab iis, Tebarānis. Malè pacātis, non bene quietis & amicis Po. Ro. Nunc uelim,expositis suis rebus gestis petit nunc Cice. à Ca. eius sententiæ authoritatem in laudādis his rebus. Sententia,tuo iudicio, tua authoritate. Grauissimos, máxime authoritatis, ne fortassè díceret Caleuitatis esse rogāre. Admonendum, in memoriā adducendum. Ad cælum extulisti.supra mortales me exaltasti. Virgi. Vir Troiane quibus cælo te laudibus æquem. Pondera,authoritatem. Vno,solo. Non decerneres, nō iudicāres concedēdam. Referetur, proponētur de decernenda supplicatione. Togáto,in urbe existenti. Bene gesta. propter bella confecta quòd multis contingit. Benè conseruāta,fortitúdine & cōsiliis meis liberāta à coniuratis & proditóribus patriæ, cum in cōsulátu meo Catilinæ & reliquórum insidias & coniurationes oppressi. Vt memini, sicut memini aliis decreuisti unquam propter remp. conseruatam, quia ego solus id effeci. Mitto,dimitto:Phæresis.Virgil.1.Aeneid.Mæstumque timórem mittite,&.xr. Mitto ea quæ circum pugnando Pergama passi. Inuidiā, ódium eorum,qui uirtuti meæ inuidēbant & rebus gestis,& propterea me eiiciendum curauērunt:intelligit autem témpora Clodiana,quibus à se máximè fauorē habuisse dicit Cato. Tempestates, aduersitates, calamitates:translatio.Virg.lib.xi. Aenéid. Parq; per omnes tempestates.Idem. Quāta per Ideos sæuis effusa minis Tempestas ierit campos.

ASCEN. ¶ ET Castella.id est ut dicunt fortalicia sex sunt capta,& nos incéndimus,id est combussimus complura. His rebus gestis ita,id est tā uictoriosè. nos habuimus quatriduum castra in radicibus,id est pede Amani,scilicèt montis apud aras Alexandri, scilicèt magni, qui uicto Dario illic Ioui & cæteris diis constructis aris sacrificauit.hoc autem dicendo se tácitè Alexandro cōparat,& consumpsimus omne id tēpus, scilicèt quatriduí,in reliquiis Amani delendis, & in agris uastandis, castellaq; sex capta,complura incendimus. His rebus ita gestis castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexādri quatriduum: & in reliquiis Amani delendis agrisque uastandis, quæ pars eius montis meæ prouinciæ est, id tempus omne consumpsimus. Confectis his rebus,ad oppidum Eleutherocilicū Pindenissum exércitum addúxi: quod cum esset altissimo & munitissimo loco, ab hísque incolerētur, qui ne régibus quidem vnquàm paruissent: cum & fugitiuos reciperent, & Parthórum aduentum acérrimè expectárent, ad existimationem imperii pertinere arbitrátus sum, comprimere eórum audáciā: quò faciliùs etiàm cæterórum animi, qui alieni essent ab império nostro, frangerētur. Vallo & fossa circundedi: sex castellis,castrisq; maximis sepsi: aggere, uineis, túrribus oppugnaui: vsusque multis tormentis, multis sagittáriis, magnó labore meo, sine vlla molestia, sumptúve sociórum, séptimo quinquagesimo die rem cōfeci, vt ómnibus partibus vrbis disturbātis, aut incēsis, compulsi in potestāte meā peruenīrēt. His erāt finitimi pari scélere, & audácia Tibarāni: ab his Pindenisso capto obsides accepi, exercitum in Hyberna dimisi. Qu.fratrem negotio præpósui, vt in vicis, aut captis, aut male pacatis exercit⁹ collocarētur. Nūc velim sic tibi persuádeas, si de his rebus ad senatum relātum sit, me existimatúrum summam mihi laudem tributā, si tu honórem meum sententia tua comprobāris. Idque, etsi tálibus de rebus grauissimos hómines & rogāre solere, & rogāri scio, tamen admonendum potiùs te à me, quàm rogandum puto: Tu es enim is, qui me tuis sententiis sæpissimè

Eleutheros

Acerrimè

Existimatio

Tebarani

Tempestates

tentiis sæpissimè ornásti, qui oratione, qui prædicatione, qui summis laudibus in senátu, in concionibus ad cœlum extulisti: cuius ego semper tantū esse verborum pōdera putaui, vt vno verbo tuo cum mea laude cōiuncto, omnia ad sequi me arbitrārer. Te denique mémini, cum cuidam clarissimo atq; óptimo viro supplicationem non decerneres, dicere te decretūrū, si referrētur ob eas res *quas is Consul in vrbe gessisset. Tu idem mihi supplicationē decreuisti togáto, nō vt multis, rep. benè gesta: sed vt memini rep. cōseruāta. Mitto quòd iuidiam, quòd pericula, q̄ omneis meas tempestates & subieris, & multò etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris: Quòd denique inimicum meum, tuum inimicum putāris: cuius etiam interitum, vt facilè intelligerem mihi quantùm tribueres, Milónis causā in senatu defendēda approbāris. A me autem hæc sunt profecta, quæ ego in beneficii loco non pono, sed in veri testimonii atque iudicii, vt præstantissimas tuas virtutes non tácitus admirārer (quis enim id non facit?) sed in omnibus orationibus, sententiis dicēdis, cáusis agendis, ómnibus scriptis, Grǽcis, Latínis, omni denique varietáte literárum mearum, te nō modo iis quos vidissemus, sed iis de quibus audissemus, omnib⁹ anHis rebus confectis, & addúxi exércitum ad Pindenissum óppidum Eleutheron, id est liberum. Alii legunt Eleuchensilium alii Eleuchencilicum quod sup. oppidum cum esset loco altissimo & munitissimo, & incolerētur ab his qui nequidem, id est saltem régibus paruissent, cum & simul, reciperent fugitiuos, & expectārent acerrimè, id est auidissimè aduentū Parthorū, ut cum illis finitimos spoliārent, arbitrātus sum pertinēre ad existimationē, id est famam & maiestātē imperii cōprimere audāciā eorum. Quo.i. etiam ut ánimi cæterorum, qui essent aliéni ab imperio nostro frangerent faciliùs. Ego circundedi sup. dictū óppidū. Vallo.i. munimēto ex uallis,& fossa sepsi sup. ipsum sex castellis.i. oppugnaculis, & máximis castris, ággere, uineis túrribus, oppugnāui sup. ipsum, usq; i. assiduè, multis tormentis, Multis sagittáriis, & cōfeci.i. absolui rem séptimo & quinquagesimo die, magno labore meo, sine ulla molestia uel sumptu sociórū, ut ómnibus partibus urbis disturbātis aut incensis, hostes sup. cōpulsi id est coacti uenirent in potestātē meā. Tebaráni erant finitimi his, scelere & audácia pari. Accepi ab his, scilicèt Tebaránis obsides, Pindenisso capto, dimisi exercitum in Hyberna. Præposui Quintū fratrem, scilicèt meum negocio, ut exércitus collocarētur in uicis, aut captis, aut malè, id est non pacātis. Nunc uelim ò Cato ut sup. persuādeas tibi sic, si relātum sit ad senatū, id est si consultatio fiat de his rebus, me existimatūrū summam laudem tributam mihi, si tu comprobāris honórem meum, id est mihi decernendum, sententiā tuā. Etsi, id est quanquā ego scio grauissimos homines solere & rogāre & rogāri, tálibus, id est pro tálibus rebus, tamē ego puto te potiùs monendū à me quàm rogandū id. Tu enim es is, qui ornasti me sæpissimè sententiis tuis, qui extulisti me ad cœlum, oratione, prædicatione, summis laudibus, id est laudationibus in senatu & in cōmunionibus ad pópulum. Cuius pondera uerborum ego putāui semper esse tanta, ut uno uerbo tuo coniuncto cum laude mea, arbitrārer me consequi ómnia. Denique mémini te, cum non decérneres cuidam uiro clarissimo atque óptimo supplicationem, dícere te decretūrum si referrētur ob eas res, quas is consul gessisset in urbe, sunt qui ad Ciceronē hoc réferunt. Tu idem decreuisti mihi supplicationē, scilicèt diis faciendā togāto, id est in toga agenti, non ut multis sup. decerni solet, republica benè gesta, sed ut mémini sup. álteri, repu. conseruāta. Mitto, id est omitto dícere, q̄ subieris. i. tanquā onus tuum esse supportāueris, inuidiam meam, id est quam patiébar ob glóriam seruātę urbis, pericula, omnes tempestates meas. i. impetus hóminū, aut diuersitates fortunæ, & q̄ fueris paratissimus subíre etiam multo magis.

¶ QVAS is consul in urbe gessisset. Antiqui mei uulgātam, receptamque lectionem habent: alius codex (ut quidam tradunt) quas consul in urbe gessisset. Verius tutiúsque de tota hac re státui posset, si uir, de quo loquitur, & negotium etiam ipsum.de quo agit, intelligeretur. Quis enim scit an intelligat P. Lentulum, qui cum Ciceronis causam C O S. enixe adiuuisset, posteaque fortassè ob res foris gestas supplicationes sibi decerni postulásset, aduersum habuerit Catonem, qui in re disputanda uocem illam coniecerit, Se decreturum fuisse, si referretur ob eas res, quas idem C O S. in urbe gessisset. Nam ita etiam Cato præclarum de Cicerone iudicium fecerit: cum censuerit res illas, quæ pro salute ipsius sine armis gestæ essent, dignas esse supplicatione, ac præponendas iis, quas in imperio cum exercitu idem ille, qui ei quondam saluti fuerat, pro Republi. gessisset. Neque tamen hoc, quod à nobis cogitatum est, uerum esse affirmamus, sed huiusce modi aliquid, quod idoneū sensum habeat, conseruata recepta lectione, intelligi commode posse, iudicamus.

*P.V.C.

¶ SI licuisset per me, si permisissent ut etiam illas magis subíres. Inimicum, Clódium. Cuius, Clodii. Interitum, cædem. Approbāris, iure factūrum dixeris, id est Clódium iure occísum. A me autem, cōmemorāuit Cice. quæ à Catone in se collāta sint, nunc autem quid ipse erga Catonē fecerit, ut penè uideatur obiicere, dicit se non existimāre ea esse beneficia, sed uera testimonia & iudicia sua de Catone. Admirārer, amārē laudārem. Non tácitus, non intra me, ut plerunque fit, sed publicè prædicārē, ut infrà dicetur. Quis, quasi dicat quilibet etiam, de quo non sis benemeritus. Non facit id. i. ut tuas uirtutes tácitus admirétur. Dicendis, in senatu, Varietáte literarum mearum, in philosophia & libris quos de dicendi præceptis cōscribo. De quibus au. id est qui iam mortui essent & fuissent ante ætátem nostram. Quæres, licèt artificio utátur, tamen apertè se agere dicit, nouerat enim Catonem ab omni ambitione abhorrere & pluris æstimare beneficia quàm benefactórum laudem. Hoc neu. quasi dicat hoc paululùm. Si quisquam, ut ostendat Cice. se conuenire cum ingenio Cato. dicit se maximè esse, qui sit aliénus à laudibus uulgi. Ratione, cōsideratio-

HVBER.

Universidad de … Biblioteca

præsidium,idest pro firmissimo presidio,exercitu sup. existente imbecillo contra metum maximi belli. Ego cōsecutus sum,idest obtinui his subsidiis,scilicet æquitate & continentia , quæ nullis legionibus potuissem consequi ut redderem,id est efficerem ex sociis alienissimis,amicissimos,ex infidelissimis,firmissimos,scilicet in fide,& traducere animos suspensos,idest in dubio uersantes. Expectatione,id est propter expectationem rerum nouarum,ad beneuolentiam ueteris imperii,scilicet Romani. Sed hæc sup.sunt dicta aut scripta nimis multa de me præsertim ad te,à quo uno querelæ omnium sociorum audiuntur,tu cognosces ex iis qui putant se recreatos,id est refectos & ad ueterem amicitiam reductos institutis,id est moribus meis. Cumque, id est & cum.s.ita sit quòd omnes prædicabunt apud te prope,id est quasi,uno consensu,de me ea quæ sunt optatissima mihi, tum, id est tùnc multo magis, duæ maximè clientellæ tuæ Cyprus insula & regnum Cappadociæ loquantur, scilicet honorifice tecum de me. Puto etiam Deiotarum regem sup.locuturum tecum de me,qui est maximè necessarius tibi uni. Quæ, scilicet ab illis dicenda si sunt etiam maiora,scilicet quàm à me dicantur, & si pauciores uiri reperti sunt omnibus seculis, qui uincerent cupiditates suas,quàm qui,scilicet uincerent copias hostium,profecto tuum est,scilicet officiū,cum adiunxeris ad res bellicas,hæc genera uirtutis,scilicet æquitatis & continentiæ,quæ sunt rariora & difficiliora, putare illas ipsas res gestas esse iustiores & maiores,scilicet quàm sint.Illud est extremum, scilicet suffragium, ut quasi diffidens rogationi meæ,allegem,id est mittam ad te philosophiam qua nec ulla res fuit mihi unquam charior in uita,nec ullum munus maius datum est generi hominum à diis. Hæc igitur societas studiorum quę est mihi communis tecum,atque societas artium bonarum quibus nos deuincti ac dediti à pueritia, propemodum , id est quasi soli deduximus in forum atque rempublicam atque penè in ipsam aciem , id est conflictum bellicum,hoc est ad omnem exercitationem nostram,philosophiam illam ueram & antiquā, quæ uidetur quibusdam esse ocii ac desidiæ,id est pertinere ad ocium ac desidiam. Ea sup.agit tecum de laude mea cui non puto fas esse negari,scilicet quicquam à Catone, quamobrem , uelim persuadeas tibi sic, si honos fuerit tributus mihi tua sententia , id est per tuam sententiam ex literis meis me existimaturum contigisse mihi quod cupierim maxime,tum authoritate,tum beneuolentia tua erga me. *excusatoria & gratulatoria.*

me sic existimaturū cum authoritate tua,tū beneuolentia erga me, mihi quod maxime cupierim contigisse. Vale.

HVBER.

QVOD & respu. Rescribit Ca.Ci.se libenter fecisse, quod ille superioribus literis petierat,ut defenderet eius virtutē,innocentiam &diligentiam,seq; laudasse quę Ci.egisset,de prouincia seruata,de Ariobarzanis incolumitate,de cōfirmata uoluntate sociorum.Deinde suadet Ca.Ci.ut potius contentus sit iudicio senatus quàm triumpho pro eis quæ in prouincia egit ut potius iudicetur eam conseruasse mansuetudine & innocentia quàm copia militum. Quod respub.hor.i.causa reipub.quia quisq; bonus ciuis tenetur eum tueri,quem reipub.amatorem uiderit. Virtutem,fortitudinem,animi magnitudinem. Togati.s. tui. Domi.in patria ut in consulatu tuo cum togatus domi rem tantam fecisti oppressa coniuratione. Armati,bellum gerētis. Foris,in prouincia. Pari,æquali,quia & tunc domi & nunc foris fortissime & diligētissime te gessisti. Consilio,sapiētia.Defensam,ab incursu Parthorum & Arabum. Ad stu. ad beneuolentiam. Supplicationem,dicit Ca. se gaudere supplicationem ei esse decretam,si modo ille uelit potius agendas gratias diis immortalibus quàm sibi in ea re, quæ nō fortuito , sed summa ratione & cōtinentia eius sit gesta, sin autē habita supplicatione triumphū quoq; petit, dissuadetque ei Ca. ne hoc faciat. Qua in re est pro.id est in ea re qua est prouisum à te. Nihil fortuito.non casu aut temere. Ratione,prudentia & moderatione tua.
Gratulari — Gratulari, gratias agere. Quam acce.refer.ti.id est quam reddi tibi par , & quod à te accepimus,tibi referri remuneratione triumphi.ordo est,si tu mauis non gratulari diis immortalibus , in qua re nihil est prouisum à repub.summa tua ratione & continentia,quàm acceptū referri,tibi, scilicet mauis gau
Prerogatiua — deo supplicationem tibi decretā esse. Prærogatiuam, præeminentiam,precessiuam. Casum, fortunā, cuius fauore fueris uictor. Semper, quia multis cōceditur supplicatio sine triūpho. Senatū,cuius iudiciū est gra
Benignitas — tissimum. Vi,copia. Benignitate,fauōre.Quod.s.prouinciam à te conseruatā potius mansuetudine &c. Cōtra cō. me. quia soleo esse breuissimus in scribendo. Laborare , curare. Maiestate , & honore & dignitate. Amplissimum,dignissimum. Tu ma.ut in epistola sua superiore Ci.significauit.Seueritatem,id est continen

M. Cato. M. Tullio. C. Imperato. S. P. D.

5.

QVod & respub.me, & nostra amicitia hortatur,libenter facio,vt tuam virtutem , innocentiam, diligentiam cognitam in maximis rebus, domi togati,armati foris,pari industria administrari gaudeam.Itaque quod pro meo iudicio facere potui , vt innocentia consilioq; tuo defensam prouinciam,seruatum Ariobarzanis cum ipso Rege regnum, sociorū reuocatam ad studium imperii nostri voluntatem,sententia mea,& decreto laudarem, feci. Supplicationem decretam, si tu (qua in re nihil fortuito,sed summa tua ratione & continentia reipublicæ prouisum est) diis immortalibus gratulari nos,quàm tibi, referre acceptū mauis,gaudeo . quòd si triumphi prærogatiuam putas supplicationem : & idcirco casum pòtius , quàm te laudari mauis: neq; supplicationem sequitur semper triumphus,& triumpho multo clarius est, Senatum iudicare, potius mansuetudine & innocentia Imperatoris prouinciam,quàm vi militum,aut benignitate deorum retentā atq; cōseruatam esse:quod ego mea sententia censebam. Atq; hæc ego idcirco ad te contra cōsuetudinem meam pluribus scripsi : vt , quod maxime volo,

existimes

existimes me laborare vt tibi persuadeā, me & voluisse de tua maiestate,quod amplissimum sim arbitratus, & quod tu maluisti, factum esse gaudere. Vale,& nos dilige, & instituto itinere seueritatem diligentiamque sociis & reipub. præsta.

tiam. Præsta,exhibe, ostende.Instituto iti.uel incepto itinere per prouinciam , uel certe incepta uia.i. eo more quo consueuisti , est enim & translatiue & prouerbialiter dictum,instituto itinere uel institutam uiam perge. Iuue. Vt illam ire uiam pergant, & eidem incumbere sectæ. Præsta

QVod & c. Dicit se diligenter commendasse uirtutem Cice.in senatu, dehortatur tamē à petitione triumphi dicens.Ego facio libēter id ꝙ & respu. & amicitia nostra hortatur me , ut gaudeam uirtutem.i.fortitudinem tuam, innocentiam,diligentiam tuam cognitam,in maximis rebus, nam dicit. Togati domi & armati foris.i.in bello, administrare.i.gerere magistratum cuius est administrare,pari industria. Itaque feci quod potui facere iudicio meo.s.ut laudarem sententia mea & decreto prouinciā .s.Ciliciam,defensam innocentia.s.tua & cōsilio tuo.Regnum Ariobarzanis.s.Cappadociam, seruatum sup. esse ad studiū imperii nostri. Gaudeo si tu mauis.i.magis uis,gratulari.i.grato animo attribuere diis immortalibus quàm.s.nos referre acceptum tibi.i.nos æstimare accepisse à te supplicationem decretam.s.pro reb9 bene gestis à te , in qua re nihil sup.contigit fortuito , sed prouisum est reipu.summa ratione.i.prudentia & continentia tua quod si putas supplicationem prærogatiuam.i.quasi præiudicialem causam triumphi , & mauis idcirco casum.i.fortuitum euentum laudari potius quàm te,neque triumphus sequitur semper supplicationem & multo clarius est triumpho senatum iudicare prouinciam retentam atque conseruatam esse potius mansuetudine,atque innocētia imperatoris,quàm ui militum aut benignitate deorum. Quod.i.quā rem ego censebam mea sententia,atque scripsi idcirco hæc ad te pluribus.s.uerbis contra cōsuetudinē meā, ut,quod uolo maxime existimes me laborare ut persuadeam tibi me & uoluisse de maiestate tua,quod arbitratus sum amplissimum sup. esse & gaudere factum esse,quod tu maluisti.Vale & dilige nos,& præsta sociis & reip.securitatem & diligentiam , itinere instituto.i.iuxta morem tuum inceptū, aut ubi inceperis redire. ASCEN. *Ordo*

M.T.C.M. Catoni.S.P.D.

responsio ad superiorem.

LAetus sum laudari me (inquit Hector, opinor apud Næuium) abs te pater à laudato viro. Ea est enim profecto iucūda laus quæ ab iis proficiscitur , qui ipsi in laude vixerunt. Ego vero vel gratulatione literarum tuarum , vel testimoniis sententiæ dictæ nihil est, quod me non assecutum putem. Idque mihi cum amplissimum, tum gratissimum est, te libenter amicitiæ dedisse quod liquido veritati dares. Et si non modo omnes , verum etiam multi Catones essent in ciuitate nostra,in qua vnum extitisse mirabile est , quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? Nam ad meum sensum , & ad illud syncerum ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius , quàm ea tua oratio quæ est ad me perscripta à meis necessariis. Sed causam meæ voluntatis (nō enim dicam cupiditatis) exposui tibi superioribus literis: quæ etiamsi parum iusta tibi visa est , hanc tamē habet rationem, non vt nimis cōcupiscendus honos , sed tamē si

LAetus sum,licet Cic.aperte dicat se contentum esse laudatione Cat.de rebus suis putaretque se omnia assecutum esse quia Cato ei per literas gratulatus fuerat supplicationem ei decretam,ut præcedenti epistola uisum est & sententia sua eius res gestas & laudes approbauerat,tamen hoc agit,ut Cato det operam,ut etiam triumphum obtineat quem dicit sperare senatum facile sibi concessurum propter sua merita in repub.Lætus sum , apud Næuium in tragœdia introducitur priamus laudans Hectoris uirtutem & probitatem,cui Hector his uerbis respondet lætus & cætera,sensus est,gaudeo ò pater abs te laudari,qui es uir laudatus,ea est enim , uis lętitiæ quod iucundum sit laudari ab iis , qui ipsi in laude uixerunt,sic ipse supra ad Luceium. Neq; enim sū ita demens ut me sempiternæ gloriæ per eum commendari uelim qui non ipse quoque in commendādo propriam ingenii gloriam consequatur, gratulationem quam fecit Cato in præcedenti epistola,cum dixit supplicationem decretam & c. Sententiæ di.à te ut in prima parte præcedentis epistolæ uisum est. HVBER.

Amplissimum,honestissimum. Amicitiæ dedisse .i.pro amicitia nostra dixisse quod pro ueritate diceres. Liquido.clare aperte. Et si non modo.sensus est,si essent etiā multi Ca.in nostra ciuitate,pluris tamen deberem facere laudationem tuam quam omnem triumphum cum uero sis secundus , & id etiam sit mirum quod unus extiterit multo etiam debeo pluris facere,hanc enim sententiam intelligit cū dicit in quam unum extitisse mirabile est, intelligit enim seniorem Cato.hic ad quem scribit fuit is, qui Vticensis post mortem dictus est. Currum.triumphalem. Aut lau.uel de triumpho intelligit etiam perl auream.uel ponit pro uocatiōe ut diximus lib. Laus
secun.epistola quæ incipit.Tu uide laudationē , quā de me fecisti,ita enim distinguntur laus & laudatio, Laudatio
Laus de seipso est,laudatio de alio,ut si dicam laudes Ci.ubique celebrantur, & laudationes Cic de Pom. elegantissimę sunt,ponitur autem nunquam laus ꝑ laudatione. Quem.q.d.nullum. Conferrem.compararem. Ad meum sensum.i.ad sententiam meā.

deferatur

sincerum.purum sine perturbatione animi. Ad illud.intelligit Cice.suum iudicium Catonis.i.cum & sincere & subtiliter iudico nihil & c. Non enim dicã cupiditatis.nam uoluntas à ratione proficiscitur, cupiditas uero ab appetitu. Quæ.uoluntas. Non ut nimis.i.ut honos,& triumphus non nimis debeat cõ cupisci, sed tamen si deferatur, non sit respuendus, hoc enim rationis est. Illum ordinem senatorium. Honore usitato.triumpho, qui solet dari aliis, qui etiam plerumque minora fecerunt quàm ego.Quod

Tantum si ita erit.ut senatus me dignum iudicet. Tantum. solummodo. Id quod ma.s.triumphus. Scribendo. cum scriberetur. Hæc ta. Cuius de ho. agi.ad quẽ pertinet honor. Quam ti.quia intelligebat initia bellorum ciuilium.

ASCEN. Actus sum.Gratum dicit sibi ꝙ à Ca. laudetur,in nuit tamen triumphum sperare dicẽs.

L. Hector sup.ut opinor inquit apud Nęuium in tragœdia, ò pater.s.priame ego sum.i.gaudeo me laudari abs te uiro laudato. Ea enim laus est profecto iucunda quæ proficiscitur ab iis qui ipsi uixerũt in laude.Nihil est quod ego non putem me assecutum sup. esse.i.obtinuisse uel gratulatione literarum tuarũ,uel testimoniis sententiæ tuæ.Et est mihi tum amplissimum,tum gratissimum,te dedisse liben ter amicitiæ, Quod dares liquido.i.manifesto iudicio ueritati,hoc est tantum amicitiæ causa me laudasse,q̃tum faceres si ita essem laudandus.Et si non modo unus, uerum multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua unum extitisse.i.emersisse,est mirabile,quem currum.s.triumphalem,aut quam lauream conferrem ego cum laudatione tua.q.d. nullum & nullam. Nam ad sensum meum & ad illud syncerum ac subtile iudicium .s.Quod creditur in me esse laudabilius quàm ea oratio tua quæ est perscripta ad me à necessariis meis. Sed exposui tibi literis superioribus causam uoluntatis meæ,non enim dicam cupiditatis.Quæ causa etiam si uisa sit tibi parum iusta, habet tamen hanc rationem,ut honos uideatur non concupiscendus nimis,sed tamen si deferatur.i.præsentetur à senatu,uideatur nõ aspernandus esse. Spero autẽ illum ordinem.s.senatorium pro laboribus meis susceptis ob remp.non existimaturum me indignum honore præsertim usitato, quod si erit ita,ego peto tantum à te,quod scribis amicissime, ut cum tribueris mihi iudicio tuo id quod arbitraris esse amplissimum,hoc est à uirtute & prudentia laudari gaudeas, si id maluero.s.si triumphus acciderit, ego enim uideo.i.intelligo te fecisse & scripsisse & utuerius dicã,sensisse sic.Et res ipsa declarat,illũ honorẽ suppli cationis nostræ fuisse iucundum tibi,ꝙ.i.eo ꝙ affuisti scribendo.i.dum scriberetur.Ego enim non ignoro hæc senatusconsulta solere scribi ab amicissimis eius de cuius honore agitur. Ego ut spero uidebo te propediem.i.statim, atque utinam repub.sup.existente meliore.i.pacatiore quàm timeo, quia bellum ciuile inter Cæsarem & Pompeium audierat excitari.

deferatur à Senatu,minime aspernandus esse videatur. Spero autem illum ordinẽ pro meis ob rempu.susceptis laboribus, me non indignum honore usitato præsertim,existimaturam. Quod si ita erit,tantum ex te peto, quod amicissimè scribis, vt cum tuo iudicio quod amplissimum esse arbitraris,mihi tribueris:si id quod maluero,acciderit,gaudeas. Sic enim fecisse te, & sensisse & scripsisse video,resque ipsa declarat,tibi illum honorem nostrũ supplicationis iucũdum fuisse, quòd scribendo affuisti.Hæc enim S.C.non ignoro ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere.Ego,vt spero,te propediem videbo,atque vtinam repub.meliore quàm timeo. Vale.

HVBER. TE & pietatis.Gratulatur Cic.M.Marcel.quod eius frater cõsul factus esset propterea quod ipse M.Marcel.se bene gessisset in consulatu, exponit deinde suam inter se beneuolentiam, & eiꝰ causas,postea uero rogat eum, ut det operam, quod sibi succedatur prouincia,postremo excusat se quare nihil ad eum scripserit,de iis quæ de Parthis nunciabantur. Pietatis in tuos.quia uisus es & indicatus pius cum tua causa factum est ut frater tuus consul fieret. Fructum.uoluptatem,remunerationem.

Fructus Præsentes.qui sunt Romæ. A teipso.quia sententia tua potissimum decretum est,ut in Ciliciam mitterer. In ultimas. ex affectu dixit non quod Cilicia sit in ultimis terræ. In omni genere.in qualibet re. Iudicio de te.cum iudicauit dignissimum, amplissimo honore. Vel me tui, id est uel me imitatorem tui. Lege annua. in prouinciis enim per legem non licebat proconsulem esse ultra annum, ut supra alio loco ostendit his uerbis ad curationem, & senatusconsultum & leges defendẽdas,eaque mihi cõditio maneat qua profectus sum. Finisti. determinasti. Ad te.qui es consul & persona pu. Ad cõ. qui enim ad consulem scribit uidetur scribere publice adomnes,quia consul est persona publica.

TE & pietatis.Gratulatur M.Marcello ob consulatum fratris & petit sibi succedi, Purgatq; ꝙ non scripserit,hoc ordine. Ego gaudeo uehementer te cœpisse fructum. Et id est simul, pie

M.T.C.Proconſ.M.Marcello Conſul. S.P.D.

gratulabãr & petitorã. 7

TE & pietatis in tuos, & animi in rempub. & clarissimi atq; optimi Consulatus C. Marcello Consule facto fructũ cepisse vehementer gaudeo.Non dubito quin præsentes sentiãt: nos quidem longinqui, & à te ipso missi in vltimas genteis,ad cœlum mehercule tollimus verissimis ac iustissimis laudibꝰ. Nam cum te à pueritia tua vnice dilexerim,tuq; me in omni genere semper amplissimum esse & volueris,& iudicaris:tũ hoc vel tuo facto,vel P. R. de te iudicio multo acrius,vehementiusque diligo:maximaque lætitia afficior,cum ab hominibus prudentissimis,vitisque optimis, omnibus dictis,factis, studiis, institutis, vel me tui similem esse audio,vel temei.Vnũ vero si addis ad præclarissimas res Consulatus tui,vt aut mihi succedat quamprimum aliquis,aut nequid accedat temporis ad id quod tu mihi & S. C.& lege finisti,omnia me per te consecutum putabo. Cura vt valeas:& me absentem diligas atque defendas. Quæ mihi de Parthis nuntiata sunt, quia non putabam à me etiam nunc scribenda esse publice, propterea ne pro familiaritate quidem nostra volui ad te scribere:ne, cum ad Consulem scripsissem,publice viderer scripsisse. Vale.

M.T.C Proconſ. C.Marcello Conſul. deſigna. S. P. D.

gratulatorias & petitorias. 8

MAxima sum lætitia affectus,cũ audiui Cõsulem te factum esse: eumque honorem tibi Deos fortunare volo, atque à te pro tua parentisque tui dignitate administrari. Nam cum semper te amaui dilexique, tum mei amantissimum cognoui in omni varietate rerum mearũ, tum patris tui pluribus beneficiis vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis:& sum totꝰ vester,& esse debeo: cum præsertim matris tuæ grauissimæ atque optimæ fœminæ, maiora erga salutẽ, dignitatemque meam studia, quàm erant à muliere postulanda,perspexerim. Quapropter à te peto in maiorem modum vt mè absentem diligas atque defendas. Vale.

gratulatoria.

M.T.C. Procon.M.Marcello. S.P.D. 9

MArcellum tuum Consulem factum,teque ea lætitia affectum esse quam maxime optasti, mirandum in modũ gaudeo: idq; cum ipsius causa, tum quòd te omnibus secundissimis rebus dignissimum iudico,cuius erga me

tatis in.i.erga tuos & animi id est beneuolentiæ in rẽ pub. & consulatus.s.tui optimi atq; clarissimi & hoc Caio Marcello.s.fratre facto consule. Non dubito quin præsentes id est qui Romæ sunt, sentiant.s.aut factum tuum aut gaudium ex eo. Nos quidem longinqui & missi à te.i.tua sententia,in ultimas gentes, .i.imperii Romani,extollimus sup.te aut factũ istud, ad cælum mehercule uerissimis ac iustissimis laudibus. Nam cum dilexerim te unice à pueritia tua & tu & uolueris & iudicaris me esse amplissimũ sem per in omni genere.s.honorum,tum diligo te multo acrius & uehementius uel hoc facto tuo, Vel iudicio Populi Romani de te,& afficior maxima lætitia cum ego audio ab hominibus prudentissimis, & uiris optimis uel me esse similem tui uel te meis omnibus dictis,factis,studiis,institutis id est moribus.uero pro sed,si addis ad præclarissimas res consulatus tui unũ.s.ut aut aliquis succedat mihi quamprimũ, aut nequid temporis accedat id est addatur, ad id.s. tempus,quod tu finisti.i.constituisti mihi & senatus consulto.s.de nouo decreto & lege.s.antiqua aut annua sit prouincia, putabo me consecutum omnia p te. Cura ut ualeas & diligas me absentem atque defendas. Ego ne quidem pro familiaritate nostra uolui ad te scribere ea quæ nuntiata mihi de Parthis.s. qui Euphratem transierunt, quia non putabam ea scribenda esse à me etiam nunc.i.adhuc publice ne cum scripsissem ad consulem uiderer scripsisse publice.Erat ergo Marcus adhuc consul, sed Caius designatus.

HVBER. MAxima.Gratulatur Cice. Marcel.ꝙ esset consul designatus, optatque eum fœliciter gerere eum magistratum, petitq; ab eo ut administraret eum pro dignitate & sua & patris, narratque Cice.causam quare hoc optare debeat. Postremo ab eo petit, ut se absentem diligat & defendat,credo hanc epistolam debuisse inscribi. C.Marcel. non autem Marco, ut præcedens satis declarat. Volo.opto. Fortunare secundare fœlicem facere. Pro tua digni.ut meretur tua dignitas & patris. Tristibus.cum multi oppugnabant,& salutem meam & fortunas. Absentẽ ab urbe qui sum in prouincia.

Volo

Fortunare

ASCEN. MAxima & c.Gratulatur Caio Marcello ꝙ cõsul sit designatꝰ.Ordo est.Affectus sum maxima lætitia cum audiui te factum esse consulem,& uolo,id est opto,deos fortunare id est secũdare tibi eum honorem,atque administrari à te pro dignitate tua & parentis tui,nam cum scilicet ita sit, quod dilexi & amaui semper te,tum cognoui sup.te iam amantissimum mei in omni uarietate rerũ mearum,tũ id est insuper uel defensus compluribus beneficiis patris tui temporibus tristibus,id est aduersis,uel ornatus secundis id est prosperis,scilicet temporibus,& sum & debeo esse totus uester, id est tuus & patris præsertim cum perspexerim studia matris tuæ fœminæ grauissimæ, atque optimæ maiora erga salutem & dignitatem meam quam erant postulanda à muliere. Quapropter peto à te in modum maiorem ut diligas & defendas me absentem.Vale.

HVBER. MArcellum tuum.Etiam hac epistola gratulatur Cice. M.Marcello ꝙ eius frater.C.Marconsul factus esset utriusque causa,etiam ꝙ eius domum semper salutis & dignitatis suæ studiosam cognouit. Ea quàm ma.op.sicut etiam dixit in alia epistola te & pietatis in tuos & animi in rempu. & clarissimi atque optimi consulatus.C. Marcel.consule facto fructũ cœpisse uehemẽter gaudeo. Domũ. familiam.Eris gratulatus de isto honore uestro.

Marcellum

ASCEN. MArcellum.Gratulatus est M.Marcello fratri & Caio Marcello consuli,nunc autem gratulatur ut perspicio utriusque patri dicẽs. Ego gaudeo mirum in modum Marcellum tuum .s.filium esse factũ consulem,& te affectum esse ea lætitia quam optasti maxime,idque sup.facio,tum.i.pariter causa ipsius.s. C.marcelli, tum quòd iudico te dignissimum omnibus rebus secundissimis.i.prosperissimis te dico cuius perspexi beneuolentiam singularem erga me uel in labore.i.aduersitate, uel i honore meo.denique cognoui totam domum uestram studiosissimam & cupidissimam uel salutis.s.in labore uel dignitatis meæ.s.in honore. Quare tu feceris mihi gratum, si gratulatus eris uerbis meis Iuniæ uxori tuæ fœminæ grauissimæ atque optimæ scilicet de consulatu filii.Ego peto à te id quod consuesti.i. cõsuetus es, ut diligas atque defendas me absentem. Quia in superiori dixit se matri cõsulis debere, quã nunc coniugem dicit, certum est ꝙ patri non fratri gratulatur. Vale.

HVBER. QVum id.Rogat Cice.C. Marcellum consulem designatum, ut quando accidit magistratus,cum ei prodesse potest,curet ut senatusconsultum honorificentissimum de eo fiat,ut faueat,& in supplicatione decernenda,& in cæteris rebus ꝙ eum facere debere multis causis probat. Quando.quoniã. Marcellorum & Marcellinorum, erant hæ duæ inter se cognatæ familiæ nobilissimæ. Quando ergo.repetit,quoniã erat obscurum addere & post parenthesim. In quem.consulatum. Incideret. deueniret, id est in quo consulatu tuo ageretur, de rebus meis gestis & honore meo. Non aspernante.id est consentiente,Liptote,ut munera nec sperno. Faciendum.decernendum & scribendum de me honorando. Si esset minus tecum.i.minus amicitiæ haberem tecum q̃ cum omnibus tuis. Frater.M.Marcel. Concessisti cuiquam.fuisti inferior quoquam. Existimationem. authoritatem.

Incidere

ASCEN. QVum.Rogat ut sibi promisit in honore decernendo,cum quia consul sit posit,& quia necessarius debeat, dicens. Quando.id est quoniam id quod fuit optatum mihi maxime, accidit,id est euenit ut consulatus tuus posit satisfacere studio omnium Marcellorum,& etiam Marcellinorum,animus enim nominis ac generis uestri fuit semper mirificus,erga me,quando ergo ita accidit ut cõsulatus tuus posset satisfacere studio omnium uestrum,in quem.s.consulatum res meæ gestæ.s.in prouincia sup.inciderant,& laus & honor earum, incideret potissimum, peto à te id quod sit facilimum factu.i.ut fiat,senatu,ut confido non aspernante,ut literis meis recitatis.i.postquam erunt recitatæ, cures senatusconsultum.i.decretum de honore meo, faciẽdum.i.ut fiat quamhonorificentissimum.Si minus.s. necessitudinis & amicitię esset mihi tecum qui est cũ omnibus tuis.s.consanguineis. allegarem.i.intercessores mitterem ad te omnes à quib⁹ intelligis me diligi præcipue. Beneficia patris tui sunt amplisima in me. Ego arbitror neminem.i.nullum hominem esse qui ignoret quanti frater tuus.s.Marcus, me faciat.s.modo. Est enim præsentis subiunctiui,& fecerit semper.Denique tota domus.i.familia tua prosecuta est me semper omnibus summis officiis. Neq; uero tu concessisti.i.locum dedisti cuiquam tuorum.s.parentũ, in diligẽdo me, quare peto à te ut uelis me esse per te.i.tuo decreto,quàm amantissimũ.i. summis honoribus ut sunt supplicatio & triumphus,& putes existimationem.i.reputationem meam esse satis commendatam tibi & in supplicatione decernenda,& in cæteris rebus. Vale.

Quantæ

singularem beneuolentiam vel in labore meo,vel in honore perspexi:totam denique domum vestram vel salutis vel dignitatis meæ studiosissimam cupidissimamq; cognoui. Quare gratum mihi feceris si vxori tuæ Iuniæ grauissimæ atq; optimæ fœminæ meis verbis eris gratulatus. A te id quod consuesti peto,me absentem diligas atq; defendas. Vale.

M.T.C.Impera.C.Marcello Consu. Designa. S. P. D.

petitoria.

QVum id accidit quod mihi maxime fuit optatũ: vt oĩm Marcellorũ Marcellinorũ etiã(mirific⁹ enĩ generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus) quum ergo ita accidit,vt omnium vestrum studio tu⁹ Consulatus satisfacere posset, in quem meæ res gestæ,lausq;,& honos earum potissimum incideret:peto à te id quod facilimum factu est,non aspernante, vt cõfido, Senatu, vt quamhonorificentissimũ S. C.literis meis recitatis faciendum cures. Si mihi tecum minus esset quàm est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipue diligi. Patris tui beneficia in me sunt amplissima: neq; enim saluti meæ, neq; honori amicior quisquam dici potest. Frater tuus quãti me faciat,semperq; fecerit, esse hominem qui ignorat, arbitror neminem. Domus tua deniq; tota me semper omnibus summis officiis prosecuta est.Neque vero tu in me diligendo cuiquam concessisti tuorum.Quare à te peto in maiorem modum, vt me per te quamornatissimum velis esse: meamq; & in supplicatione decernenda,& in cæteris rebus existimationem satis tibi esse commendatam putes. Vale.

M.T.C. Proconsul.M.Marcello Consuli. S. P. D.

gratarum actiua.

QVantæ curæ tibi me⁹ honos fuerit, & quàm idẽ extiteris Consul ĩme ornando & amplificando, qui fueras semper cum parentibus tuis, & cum tota domo, etsi res ipsa loquebatur, cognoui tamen ex meorum omniũ literis.Itaq; nihil est tantum quod ego nõ tua causa debeam,facturusq; sim cum studiose ac libenter. Nam magni interest cui debeas: debere autem nemini malui, quàm tibi,cui me cum studia communia, beneficia paterna,tuaq; iam ante coniunxerant: tũ accedit mea quidem sententia maximũ vinculum, quòd ita remp.geris, atq; gessisti,qua mihi charius nihil est, vt quantũ tibi omnes boni debeant,quo minus tantũdem ego vnus debeã,non recusem.Quãobrem tibi velim hi sint exitus quos mereris,& quos fore confido. Ego, si me nauigatio nõ morabitur,quæ incurrebat in ipsos Etesias,propediẽ te, vt spero,videbo. Vale.

commendatoria.

M.T.Imp.L. Paulo Con.Designa. S. P. D.

ET si mihi nunquã fuit dubium quin te populus Ro. pro tuis summis in r emp. meritis, & pro amplissima familiæ dignitate,summo studio, cunctis suffragiis Consulem facturus esset:tamen incredibili lætitia sũ affectus cũ id mihi nuntiatum est:eumq; honorem tibi deos fortunare volo, à teq; ex tua, maiorũq; tuorũ dignitate administrari. Atq; vtinam præsens illũ diẽ mihi optatissimũ videre potuissem, proq; tuis amplissimis erga me studiis atque beneficiis tibi operã meam studiumque nauare. Quã mihi facultatẽ quum hic necopinatus& improuisus prouinciæ cas⁹ eripuit: tamen vt te consulem remp. pro tua dignitate gerentẽ videre possim: magno-

QVantæ.C.Mar.superiore epistola à Ci.rogatus ut ei faueret in dignitate sua id fecerat diligentissime.Itaque Ci fatetur se ei obligatum,& propter hanc causam & propter alias quas enumerat.Postremo dicit se propediem uẽturum, nisi à uentis impedita fuerit nauigatio sua. Idem.talis. HVBER.

Res.effectus,quia te fauente decretæ erant mihi supplicationes. Tantum.tam magnum & difficile. Itatanto consilio & diligentia. Ii.tales. Ethesias.uentos, de quibus diximus lib.2.in epistola quæ incipit. Non potuit accuratius.in fine. Res

Ethesias

QVantæ & c.Fatetur gratũ esse officium Marcelli & se illi deinctum, ac demum dicit se propediem uenturum nisi à uentis impedita fuerit nauigatio sua. Ordo est. Et si.i.quamquam res ipsa loquebatur.i.satis declarabat,tamen cognoui ex literis omnium meorum, quantæ curæ honos meus fuerit tibi, & q̃.i.quantum extiteris.i.fueris aut apparueris idem.i.eiusdem animi in me ornando & amplificando consul.i.cum esses consul qui.i.qualis fueras semper cũ parentibus tuis. Itaque nihil est tantum.i.tam magnum,quod ego non debeam causa.i.in re tua,& quod ego non sum facturus studiose .i.diligenter ac libenter.Nam interest.i.refert magni .i.multum,cui debeas,autem.i.sed, ego nemini malui debere quàm tibi.cum.s.ita sit,ꝙ studia communia,& beneficia paterna & tua coniunxerant me iam ante.i.prius,tum.i.euidentius,quidem.i.certe sententia mea.i.quãtum sentio, maximum uinculum accessit.i.additum est necessitudini amoris, ꝙ geris atque gessisti rempu. qua nihil est charius mihi ita ut non recusem quo minus.i.ut non ego debeam tibi tantũ quantum omnes boni. Quamobrem uelim sup. ut hi.i.tales sint tibi exitus.s.consulatus tui,quos.i.quales mereris & confido fore.i.futuros. Ego, ut spero, uidebo te propediem si nauigatio non morabitur.i. tenebit in mora me, quæ scilicet nauigatio incurrebat in ipsos Ethesias, scilicet uentos qui à Strabone subsolani,id est Euri dicuntur. Vale. ASCEN.

ET si mihi.Ostendit Cic.se summa lætitia affectum esse ꝙ Paulum consulem factum intellexit & optat hunc honorem ei fœlicem fore. Optat autem se interfuisse, ut potuisset ei præstare operam suam. Postremo eũ rogat, ut det operam ne quid temporis ei prorogetur, Amplissima. familiæ dignitate.nam Paulorum familia à multis præclaris uiris nobilissima fuit à Paulo illo Aemilio originẽ ducens,quem Pythagoræ discipulum fuisse arbitrantur.Ex ea familia fuit ille Paul⁹,qui ad Cãnas gloriosissime occubuit, ne tantæ reipu.calamitati superesset,& ille qui persen Macedoniæ regem uicit. Cunctis suffragiis.i.omnium approbationi bus. Nauare.diligenter præstare. Hic.c.quia propter imminẽtiam belli compulsus sum uenire in prouincia. Ne quid mihi fiat iniu.iniuriam sibi factam existimat, si ultra statutum tempus cogatur esse in prouicia. Munus.officium proconsulatum. HVBER.

Paulorũ familia

Nauare

Munus

TSi & c.Gratulatur Paulo de consulatu.dicit se uelle interfuisse honoribus illius, rogans ne quid tẽporis sibi prorogetur. Ordo est. Et si nũquam fuit dubium quin Po.Rom.facturus esset summo studio & cunctis suffragiis te consulem pro summis meritis tuis in remp. Et pro amplissima dignitate familiæ tuæ,tamẽ ego affectus sum incredibili lætitia cum id nũtiatum est mihi, & uolo.i. opto deos fortunare.i.secundare tibi eum honorem .i.honorificum magistratum, & administrari à te ex dignitate tua.i.secundum dignitatem tuam & maiorum tuorum. Atque utinam ego præsens potuis ASCEN.

sem

sem uidere illum diem.s.comitiorum, optatissimũ, atque nauare.i.copiose impendere tibi operam meã & studium.s.meum ꝙ amplissimis studiis tuis erga me. Quam facultatem,quando.i.quoniam,hic casus .i.fortuitus aditus prouinciæ nec opinatus & improuisus eripuit mihi, tamen peto magnopere à te ut des operam,& efficias ne quid iniuriæ fiat mihi, neue quid.i.aliquid temporis,accedat.i.addatur ad munus.i.onus meum annuum.i.legitime duntaxat per annum gerendum, ut possim uidere te consulem gerentem remp.pro dignitate tua,quod si feceris magnus cumulus.i.magnum incrementum, accedet.i. addetur ad pristina studia tua erga me. Vale.

HVBER. MAxime.Dolet Cicero ꝙ non fuerit Ro: quo tempore Paulus petiuit consulatũ, ut potuisset eum iuuare quemadmodũ ab eo adiutus est aliàs,& in salute, & in dignitate:postea uero cõmendat ei honorem suum,ut curet senatusconsultum honorificẽtissimum de rebus suis gestis decerni, sicut etiam supra scripsit ad Marcellum.Postremo ne quid temporis sibi prorogetur,sicut & in superiori epistola. Ratiomihi semper,uia,quia scio te summa moderatione,& uirtute fretum petiuisse. Minus negotii.minus laboris.Sed moleste fero.sensus est,Doleo quod cum essem consul tu adolescens præstiteris mihi studium tuũ,& nunc ego iam grauioris ætatis non potuerim tibi præstare meum. Nescio quo fato, nescio quo infortunio, uel fatorum quadam dispositione.

Suppetat Suppetat.sufficiat,sit. Præter uoluntatem.excepta uoluntate quę semper est promptissima. Consuetudinis perpetuæ,scilicet me semper ornandi. Alii. q̃ tu. Dignas gratulatione.supplicatione,in qua gratulemus diis.Valerius Maxi.lib.1.cap.1.Prisco etiã instituto opera datur cum aliquid commendandum precatione, cum exposcendum uero consoluendum gratulatione. Ad collegam.Mar.intelligit, ad quẽ supra scripsit. Procurationem.tutelam, defensionem.

ASCEN. MAxime & c.Iterum sibi debere dicit ꝙ non fuerit Romæ cum Paulus consulatum peteret,ut ei auxilio fuisse potuisset.Deinde cõmendat ei honorem suum in senatusconsulto habẽdo,& demum rogat ne prouincia sibi prorogetur. Ordo est. O Paule. Optatum fuit maxime mihi.i.à me,esse tecũ Romæ ob multas causas, sed præcipue, ut posses perspicere studium meum debitum tibi in petendo & gerendo consulatu.i.dum peteres & gereres consulatum. At ratio.i.ratificatio quidem petitionis tuæ fuit semper explorata mihi, sed tamen uolebam.i.optabam nauare operam.i.tibi impendere magnum auxilium. Vero.i.sed cupio equidem te habere minus negocii.i.difficultatis in consulatu.s.gerendo,sed fero moleste me cõsulem.i.cum essem consul,perspexisse studium tuum.i.diligentem fauorem in me adulescentis.i.cũ esses adhuc adolescens, & te non posse perspicere studiũ meum.s.in te cum sim

Id ætatis id ætatis.i.ea ætate,hoc est tam senex. Figurate dicitur id ætatis,sicut id genus pro ẽius generis. Sed arbitror contigisse nescio quo fato.i.deorum ordinatione,ita ut facultas detur tibi semper ad ornandum me,& nihil superat.i.facultatis sit ad remunerandũ præter uoluntatem. Tu ornasti consulatum meum, ornasti reditum meum, quia meum tempus rerum gerendarum.i.quo res gessi.s.præclaras in Cilicia incidit in ipsum consulatum tuum. Itaque cum summa amplitudo & dignitas tua, & magnus honos meꝰ & magna existimatio.i.reputatio de me,uideatur pere à te petovt operam des,efficias neqd mihi fiat iniuriæ,neve quid temporis ad meum annuum munus accedat. Quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.

M. T. C. Impẽra. L. Paulo Consul. S. P. D.

exultatoria & petitoria.

MAxime mihi fuit optatũ Romæ esse tecũ multas ob causas, sed præcipue vt & ĩ petendo,& ĩ gerendo Consulatu meum tibi debitum studiũ perspicere posses. Ac petitionis quidem tuæ ratio mihi semp fuit explorata:sed tamẽ nauare operam volebam. In Cõsulatu vero cupio equidem te minus habere negotii, sed moleste fero me Consulem studium tuum adolescentis perspexisse: te meum, cum id ætatis sim, perspicere non posse. Sed id fato nescio quo contigisse arbitror,vt tibi ad me ornandum semper detur facultas: nihil mihi ad remuneranuum suppetat, præter voluntatem. Ornasti Consulatum, ornasti reditum meum. Incidit meum tempus rerum gerendarum in ipsum Consulatum tuũ. Itaque cũ & tua summa amplitudo,& dignitas,& meus magnus honos, magnaq; existimatio postulare videatur vt à te plurimis verbis contendam ac petam,vt quã honorificentissimũ. S. C.de meis rebus gestis faciendũ cures:nõ audeo vehementer à te contẽdere, ne aut ipse tuæ perpetuæ cõsuetudinis erga me oblitus esse videar, aut te oblitum putem. Quare vt te velle arbitror,ita faciam:atq; ab eo quem omnes gẽtes sciunt de me optime meritum,breuiter petam.Si alii Consules essent, ad te potissimum Paule mitterem, vt eos mihi quamamicissimos redderes: nunc cum tua summa potestas, summaq; autoritas,notaq; oibus nostra necessitudo sit,vehemẽter te rogo,vt & quãhonorificentissime cures decernẽdũ de meisrebus gestis, & quamcelerrime. dignas res esse

esse honore & gratulatione cognoscas ex iis literis quas ad te,& Collegam,& senatum publice misi, omniumque mearum reliquarum rerum,maximeq; existimationis meæ procurationem susceptam velim habeàs. In primisque tibi curæ sit, quod abs te superioribus quoque literis petiui, ne mihi tempus prorogetur. Cupio te Consulem videre, omniaque spero, cum absens, tum etiam præsens, te Consule assequi. Vale.

stulare ut contendam ac peterem à te plurimis uerbis,aut cures senatusconsultum.i.decretum senatus super ea re consulti,faciendum.i.ut fiat,quamhonorificentissimum de rebus gestis meis,non audeo contendere.i.exigere uehementer à te, ne aut ipse.i.ego met uidear oblitus esse, aut putem te oblitum esse, perpetuæ cõsuetudinis tuæ erga me. Quare ego faciam ita,ut arbitror te uelle, atque petam breuiter ab eo,hoc est à te,quem omnes gentes sciunt meritum optime de me. Ideo ergo breuiter,quia quem semper munificũ in nos perspeximus, non opus est multis uerbis urgere,ingeniose ergo, ut semper petit. Si alii essent consules ô Paule ego mitterẽ .s.nuntios & literas potissimũ ad te,ut redderes eos quàm amicissimos mihi, nunc cum summa potestas & summa authoritas tua,& necessitudo nostra nota sit omnibus,rogo te uehementer ut cures decernenda quàm honorificentissime de rebus meis gestis & quàm celerrime.i.ualde cito tu cognosces res esse dignas & honore & gratulatione ex his literis quas misi publice ad te & collegam.s.consulem.s.C. Marcel. & ad senatum, & uelim sup.ut habeas susceptam.i.suscipias procurationem omnium reliquarum rerum mearum. & maxime.i.præcipue existimationis meæ.i.famæ meæ,ubi meę uidetur passiue poni, inest tamen uis possidendi quę dã,& sup.ut curæ sit tibi in primis quod petiui,qnoque.i.etiam literis superioribus abs te ne tempus prorogetur in extendatur mihi i.administratione prouinciæ meæ.Cupio uidere te cõsulem & assequi omnia te cõsule tum absens.s.supplicationem, tum præsens.s.triumphum. Vale.

M. Cicero Impera. S. D.
C. Cassio Proquæst.

Varro.

MArcum Fabium,quòd mihi amicum tua commẽdatione das, nullum in eo facio quæstum: multi enim anni sunt cũ ille in ære meo est, & à me diligitur propter summam suam humanitatẽ,& obseruantiam. Sed tamen quòd ab eo egregie diligi sensi, multo amicior ei sum factus. Itaque quanquam profecerunt literæ tuæ, tamen aliquanto plus commendationis apud me habuit animus ipsius erga te mihi perspect9 & cognit9. Sed de Fabio faciem9 studiose quæ rogas:tu multis de causis vellem me conuenire potuisses.primũ vt te, quem iamdiu facio plurimi,tanto interuallo videre:deinde vt tibi, quod feci per literas, possem præsens gratulari: tum vt quibus de reb9 vellemus,tu tuis, ego meis inter nos communicaremus:postremo,vt amicitia nostra quæ summis officiis abvtroq; culta est,sed longis interuallis temporũ interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius. Id quum non accidit, vtemur bono literarum, & eadem ferè absentes, quæ si coram essemus,consequemur. Vnus scilicet ille fructus qui

HVBER. TAbium. Ante tempora bellorum ciuiliũ scripta est hæc epistola cum Cic.Ciliciæ præesset. primum autem pollicetur se omnia studiose facturũ pro M. Fabio, quem Cassius ei commẽdauerat: lui autem in eum officii multas causas commemorat: postea uero enumerat aliquot causas, quibus dicit se optasse potuisse uidere ipsum Cassium antequam ex prouincia discederet.exponit autem quid sentiat de eius aduentu ad urbem.Postremo ab eo petit ut omnem operam & diligentiam adhibeat ne quid tẽporis ad eam prouinciam sibi prorogetur & commorãt Cic. quasdam causas amicitiæ & beneuolentiæ inter se & Cassium quod, quia. Nullum in eo faque hunc locum scio à multis nõ intelligi qui ita exponunt,nullum lucrum facio,quia non exigo ab eo pecuniam,quam mihi debet,sed hæc uerba longe aliter sonant:est ergo sensus huius clausulæ hic ꝙ cõmendatione tua tradis mihi amicum M. Fabium nihil lucror de eo mihi. Tua cõ.dato amico,quia iam multis annis erat meus.tunc enim lucramur quando aliquis qui non soleret esse amicus datur nobis amicus sicut cum datur nobis aliquid quod non esset nostrum,cum enim datur nobis quod erat nostrum nihil in eo lucri fecimus. In ære meo est trãslatio sumpta à nummis.i.iam multis annis est meus & à te,ut ita dicam possidetur. Profecerunt. ualuerunt multum,ut esset mihi commendatus. Animus ipsius erga te,i.plus tamen habui commendatum ea causa ꝙ cognoui eum esse amantissimo in te animo.

Tanto interuallo.tanto spacio temporis.nam iam diu te non uidi. Deinde.secunda causa. Gratulari.de uictoria tua & rebus bene gestis in prouincia: nam supra lib.2.sic scripsit Cic.ad M.Cæl.Cal.noster quod mihi magnæ uoluptati fuit fœliciter ab Antiochia hostem reiecerat. Communicaremus,communiter & simul colloqueremur. Postremo.ultimo. Interruptam.intermissam.Virgil. Pendent opera interrupta, minæque murorum Ingentes. Id.ut potueris mecum uenire. Bono.commodo.Consequemur.comparabimus.s.per literas. Scilicet.certe affirmatiua enim particula est.Fructus.uoluptas. Alter. fructus. Exilior.tenuior,minor. Quas gessisti.reiectis Parthis ab Antiochia:nam qui dicunt intelligi

Scilicet Fructus

res

res gestas à Cas.in Syria contra Dolabel.non aduertunt historiam peruerti cum Cice.præfuerit prouinciæ ante mortem Cæsa.& quæ Cas.egit contra Dola. in Syria fuerint Cæ.iam occiso,ut usum est lib.xii.

Gratia.beneuolentia. Conficiamus idem literis, communicemus per literas de rebus nostris.Quæ reliqui.s.Romæ.i.quę agebantur Ro.cum ego discessi.

Clarus

Tranquilla de te erant,quieta, ϕ non multum de te loquebantur homines. Recenti.noua. Clarum. illustrem,omnibus notum.quando enim aliquis uir in patriam aduenit magnis rebus gestis omnes de eo loquuntur. Si quæ sunt onera tibi.si tui quos tecũ habes aliquid agerẽt quod tibi sit defendendum.Sustinere.defendere. Maiora. quàm tu sustinere possis. Alienissimum incommodissimum. Cadat.incidat. Tuum.qui scis quam tibi tuorum onera sint.

Populare

Populare.fauorabile. Non potes.sustinere. Facilius.si esses Romæ & audires: intelligimus autem aliquid minus bene factum fuisse ab iis qui erãt cum Cassio,quod ei minus bonam famam,apud homines faceret.

Neruos

Neruos.uires:tractum est ab Eunucho Terent.Vbi tu neruos intendas tuos,ex hoc autem loco Ci.possumus intelligere apud Terent.ϕ non est obscœne intelligendum ut quidam male sentiunt.

Annuam.administrationem unius anni. Contẽdo.efflagito. Fortunas meas. omnia mea. Paulũ. consulem,quem supra uidimus etiam à Ci.de hac re rogatum. Curio. ad quem libr.2.de hac re scripsit epistola quæ incipit,Sera gratulatio. De qua.confirmatione nostræ amicitiæ. Appetisti.sponte optasti amicum. Duxi,existimaui. Ornamento.honori. Præsidio.adiumento. Tristissimis temporibꝰ. exilii mei cũ ut restituerer in patriam mihi fauisti.

Tuo.tibi sanguine coniuncto. Vestro.tuo & Bruti. Continuo.statim ut meas acceperis. Quàm sæpissimæ mittas literas.

ASCEN. MArcum &c.Scripta est hæc epistola ante bella ciuilia cum Cicero Ciliciæ præesset. Pollicetur itaque primum se omnia studiosissime facturum pro M.Fabio sibi à Cas.commendato. Exponit etiam quid sentiat de reditu suo in urbem. Postremo ab eo petit ut diligẽtissime curet ne quid temporis sibi prorogetur.Ordo est.Ego nullum quæstum.i.lucrum facio in eo ϕ das.i.efficis tua commẽdatione Marcum Fabium amicũ mihi. Multi enim anni sunt cum id est post quos ille est in ære meo,id est meus, & diligitur à me propter summam humanitatem & obseruantiam eius scilicet in me. Sed tũ factus sum multo amicior ei, ϕ.i.quia, diligeris egregie ab eo. Itaque quamquàm literæ tuæ profecerũt. tamen animus ipsius erga te perspectus & cognitus, habuit plus aliquanto commendationis apud me.

Sed nos faciemus studiose ea quæ rogas de Fabio, uellẽ de multis causis.i.ob multas causas sup.ut tu potuisses conuenire.i.adire me. Primum ut uiderem tanto interuallo, id est post tantum interuallum te, quem facio plurimi iamdiu.Deinde ut quod feci per literas possem.s.facere præsens.hoc est gratulari tibi, tũ.i.tertio loco,ut cõmunicaremus inter nos de quibus rebus uellemus,tu sup.cõmunicares de tuis,& ego sup.communicarem de meis.Postremo ut amicitia nr̃a quæ culta est ab utroq;.s.nostrũ.summis officiis, sed habuit consuetudinem interruptam longis interuallis temporis,confirmaretur uehementius.

Qũ.i.quoniã id.s.nos cõuenisse non accidit, utemur bono.i.utilitate literarũ, & cõsequemur.i.obtinebimus fere eadem absentes,quæ scilicet consecuti essemus si essemus coram,id est præsentes. Scilicet cur fere dixerim. quia ille unus fructus, id est ea una uoluptas quæ est in te uidendo,non potest percipi literis,alter,scilicet fructus est gratulationis, & is quidem exilior, id est minor est,quàm si gratularer tibi intuens teipsum. Sed tamen & feci antea,& facio nunc, ϕ pro,id est gratulor tibi,cum,scilicet ita sit ϕ pro magnitudine rerum quas gessisti,scilicet reiiciẽdo Parthos Antiochia,tum pro oportunitate temporis,quòd summa laus & summa gratia prouinciæ,prosecutã est te decedentem de prouincia. Tertium est ut idem conficiam,ideſt transigam literis,id quod communicassemus coram inter nos de rebus nostris. Ego censeo properandum esse tibi Romam causa certarum,melius quàm cæterarũ rerum.Nam & ea quæ reliqui,scilicet exiens in Ciliciam, erunt tranquilla, id est quieta de te, id est nihil male dicebatur, & intelligo aduentum tuum fore tam clarum,hac uictoria tua recenti. Sed si qua sunt onera tuorum, aut necessariorum,aut militum si sup.ea tanta, scilicet duntaxat, ut possis sustinere, id est portare contra impetum populi ea, prope, id est quasi nihil lautius, id est splendidius aut gloriosius erit tibi, scilicet quàm ea sustinere. Sin,id est si sup.sunt maiora, quàm ut sustinere possis, considera ne aduentus tuus cadat in tempus alienissimum,id est quo propter tuorũ culpam Po. Ro. sit maxime infensus.Consilium huius rei & totum tuum. Tu enim scis quid possis sustinere,si potes sup.sustinere,est laudabile atque populare,id est plausibile populo.Sin plane non potes,scilicet sustinere præsens,tu sustinebis facilius absens sermones hominum. Autem,ideſt sed, ego ago de me, tecum his literis idem quod egi superioribus, ut contendas, scilicet reuersus, omnes neruos tuos,id est uires in eo,ne quid temporis prorogetur,id est addatur mihi ad hanc prouinciam,quam & senatus & populus uolunt esse annuam,id est durare annum. Ego contendo,id est exigo à te hoc,scilicet non prorogari imperium,ut putem fortunas meas,id est omnes facultates positas sup.esse in eo.Tu habes,scilicet. Formię Paulum,scilicet consulem nostrum,id est communem amicum cupidissimũ nostri. Curio est sup. tibi Furnius est tibi.i.habes eos. Ego uelim enitare in eo sic quasi omnia sint in eo. Extremum de iis quę proposueram est illud uidelicet confirmatio amicitiæ nostræ de qua nihil opus est pluribus uerbis. Tu puer, id est cum esses adhuc puer appetisti me, id est consuetudinem meam. Ego autem duxi, id est iudicaui, semper te fore mihi ornamento,tu fuisti etiam,id est insuper præsidio,id est protectioni & custodiæ, temporibus meis tristissimis, scilicet quando exulaui. Familiaritas mihi maxima, cum Bruto tuo, scilicet propinquo, accessit, id est addita est,post discessum suum, scilicet in prouinciam. Itaque ego puto plurimum & suauitatis & dignitatis constitutum mihi ingenio uestro,scilicet tuo & Bruti, & in industria sup. uestra. Rogo uehementer ut tu confirmes id est stabilias id,id est eam spem meam, studio,id est fauorabili annixu tuo,& ut mittas literas ad me,&,id est pariter continuo,scilicet his lectis,& quàm sæpissime cum ueneris Romam. Vale.

mus

exulabat.

M.T.C. C.Cassio. S.P.D.

SI uterq; nostrum spe pacis, & odio ciuilis sanguinis abesse à belli ptinacia uoluit,tamẽ quum eius cõsilii princeps ego fuisse videor,plꝰ fortasse tibi præstare ipse debeo, quàm te expectare. Etsi, ut sæpe soleo mecum recordari, sermo familiaris meus tecum, & item mecum tuus adduxit ut trunq; nostrum ad id consilium,ut uno prælio putaremus,si non totam causam,at certe nostrum iudicium definiri connenire: neque quisquam hanc nostram sententiam vere unquam reprehendit,præter eos qui arbitrantur, melius esse deleri omnino remp. q̃ imminutam & debilitatam manere. Ego autem ex interitu eius nullã spem scilicet mihi proponebam: ex reliquiis magnam. Sed ea sunt cõsecuta,ut magis mirũ sit accidere illa potuisse,quàm nosnõ uidisse ea futura,nec hoies cum essemus,diuinare põtuisse. Equidẽ fateor meam coniecturã hãc fuisse ut illo quasi quodam fatali prælio facto,& cõuictores cõmuni saluti cõsuluisse lẽt,& victi suæ:utrunq; aũt ꝓpositũ esse arT si uterque. Exponit Cice. hac epistola, quæ sententia fuerit sua de exitu bellorum ciuilium inter Cæsa. & Pomp.& quid alii arbitrarentur. Deinde se non potuisse ad Cæsa. uenire quemadmodum festinauerat. Itaque petit à Cassio,ut ad se scribat quid sentiat,quid expectandum, quid agendum putet. Abesse. discedere. Pertinacia. perseuerãtia. Belli,ciuilis. Quando.quoniam. Princeps,primus author & suasor, quia ut supra alio loco usum est,quidam appellabant Cice.tubam ciuilis belli. Præstare, in consulando & hortando. Mecum.intra me,in animo meo. Definiri determinari, utrum rectum fuerit an nõ. Vno prelio, uno conflictu quo posset cognosci utrum recte iudicassemus an non. Imminutam. priuatam aliqua parte tuę dignitatis. Ego autem. ostendit suam sententiam contrariam esse superiori quia melius sit rempub. esse iminutam quàm omnino deletam,quia si aliquid remaneret esset aliqua spes si omnino interiisset, nulla omnino spes esset. Exre. id est ex aliqua particula quæ remaneret de rep. Diuinare,prædicare futura. Cum es.ho. quibus futura omnino sunt abscõdita. Fateor. quod quasi fata instituissent. Cõmuni saluti.parcendo uictis, & seruando omnes. Suæsa. scilicet uellent consulere dissidentes à pertinacia belli. Vtrunque, quod uictores cõsulerent saluti communi,&uicti suæ. In celeritate uictoris,si uictor celeriter feciſſet. Quæ, celeritas. Africa, id est ii qui in Africam se receperũt: intelligit Ca. qui ad Iubam se receperat. Asia & A. ubi uictis pepercit. Ipsa le.ac depreca.id est ipso uictore legato ac deprecante ut clementiam eius experiri uellemus.Interpositis an.Interpositio enim temporis facit ut mutentur opiniones. Fortuna,quæ uidet aduersari oibus cœptis nostris & conatibus.Nescio,quasi per contemptũ dixit. Pharnacẽ, filiũ Mithridatis, hoc est nomẽ in ax & penultimã corripit, cũ reliqua producant, Eam partẽ.Cæsarianã. Currentẽ ut aiunt. prouerbialiter dixit,& translatũ ab equo.i.optime dispositum. Absum,quia nõ uenio in Italiã. Author.Cę.qui

Definiri

Imminuo

Diuinare

Pharnax

poteſt eis querelis mederi. Magni erunt literæ tuæ,id eſt magnificiam literas tuas. Luceria,urbe.

SCEN. EVſi uterque &c. Declarat ſententiam ſuam de exitu bellorum ciuilium inter Cæſarē & Pompeium,& quid alii arbitrarentur.Deinde ſcribit ſe non potuiſſe ad Cæſarem uenire quemadmodū feſtinauerat. Itaque petit à Caſſio ut ad ſe ſcribat quid ſentiat,& quid expectandum, & quid agendum putet. Ordo eſt. Et ſi uterque noſtrum uoluit abeſſe à pertinacia neceſſaria belli,ſcilicet ciuilis contra Cæſarem, ſpe pacis, ſcilicet cum Cæſare ineundæ & odio ſanguinis,id eſt effuſione ſanguinis ciuilis,tamen quando.i. quoniam ego uideor fuiſſe princeps.i.primus & præcipuus author eius conſilii.ipſe.i.ego debeo præſtare, id eſt exhibere,plus quàm expectare aut expetere à te. Et ſi ut ſoleo recordari ſæpe mecum,ſermo familiaris meus tecum & tuus item.i. ſimiliter mecum, adduxit utrunque noſtrum ad id conſilium,ut putaremus cōuenire.i.decere, ſi.i.licet non totam cauſam, at certe id eſt ſed ſaltem iudicium noſtrum diſtiniri.i.ad alterā partem adduci,uno prælio,neque quiſquā reprehendit unquam uere.i.iuſte hanc ſententiā noſtram. Prętereo ſup.eos qui arbitrantur melius eſſe remp.deleri omnino, quàm manere.ſ.in eſſe imminutā & debilitatam. Ego autem nullam ſpem proponebam ſcilicet.i. certe mihi ex interitu eius.ſ.reipu.& proponebam magnā ſpē ex reliquiis ſup.eius ſi Cato & cæteri uiri pręſtantes ſalui manſiſſent poſt mortem Pompeii.Sed ea. ſcilicet mala ſunt conſecuta,ut ſit magis mirū illa potuiſſe accidere,quàm nos nō uidiſſe ea futura,nec potuiſſe diuinare.i.more dei prouidiſſe ſupple ea,cū eſſe mus homines. Equidem.i. ego certe fateor meam cō iecturam fuiſſe hanc.i.huiuſmodi ut illo,ſcilicet Pharſalico prælio facto quaſi quondam fatali.i.à diis ſic ſtatuto, &.i. ſimul uictores uellent conſulere.i. opem & fauorem præſtare communi ſaluti,& uicti uellent conſulere ſuæ, ſcilicet ſaluti, autem.i.ſed arbitrari.i.arbitrabar utrunque.ſ.quod dictum eſt,eſſe poſitum in celeritate uictorię,quę.ſ.celeritaſi fuiſſet,hoc eſt ſi qui uicit uiciſſe exiſtimatus fuiſſet.Africa.i.Cato,& reliq qui in Africa bellum innouauerunt experta eſſet eandem clementiam, ſcilicet Cæſa. quam cognouit Aſia, quam etiā Achaia.i.qui in illis erant, &.i.etiam, ut opinor,ipſo.ſ.uictore legato & deprecatore.i.fungente officio legati & deprecatoris,hoc inuitante uictos ut clementiam expoſcerent. Autem.i.ſed temporibus amiſſis,& ita nulla celeritate uictoriæ habita, quæ ualent plurimum præſertim in bellis ciuilibus,annus interpoſitus,ſcilicet antequam ageretur de concordia,induxit alios ut ſperarent uictoriam,alios ut contemnerent, id eſt nihil facerent ipſum uinci,atque fortuna ſuſtinet,id eſt in ſe tenet,culpam omnium horum malorum.Quis enim putaret aut tantam moram belli Alexandrini à Cæſare illic geſti adiunctum iri, id eſt cōtinuandam eſſe, huic bello,ſcilicet ciuili, quaſi dicat contemptibilem Pharnacem Mithridatis filium illaturum ſup. fuiſſe Aſiæ terrorem, quaſi dicat etiam nemo. Tamen nos,id eſt ego & tu,uſi ſumus diſſimili caſu, id eſt euentu in conſilio pari. Tu enim petiſti eam partem,ut &,id eſt ſimul intereſſes conſiliis,& quod maxime leuat curam,poſſis perſpicere animo futura.Ego qui feſtinaui ut uiderem Cæſarem in Italia.Arbitrabamur enim ſic, ſcilicet futurum,& incitarem eum redeuntem & currētem,ut aiunt,ad pacem, multis honeſtiſsimis uiris cōſeruatis & abſum & abfui longiſſime ab illo,ſcilicet Cæſare.Verſor autem in gemitu Italiæ& miſerrimis querelis urbis.Quibus ſi author,ſcilicet Cæſar affuiſſet,quiq; potuiſſet fortaſſe ferre aliquid opis,id eſt auxilii pro ſua parte, ego pro mea,tu pro tua Quare uelim ut ſcribas pro tua beneuolentia erga me,quid uideas,quid ſentias,quid exiſtimes nobis expectandum,& quid agendū.Literæ tuæ erunt mihi magni,id eſt magnæ æſtimationis,atque utinam potuiſſem illis primis, ſcilicet literis quas miſeras Luceria ab ea urbe Italiæ, ut Strab. dicit Mineruæ fanum fuiſſe & Diomedis monumentum. Enim, id eſt quia ſi paruiſſem illis retinuiſſem dignitatē meam ſine ulla moleſtia. Vale.

HVBER. PVTO te. Arguit Cice.Caſsiū negligentiæ quod ab eo nihil omnino literarū acceperit cum iam tres epiſtolas ad eum ſcripſerit : ſignificatque eum factum epicureum, & ex ſententia Epicureorum oſtendit ſe ſemper habere eius imaginem in pectore: dicit autem eum poſſe reduci in priorem ſectam,laudat tamen quæ à Caſsio ſemper facta ſunt, poſtquam

Vocatoria.

M.T.C. C.Caſsio. S.P.D.

PVTO te ſuppudere, *cum hæc tertia iam epiſtola ante operis ſit quàm tu ſcidam,aut literam:ſed non vrgeo:longiores enim expectabo,vel potius exigam.

Ego ſi ſemper

Ego ſi ſemper haberem cui darem,vel ternas in horā darem .Fit enim neſcio quid, vt quaſi coram adeſſe videare, cum ſcribo aliquid ad te: neq; id κατ' εἴδωλον φαντασίας, vt dicunt tui amici noui,qui putant etiā διανοητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari . Nam ne te fugiat,Catius inſuper Epicureus,qui nuper eſt mortuus,quæ illeGargettius,etiam ante Democrit⁹ εἴδωλα,hic ſpectra nominat. His autem ſpectris etiā ſi oculi poſſent feri ri, *quòd vel iis ipſa occurrūt: animus qui poſſit,ego non video: doceas tu me oportebit,cum ſaluus veneris,in meāne poteſtate vt ſit ſpectrū tuum,vt ſimulac mihi collibitum ſit de te cogitare,illud occurrat:neq; ſolū de te,qui mihi hæres in medullis,ſed ſi inſulam Britanniā cœpero cogitare,eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus.Sed hæc poſterius: tento enim te quo animo accipias. ſi enim ſtomachabere & moleſte feres,plura dicemus , poſtulabimuſq; ex qua hæreſi vi hoībus armatis deiectuſiis,in eam reſtituare. In hoc interdicto non ſolet addi,in hoc anno. Quare ſi iam biēnium aut triennium eſt,cum virtuti nūtium remiſiſti,delinitus illecebris voluptatis,in integro res nobis erit. Quāquam qui cum loquor?Cū vno fortiſſimo viro,qui poſteaquā forum attigiſti , nihil feciſti niſi pleniſsimū ampliſſimæ dignitatis: in iſta ipſa ἀρίστῳ metuo ne plus neruorum ſit,quàm ego putarim,ſi modo eā tu ꝓbas.Quid tibi in mentem venit,inquies? quia nihil habebā aliud quod ſcriberē: de repu.n.nihil ſcribere poſſum: nec enim quod ſentio,libet ſcribere. Vale.

cœpit in foro uerſari. Suppudere,erubeſcere. Sic oppreſſit,ſcilicet noſtra, id eſt ſic facta & ſcripta. Aut litera,id eſt unicum elementum,unicam literam:ſic enim hic intelligitur non pro epiſtola, ſicut etiam lib.2.ad Caninium Saluſtiū epiſtola quæ incipit, Literas ad te. ſic enim inquit.Ille autem cum ad Thermum de Parthico bello ſcriberet, ad me literam nunquam miſit. Non urgeo. non inſto , ut nunc ſcribas. Expectabo. poſtea à te. Exigam.iure ipſo petam quaſi debitas mihi reſpōſionis cauſa.Ternas.ſubaudiendū literas,licet ſupra non poſuerit . Adeſſe coram . eſſe ante oculos meos. Neque id , ſcilicet uidere, mihi adeſſe coram κατὰ ſecundum , εἴδη ideas, uel ſpecies quæ animo noſtro repreſentantur,ſicut Ariſtoteles in Ethicis diſputat,ꝙ uel φαντασίας,id eſt ſecundum phantaſmata,quę ut ſcribit Macrob. in ſomnio Scipionis à Cice. uiſa, uocantur.Quæ quid ſint uide apud Macro.lib.1. Tui amici noui.Epicurei,quorum ſectam & opiniones imitaris. Excitari mo.fieri. διανοητικὰς. intellectiuas. Spectris. idolis imaginibus. Catianis , de quibus Catius Epicureus Philoſoph⁹ tractauit.Hic eſt de quo Hora. in ſermo.mētionem facit : unde & aquo Catius εἴδωλα imagines ſimulachra. Hic,Catius. Spectra,ſcilicet nominauit,& oſtendit idem eſſe ſpectrum & idolum. Feriri, ſcilicet aſpectu ſimulacrorum. Quod uelis,id eſt quantum uelis. Ipſa currunt,ſcilicet idola. Qui poſſit,id eſt quomodo poſsit , ſcilicet feriri. Doceas, tamen iocatur Cic. Illud,ſpectrum. Hæres.fixus es. In medullis, intra oſſa : medullæ enim maxime amorem ſentiunt:quod Virg.oſtendit dicēs,Eſt mollis flamma medullas. Sed ſi inſulam, id eſt ſi etiam remotiſſima, ſicut eſt Britannia,ut,Et penitus toto diuiſos orbe Britannos. Eius εἴδωλον,id eſt eius inſulæ forma & ſimulachrum. Ad pectus.ad cogitationem meam. Poſterius,poſtea alio tempore. Quo animo accipias,an iraſcaris mihi. Plura,ut maiorem cauſam habeas ſtomachandi. Hæreſi,ſecta.Cic. in Parad. Cato in ea eſt hę- Hereſis ræſi quæ nullum ſequitur florem orationis. Vi.ho.ar. irriſio eſt:ſponte enim conceſſerat in ſectam Epicureā à ſecta Stoica & Peripatetica : alluſit autē ad legem de ui & ui armata. Hoc in. hac prohibitione ne reſtituatis in ſectam à qua es deiectus ui & hominibus armatis. Non ſolet addi in hoc anno , cum ſit preſcriptio temporis. Cum,ideſt ex quo tempore. Cum remiſiſti nuntium uirtuti,id eſt cum renunciaſti uirtuti, & eam reſpuiſti. Delinitus, demolitus . Illecebris, Delinitus Blanditiis. In integro in poteſtate , poterimus facere Illecebræ ut reſtituaris,quia nulla erit præſcriptio, & ex conſuetudine legum hoc dicit, ex quib⁹ deiectus etiam poſt aliquantulum temporis in integrum eius habet , neq; reſcriptionem patitur. Quanquam,corripit ſeipſum Cic.quòd hæc Caſſio dicat uiro fortiſſimo. Qui cum,cum quo?interrogatio. Cum ui,reſponſio interrogationis ſuæ. In ipſa hæreſi,in ipſa ſecta Epicurea,quam carpo. Neruorum, fortitudinis. Quid tibi in mentem uenit,interrogatio quam Caſsius facere poſſet,quid cogitaſti ô Cicero qui hæc ſcribas ? Quia enim, reſponſio. Quod ſcriberem,quod puto faciendum,& in animo habeo.

ASCEN. PVTO &c. Arguit Caſsium taciturnitatis,iocaturque Epicureum factum dicens:Ego puto te ſuppudere, id eſt aliquantulū pudere,cum hæc tertia epiſtola,ſcilicet mea oppreſſit te antequam tu ſup.miſeris ſchedulā, id eſt breuiculum ſcriptum aut literarum,id eſt unum elementum. Sed non urgeo te, id eſt nolo nimis properes.Expectabo enim uel potius exigam longiores,ſcilicet literas. Si ego haberem ſemper cui darem , darem in horas,id eſt ſingulis horis,uel,id eſt etiā ternas ſup.literas. Enim, id eſt quia neſcio quid.ſ.imaginari boni fit id eſt contigit mihi ut uideare.i.uidearis quaſi adeſſe coram.i.in præſentia cum ſcribo aliquid ad te. Neque id ſup.contingit κατὰ.i.ſecundum,εἴδωλα.i.ideas aut figuras,ꝙ.i.uel phantaſias, aut amici tui noui.i. Epicurei dicunt. Qui putant etiam διανοητικὰς.i.intellectiuas,excitari ſpectris.i.imaginibus & idolis Catianis.i.à Catio Epicureo excogitatis,ad cuius nomen alludens inquit Hora.Vnde & quo Catius?Nam ne fugiat.i.lateat te, Catius inſuper Epicureus qui nuper eſt mortuus,hic nominat ſpectra quæ ille Gangarius Democritus etiam ante ſup. nominat idola. Autem.i.ſed etiam ſi oculi poſſent feriri.i.percuti his ſpectris,ꝙ ipſa ſpectra currant.i.diuagētur per cellulas phantaſiæ,uelis.i.obtegumentis naporeſis. Hubertinus interpretatur ut uelis ſit uerbum ,& quod nomen dicens,quod.i.quantum uelis. Ego non uideo.i.non intelligo,qui,i.quo animus poſſit.ſ. ſic diſcurre. Oportebit ſup.ut tu qui Epicureus es,doceas me;cum,i.poſtquam ueneris ſaluus,ne.i.an,ſpectrum tuum.i.

imago tua sit in potestate mea, ut simul ac libitum sit mihi cogitare de te, illud, scilicet spectrum occurrat Neque solum sup. occurrat de te, qui hæret, id est fixus est mihi in medullis, sed si cœpero cogitare Britanniam insulam, εἴδωλα, idest species eius aduolabit mihi ad pectus. Sed hæc posterius, sup. discutiemus, tento enim te, quo animo accipias. Si enim stomachabere, & pro, id est feres moleste, nos dicemus plura, & postulabimus, scilicet à te ut ex qua hæresi, id est secta & professione sis deiectus ui. sup. hominibus armatis, restituare in eam id est sectam, hoc est ut qui tempore belli è Stoico Epicureus factus es: rursus Stoicus fias. in hoc interdicto, scilicet ab aliena secta, non solet addi particula in hoc anno, scilicet ut annus detur ad deliberandum. Quare si iam biennium aut triennium est, cum remisisti nuntium uirtuti, id est deseruisti Stoicos qui in uirtute summum bonum ponunt, delinitus illecebris uoluptatis in quam Epicurei idem collocant, res erit nobis in integro, id est pleni iuris nostri nulla facta præscriptione, quanquam qui cum, id est cum quo loquor. Respondet cum uiro fortissimo, qui postea quàm attigisti forum, id est Romanum, nihil fecisti nisi plenissimum amplissimæ dignitatis. Ego metuo ne plus neruorum, id est uirium sit in ista ipsa hæresi, scilicet Epicurea, quam ego putaueram, modo si, id est dummodo tu probas, id est approbas eam. Tu inquies, quid uenit tibi ò Cicero in mentem, scilicet ut ista scriberes. Respondet, Quia nihil possum sup. aliud scribere. Neque enim libet scribere quod sentio. Vale.

*P.V.C. CVM hæc tertia iam epistola ante operis sit. Quod ita olim scripsimus, dedimus id antiquorum codicum authoritati, in quibus ita scriptum offendimus. uetustam lectionem quibus potuimus argumentis confirmauimus, quam qui non probat, receptam sequatur.

*P.V.C. QVOD uel iis ipsa occurrunt. Locum inquinatissimum ita purgari posse censuimus, non insulsè (ut opinor) neque ineleganter: alii studiosos in iisdem uolutari sordibus uoluerunt. Magnas labes in antiquis scriptoribus factas esse, quod ad imperitis librariis quandoque ex duabus una dictio facta sit, aut contra, ex una duę, fatebuntur. Quod si quis hic quoque factum esse concedit, nullus labor est reliqua restituere. Infinitis locis in Medicæo codice duarum uocalium, quas appellant, altera absorpta est. ad Pætum: Salis enim satis est, sannorum parum. ad eundem: Tenuculo apparratu significas Balbum fuisse contentum, pro SANNIONVM, & TENVICVLO. possemus infinita alia exempla afferre, & hoc frequentius. Est, cum eædem literæ sunt, ut in epistola Qu. Ciceronis. Res est aut Tribunicis, aut priuatis consiliis munienda, pro Tribuniciis. Nam de Germanorum fide bene existimo: uideo enim illos epistolarum antiquos codices habuisse, multaque adnotasse, quæ ficta non esse & commentitia ausim affirmare. De sententia horum uerborum non laborabo: puto enim me affatim ostendisse citatis testimoniis magnorum uirorum, decretisque illorum explicatis, si ita legatur, omnia opinionibus illius familiæ respondere.

HVBER. PRæposteros. Conqueritur Ci. de tabellariis Cassii. quòd ab eo postularēt ad Cassium literas, & nullas ad se deferrent. Deinde narrat quid noui in urbe esset de morte P. Syllæ & de rebus Hispanis. Postremo laudat Dolabellā, quòd se bene gessisset in malis publicis, petitque à Cassio ut nonnunquam ad se scribat. Pręposteros, facientes omnia in contrarium. Quidam legūt præproperos, quod satis probo. Non offendunt, me nō ledunt. Afferunt nullas, ad me à te, Petasati. accincti & apparati ad iter. Nam petasum calciamentum est Mercurii, qui deus nimiæ est celeritatis, & alas pedibus, quæ talaria dicuntur, habere dicitur. ut Virg. Et pedibus talaria nectit Aurea. Comites ad portam, uulgares & usitatæ excusationes tabellariorum & uiatorum. Alteras habebis, à me longiores literas. Has, quas nunc mitto, πάντα περὶ πάντων, omnia de omnibus, scilicet ad te scribenda. Quid, cur. Purgo, excuso. Tui tabellarii. Inanes, uacui, sine literis. Cum epistolis, meis ad te scriptis. Syllam mortuum habebamus, de hoc Sylla scripsit etiam Ci. lib. 9. ad Dolabel. in epistola quæ incipit, Non sum ausus his uerbis, te tamen scire uolo uehementer populum solicitū fuisse de P. Syllæ morte ante quàm certum sciuerit: nunc quærere desierunt quomodo perierit. Cruditate nimia repletione, crapula. Combustum, crematū secundum morem Romanorum, πρόσωπον personam, πόλεως ciuitatis, amisimus. Moleste laturum mortem Syllæ. Falluntur qui credunt fuisse L. Syllam faustū, qui contra Marium pugnauit, & monarchiam in urbe obtinuit: quoniā ad ea tempora non is peruenerat. Verentē. timentē. Ne hasta sua refr. sic in prædicta epistola, unum uereor ne hasta Cæ. refrixerit. Mindius. nominat quosdā, quos dicit gauisos morte Syllæ. Mindius, unus fuit frater. T. Rufi, de quo uidimus libr. 5. alter fuit frater Mescinii, de quo uisum est libr. 13. ad Seruiū Sulpi. Pigmentarius autem qui pigmenta nunc facit. conuersum sit cognomē, quod magis probo. Aduersarium. Syllam. Rumores, nūtii fama, ἀδέσποτοι, i. sine domino, sine authore. Paludatus, idest paludamēto ornatus. Est enim paludamentū uestis ducū & imperatorum, ut alio loco diximus. Iuuena Cumque paludatis ducibus præsente marito Ipsa loqui. Profectus. in Syriam. τὸ καλὸν. honestū, δι' αὑτὸ per seipsum, αἱρετὸν, eligibile. Leuauit. Dolabella. Hominem, non fortem intelligere debemus: nam dixisset uirum, sed hominē, id est humanum. Terent. Homo sum, nihil humani à me alienum puto. Præbuit, ostendit. Eum. Dolabel. ἄχρειος. inutilis, πῖλος pileus, galea, scilicet si te non immiscueris bello. Cum sciam, quando sciam, quando ero admonitus.

Præpo-
steri

Petasatus
Petasum

Inanis

Pigmentarius

Paludat9

Paludamentum

M.T.C. C. Cassio. S.P.D.

purgatoria & narratoria.

PRæposteros habes tabellarios, etsi me quidem non offendunt: sed tamen cum à me discedunt, flagitant literas: cū ad me ueniūt, nullas afferunt: atque idipsum facerēt cōmodius, si mihi aliquid spatii ad scribendum darent, sed petasati ueniunt, comites ad portam expectare dicunt. Ergo ignosces, alteras habebis has breues: sed expecta πάντα περὶ πάντων. Etsi quid ego me tibi purgo, cum tui ad me inanes ueniant, ad te cum epistolis reuertantur? Nos hic (tamen ad te scribam aliquid) D. Sullam patrem mortuū habebamus, alii à latronibus, alii cruditate dicebant: populus non curabat: cōbustum enim esse cōstabat. hoc tu pro tua sapientia feres æquo animo: quanquā πρόσωπον πόλεως amisimus. Cæsarem putabant moleste laturum, uerētem ne hasta refrixisset. Mindius Marcellus & Attius Pigmentarius valde gaudebant se aduersarium perdidisse. De Hispania noui nihil, sed expectatio valde magna: rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι. Pansa noster paludatus ad III. Calend. Ianua. profectus est, vt quiuis intelligere posset, id quod tu nuper dubitare cœpisti, τὸ καλὸν δι' αὑτὸ αἱρετὸν esse. Nā quod multos miseriis leuauit, & quod se in his malis hominē præbuit, mirabilis eum virorum bonorum beneuolentia prosecuta est. Tu quod adhuc Brundusii moratus es, valde probo & gaudeo: & mehercule puto te sapienter facturum, si ἀκινδύνευτος fueris. Nobis quidem qui te amamus, erit gratum: & amabo te, cū dabis posthac aliqd domū literarū, mei memineris. Ego nunq̄ quenq̄ ad te, cū sciā, sine meis literis ire patiar. Vale.

ASCEN. PRæposteros. Accusans rursus Cassium taciturnitatis, scribit quædā subobscure de morte Decii Syllæ & statu reipub. Ordo est. Tu habes tabellarios præposteros, id est non suo ordine rem gerentes, & si, id est quanquam non offendunt me, sed tamen cum discedunt à me flagitant, id est imperiose petunt literas, & nullas offerunt cum ueniunt ad me. Atque facerent idipsum. i. peterent literas cōmodius si darent mihi aliquid spacii ad scribendum, sed ueniunt Petasati. i. parati ad iter habentes petasa. i. calciamēta ad iter apta quæ Mercurio addicunt. debent comites expectare sup. se ad portam. s. urbis. ergo ignosce has breues. i. quòd mitto has tam breues, habeas alteras, sed expectata panta profertur panda. i. omnia peri. i. de, panton profer pando. i. omnibus: est tamen genitiui casus, quia peri genitiuum uult, de, ablatiuum. Et si. i. quanquam quid. i. ad quid ego purgo me tibi cum tui ueniant ad me inanes. i. sine literis, & reuertantur ad te cum literis, quasi dicat stulte, cum neque scriberem neque purgare me debeam, tamen scribam aliquid ad te. Nos habebamus. s. cum hæc scriberemus, hic, scilicet Romæ Decium Syllam patrem. i. seniorem mortuum: alii dicebant sup. extinctum latronibus, alii cruditate. i. indigestione cibi, populus nō curabat. s. qua morte perierat. constabat enim quòd populus contentus erat, combustum esse post mortem, scilicet, Tu feres hoc æquo animo pro sapientia tua, hoc est non minus gaudebis: nam gauisurum non dubitat, quanquam amisimus πρόσωπον πόλεως. i. personam urbis, hoc est unde alii exemplum sumerent: uidetur autem per Sarcasmon dictum. Vnde addit, Putabant. s. plerique, Cæsarem, scilicet Iulium laturum esse moleste, uerentem ne hasta. i. auctio bonorum proscriptorum, quorum tabellam Lucius Sylla gentilis huius primus fixit, refrixisset. i. in desuetudinem uenisset mortuo tali patrono. Mindius Marcellus & Attius Pigmentarius gaudebant ualde se perdidisse aduersarium. s. quæstui suo: nam dum hasta proscriptionis feruet, neque Marcello, neque Pigmentario quæstus est, quocirca dubitem an Marcellus sit legendum, ut sint nomina cerdonum. Nihil noui sup. allatū est de Hispania, sed expecto ualde magna. Rumores sup. diuersi sunt, tristiores, sed ἀδέσποτοι. i. sine domino, & certo authore Pansa noster. i. amicus profectus est paludatus. i. imperiali ueste instructus ad tertium Calendas Ianuarias, ut quiuis posset intelligere id quod tu factus Epicureus cœpisti, id est incœpisti dudum dubitare. τὸ articulus est καλὸν honestum, δι' αὑτὸ, id est seipso, αἱρετὸν, id est eligibile esse. Nam quòd, scilicet Pansa leuauit, id est deonerauit multos, scilicet ciues miseriis, & quòd præbuit se hominem. i. humanum in his malis. s. quæ uictoriam Cæsaris secuta sunt, beneuolentia mirabilis bonorum uirorum est persecuta eum, s. proficiscentem. Ego ualde probo. i. laudo & gaudeo, quòd tu moratus es adhuc Brundusii, & puto, mehercule, te facturum sapiēter si fueris ἄχρειος. i. inutilis, πῖλος. i. pileus seu galea, id est si ad bellum non accesseris, quidem, id est certe sup. id erit gratum nobis qui amamus te, & amabo te, blandienter dictū, cum dabis posthac alii, id est alicui, quid literarum, memineris mei, ut, scilicet ad me quoque des. Ego nunquam patiar quenquam ire ad te sine literis meis cum sciam, scilicet ad te ire. Vale.

M.T.C. C. Cassio. S.P.D.

laetatoria.

LOngior epistola fuisset, nisi eo ipso tpe petita esset à me, cū iam iretur ad te. lōgior autē, si φλύαρον aliquē habuisset. nā σπουδάζειν sine periculo vix possum⁹. Ridere igitur, inqes, possumus nō mehercule facilime: veruntā aliā aberrationē à molestiis nullā habem⁹. Vbi igitur, inqes, philosophia tua? *Quidē in culina mea molesta est. Pudet. n. seruire: itaque facio me alias res agere, ne cōuitium Platonis audiam. De Hispania nihil adhuc certi, nihil omnino noui. Te abesse mea causa moleste fero, tua gaudeo. Sed flagitat tabellarius. Valebis igitur, méque, yt à puero fecisti, amabis.

HVBER. LOngior. Excusat Ci. breuitatem suarum literarum ad Cassium propter celeritatē nuntii. Deinde dicit remp. esse in eo statu, ut sibi non sit ridendum. Postremo se gaudere causa ipsius Cassii, quod absit à Roma, sui autem causa dolere. Iam subito φαιδρὸν hilarē, lætum, σπουδάζειν. i. studiose & serio loqui. Ridere, si nō possumus loqui possumus ridere: est autem interrogatiue legendum. Non mehercu. responsio. Aberrationem. alium discessum, separationem. Tua, qua dicis te capere solitum solatium rebus aduersis. Et quidem, responsio. In culina. q. d. abiecta iacet & secreta apud me, & non audet ire in publicum: utar enim ea tantūmodo in occulto. Facio me alias. i. fingo me agere alia quàm ago. Conuitium, reprehensionem. Platonis, qui reprehendit eos, qui relicta inuestigatione ueri, se ad negotia conferunt, & ad curam reip. ut ipse in. i. offi. itaq; uidendū est ne non satis id quod apud Pla. in philosophos dictū quod in ueri inuestigatione uersentur, quodque ea quæ plerique uehementer expectant, de quibus inter se digladiari soleant cōtemnāt, & pro nihilo putent propterea iustos esse. Mea causa, quia careo consuetudine tua. Tua gau. quia nō uides quæ nos uidemus. Sed flagitat. q. d. necesse est facere finem epistolæ, quia tabellarius instanter petit.

Aberratio

Conuitiū

Universidad de Deusto Biblioteca

ASCEN. LONGIOR. purgat quòd longiorem non scripserit epistolam dicitque remp. in flebili esse statu:unde gratulatur Cassio quòd abest urbe. Ordo est. Epistola sup.hæc fuisset lōgior nisi esset petita à me eo tempore cum iretur iam ad te. Longior autem sup. fuisset si habuisset aliquem φαιδρὸν.i.hilarem & alacrem sup.scriptorem aut tabellarium. Nam uix possumus σπουδάζειν spondazin.i. serio & studiose loqui sine periculo. Igitur tu inquies nos possumus ridere. Mehercule non sup.possumus facilime.i.etiam sine periculo. Verumtamen nullam aliam aberrationem.i.diuagationē à molestiis habemus. Igitur tu inquies,ubi sup.est philosophia? Et quidem aut ea quidem est in culina.i.coquina molesta.i.rebellis cocis pudet enim sup. eam serui tus,itaque facio.i.fingo me agere alias res.s.quàm domesticas aut urbanas, ne audiam conuitium.i.obiurgationem contumeliosam Platonis in eos philosophos qui à ueri inuestigatione ad rerum administrationē auertuntur. Ego adhuc nihil omnino certi noui de Hispania. Ego fero moleste te abesse.s.ab ea urbe causa mea,quia mallem talem mecum esse,gaudeo tua.s.causa,quia non uides quas nos miserias. Sed tabellarius flagitat sup.literas. Igitur tu ualebis,& amabis me ut fecisti à puero. Recte ergo ualebis. Vale.

*P.V.C. ☞QVIDEM in culina. Quid de his uerbis sentiremus,antea locuti sumus: operam dederūt alii,ut ex hoc tam deprauato loco commodus aliquis sensus eliceretur, in quo mihi laborandum esse non putaui , in tanta enim caligine,ac tenebris,me lucem aliquam dispicere posse non speraui.Illorum lectionem, ut acute excogitatam, non reprehendo:ut ueram, germanamque laudare,nullo modo possum:nam uerba etiam illa, quæ adiunguntur, pudet enim seruire non ualde mihi uidentur sententiæ,quam excogitarunt,conuenire.

HVBER. NON mehercule. Responsiua est hæc epistola ad illam quæ incipit. Puto iam te suppūdere, & ad aliam, præposteros habes tabellarios in qua Cassius,& se libenter scribere dicit ad Ci.& de reliquis quæ à Ci.scripta fuerant breuiter rescribit.Peregrinatione,itinere. Spectra,simulachra,de quibus scripsisti. Proxima,sequenti.Regeram,rememorem, contra te allegem. Secunda,prospera quia supra dixit.Mirabilis eum omnium uirorum beneuolētia prosecuta est. Omniū no.s.causa. Eam,laudem & gloriā, τὸ καλὸν id est honestum, δι' αὐτὸ per se, αἱρετὸν eligibile,quia pauci sunt qui credāt honestatam per se appetēdam,quod stoici uolunt,& disputat Ci.in paradoxis ἡδονὴν,uoluptatem. Et.i.etiam ἀξίαν.i.etiā propter dignitatē.Parari,acquiri τῷ καλῷ.i.bono & honesto.Probabile,persuasibile. Catii & Amafinii.i.Catius & Amasinius philo.& quicunq; eos sequuntur οὐκ ἔστιν non est ἡδέως suauiter ἄνευ sine τοῦ καλῶς honeste, καὶ & δικαίως iuste ζῆν uiuere.i.etiam Epicurus,quem Catii & Amasini mali interpretes uerborū sequunt.Dicit non est suauiter siue honeste & iuste uiuere.Itaq;.conclusio præpositionis, Qui se. ἡδονὴν qui sequitur uoluptatē,& epicureus. φιλήδονοι.i.uoluptuosi amatores uoluptatis sunt φιλοδίκαιοι sunt iustitiæ amatores,sicut & Epicurus,quē sequuntur.Probare,laudare,& affirmare ironice. Dissentire, uarias habere sententias , utpote quod alii dicerent honestum per se eligibile,ut Stoici,alii ut Epicurei uoluptatem etiam propter dignitatē à uiro honesto parari,quia epicurus uoluit uoluptatem ubiq; querendam esse etiam in uirtutibus,ut plane in primo de finibus bono.& malo.disputatur &pręcipue his uerbis. Istę enim nostræ eximiæ pulchręque uirtutes,nisi uoluptate efficerent , quis eas ,aut laudabiles,aut expetendas arbitraretur &c. Coemit,comparauit,emebat enim quæ Cæ. etiam iniuste subhastabat , unde supra uereor ne hasta Cæ. refrixerit, pro illo , Sylla mortuo restituet alios malos.

Sector Sectorem,persecutorē emptionum tuarum,ita enim significat secundū Festum Pompeium. Ipse.s.Sylla.i.nō deerit Syllę,qui persequebatur emptiones suas. Quia ui. fi.i.quia reliquit filium qui persequetur. Veterem,assuetū,scilicet Cæ. Nouū Pom.uel Pompeii filium. Derisum se contemptū, ἀντὶ

Subsanare contra uicissim. μυκτηρίσαι, subsanare, deridere, idem uereor ne sicut putat se à nobis derisum, ita uelit nos

Hui gladio uicissim deridere. Hui,affectum significat desiderii & dubitationis non doloris. Soluto,libero ab omni solicitudine. Eodem tempore,cum sciam an soluto,an solicito animo mea legas.

ASCEN. SI uales,bene est:ego quidem &c.Respondet ad illam quę incipit.Puto iam te &,ad illā,p̄posteros habes tabellarios,&ad riltquas à Cicerone scriptas.Ordo est. Si uales bene est:ego ualeo, Mehercule

C.Cassius. S.P.D. M.T.C.

SI uales,bene est:ego quidē ualeo. Non mehercule in hac mea peregrinatione quicquam libentius facio, quàm scribo ad te: uideor enim cum præsente loqui & iocari.Nec tamē hoc vsu venit propter spectra Catiana: pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos regerā , vt Catiū Athenis natum esse dicas, Pansam nostrū secunda voluntate hominum paludatū ex vrbe exisse cum ipsius causa gaudeo , tum mehercule etiam omnium nostrorū . Spero enim homines intellecturos,quanto sit odio crudelitas,& quanto amori probitas, & clemētia: atq; ea quæ maxime mali petāt & concupiscant,ad bonos peruenire.Difficile est enim persuadere hominib9 τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν esse, *ἡδονὴν vero & ἀταραξίαν virtute,iustitia,τῷ καλῷ parari,& verum probabile est:ipse enim Epicurus(à quo omnes Catii & Amafanii mali verborum interprétes proficiscuntur) dicit: οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν. Itaq; & Pāsa,qui ἡδονὴν sequitur, virtutem retinet:& ii qui à vobis φιλήδονοι vocātur,sunt φιλόκαλοι & φιλοδίκαιοι,omnesq; virtutes& colunt & retinent . Itaq; Sulla,cuius iudicium probare debemus, cū dissentire philosophos videret, non quæsiit quid bonum esset,oïa bona coemit:cuius ego mortem forti mehercules aïo tuli . Nec tamen Cæsar diutius nos eū desiderare patietur. *Nam habet dānatos quos p illo nobis restituat:nec ipse sectorē desiderabit,cū filiū

viderit

viderit.Nunc vt ad remp.redeam,quid in Hispaniis geratur,rescribe.Pereā,nisi solicitus sum, ac malo veterē & clementē dominū habere,q̄ nouum &crudelē experiri. Scis Cn.q̄ sit fatuus: scis quō crudelitatem virtutē putet:scis q̄ se semp à nobis derisū putet . Vereor ne nos rustice gladio velit ἀντιμυκτηρίσαι. Quid fiat,si me diligis , rescribe. Hui quàm velim scire vtrū ista solicito animo an soluto legas: sciam enim eodem tempore,quid me facere oporteat.Ne longior sim, Vale: me vt facis ama. Si Cæsar vicit,celeriter me expecta.

ego non facio quicquam libentius in hac peregrinatione mea.i.aberratione ab urbe,quā scribo ad te,uideor enim loqui & iocari cum præsente.s.quando scribo,nec tñ hoc usu uenit.i.contingit mihi,propter spectra.i.idola & simulachra Catiana.i.quæ Catius finxit de absentibus offerri, pro quo.i.pro qua re ego regeram.i.uicissim inde adducam epistola proxima.i. quā proxime scribam,non tamen existimat,& forte scripta nunquam fuit,tot Stoicos rusticos.i.ineruditos,ut dicas.s.respectu Stoicorum quos regeram,Catium,scilicet Epicureum esse natum Athenis. Ego gaudeo Pansam nostrum exsurrexisse.i.emersisse postquā diu oppressus fuit,paludatum.i.insigni imperatorio ornatū, secunda.i.plausibili uoluntate hominum, gaudeo inquam, tum causa ipsius tum mehercule etiā causa omnium nostrum. Spero enim hoïes intellecturos quanto odio crudelitas sit omnibus,& quanto amori probitas & clementia.Atque repete intellecturos ea quæ mali petāt maxime,hoc est dignitates & honores,peruenire ad bonos.Difficile est enim persuadere hominihus,τὸ articulus est καλὸν.i.honestum esse,δι' αὐτὸ.i.per se, αἱρετὸν.i.eligibile , uero.i.sed ut uerum & probabile est ἡδονὴν hebdomen.i. uoluptatem. Et.i. etiam ἀναλγησίαν.i. propter dignitatem parari.i.acquiri uirtute iustitia , τῷ καλῷ.i.honesto ipso . Ipse enim Epicureus à quo omnes Catii & Amafinii.s. Epicurei, mali interpretes uerborum quia aliter accipiūt uoluptatem quam Epicurus, proficiscuntur.i.oriuntur,dicit οὐκ.i.non ἔστιν.i.est.ἡδέως.i.suauiter,ἄνευ.i.sine τοῦ καλῶς.i.honeste,καὶ.i.&, δικαίως.i.iuste,ζῆν.i.uiuere. Itaque &.i.etiam Pansa quisequitur hebdomen.i.uoluptatē,retinet uirtutem,& ii qui uocantur à nobis, scilicet Stoicis, φιλήδονοι.i.amatores uoluptatis sunt φιλόκαλοι.i.amatores honesti, καὶ.i.& φιλοδίκαιοι.i. amatores iustitiæ & colunt & retinent omnes uirtutes. Itaque Sylla,scilicet Decius,cuius iudicium debemus probare,id est laudare,est autem ironia,cum uideret philosophos dissentire,scilicet in definione summi boni, non quæsiuit quid esset bonum,scilicet summum aut uerum,& coemit,idest simul emit,omnia bona.i.omniū proscriptorum diuitias.Cuius mortem ego tuli mehercule animo forti , nec tamen Cæsar patietur nos desiderare eum diutius. Nam habet damnatos,id est malos homines,quos restituat nobis,idest sufficiat in locum demortui.nec ipse,scilicet Cæsar desiderabit sectorem,id est diu carebit sectore , id est uenditore subl. hasta, per auctionem,cum uiderit filium, scilicet Syllę patris uestigia sequi paratum. Nunc, scilicet post iocos, redeam ad rempub.Rescribe quid geratur in Hispaniis,scilicet à Pompeianis contra Cæsarianos. Peream nisi sum solicitus ac mallo habere ueterē & clementem dominum,scilicet Cæsarem,quàm experiri crudelem.Scis quàm, id est quātum putet semper se derisum à nobis, uereor ne uelit ἀντιμυκτηρίσαι.i.contra aut uicissim subsanare & deridere nos rustice,id est rustico more, gladio : quia rustici dum se rideri sentiunt , gladio ulciscūtur iniuriam, unde dici solet non esse peiorem ludum quàm rusticorum. Si tu diligis me,rescribe quid fiat Romæ.Hui.admirantis interiectio,quàm, id est ò quantum uelim scire utrum legas istas , scilicet literas ioco scriptas animo solicito,an soluto,scilicet curis.Sciés enim eo tempore,scilicet quo sciam quo animo scis, quid oporteat me facere,ne sim longior,scilicet in scribendo,Vale & ama me ut facis. Si Cæsar uicit,scilicet in Hispania,expecta me celeriter,quia illum quàm Cnæum Pompeii filium tolerare maluisset,postea tamen sententiam mutauit.

☞ἡδονὴν uero & ἀταραξίαν. Ita accurate de hoc loco disseruimus , ut aliquid nunc addere superuacaneum existi *P.V.C. memus.Medicæus uerę lectionis uestigia,& ipse retinet,habet enim AIAXIAN ut si secundæ literæ apicem addas,ἀταξίαν facias,quod in aliis etiam manu scriptis inuenitur.Animaduertimus autem librarium,qui eum codicem scripsit,in hoc sæpe peccasse, & ut imperitum Græci sermonis ι pro τ crebro sumpsisse, ut paulo supra, ισκαλον. & ad Fabium γιλωια καρδωνιον. In cunctis autem media syllaba defecit. Præclara etiam uox Epicuri à Clemente in VI. commentario de uera philosophia adducitur:qua docuit ille non paruum iustitiæ fructum esse,quòd ea reddit animum omni perturbatione uacuum : in ea autem explicanda ille hoc nomine usus est. δικαιοσύνης καρπὸς μέγιστος ἀταραξία.Sed altera etiam eiusdem à Plutarcho in commentario aduersus Colotem Epicureum: qua dignitatem huius securitatis mirum in modum celebrauerat, Plutarchi ipsius uerba sunt ; ἀλλὰ τίνες εἰσὶν οἱ ταῦτα συγχέοντες καὶ ἄρδην ἀναιροῦντες οὐχ οἱ τῆς ἀταραξίας στέφανον ἀσύμβλητον ταῖς μεγάλαις ἡγεμονίαις λέγοντες.

Hanc,& superiorem illam,de incursione simulachrorum,castigationem,quæ non paruam doctrinā continent, & ab eo qui Epicuri sententiarum rudis sit, intelligi non possunt , exposui nuper Francisco Medici optimo ac nobilissimo iuueni,ut quid de hac omni re sentiret,intelligerem:nō quod Epicureus ille sit : est enim omni liberali doctrina eruditissimus:Sed quum omnes Peripateticorum sententias cognitas habere uoluerit: nō spreuit etiam huius familiæ decreta , in primisque Romanum poetam qui inuenta Epicuri politissime expressit, amauit:eamque operam in eo posuit, & illi necessaria erat , & omnibus ipsius studiosis grata esse debebit . Ita autem loquor , quia spero illum cum per grauiora studia , quibus deditus est , ei licuerit , non passurum tot, tamque utiles suos labores frustra ab aliis desiderari . Vt autem omnes intelligant , me non sine causa de illius doctrina , & sedulitate tam egregie sentire,locum è multis ab ipso felicissime restitutis, qui nunc mihi succurrit exponam. In II. libro Lucretius , ubi docet corpora indiuidua , cum multitudine sint , figuris esse finita: narratque quod incommodum sequeretur , si formæ illorum sine fine essent : quod Democritus , & Leucippus noluerant,inquit (ut Francisci opera cognoscimus)

Aurea pauonum ridenti imbuta lepore
Secla,nouo rerum superata colore,iacerent.

Qui uersus,quàm deformati antea in omnibus libris essent, & quàm planam elegantemq; nunc sententiam habeant,omnibus notum esse potest.Præsidio autem ille antiquorū codicum,adhibito etiam iudicio,quo plurimum ualet,oēs illinc maculas deleuit.Hanc libenter ipsius hic castigationē adiunxi,quia nō paruo ornamento

ualet,omnes illinc maculas deleuit.Hanc libenter ipsius hic castigationem adiunxi, quia nō paruo ornamento huic meo libello fore putaui. Consultus igitur ille à me super duobus his locis iudicium meum probauit, & hanc dixit se ueram esse illorum lectionem arbitrari.

*P.V.C. ℣NAM habet damnatos,quos pro illo nobis restituat. Itaque in manu scriptis legitur,quam lectionē Paulus quoque posteriore sua editione sequitur,& illius sensum declarat cum in priore DOMINOTOS, legisset,culpa impressorum,ut arbitror cum DOMINATOS scribi uellet.Quòd si prisca exemplaria DOMINATOS haberent nō insulsus fortasse sensus ex illa scriptura duci posset,ut appellasset domi natos paratos,qui in manu eius semper essent,quorum magna copia nunquam illum deficeret (RESTITVAT,autem supponat significaret, & in eius locum substituat) hic enim est significatus illius elegantissimæ uocis,crebro à Cicerone usurpatæ,nec tamen hanc receptæ lectioni præponendam censemus.Potiusque è genere illarū castigationum esse censemus,quæ subtiliter magis,quàm uere excogitantur.

HVBER.

M.T.C. C.Trebo. S.P.D.

ORatorem meum,primum Cice. Dicit se tradidisse oratorem suum cuidam ad Tre. deferendum,qui cupidus uidendi id opus à Cice.postulauerat,deinde rogat ut ad se crebro scribat, ut facilius ferat eius absentiam, quod duabus de causis eum facere debere ostendit. Postremo dicit se cupidum fieri certiorem de eius itinere, & de quibusdam aliis rebus, quia ea certissima putabit, quæ ab eo intelliget. Oratorem,librū de oratore. Sic. enim inscripsi, quia in eo disputatur quibus rebus perficiatur uerus orator. Sabino,quæ erat ex Sabinis. Natio,gens. Recte tuto,quia Sabini existimant uiri boni & fideles. Candidatorū licen.candidati dicebantur qui candidis uestibus induti magistratus petebant,hi solebant interdum fidei & authoritatis comparandæ gratia cognomina aliunde sumere,dixit ergo licentia candidatorū, id est qua candidati uti solent. Arripuit, usurpauit. Etsi. quanquam una enim pars est. Quiddam à curibus,aliquid de probitate Sabinorum.nam Cures oppidum est Sabinorum, unde Numa Pō.propter probitatis morum iustitiæ & religionis opinionē ad imperiū Roma.suscipiendum accersitus est.Virgil.libr.6. Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ Sacra ferēs, nosco crines arcanaque mentis Regis Ro. primam qui legibus urbem Fūdabit,curibus paruis & paupere terra Missus enim imperium magnum.est autē ornatus dicēdi modus,hic uidetur habere aliquid à ciuitate sua, id est uidetur imitari mores suæ ciuitatis. Discedens addidisti,quia plerūq. ex absentia crescit amor. Quo, ut. Igniculum,feruorem translatio apta amori. Desiderii,absentiæ. Appellato,alloquitor. Atque ita,scilicet appellato,id est cum hac conditione si idem,ego faciam. Officio,scribēdi & Lacessendi me literis. Nunc, hoc tempore. Tu qui es in prouincia. Nobis qui sumus Romæ. Istic,in prouincia quia ubi Cæ.est,ubi res pub.est,quia ubi pontifex,ut nunc dicimus ibi Roma est. Aliis,quam scribam quia possumus habere curam rerum tuarum.Alias aliter,aliis rebus. Nisi literis,nisi scribendo, quia nullum negocium mihi in ista prouincia quod me cures. Cuiusmodi te quā facile quā sine periculis. Quādiu,quāto tempore. Simul, cum Bruto. Processeris, progressus fueris. Tantum, non ultra,non plus. Illo,habet emphasim.

Natio
Recte
Candidati
Cures
Quādiu

ASCEN. ORatorem &c. Dicit se dedisse oratorē suum, id est librum de oratore deferendum ad Trebonium.Deinde rogat ut ad se crebro scribat, & de eius itinere se doceat,atque alia quædam quæ cum ordine patebunt. Ordo autem est. Ego commendaui, id est sub fide commisi. Sabino tuo,familiari aut liberto Oratorem meum,ideſt librum de oratore ego enim inscripsi,id est nuncupaui,cane dicas intitulaui,eum sic.Natio,id est naturalis inclinatio ex patria præsumpta, hominis,scilicet Sabini, ubi uiri fideles & mulieres castæ fere habentur impulit, id est induxit me ut putarem, scilicet commisisse recte. Nisi forte quoque,id est etiam hic, usus licentia candidatorum, id est qua abutebantur cādidati,id est magistratuum petitores qui ut se commendatiores facerent interdum alterius gentis se mentiebantur.abripuit subito hoc cognomen,scilicet Sabinorum, & si, id est quanquam uultus eius modestus, & sermo constans.i. non uacillans uidebatur habere. Quiddam, id est certam naturam à Curibus urbe Sabinorum patria Numæ regis.Sed satis sup.dictum aut scriptū sit de Sabino. Tu ò mi Treboni,quando.id est quoniam,tu discedens,scilicet ab urbe,olim aliquantū,addidisti incrementi ad amorē meum,scilicet in te,quo,id est ut,feramus tolerabilius,id est patiētius igniculum,id est ardorem desiderii tui,id est quod habemus de te. appellato,id est adloquitor aut conuenito sup.me crebris literis. Itaque sup.appellato,si idem,scilicet appellare literis

fiet à nobis,quamquàm duæ causæ sunt cur tu debeas esse frequentior in isto officio.s.appellandi literis,hoc est scribendi,quàm nos.Primum ℘ olim si sup.qui erant Romæ,solebant scribere ad amicos prouincia.i.qui agebāt in prouincia aliqua de rep.oportet te scribere nobis. Enim.i.quia respu. est istic.s.ubi tu es. Deinde ℘ nos possumus satisfacere tibi absenti aliis officiis. Tu nisi sup.satisfeceris nobis literis.hic .i.in hac regione,non uideo.i.non intelligo qua alia re possis satisfacere.s.nobis. Sed tu scribes postea ad nos cætera,ego cupio nunc cognoscere primo hæc,cuiusmodi iter tuum sit ad nos, ubi uideris Brutum nostrum.s.amicum,quamdiu fueris simul scilicet cum eo. Deinde sup.scribes,cum processeris longius de rebus bellicis sup.& de toto negocio,ut possimus existimare,id est iudicare,quo in statu simus.Ego putabo me scire tantum,quantum habebo cognitum ex literis tuis.Cura ut ualeas & ames me amore tuo singulari.s.quo soles amare tuos. Vale.

℣ALIquantulum olim accidisti. In Medicæo nulla uarietas.

M. Cicero S. D. C. Trebonio.

*P.V.C. HVBER.

EPistolam tuam. Scripserat Trebonius librum in quo uehementer laudabat dicta Cice.quem Cice.dicit se libenter legisse cognouisseque ex illo magnum eius erga se amorem quare ostendit se uehementer obligatum esse & eū reclamare, qui nō solum se amantem cogitauerit, sed & scriptura amorem suum testatus sit,postea uero Ci.respondet Trebonio de quibusdā literis missis ad Caluum,& quare eum laudauerit,postremo dicit se omnia amicitiæ signa & officia seruaturum in eius absentia à quo Cice.petit,ut sua & studia & officia in ipsum Cic.collata multum recordetur. Librum tuum quem mihi legendum misisti. Incendisses.incitasses. Augendæ, ut frequentius essemus simul quàm solebamus. Nā ad amorem, parenthesis est.Desiderio,amore tui.Leniatur,mitigetur de te tanquàm amicissimo. Ciuitate plus est quàm si dixisset ciuibus testibus. Cōcionibus,orationibus.Partes consulum.i.ut faceres quę ad consules pertinebant pro me. Tribuno ple.præcipienti ne quispiam de me ageret. Tuus co. qui erat tecum quæstor.

ASCEN. ET epistolam & cæ. Scripserat Trebo.librum in quo uehementer laudat dicta Cice. quem Cic. dicit se libenter legisse, cognouisseque ex illo magnum eius erga se amorē. Deinde respondet Trebonio de literis missis ad Caluum, exponens quare eum laudauerit.Ordo autem est. Ego legi & epistolā tuam libenter & librum.s.tuum libentissime. sed tamen ego accepi in ea uoluptate hunc dolorem ℘ cū incendisses cupiditatem meam, cōsuetudinis.i.ut dicunt conuersationis nostræ augendæ. Nam ad amorem quidem nihil poterat accedere.i.addi, tum.i.tūc discedis,à nobis.& afficis me tanto desiderio, ut relinquas mihi unam sup.duntaxat consolationem, fore.i.quod spero futurum, ut desiderium utriusque nostrum utriusque absentis leniatur.i.mitigetur & minuatur epistolis crebris & longis.quod ego possū non modo.i.non solum spondere tibi de me.sed etiam mihi de te. Tu enim nullam dubitationem reliquisti apud me quantum.i.ut dubitem quantum tu amares me,Nam ut omittam.i.præterea illa quæ feci ſti teste ciuitate.i.communitate ciuium Romanorum, cum.i.quando,communicasti mecum inimicitias.i.declarasti te inimicum inimici mei ,cum defendisti me concionibus tuis,id est orationibus ad populum.cum quæstor susceptisti in causa mea atque publica,partes, id est officium consulum,cum tu quæstor & ita inferioris dignitatis non paruisti.i.obediuisti tribuno plębis,præsertim cui collega tuus.i.qui tecum quæstor erat.pareret.Et sup. ut obliuiscar hæc præsentia, quæ sup. tamen,meminero.& recordabor semper, quæ.i.qualis sup.fuit.

℣SOLICITVDO. cura animi. De me, propter me,mea causa.In armis,cum sum eiectus ex urbe. Quæ.quam,quanta,cum admiratione legendū quasi dicat maxima. Cum cu.& do.ueri enim amici secundis rebus nostris æq; ac nos lætātur & aduersis dolent. Venturum,subaudi ut obiuiscar,uel omittam. Vt hæc igitur omittam,repetiuit uerbum propter longam seriem clausulæ. Quantam quasi dicat maximam. Quicquid ego dixi etiam si minus facetum est. Non idem.s.uidetur. Siue sic fiunt nar.te.ue.multi.n.propter beneuolentiam solent fa

HVBER.

solicitudo de me in armis, quæ lætitia in reditu,quæ cura, qui dolor,cum ad te curæ & dolores mei perferrentur: Brundisium denique te ad me uenturum fuisse, nisi subito in Hispaniam missus esses: ut hæc igitur omittam, quæ mihi tanti æstimanda sunt, quanti uitam æstimo, &

cere

cere ſua oratione aliena dicta multo uenuſtiora quàm ſint ad me, ad nomen meum. De uno me.de me ſolo. Ferreus.alienus ab omni humanitate, duriſ ſimus tanquam ex ferro factus. Cum uero,argumẽtum rationis,nam ſi eum amare debemus quid nobis bene cogitarit,quanto magis qui de nobis bene cogitata literis mandarit,quia ſignum eſt quod quæ ſummo cum amore ſcripſerit non ſine ſummo amore cogitare potuerit. Plus quenquam à ſeipſo.i.cũ quiſque naturaliter ſe maxime amet, & charus ſit. Reſpondebo,reddam parem uicem. Certe, ſaltem.

Ferreus

Certe

Quo,amore. Epiſtolam.tuam. Caluo, hic poeta fuit. Non plus. Ordo eſt,non exiſtimans plus exituras quàm has, quas nunc legis.i.non exiſtimans quod magis deberent in publicum exire quàm hæ quas nunc legis. Aliter enim notanda ſententia contra faſtidioſos iudices alienorũ ſcriptorum, qui æq; uolunt de omnibus iudicatur. Vere,uero iudicio.

Primum adducit rationes quare eũmaioribus laudibus extulerit,quàm Trebonius putaret uere efferri poſſe. Reconditæ,ſecretæ, non multis cognitæ.

Reconditus

Vis.ſententia grauis. Ad eam.uim. In excitando pluri.ualet ſi lau.Ouid.Laudataque uirtus creſcit, & immenſum gloria calcar habet. Profectionem tuã. tuũ iter.i.te abſentem, hæc autem omnia quæ commemorat,amicus de abſente amico facere debet. Abſentem memoria colam,ut ita te in memoriam habeam, quod abſens uidearis eſſe præſens. Tecum in animo tuo. Quæ, officia. Cum liceat tibi.ſcilicet obliuiſci. Mihi nefas ſit, mihi nullo pacto concedatur obliuiſci, quia ut ipſe in officiis. Beneficias debet commemorare,qui accipit, non is qui contulit, nec acceptorum ſine magna reprehenſione obliuiſci poſſumus.

ASCEN. HOSOLicitudo tua de me in armis.i.cũ armatus me defendere uelles, quæ ſup.fuit lætitia tua in reditu.ſ. meo quæ cura ſcilicet ne nimis cito redierim, qui.i. qualis dolor,cũ curæ, & dolores mei perferrentur ad te denique.i.demum ut omittam ſup.te uenturũ fuiſſe ad me Brundiſium niſi miſſus eſſes ſubito in Hiſpaniam,ut igitur omittam hæc,quæ ſunt æſtimanda.i.reputanda & appretianda mihi.i.à me tanti quãti æſtimo uitam & ſalutem meam. Iſte liber quem miſiſti mihi quantam declarationem amoris tui habet?quaſi dicat maximam. Primum ꝙ quicquid ego dixi uidetur tibi facetum,id eſt uenuſtum & urbanum, quod fortaſſe ſup.uidetur aliis non idem .i. non ſimiliter,deinde ꝙ illã.ſ.dicta mea ſiue ſunt facета.ſiue fiunt ſic,id eſt faceta narrante te & uenuſtiſsima, quin etiam antequam ueniatur ad me ſcilicet ut gratuletur mihi ob facetiam pene omnis riſus conſumitur,quia te narrante inceptus eſt.Quod ſi nihil aliud cogitauiſſes niſi quod fuit neceſſe in his ſcribẽdis ſup.cogitare, de me uno tam diu, ego eſſem ferreus.i.duriſſimis præcordiis ſi non amarem te. Cum uero non potueris cogitare ea quæ perſequutus es ſcriptura.i.ſcribendo,ſine ſummo amore, non poſſũ exiſtimare,quemq̃ amari pl⁹ à ſeipſo quàm me à te.

Cui quidem amori ego utinam poſſim ſup.reſpõdere cæteris rebus.reſpondebo.i.ſatisfaciam, certe.i. haud dubie,amore.i.redamando te,quo ipſo.i.amore meo ego confido tamen.i.nihilominus futurum .i.factum iri ſatis tibi. Nunc uenio ad epiſtolam.i.ut reſpondeam ad epiſtolam,Poſtquam locutus ſum de libro,cui ſcilicet epiſtolæ, ſcriptæ ſcilicet à te copioſe & ſuauiter,nihil eſt.i.nulla eſt urgens cauſa, ꝙ.i.ꝓpter quam.Ego reſpondeam multa.Enim.i.quia,primum.i.ut id primo reſpondeam ego miſi illas literas ſalutem meam: liber iſte quem mihi miſiſti,quantam habet declarationem amoris tui?primum, quòd tibi facetum videtur quidquid ego dixi, quod alii fortaſſe nõ item:deide quòd illa ſiue faceta ſunt, ſiue ſic fiunt narrante te uenuſtiſſima: quin etiam ante quàm ad me veniatur,riſus omnis pene cõſumitur. Quòd ſi in his ſcribendis nihil aliud niſi quod neceſſe fuit,de vno me tamdiu cogitaũiſſes, ferreus eſſem,ſi te non amarem. Cum vero ea quæ ſcriptura perſecutus es, ſine ſummo amore cogitare non potueris,nõ poſſum exiſtimare plus quenquam à ſeipſo, quàm me à tè amari. Cui quidem ego amori (vtinam cæteris rebus poſſem) amore certe reſpondebo: quo tamen ipſo tibi cõfido futurum ſatis.Nunc ad epiſtolam venio, cui copioſe & ſuauiter ſcriptæ nihil eſt quod multa reſpõdeam. Primum enim ego illas Caluo literas miſi, nõ plus, quàm has quas nunc legis, exiſtimans exituras. Aliter enim ſcribimus quod eos ſolos quibus mittimus: aliter, quod multos lecturos putamus. Deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quàm tu id vere potuiſſe fieri putas. Primum quod ita iudicabam, acute mouebatur: genus quoddam ſequebatur, in quod iudicio lapſus quo valebat, tamen aſſequebatur quod probaret. Multæ erant, & reconditæ literæ, vis non erat. Ad eam igitur adhortabar. In excitando autem & in acuendo plurimum valet,ſi laudes eũ, quem cohortere. Habes de Caluo iudiciũ & cõſiliũ meũ: cõſilium ꝙ hortandi cauſa laudaui:iudicium,quòd de ingenio eius valde exiſtimaui bene. Reliquum eſt, tuam ꝓfectionem amore proſequar: reditum ſpe expectem: abſentem memoria colam: omne deſiderium literis mittendis accipiendiſque leniam. Tu velim tua in me ſtudia & officia multum tecum recordere: quæ cum tibi liceat, mihi nefas ſit obliuiſci, non modo virum bonum me exiſtimabis,verum etiam te à me amari plurimum iudicabis. Vale.

Caluo

Caluo exiſtimans ſup.eas non exituras.i.diuulgandas plus, quam has quas nunc legis. Nõ enim ſcribimus aliter ſup.id quod putamus eos ſolos quibus mittimus ſup.ipſum lecturos.ſ.eſſe aliter ſup.id quod putam⁹ multos lecturos. Deinde ego extuli.i.exaltaui ingenium eius ſcilicet Calui,& melioribus laudibus, quàm tu putas id potuiſſe fieri uere. Primum iudicabam ꝙ ita ipſe mouebatur acute,& ſequebatur quoddam genus in quo iudicio lapſus.i.errans ſcilicet in eo quo uolebat,aſſequebatur.i.obtinebat tamen ꝙ probaret. Literæ erant multæ & reconditæ.i.ſecretioris ſcientiæ. Vis ſcilicet mouendi,non erat. Igitur ego adhortabar eum ad eam. Autem.i.ſed,ipſe ualet plurimum in excitando & acuendo, ſi laudes.i.ſi ipſe laudes eum quem cohortere.i.quem ipſe cohortetur. Tu habes de Caluo ſcilicet poeta iudicium & conſilium meum. Conſilium ꝙ laudaui eum cauſa hortandi,iudicium ꝙ æſtimaui ualde bene de ingenio eius. Reliquum eſt ſup.ut proſequar profectionem tuam amore,& ut expectem reditum tuum ſpe,& colam te abſentem memoria, & leniam omne deſiderium literis,mittendis & accipiendis. Velim ſupple recordere tecum multum officia & ſtudia tua in me,quæ ſcilicet ſtudia & officia cum liceat tibi obliuiſci & nefas ſit mihi obliuiſci, tu non modo exiſtimabis me uirum bonum, uerumetiam iudicabis te amari plurimum à me. Vale.

M.T. CICERONIS EPISTOLARVM Familiarium. Lib. XVI.

TVLLIVS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI HVMANISSIMO ET OPTIMO SAL. PLVR. DIC.

Hortatoria. 1.

VIDE quanta ſit in te ſuauitas.duas horas Thyrei fuimus: Xenomenes hoſpes tã te diligit, quàm ſi vixerit tecum.Is omnia pollicitus eſt quæ tibi eſſent opus:facturum puto. Mihi placebat ſi firmior eſſes, vt te Leucadẽ deportares, vt ibi te plane confirmares. Videbis quid Curio,quid Lyſoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionẽ remittere: quem cum meliuſcule tibi eſſet,ad me mitteres: ſed cogitaui vnas literas Marionem afferre poſſe, me autem crebras expectare: poteris igitur & facies,ſi me diligis,vt quotidie ſit Acaſtus in portu. Multi erunt quibus recte literas dare poſſis q ad me libenter perferant. Equidem Patras euntem neminem prætermittam. Ego omnem ſpem tui diligenter curandi in Curio habeo. Nihil poteſt illo fieri humanius, nihil noſtri amantius. Ei totum trade:malo te paulopòſt valentem, quàm ſtatim imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud niſi vt valeas:cætera ego curabo. Etiam atq; etiam vale. Leucade proficiſcens, VII.Idus Nouembris.

VIde.Tironem libertum propter doctrinam fidemque eius ſingularem Cice.ita dilexit ut filium. Itaque cum ex Cilicia rediens reliquiſſet eum in Achaia propter ualetudinem,ad eum nunc ſcribit, quid ſibi uideatur de eius diſceſſu, in quo uult eũ uti conſilio Curii Lyſonis Medici à quo curabatur. Deinde eum monet quomodo facere debeat, ut ab eo ſæpe literas accipiat. Cõmendat autem uehemẽter Curii erga eum diligentiã, hortatur poſtremo eum ut ualetudinem ſuam curet, omnes hæ epiſtolæ, quæ ad Tironem ſcribũtur humanitatis & ſuauitatis plenę ſunt,ut facile cognoſcamus,quanti eum Ci.fecerit. Thirei,nomen loci in Græcia. Xenomenes, hoſpes meus Thirei. Firmior,ualidior. Deportaret, traduceret. Plane,ualde omnino. Marionem, ſeruum. Cum me ti.e.cum eſſes factus meliuſculus, cum eſſes aliquantulum ualetudine leuatus. Acaſtus, ſeruus noſter hunc liquerat Cic.cum Tirone. Pertranſeuntem,ad te uenientem, Illo, Curio. Mallo,ſenſus eſt potius uolo tarde te uidere ſanum,quàm cito infirmum. Proficiſcens, diſcedens. Leucade, leucas & inſula eſt Cephaloniæ teſte Ptolomẽo, & promontorium Epiri in ſinu Ambrachiæ acarnaum.

HVBER.

Deportare

Leucas

ASCEN.

VIde & cæte. Tironem libertum ſuum propter doctrinam fidemque eius ſingularem Cic.ita dilexit ut filium, quocirca cum ex Cilicia rediens reliquiſſet eum in Achaia propter ualetudinẽ, ad eum nunc ſcribit quid faciat,& quomodo ſaluti ſuæ conſulat, dicens. Vide.i.animaduerte ò Tyro, quanta ſuauitas ſit in te. Nos fuimus Thirei qui loco in Græcia eſt, duas horas.i.duntaxat per ſpatiũ duarum horarum,& ſup.Xenomenes hoſpes diligit te tam.i.tantopere, aut quãtum diligeret ſi uixerit.i. uitam egerit tecum. Is.ſ.hoſpes pollicitus eſt omnia, quę eſſent opus tibi puto facturum.ſ.quæ pollicitus eſt. Placebat mihi ſi eſſes firmior ut deportares te Leucadem ad promontorium illud Epiri.ut confirmares.i.firmum faceres te ibi plane.i.omnino. Videbis quid placeat Curio, quid Lyſoni, quid Medico.i.iis omnibus quibus ſalutem tuam commendaui. Ego uolebam remittere ad te marionem, nomẽ eſt ſerui,quem mitteres ad me, cum eſſet tibi meliuſcule.i. aliquanto melius,ſed cogitaui Marionẽ poſſe afferre.ſ.ad me unas literas,me autẽ expectare crebras.i.frequentes, ſup.literas à te. Vult dicere ſi miſſet Marionem, ut literas afferret dummodo unas haberet ſtatim rediret,nec Tiro alias ſcriberet donec iterum reuerſus fuerit,nunc autem uult ut quotidie noui nuntii per Acaſtum indagentur ſubdens. Igitur tu poteris ſup.facere, & facies ſi diligis me,ut Acaſtus alter ſeruus ſit quotidie in portu ſcilicet unde Romam nauigatur quia ſup. Multi erunt ſcilicet in portu,quib⁹ poſſis dare literas recte.i.tuto qui perferant

ferant libenter ad me,equidem.i.ego quidem,neminem prætermittam scilicet quin illi literas dem, euntem Patras.i.in eam urbem Achaiæ ubi tu es.Ego habeo omnem spem tui curandi in Curio,nihil potest fieri humanius illo scilicet Curio. Sunt autem diuersa nomina Curius & Curio,hic est à nominatiuo Curius cuius prima est breuis. Iuuen. Qui curios simulant. Curio autem à Curia aut cura, prima longa. Lucanus. Venasi Curio lingua &c. nihil potest fieri amantius nostri.i.quod nos magis amet scilicet quàm Curius. Tradei.i.fidei & custodiæ eius te totum.Malo uidere te ualentem,Paulo.i.modico sup.serius aut post,quam uidere statim imbecillum.i.infirmum. Cura igitur nihil aliud nisi ut tu ualeas.i.sanus sis. Ego curabo cætera, uale etiam atque etiam.Dedi sup. has proficiscens.i.dum proficiscerer,Leucade.i.ab eo promontorio Epiri, nisi forte loquatur de Leucade insula Cephaloniæ.VII. Idus Nouemb.

HVBER. SEptimum.Scribit Cic.se & Qu.fratrem & eius filium in ægypto uento detentos ualde solicitos esse de ualetudine Tironis,quem hortatur,ut cum primũ confirmatus sit, & nauigandi oportunitatem habuerit ad se ueniat,ostenditque Tironem omnibus esse charissimum,à quibus ipse Cice.amatur.Corcyra & Butrothum ciuitates sunt Epiri, sed Corcyra.i.in Corcyra insula,quæ magna est,ut alibi diximus. Butrothum uero est in Thesprotis. Solliciti,anxii. His enim uentis,ratio quare nõ mirabatur se accepisse ab eo literas, quia nauigatio per uentos facilis erat ad eum,non autem ab eo. Iis,talibus. Sederemus,moraremur.

Corcyra

Butrothũ

ASCEN. SEptimum & cæ. Scribit se & fratrẽ solicitos de ualetudine Tironis. Ordo est.Nos tenebamur Corcyræ.i.in eo oppido Corcyræ insulæ quæ est in Epiro. Autem.i.sed.Quin.scilicet Cicero frater & filius etiam M.Cicero supple tenebantur à uentis Butrothi.i.in ea urbe Epiri in Thesprotis, iam scilicet cum hæc scriberem,diem septimum. Nos.s.omnes solliciti eramus.i.anxii,mirum in modum de ualetudine tua. Et mirabamur nihil literarum, sup. missum esse à te,nauigatur enim his.i.huiusmodi uẽtis istuc.i.ad ad uos,aut ad te,non istinc.i.à te, qui.s. uenti istinc flantes,si essent,nos non sederemus.i.ocioſi nauigationem expectaremus Corcyræ, cura igitur & confirma te,& cum poteris nauigare commode,& per ualetudinem, & per tempus anni.i.ubi desierit hyems,ueni ad nos amantissimos. Nemo amat nos qui non diligit te. Tu uenies charus & expectatus omnibus. Cura ut ualeas etiam atque etiam ô Tiro noster.Vale.XV.Calend. Nouemb.Corcyræ.

HVBER. CIcero meus.Ostendit Cic.se dolere quod reliquerit Tironem, sed id fecit quia ita uoluit Tiro,qui dixit nolle nauigare,nisi esset omnino cõfirmatus,hortatur autem eum, ut Patris ualetudinis curandæ gratia commoretur si ei ita uidetur,nihil enim sibi gratius afferri posse eius ualetudine.Cicero me.s.filius.Et frater & fratris filius,subaudi salutem dicunt. Ad urbem,Romam. Consilium,deliberationem.Postquam cibũ cœpisti comedere,amiserat enim Tiro stomachum,cum Cice.illic esset, ut non posset comedere, sed postq̃ recuperauit stomachũ, ita ut inciperet comedere, reliquit in eius deliberatione,utrum uelit ad se uenire. Morarere,moneres ne uenires. Consequere, comprehẽdes, inuenies. Nauem ido.cum uoles ad nos uenire. commoueant.perturbent. Conducet,utile erit.Obtempera.uoluntati meæ.Feceris,quod maxime uolo. Vt quàm te ualentem uideamus. Hoc gra. si cura-

Cõducere

ueris ut ualeas.

ASCEN. PAulo facilius &c.Ostẽdit se dolere q̃ dereliquerit Tironẽ,sed id fecerat,quia ita uoluit Tiro, qui noluit nauigare donec esset conualescens, unde hortatur ut Patris maneat dicens. Ego putaui me posse ferre.i.pati,paulo facilius.i.leuius & modestius desiderium tui.i.absentiam tuam, sed non fero plane.i.omnino. Et quamquam magni interest.i.facit & utile est ad honorẽ nostrum me uenire quamsa paulum commorari, nihil me malle, quàm te ualere. Si statim nauigas, nos Leucade consequere: sin te confirmare uis, & comites & tempestates, & nauem idoneam ut habeas diligenter uidebis. Vnum illud mi Tiro uideto, si me amas, ne te Marionis aduẽtus, & hæ literæ moueant:quod ualetudini tuæ maxime conducet, si feceris,maxime obtemperãs uoluntati meæ.Hæc pro tuo ingenio consydera.Nos ita te desyderamus, vt amem⁹: amor vt valentem videamus hortatur.desyderium, vt quàm primum. illud igitur potius. Cura ergo potissimum,vt valeas. De tuis innumerabilibus in me officiis, erit hocgratissimum. III. Nonas Nouembr. Vale

Tullius & Cicero S. D. Tironi suo.

Scribatur.

SEptimum iam diem Corcyræ tenebamur. Q.autem pater, & filius Brutroti solicitos eramus de tua ualetudine mirum in modum:nec mirabamur nihil à te literarum:his enim ventis istinc nauigatur,qui si essent,nos Corcyræ non sederemus.Cura igitur te & cõfirma: & cum commode & per ualetudinẽ & per anni tempus nauigare poteris, ad nos amantissimos tui ueni.Nemo nos amat,qui te non diligat:charus omnibus expectatusq̃ venies.Cura vt valeas,etiam atq̃ etiam Tiro noster. Vale.X V. Calẽ. Nouemb.Corcyra.

Scribatur.

Tullius Tironi suo S. Plur. D.

CIcero meus & frater fratris filius. Paulo facilius putaui posse me ferre desyderium tui:sed planè nõ fero.& quanquam magni ad honorem nostrum interest quamprimum ad vrbẽ me venire, tamen peccasse mihi videor,qui à te discesserim. Sed quia tua voluntas ea videbatur esse,vt prorsus nisi confirmato corpore nolles nauigare, approbaui tuum cõsilium,neque nunc muto,si tu in eadem es sententia. Sin autem postea quàm cibum cepisti videris tibi posse me consequi, tuum consilium est. Marionem ad te eum misi,vt aut tecum ad me quamprimum veniret:aut si tu morarere,statim ad me rediret. Tu autem tibi hoc persuade, si cõmodo valetudinis tuæ fieri possit, nihil me malle,quam te esse mecum: si autem intelliges opus esse te Patris cõualescendi causa paulum commorari, nihil me malle, quàm te valere. Si statim nauigas, nos Leucade consequere: sin te confirmare uis, & comites & tempestates, & nauem idoneam ut habeas diligenter uidebis. Vnum illud mi Tiro uideto, si me amas, ne te Marionis aduẽtus, & hæ literæ moueant:quod ualetudini tuæ maxime conducet, si feceris,maxime obtemperãs uoluntati meæ.Hæc pro tuo ingenio consydera.Nos ita te desyderamus, vt amem⁹: amor vt valentem videamus hortatur.desyderium, vt quàm primum. illud igitur potius. Cura ergo potissimum,vt valeas. De tuis innumerabilibus in me officiis, erit hocgratissimum. III. Nonas Nouembr. Vale

beas & comites idoneos,& tempestates idoneas.i.dispositionem aeris idoneam,& nauẽ idoneã.O mi Tiro, uideto.i.considerato illud unũ,si amas me,ne aduentus Marionis & literæ moueant te.s.ad properandum quia si feceris quod cõducit maxime ualetudini tuæ tu obtemperaris pro obtẽperaueris maxime uoluntati meæ. Cõsidera hæc pro ingenio tuo.i.iuxta mensuram ingenii tui.Nos desideramus te,ita ut amemus. Amor hortatur ut uideamus ualentem, desiderium ut uideamus quamprimum. Igitur illud.s.quod amor hortatur potius sup.est faciendum. Ergo cura potissimum ut ualeas, duopropositi, & hoc tertium est, unde potissimum dixit ut primum sit uidere ualentem,secundum uidere quamprimum tertium ualentem esse etiam si non statim uiderit,hoc scilicet officium tuum,erit mihi gratissimum de innumerabilibus officiis tuis in me. III. Idus Nouembris.

Scribatur.

Tullius Tironi suo Sal.

NON queo ad te, nec lubet scribere quo animo sim affectus:tantum scribo, & tibi & mihi maxime voluptati fore,si te firmum quamprimum videro. Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus:is locus est citra Leucadem stadia C X X.Leucade,aut teipsum, aut tuas literas á Marione putabã me accepturum. Quantum me diligis, tantum fac vt valeas,vel quàntum te à me scis diligi. Nonis Nouemb. Alyzia.

Scribatur.

Tullius & Cicero Tironi suo Sal. Dic.& Q. Pater & filius.

NOS apud Alyziam, ex quo loco tibi literas ante dederamus,vnum diem commorati sumus, quòd Quintus nos cõsecutus non erat. Is primum.i.ualde cito,ad urbem.i.Romam,tamen uideor mihi peccasse,qui.i.q̃ discesserim à te scilicet ægrotante. Sed quia uoluntas tua uidebatur esse ea.i.talis,ut nolles nauigare,nisi corpore.s.tuo,cõfirmato.i.corroborato,prorsus.i.omno & in oẽm partẽ uersus,approbaui consilium tuum.s.ut istic maneres ego discederem. Neq; muto nunc.s.approbationem & sententiam meam si tu es in eadem sentẽtia. Sinautẽ.i.sed si postq̃ cœpisti cibum,uideris posse cõsequi me, consiliũ est tuum.i.in deliberatione & prudẽtia tua,ut id facias quod expedire censeas. Ego misi Marionem.s.seruum, ad te, eo.i.propter ea ut sup.ipse aut ueniret ad me tecũ quãprimũ.i.ualde cito quoad inceptionem,nõ enim penitus unum sunt, ualde cito facere & quamprimum,nam ualde cito proprie significat properanter & quasi citato cursu,quamprimum primo quoq; tempore etiam silente ut egroto cõuenit, aut ut rediret statim ad me si tu morarere. Tu autem persuade tibi hoc,possit fieri sup.cum comodo ualetudinis tuæ me nihil malle.i.magis uelle q̃ te esse mecum.Sinautem.i.sed si intelliges opus esse cã conualescendi.i.ut conualescas te commorari. paulum Patris,persuade tibi,me nihil malle q̃ te uale re. Si nauigas statim consequere.i.offendes nos.s.ad huc.Leucade.i.in eo promontorio. Sin uis confirmare.i.firmiorem facere te,uidebis diligenter ut ha-

Quamprimum

HVBER. NOn queo.Testatur Cic.hac epistola,sicut reliquis amorem suum erga Tironem, cuius ualetudinem sibi magnæ curæ esse ostendit. Affectus,propter ualetudinem tuam. Alyziam,urbẽ Epiri in sinu Ambraciæ arcanaum.

Alyzia

ASCEN. NOn queo & c.Rursus amorem suum in Tironem ostendit,monendo ut saluti suæ quę sibi charissima est cõsulat, ut quamprimũ uenire possit dicens. Ego non queo nec libet scribere ad te quo.i.quali animo sim affectus,tantum.i.duntaxat scribo,fore.i.futurum maxime uoluptati & tibi & mihi si uidero quamprimum.i.statim te firmũ .i.ualentem & fortem. Nos accesseramus tertio die abs te.i.postquam discesseramus à te, ad Alyziam. Is locus est citra Leucadem.s.promontorium Epiri, stadia.cxx. Ego putabam me accepturum Leucade.i. cũ essem Leucade,aut teipsum,aut literas tuas à Marione.i.quas Marioni dederis. Quantum diligis me tantum fac ut ualeas,uel quantum scis te diligi à me, Non.Nouemb. Alyzia.i.ex eo loco. Vale.

HVBER. VOs apud. Dicit Ci.& ex quo loco & quo die dederit has literas ad Tironem, deinde hortatur eum ad curandum ualetudinem. Non dum erat cõ.nos, nondum uenerat ubi eramus. Nonæ Non.V.dies Nouembr. Suspenso.solicito. Scilicet. certe. Omnes, ego Qu.frater & filii nostri.Properaris, properaueris.i.non acceleres Satis.i. existimabo me satis te quotidie uidere, si fueris sano corpore. Tum,deinde. Mea.s.causa,ut fruar utilitatibus tuis.

ASCEN. Os & c.Iterum amanter scribit nauigationẽ suã,& monet ut Tiro aut scribat, aut quamptimum incolumis redeat. Ordo est.Nos cõ

morati sumus unum diem apud Alyziam, sunt qui Aluciam scribant, ex quo loco nos dederamus tibi literas antea, ϕ.i.quia Quin.Fra.scilicet meus non erat consecuturus.i.obtenturus sequendo nos.Is dies erat Nonæ Nouemb. Nos proficiscentes inde ante lucem dedimus has literas.g.Idus Nouembr.ante diē .i.priusquàm diescret non posset dici ante diem.g. Idus,quia is dies qui ante est Nonæ sunt. Tu si amas nos omnes,& præcipue me magistrum tuum scilicet in literis nō dicit patronum, ne seruitutis moneret, confirma te. Ego expecto animo ualde suspenso.i. anxio & incerto primum scilicet te,deinde Marionē scilicet seruum cum literis tuis. Nos omnes cupimus & ego in primis uidere te quamprimum, sed ô Tiro cupimus uidere ualentem. Quare nihil properaris,id est properaueris, ego uidero te satis quotidie, id est quoque die aut satis cito, si ualebis. Ego possum carere utilitatibus tuis,id est quas mihi face res,ego uolo te ualere,ô mi Tiro primum causa tua, id est propter bonum tuum,tum.i.deinde mea.i.propter utilitatem meam. Vale.

ASCEN· VArie.Hæc epistola tota est plena suauitatis & amoris,in qua Ci.ostendit.quātam curam habeat de ualetudine Tironis,cui consulit & quomodo agendum sit cum medico & quomodo eum nauigandum, & denique hortatur eum ad curandum ualetudinem, sicut in omnibus fere epistolis.Priore pagi. debuerat enim hæc epistola Tironis ad Cice.impleuisse duas paginas in quarum prima scripserat de grauitate ualetudinis suæ in altera de cura ualetudinis & spe salutis.Itaque Cice.dicit priore pagina se perturbatum, altera recreatum.

Curatio Nunc non du. quia uideo per literās tuas tibi curæ esse ut confirmeris & bene ualeas. Quo,ut.Viæ,itineri.Bene exi. bonam esse opinionem. Curatione, modus curandi & bene, quia curatio proprie est medicorum. Ius, reprehendit medicum, qui dederit ius ipsi Tironi laboranti ex stomacho,cum eum maxime cibus liquidus & sine substantia debilitet.κακοστόμαχος.i.malo & debilitato stomacho.Illum,medicū cui te commendaui Lysonem amicum nostrum. Ad se,domum suam. Primum,duo argumenta affert negligentiæ,& quia omnes Græci sunt negligētes, quia literis suis nunquam rescripsit.Laudes, dicit eum esse diligentem & officiosum. Ne par.sum,ne impensam respicias.Innumerabilia,ostendit se anteponere salutem Tironis omnib⁹ utilitatibus, quas ab eo uel acceperit,uel accepturus sit.Domestica, circa rēm familiarem,discurrit enim per quædam eius officia.

Forensia,in foro mihi præstita. Vrbana,in urbe Roma. Prouincia,in Prouincia, cum essem in Cilicia. Omnia ui.i.facies mihi maiora omnibus supradictis.Ego pu.hortatur Tironem ut si ei uidetur,nauiget cum Mescinio quæstore, cuius humanitatem laudat & beneuolentiam erga Tironem. Bellissime, optime. Decursurum,nauigaturum. Consulito, prouideto. Laboro,curo. Tum mul.est curæ scilicet te ualere. Adhuc.usque ad hoc tempus. Dum mi.mul.loco deesse uis, dum magnæ curæ habes res meas,& eas diligentissime uis curare. Omnia,negocia. Depone.omitte. Serui.indulge. Lepta, de quo uidimus lib.quar.qui fuerat in prouincia cum Cice. præfectus fabrorum. Et omnes,tibi salutem dicūt.

HVBER. VArie & c. Tota hæc epistola suauitatis & amoris Ciceronis in Tironem libertum suum plena est.Ostendit autem quid cum medico pro salute sua faciat. Ordo est. Ego sum affectus dies fuit Nonæ Nouembris,Inde ante lucē proficiscētes, ante diem VII Idus Nouēbris,has literas dedimus. Tu si nos omneis amas, & præcipue me magistrum tuum,confirma te.Ego valde suspenso animo expecto,primum tē scilicet,deinde Marionem cum tuis literis.Omnes cupimus,ego in primis,quamprimum te videre,sed mi Tirovalentē.quare nihil properaris:satis cotidie videro,si valebis. Vtilitatibus tuis possum carere:te valere tua causa primū volo:tū mea mi Tiro. Vale.

Tullius Tironi suo Sal.plur. dic. & Cic.& Q.Frater & Q. F.

6

VArie sum affectus tuis literis:valde priore pagina perturbatus, paulum altera recreatus. Quare nunc quidē non dubito quin quoad plane valeas, te neque nauigationi, neq; viæ committas:satis te mature videro, si plane confirmatum videro. De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè curationes eius nō probo.* Ius enim dandum tibi non fuit,quum κακοστόμαχος esses:sed tamen & ad illum scripsi ac curate,& ad Lysonem.Ad Curium vero suauissimum hominem,& summi officii, summæque humanitatis multa scripsi in his etiam,vt si tibi videretur,te ad se trāsferret. Lyso enim noster vereor ne negligētior sit: primum quia omnes Græci: deinde quòd cum à me literas accepisset, mihi nullas remisit:sed eum tu laudas: tu igitur quid faciendum sit iudicabis. Illud mi Tiro te rogo,sumptu ne parcas vlla in re,quod ad valetudinem opus sit. Scripsi ad Curium, * quod dixisses,daret medico.ipsi puto aliquid dandum esse quo sit studiosior.Innumerabilia tua sunt in me officia,domestica,forensia, vrbana, prouincialia,in re priuata,in publica, in studiis, in literis nostris.Omnia viceris, si vt spero,te validum videro. Ego puto te bellissime,si recte erit,cū Quæstore Mescinio decursurum:non inhumanus est, teque teq; vt mihi visus est, diligit. & cum valetudini tuæ diligentissime consulueris, tum mi Tiro consulito nauigationi.Nulla in re iam te festinare volo:nihil laboro nisi vt saluus sis.Sic habeto mi Tiro:neminem esse qui me amet,quin idem te amet: & cum tua & mea maxime intereſt te valere,tum multis est curæ. Adhuc dū mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confirmare potuisti: nunc te nihil impedit:omnia depone:corpori serui.quantā diligentiam in valetudinem tuam cōtuleris,tāti me fieri iudicabo. Vale mi Tiro, vale,vale,& salue.Lepta tibi salutem dicit,& omnes.Vale.VII.Id. Nouembris Leucade.

.i.dispositus uarie.i.diuersimode literis tuis, pertur batus ualde priore pagina,recreatus paululum.i.modicum altera. Quare ego non dubito, quidem.i.saltem nunc,quin quo.i.ut, aut quo ad ualeas plane.i. omnino,neq; committas te nauigationi neque uiæ. Ego enim uidero te satis mature scilicet cito,si uidero plane confirmatum. Tu.&.i.simul scribis bene existimari.i.iudicari de medico & ego audio sic. Sed ego plane non probo curationes eius. Ius enim.i.fuscus frigidus,non fuit dandum tibi cum esses κακοστόμαχος.i.mali stomachi & difficilis digestionis, sed tamen ego scripsi accurate & ad illum & ad Lysonem scilicet amicum. Vero pro sed, ego scripsi multa ad Curium hominem suauissimum & summi officii.i. debiti obsequii & summæ humanitatis.i.mansuetudinis & beneuolentiæ. Et sup.scripsi in his.i.inter hæc multa,si uideretur tibi scilicet utile,ipse trāsferret te ad se.i.in domum suam. Vereor enim ne Lyso noster sit negligentior scilicet in te curando & fouendo. Primum quia omnes Græci supple sunt in officiosi,& multa pollicentes,& parum facientes:deinde quod cum accepisset literas à me nullas remisit mihi.Sed tu laudas eū. Tu igitur iudicabis, quid sit faciendum ô mi Tiro ego rogo te illud, ne parcas sumptui in ulla re qua opus sit ad ualetudinem scilicet tuam. Scripsi ad Curium sup. ut daret medico sup.id mercedis quod dixisses scilicet illi dandum. Ego puto aliquid dandum ipsi scilicet medico,quo.i.aut propter quod sit studiosior. Officia tua in me sunt innumerabilia,domestica,forensia,urbana, prouincialia.i. impensa domi,foro,in urbe,in prouincia,in re priuata,in repub.in studiis, in literis nostris. Tu uiceris.i. superaueris omnia scilicet officia, si uidero,ut spero scilicet me uisurum te ualidum. Ego puto te decursum .i.celeri nauigatione uenturum,bellissime.i.commodissime cum quæstore Mescinio si erit recte.i.prospere tibi sup. non est inhumanus & diligit te ut uisus est mihi. Et ô mi Tiro cum consulueris.i.opem tuleris & prospexeris diligentissime ualetudini tuæ,tum.i.tunc multomagis consulito nauigationi. Ego nulla.i.non ulla,non uolo te festinare iam nulla re,nihil laboro.i.laborioſe prætendo, nisi ut sis saluus. Omi Tiro habeto.i.firmiter teneto sic. Neminem esse qui amet me,quin idem amet te. Tu,cum scilicet sit ita, ϕ te ualere interest maxime tua & mea,tum est multis curæ dum adhuc nullo loco uis deesse mihi, nunquam potuisti te confirmare.i.firmum efficere. Nihil impedit nunc te,depone omnia,serui.i.indulge corpori,ego iudica bo me fieri tanti à te, quantam diligentiam contuleris in ualetudinem tuam. Vale & cætera inculcatio affectum exprimunt. Lepta qui fuerat in Cilicia cum Cicerone præfectus Fabrorum & c.

IVS enim tibi dandum non fuerat,cum κακοστόμαχος.Celsus quoque libro II. cap.24.inter ea quæ aliena stomacho sunt,iurulenta ponit,merito igitur culpauit Asclaponem medicum Cicero: si enim firmo stomacho iurulenta non cōueniunt,quanto magis infirmum affectumque Tironis ius quod ei dederat,lædere potuit. κακοστόμαχον appellauit,qui stomacho laboraret. Idem medicinæ candidissimus author,cum inquit,at imbecillis stomacho, quo in numero magna pars urbanorum, omnesque pene cupidi literarum sunt, κακοστόμαχος intellexit. * P.V.C.

QVOD dixisses daret medico,ipsi puto aliquid dandum esse.Hæc uerba (nisi fallor) perperam distincta fuut:&,ut arbitror,ita interpungi debent,Quod dixisses,daret medico ipsi puto aliquid dandum esse.ut certiorem faciat Cicero Tironem,se ad Curium scripsisse,ut ei daret,numeraretque pecuniam,quam dixisset,ac popoſcisset,ut illa ipse in sumptum uti posset. Admonet tamen Tironem, ut ante omnia medico ipsi partem aliquam illius pecuniæ soluat,quo studiosior,ac diligentior ille sit. neque enim uerisimile est,iubere Ciceronem mercedem aliquam Curio dari,qui ciuis Romanus erat,& locuples homo, & Ciceronis in primis familiaris,quemadmodum ex epistolis ipsius intelligi potest, quæ sunt in libro ad Marium, necnon ex epistola Curii ad Ciceronem:quicquid enim ille pro salute,& commodis Tironis faciebat, officii gratia faciebat & iure amicitiæ,qua cum patrono ipsius arcte coniunctus erat. Hanc etiam suspitionem confirmant uerba illa,quæ sunt in tertia ab hac epistola.Curio misi,ut medico honos haberetur,& tibi daret quod opus esset:me cui iussisset curaturum.Ostendunt enim uoluisse Ciceronem in potestate Tironis nummos esse.quā uis hic ei mandet,quod prætermitti non potuit,ut medico statim mercedem dissoluat. * P.V.C.

Tullius & Cicero & Q. Q. Tironi S. P. D.

7

TErtiam ad te hanc epistolā scripsi eodem die,magis instituti mei tenendi cā, quia nact⁹ eram cui darem, quàm quò haberem quid scriberē. Igitur illa, quantum me diligis, tantum

TErtiam. Eodem fere argumento,quo superioribus epistolis hortatur Cice.Tironem ad ualetudinem curandam,& ad consulendum nauigationi, ne festinet nimium, quando non potuit cum ipso Cice.nauigare.Tenendi.i.seruandi incepti mei ut crebro accipias à me epistolas. Igitur illa.scilicet scribam,quæ superioribus aliis epistolis. Quantum me diligis.hanc enim sententiam dixit Cice.supra epistola.4.&.7.quæ præcedit hanc. Adde hoc ualetudinis. diligētiam adhibeas ad ualetudinem tuā. HVBER.

Cum ualetu.sic in præcedenti epistola & cum ualetudini diligentissime cōsulueris,tu mi Tiro consulito

lito nauigationi. Vt.ſicut. Neminem prætermitto, cui non dem ad te literas. Euntem Patras, ueniẽ tem patras ubi tu es. Actio, urbs eſt in Epyri in ſinu Ambraciæ Acarnanum & promõtorium, à quo non procul uict⁹ eſt M.Ant.cum Cleopatra ab Auguſto. Actium

adhibe in te diligentiæ. Ad tua innumera bilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratiſſimum omnium, cum valetudinis rationem, vt ſpero, habueris, habeto etiam nauigationis. In Italiam euntibus omnibus ad me literas dabis, vt ego euntem Patras neminem prætermitto. Cura, cura te mi Tiro, quum non contigit vt ſimul nauigares. nihil eſt quod feſtines: nec quicquam cures niſi vt valeas. Etiam atque etiam vale. VI I. Idus Nouembris. Actio, veſperi.

ASCEN. TErtiam &. Eodem fere argumento quo in ſuperioribus epiſtolis hortatur Cice. Tironem ad ualetudinem curandam & ad conſulendum nauigationi dicens. Ego ſcripſi iam ad te tertiam epiſtolam eodem die, magis cauſa tenendi inſtituti, id eſt moris ac propoſiti mei: quia nactus eram cui darem, quàm quòd haberem quid ſcriberẽ.

Igitur quantum diligis me, tantum diligentiæ adhibe, id eſt confer in te. Adde ad innumerabilia officia tua in me, hoc ſcilicet ut in te adhibeas tantũ diligentiæ, quod erit mihi gratiſsimum omnium. Cum habueris rationem, id eſt curam & reſpectum ualetudinis ſcilicet tuæ: habeto etiam ſupple rationem nauigationis ſcilicet ut recte fiat. Tu dabis omnibus euntibus in Italiam, literas ad me, ut ego neminem prætermitto euntem Patras, id eſt in eam urbem ubi tu es, ſcilicet quin ei literas dem. Cura te ô mi Tiro, quando, id eſt quoniam non contigit, id eſt non eſt datum ut nauigares ſimul, id eſt unà mecum, nihil eſt φ, id eſt nulla eſt cauſa cur feſtines, nec cures quicq̃ niſi ut ualeas. Etiam atque etiam. Vale Actio, id eſt ab ea urbe Epyri, aut ad illud promontorium ante quod Auguſtus & Agrippa uicerunt Antonium & Cleopatram. VII. Idus Nouembris ueſperi, id eſt tempore ueſpertino.

Q. Cieero Tironi S. D.

HVBER. MAgnæ. Oſtendit Cice. quantæ ſolicitudini ſibi ſit ualetudo Tironis, cuius abſentis deſyderio ſe uehementer moueri dicit, licet intelligat ualetudinem eius diuturnam fore, ſed tamen ſine periculo: deinde monet ne nauiget per hyemem cum frigus ualde noceat macilentis qualis ipſe per ægritudinẽ factus erat. Poſtremo adiurat per eius erga ſe amorẽ ut det operam ut ualeat. Qui ueniunt ſcilicet iſtinc, ubi tu es. ἀκίνδυνα, ſine periculo μὲν quidem κίνδυνος, periclitor, à uero dictio eſt negatiua uel priuatiua apud Græcos. χρονιώτερα δὲ. diuturniora autem χρονιος diuturnus, & χρονιως à quo comparatiuum hoc deductum eſt. Conſolatione, quod de te ſine periculo eſſe intelligo. Si diu. hoc eſt cauſa ſolicitudinis. Deſyderando. quanto ergo magis ſentiremus ſi eſſes præſens. Per hyemem, per tempus hyemis.

Explorate Explorate, conſyderate & cum magna diligẽtia ut habeas nauem idoneam bonos comites, & nauicularium non nimis feſtinantem. Nedum, multo minus.

Nedum Abeſſe ab iniuria tem. i. uitare frigus, & iniuriam hyemis. ψύχος δὲ frigus autem λιπτῷ macilento, κρωὶ cor pori πολεμιώτατον inimiciſſimum. Inquit Euri. ut maior ſit fides huic ſententiæ ex Euripide ſũptam dicit.

Singulare, quæ non niſi ab homine fido amittuntur. dicit ergo ſe eius uerſibus habere fidem tanquã teſtimoniis.

ASCEN. MAgnæ nobis &c. Oſtendit quantæ ſolicitudini ſibi ſit ualetudo Tironis, cuius abſentis deſyderio ſe uehemẽter moueri dicit. Ordo eſt. Valetudo tua eſt nobis magnæ ſolicitudini. Nam tametſi qui ueniunt ſcilicet Patris, nuntiant tamen. i. quidẽ ἀκινδύνως. i. periculo carentia, δὲ. i. autem, χρονιώτερα, id eſt longioris temporis ſeu diuturniora ſupple eſſe nunc nauigandi negocia, tamen ingens ſolicitudo eſt in magna conſolatione quòd ſine periculo ſint, ſi is eſt diutius abfuturus à nobis. Loquitur de Tirone, cuius uſũ. i. utilitatem & ſuauitatem ſentimus ſcilicet per imaginationem deſyderando. Attamen quamquàm cupio tota cogitatione uidere te, tamen rogo penitus ne committas te per totam hyemem longæ nauigationi & uiæ niſi bene firmum, neue. i. uel ne nauiges niſi explorato ſcilicet mari. Frigus uix uitatur in ipſis tectis & oppidis in ualetudine ſup. ente infirma, nedum. i. nedicam φ ſit facile, abeſſe ab iniuria temporis in mari & uia. Vbi notandum nedum poni cum una negatione negatiue. ψύχος ψῦχος. i. frigus, δὲ. i. autem λιπτῷ. i. macilento χρωτὶ

Tullius & Cicero Tironi ſuo. S. P. D. 9

MOS à te, vt ſcis, diſceſsimus ad IIII. Nonas Nouemb. Leucadem venim⁹ ad VIII. Idus Nouembr. ad VII. Actium. ibi propter tempeſtatem ad VI. Idus morati ſumus: Inde ad quintum Idus Corcyram beliſsime nauigauimus Corcyræ fuimus vſque ad XVI. Calend. Decemb. tempeſtatibus retenti: ad XV. Calen. Decemb. in portum Corcyræorũ ad Caſſiopem ſtadia CXX. proceſſimus. Ibi retenti ventis ſumus vſque ad IX. Calend. Interea qui cupide profecti ſunt, multi naufragia fecerũt: nos eo die cœnati ſoluim⁹. Inde Auſtro leniſſimo, cœlo ſereno, nocte illa, & die poſtero in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus: eodemq̃ vento poſtridie, id erat ad VII. Calend. Decemb. hora IIII. Brunduſium venimus, eodemque tempore ſimul nobiſcum in oppidum introiit Terentia, quæ te facit plurimi. Ad V. Calend. Decemb. ſeruus Cn. Planci Brunduſii tandem aliquando mihi à te expectatiſſimas literas reddidit, datas Id. Nou. quæ me moleſtia valde leuarunt: vtinam omnino liberaſſent. Sed tamen Aſclapo medicus plane confirmat propediem te valentem fore. Nunc quid ego te horter vt omnem diligentiam adhibeas ad conualeſcendum? Tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me noui. Scio te omnia facturum, vt nobiſcum quamprimũ ſis. Sed tamen ita velim, vt nequid properes. Symphoniã Lyſonis velim vitaſſes, ne in quartam hebdomadã incideres. Sed quum pudori tuo maluiſti obſequi q̃ valetudini, reliqua cura. Curio miſi, vt medico honos haberetur: & tibi daret qđ opus eſſet: me cui iuſſiſſet, curaturũ. Equũ & mulũ

ad. XVI. Calen. Decemb. retenti tempeſtatibus. i. uentis aduerſis & proceſſimus ad. XII. Calen. Decemb. in portum Corcyręorum ad Caſſiopem: locus eſt iuxta portum, ſtadia centum uiginti. Nos retenti uentis fuimus ibi uſq; ad. IX. Cal. ſ. Decemb. Interea multi qui profecti ſunt. i. diſceſſerunt cupide. i. nimis cito propter cupiditatem

narrabam & hortabar.

NOS à te. Exponit Cice. omnem rationem ſuæ nauigationis & uiæ Brunduſium uſque ex quo die diſceſſit à Tirone, deinde eum hortatur ad curandam ualetudinem: poſtremo ut ſit cautus in nauigando, & ſi poſſit nauiget cum Meſcinio prætore, ſin minus nauiget cum aliquo cuius reſpectum habeat rector nauis ad nauigandum moderate. Leucadem, de nominibus horum locorum diximus ſupra, & in hoc lib. & in aliis. Hidruntem, oppidum in finibus Italiæ quod Strab. appellat urbiculam. Ludibundi ludentes, id eſt cum uoluptate, ſine moleſtia nauigationis. In op. Brunduſium. Leuauerunt, quia ſcribebas ſpem eſſe de ſalute, & te factum meliuſculum. HVBER. Hidrus Ludibundus

Omnino. penitus. Liberaſſent. affirmantes te bene ualidum & firmum factum eſſe. Aſclapo, qui erat Patrenſis, ut uidimus ſupra & medicus ut in epiſtola, Aſclapone Patrenſi medico utor ualde familiariter.

Prudentiam. in te regendo. Temperantiam, in uictu. Symphoniam Ly. intelligimus Tironem inuitatum eſſe à Lyſo. ad aliquos cantus & delectationes muſicas quæ ei obfuerunt. Symphoniam autem poſuit pro tota celebritate, quàm fecit Lyſo, quia ea celebritas maxime cantu muſico fuiſſet decorata. In quart. hebdom. qua eſſes iam liber à febri, ſi uitaſſes illam ſymphoniam. Quando, quoniam. Pudori. t. id eſt quoniam uoluiſti potius ob uerecũdiam ei obſequi q̃ cõſulere ualetudini tuæ, nam Tiro licet ægrotus non auſus eſt negare Lyſoni. Cura reliqua, id eſt cura ſaltem ut nunc confirmeris. Me cui, id eſt ſenſus coniungitur cum ſuperiori, miſi Curio me cui iuſſiſſet, ſcilicet curare, ut relinquerem tibi equum Brunduſii curaturum, ut relinquatur, legendum eſt relinqui & non ſe linqui, & eſt ordo: miſi Curio me cui iuſſiſſet curaturum equum relinqui tibi Brunduſii, id eſt ut tibi relinquatur. Ex Calend. Ianua. id eſt creationem magiſtratuum, qui Calend. Ianua. fiunt, ut alio loco diximus. Naſo primo Faſtorum. Iamque noui præerant faces, noua purpura fulget, Et noua conſpicuum pondera ſentit ebur. Modice. ne nimium immiſceamus nos iis tumultibus. Quæſtus, lucri. Difficile, periculoſum à Patris ad Italiam uſque. Honeſto. honorifico. Authoritate, dignitate. Moueatur, ut nauiget moderate, & interdum petat potius. Nauicularius. rector nauis, ſicut carrucarius rector carrucæ, & eſſedarius rector eſſedi. Sunt autem carruca & eſſedum genera uehiculorum, ſed eſſedum Gallicum eſt, ut ſæpius diximus. Omnia à te hab. id eſt in omnibus mihi ſatisfeceris. Quando Nauicularius Carruca Eſſedarius

NOS &c. Exponit omnem rationem ſuæ nauigationis & uiæ Brunduſium uſque: deinde hortatur ad ualetudinem curandam, & ut cautus ſit in nauigando cum Meſcinio ſi poteſt. Ordo eſt. Nos diſceſſimus à te ut ſcis, ad. IIII. Nonas Nouemb. nos uenimus Leucadem, id eſt ad eam partem Epiri ad. VIII. Idus Nouemb. & uenimus Actium, id eſt ad illud oppidum ſeu promontorium Epiri ad. VII. ſcilicet Idus Nouẽb. nos morati ſumus ibi. Inde nauigauimus beliſſime Corcyram ad. V. Idus. Fuimus Corcyræ uſque ASCEN.

piditatem fecernnt naufragia:nos cœnati eo die,ſcilicet. 9. Calend.ſoluimus, ſcilicet retinacula nauium, id eſt diſceſsimus nauigio,inde peruenimus ludibundi,id eſt aſsidue ludentes,auſtro,ſcilicet uento leniſsimo cœlo ſup. ente ſereno : illa nocte & die poſtero in Italiam ad Hidruntem oppidũ in finibus Italiæ, quod Strab.appellat urbiculã, retinet tamen priſcũ nomen, & poſt paucos adhuc annos è Turcis receptum eſt, & uenimus eodẽ uento,ſcilicet auſtro,poſtridie,id.erat 8.Calend.Decemb.hora.4. Brunduſium: oppidum illud cum portu Italię,& Terentia,ſcilicet uxor,introiit eodem tempore nobiſcum in oppidum, quæ, ſcilicet Terentia,facit.i.æſtimat te,plurimi.Seruus Cn. Planci reddidit mihi tandem,aliquando,ad.ſ.Calen.Decẽbr. omnia,repetit tandem,aliquando,ad.ſ.Calend.&c. ut deſyderii ſui uim explicet,Brunduſii literas à te, ſcilicet acceptas,expectatiſſimas, ſcilicet mihi datas, ſcilicet à te, Idibus Nouemb. quæ, ſcilicet literæ leuarunt pro leuauerunt,id eſt deonerauerunt me ualde moleſtia,ſcilicet animi utinam liberaſſent me omnino. Sed tamen Aſclapo medicus, confirmat, id eſt aſſerit plane,te fore prope diem ualentem,id eſt fortem & ſanũ. Quidem, id eſt certe aut præcipue nunc adhortor te ut habeas omnem diligentiam ad conualeſcendum. Ego noui prudentiam tuam,temperantiam,& ſup.amorem,ſcilicet tuum erga me. Scio te facturum omnia,ſcilicet quæ facta oporteat,ut ſis quàm primum,id eſt ualde cito,nobiſcum. Velim ſup.ut uitaſſes ſymphoniam,ideſt concentum & cætera oblectamenta Lyſonis,id eſt ad quæ Lyſo te inuitauit & induxit, ne incideres in quartam hebdomadam,id eſt quartum ſeptenarium,ſcilicet dierum à febri numerum, hoc eſt ut opinor in eam febris ſpeciem quam quartanam uocant, de qua in ſequenti epiſtola. Sed quoniam maluiſti obſequi pudori tuo, non audendo refragari petitioni Lyſonis,quàm ualetudini,ſcilicet bonæ, hoc eſt ſoſpitati, cura reliqua, id eſt quæ reliqua ſunt,ne, ſcilicet in grauiorem morbum recidas. Ego miſi, id eſt per epiſtolam ſignificaui Curio ut honos haberetur Medico,& daret tibi quod opus eſſet,ſcilicet habere, & ſup.miſi, id eſt ſignificaui me curaturum ſup.reddere cui iuſſiſſet,ſcilicet reddere. Ego reliqui tibi,ideſt ad uſum tuũ Brunduſii,equum & mulum,ſcilicet ut eis in reditu utaris. Ego uereor ne magni tumultus,ſcilicet ciuiles ſint Romæ ex Calen. Ianu.i. ex ſenatuſconſultis quæ tunc fient. Nos agemus omnia modice,ne, ſcilicet alteri partium inuiſi ſimus. Reliquum eſt ut cogẽ te hoc,& petam à te ne nauiges temere,id eſt inconſulte. Nautæ ſolent feſtinare,id eſt antequam bona ſit tempeſtas ſoluere,cauſa quæſtus, id eſt lucri ſui. O mi Tiro ſis cautus. Mare magnum & difficile reſtat tibi,ſcilicet adhuc nauigandum. Si poteris ſup. nauigare cum Meſcinio,ſcilicet quæſtore ſup. nauiga cum eo, quia is ſolet nauigare caute. Si minus, id eſt ſi non poteris ſup. nauigare cum eo nauiga cum aliquo homine honeſto,cuius authoritate nauicularius,id eſt gubernator nauis moueatur. Si tu adhibueris omnem diligentiam in hoc,& feceris te incolumen nobis,ego habebo à te omnia, ſcilicet quæ peto. O noſter Tiro,Vale etiam atque etiam. Ego ſcripſi diligentiſſime de te Medico Curio & Lyſoni. Vale & ſalue.

HVBER.

ET ſi oportunitatem.Primum Ci.dicit ſe magis laborare de ualetudine Tironis eius cauſa quàm ſua: deinde eum hortatur ad ipſam ualetudinem curandam,quæ conuerſa erat in febrem quartanã. Poſtea uero exponit quem admodum aduenit Romam in initiis bellorum ciuilium,& breuiter percurrit cauſas & motum & apparatum ipſorum bellorum. Poſtremo triumphum ſibi à ſenatu poſtulatum, dilatumque cauſa Lentuli conſulis:ſe autem non inſtanter petere ex quo magnã ſe adeptum authoritatẽ modeſtiæ ſuæ,& in deſcriptione regionum Italiæ, quæ aſſignatæ eſſent unicuique defendæ ſe elegiſſe ſibi Capuam. Oportunitatem, utilitatem & commoditatem. Vis, magnitudo, furor. Etiã fir.quia quartanæ licet diuturnæ ſint,non tñ periculoſæ ſunt. Ex deſyderio noſtro, quia à nobis abſis. Modeſtiam nauſeæ. commotionis ſtomachi & uomitus, quæ ſolet fieri propter nauigationem. Proditum, exitum à ciuibus Romanis. Flammam, incendium. Vel potius belli, quia iam erant arma parata. Mederi, remedium afferre. Ex utraque,Cæſa.& Pompe. Amicus noſter, qui erat amicus noſter. Minaces, quia non decernebantur ſibi, quæ ipſe petebat, quæ uidebuntur partim in ſequenti epiſtola, ut non referamus nunc hiſtoriam, ſcribunt Plu. in uita Cæſa. Appia. libro ſecundo. Sue. Tranquillus in uita Cæ. Exercitum,quem uidebatur deponere. Prouinciam.Galliam, Curio, trib.pleb. qui cum eſſet primũ Cæſa.inimiciſſimus, ut alio loco diximus, grandi ære alieno præſſus à Cæſa. liberatus,& pecunia adiutus ei amiciſſimus factus eſt. Antonius & Qu. Caſ. tribuni pleb. Nulla ui ex. atque contra Appianus ſic inquit. Conſules Marcellus & Lentulus Anto. & Caſſium ſenatu excedere imperant, ne in tribunatu aſſidentes quicquam acerbius ab ullo patiantur. Eam ob rem Anto. è tribunali iratus deſcendit &c. Profecti erant, Rauennam. Conſulibus.C.Mar.& Lent.erat autem is C. M. quem præcedenti libro conſulem factum fuiſſe gratulatus fuerat Cice. non frater germanus ſed frater patruelis, id eſt conſanguineus M. Mar. qui ſuperiore anno conſul fuerat. Nequid de. erant uerba, quibus utebatur ſenatus ad conſulendum utilitati reipubli. Paratiorem du. quàm nunc eſt Cæſar. quaſi dicat furioſiorem quàm unquam fuerit Catilina. Ex hac parte reipublicæ. Sero.quia ſemper putabit nihil ſibi aut reipublicæ ab eo noceri poſſe. Nobis, id eſt pro nobis. Triumphum, de rebus geſtis in Cilicia. Suum beneficium, erga me. Maius, mihi charius optatius, quoniam cito data uileſcunt. Simulatque, poſtquam. Simulatq; Relaturum, de triumpho, mihi decernendo. Nihil cupide agimus, non oſtendo me ualde cupidum huius triumphi. Deſcriptæ,aſſignatæ. Capuam, ciuitatem Italiæ.

ET ſi oportunit. &c. Primum dicit ſe magis laborare de ualetudine Tironis eius cauſa quàm ſua,deinde iterum hortatur ad curandam ualetudinem quæ in febrem quartanam conuerſa erat. Poſtea dicit ſe offendiſſe bella ciuilia Romæ triumphũque ſuum dilatum cauſa Lentuli conſulis. Ordo eſt. Et, id eſt quanquã ego deſidero in omnibus locis opportunitatẽ,ideſt commoditatem tempeſtiuam,operæ,id eſt operationis diligentis tuæ, tamen doleo non tam,id eſt tantopere cauſa mea quàm,id eſt quantopere cauſa tua. Sed quando,id eſt quoniã uis,id eſt uiolentia morbi conuerſa eſt in quartanam,ſcilicet febrẽ. Sic enim Curius ſcribit. Spero diligentia adhibita,id eſt poſtquam diligentia erit adhibita te fore,id eſt futurum. Etiam firmiorem, modo,id eſt ſolum modo fac,quòd eſt humanitatis tuæ, id eſt quòd pertinet ad humanitatem tuam,qua te & me proſequeris: uidetur enim ſibi non parcens in ſe humanus, ut Menedemus ille Terẽtianus ſeipſum crucians, hoc eſt ne cures hoc tempore aliud niſi ut conualeſcas quàm commodiſſime. Non ignoro quantum labores, id eſt labore & moleſtia afficiaris ex deſyderio, id eſt quia quantum deſyderes mihi inſeruire,ſed omnia erunt facilia,ſcilicet toleratu ſi ualebis,id eſt ſanus & firmus eris. Nolo te feſtinare,id eſt ut feſtines, ne æger ſuſcipias moleſtiam nauſeæ, ſcilicet ex aqua marina, & nauiges periculoſe hyeme,id eſt tempore hyemali. Ego acceſsi ad urbem,ſcilicet Romam pridie Nonas Ianuarias. Proditum eſt obuiam mihi ſic ut nihil potuerit fieri honoratius. Sed incidi in ipſam flammam, id eſt apertiſſimum incendium diſcordiæ ciuilis uel potius belli,cui cum cuperem mederi,id eſt remediũ afferre,& ut arbitror poſſem,ſcilicet mederi cupiditates certorum hominum.Nam ſunt ex utraque parte qui cupiant pugnare,fuerunt mihi impedimento. Et ipſe Cæſar amicus noſter miſerat minaces literas ad ſenatum,& erat adhuc impudens, id eſt ſine uerecundia & pudore qui tineret exercitum & prouinciam ſenatu inuito. Et Curio meus, ſcilicet amicus incitabat illum, ſcilicet Cæſarem. Antonius quidem noſter & Caſſius profecti erant, ſcilicet cum hæc ſcriberem ad Cæſarem,cum Curione,nulla ui expulſi, quaſi dicat propria ſponte. Poſtea ſenatus dederat conſulibus,prætoribus,tribunis plebis,& nobis qui ſumus proconſules negotium,ut curemus ne reſpub. caperet quid,id eſt aliquid detrimenti, ciuitas nunquam fuit in maiore periculo. Ciues improbi.i.improbandi, quia contra rempub.ſentientes,nunquam habuerunt omnino ducem paratiorem.ſ.quàm nunc ſit Cæſar. Comparatur.ſ.exercitus.i.acquiritur quoq;.i.etiam,ex parte.i.noſtra, & reipu.Id fit authoritate & ſtudio Pompeii noſtri,qui cœpit timere Cæſarem ſero.i.nimis tarde. Senatus ſupple,quamuis inter has turbas.ſ.cogeretur,tamẽ frequens,flagitauit,id eſt exegit nobis triumphum. Sed Lentulus conſul,quod.i.ut faceret beneficium maius id eſt auctius quia difficilius ad quæſitum, dixit ſe relaturum.i.conſulturum,de triumpho noſtro,ſimulatq;.i. ſtatim poſtquam expediſſet ea quæ eſſent neceſſaria de repu. Nos nihil agimus cupide, & eo.i.tanto aut propterea authoritas eſt.i.æſtimatur pluris. Regiones Italiæ ſunt deſcriptæ, quam partem quiſque tueretur.i.defenderet. Nos ſumpſimus Capuam.ſ.tuendam.Ego uolui te ſcire hęc. Tu cura etiam atque etiam ut ualeas,&

Aa.ii. mittas litteras

Opportunitas
Vis

Tullius,& Cicero, Terẽtia, Tullia Qu.Qu.Tironi S.P.D.

ET ſi opportunitatem operæ tuæ omnibus locis deſydero, tamen non tam mea quàm tua cauſa doleo te nõ valere. Sed quum in quartanam conuerſa vis eſt morbi (ſic enim ſcribit Curius) Spero te diligentia adhibita etiam firmiorem fore. Modo fac id quod humanitatis tuæ: ne quid aliud cures hoc tempore,niſi vt quàm commodiſsime cõualeſcas. Non ignoro quantum ex deſyderio labores. ſed erunt omnia facilia ſi valebis:feſtinare te nolo,ne nauſeæ moleſtiã ſuſcipias æger, & periculoſe hyemẽ nauiges. Ego ad vrbem acceſsi pridie Non. Ianuarii, obuiam mihi ſic eſt proditum, vt nihil

vt nihil poſsit fieri ornatius. Sed incidi in ipſam flammam ciuilis diſcordiæ, vel potius belli. cui cum cuperem mederi, & vt arbitror poſſem, cupiditates certorum hominum (nam ex vtraque parte ſunt qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt omnino. Et ipſe Cæſar amicus noſter minaces ad ſenatum & acerbas literas miſerat:& erat adhuc impudens,qui exercitum & prouinciam inuito ſenatu teneret, & Curio meus illum incitabat. Antonius quidẽ noſter & Qu. Caſsius nulla vi expulſi ad Cæſarem cum Curione profecti erant. *Poſtea quàm Senatus cõſulibus Prætoribus Tribu.pleb.& nobis,qui Proconſules ſumus,negotium dederat, vt curaremus nequid reſpubl.detrimenti caperet: nũquã maiore in periculo ciuitas fuit: nunquam improbi ciues habuerunt paratiorem ducem.omnino ex hac quoque parte diligẽtiſsime bellum comparatur. id fit authoritate & ſtudio Pompeii noſtri, qui Cæſarem ſero cœpit timere. Nobis inter has turbas ſenatus tamẽ frequẽs flagitauit triumphũ. Sed Lẽtulus Cõſul, quo maius ſuum beneficium faceret, ſimulatque expediſſet quæ eſſent neceſſaria de repub. dixit ſe relaturum.Nos agimus nihil cupide:eoque eſt noſtra pluris authoritas. Italiæ regiones deſcriptæ ſunt, quam quiſque partem tueretur: nos Capuam ſumpſim⁹. Hæc te ſcire volui. Tu etiam atq; etiam cura vt valeas,literaſque ad me mittas, quotienſcũq; habebis cui des. Etiam atq; etiã Vale. Datum Pridie Idus Ianuarii.

mittas literas ad me quotienſcunque habebis cui des. Vale etiam atque etiam, id eſt iterum atque iterum. Datum pridie Idus, id eſt die qui præceſſit Idus Ianuarias.

*P.V.C. ¶ POSTEAQVAM Senatus coss. Prætt. Trib. pleb. & nobis, qui Procoſs. ſumus. Præſidio huius loci emendatur alter in Oratione, pro Deiotaro rege: qui cum eandem ſententiam haberet, negligentia librariorum corruptus fuerat, uel potius uitio ueteris illius ſcripturæ aliquantulum perturbatus: Cum audiſſet ſenatus conſentientis authoritate arma ſumpta coss. Prætt. Trib. nobis imperatoribus rempub. defendendam da tam. ita enim legendum eſt, non NOVIS, ut nunc in omnibus impreſſis mendoſe legitur. Notum autem iam omnibus eſt, ueteres librarios nullo pene diſcrimine illis literis uſos eſſe, quæ etiam ſcriptura in lapidibus antiquis reperitur: Erat enim tunc Cicero cum imperio, & habebat faſces laureatos, quare & illum, & reliquos omnes, qui cum imperio eſſent, uoluit Senatus prouidere publicæ ſaluti. In 11. Philip. Tum contra te dedit arma hic ordo coss. reliquiſque imperiis & poteſtatibus. Cæſar etiam in primo comment. cum de hoc S. C. loqueretur, inquit: Dent operam coss. Prætt. Trib. pleb. quique cum imperio ſunt ad urbem, nequid reſpublica detrimenti capiat. Romæ de hac re hac animaduerſione cum eruditis uiris locuti ſumus.

HVBER. QVO in diſcrimine. Hac epiſtola longe plenius quàm præcedenti expoſuit Cic. bellorum ciuilium cauſas & tumultum & pericula. Deinde conſilia & ſententiã ſuam de iis bellis, rogatque Tironem ne moleſtiam ullam capiat de iis rebus ne impediant eius ualetudinem quam hortatur ut diligenter curet: monetq; eum poſtremo quomodo nauigare debeat, nulla fere difficultas eſt in uerbis. Diſcrimine, periculo. Diripiendam, uertendam in prædam. Reliquimus, quia fugimus Capuam, ubi ſunt Pompeii exercitus. In eum locum, in talem ſtatum. Vt ueni. poſtquam ueni, Omniaſentire, & dicere. hoc enim teſtatur Appia. Cice. de concordia egiſſe. Eos, qui boni uiri habentur, notat conſules, qui contra dicebant omnibus, quæ Cice. conſulebat. Ariminum, Piſaurum. urbes ſunt Senonum Italiæ iuxta ſinum Hadriaticũ. has autem urbes primum occupauit Cæſar. Luca. Vicinumq; minax Inuadit Ariminum. & Sueto Picenum Vmbriã Hethruriam occupauit. Rationem autem affert Appia. cum de Octauiano loquitur: quia inde erat facilis incurſus, & inuaſio. & Strab. lib. 5. cũ dicit Hanniba lem uſum eſſe hac uia. Quòd ſapienter, ſcilicet reliquerimus. Nihil attinet diſputari quia conſtat & timide & ſtulte nos feciſſe, ſed ut inquit Lucanus, Danda tamẽ uenia eſt tantorum dãda malorum, Pompeio fugiente timent. Eat in Hiſpaniam, quam erat ſortitus eo anno. Dimittãtur. ne habeamus milites in Italia. Obtigerunt, ſorte euenerunt. His. Domitio & Conſidio. Se traditurũ. Domitio. L. Domi. Cæſari ſucceſſor nominatus fuerat: & is Domitius eſt quem poſtea Cæſar Corfinii in deditionem accepit, atque dimiſit. Seuenturum. Romam ad comitia conſularia. Trinundinum, nundinæ dies erat ſecundũ Feſtum feriarũ, quo pòpulus ad urbẽ mercandi cauſa cõueniebat. Macro. in Saturna. negat nundinas fuiſſe ferias, ſed Romanos inſtituiſſe nundinas, & octo quidem diebus in agris ruſtici opus facerent, nono autem intermiſſo ru re ad mercatum legeſque accipiendas Romam uenirent, ut ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quæ trinũdino die præpoſita à ſingulis atque uniuerſis facile uocabantur, unde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur, ea re etiam candidatis uſus fuit in comitium nundinis uenire, & in colle conſiſtere, unde coram poſſent ab uniuerſis uideri, ſed hæc omnia diligentius & haberi cœpta & poſt abolita poſtquam trinundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adeſſe cœperunt. Hæc Macrob. ſignificat autem trinundinum aliud eſſe quàm nundinas, licet aperte non declarat quid ſit: puto autem eſſe trium dierum ſpacium ad habenda comitia creandorum magiſtratuum cauſa, ut uerba Macro. ſuprapoſita ſignificant. & Liui. iii. Poſtquam uero comitia decemuiris creandis in trinundinum indicta ſunt. Lauren. tamen Valla legit trinum nundinum, quod minus probo. Quidam etiam accipiunt nõ pro ſpatio trium dierum, ſed pro loco quod tribus in locis uno die fierent comitia, probo tamen magis priorẽ ſenſum. Ex iis locis, Arimino Piſauro &c. Non honeſte. quia uidemur ei parere, qui deberemus imperare. Leges imponuntur nobis à Cæſa. & eſt ratio quare pax non ſit honeſta. Quid uis, quodlibet etiam minus honeſtũ. Sicut ſumus. in tanta perturbatione rerum & metu. Inſtare ſuis conditionibus, id eſt ſi noluerit ſeruare conditiones, quas fecit ut ſupra uidimus, & quas nos accepimus. Suſtinere, tueri. Suis, quas ipſe propoſuit nobis, non autem nos ei.

Nundinæ Trinundinæ

M.T.C. C. Tioni. S.P.D.

QVO in diſcrimine ſalus mea, & omnium bonorum atq; uniuerſæ reipu. ex eo ſcire potes, q̃ domos noſtras, & patriam ipſam uel diripiendam, uel inflammandam reliquimus. In eum locum res deducta eſt, vt niſi quis deus, uel caſus aliquis ſubuenerit, ſalui eſſe nequeamus. Equidem vt ueni ad vrbem, non deſtiti omnia & ſentire, & dicere, & facere quæ ad concordiam pertinerent: *ſed mirus inuaſerat furor, non ſolum improbos, ſed etiam hos qui boni habentur, vt pugnare cuperent, me clamante nihil eſſe bello ciuili miſerius. Itaque cum Cæſar amentia quadam raperetur, & oblitus nominis atque honorum ſuorum, Ariminum, Piſaurum, Anconam, Arretium occupauiſſet, Vrbem reliquimus: quàm ſapiẽter, aut quàm fortiter, nihil attinet diſputari: Quo quidem in caſu ſimus, vides. Feruntur omnino conditiones ab illo, vt Pompeius eat in Hiſpaniam: delectus qui ſunt habiti, & præſidia noſtra dimittãtur: ſe vlteriorem Galliam Domitio, citeriorem Conſidio Noniano (his enim obtigerunt) traditurum: ad Conſulatus petitionem ſe venturum: neque ſe iam velle abſente ſe, rationem haberi ſui: ſe præſentem trinum nundinũ petiturũ. Accepimus conditiones: ſed ita, vt remoueat præſidia ex his locis quæ occupauit, vt ſine metu de iis ipſis cõditionib⁹ Romæ Senatus haberi poſſit. Id ille ſi fecerit, ſpes eſt pacis, nõ honeſtæ, leges enim imponũtur: ſed quidquis eſt melius quàm ſic eſſe ut ſumus. Sin autem ille ſuis conditionibus ſtare noluerit, bellum paratũ eſt, eiuſmodi tamẽ, quod ſuſtinere ille non poſſit, præſertim cum à ſuis cõditionibus ipſe fugerit, tantũmodo vt eum intercludamus, ne ad vrbem poſſit accedere: quod ſperabamus fieri poſſe. Delectus enim magnos habebamus: putabamuſque illum metuere, ſi ad vrbem ire cœpiſſet, ne Gallias amitteret, quas ambas habet inimicisſimas, præter Tranſpadanos: ex Hiſpaniaque ſex legiones, & magna auxilia Afranio & Petreio ducibus habet à tergo. Videtur, ſi inſaniet, poſſe opprimi, modo vt vrbe ſalua. Maximam autem plagam accepit, quòd is qui ſummam authoritatem in illius exercitu habebat, Titus Labien⁹, ſocius ſceleris

ASCEN. QVO &c. Exponit bellorum ciuilium ſeminaria dicens: Tu potes ſcire in quo diſcrimine ſalus mea & omnium bonorum, atque uniuerſa reſpub. uerſetur, ex eo quòd reliquimus domos noſtras & patriam ipſam uel diripiendam uel inflammandam, aduentante enim Cæſare omnes fugerunt. Res eſt deducta in eum locũ, ut niſi quis, id eſt aliquis deus uel caſus aliquis ſubuenerit, nequeamus eſſe ſalui. Equidem, id eſt ego quidem, ut ueni ad urbem, ſcilicet ex prouincia, non deſtiti & ſentire, & dicere, & facere omnia quæ pertinerent ad concordiam, ſcilicet Cæſaris & Pompeii. Sed mirus furor inuaſerat, ſcilicet præcordia aut lege inarſerat, nõ ſolum improbis, ſed etiam iis qui habentur boni, ut cuperent pugnare, me clamante nihil eſſe miſerius bello ciuili. Itaque cum Cæſar raperetur quadam amentia, & oblitus nominis atque bonorũ ſuorum, occupaſſet Ariminum, Piſaurum, Anconam, Aretium, nos reliquimus urbem, ſcilicet Romam quàm, id eſt quantum ſapienter aut quàm fortiter nihil attinet diſputare, id eſt diſcutere. Quo quidem &c. Ordò eſt. Quidem, id eſt certe. Eſt tamen expletiua coniunctio plus ad ornatum quàm ad ſententiam faciens, tu uides, id eſt intelligis, in quo caſu nos ſimus. Conditiones, ſcilicet pacis, feruntur omnino ab illo, ſcilicet Cæſare, ut Pompeius eat, ſcilicet cum imperio, in Hiſpaniam, & ſup. delectus, id eſt militum nouorum ſcriptiones qui ſunt habiti, quæ iam ſunt factæ, & præſidia noſtra, id eſt quæ impoſuimus urbibus contra Cæſarem dimittant, & ſup. offert, ſe traditurum Domitio Galliam ulteriorem, id eſt remotiorem ab Italia Domitio, & ſup. Conſidio Nouiano Galliam citeriorem, id eſt uiciniorem, & quæ citra Alpes eſt. Enim, id eſt quia ſup. dictæ prouinciæ obtigerunt, ſcilicet ſorte his, ſcilicet duobus Domitio & Conſidio, & ſup. ſe uenturum ad petitionem conſulatus, neque, id eſt & non, & ſup. dixit ſe non uelle rationem, id eſt pium reſpectum ſui, id eſt de ſe aut in ſe haberi ſe iam abſente, & ſup. dixit aut obtulit ſe præſentem petiturum trinundinum, id eſt ſpatium trium dierum pro nundinis, id eſt dicendis &, id eſt nuntiandis nouis ſeu legibus ſeu feſtis populo ex agro in urbem conuocato. Nos accepimus conditiones, ſcilicet oblatas à Cæſare, ſed ita ut remoueat præſidia, id eſt armatos milites ad cuſtodiam locorum fortium impoſitos, ex his locis quæ occupauit, ut ſenatus poſſit haberi Romæ, de iis ipſis conditionibus. Si ille, ſcilicet Cæſar fecerit id, id eſt amouerit præſidia ſpes eſt pacis. Non enim leges, id eſt conditiones pacis honeſtæ, id eſt ſenatui honorificæ imponuntur, ſcilicet à Cæſare quaſi iam tunc domino, ſed quiduis eſt melius, quælibet conditio eſt melior quàm eſſe ſicut ſumus. Sinautem, id eſt ſed ſi, ille, ſcilicet Cæſar uoluit inſtare, id eſt inniti cõditionibus ſuis, ſcilicet non aliter admittendo pacem, bellum eſt paratum, tamen eiuſmodi, id eſt tale aut tam magnum contra Cæſarem. Quod, id eſt quale aut quantum ſup. Cæſar non poſſit ſuſtinere: præſertim cum ipſe fugerit, id eſt meticuloſe diſceſſerit à conditionibus ſuis, tantummodo, id eſt eo ſolo dato.

¶ SED mirus inuaſerat furor, non ſolum improbos. Admonuimus olim Medicæum codicem, & alium item bonum IMPROBIS habere, tertio multitudinis caſu: & paulo poſt eadem ratione HIS: nec tamen tanti mihi fuit authoritas illorũ, ut ita ſcriberẽ, quamuis non ſine cauſa id factũ eſſe exiſtimarim: animaduertimus poſtea optimos authores ita locutos eſſe. quare ueterem omnino lectionem, recipiendam cenſemus. citatur te ſtimonium Accii Meleagro, à Nonio Marcello in Vaſtities: Quæ uaſtitudo hæc, aut unde inuaſit mihi? Item Terentii Varronis è. 4. libro de uita populi R. 143.. Tanta porro inuaſit cupiditas honorum pleriſque, ut uel cœlum ruere, dummodo magiſtratus adipiſcantur, exoptent. Aliis etiam in locis apud eundem, niſi memoria me decepit, ueteres ſcriptores ita locuti eſſe reperiuntur, & (ut arbitror) exempla paſſim occurrerent, niſi omnia, quæ contra certas quaſdam ipſorum regulas facerent, à recentioribus grammaticis temere deleta eſſent. *P.V.C.

¶ INTERCludamus. impediamus, appone exercitus. Delectus. factus in Italia. Gallias, ulteriorem & citeriorem. Tranſpadanos, qui Tranſpadanum incolunt in Gallia ciſalpina. Sex legiones haberi, nõ ſuas, ſed ſibi inimiciſſimas & aduerſarias: has legiones poſtea Cæſa. appellatis partibus de republica inuaſit: iis autem præerant Petreius Afranius, & M. Varro. Si inſa. ſi quod inſane & furioſe fecerit contra ea quæ nobiſcum pactus eſt. A tergo, à poſteriori parte, ſcilicet à legionibus quæ ſunt in Hiſpania. à tergo autem à latere & à fronte uocabula ſunt commode ad exercitum tranſlata. Maximam pla. maximum damnũ, tranſlatio à corpore quod plaga, id eſt percuſſione debilitari ſolet. Labienus. is unus ex ducibus Cæſa. in bello poſtquam uidit Cæſarem mouiſſe bellum aduerſus patriam, eum reliquit, & ad Pompeium tranſiuit. Sceleris. impii & ſcelerati belli ciuilis. Luca. Iuſque datũ ſceleri canimus. Multi, ex ducibus & militibus Cæ. Factu ri, idem quod fecit Labienus. Oræ ma. regioni uicinæ mari. A for. ur. cauſa. i. uſq; à formiis. Quo quæritur. HVBER. A tergo A latere A fronte

Universidad de D... Biblioteca

Plus ua. quia plus obtemperauit meis exhortationibus quia uidit me non suscepisse aliud maius negociũ contra se, quàm ut seruarem illam regionem cui pręeram. Certis, quibusdam. Præfuturum, facient enim me ducem quarundam legionum. Noster, & gener & amicus. Impediant, molestiæ enim & solicitudines solẽt, uel impedire ualetudinem, uel interdum renouare morbũ. A. Varroni. is erat in patria ubi ægrotabat Tiro, Totum. t. i. omnia quæ ad te pertinent. Recepit. promisit. Eo tempore, quo primum Romam adueni, de triumpho mihi decernendo agebam, in quo potuisses mihi prodesse. Caue festines, caue ne properes nimium, nam caue negationem habet sensu in se inclusam. *Committere* Committas, ne facias hoc ut nauiges æger &c. est autem interdum committere facere cum errore & reprehensione, ut, nõ committam ut me decipias. *Saluus* Saluus, incolumis. Quod neminem te uidisse post M. Volusium. Tanta hye. uel tempestate maris, uel etiam tempore hyemis, quo difficilima est nauigatio. Iuue. Mense quidem brumæ cum iam mercator Iason Clausus & armatis obstat casa candida nautis Grandia tolluntur cristallina. Recte, commode & tuto. In F. in agro Formiano. Romæ, erant cum scripsi has literas.

ASCEN. ❧ VT intercludamus eum, id est ei facultatem præripiamus, ne possit accedere ad urbem, quod sperabamus posse fieri, habebamus enim delectus magnos, & putabamus illum metuere si cœpisset ire ad urbem, scilicet Romam, ne amitteret Gallias, scilicet ulteriorem, & citeriorem, quas ambas habet munitissimas, scilicet præsidiis suis, præter transpadanos, scilicet eos Gallos qui transpadum incolunt. Et sex legiones, scilicet Romanorum, & magna auxilia, scilicet sociorum, uidentur haberi à tergo, scilicet Cæsaris, id est ut instent illi à tergo ex Hispania. Afranio & Petreio ducibus, quos tamen Cæsar ad deditionem compulit, si sup. Cæsar insaniet, id est temere omnia audebit sup. uidetur opprimi, modo, idest dummodo id fiat urbe, scilicet salua. Autem, id est sed Cęsar sup. accepit maximam plagam, id est maximum incommodum, quòd is uidelicet Titus Labienus qui habebat summam authoritatem in exercitu illius, noluit esse socius sceleris eius, scilicet in patriam incœpti, sed sup. reliquit illum & est nobiscum & multi, scilicet alii boni uiri, dicuntur facturi esse idem, id est relicturi illum. Ego præsum, id est protectioni sum adhuc oræ meritimæ, id est regioni ad mare iacenti, à Formiis, nullum, id est non ullum, non uolui suscipere ullum negocium maius quo id est ut literæ & cohortationes meæ ad pacem, ualerent plus apud illum, scilicet Cæ. Sinautem, id est sed si bellum erit, ego uideo me præfuturum castris & certis, id est quibusdam legionibus. Ego habeo etiam illam molestiam, id est cruciatum animi, quòd Dolabella noster quia gener Cice. est apud Cæsa. Ego uolui hæc esse nota tibi quæ caue ne perturbent te, & impediant ualetudinem tuam. Ego commendaui te diligentissime Aulo Varroni, scilicet Patris agenti quem cognoui cum, scilicet ita sit quòd amantissimum mei, tum etiam ualde studiosum tui, id est tibi optime uolentem, ut haberet rationem, &, id est simul ualetudinis tuæ, & nauigationis, & susciperet, id est in custodiam suam assumeret ac tueretur te totum, quem ego confido facturum omnia. Enim, id est quia, ipse recepit, id est promisit, & locutus est mecum suauissime. Tu quãdo, id est quoniam, non potuisti esse mecum eo tempore, quo ego desideraui maxime operam, id est diligentem laborem & fidelitatem tuam, caue sup. ne festines, aut committas, ut nauiges, aut æger, aut hyeme. Ego nunquam putabo te uenisse sero, id est nimis tarde, si ueneris saluus. Ego neminem uideram adhuc, scilicet cum hæc scriberem qui uidisset te posteaquam M. Volusius sup. uidit te, à quo accepi literas tuas, quod non mirabar. Neque enim puto meas literas perferri, id est ad finem usque ferri ad te, tanta hyeme, id est tempestate procellosa durante. Sed da operam ut ualeas, & si ualebis, id est sanus eris, nauiges tum, id est tunc, cum, id est quando poterit nauigari recte, id est sine periculo Cice. meus, scilicet filius erat, scilicet cum has scriberem in Formiano, scilicet uilla nostra Formiana. Terentia, scilicet uxor, & Tullia, scilicet filia sup. erant Romæ. Cura ut ualeas. Datum sup. è Capua. IIII. Calend. Febr.

esse noluit: reliquit illum, & nobiscum est: multique idem facturi esse dicunt. Ego adhuc oræ maritimæ præsum à Formiis. nullum maius negotium suscipere volui, quo plus apud illum meæ literæ cohortationesque ad pacem valerent. Sinautem erit bellum, video me castris & certis legionibus præfuturum. Habeo etiam illam molestiã quòd Dolabella noster apud Cæsarem est. Hæc tibi nota esse volui, quæ caue ne te perturbent, & impediant valetudinem tuam. Ego A. Varroni, quem cum amantissimum mei cognoui, tum etiam valde tui studiosum, diligentissime te cõmendaui, vt & valetudinis tuæ rationẽ haberet, & nauigationis, & totum te susciperet ac tueretur: quem omnia facturum confido: recepit enim, mecum locutus est suauissime. Tu quum eo tempore mecum esse non potuisti, quo ego maxime operam & fidelitatem desideraui tuam, caue ne festines, aut committas, vt aut æger, aut hyeme nauiges. Nunq̃ sero te venisse putabo, si saluus veneris. Adhuc neminem videram qui te postea vidisset, quàm M. Volusius, à quo tuas literas accepi: quod non mirabar: neque enim meas puto ad te literas tanta hyeme perferri. Sed da operam vt valeas: & si valebis, cum recte nauigari poterit, tum nauiges. Cicero meus in Formiano erat: Terentia & Tullia Romæ. Cura vt valeas. Quarto Calen. Febr. Capua.

Tullius Tironi.

Tullius Tironi S.

EGO vero cupio te ad me venire, sed viam timeo: grauissime ægrotasti: inedia, & purgationibus, & vi ipsius morbi consumptus es. graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si quæ culpa commissa est. Iã ad id biduum quod fueris in via, dum in Cumanum venis, accedent continuo ad reditum dies quinque. Ego in Formiano ad III. Cal. esse volo. Ibi te vt firmum offendam, mi Tiro effice. Literulæ meæ, siue nostræ tui desiderio oblanguerunt. Hac tamẽ epistola, quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerunt. Pompeius erat apud me, cum hæc scribebam: hilare & libenter ei cupienti audire nostra, dixi, sine te omnia mea muta esse. Tu musis nostris para vt operas reddas, * nostra ad diẽ dictam fient. Docui enĩ te, fides ἔτυμον quòd haberet. Fac plane vt valeas, nos adsumus. Vale. XIIII. Calend.

HVBER. EGo uero Scripserat Tiro se uenturum ad Cic. si ipse uellet, itaque rescribit Ci. se cupidũ esse, ut Tiro ad se ueniat, sed timere ne ex uia periclitetur, quia omnia quæ malo regimine fiũt ab iis qui grauiter ægrotauerunt periculosa sunt, deinde facit eum certiorem se fore in Formiano, dicitque se Põpeio dixisse omnia sua muta esse sine Tirone. *Vero* Vero. potest esse & expletiua & affirmatiua particula. Viã. periculum uiæ. *Grauissime* Grauissime uehementissime, periculosissime. Consumptus, debilitatus. *Inedia* Inedia. fame, *Fames* sed fames semper est cum appetitu edendi. Inedia uero etiam sine appetitu ut in ægrotis, unde melius inedia dicetur abstinentia uel impotentia comedendi. i. non comestio. Purgationibus. quæ medicinis fiũt. Vi. magnitudine. Offensiones. nocumenta. Si qua culpa commissa est. si quid est factum præter ordinẽ & regulam medicorum. Iam ad id. ex his uerbis intelligimus Tironem fuisse iam in Italia cum hæc epistola scripta est. *Biduum* Biduum. spacium duorum dierũ. Accedent quasi dicat ad. 3. puto hoc uelle dicere quod quia sit debilitatus, quinque dies consumet in redeundo. Iter quod inueniendo duobus diebus confecerit. In cu. ad me. Offendam. inueniam. Siue nostræ. correctio, quia habebat Cice. Tironẽ adiutorem studiorum suorum. *Oblanguere* Oblanguerunt. debilitatę sunt, sumptum ab ægrotantibus, qui languere dicuntur. Sustulerunt oculos. perseuerauit in translatione, nam solent ægrotantes oculos multum tenere demissos uel clausos. dicit igitur literas suas recreatas epistola Tironis ab Acasto allata eleuasse aliquantulum oculos, & quodammodo respirasse. Apud me. domi meæ. Nostra. res nostras. Muta esse. tacita. i. me nescire loqui, & aliquid dicere sine te. Reddas operas. restituas operas intermissas. i. ut reuertaris ad musas nostras. Nostra di. nostra promissa. Ad diem. quam cõstitui. quæ autem essent hæc promissa non facile intelligi potest, quidam dicunt fuisse promissiones libertatis, sed puto eum iam fuisse liberum cum hæc scripta sunt, licet inferius sit epistola Qu. fratris ad Cice. gratulatoria de libertate Tironis, hæc autem promissa puto fuisse de aliqua pecunia ei donanda pro emptiõe fundi quem infra à Tirone emptum uidebimus. ἔτυμον promptum. Nos ad summum scilicet ualemus. id est optime, ut non possemus melius ualere.

ASCEN. EGo &c. Scripserat Tiro se uenturum modo Cice. id cuperet, ad quod respondet. Ego uero, id est ueraciter cupio te uenire ad me, sed timeo uiam, id est onera uiæ, tu ægrotasti grauissime consumptus, id est exhaustus es inedia, id est abstinentia à cibo, & purgationibus & ui ipsius morbi, offensiones ex grauibus morbis, id est post graues morbos, solent esse graues. Si qua, id est aliqua culpa commissa est scilicet post morbum. Dies quinque accedent iam continuo ad reditum, id est priusquam redieris, ad id biduum quod fueris in uia dum, id est donec ueneris, id est potueris uenire in Cumanum, id est uillam Cumanam. Ego uolo esse in Formiano supple usque ad. III. Calend. scilicet sequentis mensis effice ò mi Tiro ut offendam, id est, inueniam te ibi firmum, id est ualentem. Literulæ meæ siue nostræ, id est communia studia oblanguerunt desiderio tui, tamen sustulerunt. i. erexerunt paululum oculos hac epistola quam Acastus attulit. Pompeius erat apud me cum scribebam hæc, ego dixi ei cupienti hilare & libenter audire nostra scilicet scripta, omnia mea esse muta sine te, para ut reddas musis nostris opera. i. solitas lucubrationes. Nostra dicta. i. promissa, fient ad diem scilicet statutum, docui enim te quod ἔτυμον. i. interpretamentum uere significationis haberet fides, de quain primo offic. dicitur quod fiat dictum. non ergo legendũ ἕτοιμον. Fac ut ualeas plane. i. pene. Nos supple ualemus ad summum, id est optimam ualetudinem. Vale.

❧ NOSTRA ad diem dictam fient. Modus loquendi sumptus à Græcis: illi enim εἰς ῥητὴν ἡμέραν. Vtuntur eo sæpe Romanarum rerum Græci scriptores, Plutarchus, Dion, Appianus, Terentius, ad præstitutam diem, inquit: quemadmodum etiam sæpe Cicero, qui ad præfinitum quoque dixit. Plutar. in Cæsare, ἄχρι ἡμέρας ῥητῆς, μὴ κατάθηται τὰ ὅπλα. Appianus in Lybicis, de Scipione, qui primus Africanus est appellatus, σικελῶν δ' ἂν τριακοσίους καταγράψας ἐν λαί μονας, ἐκέλευσεν ἥκειν εἰς ἡμέραν ῥητήν. Dion libro XXXXVII. de Dolabella post Trebonii cædẽ. καὶ ταῖς συνοῦσιν οἱ ῥητὴν ἡμέραν ἐς ἐκλείψιν τῆς φιλίας αὐτοῦ προεῖμον. Et militibus certam diem præfinierunt, intra quam illis fraudi non esset, si à Dolabella discessissent. * P.V.Ç.

HVBER. AEgypta. Dicit Cice. ϕ licet ab ægypta intellexerit Tironem carere febri,tamẽ quia intellexit eum non potuisse scribere,fuit uehementer solicitus de eius ualetudine, hortatur autem eum,ut ingenium suum totum conferat ad se confirmandum, deinde dicit se accepisse ab eo epistolam literis uacillantibus scriptam quod non miratur, quia scit eum nondum posse habere manum firmam propter morbum. Aegypta.proprium nomen serui.Plane.omnino. Quod.quia. Hermia.proprium nomen serui.Quem op.ue.qui debuerat uenire. Eodem die. quo Aegypta uenit.quem existimabam non uenisse. quia propter aliquem casum tuum esset retardatus.

Plane

Qua soli.si me liberaris,ut te firmum reddas. Omni cura.de eo quod tibi promisit. Libenter. ægrotis enim aut morbo debilitatis multitudo uerborũ solet esse molesta.

Scripta. hæc particula addita est post finem epistolæ,ut patet,quia his scriptis uenerat Hermia,qui attulerat literas à Tirone sed male scriptas manu,propter debilitatem morbi uacillante. Vacillantibus. non firmiter neque æqualiter scriptis. Nec mi.literas tuas fuisse uacillantes. Inhumanus.durus in seruiendo. Quo uterere.quem haberes ad usum tuũ.

ASCEN. AEgypta & c.Dicit se intellexisse Tironem conualuisse,sed quia nihil scripsit deterius suspicari:Ordo est.Aegypta,proprium est serui,uenit ad me pridie.i.præcedente Idus April.Is & si nuntiauit mihi te carere.i.liberum esse.plane.i.omnino febri,& habere belle.i.meliuscule tamen attulit mihi curam.i.solicitudinem,ϕ negauit te potuisse scribere ad me,& eo.i.tanto magis scilicet attulit curam ϕ Hermia non uenerat quem oportuerat uenire eodem die. Ego sum incredibili solicitudine de ualetudie tua,qua si liberaris pro liberaueris me, ego liberabo te omni cura. Ego scriberem plura si putarem te posse legere libenter. Confer,id est applica ingenium tuum, quod ego facio,id est existimo maximi, ad te conseruandum mihi & tibi. Cura te etiam atque etiam diligenter. Vale.

Epistola iam scripta Hermia uenit,acccepi scilicet ab eo epistolam tuam literulis uacillantibus.i.more uaci llantis extra tramitem rectum scriptis,nec mirum sup.scripsisse correptum tam graui morbo. Ego misi ad te Aegyptam scilicet seruum ϕ.i.quia ipse nec est inhumanus,& uisus est mihi diligere te, ut is esset tecũ. & misi sup.cum eo cocum quo uterere.i.uti posses.

Vale.

HVBER. Ndricus. Quicquid hac epistola dicit Cice.
A significat solicitudinem suam de ualetudine Tironis,quem hortatur,ut curet ualere, & retineat Acastum seruum apud se. Andricus seruus.

Venit.à te.Nocte.quia timui eum retardatum esse propter aliquem morbum tuum.Miserię.solicitudinis. Nihilo.pro nihil. Quas.literas.poscet.postulabit. Ex eo,quod animo angeris. Laborare.ægrotare. Excita ex so.li.tu.i.fac ut literæ tuæ quæ sopitæ fuerunt hactenus propter morbum iam excitentur tanquam à somno. Humanitatem.doctrinam. Vt co.po.f.ualere. Animo uale.i.lætum esse & nulla cura affici. Ministretur.inseruiatur. Promissorum.quæ tibi feci. Quem.diem.Representabo.effectu ostendam.quia præstabo promissa.

Nihilo.

Humanitas

Ndricus & cæ.Amatorie scribit solicitudinẽ
A suam de Tirone dicens. Andricus,nomen est serui forte ex Andro,ut Aegypta exægypto,uenit ad me postridie.i.die posteriore quàm expectaram.i.expectaueram. Itaq; habui noctem plenam timoribus ac miseriis. Tum.i.insuper nihilo.i. in nullo factus sum certior literis scilicet quas attulit,quomodo haberes te, sed tamen sum recreatus.

Ego careo omni delectatione & literis omnibus,

Tullius Tironi S. 13.

monitoria.

AEgypta ad me venit prid. Id. Apr. Is & si mihi nunciauit te plane febri carere & belle habere:tamẽ quòd negauit te potuisse ad me scribere, curam mi attulit, & eo magis quòd Hermia, quem eodem die venire oportuerat,non venerat.incredibili sum solicitudine de tua ualetudine:qua si me liberaris, ego te omni cura liberabo.Plura scriberem, si iam putarẽ libenter te legere posse. Ingenium tuum quod ego maximi facio, confer ad te mihi tibique cõseruandum. Cura te etiam atque etiam diligenter. Vale.

Scripta iam epistola,Hermia venit.Accepi tuam epistolam uacillantibus literulis:nec mirum, tam graui morbo. Ego ad te Aegyptam misi, quòd nec inhumanus est,& te usus est mihi diligere, ut is tecum esset: & cum eo cocum quo uterere. Vale.

Tullius Tironi S. 14

ANDRICVS postridie ad me venit,quàm expectaram. Itaque habui noctem plenam timoribus ac miseriis. Tuis literis nihilo sum factꝰ certior quo modo te haberes: sed tamen sum recreatus. Ego omni delectatione literisque omnibus careo:quas antequam te uidero, attingere nõ possum. Medico mercedis quantum poscet,promitti iubeto:id scripsi ad Vmmium. Audio te animo angi,& medicum dicere ex eo te laborare. Si me diligis, excita ex somno tuas literas hũanitatemq;, propter quam mihi es charissimus. Nunc opus est te animo ualere, ut

corpore

corpore possis. Id cum tua,tum mea causa facias à te peto. Acastum retine,quo commodius tibi ministretur. Conserua te mihi: dies promissorum adest: quem etiam repræsentabo, si aduenerís. Etiam atque etiam vale. I III. Id. H. V I.

Tullius Tironi S.

Cutabria 15

OMnia à te data mihi putabo, si te valentem videro. Summa cura expectabam aduentum Menandri,quem ad te miseram. Cura,si me diligis, vt valeas:& cum te bene confirmaris, ad nos venias. Vale. III. Id. Apri.

gratias actum, & gratulabor.

Q. M. Fratri Sal. 16

DE Tirone mi Marce, ita te meumque Ciceronẽ & meã Tulliolam, tuumque filium videam,vt mihi gratissimũ fecisti, cum eum indignum illa fortuna ac nobis amicum, quàm seruum esse maluisti. Mihi crede, tuis & illius literis perlectis,exilui gaudio, & tibi & ago gratias & gratulor. Si enim mihi Statii fidelitas est tantæ voluptati, quanti esse in isto hæc eadem bona debẽt, additis literis & sermonibus, humanitate, quæ sunt his ipsis commodis potiora? Amo te omnibus equidem de maximis causis,verumetiam propter hãc, vel quòd mihi sic,vt debuisti, nunciasti. Te totum in literis vidi. Sabini pueris & promisi omnia & faciam. Vale.

quas non possum attingere antequam uidero te,iubeto scilicet tantum mercedis promitti scilicet ab amicis nostris,medico quantum poscit. Ego scripsi ad Mumium,id.i,ut id faciat. Audio te angi,id est torqueri animo, & medicum dicere te laborare, id est quòd labores ex eo scilicet quòd angeris animo.

Si diligis me excita literas tuas,id est præcepta philosophica de tolerandis aduersis ex somno, id est sopore obliuionis,& humanitatem scilicet tuam propter quam tu es charissimus mihi. Opus est nunc te ualere animo ut possis scilicet ualere corpore. Peto à te facias id.i.ut ualeas animo, cum scilicet ita sit ϕ tua causa.tum,id est multo magis, mea scilicet causa. Retine Acastum scilicet seruuum.quo, id est ut ministretur,id est ministerium fiat tibi commodius .i.magis commode. Conserua te mihi,dies promissorum scilicet de pecunia pro fundo emendo danda, adest quem representabo, id est exhibebo, aut sint duæ particulæ,quem præsentabo etiam re, id est effectu ipso si aduenerís. Vale etiam atque etiam.Tertio Idus Aprilis.

OMnia.Hortatur Cice. Tironem ut det operam ualere & cum fuerit bene confirmatus ad se ueniat. Menandrum.seruum. HVBER.

OMnia.Idem fere facit dicens.Ego putabo omnia data mihi à te si uidero te ualentem.Ego expectabam summa cura aduentum Menandri quem miserã ad te. Cura si diligis me, ut ualeas, & uenias ad nos, cum, id est postquam confirmaris, id est confirmaueris te.Vale.& c. ASCEN.

DE Tirone.Qu.Cic.frater Ci.ei gratias agit gratulaturque ϕ Tironem manu mi sisset, cuius Tironis fidelitatem laudat & doctrinam.Postremo dicit se omnnia promisisse præstaturumque pueris Sabini,quos Cice.ei commendauerat. Ita ui.iurantis est. Indignum il.fo.se non dignum qui esset seruus.Nobis amicum.nam seruorum amicitia nunquam dicitur. Illius.Tironis quibus nunciauit mihi illam liberalitatem tuam. Exilui,exultaui. Statii.liberti mei. Exilui

HVBER.

In isto.Tirone.Hæc eadem bona.emphat.plurali numero est usus pro singulari,cum enim dixisset solam fidelitatem subiunxit hæc eadem bona. Additis.ad fidelitatem. Literis.quibus ualet plurimum.Quæ sunt his.i.doctrina uel suauitate sermonis. Potiora.maiora. De.propter. Propter hanc.de Tirone. Pueris.seruis. Et faciam.intelligimus huius Sabini seruos,à Cicerone fratri fuisse commendatos.

DE Tirone & cæte.Gratulatur Qu.frater Cice. quòd Tironem manumiserit dicens. O mi Marce.f.frater ita.i.sit, & est precantis utraq; particula,uideam,id est,Dii dent ut uideam scilicet ASCEN.

incolumes Te & Ciceronẽ meum scilicet nepotem ex te fratre.& Tulliolam meam scilicet neptem ex eodem, & pro, id est filium tuum, nisi forte dicamus utrique Ciceronem à Tulliola liberos fuisse. sed quia te præmisit,mallem de Marci liberis intelligere.ut fecisti mihi gratissimum de Tirone.i.de manumissione eius cum maluisti eum indignum illa fortuna, id est cõditione seruili esse amicum nobis quàm seruum.crede mihi ego exilui, id est extra me quasi salui gaudio,id est præ gaudio literis tuis & illius scilicet Tironis perlectis & ago gratias tibi & gratulor scilicet etiam tibi. Si enim fidelitas Statii scilicet liberti mei, est mihi tantæ uoluptati, quantæ sup.uoluptati hæc eadem bona scilicet fidelitas debent esse in isto scilicet tuo liberto Tirone. Additis literis sermonibus, humanitate, quæ sunt potiora, id est eligibiliora his ipsis commodis quæ scilicet assequimur ex bonis seruis. Ego amo te, equidem pro quidem, de omnibus maximis causis.i. propter maximas causas,ubi omnes cum superlatiuo,uerumetiam propter hanc uel,id est quòd nũciasti mihi ut debuisti. Ego uidi, id est cognoui te totum in literis. Ego & promisi & faciam pueris,id est seruis, Sabini omnia. Vale.

Video.

HVBER. Video. Primum Cice. arguit Curionem improprietatis cuiusdam uerbi translati & ostendit qualis debeat esse translatio. deinde scribit de quodam Demetrio quem dicit fore cras apud se, ibique posse uideri à Tirone. Postremo hortatur eum ad ualetudinem curãdam & dicit sibi gratum esse, quod Tiro operam suam Cuspio præstiterit. Video quid agas familiariter iocatur cum Tirone. Vis. cupis, non autem legendum est uix, sed intelligimus Tironem fortasse petiuisse à Cice. ut epistolas quas ad eum scripsisset seruaret, ideo Cice. dicit uideo quid agas, uis tuas epistolas referri in uolumina. Quoque. etiam sicut meas & aliorum doctorum. Sed heus tu. familiaris appellatio & reprehensio. κανών, regula corrector. Vnde. ex qua ratione, ex qua causa scilicet est tibi illud tam ἄκυρον non autenticum. Valetudine fideliter inseruiendo. hoc est quo improprie usus fuerit Tiro. dixerat enim seruiẽdo fideliter ualetudini, cum fidelitas hominibus tãtum conueniat. Fideliter. hæc dictio fideliter. Vnde. ex qua causa ex qua ratione. Venit in istum locum, conuenit isti loco ut dicas inseruiendo fideliter ualetudini quasi ualetudo sit dña cui debeatur à seruis uel à famulis fideliter inseruiri, dicitur autem quasi sit animal rationale, cui fides debeatur. Cui ue. inuoluitur, hic locus ita ab omnibus quorum scripta uidi, ut neq; ab ipsis neque ab aliis intelligatur, dicit enim cui uerbo scilicet fideliter domicilium est proprium, id est familia est propria in officio, quia proprie fidelitas dicatur in familia, sed puto hanc esse mentem Cice. uerbum quod habet propriam sedem in significatu suo habet multas transitiones in alienum significatum per transitionem, & hic est ordo, migrationes multæ in alienum sunt uerbum, cui domicilium est proprium in officio. Domicilium. sedes in offi. in significatione sua, quam habet ex propria positione, ut puta habent in officio suo, propriam habet sedem cum de equo dicitur, transit tamen metaphorice in aliena. Virg. in. 6. Sic fatur lachrymans classique immittit habenas, ecce hic de naue dixit habenas. Itẽ. lib. 12. Et totas iratum effundit habenas, hic ad animum transtulit, quod & freno frequenter legimus. Migrationes. transitiones per translationem. In alienum. absolute dixit. i. in alienam significationem. Nam & doctrina. subdit exempla ad probationem dicti sui. doctrina & ars fidelis dicitur. quia nunquam deserit hominem. Et domus. uel familia uel certe ipsa domus fidelis dicitur, quod in ea sit tutissimus. Ager fidelis dicitur quia reddat acceptum. Verecunda. modesta non nimium licentiosa, quali usus sit interdum Ennius ut iratum quadrigas ut montes pacis & similia. Sed hæc coram dicemus. Quo comitatu. i. quo Demetrio & eius comitatu, intelligimus enim eum adduxisse secum alios usus, ἀφωμίλησα sum in loquendo & sermocinando cũ eo. Cogito nunc scilicet discedere. Perendie. post cras. Et mecum esse putato si inseruieris ualetudini. Operam dedisti. i. inseruisti, & auxilium præstitisti. Valde. multum.

Domicilium
Habenas
Migrationes
Perẽdie
Valde

Tullius Tironi S. 17

VIdeo quid agas: tuas quoque epistolas vis referri in volumina. Sed heus tu, qui κανών esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam ἄκυρον, VALETVDINI fideliter inseruiendo? Vnde in istum locum fideliter venit? cui verbo domicilium est proprium in officio: migratiões in alienum multæ. nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest. vt sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda tralatio. Sed hæc corâm. Demetrius venit ad me: quo quidem comitatu ἀφωμίλησα satis scis. Tu eum videlicet non potuisti videre: cras aderit: videbis igitur. Nam ego hinc perendie mane cogito. Valetudo tua me valde solicitat: sed inserui, & fac omnia: tum te mecum esse, tum mihi cumulatissime satisfacere putato. Cuspio quòd operam dedisti, mihi gratum est: valde enim eius causa volo. Vale.

ASCEN. Video & cæ. Iocatur cum Tirone de improprietate uocabuli fideliter dicens. Ego uideo. i. intelligo quid agas. i. prætendas, tu uis sup. ut referam. i. colligam in uolumina. i. libellos, quoque. i. etiam epistolas tuas, sed heus tu qui soles esse κανών. i. regula scriptorum meorum, unde illud tam ἄκυρον. i. improprium, ualetudini fideliter inseruiendo, sic enim scripserat Tiro. Vnde fideliter. i. istud aduerbium fideliter uenit in istum locum, cui uerbo. i. parti orationis, domicilium proprium. i. proprius usus, est in officio. i. ut quis dicatur fideliter officio functus, non inseruisse ualetudini, multæ migrationes. i. translationes sup. in alienum. Nam & doctrina & domus & ars & ager potest etiam dici fidelis, ut sit quomodo placet Theophrasto, translatio scilicet à proprio ad improprium uerecunda. Sed sup. disputabimus hæc coram. i. quando coram erimus. Demetrius uenit ad me. quo quidem comitatu. i. quo comite, ἀφωμίλησα. i. usus sum, tu scis satis, & tu non potuisti, ut scripseras, uidere eum ipse aderit cras, tu igitur uidebis sup. eum. Nam ego cogito scilicet proficisci. hinc perendie. i. peracto crastino die mane. Valetudo tua solicitat me ualde, sed inserui sup. ei & fac omnia scilicet illi conducibilia, & putato te tum esse mecum tum satisfacere cumulatissime Gratum est mihi ꝙ dedisti operam Cuspio, ego enim scilicet te ei operam dedisse ualde causa eius uolo. Vale.

* P.V.C. QVO QVIDEM comitatu ἀφωμίλησα, satis scis. Locus obscurus, & fortasse deprauatus, nullam in priscis exemplaribus uarietatem inueni: nam quod paulo ante dixit, doctrinam fidelem, non incommode dici posse & esse translationem quæ ferri possit. ipse ea usus est, cum de Oratore inquit, & habeas qui docere fideliter possis.

Quie

Tullius Tironi S. 18

QVid igitur? non sic oportet? Equidem censeo sic addendũ, etiam suo, sed si placet, inuidia vitetur, quam quidem ego sæpe contempsi. Tibi διαφόρησιν gaudeo profuisse: si vero etiam Tusculanum, Dii boni, quanto mihi illud erit amabilius? sed si me amas, quod quidem aut facis, aut perbelle simulas, quod tamen in modum procedit: sed vt est, indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruisti nõ satis. Ea quid postulet non ignoras: πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας. Fac bellus reuertare: non modo te, sed etiam Tusculacum nostrum plus amem.

HVBER. Quid igitur. Primo Cice. reprobat quandam sententiam Tironis de quadam dictione, quam ille negabat ponendam in oratione. Deinde eum hortatur ad curam ualetudinis, & exponit quædam, quę ad eum pertineant. Postea uero scribit quædam de quodam iocando. Postremo se esse missurum horologium & libros, si fuerit serenum, & reddit eum certiorem de morte cuiusdam Cæsaris familiaris sui. Habet hæc epistola multum obscuritatis. Quid igitur subaudi dicis, legitur etiam quid agitur, sed idẽ est sensus. Non sic oportet. quidam existimant cõtrouersiam fuisse de hac dictione sic, quã Tiro dicebat à Cicerone male collocatam, ut Cic. nõ dicat. Se. i. hanc dictionem sic, nõ oportet scilicet poni. Equidem censeo. puto. Sic ad. i. hanc dictionem ponendam esse. Etiam su. i. ligo. & ita in suo & affigo, ut nullo pacto remoueri debeat. hic est fere communis sensus. sed puto non de sic dictione sed alia uel clausula uel oratione intelligendum ut Cice. dicat. Non sic oportet scilicet ut dixi. Sic addendũ scilicet ut addidi. Etiam suo. i. etiam hanc dictionẽ suo censeo addendam, quam fortasse Tiro uolebat tollere ex oratione alicuius. Vitetur inuidia. fugiatur inuidia, quam contrahemus, si uolemus omnia fastidiose emendare. Sæpe. dum malui ueritatem dicere quàm blandiri. διαφώνησιν. i. declamationem. Etiam tu. scilicet profuit. Tiro enim se Tusculanum contulerat, curandæ ualetudinis causa. Dii boni. exclamatio præ lætitia. Perbelle. bene. Quod tamen, tuum simulare, ut etiam quomodocunque est, uel quod me ames, uel simules. Ea ualetudo. πέψιν digestionem. πέπτω enim digero, τάκο quietem. ὁδύρκα deambulationem ἡδυπόμιο mensuram moderatam. ne sit ad nimiam defatigationem μοβίοα delector σόου iocunditatem πὴτ purgationem ἀτθ.ἁ uentris. Tusculanum. quo fueris confirmatus.

ASCEN. Quid igitur. Ridet opinionem Tironis de quadam forma loquendi adhortans rursus eum ad curam ualetudinis ac dicẽs. Quid igitur sup. ais. Nõ oportet. s. scribere aut loqui sic scilicet ut locutus sum. Equidem. i. ego censeo sup: loquendum esse, addendum sup. esse etiam suo. i. illud pronomen quod Tiro negarat. Sed si placet inuidia. i. offensa aliorum uitetur, quam scilicet inuidiam ego quidem contempsi. i. uilipendi sæpe, gaudeo διαφώνησιν. i. declamationem profuisse tibi. i. sospitati tuæ. Si uero etiam Tusculanum sup. nostrum profuerit tibi. Dii boni quanto illud scilicet te ex Tusculano nostro conualescere erit mihi amabilius. Sed si amas me, quod quidem aut facis, aut simulas perbelle, quod scilicet simulare procedit in modum. i. ualde prospere, sed ut. i. qualitercunque est, indulge. i. usque ad indulgentiam da operam ualetudini tuæ, cui tu quidem adhuc. i. hactenus dum deseruis mihi, non seruiuisti satis, tu non ignoras quæ ea. s. ualetudo postulet, postulat enim πέψιν. i. digestionem, εὐλυσίαν. i. carentiam tristitiæ, περίπατον. i. deambulationem, σύμμετρον. i. moderatam & commensuratam, τέρψιν. i. delectationem, εὐλυσίαν. i. bonam euacuationem, κοιλίας. i. uentris aut alui. Fac sup. ut reuertare bellus. i. bellule te habens, quia plus amem non modo te, sed etiam Tusculanum nostrum in quo. s. conualueris.

Parhedrum excita, vt hortum ipse condũcat: sic olitorem ipsum commouebis.* Helico nequissim⁹ H S. M. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. Iste nos tanta impensa derideat? calface hominem, vt ego Mothonem. Itaque abutor coronis.* De Crabra quid agatur, etsi nunc quidem etiam nimium est aquæ, tamen velim scire. Horologium mittam, & libros, si erit sudum. Sed tu nullos ne tecũ libellos? an pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Aligurius Cæsaris familiaris mortuus est, bonus homo, & nobis amicus. Te quando expectemus, fac vt sciam. Cura te diligenter.

Vale.

HVBER. EXCITA. instiga. quantum intelligere possumus habebat Cice. hortum locãdum in Tusculano, & holitor qui ante illum conduxerat, uidebatur eum deridere, unde scribit Cice. ad Tironem, ut excitet parhedrum quemdam ad illum conducendum, ut ille holitor commoueatur, cum intelligat alium esse qui uelit conducere quem nullum credebat. Holitorẽ. hortulanum ab holere holitor dicitur. Elico nequissimus. stomachatur Cice. quod qui dabat ducenta sestertia pro horto non clauso non aprico neque commodo, nunc derideat eum qui tantam impensam in ipsum hortum contulerit. Elico, aut nomen proprium est, aut iniuriose fictum quasi inuersor & inuolutor rerum, nam ἑλίκω uerto, & ἑλικίαν reuolutionẽ significat non absurde tamen fortasse legeretur heluo, id est gulosus liguritor. Dabat ducenta sestertia. pro pensione. Nullo aprico horto id est cum non haberet hortum apricum. i. soli expositum uel umbratum. nam aprica loca dicuntur soli exposita, & sole gaudentia, ut Virg. Duceret apricis in collibus uua colorem. Idem & apricis statio gratissima mergis. Persius. nostra ut floraria possint Aprici meminisse senes. Inde apricari est sole gaudere uel solem captare. Nullo emissario. hic uidentur somniare qui de equo ad generandum reseruato intelligi uolunt, cum

Elico
Heluo
Aprica
Apricari

hic

Universidad de … Biblioteca

Emiſſari9 hic ſenſus huic loco non poſsit accommodari,licet Emiſſarius id ſignificet ſicut & cōciliatorem quoque fur
torum,quæ à magiſtratibus uel à dominis committuntur,ſecundum Aſconium Pedianum.& Sueto.in uita
Domitiani.Aretinum Clementem uirum conſularem à familiaribus emiſſariis ſuis,ſed puto nullum nomen
poni pro aduerbio.ut ſit horto nullo aprico pro non aprico. Nullo emiſſario pro non emiſſario.i.ex quo
Maceria non multi fructus emitterentur. Nulla maceria.i.qui nullam haberet maceriam,eſt autem maceria & mace-
Maceries ries paries ſiue murus ex lapidibus.Terent.in Adel.Iube hanc maceriem dirui.Nulla caſa.i.qui nullam habet
caſam ſicut habet noſter. Tanta impenſa.quam fecimus in horto noſtro. Derideat.dum ſimulat ſe nolle
conducere. Calface.incende cupiditate conducendi, quod feceris ſi excitaueris Parhædrum ut conducat.
Vt ego Mothonem.ſ.calfacio.Motho autem nomen proprium. Abutor coro.uſurpo coronas non ſatis in
telligo quorſum hoc dicat.De crabra.miror unde tanta inconſideratio, ne dicam ignorantia, ſit quibuſdam
dicentibus abutor coronis de crabra.i.uerbis aſperis & pungētibus,primum quid corona cum uerbis habet,
deinde quæ conſtructio eſſet hæc,quaſi liceret dicere utor aculeis de ueſpis & non potius ueſparum,ita dixiſ
ſet Cice.coronis crabræ & non de crabra,eſt autem ut puto nomē aut uiri aut loci,ordo eſt,uelim ſcire quid
Horologium agatur de crabra & ſi &c. Nimium aquæ.nimium pluuiæ. Horologium , inſtrumentum quo horæ deſi-
gnantur,dicebatur olim Solarium,ꝙ tantum in ſole horarum ratio perſpiceretur.Sed excogitatum eſt ut e-
Solarium tiam ſine ſole,uel ipſo ſonitu denuntientur horæ,erat & horologiū ex qua & Clepſydra dicitur.Sudum.ſere
Clepſydra num poſt pluuias quaſi ſubudum ſecundum ſeruium.Virgil.libr.octa.Arma inter nubes cæli in regione ſere
Sudum na,Per ſudum rutilare uident.Feſtus dicit ſudum quaſi ſedudum.i.ſine udo.Nonius Marcel.dicit quaſi ſemi
Pango udum. Nullos ne te.lib.ſubaudi attuliſti uel habes. Pangis.componis. Sophocleum uel tragicum.ſicut
Sophocles,qui ſcripſit tragœdias, uel certe egregium quale ſcripſit Sophocles. Virgilius in Buccoli. Sola
Sophocleo tua carmina digna cothurno. Opus.quod pangis à liguribus non poſſum non ridere ſtultitiā
eorum,qui dicunt mortuus eſt à liguribus,id eſt interfectus eſt à liguribus, quaſi liceret dicere morior à te,
itaque ſic intelligitur. A liguribus,id eſt qui erat ligur,ut enim ſupra notauimus.uſitatiſsima eſt hæc oratio.
Virgilius.Quorum alter Arcanaum alter ab Arcadia.id eſt arcadicus,& hic eſt ab Athenis,id eſt Athenienſis.
ASCEN. ☞ EXcita parhædrum,id eſt aſſeſſorem & proximum ut ipſe conducat hortum,tu commouebis ſic holitorē
qui non uult iuſto precio conducere. Parhædrus ille heluo, id eſt guloſus, aut potius Elico,id eſt inuerſor re
rum nequiſſimus , id eſt perditiſſimus.dabat ducenta ſeſtertia , nullo horto aprico,id eſt ſoli expoſito ſuple
habito nullo,id eſt non emiſſario,ſcilicet alicuius rei,aut dicamus patronos interdum cum poſſeſſionibus
locare boues aratorios & emiſſarios equos,id eſt ad generationem aptos licet reclamant commentarii nulla
maceria,id eſt clauſura firma,nulla caſa id eſt tugurila.Ne is derideat nos tanta impenſa,ſcilicet in uillam col-
lata,calface,id eſt commoue uſque ad calorem hominem ut ego ſup.calfacio Mothonem uirum illum.Itaque
abutor coronis quæ uirtuti non cauillationi debentur. Et ſi nunc quidem nimium aquæ.ſ.pluuialis eſt ta
men uelim ſcire quid agatur de Crabra.ſ.lixa. Ego mittam horologium & libros ſi erit ſudum , id eſt ſere-
num tempus. Sed tu nulloſne ſup.apportaſti libellos tecum , an pangis aliquid ſophocleum.i.alti cothurni,
fac ſup.ut opus appareat.Aligurius familiaris Cæſaris mortuus eſt,homo bonus & amicus nobis. Fac ut ſciā
quando expectemus te.Cura diligenter te,ſup.& Vale.Reliquę duæ epiſtolę patent.Nomine.i.debito Aufidi
ano.Holitore conductore hortorum.Gladiatores,ludos gladiatorios &c.
* P.V.C. ☞ HELICO nequiſſimus.Sic omnes quos uidi manu ſcripti , Medicæus in primis:impreſſi enim HELVO
EX uetere ſcriptura libenter legerem SALACO nequiſsimus:qua Græca uoce uſus eſt in epiſtolis ad Gal-
lum,Cognoſti meam cauſam,& iſtius Salaconis iniquitatem. & in epiſtolis ad Att. Declaratio huius uocis
qua naturam ipſius Græci interpretantur, mire quadrat huic ſententiæ Ciceronis : ait enim Salaconas dici-
θρυπτομένους,qui delicate uiuunt.καὶ οὐ μὴ δεῖ δαπανῶντας.& qui ſumptum faciunt , ubi minime oportet: Cicero
enim inquit, HS.C C. dabat nullo aprico loco, nullo emiſſario,nulla maceria,nulla caſa:grandem igitur pe
cuniam pendebat,ubi non decebat,& in rebus quæ nihil haberent commoditatis,aut oblectationis. Ariſt.li.
II.rhet.ubi de morib.diuitum diſſerit,& in quibus fere peccent,oſtendit,inquit:τρυφεροὶ δὲ καὶ σαλάκωνες,quo e-
tiam in loco aperit,cur illi his uitiis obnoxii ſint. Mire igitur exprimit Græca uox huiuſcemodi ingenium,
quale in eo quem acerbe accuſat,Cicero deſcribit.S.autem ultima erat litera antecedentis dictionis , quæ cū
geminata eſſe deberet(conſequens enim uox ab eadem litera incipiebat) negligentia librarii relicta eſt, ma-
culæ plurimæ huiuſcemodi ſunt. Par huic eſt,& eodem pacto confirmata,quæ fœdauit locum Taciti in pri-
mo libro,ea autem tanti incommodi fuit ut perſuaſerit docto,& diligenti uiro locum illum ſtellula,ut deſpe
ratum notare.ſic autem legendus totus eſt: Atque idem cum Valerius Meſſalinus huius ſignum aureum in
æde Martis ultoris,Cæcina Seuerus aram ultioni ſtatuendam cenſuiſſent,prohibuit:ob externas ea uictorias
ſacrari dictans,domeſtica mala triſtitia operienda.Potuit etiam hæc in Cicerone peruerſio naſci,quod ſuperi
oribus temporibus mala quædam conſuetudo erat libros corrigendi:non pauci enim fuerunt,neque hi om
nino imperiti,nec parum in hoc munere iactati homines,qui cuncta,quæ ſtatim non intelligebant,tollerent:
à quibus multæ,quæ nunc in bonis autoribus maculæ ſunt,fluxerunt.Oſtendimus alias,non pauca in Lucre
tio quondam ab eo,qui corrigere uoluit,deprauata fuiſſe:idem etiam de Catullo dicimus:cū enim ille uetu
ſtate ex maiore parte dilapſus eſſet,non pauca præterea uulnera ab his ſiniſtris correctoribus accepit.De una
ipſius plaga nunc mentionem faciam,quæ ab eo impoſita eſt,qui rariorem uocem ignorabat, & malo conſi-
lio uſus eam deleuit,ac communem peruulgatamque repoſuit:illum autem nomīe etiam appellare poſſem,
quod tamen non faciam,parcamque dignitati hominis. Verſiculi Catulli ſunt in carmine de Atti.

Ait hæc minax Cybele:religatque iuga manu
Ferus ſe ipſe adhortatus rapidum incitat animum.

Non ſolum autem manu ſcripti codices,ſed nonnulli etiam formis excuſi primis illis annis,quibus hæc ratio
ſcribendi libros inuenta eſt,habent,

Ferus ſeſe adhortatus lis,rapidum incitat animum.

quæ uera,ac germana lectio eſt:LIS autem Græcis leo: quod qui ignorant.parum in lectione Græcorū poë-
tarum uerſati ſunt,qui ea uoce frequenter utuntur.Theocritus certe in idillio,quem appellauit Hylam, ter
ipſa uſus eſt. Libēter aūt uſurpare poëtas peregrina uerba,& ea etiā rōe ſolere fabulas ſuas ornare, ꝗs neſcit?

Hanc quōdam,cum Romæ eſſem,caſtigationem expoſui Franciſco Mario Molſæ,maximi ingenii,ac eruditionis uiro,ut eius iudicio potiſſimum uterer in eo poëta expurgando , quem ille plurimum amat,ac politiſſimis ſuis uerſibus diuinitus exprimit.

☞ DE crabra quid agatur.In oratiōe contra Rullum:Ego Tuſculanis pro aqua crabra uectigal pendam,quia à municipio fundum accepi:Si à Sylla mihi datus eſſet Rulli lege non penderem. Quamuis in impreſſis mēdoſe CREBRA.Frontinus quoque ſæpe huius aquæ mentionem facit. * P.V.C.

Tullius Tironi ſuo S.

EXpecto tuas literas de multis rebꝰ:teipſū multo magis.Demetriū redde noſtrum,& aliud ſi quid pōt bōi.De Aufidiano nomine nihil te hortor : ſcio tibi curæ eſſe: ſed cōfice.Et ſi ob eā rē moraris, accipio cauſam:ſi id te nō tenet , aduola. Literas tuas valde expecto. Vale.

Tullius Tironi S.

SOlicitat,ita viuam , me tua mi Tiro valetudo:ſed confido ſi diligentiam, quam inſtituiſti,adhibueris, cito te firmū fore. Libros compone,indicem cum Metrodoro lubebit,quum eius arbitratu viuendum eſt:cū olitore vt videtur. Tu potes Calendis ſpectare gladiatores , poſtri die redire:& ita cenſeo. Verum vt videbitur.Cura te(ſi me amas)diligēter.Vale.

C.Fi.Tironi ſuo dulciſſimo S.

CVM vehementer tabellarios expectarē cotidie, aliquando venerunt poſt diē XL.& VI. quàm à vobis diſceſſerunt:quorum mihi fuit aduentus adoptatiſsimus . Nam cum maximam cœpiſſem lætitiā ex humaniſſimi & chariſsimi patris epiſtola, tum vero iucundiſsimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudii attulerunt.Itaq; me iam nō pœnitebat intercapedinem ſcribēdi feciſſe, ſed potius lætabar : fructum enim magnū humanitatis tuæ capiebā ex ſilentio mearum literarum. Vehemēter igitur gaudeo te meam ſine dubitatione accepiſſe excuſationem.Gratos tibi optatoſque eſſe,qui de me rumores afferuntur,non dubito mi dulciſsime Tiro: præſtaboq; & enitar, vt in dies magis magiſq; hæc naſcēs de me duplicetur opinio. Quare ꝙ polliceris te buccinatorē fore exiſtimationis meæ, firmo id conſtantiq; aīo facias licet.tantū.n. mihi dolorem cruciatumq; attulerunt er-

HVBER. EXpecto.Hortatur Cice.Tironem,ut ad ſe ſcribat,ſed multo magis ipſe ueniat niſi forte detinet cauſa Aufidii. Redde.reſtitue fac ad nos reuertatur.Nomine debito.ut ſæpius diximus. quantum enim coniicimus debebat hic Aufidius Cice. Confice.perfice ut exigas quod debet. Ob eam rem. ut conficias cum Aufidio. Moraris.differs tuum ad nos aduentum. Cauſam. Excuſationem tuæ moræ. Id.hæc res ut conficias cum Aufidio. Aduola. celeriter ueni. Vale. (Morari. Cauſa. Aduola.)

HVBER. SOlicitat.Affirmat Cice. ſe ualde angi ualetudine Tironis. Deinde ei multa mandata breuiter dat. Ita uiuam.i.ita mihi uiuere contingat : ita deus det mihi uitam,iurantis eſt. Inſtituiſti.cœpiſti. Compone. collige ſimul pone : non autem intelligendum eſt compone,fac ex ingenio tuo. Videlicet. certe. Cum.quando,Metrodoro puto eſſe nomen medici,ut dicat:collige,& para libros tuos cum placuerit medico ut uenias. Quando. quoniam. Arbitratu eius.i.iudicio eius & uoluntate. quia ægroti medicorum arbitratu uiuere debent. Cum olitore.qui eſt conducturus ortum:ſubaudi fac.de quo olitore ſupra uiſum eſt in epiſtola quæ incipit , Quid igitur.Spectare.in urbem.Gladiatores.ludos gladiatorios. Vt uidebitur ſcilicet facito.

HVBER. CVM uehementer. Cum eſſet Cice. filius à patre Athenas miſſus,ut ſub Cratippo philoſophiæ operam daret mutaſſetque aliquantulū mores,qui ante luxurioſiſſime uixerat,& præſertim, ut ſcribit Plin.in fine lib.14. ebrietati deditus ſcripſerat Tiro ſe ei gratulari,ꝙ grati optatique rumores de eo Romam afferrentur:& hortatus fuerat ut reliquū uitę pergeret honeſte & ſtudioſe agere : ſe enim fore præconem eius laudum, quare reſcribit Cicero adoleſcens ſe enixurum,& effecturum,ut fama quæ de eo nata eſt quotidie magis augeatur,& hortatur Tironē ut non dubitet eum laudare,ſe enim ita mutaſſe propoſitum,ut ſine magno dolore non poſsit,aut audire,aut meminiſſe quę antea egit:deinde laudat humanitatem & familiaritatem Cratippi erga ſe:poſtea uero ſcribit de aliis pręceptoribꝰ,quomodo eis utatur, & ſe dimiſiſſe Gorgiam rhetorem licet utilem in declamationibus, ut patris ſui uoluntati , pareret quia ita præceperat. Poſtremo & gaudet & gratulatur Tironi ꝙ agrum emiſſet,polliceturq; eum ſubleuaturū, ſi modo fortuna eum ſubleuauerit:petit autē ab eo, ut mittatur ad ſe librarius qui ſcribat interpretationem ſuorum magiſtrorum. Aliquando,tandem.Cumulum,plenitudinem,ut nihil addi poſſit. Intercapedinem,interuallū,intermiſſionem. Ex ſi.mea, ex eo, quia nihil ad te ſcribebam,quia poſtea plura ſcripſiſti. Optatos,iucundos,quales ſemper optaſti. Rumores,nuntios, famā. Non du. quia ſcio me à te amari. Præſtabo,efficiam. Naſcens,incipiens,noua. Duplicetur,augeatur.Virg.in Buco.Et ſol decedēs creſcentes duplicat umbras. Opinio,fama,expectatio.Buccinatorē,tubicinē,præconē:à buccina buccinator dicitur.Exiſtimationis,authoritatis,opinionis. Licet,fas eſt. Firmo.intrepido,ut nō dubites ꝙ faciā te mendacem. Errata, peccata , quæ male feci. Meæ ætatis, (Aliquādo. Intercapedo. Buccinator. Exiſtimatio. Errata.)

adoleſcentiæ meæ ante actæ. Animus à factis abhor. i. fugiat eam amplius facere. Abhorreant, alienæ ſint.

A commemoratione, id eſt non poſſit audire ea commemorari. Solicitudinis meæ, quam cupiebã de erratis meis. Participem, ſocium: quia dolebas ſicut ego propter tuum erga me amorem. Succeſſa. id eſt ſucceſſiſſe: his enim participiis utebantur, ut aliqui. ut, Cupio Virgilium aduẽtum, pro aduenisse. Tua cauſa. Socium meorum. i. uolui ſamper te habere partem omnium mearum utilitatum. Tum, cum uidebas me multum errare. Vt, tanquam. Amplector, aſſumo cum delectatione. Totos integ. ſine intermiſſione. Partem no. uſque ad multam noctem cum eo ſum. Exoro, impetro ab eo. Hac con. ut mecum ſæpe cœnet. Obrepet, tacite & latẽter aduenìat. Iuue. Obrepit non intellecta ſenectus: tractum ab animalibus, quæ pedibus carent, quæ inceſſu tacito gradiuntur. Inſcientibus no. quod eſt ſignum magnæ familiaritatis. Sublata, amota. Grauitate, tanq̃ enim non ſit philoſophus, cuius proprium eſt eſſe ſeuerum, ita nobiſcum iocatur. Talem, tam ſuauem.

Succeſſa

Amplector

ASCEN. CVm eſſe & c. Cicero filius à patre Athenas miſſus ut ſub Cratippo philoſopharetur, qui mores paulum emendaſſe dicebatur: nam ebrietati deditus antea fuerat: unde ſcripſerat ad eum Tiro ſe gratulari famæ de eo ſparſæ & hortari ut pergat, quibus reſpondens dicit ſe eius conſilio pariturum, & alia quæ ad ſtudia pertineãt declarat, dicens: Cum expectarem uehementer quotidie tabellarios. i. tabellarum ſeu literarum gerulos, ipſi uenerunt aliquando. i. tandem poſt diem quadrageſimum & ſextum q̃ diſceſſerant à nobis, quia miſerat eos, aut lege à uobis, quorum aduentus fuit mihi optatiſſimus. Nam cum cœpiſſem. i. accepiſſem maximam lætitiam ex epiſtola humaniſſimi & chariſſimi patris ſup. mei. M. Tullii, tũ uero. i. tum multo magis quaſi aduerũ literæ tuæ iucundiſſimæ, attulerunt mihi cumulum gaudii. Itaque non pœnitebat iam me feciſſe intercapedinem. i. intermiſſionem ſcribendi, ſed lætabar potius. Ego enim capiebam magnum fructum. i. magnam utilitatem ex ſilentio. i. intermiſſione literarum mearum. Igitur ut nunc reſpondeam, ego gaudeo uehementer te accepiſſe id eſt approbaſſe meam excuſationem ſine dubitatione, ô mi Tiro dulciſſime. Ego non dubito rumores qui afferuntur de me. i. de moribus meis emendatis eſſe tibi gratos & optatos, præſtaboque. i. efficiam & nitar, ut hęc opinio naſcens de me duplicetur in dies magis magisque, Quare quod polliceris te fore. i. futurũ, buccinatorem. i. preconem ingentem & diuulgatorem, exiſtimationis, id eſt famæ, & reputationis meæ, licet .i. licitum eſt & tuum ut facias id animo firmo & conſtanti. Enim, id eſt quia errata ætatis meæ ſcilicet tranſactæ (quia uinoſus ſemper fuit & uecors) attulerunt mihi tantum. i. tam magnum dolorem & cruciatum, ut non ſolum animus abhorreret, id eſt alienus ſit, & abhominaretur à factis, ſed aures quoque. i. etiam abhorrent à commemoratione. i. recitatione ſcilicet ætatis ante actæ. Cuius ſolicitudinis & doloris notum & explo ratum eſt mihi te fuiſſe participem. Nec id mirum ſup. eſt. Nam cum ſcilicet ita eſſet quòd uelles cauſa mea .i. propter bonum meum, omnia ſucceſſa, id eſt proſpere eueniſſe mihi, tum etiam ſupple uolebas, cauſa tua, .i. propter utilitatem tuam. Volui enim ſemper te eſſe ſocium commodorum meorum. Igitur quòd id eſt, quia tu doluiſti tum, id eſt tunc cum perditus eſſem ex me. i. propter me ego præſtabo id eſt, efficiam, ut gaudium tuum duplicetur ex me. Scito me eſſe coniunctiſſimum Cratippo ſcilicet philoſopho, de quo in principio officiorum meminit Cicero, non ut diſcipulum, ſed ut filium. Nam eum ſcilicet ita ſit, quòd & audio libenter illum, tum etiam amplector uehementer ſuauitatem. ego ſum totos dies cum eo. & ſæpenumero part em noctis, exoro enim. i. impetro precibus, ut cœnet quamſæpiſſime mecum. Hac conſuetudine introducta. i. poſtquam eſt introducta ipſe obrepit. i. clanculum interuenit nobis inſcientibus & cœnantibus, & iocatur. i. confabulatur nobiſcum humaniſſime, ſeueritate philoſophiæ ſublata. Quare da operam, ut uideas quamprimum. i. ſtatim, hunc talem uirum ſcilicet Cratippum, tam iucundum, ſcilicet in re familiari, & tam excellentem in philoſophia.

HVBER. IAMNVNQVID, laudat etiam Brutum quo magiſtro utebatur. Patior, ſino, permitto. Frugi, modeſta. utilis. Coniunctio, conuerſatio, multi enim ita ſunt ſeueri, ut eorum coniunctio nullam habeat iucunditatem. A philologia. i. à ſtudio. dicendi. συζητήσει. i. conquiſitione, ζητῶ inquiro. i. iocus non eſt contra ſtudiũ dicẽdi, & contra inq̃ſitionẽ quotidianã, quoniã poſt iocũ recẽtiores efficiuntur ad labores. Huic, Bru. In pxio. in uicino ubi ego habito. Ex meis anguſtiis, ex pauca pecunia mea. Tenuitatẽ, pauptatem: intelligimus hũc Brutũ paupere fuiſſe. Cõduxi. mea pecunia. Vt poſſum, pro uiribus meis. Declamitare,

Frugi

Coniunctio

Philologia

Declamitare

Nam quid ego de Brutio dicam? quem nullo tempore à me patior diſcedere: cuius cum frugi ſeueraq̃ eſt vita, tum etiam iucundiſſima cõiunctio. nõ eſt enim ſeiunctus locus à philologia, & cotidiana συζητήσει. Huic ego locum in proximo conduxi & vt poſſũ, ex meis anguſtiis illius ſuſtentotenuitatẽ: præterea declamitare Græce

apud

apud Caſſium inſtitui: Latine autem apud Bruttium exerceri volo. vtor familiaribus & cotidianis cõuictoribus quos ſecũ Mitylenis Cratippus adduxit, hominib⁹ & doctis & illi probatiſſimis. Multũ etiã mecũ eſt Epicrates princeps Athenięſiũ, & Leonides, & horũ cæteri ſimiles. τὰ μὲν δὴ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ. De Gorgia aũt quod mihi ſcribis, erat quidẽ ille in quotidiana declamatione vtilis: ſed oĩa poſtpoſui, dummodo præceptis patris parerẽ: διαρρήδην enim ſcripſerat, vt eũ dimitterẽ ſtatĩ. tergiuerſari nolui, ne mea nimia σπουδὴ ſuſpitionẽ ei aliquã importaret. Deinde illud etiã mihi ſuccurrebat, graue eſſe me de iudicio patris iudicare. Tuũ tamen ſtudium & conſiliũ gratũ acceptumq̃ eſt mihi. Excuſationẽ anguſtiarũ tui temporis accipio: ſcio enim q̃ ſoleas eſſe occupatus. Emiſſe te prædiũ vehementer gaudeo, fœliciterq̃ tibi rem iſtã euenire cupio. hoc loco me tibi gratulari noli mirari: eodem. n. fere loco tu quoq̃ emiſſe te, feciſti me certiorem. Habes vbi ſunt deponendæ vrbanitates: ruſticus Romanus factus es. Quomodo ego mihi nũc ante oculos tuũ iucundiſsimũ conſpectũ propono? videor enim videre ementẽ te ruſticas res, *cum villico loquentẽ, in lacinia ſeruantẽ ex mẽſa ſecunda ſemina. Sed quod ad rem pertinet, me tum tibi defuiſſe, æque ac tu, doleo. Sed noli dubitare mi Tiro, quin te ſubleuatur⁹ ſim, ſi modo fortuna me: præſertim cũ ſciam cõmunẽ nobis emptũ eſſe iſtum fundum. De mandatis q̃ tibi curæ fuit, eſt mihi gratum. Sed peto à te, vt q̃ celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidẽ Græcus: multũ mihi enim eripitur operæ in exſcribendis hypõnematis. Tu velim in primis cures vt valeas, vt vna συμφιλολογεῖν poſſimus. Antherum tibi commendo. Vale.

exerceri, declamationibus. i. thematibus fictis: quid ſit declamare & declamatio alio loco ſupra diximꝰ. Vtor: dicit nunc ſe habere in cõuictu ſuo quotidiano quoſdam quos Cratippus Mitylenis adduxerat Athenas homines doctos, & quos Cratippus ualde probabat. Cõ uictoribus, ſodalibus & ſociis uictus. Mitylenis. Leſbo. eſt enim Mitylenæ urbs Leſbi. Multum etiã: dicit Ci. ſe habere etiã conſuetudinẽ cum primatibus Athenienſibus, & ex quibus tantũ duos nominat. Similes, horum & principes & optimi. τὰ μὲν οὖν, hęc quędã igitur, καθ' ἡμᾶς pro κατὰ ἡμᾶς. i. ſecundũ nos uel de nobis. ſ. dicta ſint. De Gorgia, rhetore, de hoc ſcribebat Tiro Ci. ut eum dimitteret, quia ita placet patri eius. Itaq; ſcribit Ci. ſe eũ dimiſiſſe, licet eſſet utilis ne aduerſare tur uoluntati paternæ. Omnia, omnẽ utilitatem quã ab eo cõſequi potuiſſem. διαρρήδην. i. aperte, plane. Tergiuerſari, dictũ mutare: aduerſari quaſi tergum uertere: tractum à fugientibus, licet alii aliter exponant. Ne mea nimia σπουδὴ. i. meum nimium ſtudium ſequendi ipſum Gorgiã. Afferret ſuſpicionẽ pa. quod ſequeret ipſum propter aliud quãm propter doctrinam, quod faciunt plerunq; diſſoluti adoleſcentes, qui quærunt magiſtros, nõ tam propter doctrinam quãm propter uoluntatem, quod eorum moribus obſequãtur, ſecundum illud diui Pauli, Veniet enim tempus cum ſanã doctrinã non audient, ſed quærent ſibi magiſtros prurientes auribus. De iudicio patris qui merito & ætate & uſu rerum melius noſſe debet quid mihi ſit utile, q̃ ego ipſe. Conſilium, quod mihi dediſti de hoc Gorgia. Anguſtiarum, breuitatis: ſcripſerat enim Tiro ſe habere anguſtum. i. paruum tempus ad ſcribendũ ipſi Cic. qui reſpondet ſe accipere eius excuſationem, quia ſcit ipſum eſſe occupatiſſimum in aliis rebus. Prædiũ, poſſeſſionem. Noli mirari, me gaudere. Eodem loco, eclypſis eſt. q. d. quo loco ſcis mihi eſſe gratiſſimũ: aliquid enim erat, propter quod hic Cic. optauerat Tironem emere prędium in eo loco, ſed ſubticit & dicit. Habes. q. d. ſcis cauſam: fortaſſe enim habebat Ciceronis filius illic amicam; aut aliquid tale. Deponendæ, omittendæ. Vrbanitates, ciuilitates. more urbis: nam qui ruri uiuit, neceſſe eſt ut ruſtica tractet. Quomõ, iocatur Cicero cũ Tirone, & dicit uideri ſe habere eũ in conſpectu ſuo, & uidere ementem res ruſticas, & denique agentem quæ ruri fieri ſolent. Quomodo, admiratiue. q. d. cum magna delectatione animi. Res ruſticas, oua, pullos, lac, & caſeum & ſimilia, uel plauſtrũ uomerẽ &c. Villico, ruſtico cultore agri. Hora. Villice ſyluarum & mihi mercedentis agelli. Lacinia, puto et ſe nomen loci, alii pro ueſte intelligi malunt, ut ſi uideor uidere te in Lacinia, id eſt indutum Lacinia, quæ eſt ueſtis uilis. Et ſecunda menſa. Secunda menſa erat apud Ro. pomorũ. Martia. lib. 5. Menſæ munera, ſi uoles ſecundæ marcentes tibi porrigentur uuæ, & nomẽ piro quæ ferũt Syrorum. Tum, cum emiſti prædium. Defuiſſe, non potuiſſe tibi commodare pecuniam. Aeque ac. tantum quantum tu. Subleuaturus, adiumento futurus. Si for. me ſubleuauerit. Communẽ, ita pro me ſicut pro te. De mandatis, quæ tibi dederam: ſcripſerat enim Tiro ſe ea curare, quæ Cice. ei mandauerat. Librarius, ſcriptor librorum. Græcus, qui græce ſciat ſcribere. Operæ, temporis, laboris. Eripitur, conſumitur. Hypomnematis, id eſt commentariis & interpretamentis, ὑπόμνημα commentarium, συμφιλολογεῖν commentari, conferre, in dicendi ſtudio uerſari.

Vrbanitates

Villicus

Lacinia

Secunda menſa

Subleuaturus

Librarius

Hypomnematis

IAMNAM quid ego dicam de Bruto. ſ. Marco Stoicæ ſectæ ſtudioſo, quẽ nullo tempore patior diſcedere à me. Cuius cum, ſcilicet ita ſit, quòd uita eſt frugi. i. parca & utilitati ſeruiẽs, & ſeuera. i. rigida in ſequẽdo uero & iuſto. tum coniunctio eſt etiam iucundiſsima. Enim. i. quia locus. ſ. noſter non eſt ſeiunctus. i. ſeparatus à philologia, id eſt amore ſtudii uel ſermonis, & συζητήσει, id eſt coinquiſitione quotidiana. ſ. ueri. q. d. nõ eſt ſcurrilis aut diſſolutus iocus nobis. Ego conduxi huic, ſcilicet Bruto, locum, ſcilicet habitationis, in proximo, & ſuſtento tenuitatem, id eſt paupertatem illius, ſcilicet Bruti, ex anguſtiis, id eſt modicis rebus meis ut poſſum. Præterea ego inſtitui, id eſt incœpi aut propoſui, declamitare, id eſt frequẽter declamare, hoc eſt in themate ficto & cau

ASCEN.

sa non uera, me in oratoria exercere apud Cassium etiam ciuem Ro. uolo autem exerceri latine.i.in lingua latina apud Brutum. Ego utor conuictoribus, id est sodalibus & cõmensalibus quotidianis & familiaribus sup. iis quos Cratippus adduxit secum Mitylenis, id est cũ rediret ex ea urbe in Lesbo nobili appositorie hominib⁹ & doctis & probatissimis, id est maxime approbatis & commendatis illi, scilicet Cratippo. Epicrate, princeps Atheniensium est etiam multum mecum, & Leonides, & cæteri similes horum, id est uiri apprime nobiles & spectatis moribus, τὰ.i.hæc, μὲν.i.quidem, μ, καθ' οὖν.i.secundum ἡμᾶς.i.nos.i.de nobis sup.dicta sint. De Gorgia autem quod scribis mihi, erat quidem ille utilis in quotidiana declamatione, scilicet facienda, quia egregius est rhethor, sed postposui sup.eum dummodo parerem præceptis patris eius, id est quia pater scripserat, διαρρήδην, id est palam.seu aperte, ut dimitterem eum statim nolui tergiuersari, id est dissimulanter agere, & ad tempus illudere causam, hoc est mandatum patris ne σπουδὴ, id est studium & diligentia mea minima, scilicet in Gorgiam aut eius professionem importaret ei, scilicet patri aliquam suspitionem, scilicet leuitatis. Deinde illud etiam succurrebat, in mentem ueniebat mihi graue esse me iudicare de iudicio patris, tamẽ studium & iudicium tuũ est mihi gratum & acceptum, uidetur consuluisse ut Gorgiam audiret. Accipio, id est probo excusationem angustiarum tui temporis, scilicet ad scribendum. Scio enim quàm.i.quantum soleas esse occupatus. Gaudeo uehementer te emisse prædium, idest possessionem in agro, & cupio istam rem, id est hanc emptionem euenire tibi fœliciter. Noli mirari me gratulari tibi, hoc loco, id est in hac re, tu enim fecisti me certiorem, id est significasti emisse te, id est quod emeris teipsum eodem fere loco, quasi dicat uitam tibi nouam aut longiorem emisti emendo prædium illud, Tu enim habes ubi urbanitates, scilicet tuæ sint deponendæ, id est ad tempus exuendæ ut indulgentius uiuas. Tu Romanus, factus es rusticus. Cum ego præpono nunc mihi ante oculos conspectum tuum iucundissimum uideor uidere te ementem res rusticas & loquentẽ cum uillico, id est custode uillæ, seruantem in lacinia, idest ueste laxa & linea more rusticano semina.i.reliquias ex secunda mensa quæ pomorum erat, unde semina forte ad lationem seruabant. sed quod pertinet ad rem ego doleo æque, id est æqualiter actu me defuisse tum, scilicet cum emeres, tibi sup. ô mi Tiro noli dubitare, quin sim subleuaturus te, scilicet ab onere æris alieni, si modo fortuna me sup. subleuarit aut conseruarit præsertim cum sciam istum fundum esse eum emptum communem nobis, id est ut tecum illic diuersarer. Quod fuit tibi curæ de mandatis, scilicet obeundis, est gratum mihi. Sed peto ut librarius, id est scriptor librorum, mittatur mihi quàm celerrime quidem, id est certe, maxime Græcus: multum enim operæ, id est laboris philosophiæ impendendæ, eripitur mihi in hyponematis, id est commentariis seu dictatis ex scribendis. Tu uelim cures imprimis ut ualeas ut possimus συμφιλολογεῖν, id est commentari una, id est pariter, ego commendo tibi Antherum.s.ut opinor tabellarium.

CVM uillico loquentem. Quod in priscis aliis monimentis adnotaui, in Medicæo hic obseruatum est, VILICO scribi consuetudinem fuisse per unum l, tantum quod quamuis omnino non magni momenti sit, tamen quia admirabile est, cum à uilla deducatur, præterire nolui. libri M. Varronis de Re rustica pleni sunt

*P.V.C. huius nominis, usquam autem non sic scriptum in perantiquo illo, qui est in Diui Marci bibliotheca, inueni. In Pandectis Florentinis quoties hoc nomen est, toties ita scriptum est. Romæ etiam uetere in lapide ita scriptum est DOCIMO VILICO. Rei paruæ doctisimum, & optimum uirum testem dabimus, Ludouicum Fabrum Fanensem, qui cum hoc adnotaui præsens aderat: utebar enim indicio illius summe officiosi hominis, in huiusmodi rebus, quarum ille peritissimus est, perscrutandis. Sed aiunt etiam Capuæ in sacello Diui Benedicti hanc inscriptionem inueniri:

EVTYCHVS VILICVS
A. PLVMBO EVAGOGVS. A. FLAM.
FECERVNT SIBI ET SVIS.

HVBER. SPERO. Hortatur Cic. Tironem, ut curet ualetudinem, nec suspicetur se facere cõtra eius uoluntatem, ꝙ non sit cum eo: se enim, licet eum uidere cupiat, cupidiorem tñ esse eius ualetudini bonæ, q̃ præsentiæ. Deinde dat ei quędã mandata, de librariis qui transcribebant quæ Ci. sua manu scripserat, & de Demetrio de quo petit se certiorẽ fieri cum Tiro cum eo locutus fuerit. Ex tuis literis, ut mihi scripsisti. Cupio tibi, melius esse. Cui rei, ut melius tibi sit. Meis oculis & auribus.i.q̃ à me uideri & audiri: ille enim seruit oculis alicuius qui se uidendũ præbet. Cesso, sum ociosus. Scribo, cõpono. Lego, aliena scripta. Librarii, transcriptores. Aliquid mea manu.s.scriptũ. Vna interpositio, dicit quare debeat mõstrare librariis, qa Ci. in scriptis quæ manu sua fecerat in ordine uersiculorũ siue linearũ faceret quandã interpositionẽ, quã etiam à seipso difficile legi solere dicit. Difficilior, ipsis librariis ad intelligendũ. Ne ipse quidem.i.ne ego quidem qui scripsi. De quadrimo Catone: hæc erat illa interpositio, quam difficilẽ esse dixit, & quia tantummodo est principiũ clausulæ non perfectæ, nullus sensus inde elici potest. De triclinio, dederat Ci. curã

Tricliniũ cuiusdã triclinii Tironi, quod se curare scripserat. Tricliniũ autẽ dicitur discubitoriũ.i. locus ubi discumbebant & cœnabant à tribus lectis quos sternebãt. Iuue. Tertia ne uacuo cessaret culcitra lecto. τρεῖς treis, λὶν lectus & mensa. A. Ci. etiam dicitur hic locus conclaue.

Varia.

Tullius Tironi suo Sal.

SPpero ex tuis literis tibi melius esse: cupio certe. Cui quidem rei omni ratione cura vt inseruias: & & caue suspiceris contra meam voluntatem te facere, quòd non sis mecum: mecum es, si te curas. Quare malo te valetudini tuæ seruire, quàm meis oculis & auribus. Et si enim & audio te, & video libenter: tamen hoc multo erit, si valebis, iucundius. Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo: lego autem libentissime. Tu istic, si quid librarii mea manu nõ intelligent, monstrabis: Vna omnino interpositio difficilior est, quàm ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrimo Catone. De triclinio cura, vt facis. Tertia aderit, modo ne Publius rogatus sit. Demetrius iste

trius iste nũquam omnino Phalereus fuit: sed nunc plane Biblienus est. Itaque te do vicarium: tu eum obseruabis. Etsi veruntamen de illis, nosti cætera. Sed tamen siquẽ cum eo sermonẽ habueris, scribes ad me, vt mihi nascatur epistolæ argumentum, & vt tuas quàm longissimas literas legam. Cura mi Tiro vt valeas, hoc gratius mihi facere nihil potes. Vale.

Tertia, puto esse nomen proprium. Phalereus, id est ex secta demetrii Phalerei, de quo in officiis mentionẽ facit. Phalereus autem tribus erat Athenis, ex qua cognominatus ille Demetrius φαληρεὺς. Bilienus, siue à loco, quod adhuc non memini legere, siue à persona dicatur, Bilienus constat hoc loco ad uituperium dictum esse. Te do uicarium, id est do te ei loco mei qui meas uices geras, & pro me sis apud eum. De illis eclypsis, Deest uerbum, scilicet est uel aliud tale. Quẽ, aliquem. Nascatur, detur, eueniat tanquam ante non inuentum. Virg. lib. 8. Maior rerum mihi nascitur ordo. Argumentum, materia. Argumẽti

ASCEN. SPERO &c. Hortatur rursus ut ualetudinem curet, dicens: Spero, id est spem capio ex literis tuis, melius esse tibi, certe, id est hauddubie cupio: cui rei, scilicet ut melius tibi sit, cura: uerbum est ut inseruias, & caue sup. ut aut ne suspiceris te facere contra uoluntatem meam quòd non sis mecum, tu es mecum si curas te, id est sanitatem tuam. Quare malo te seruire ualetudini tuæ quàm oculis, & auribus meis. enim, id est quia, & si & audio & uideo te libenter, tamen si ualebis hoc erit mihi multo iucundius. Ego cesso, id est uacuus sum labore, quia ipse nihil scribo, lego autem libentissime. Si librarii, id est librorum transcriptores, quid, id est aliquid sup. scriptum mea manu non intelligent, id est nescient legere tu monstrabis istic, scilicet ubi es una omnino interpositione, scilicet clausulæ aut partis prius omissæ est difficilior omnino, scilicet quàm ut legatur ab eis, quam ne quidem ipse, id est non etiam egomet soleo legere facile: interpositio est. de quadrimo Catone. Cura de Triclinio, scilicet parando ut facis. Tertia, proprium est, sed nescias uiri an mulieris: aderit modo Publius. eius etiam inimicus non sit rogatus, scilicet ad conuiuium. Iste Demetrius.s. cuius meministi fuit Demetrius, id est Demetrii similis, sed est nunc plane, id est omnino bilienus, id est bilieni similis, hoc est ineptus. Itaque do, id est constituo te uicarium, tu obseruabis eum, scilicet ne quid auferat. Et si ueruntamen de illis. Aposiopesis, id est reticẽtia est alicuius clausulæ quam dicere incœpit perducere tamen nolui, addens pro causa. Nosti cætera, id est quæ restãt, sed tamen si habueris quem, id est aliquem sermonem cum eo, scilicet Bilieno scribes ad me, ut argumentum, id est ferrago & materia epistolæ, scilicet scribendæ ad te, nascatur mihi, & ut legam literas tuas quàm longissimas, id est ualde longas. O mi Tiro cura ut ualeas. Tu nihil potes facere mihi gratius hoc, id est quàm hoc, scilicet ut ualeas. Vale.

hortatoria.

Cicero Tironi Sal.

TV vero confice professionẽ, si potes: etsi hæc pecunia ex eo genere est vt professione non egeat. Veruntamen Balbus ad mè scripsit, tãta se epiphora oppressum, vt loqui non possit. Antonius de lege quid egerit liceat modo rusticari, ad Bithynicum scripsi. De Seruilio tu uideris, qui senectutem non contemnis. Etsi Atticus noster, quia quondam me cõmoueri πανικοῖς intellexit, idem semper putat: nec videt quib⁹ præsidiis philosophiæ septus sim: & hercle, quòd timidus ipse est, θορυβοποιεῖ. Ego tamen Antonii inueteratam sine vlla offensione amicitiam retinere sane volo, scribâmque ad eum, sed non ante, quàm te videro. nec tamen te auoco à syngrapha γόνυ κνήμης. cras expecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis vtendum est. Vale.

HVBER. TV uero. Quod supra scripsit Cicero de Aufidiano nomine nihil te hortor, uidetur significare intelligi de pecunia de qua in hac epistola loquitur, de qua scribit Ci. ad Tironem, ut professionẽ faciat. Deinde significat Antonium quædam contra se decreuisse, se autem contra omnia præsidiis philosophiæ munitũ esse, uelle tamẽ Antonii amicitiam retinere, seq; ad eum scripturum. Tu uero: cum hæc dictio uero in principio orationis ponitur, aut ironiam continet, aut responsionẽ, ut hic, & supra lib. 4. ad Seruium Sulpitium, Ego uero Serui uellem ut scribis in meo grauissimo casu affuisses, & paulo supra in hoc libro ad Tironẽ, ego uero cupio te ad me uenire. Professionem, confessionem. Ser. dicit profiteri ex uoluntate, cõfiteri ex necessitudine. Epiphora. ophthalmia, morbo oculorum. Plinius sæpe hoc uerbo utitur pro morbo oculorum: dicit enim epiphoris oculorũ medetur, ex quo cognoscimus morbũ esse oculorum, nõ autem gutturis, ut quidam male interpretantur: significat etiam interdum græce ἐπίφορα condemnationem. Oppressum, grauatum. Vt loqui. coniungẽdus est totus hic textus sic. Veruntamen Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum, ut loqui nõ possit quin Antonius de lege egerit. Liceat, concedatur, permittatur. Modo, tantũmodo. q.d. nihil aliud quæro. Quæ autem esset hæc lex, non facile scitur. Tu uideris.i. tu uideto. Atticus, Pompeius. πανικοῖς. repentinis rumoribus. Idem semper putat.i. putat me semper moueri. Nec uidet, nec intelligit. Quibus qualibus. quàm magnis. Præsidiis. tractum à militibus. Septus, munitus: quia philosophia docet me, quomodo debeã omnia mihi improuiso uenientia contemnere. θορυβοποιεῖ id est tumultuantur, rumorem facit, θορυβέω καὶ ποιέω. Inueteratam, iam multis annis incœptam. Antonii. C. Antonium intelligi puto, cuius fui collega in consulatu. Sine ulla offensione, sine ulla iniuria. Ad eum, Antonium. Ante, citius. Auoco, amoueo. A syngrapha, scilicet facienda pro confessione pecuniæ, id est non tamen uolo discedas antequam facias syngrapham uel accipias syngrapham qua possis pecuniam habere: est enim proprie syngrapha conscriptio, maxime de re pecuniaria, ut libro septimo ad Trebatium, epistola quæ incipit. Ex tuis literis: tanquam enim syngrapham ad imperatorem attulisses non epistolam: sic pecunia abla-

Margin notes: HVBER. Vero. Professio. Profiteti. Confiteri. Epiphora. Auoco. Syngrapha.

Universidad de Deusto Biblioteca

ta domum redire properabas:uulgo dicuntur literæ campsoriæ uel promutatoriæ. Legendum est autem auoco à syngrapha, non autem auoco ad syngrapha. Ad cuius .Leptæ. Rutam, id est amaritudinem. Est utendum pulegio tui sermonis, id est ad cuius sermonis amaritudinem uel acerbitatem est utendum suauitate tui sermonis:erat enim quantum coniicimus Lepta aliquantulum acerbus, Tiro uero suauis, quas proprietates significauit per rutam & pulegium.

ASCEN. ¶ TV uero &c. Quod supra scripsit Cicero de Ausidiano nomine nihil te hortor: nomen pro debito accipi solet. Hortatur nunc ut profectionem, id est liberam confessionem conficiat: quasi dicat ut coram testibus id eum profiteri faciat: deinde significat Antonium cuius amicitiam retinere uelit quædam contra se decreuisse, ut cum ordine aperiretur qui talis est. Tu uero, id est quod dicunt pro uero & certo, & non opinanter tantũ, confice, id est perfice & effice, ut habeas, si potes, professionem, id est manifestam confessionem debiti. Et si, id est tametsi hæc pecunia, id est hoc debitum, est ex eo genere, id est forma aut ratione ut non egeat professione: ueruntamen Balbus scripsit ad me se oppressum tanta epiphora, id est morbo oculorum, ut non possit loqui, id est explicare quid Antonius egerit de lege, scilicet ferenda aut antiquanda: incertũ est quæ sit lex & quid de ea constituere pararit Antonius: quia de ea scripserat Tiro, rescribens ergo ut de re nota breuior est quàm ut possit intelligi ab iis quibus res alioqui non constet. Neque id uitium est scribentis. Non enim scripsit hãc epistolam ut ab omnibus, sed ut ab uno Tirone legeretur. Tiro autem ut patroni sui amorem in se patefaceret id genus omnes ad se datas collegit, atque emisit, liceat, id est permittatur modo, id est solummodo rusticari, quasi dicat non curem quid Antonins egerit de lege. Ego scripsi ad Bitinicum de Seruili, tu uideris, id est concedo aut moneo ut uideas. Est enim coniunctiui modi futuri temporis, media breui pronunciandum, tu inquam qui non contemnis: immo ueneraris senectutem. Et si, id est tametsi. Atticus, scilicet Pomponius, qui intellexit quondam me cõmoueri panichis seu panicis, id est muneribus repentinis, Putat semper idem, id est me semper eodem modo commouendum, nec uidet. i. non consyderat, quibus præsidiis. i. munimẽtis philosophiæ ego septus. i. undique munitus sim, & Hercule quòd. i. quia ipse timidus est, θορυβοποιῶ. i. tumultum facit seu tumultuatur. Ego tamen nolo sane. i. omnino, retinere sine ulla offensione, amicitiam Antonii inueteratam, id est uetustate corroboratam. Et scribam ad eum, sed non antequam uidero te, nec tamen auoco, id est auerto te à syngrapha, id est manuscripto supple accipiendo ab eo. Ego expecto cras Leptam, etenim, id est sed tamen eum ad cuius rutam, id est amaritudinem sermonis utendũ est mihi pulegio, id est dulcore sermonis tui. Vale.

HVBER. ET si mane. Primum Cice. ostendit necessitate à se dimississe Tironẽ, ut eius negotia explicaret, & expediret. Deinde summatim dicit quid ab eo agi uelit. Postremo admonet eum Balbum fuisse Aquini & Hircium. Harpalum, seruum. Iisdem de rebus, de

Quin quibus alias ad te scripsi. Quin. quod non. Prora & puppis, id est plana necessitatis, & rationis, atq; urgentissima causa. Vt Græcorum: cum enim Græci dicere uolunt, totum est mihi in hoc ut ita faciã, dicunt, prora & puppis mihi est, quia ex prora & puppi tota nauis significatur. Tui dimittendi à me, id est ut tu à me dimittaris. Explicares, expedires Romę. Satisfiat. soluatur id pecuniæ quod debetur. A flamma, ab incendio, id est à periculo: prouerbialiter dictum. Si nõ potes, scilicet retorquere. Extorqueas, eripias, liberes, debebant enim esse in periculo ad aliqua bona Cice. Pensio. nostræ domus. Attributionẽ, quam tibi mandaui, de qua nõ facile est intelligere quid hactenus. s. dictum sit: hæc enim quæ dixit domestica erant. De publicis, subaudi fac omnia mihi certa sint. Quid Octauius, scilicet faciat, id est Cæsa. Octauianus. Opinio, existimatio. Accurram, celeriter ueniam. Aquini, oppidum est Apuleiæ. Cum, quando. Postridie, quàm Balbus fuerat. Ad aquas Semas, locus non longe ab Aquino, à balneis ita dictus. Quod egerint. Ordo est: fac ut admoneantur, scilicet Hircius & Balbus, quid egerint procuratores Dolabellæ.

ASCEN. ET si mane &c. Primum dicit se necesitate quadam dimisisse Tironem, ut negocia sua explicaret: deinde docet quid ab eo fieri uelit. Postremo dicit Balbum fuisse Aquini & etiam Hircium. Ordo est. Et si, id est quanquam, ego miseram mane Harpalum, scilicet seruum nostrum ad te, tamen cum haberem, scilicet tabellarium, cui darem recte, id est tute literas. s. ad te, & si nihil erat noui, uolui scribere sæpiꝰ ad te de iisdem rebus, non quin, id est qui non confiderem diligẽtiæ tuæ, sed magnitudo rei mouebat me.

Tullius Ciceroni Sal.

ET si mane Harpalum miseram, tamẽ cum haberem cui recte darem literas, etsi nõui nihil erat, iisdẽ de rebus volui ad te sæpius scribere: non quin cõfiderẽ diligẽtiæ tuæ, sed rei me magnitudo mouebat. Mihi prora & pupis, vt Græcorum prouerbium est, fuit à me tui dimittendi, vt rationes nostras explicares. Ofilio & Aurelio vtique satis fiat: à Flamma si non potes omnem, partem aliquam velim extorqueas. In primisque, vt expedita sit pensio Calend. Ianua. de attributione conficies: de representatione videbis. De domesticis rebus hactenus: *de publicis omnia mihi certa, quid Octauius, quid Antonius, quæ hominum opinio, quid futurum putes. *ego vix teneor quin accurram. Sed si literas tuas expecto, & scito Balbum tum fuisse Aquini cum tibi est dictũ, & postridie Hirtium. *Puto vtrunque ad aquas. Sed quid egerint Dolabellæ procuratores, fac vt admoneantur: appellabis etiam Appiam. Vale.

Prora & puppis, id est principium & finis nauis, hoc est tota ratio nauandæ operæ, ut utar prouerbio Græcorum: fuit mihi, tui dimittendi à me, ut explicares, id est ab omni intricatione absolueres rationes nostras, scilicet debitorum nostrorum. Vtique, id est omnino aut saltem satisfiat Offilio & Aurelio. Si non potes supple extorquere, id est ui eripere à flamma. i. à perditione & consumptione manifesta: est translatio ab incendio domus, omnem

mus, omnem partem, id est supellectilis domesticæ, hoc est rei conseruandę, uelim sup. ut extorqueas. i. serues sup. saltẽ, aliquam. s, partem. Et sup. uelim, imprimis. i. præcipue. i. eo quoq; præcipue uolumus prima occurrant ut pensio scilicet domus nostræ, id est pecunia quàm quotannis pendimus pro ea, sit expedita, id est absoluta & euacuata, Calend. Ianua. Vt conficias, id est absoluas totum negocium de attributione id est de eo quod attribuendum scis, uidebis id est deliberabis & consyderabis, de representatione. s. à nobis aut nobis facta quidutilitatis habeat. Hactenus supple scripsi de rebus domesticis. De publicis supple rebus, fac ut sint omnia certa mihi. Quid sperat Octauius, quid Anton. quæ sup. sit opinio hominum, quid putes futurũ. Ego teneor uix. i. difficulter quin accurram. s. ad urbem: erat enim cum hæc scriberet Ci. absens & Tiro in urbe. Sed expecto literas tuas per quas omnia sciam, & scito Balbum fuisse Aquini. i. in eo oppido Apuleiæ, cum. i. quando dictum est tibi, & Hircium sup. fuisse Aquini postridie. i. die sequenti, ego puto utrunque sup. nunc esse ad aquas Semas, ubi balnea sunt non longe ab Aquino, fac sup. ipsi admoneantur quid procuratores Dolabellæ egerint, tu appellabis etiam. i. ad consilii consortium Appiam. Vale.

¶ DE publicis omnia mihi certa. Antiqui codices cum recepta lectione consentiunt: cogitandum tamenan legi debeat INCERTA: rogat enim Tironem, ut scribat, quæ statim exponit, ut qui nihil certi de illis rebus haberet. * P.V.C.

¶ EGO uix teneor, quin accurram: sed si. Hæc est Medicæi codicis lectio, non sine aliqua macula, ut existima re facile possemus. non displicet Pauli coniectura: nam & peruersio parua est, si ita legi debet, & idoneum sensum habet: iubet enim Tironem tacere, quod ante dixerat, se uix teneri, quin accurrat. Eodem modo locutꝰ est in epistolis ad Att. nec tamen notam ibi posuit, aut sibilo hoc significauit, sed uerbo expressit quid eum facere uellet libro 11. non libet fugere: aueo pugnare: magna sunt hominum studia: sed nihil affirmo, tu hoc silebis. * P.V.C.

¶ PVTO utrunque ad aquas, sed quod egerint. In nostrum impressum codicem Medicæi lectionem transtulimus: quæ tamen culpa impressorum aliquantulum perturbata est: seiungere enim debebant hæc uerba ab inferioribus ut distincta essent, quemadmodum res ipsæ distinctæ sunt. Quod si hoc seruassent, nihil ut arbitror desideraretur, intelligi sane debet uerbum, quo illa regerentur, non tamen poni. uel, nõdum scio, uel, ad me scribe: aut aliquid, quod sententiam illam expleat, ut in epistola ante hanc in illo loco, Antonius de lege quid egerit. Ad aquas autem cum dicebant, quãuis nihil adderent, aquas tñ calidas, Baiasq; intelligebant. * P.V.C.

Ciceroni F. Tironi suo Sal.

ET si iusta & idonea usus es excusatione de intermissione literarum tuarum, tamen id ne sæpius facias rogo: etsi de repub. rumoribus & nũtiis certior fio, & de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater: tamen de quauis minima re scripta â te ad me semper epistola fuit gratissima. Quare cum in primis tuas desiderem literas, noli committere vt excusatione potius expleas officium scribendi, quàm assiduitate epistolarum. Vale.

T si iusta. Excusauerat se Tiro apud Cice. filium qui Athenis erat se propter angustiam temporum & magnitudinẽ negociorum intermissione ad eum scribere, quare Cice. primũ dicit eius excusationem iustam & idoneam, sed tamẽ eum rogat, ut post hac malit satisfacere officio suo scribẽdo sæpe quam se excusando. Idonea, apta nõ absurda. Id, utaris excusatione. Rumoribus. fama. Et nunciis, qui Roma huc ueniunt. De uoluntate sua quid uelit à me fieri. Imprimis, præcipue. Expleas. perficias. Officium, tuum erga me. Quàm assiduitate epistolarũ, id est quàm assidue ad me scribendo. HVBER. Idonea

T si iusta &c. Excusauerat se Tiro apud Cice. filium qui Athenis erat, se propter angustiã temporum & magnitudinẽ negotiorũ intermisisse ad eum scribere, quare Cic. primum dicit eiꝰ excusationẽ iustam & idoneam, sed rogat ut malit satisfacere officio suo scribendo quàm se excusando. Ordo est. Et si. id est quamquàm usus es iusta & idonea excusatione intermissionis. i. cꝰ ad tempus omiseris dationem literarum tuarum rogo ne facias id sæpius. Nam etsi. s. quamꝙ fio certior de repub. rumoribus. i. incerto autore, sermonibus & nuntiis, & pater. s. Marcus Tullius perscribit semper ad me de uoluntate. i. beneuolentia sua in me, tamen epistola scripta à te ad me, de quauis re minima. i. quis res esset minima, fuit mihi semper gratissima. Quare cũ desiderem imprimis literas tuas noli committere. i. efficere, ut expleas. i. perficias & absoluas potius officium scribendi excusatione quàm assiduitate literarum. ASCEN.

Q. Tironi suo plur. Sal. dic.

VErberaui te cogitationis tacito dun taxat cõuicio, quòd fasciculus alter ad me iam sine tuis literis perlatus est. Nõ potes effugere huius culpæ pœnam te patrono. Marcus est adhibendus: isq; diu & multis lucubrationibus commentata oratione. vide vt probare possit, te non peccasse. Plane te rogo, sicut olim matrẽ nostram facere memini, quæ lagenas etiam

VErberaui. Accusat Cic. Tironem negligentię, quod in fasciculo literarum, qui Roma ad se allatus fuerat nulla erat omnino epistola Tironis, qua re dicit eũ nullam posse adhibere excusationem, aut defensionem, uixq; eum defendi posse à Mar. Ci. patre suo. Itaq; eum hortatur, ut etiam si nõ habet quod scribat, tamen aliquid scribat quia & uera & iucunda ab eo semper nunciari soleant. Verberaui. sensus est, percussi te tantummodo tacita contumelia meæ cogitationis hoc est mecum male de te cogitaui, & in animo meo dixi te negligentem. Tacito, secreto intra me retento. Duntaxat tãtummodo, quasi dicat non etiam conuicio uerborum, sed tantũ cogitationis. Conuicio, contumelia, nam mecum cogitaui ò negligens Tiro. Fasciculus, literarum. multitudo literarum. Non potest, id est non potes facere HVBER. Conuiciũ

quin puniaris pro hac culpa, si te ipse solus defenderis. quia nunquam poteris uincere, & persuadere te non peccasse, si autem uolueris uincere, oportet adhibere te patronum & defensorem tuum patrem meum oratorem acerrimum qui in difficilimus etiam causis uincere consueuit, qui si orationem multum cogitatam ad defensionem tuam afferat, tamen etiam ipse uix probare poterit non te peccasse. Te patrono, te causam tuam agente. Adhibendus, assumendus. s. patronus. Marcus, pater meus, qui propter uim eloquentiæ in causis & iudiciis regnare dicitur. Commentata, meditata, præparata. Lucubrationibus, uigiliis. Probare, uincere, rationibus obtinere. Te non peccasse, quod nihil ad me scripseris. Plane te rogo. sensus est, te rogo ut & si non habes quod scribas, tamen aliquid scribas sicut mater mea olim non solum solebat signare lagenas plenas, sed etiam uacuas ne ille quæ furtim fuissent ebibitæ, uiderentur fuisse uacuæ, mos fuit apud antiquos signare lagenas, in quibus uinū ponebatur, ne possent euacuari quin cognosceretur signo illo amoto, unde illud Satyricum. Et signo læsæ nō insanire lagœnæ. Matrem. Terentiam. Olim, cum eram puer. Etiam inanes, etiam uacuas, non solum plenas. Furtim. occulte. Exsiccatæ ebibitæ, exhaustæ. Iuuena. Tu bene uentani sutoris nomē habentem Siccabis calicem Sic, adaptat similitudinem. Furtum, latebras, sed perseuerat in similitudine, quia dixerat, quæ furtim essent exsiccatæ, ideo dicit furtum cessationis. Dulcia, iucunda.

inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ: sic tu etiam si quod scribas non habebis, scribito tamē, ne furtum cessationis quæsiuisse uidearis. Valde enim mi semper & uera & dulcia tuis epistolis nuntiantur. Ama nos, & vale.

ASCEN. VErberaui & c. Accusat Tironem negligentiæ ꝙ inter multas epistolas à Tirone nullam acceperat, quā culpam iocose dicit nix à patre posse orando purgari. Ordo est. Verberaui, id est afficci te duntaxat tacito, id est mentali cōuicio. i. exprobratione cogitationis. s. meæ, & alter faciusculus. s. literarum ab aliis missarum, perlatus est iam sine literis tuis. Tu non potes effugere pœnam huius culpæ. s. negligentiæ, te patrono, id est defensore & purgatore. Marcus, scilicet pater meus, est adhibendus. s. ad defensionem tantæ culpæ, & is. s. Marcus pater, etiam in summo periculo reis auxiliari solitus sup. adhibendus est oratione commentata. i. habens orationem cōmentatam & præmeditatam multis lucubrationibus, uide. i. considera, ut. i. quomodo sup. Marcus pater possit probare te non peccasse. Ego rogo te plane, sicut memini matrem nostrā facere olim quæ obsignabat lagenas. i. uascula uinaria. Etiam inanes. i. in quibus nihil erat uini, ne aliquæ. s. lagenæ dicerentur fuisse inanes, quæ essent exsiccatæ. i. exhaustæ furtim. i. furtiue, sic tu etiam si non habebis quid scribas, tū. i. nihilomin⁹ scribito, ne uidearis quæsiuisse furtum. i. fictitiam & quasi furtiuam excusatio nē cessationis. s. à missiōe l. farū. Enim. i. qa & uera & dulcia nunciātur mihi semp epistō. tuis. Ama nos, & Vale.

Q. C. Tironi suo Sal. plur. Dic.

HVBER. MIrificā. Cū Decius Brut⁹ Mutinæ obsideret à Marco Antonio creati sunt authore Appiano lib. 3. Consules anniuersarii Hyrcius & pansa in principio anni, quantū autē ex hac epistola coniicere possumus. Ci. tunc aberat ab urbe, licet Appia. uideatur significare eum fuisse Romæ. de eorum igitur designatione cū Tiro ad Ciceronē scripsisset. Ci. rescribēs se de eis male sentire ostēdit, uereriq; ne à Marco Ant. alliciatur in societatem sceleris contra rempubli. quos ostendit uilissimos esse. Postremo dicit quantum Tironem ipsum uidere desideret. Mirificam, magnam. Verberationem. percussionem animi. Parcius, breuius, Verecundia, timore, uel quia eum pudebat scribere quæ scripsisti.

Parcius

Videlicet Videlicet. i. certe. Sine assen. non assentando, sed dicendo uerū. De consu. Hircium & Pansam intelligimus, nisi fortasse agitatum esset absente. Cic. de designatione aliorum consulū q̄ Hircii & Pansæ, de quibus fortasse intelligit nunc Cice. quorū tamen creatio non ualuerit, ut sæpe fit, sed tamē facta sit mētio de eis creandis, quod satis est uerisimile, cū Cice. eos nō nominet, licet mentionē aliorum cōsulū illo tēpore nō inueniā, nisi quod post eruptionē Bruti ex Mutina facta est mētio de creādis consulibus. D. Bruto, & Octauio Cę. loco Hircii, & Pansæ, sed de iis non est uerisimile Ci. intelligere cū essent amicissimi sui, & ab eo ubiq; maxime & laudati & adiuti, ergo uel Hircū & Pansam intelligamus, uel ut diximus de aliis quos licet Tiro scripsisset creatos cōsules, tū nō ita esset. Languoris desidię. Effœminatissimi, mollissimi, timidissimi, qualem habēt fœminæ. A guberna culis, ab administratione reipu. & cōsulatus. Ab uniuerso naufra. pro uniuersi naufragii. i. submersionis uniuersorū, sed usus est uerbis similitudinis, quia dixit gubernaculis, quæ sunt nauis, subdit naufragii, quod à naue fracta dicitur. Oppositis Gallo. ca. i. cū oppugnarent aduersus Gallos, & haberent eos oppositos, Ille la. Marc. Antoni. quem etiam supra multis in locis

Naufragium

Q. C. Tironi suo Sal. plur. Dic.

* MIrificam mi uerbationem cessationis epistola dedisti. Nam quæ parcius frater perscripserat, uerecundia videlicet & properatione, ea tu sine assentatione, ut erant, ad me scripsisti, & maxime de coss. dess. quos ego penitus noui libidinum & languoris effœminatissimi animi plenos: qui nisi à gubernaculis recesserint, maximum ab uniuerso naufragio periculum est. Incredibile est quæ ego illos scio oppositis Gallorum castris in æstiuis feciſſe: * quos ille latro, nisi aliquid firmius fuerit, societate uitiorū deliniet. Res est aut tribuniti is, aut priuatis cō siliis muniēda. Nā isti uix sūt digni, * qui bus alteri Cæsænā alteri Cossutianarū tabernarū fundamēta credas. Te, ut dixi, fero oculis. Ego uos ad III. Cal. uidebo: tuosq; oculos, etiā si te ueniēs in medio foro uidero, dissauiabor. Me ama. Vale.

M. T. C. Epistolarum Familiarium Lib. XVI. & ult. Finis.

locis latronem appellauit. Aliquid firmi. cum eis. i. nisi electi fuerint cum eis aliqui firmiores, qui non ita facile à repub. alienentur. Deliniat, demulceat, alliciat ad se. Societate uitio. quia laborabunt iisdem uitiis quibus ipse Anto. & similia similibus gaudent. Res est, sensus est, eligendi sunt ad hanc prouinciam aut tribuni, aut aliqui priuati qui consiliis suis prouideant ne ii nos in naufragium deducant. Res, creatio istorum consulum, & prouincia eis data. Est fir. quia supra dixit nisi aliquid firmius fuerit. Consiliis tribu. autoritate tribunorum. Istic, ad contemptum dixit. Cesænam, paruam & desertam urbem in Italia in Gallia togata. Tabernarum, ut alio loco diximus, taberna dicitur omne uile ad habitandum ædificium, quod tabulis claudatur, tabernas igitur cossutianas locum aliquem ad habitaculum uitæ intelligit, cossutianas à Cossutio uel autore uel domino earum ita appellauit. Fero oculis, habeo in oculis & in conspectu. Dissuauiabor, deosculabor, licet aliqui dicant dissuauiari libidinis esse, quod Cicero hic contra sentire uidetur. In medio foro, quasi dicat in conspectu omnium, palam. In hoc ostenditur nimium desyderium Ciceronis uidendi Tironem.

Delinire

Cesæna Taberna

Dissuauiari

ASCEN.

MIrificam mihi & c. Dicit se mirifice concussum ex literis Tironis quibus qui consules creati essent significabat. loquens secundum commētarios de Hircio & Pansa, de quorum fide & uirtute tunc dubitabat, cum tamen uterq; fortissime pro repub. casurus sit, cæsus ab Antonio, Mutinæ, cum D. Brutum obsideret. Hanc autem epistolam inseruisse uidetur Tiro, ut significet quam fidem sibi habuerit frater patroni sui. Ordo est. Tu dedisti mihi mirificam uerberationem, id est incussionem uerecundiæ cessationis id est propter cessationem meam, epistola. s. tua. Nam tu scripsisti ad me ea quæ frater. s. Marcus Tullius Cicero perscripserat ad me parcius. i. nimis sobrie uidelicet uerecundia & properatione. i. propter uerecundiam & properationem suam, tu scripsisti inquàm ea sine assentatione ut erant, & maxime de consulibus designatis. i. declaratis in proximum annum uidelicet Hircio & Pansa, quos ego noui penitus plenos libidinum, & languoris. i. corruptionis animi effœminatissimi, qui scilicet consules nisi recesserint à gubernaculis, scilicet reipub. maximum periculum est ab uniuerso naufragio. i. totius reipub. Incredibile est quæ ego scio illos fecisse in æstiuis, castris Gallorum oppositis, scilicet nostris quos ille latro, scilicet Marcus Antonius detinet. i. blande attrahit societate uitiorum, nisi aliquid firmius fuerit, scilicet eis obsistens. Res est munienda. s. à periclitatione consiliis tribunitiis aut priuatis. i. alicuius uiri autoritate præditi licet sit priuatus. i. extra omnem magistratum positus. Nam isti duo. s. consules designati uix sunt digni quibus credas. i. sub fide committas, alteri Cesænam. i. oppidum illud desertum in Gallia togata, alteri fundamenta Tabernarum Cossutianorum. i. domiciliorum uilissimi cuiusque Cerdonis. Ego fero oculis. i. imaginor uidere te, ut dixi. Ego uidebo uos ad quartum Calēdas. s. huius mensis, & dissuauiabor. i. affectanter osculabor oculos tuos, etiam si ego ueniēs, scilicet tibi obuiam, uidero te in medio foro. Ama me &. Vale. Finis.

MIRIFICAM mihi. Hæc Q. Ciceronis epistola acerba, & aspera est, sic autem illum solitum scribere Marcus ostendit, cum ei præciperet, quomodo se in Asia Procos. gerere deberet, in primisque hortaretur, ut se in scribendo maledictis abstineret. Inuehitur in consules designatos, eosque magna uerborum cōtumelia perstringit. Arbitror autē intelligere eum Hirtium, ac Pansam: in ultis hoc coniecturis ductis credo. se autē consciū esse dicit multis illorum sceleribus ac libidinibus, quibus ita dediti erant, ut in maximis periculis uix sibi à luxuria temperare possent: ipse enim una cum illis in Gallia Imp. Cæsare militauerat. * P.V.C.

QVOS ille latro. Antonium intelligit, contra quem illi bellum gesturi erāt: existimat enim Quintus Antonium nisi copiis suis, uiribusque cōfisus fuerit, alia uia illos aggressurum esse: & omnia facturum, ut illos sibi placet, & in sententiam suam traducat, putat eum id facile consecuturum similitudine uitæ & societate uitiorum. * P.V.C.

QVIB. alteri Cesænam, alteri Cossutianarum tabernarum. Omnib⁹ iniquus erat Quintus, & nemini parcebat, dummodo iræ suæ, ac furori, obtemperaret. De ambobus illis coss. dess. pessime sentiebat: ueruntamen quantum suspicari possumus, alterum illorum ignauiorem, interioremque altero existimabat: nam quem aliquid consilii habere putabat, uix dignum esse dicebat, cui Cæsena committeretur. Alterum, qui nullius cōsilii esset, sed penitus infirmi ingenii, ac intemperantissimæ naturæ, uix recte posse iudicabat curare fundamēta Cossutianarum tabernarum. Alii hunc locum procul dubio corruptum esse dixerunt, quibus non accedo: inuenio enim uulgatam hanc lectionem nulla mendi suspitione in optimis, & antiquissimis libris. Quæ mens eum impulerit, ut poneret Cæsenam pro ignobili, & obscuro oppido, non facile enunciārim: neque æquum esse puto de huiuscemodi rebus quin sentias respondere cogi. Furore animi, & magna asperitate uerborum illum in epistolis semper usum, prodente M. Fratre, liquido possumus affirmare. * P.V.C.

Τέλος σὺν θεῷ.

M. T. Ciceronis Epistolarum Liber Decimus sextus, & ultimus Fœliciter finit.

1543.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5

Domine Dr. Ipl. Juchin Garzia de la [illegible] [illegible]
deseo Preceptor de Gramatica de la Ciud. de Toledo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca